BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XL
H
35
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

C L A U D I I

CLAUDIANI

OPERA, QUAE EXSTANT, OMNIA,

ad membranarum veterum fidem caſtigata.

Cum Notis integris

MARTINI ANTONII DELRII, STEPHANI CLAVERII, ET THOMAE DEMPSTERI,

auctioribus

NICOLAI HEINSII,

& ineditis

PETRI BURMANNI.

Accedit Sylloge Variantium Lectionum ex ingenti numero Codd. MSS. a N. HEINSIO collatorum digeſta.

SUBJUNGITUR

LACTANTII ELEGIA DE PHOENICE,

vulgo CLAUDIANO adſcripta;

cum Curis Secundis

NICOLAI HEINSII,

& Adnotationibus

PETRI BURMANNI SECUNDI.

AMSTELAEDAMI,
EX OFFICINA SCHOUTENIANA.
M D C C L X.

Digitized by Google

Digitized by Google

VIRO AMPLISSIMO, HONORATISSIMO,

JOHANNI HUDDE DEDEL,

VRBIS HAGANAE CONSVLI,

ET CVM MAXIME

JVDICVM PRAESIDI,

MVSARVM FAVTORI ET CVLTORI EXIMIO,

D. D.

PETRVS BVRMANNVS SECVNDVS.

Reliquias Latiae monumentaque ſera Camenae,
Vatis at Auſonium grande ſonantis epos,
Accipe ſepoſitis, quas poſcunt publica, curis,
Commoda, DEDELIAE ſplendida fama domus.
Hagani communis amor populique, Patrumque,
Et carum Phoebo Pieriſinque caput:

Nec

Digitized by Google

DEDICATIO.

Nec dubita egregios inter ſociare poëtas,
Divite quos condit Bibliotheca ſinu.
Hoc Duce Caſtalios non averſare receſſus
Per toties tritas laetus adire vias;
Et luſtrare ſacro veſtitos gramine campos,
Laurus ubi ambroſio complet odore nemus;
Pieridumque choris numeros praeeunte modoſque,
Mecum conjunctas inplicuiſſe manus.
Si mihi ſpectato fiducia niſa favore
Surgit, ab adplauſu facta animoſa tuo;
Utque ſoles, noſtrae non deſpicis otia curae,
Muſa nec oppoſitas eſt habitura fores;
Sic Peluſiaco reſerataque limina vati,
Meque aditus faciles conciliante, dabis:
Obſequii ingenuum neque dedignatus honorem
Nomina non tenues hac tua parte legi:
Munere & admiſſo, digna te fronte probabis
Pignora amicitiae quantulacumque meae.

Non

Digitized by Google

Non tibi degenerem vili de plebe poëtam
Ducit ad inluſtres dextera noſtra lares.
Sed cui Caeſareas adrexit Honorius aures,
Quo Stilichon volult plectra movente cani:
Cujus Apollinea velavit fronde ſecures
Mallius, & ſacrum ſcandit honorus ebur:
Aurea quem ſato ſi dexteriore tuliſſent
Secla, Maronea nobilitata tuba;
Barbara ſi patriae non incunabula Memphis
Prima, Paraetonius nec tribuiſſet ager;
Nec ſi vidiſſet ſeptemflua cornua Nili,
Accola mox ripae, Thybri diſerte, tuae;
Hic ubi Romanos pro Graja Aganippide fontes
Inbibit auſpiciis, magne Probine, tuis;
Principibus veteris conponere vatibus aevi
Auſa, vel Auguſto judice, Roma foret.
Materiae reſpondet opus, neque dignior ulla,
Quae magis herois convenit apta modis.

Digitized by Google

DEDICATIO.

Seu Stygii raptoris equos, Regisque jugales
Tartarei cantat Perſephonaeque faces:
Seu Geticas ducit per regna Oenotria turmas,
Maurave Gildonis devovet arma feri:
Intonat auguſtas ſeu feſtum hymenaeon ad aras,
Muſa cothurnatos exſerit alta pedes.
Nec Clario minus acta calent praecordia Phoebo,
Fertur & adflatu nobiliore Dei;
Nomina quum Latios canit inceſtantia faſtos,
Romaque ut inluſtres degenerarit avos.
Terrarum Dea Roma caput, populiſque tremenda,
Qua Sol Oceano ſurgit, & ora tegit;
Moribus antiquis, rebuſque vigentibus, olim
Subjecit pedibus regia ſceptra ſuis;
Quum modico felix, tenuis laris incola magnus,
Contentus victu ſimplice Fabricius,
Pyrrhi aequaret opes animo, quas ſpernere norat,
Clauderet & Curios parva ſine arte caſa:

Quum

Digitized by Google

DEDICATIO.

Quum trabeam lictor Serrano offerret aranti,
Quinctius & raſtris ſollicitaret humum:
Quae Bruti virtute, jugum pertaeſa tyranni,
Tarquinios muris ejicere auſa ſuis:
Quaeque catenatum, Mario ducente, Jugurtham,
Hannibalem Fabii triverat ante mora:
Quae per Scipiadas, bellatoreſque Metellos,
Imperium in gentes protulit uſque novas:
Conſiliis poſtquam Patrum maleſana relictis
Caeſareos nutus & rata juſſa ſubit;
Libera ſervitio ſubmiſit colla pudendo,
Vinctaque ſuſtinuit, qua tulit arma, manus.
Credita Sejanis res publica, credita monſtris,
Auſoniae Harpyis dum lacerantur opes;
Urbs Domina abjectis ſpolium mox facta Cleandris,
Regnaque Macrones lenta tenere videt.
Majoremque latro praedam, quo nequior, ambit,
Exuvias Romae par ſibi quiſque rapit.

Digitized by Google

Principis induitur personam auriga nefandus,
Caesaris & partes histrio turpis agit.
Turbaque semivirûm Latiam subrepsit in aulam,
Et populis famuli jura dedere greges.
Naturae terraeque pudor, trabeata curules
Eutropius sellas dedecoravit arus.
Eunuchum ad summos vexere ergastula fasces,
Curia decrepito foeda spadone fuit.
Turpe licet Medis quondam lenibusque Sabaeis
Regia femineae sceptra subire manus:
Polluit at fastos castrato infamia major
Consule, & annales, Martia Roma, tuos:
Ut, cui venali titulus cervice pependit,
Gypsatosque dedit serva catasta pedes;
Membra Quirinali velans enervia cinctu
Hesperiam in leges jusserit ire suas.
Poenituit Romam: & justo confusa pudore
Semiviri insolitum ferre recusat onus;

Et

Et famulo ſervire negat, Latioque repellit,
Sub cujus populi tot gemuere jugo.
Ibit in exemplum ſeclorum infame Rufinus,
Principis opprobrium perniciesque ſui;
Inpius ut primi celſisſima ſcandat honoris
Culmina, ſed lapſu mox graviore ruat.
Quem ſtolida ambitio, quem vano turgida faſtu
Pectora, & imperii non ſatianda ſitis;
Quem praedae veſana fames, avidaeque rapinae
Dirus in exitium praecipitavit amor;
Cui Stygiam crebro ſtipaſſe cadavere cymbam
Ludus, & innocua tinguere caede manus:
Corde tegens, quidquid ſcelerum celatur Averno,
Et Furiis ſollers ſuppeditare nefas:
Bla ditiis celare, animus quas parturit, iras
Doctus, & intentas diſſimulare minas:
Compoſitoque vafer candorem obtexere vultu,
Verſutaque datam fallere fraude fidem:

Occultos variare dolos, artemque nocendi
Gnarus in alternas congeminare vices:
Juſtitiae fictus rigidique exactor honeſti,
Legiferae expertus tela ſevera Deae:
Qui Curios imitans, ſed Bacchanalia paſſim,
Multiplici infamis crimine, feſta colens:
Et licet heſterno venas diſtentus Jăccho
Nocturnum halaret foetidus ore merum;
Qui tamen inpuras ad ſidera tendere palmas,
Falſaque adoratis tura referre focis;
Aeternique Jovis ſupplex procumbere ad aras,
Infandum & templi poſte ferire caput;
Et geſtu & lacrimis pacem exorare Deorum
In ſacra auderet ſede, Ruſinus erat.
Sed claros probitate viros dum perdere, & aulae
Ingerere obſcuri nomina foeda gregis;
Et ſibi cum Arcadio vecors, Stilichone remoto,
Jam regale tumens, ſceptra gerenda parat;

Mox

Digitized by Google

Mox ſcelerum vindex meritas Rhamnuſia poenas
Exigit, ultoris fida miniſtra Jovis.
Armati petitur mucronibus undique vulgi,
Devotum telis obruiturque caput.
Denſaque conſumunt inviſo in corpore pila,
Sanguineaque cadit turpe cadaver humo.
Pars in fruſta ſecant, regnoque inhiantia vellunt
Lumina, & hic humeros amputat, ille pedes.
Hic jecur enſe ferit, hic viſcera ſedibus imis
Tracta, cruentata dilaniantve manu.
Non aliter quam cum Thebanum Penthea dirae
Maenades Aoniis diripuere jugis.
Numina ſic tetros plectunt violata Ruſinos,
Talis in Eutropios ſaeviit ira truces.
Exitus hic ſecli maneat portenta recentis,
Dedecora & terrae, Virgo Batava, tuae:
Qui patriae infamant Patres, par nobile Fratrum,
Conmeritos ſimili ſic periiſſe nece.

Quo

DEDICATIO.

Quo ferimur? juſtis probra haec iterare querelis,
Vulneraque admonitu non refricare lubet:
Triſtia nec rabidae ſpectacula pandere ſcenae,
HUDDENE, aut Hagae facta pudenda tuae.
Quin tenebris propriae condamas crimina gentis,
Deneget hic faſtis Poſteritaſque fidem.
Quisquis at haec aevi luſtret monumenta vetuſti,
Temporis & priſci comparet acta novis;
Flagitia Arcadiae vel turpia perlegat aulae,
Subducet ſamulo ſeque ſuoſque jugo.
Neſcia ſervitii cui mens, cui vena Batavo
Sanguine, ſed ſecli libera tabe, calet:
Qui nec inacceſſos animo venatus honores
Indomita praeceps ambitione ruit:
Qui neque ineſcatus fulgoribus illicis hami
Inmoto oblatas lumine ſpectat opes:
Publica ſed privis praeponens commoda, ſolam
Qui patriae curam deficientis agit:

Nec

Nec populi dubia gaudet mutabilis aura,
Flectitur aut nutu ſumma potentis Heri:
Sed proavûm leges & jura tuetur avita,
Inpavida & dominas excipit aure minas:
Nec metuit fragilem Sortis revolubilis axem;
Fortuna incedit celſior ipſe ſua.
Et Regum faſtus Reginarumque ſuperbos
Deſpicit, & rigidi juſſa ſupercilii.
Nec vulgi hunc rabies, nec ſeditioſa movebunt
Agmina de recto vertere calle pedem.
Mancipia aularum, quamvis praeluſtria, videt,
Colla nec aurata compede vincta gerit.
Devovet Eutropios, deteſtaturque Rufinos,
Horret & Auguſtae monſtra neſanda domus.
Sorte ſua felix non ambitioſa potentum
Limina, non altas obſidet ille fores.
Nec titulos captat mendico carmine vanos,
Principibus famulam proſtituitve lyram.

DEDICATIO.

Munera delati virtutibus ornat honoris,
Reddit & a meritis ſplendidiora ſuis.
Et liçet aut ſumat trabeas vel ſceptra reponat,
Dedecori Aonidum non ſibi ſacra putat.
Otia ſecundis Heliconia quaerit in umbris,
Optima ne vitae pars ſibi lenta fluat.
Talis erat; patrio nomen venerabile Phoebo,
Mallius, Auſoniae famaque doſque togae.
Tali Romuleas decorantem laude ſecures
Exhibuit Latiis Claudia Muſa choris.
Egregio cujus cantatos carmine faſces
Quisquis Apollinea cultus ab arte leget;
Conſulis ambivit quae docti laurea crines,
DEDELIAE, dicet, convenit iſta comae.

LECTORI
BENEVOLO
S. P. D.
PETRVS BVRMANNVS SECVNDVS.

POst tot veteris aevi ſcriptores, poëtas praeſertim, nitori priſtino adſertos & inluſtratos a Patruo meo Petro Burmanno, multis mihi nominibus ſemper venerando, reſtabat Claudianus, alti ſpiritus ac felicis genii poëta, quem praecipuis Virorum doctorum & ſuis adnotationibus inſtructum laborioſa manu ad novam & ſplendidiorem editionem adornaverat, dum in vivis eſſet; ſed ſepoſuerat in commodius tempus, quum principi poëtarum Virgilio lucubrationes ſuas addixiſſet, cujus operis cum erudito orbe communicandi typisque deſcribendi telam inchoatam abrupit fatalis Senem indefeſſum corripiens morbus, quo ingraveſcente utriusque editionis pertexendae & in lucem publicam producendae curam mihi non diu ante obitum commendaverat. Poſt fata viri, Muſis non ſine ingenti deſiderio erepti, haeſit aliquamdiu Claudianus apud Filium ejus ſcriniorum heredem Caſp. Burmannum, doctrina & honoribus apud Ultrajectinos conſpicuum, quem in animo habuiſſe ipſum hoc labore defungi, meque onere moleſto ſublevare, conſtitit mihi ex illius apographo, quo totum opus, cum ipſo poëtae contextu, ſubjec-

tis

Digitized by Google

tis omnibus, quae in hac editione exhibentur, eruditorum interpretum adnotationibus, ex Patris ſui autographo in ordinem digeſſerat, & induſtria vigiliarum ſane patientiſſima nitide admodum manu ſua deſcripſerat. Defuncto Patruele Ampliſſimo, quum a Filio ejus Jacobo Fabricio Burmanno, Curiae nuper Brabanticae apud Haganos Senatore, cui literata ſua anecdota ſupremae voluntatis tabulis legaverat, omnia Heinſiana ac Patrui ſcrinia aere meo redemta vindicaſſem, impetum ſtatim cepi de Claudiano & Patrui mei manibus bene merendi, eamdemque, quam Virgilio praeſtiteram, huic quoque poëtae operam inpendendi, ut & ultimo ejuſdem judicio, quo ſibi ſuccedaneum editorem me nuncupare dignatus erat, ſimulque literatorum hominum novam hanc Claudiani editionem cupide deſiderantium votis ſatisfieret. Illa tandem nunc ad finem perducta, rationem curae ei adhibitae hac Praefatione reddere fas erit, & recenſum agere Virorum eruditorum, quorum notis inluſtratus ac criticis animadverſionibus caſtigatus, & prae ceteris editionibus emendatior prodit hic poëta: de cujus patria & natalibus, honoribus ac fatis, tum ingenio & facultate poëtica, copioſe diſſerendi otium nobis fecit vir eruditiſſimus & Clariſſimus Joh. Matth. Gesnerus, in Prolegomenis adcuratiſſimis, quae praefixit novae editioni, Lipſiae anno proxime elapſo divulgatae, cujus merita nuperrime in Novis Actis ſuis diligenter recenſuerunt & praedicaverunt eruditi Lipſienſes.

Primum itaque locum occupant notae Martini Antonii Delrii, deſumtae ex editionibus Theodori Pulmanni Plantinianis an. 1572. 1585. & 1596. quae deinde Lugd. 1605. Colon. Agrip. 1612. & alibi repetitae ſunt, & hac praecipua dote ſe conmendant, quod margini adpoſitas habeant lectionum varietates, excerptas ex Pulmanni ipſius, Chriſtoph. Plantini, Jacobi Pamelii, Gu-

Digitized by Google

Gulielmi Gentii, & Leodienſis Collegii Codd. Mſſ. tum vetuſta Baſileenſi Michaelis Iſingrini 1534. editione, quae a viris doctis jure quaeritur et laudatur, quia ex emendatiſſimo Codice Mſ. expreſſa eſt; praeterea Pulmannus, ut ex ſcheda manu ejus ſcripta mihi patuit, codices Suſianos etiam adhibuit, eoſdem quos memorat Schottus Lib. II. Nodor. Cicer. Cap. 5. et notata Pulmanni ad ſui codicis oram laudat Heinſius ad Lib. II. in Ruf. 113. ea fuit Iſingriana editio a Pulmanno cum Mſſ. collata, quam a Barthio redemtam muneri acceperat Heinſius a Luca Langermanno. vide ad II. in Ruf. 232. Ipſe vero Delrius ope duorum Codd. Mſſ. & antiquiſſimae editionis Vicentinae an. 1482. Claudiano caſtigando non inutilem, licet tenuiorem, navavit operam. Iſtas enim copias auxiliares memorat ad Lib. III. R. P. 438. praeter Vicentinam tamen alias Moguntinas & Pariſienſes conſuluiſſe patet ex notis ad Conſ. Olybr. 200. tum Lugdunenſes Beringorum ac Baſileenſes, ſed in quarum negligentiam invehitur ad Lib. II. in Rufin. 230. & Bel. Get. 642. ubi vero numerum Codicum Mſſ. non addit, utrumque ſe intelligere, ſed cum vulgatos nominat, cunctos indicare monet ad Lib. III. R. P. 50. a quibus diverſum Carrionis codicem Mſ. laudat ad Conſ. Olybr. 45. Praeter has Claudianeas adnotationes alia quoque Criticae induſtriae ſpecimina juvenis produxit Delrius, quum literis humanioribus & Juris Romani ſtudio caperetur, quamquam eum *non acutiſſima aure ad poëtas judicandos conſediſſe* notet Barthius ad Lib. I. in Rufin. 282. pag. 1166. & *injuriam bono Delrioni facere inſigniter magnam, qui eum pro Critico habent*, cenſeat Salmaſ. in Exerc. Plinian. pag. 6. Certe doctrinae, lectionis infinitae, & collectaneorum perite conficiendorum induſtriae magis quam criticae ἀκριβείας nomine Delrium & commentarios ejus ad Senecam Tragicum, varia

Digitized by Google

eruditione refertos, ex merito laudat Thomaſius in Excerpt. Epiſt. apud Struvium in Act. Liter. Tom. I. faſc. VII. pag. 28. & Barth. ad Stat. IV. Theb. 418. qui eoſdem eximie commendat ad lib. VII. 537. Sed vide judicandi diverſitatem. quem *doctiſſimum, multae lectionis magnaeque operae ſcriptorem* vocat ad Stat. IV. Theb. 409. & ſine cujus commentariis Senecam Tragicum juventuti non legendum ſuaſerat, idem Barthius ad Grat. Cyneg. 405. Delrium vocat *inpudentiſſimae ſupinitatis corraſorem, qui immanes in Senecae Tragoedias commentarios edidit.* Neque benigniorem de illis ſententiam fert Demſterus ad Roſin. Lib. I. Antiq cap. 13. ubi *nugatorem Delrium* vocat, *qui Senecam Tragicum, poëtam venuſtiſſimum eruditiſſimumque ineptiis ſuis ac frivolis commentis deboneſtavit.* Aſperiora haec virorum doctorum ſuffragia proveniſſe opinor ex illorum odio, quod provectiori aetate contraxit ſibi Delrius, quum Jeſuitarum coetui ſe adplicuiſſet, & famam in juventute per elegantiores ingenii ac doctrinae fructus partam turpiter maculaſſet editis in Scaligerum aliosque primi ordinis homines eruditos ſcriptis virulentiſſimis, agmen ducens inpudentiſſimorum canum, quos clandeſtino incentore & adplauſore Lipſio, quum in caſtra eorum transfugiſſet, ingenti numero ſibi oblatrantes Heros ille ſuſtinuit. vide Patruum ad Syllog. Epiſt. Tom. I. pag. 700. Notas enim has in Claudianum, quas primum edidit an. 1572. quasque eodem anno praeceſſerant notae in Solinum, ex vetuſtis Lipſii membranis emendatum, produxit extra terminos adoleſcentiae nondum progreſſus, ut ipſe in praefatione ante Solinum teſtatur, juvenis quippe vigeſimum aetatis annum vix emenſus. vide Saldenum de Libror. Uſu Lib. II. cap. 3. § 12. p. 366. hinc Lud. Carrio Lib. II. Antiq. Lect. cap. 8. de diſcipuli hujus ſui notis in Solinum agens, Delrium vocat *juvenem ſupra aetatem eruditum.* Et inter prae-

Digitized by Google

praecocis doctrinae adoleſcentes refertur a Bailleto, Enſens celebr. par leurs etudes § 59. pag. 103. qui Adverſaria in Senecam Tragicum aetatis anno 19. ab eo edita ſcribit, quod mirum videri poſſet, quum prima eorum editio prodierit an. 1576. tunc cum annum aetatis 25 ageret Delrius, ſed ex praefatione an 1571. exarata, iisque quae ad finem operis ſcripſit ipſe Delrius, jam anno 1571. ultimo aetatis anni 19 menſe ab eo elaborata eſſe, adfirmat Baylius in Reponſ. aux Queſtions d'un Provincial cap. XVI. ubi multa de Delrio. Has adnotationes deinceps inſignem in modum auxit, praefixis Prolegomenis de Tragoedia veterum, vita ac ſcriptis Senecae, de verſibus Tragicis, additis Fragmentis veterum Tragicorum, & novo ampliſſimo in Tragoedias Senecae Commentario Antverp. an. 1594. & Pariſ. 1620. Quod opus inter omnia Delrii ſcripta praeclariſſimum cenſeri debet. Errarunt praeterea, qui Martinum Antonium Delrium & Martinum Delrium diverſos faciunt, & hunc inter Theologos, illum inter Literatores ac Juris peritos reponunt. Quae enim edidit in Solinum, Claudianum, & Senecam Tragicum, ſub nomine Martini Antonii Delrii, vel Del-rio, evulgavit; ſed cum Jeſuitarum ordini ſe adgregaſſet, Adagialia Veteris Teſtamenti, notae in Orientii Commonitorium, Diſquiſitiones Magicae, & plurima Theologica ſcripta, prodierunt ſub nomine Martini Delrii. vid. Joh. Moller. de Scriptorib. Homonym. pag. 666. hinc Delrium indicari patet a Claverio ad lib. I. in Eutrop. 478. ubi laudat *virum hodie religioſum & adprime eruditum*, & in praefatione ſua Delrium dicit *pietate*, *literis*, *ac geſtis honoribus inſignem*. Sed de Delrii fatis ac ſcriptis plura non addo, quorum notitiam uberiorem ſuppeditabunt Valer. Andreas in Biblioth. Belg. p. 643. & 644. Fr. Sweertius in Athen. Belg. p 531. & 552.

Digitized by Google

552. Ant. Sanderus in Brugenſ. Erud pag. 18. & Niceron Memoir. des Homm. Illuſtr. Tom. XXII. p. 380. & ſeqq. ex quorum ſerie adparebit, longe cultioris eruditionis & ingenii humanioris ſcripta eſſe, quae edidit quum Muſis & elegantiori Themidi litaret, & ad piperatas tabernas damnari dignas eſſe futiles quiſquilias, quibus orbem literatum obruit, quum cucullato Jeſuitarum gregi ſe emancipaſſet.

Delrianas notas excipiunt Stephani Claverii, in ſuprema Gallorum Curia quondam Advocati, qui cum adnotationibus perpetuis, adjuncta Coronide Miſcella, Claudianum edidit Pariſ. 1602. adjutus duobus exemplaribus Mſſ. Jacobi Cujacii, uno codice Gryphiano, & Schedis P. Gnoſii, inter tribunalis Gallici Judices viri literatiſſimi: has enim Schedas Gnoſianas & Mirandulae Excerpta memorat ad Lib. II. in Rufin. 406. & ad Epith. Pallad. & Celer. v. 23. tum codicem antiquum, qui Saletani nomen praeferebat, ad Lib. III. R. P. 332. quin & alium adhuc codicem Mſ. omnium vetuſtiſſimum poſt editas in Claudianum notas ſe fuiſſe nactum, unde plurima aliter dein caſtigarat, innuit in notis ad Perſium pag. 262. ubi Raphelengium ſuas in hunc poëtam emendationes cum honoris titulo ſecutum eſſe notat, ſed invehitur in literatorem quemdam Viretum, ut vocat, Aurelianenſem, ineptiſſimum & exoletum, qui aliquot adnotationes ſuas ad verbum fere expilavit, ſuisque conjecturis uſus fuit. Claverium tamen ipſum notata Cujacii pro ſuis publicaſſe criminatur Barthius ad Stat. VI. Theb. 346. & 404. idemque ipſi ſaepe objicit in Commentario ad Claudianum. Minus invidioſam, ni fallor, incuriae potius notam quam plagii maculam nomini ejus adſperſiſſet, ſi dixiſſet eum ſaepe conjecturas Cujacii, quas vir maximus orae codicis adleverat, non ſatis diſtinxiſſe a membranarum veterum ſcripturis variantibus. Nam praeter anti-

quos

Digitized by Google

quos Claudiani Codices Mſſ. etiam a Cujacio habuit emendationes & adnotata, quae exemplaris ſui margini adſcripſerat, & forte variantibus Mſſ. ſuorum codicum adtexerat. vide ipſum Claverium ad lib. I. in Eutr. 478. Laud. Seren. init. Epith. Pallad. & Celer. 74. & 101. lib. II. R. P. 364. & ad Epigr. V. & IX. hinc Cujacianas conjecturas pro librorum veterum Mſſ. lectionibus Claverium paſſim adripuiſſe & lectoribus obtruſiſſe monet ſaepe Heinſius, quem vide ad Lib. II. in Eutrop. 255. III. de Laud. Stilich. 358. ad Laud. Seren. 25. lib. I. R. P. 30. de Laud. Herc. 81. & Patruum ad Lib. II. in Eutr. 341. & Laud. Ser. 195. Ad notas ejus quod adtinet, licet plurima bonae ſatis frugis neque indocta conplectantur, ſtylo tamen duro & ingrato conſcriptas nemo diffitebitur, adfectata plurima & putida, tamque obſcura in iis occurrere, ut lectori ſaepe difficile ſit ſenſum ejus divinare vel adſequi. Ingenium quoque hominis varium & ſingulare notae hae ad Claudianum, praeſertim vero adnotationes ad Perſium, ubique produnt, in quibus nunc Philoſophicum adtollit ſupercilium, & ſententias loquitur, ac praecepta moroſi inſtar magiſtri crepat, nunc inſulſas, ut jocoſus adpareat, extra ſcopum delirans interſerit fabellas, pueris aut temulentis vetulis potius narrandas. vide notas ad Perſ. p. 156. 162. & 170. dictionis certe ejus inepte inflatae & Apulejanum ac Sidonianum in modum horridae, guſtusque depravati ſpecimen inſigne praebet ejus Dedicatio Claudianea, Galliarum Delphino inſcripta, & altera ad Jacobum Britanniarum Regem, notis Perſianis praefixa: adeo ut non inique de Claverio judicaſſe videatur Barthius ad Stat. Lib. V. Sylv. I. 95. *Claverius iſte minime ingenio caret, minus doctrina, interdum, quae ſentit, eloqui non poteſt, aliquando delirat ſapiendo.* Ignotior Biographis aut hiſtoriae de viris doctis literariae conpilatoribus eſt, apud quos al-

Digitized by Google

altum de Claverio silentium. In Academia Bituricensi versatum fuisse docent ea quae narrat ad Pers. p. 194. & seqq. Studiosissimum Cujacii discipulum omnes produnt paginae, in quem ubique ad nauseam elogiorum plaustra congerere adeo adfectat, ut abjecto adsentatori magis quam ingenuo & grato laudatori se similem praebeat, & saepe etiam ad minutias ac frivola, quibus censeri summum illud eruditae Galliae lumen adversaretur ipse, delabatur: ut cum modicam ejus staturam sed artus robustos Tydei instar laudat ad Bel. Getic. 584. nonnulla viri magni inter sermones familiares facete vel acute dicta passim propinat, & inter alia illud de castratis, *Ille dolet vere, qui sine teste dolet.* vide ad lib. I. in Eutrop. 53. quod repetit in notis ad Pers. p. 266. eumque dicere solitum circa duo ista vocabula *meum* & *tuum* versari hodie civilem prudentiam, ad lib. III. R. P. 270. tum fortuitum a Cujacio versum post molesti morbi aegritudinem pronuntiatum fuisse, *Non mihi magna fuit sed miseranda pati*, ad Epigr. XXXI. & in exsequiis ejus feretrum humeris juventutis portatum fuisse, ad Pers. p. 170. sed magis ridiculum est quod ex filiae ejus *Susannae Cujaciae* nomine fatuum anagramma formet, *a cunis Nausicaa*, ad laud. Seren. 145. quaeque alia ejus generis non meliora notis inserit, quibus acuminibus frigidis & absurdis qui delectantur, ingenium produnt a veris veterum elegantiis longe alienum. Sed & vitam Cujacii conscripserat Claverius, numquam, ut opinor, editam, quam si ejusmodi floscults male odoratis adsperserit, patientius certe ejus jacturam ferimus. Viro tamen bono industriae eruditae & Criticae in exhibendis veterum Codicum lectionibus diligentiae laudem relinquamus propter adnotationes has Claudianeas, notasque in Persium, ejusdem genii indolem referentes, sed non valde obvias, quae simul cum Bernardi Autumni Observationibus prodierunt

Digitized by Google

runt Pariſ. 1607. cui libro etiam additae ſunt Claverii Periphraſes aliquot Juvenalis enodatae, in quibus pag. 19. & 20. ſe plura in totum Juvenalem commentatum fuiſſe teſtatur, quae tunc ad manum non erant; nam et iſtas Periphraſes inluſtratas et notas Perſianas ſe ſola memoriae fide ſine ullo librorum adminiculo ſcripſiſſe jactat pag. 12. et ad Perſ. pag. 45. uberiores in poëtam hunc commentarios promittens pag. 79. ſed quos tamen numquam edidit. Ingenioſum praeterea nugarum difficilium architectum oſtendunt Gallicae ejus Figurae emblematicae, Perſianis notis ſubjunctae, quae Regis Chriſtianiſſimi, Reginae, Delphini, & Ducis Aurelianenſis laudibus conſecratae, & ad Principem Juvenem a teneris formandum ita conpoſitae ſunt, ut labyrintho inextricabili involutum lectorem includat; ex quarum praefatione verum ejus nomen patet, quo vernaculo idiomate vocabatur *Etienne de Claviere*, Latine vero in libris a ſe editis *Stephanus Claverius*, vel *Stephanus Claviger*, ut ipſe in titulo Epiſtolae ad Joſ. Scaligerum, editae Tom. II. Syllog. Epiſt. pag. 346. qua vitam Cujacii a ſe conſcriptam Scaligero mittit, quam praeter Claudiani editionem ad Cujacianos aliosque probae notae codices caſtigatam ſub auſpiciis Viri inluſtris prodire deſiderat, promittens etiam Panegyricos veteres, & Elegias ſuas cum ſingulari Epigrammatum libello. ibidem nonnulla de eo notavit Patruus, unde diſcimus Claverium obiiſſe an. 1622. vigeſimo poſt editum Claudianum anno, & a Longo in Biblioth. Hiſt. Franc. p. 6462. recenſeri librum Claverii *Floridorum* titulo inſignitum, mihi ignotiſſimum, licet aequo animo nos eo carere opiner, ut & Elegiarum ejus atque Epigrammatum ſpecimini-bus poëticis. Ab interitu potius vindicata optarem Claverii notata ad Panegyricos veteres, quos diligenter ſe contuliſſe cum editione Rhenani, in qua erant emendationes manu

Digitized by Google

Critici ſagaciſſimi Jani Gulielmii ſcriptae, indicat ad Lib. II. in Eutrop. 83. & in Coron. Miſcell. cap. 2. in fine. vel ut publici juris feciſſet nonnulla veterum auctorum anecdota, ex codicibus Bibliothecae Cujacianae ab eo deſcripta, & praecipue Mallii Theodori, docti illius togati, cujus Conſulatum carmine eximio laudavit Claudianus, quorum nobis ſalivam movet in notis ad Conſ. Mall. init. quae Philoſophica vel Aſtrologica fuiſſe innuit. His facile perſuadeor ut credam contenta fuiſſe opera illa, quae poſt obitum Imp. Gratiani Praefecturae Praetorii adminiſtratione defunctus in Liguriani ſeceſſus otio literato ante Conſulatum ſcripſit Mallius, Dialogos nempe Philoſophicos ad Platonis exemplum ſcriptos, de origine & natura mundi, librum de Aſtris, de partibus animae, & ſimilia, quae Claudiani veſtigiis inſiſtens recenſet Alb. Rubenius eleganti Diſſertatione de vita Fl. Mallii Theodori, a Graevio edita, pag. 26. & ſeqq. qui aliud etiam Mallii opuſculum Grammaticum de Metris, ad filium ſibi cognominem Theodorum ſcriptum, memorat pag. 106. cujus codicem Mſ. apud Gevartium exſtare addit, ejusque initium profert. Illud ipſum nuper ex Bibliothecae Auguſtae Guelpherbytanae codice in lucem protraxit, & gratiſſimo munere rem literariam auxit Jac. Fred. Heuſingerus. Non diſſimilis argumenti librum, Caeſii Baſſi Artem de verſuum ac pedum differentia, ſibi in Bibliotheca Inluſtris Cujacii viſum refert Claverius ad Perſ. pag. 271. quem eumdem arbitror a Putſchio inter Grammaticos veteres editum pag. 2664. & ſeqq. Denique etiam publicis uſibus ſe propediem conceſſurum promiſerat Graecum Hippocratis libellum, qui eo tempore tantum Latine exſtabat, de Purgationibus, ex codice itidem Cujaciano a ſe deſcriptum, in notis ad Perſ. pag. 68. idem ille eſt, quem ſub titulo περὶ τῶν φαρμάκων καθαιρόντων ex eodem libro Mſ. Cujaciano dein

Digitized by Google

dein edidit Petavius poſt Nicephori Breviarium Hiſtoricum pag. 408. & ſeqq. a cujus tamen editione ſaepe differt exemplar illud, quod aliquando in Bibliotheca Leidenſi deſcripſi ex codice Iſaaci Voſſii, qui habuerat ex Mſ. Hadriani Junii. Sed haec de Claverio, ab hoc loco non aliena, ſufficiant, quem miror in tanto numero Auctorum, qui de fatis ac ſcriptis virorum doctorum commentati ſunt, fere indictum ac praeteritum fuiſſe.

Sequuntur notae Thomae Demſteri, nobilis Scoti, in variis Europae Academiis, praecipue vero Pariſina, Piſana, ac Bononienſi, diverſas ſcientias quondam profeſſi, antehac rariſſimae, depromtae ex editione, quae tenuiſſima forma prodiit Flexiae 1607. ſubjuncta Digeſtione Hiſtorica Operum Claudiani, quam digniſſimam exiſtimavi, quae in hoc Volumine non negligeretur, quia argumento Poëmatum Auctoris recte intelligendo & inluſtrando facem non exiguam praebet. Notas has Demſteri non magnae rei eſſe cenſet N. Heinſius in Praefatione. In illis certe, ut & aliis Demſteri ſcriptis, multiplicem lectionis eruditae copiam magis quam dijudicandi vim & limam laudandam eſſe agnoſcimus, unde Demſterum *in illa copioſa lectione hominem judicii perpuſilli* fuiſſe judicat Broukhuſ. ad Tibull. Lib. I. El. 7. 53. quem tamen defectum ſaepe conpenſat, praeſertim in Antiquitatum Paralipomenis & in Etruria Regali, emendatione aut inluſtratione Auctorum veterum, quorum loca vel corrupta circumferebantur aut perperam intelligebantur. Alias vero & uberiores in Claudianum notas ab eo ſcriptas eſſe, quam quae in iſta editione Flexienſi, quam ſolam tantum recenſet Fabricius, exhibitae fuerunt, multa ſunt quae me inpellunt ut ſuſpicer. vid. ad Lib. I. in Ruf. 18. & ad Lib. II. 82. ubi pars notae occurrit, qua locutionem *regere jura* inluſtrat, quae in editione

Digitized by Google

Flexienſi non exſtat, ideoque eam ex notis ad Corippum adſutam opinatur Patruus. Sed forte ex alia editione derivata eſt; nam plura in ejus adnotationibus occurrunt, quae in iſta editione non habentur. Sic ibid. ad v. ſeq. 83. notat ſe de pellitis Getis plura dixiſſe ad Bel. Get. 481. quae fruſtra illic quaeras. ad Lib. II. in Ruf. 406. tota nota ex editione Elzeviriana, cum Heinſii & Variorum Obſervationibus curata, legitur, quam in Demſteri editione iſta Flexienſi non reperiri monet Patruus. & ad IV. Conſ. Hon. 169. ubi Barthius notaverat Demſterum unum deleviſſe verſum; quod ex notis ejus non colligas. In eadem ed. Elzev. ad Lib. I, R. P. 114. de vinculis Saturni ſtatuis injectis addita eſt nota, quae in Flexienſi etiam deſideratur. quemadmodum ejus adnotationibus ad libros de Laud. Stilich. & in VI. Conſ. Hon. editioni cum notis Variorum inſertis eadem editio Flexienſis deſtituitur. & hanc ſuſpicionem auget ipſe Demſter. in notis ad Coripp. pag. 115. ubi dicit ſe multis de Phoenice diſſeruiſſe ad Claudiani Idyllium de Phoenice, quae ibidem non conparent. & pag. 145. teſtatur ſe in notis ad Claudian. IV. Conſ. Hon. 591. fuſe docuiſſe ex aliis ſcriptoribus *baca* non *bacca Nereïda* legendum, quae in his non inveniuntur; ut nec illa, quae ex Demſteri notis adfert Barth. ad Lib. II. in Ruf. 82 & 130. Ingentem quidem in hunc poëtam Commentarium praeter illa adnotata breviora Flexiae excuſa, promiſiſſe Demſterum in Paralipomenis ad Roſinum memorat Heinſius in Praefatione, ſed quam lucubrationem, ut & Delrii ac Claverii curas ſecundas, numquam publicae luci expoſitam adfirmat. Dubitationi cauſſam mihi praebet Index ſive Catalogus omnium Demſteri ſcriptorum, ab ipſo auctore digeſtus, & ex Alidoſio de Exteris Acad. Bononienſ. Doctorib. praefixus Etruriae Regali, poſtumo Demſteri operi: illic enim recenſentur ejus *Notae ad Clau-*

Digitized by Google

Claudianum. Lib. I. Flexiae. In Statium Notae. Lib. I. Flexiae. in Claudianum Commentarius. Libri XI. Lugduni & alibi. ubi videmus clare priores editionis Flexienſis notas diſtingui a Commentario Lugduni poſtea edito, ne quis objiciat in iſto Indice multa Demſteri inedita enumerari, ſed quibus non adduntur nomina locorum & urbium, ubi typis deſcripta fuerunt: idque magis adhuc probatur ex ejus notis ad Coripp. pag. 188. ubi agens de loco ex Lib. I. de Laud. Stilich. 110. *Nec vaga Chunnorum feritas* &c. ſcribit ſe in editione ſua Flexienſi cenſuiſſe legendum *Non vaga te Hunnorum feritas* &c. ſed deinde *Thunorum* praetuliſſe; meminitque ibidem Mſ. codicis Bongarſiani & Veneti antiquiſſimi, quos etiam laudat p. 73. & 100. & alibi ſuum codicem, in quo Liber de laudibus Serenae cuidam Gyraldo adſcribebatur. vid. pag. 89. 147. & 172. Quod autem ſe in editione ſua Flexienſi iſto in loco *Hunnorum* emendaſſe ſcribat, non minorem mihi difficultatem movet, quoniam in ea editum video *Nec vaga Chunnorum*, nihilque notarum ad hunc locum illic dederit. Itaque amplioribus ejus notis deſtitui nos opinor penuria editionis alterius, Lugduni vel alibi in Gallia excuſae, qua Commentarium prolixiorem in Claudianum dedit, quam vix obviam, & fruſtra, ut memini, quaeſitam adhibere Patruus non potuit, ſolisque Demſteri notis ex illa Flexienſi petitis editionem ſuam inſtruere coactus fuit; neque eam memorat Fabricius, aut alii, qui editiones Claudianeas recenſuerunt. Dubium relinquit Jan. Nicius Erythraeus in Pinacoth. I. pag. 25. ubi vitam, fata peculiaria, clades familiae nobilis olim & opulentae, ingenium Demſteri aſperum & pluſquam rixoſum, vagos errores, & diverſarum artium nunc in hac nunc in illa Academia profeſſiones deſcribens, opera ab eo, dum inter Gallos verſaretur, antequam in Italiam ad Piſanos ſe conferret,

Digitized by Google

edita haec conmemorat, Commentarios in Roſini Antiquitates, in Claudianum, & in Corippum poëtam Africanum (Criſpum inepte illic operae typographicae dederunt). Non enim diſtinguit, cujus editionis notas vel Commentarios intelligat in Gallia editos, Lugdunenſis an Flexienſis, quia utraque urbs Galliae eſt. Et harum etiam editionum raritati adſcribendum eſt, quod nullam notarum Demſteri ad Claudianum mentionem faciat Niceron Memoir. des Homm. Illuſtr. Tom. XXVIII. pag. 314. & ſeqq. ubi ceteroquin operoſum ſatis indicem ſcriptorum ejus contexuit, ſed qui inſignem in modum augeri poteſt ex Catalogo illo ante Etruriam Regalem, ſupra indicato; in quo etiam, ut patet, memorantur illius notae ad Statium Flexiae itidem editae, quas alicui viſas vix puto. In animo tamen habuiſſe Demſterum poëtam hunc inluſtrare, multaque ſe luce non indigna huic inſtituto paraſſe dicit in notis ad Coripp. p. 145. adjutus codice Argentoratenſi, apud ſe exſtante, & vetuſta editione Veneta ac Florentina, quarum meminit p. 78. & 166. & ſic Claudianum ac Statium, nobile poëtarum par, eadem editione conjunctos ſuis cum notis ſe editurum promiſerat Jan. Gebhardus Lib. III. Crepund. cap. 4. quemadmodum etiam ſuppreſſas fuiſſe Mariangeli Accurſii Animadverſiones in Claudianum, quem ſeptingentis fere locis ad optima exemplaria emendaverat, queritur Barth. ad Stat. II. Theb. 240. uti nec prodierunt umquam Jani Parrhaſii lucubrationes in omnia Claudiani opera, quas promiſit in praefat. ad Lib. III. Rapt. Proſerp. neque prolixi Gevartii Commentarii ad Panegyricum de Conſ. Mallii, quorum mentionem facit Heinſius ad illius poëmatis v. 145. Veriſſimam autem ingenii Demſteriani, ut ad eum revertar, imaginem vivis & ſuis coloribus depictam nobis dedit illic Niceronius, quum his verbis, Broukhuſiano judicio ſuffragantibus, in-

Digitized by Google

indolem & characterem hominis describit: *C'etoit un homme d'une memoire prodigieuse, d'un travail infatigable, bon ami, & ennemi violent, qui avoit de l'erudition, mais peu de jugement, & de bonne foi, & dont le stile est rude & peu poli.* Quod testimonium unice confirmatur ex vita & actis Demsteri non vulgaribus, quae diligenter illic narrata legi omnino merentur, praeter ea quae Erythraeus, & ipse Demsterus de se suisque posteritati tradidit in Epistola, qua Jacobo I. Britanniarum Regi Conmentarium ad Antiquitates Rosini dedicavit. Illa vero Antiquitatum Rom. Paralipomena, & notae in Corippum ac Claudianum, inter Demsterianae eruditionis monumenta dignis laudibus praedicanda sunt, quamquam de notis ad Claudianum peraeque dici possit, quod de notis ejus in Corippum Barthius ad Stat. XII. Theb. 418. illas saepe parum facere ad poëtae emendationem, licet idem Barthius Lib. XXI. Adv. cap. 13. bene de Corippo meritum esse eruditissimum Demsterum, nullam aetatem negaturam adfirmet. Sed his longe splendidius & augustius est Etruriae Regalis Opus, thesaurum Etruscarum Antiquitatum conplectens, quod in Academia Pisana elaboratum apud Magnum Etruriae Ducem depositum reliquerat, quum ad Academiam Bononiensem, ubi an. 1625. obiit, evocaretur. Id suo tempore ut ineditum & inter Ducis Etruriae cimelia reconditum laudat Erythraeus, ubi quum per multos annos delituisset, hoc demum seculo inde erutum & e tenebris vindicatum fuit a viro inter Anglos inlustrissimo Thoma Coke, & insignibus Antiquitatum Etruscarum thesauris ditatum, atque egregia Philippi Bonarotae, variis ingenii ac doctrinae monumentis inter Italos clarissimi, Adpendice auctum prodiit Florentiae 1723. Istius Operis adcuratam recensionem ac conmendationem a Patruo meo conscriptam inter ejus schedas adservo, quam

Digitized by Google

quam publico non inviderem, ſi hujus loci eſſet, praeſertim quum dignis encomiis id praedicaverint eruditi Lipſienſes in Actis an. 1728. pag. 145. & Itali Literati in ſuis Diariis Tom. XXXVIII. pag. 398. & ſeqq. quamquam plurimos Demſteri errores, quos inemendatos reliquit, caſtigaverit Franc. Marianus de Etruria Metropoli cap. I. Sed haec & ſimilia ſine dubio ipſe auctor ad incudem & limam revocaſſet, ſi labori praeclaro cum erudito orbe communicando ſupervixiſſet. Mirari vero licet Niceronium pag. 318. Etruriae Regalis Demſteri ut nondum editae mentionem facere, quum tamen illud ipſum opus jam per undecim annos, antequam id an. 1737. ſcriberet, lucem adſpexiſſet publicam.

Sed hos quidem Delrii, Claverii, ac Demſteri conatus potius quam ſucceſſus ad ſananda vulnera Muſae Claudianeae per temporis & librariorum injuriam inflicta quemadmodum ſuis laudibus non fraudamus, ſic ad vitam ei redonandam, & priſtinum ſplendoris decus conciliandum requirebatur praecipuus ille vel unicus veterum ſcriptorum vindex & ſoſpitator Nicolaus Heinſius, vir inter illos, qui de his Criticae elegantioris ſtudiis optime meruerunt, principe loco reponendus, quique ſolus paucis annis plus profuit Latinis poëtis in integrum reſtituendis, quam per ſeculi ſpatia illis nocuerunt plurimi minorum gentium Palaemones ac vitio creati Cenſores. Hic enim naturae benignioris munere inſtructus quum eſſet ſummo ingenio, recta judicandi facultate, & feliciter divinandi acumine, quae dotes a parente magno Daniele Heinſio quaſi hereditariae, & propria eruditione, quam continua veterum lectione conparaverat, corroboratae perfectum ac conſummatum eum reddiderunt Criticum, unde praeter Virgilium, Ovidium, Valerium Flaccum, Lucanum, Silium, Statium, & omnes fere Latii veteris poëtas, ad innumerabilem vetuſtorum

Digitized by Google

rum codicum copiam doctis itineribus per Angliam, Galliam, Germaniam, & Italiam ſuſceptis ac repetitis conparatos & emendatos, induſtriae ſuae criticae curas etiam Claudiano ope membranarum veterum diligentius, quam hactenus factum fuerat, caſtigando, jam a prima juventute addixerat. Sed merita Heinſii literis & Muſis elegantioribus praeſtita operoſius praedicare abſtineo, quum inexhauſtos ejus, & quibus unius hominis aetas vix ſufficere videri poſſit, labores in hac doctrinae parte exantlatos prolixius laudaverit Patruus in majori Praefatione Ovidiana, luci nuper expoſita, & dedita opera id egerim in Vita Viri Inluſtris, Adverſariis ejus praemiſſa. Obſtupeſcent, ſat ſcio, deliciarum harum periti amatores ad tantam codicum vetuſtorum multitudinem, quos in tam diverſis Europae Bibliothecis perluſtratos, vel ex amicorum doctorum pluteis ſuppeditatos, ſolius Claudiani recenſendi cauſſa excuſſit, quorum numerum adcuratius infra memorabimus, & ſingulos ſuo ordine digeſtos recenſuimus in Syllabo, quem exhibendum curavi ante Syllogen Variantium Lectionum ex illis collectarum. Prima Heinſii editio Claudiani eſt Elzeviriana minoris formae Lugd. Bat. anni 1650. cui curandae ac corrigendae praefuit magnus Heinſii amicus Joh. Fred. Gronovius, dum ipſe Reipublicae noſtrae nomine in Sueciam eſſet profectus. Recte enim errorem Crenii & aliorum, quem a Fabricio quoque admiſſum miror, refutavit Cel. Geſnerus, a quibus prima Heinſii editio ſtatuitur Lugd. Bat. 1641. cum ejus Notis; quam qui memorant, illos eam numquam vidiſſe certus ſum. Si enim jam illo anno primam Claudiani editionem dediſſet Heinſius, cur igitur an. 1649. quum circa menſem Octobrem Amſtelaedami haereret Suecico itineri adcinctus, Gronovio ſuo partem notarum, quas in ipſo itinere totas deſcribendo

Digitized by Google

abſolvit, miſiſſet cum exemplari, quod adhuc ſervo, editionis Raphelengianae, manu ſua correctae, unde contextum exprimerent librarii, ut patet ex ejus Epiſt. ad Gronov. Tom. III. Syllog. pag. 231. & non potius prioris ſuae editionis exemplar adcuratius caſtigatum transmiſiſſet. Jam ab anno quidem 1641. & ſequentibus, quos inpendit itineribus in Angliam, Brabantiam, Galliam, & Italiam, Claudiano, ubicumque membranas illius vetuſtas offendebat, manum emendatricem admovit, ſed ei demum in lucem emittendo operam dedit circa an. 1649. & 1650. codicibus Mſſ. octo & viginti uſus. Repetita deinde in Gallias & Italiam peregrinatione Vaticanos, Farneſianos, Ambroſianos, & plurimos alios codices ab amicis Italis ac Gallis ſubminiſtratos diligentius excuſſit, adeo ut ad Claudianum recenſendum plus quam quadraginta librorum Mſſ. ſubſidio fuerit inſtructus, quem fere numerum etiam aequant Virgilii & Lucani codices ab Heinſio evoluti. Hinc enatae ſuerunt Curae ſecundae, productae in majori editione Elzeviriana Amſt. 1665. quibus ſub vulgari illo Variorum titulo pannos laceros adnotationum Claverii, Demſteri, & Barthii negligentiſſime adſuit, mercenariam editionis curam temere ſuſcipiens, Cornelius Schrevelius: qui cum ſimilis notae magiſtris Pitiſco, Thyſio, Cnippingio, & neſcio quibus, famae & exiſtimationi melius quam quaeſtui & crumenae conſuluiſſent, ſi ludis literariis incluſi manus inlotas abſtinuiſſent a vetuſtis Auctoribus edendis, aut virorum doctorum commentationibus inperite digerendis. Cum igitur editio illa, plurimis mendis foedata, Heinſio minime ſatisfeciſſet, tertias meditatus fuit curas, notaſque non paucis acceſſionibus locupletatas reliquit, quae quum poſt Viri eximii obitum cum innumeris aliis ejus gazis literariis perveniſſent in manus Patrui mei, editionem hanc, quam nunc demum poſt ejus

Digitized by Google

ejus fata publicis orbis eruditi uſibus exponimus, adparavit, ſuisque adnotationibus inſignivit: in quibus id praecipue ſtuduit ac feliciter praeſtitit, ut pleraque Claudiani loca nondum ſatis emendata aut explanata conjecturis ſobriis & modeſtis correcta, vel interpretationibus oportunis explicata & clariora redderet, nonnulla quoque, auctoritate plurimorum & meliorum codicum probata, a nimis ſaepe ingenioſis & acutis Heinſii tentaminibus criticis vindicaret, & Claudiano proprias ac ſingulares locutiones, licet ad optimi aevi normam non ſemper exactas, ſuo Auctori adſereret. Averſabatur enim, quam qui maxime, morbum illum cacoëthes criticae inſanabilem, & ſuo praecipue ac hodierno tempore magis adhuc ingraveſcentem corrigendi & tentandi omnia etiam ſaniſſima pruriginem, qua plurimi calore praeſertim juvenili abrepti, & parandi nominis avidi, vetuſtos utriusque linguae auctores tantum in manus ſumunt, aut edendos ſuſcipiunt, unice ut ingenii laſcivientis & judicii, ut ſibi blandiuntur, felicioris oſtentent acumen, quo loca quaecumque aut parum iis intellecta aut difficiliora, ad quae primo intuitu haerent, ſtatim emendanda adripiunt, antequam ſatis inſtructi ſint ab illo adparatu, non niſi diligenti & laborioſa multorum annorum lectione & obſervatione conparando, quo diverſae aetatis ſcriptorum, praeſertim poëtarum, loquendi conſuetudinem probe diſtinguere valeant, aut variatas atque in deterius mutatas linguae Latinae vices probe habeant cognitas & perſpectas, ideoque in explorata & minime adfecta ſaepe veterum auctorum loca ferro & igne ſaeviunt, ſolo ingenii ac judicii ſui ductu confiſi, quae graſſandi arrogantia tunc praeſertim periculoſiſſima eſt, ſi nullo veterum codicum uſu exercitati ad auctores antiquos caſtigandos & edendos temere properent, quibus antequam ſe incauti & inparati adcingant, Criticis noſtris, ſanam illam

Digitized by Google

Rationem auctoritati codicum Mſſ. vel Scriptoris ipſius judicio plerumque obtexentibus, prius diligenter perlegendam ſuademus Praefationem operoſam, eruditorum virorum calculo probatiſſimam, quam Commentario ſuo in Phaedrum praefixit Patruus, in qua ſanae & tempeſtivae Critices viam illam demonſtravit, quam ipſe in omni vita, tot vetuſtis auctoribus in melius reſtituendis conſumta, ſemper religioſo ac ſollicito pede preſſit. Audiant quoque, & ad haec exempla ſe conponant, quid de perverſa iſta bonos Auctores corrumpendi magis quam ſanandi aut curandi ratione cenſuerit Vir in artis Criticae palaeſtra & membranarum veterum tractatione verſatiſſimus Jac. Phil. D'Orville in notis ad Chariton. pag. 517. *Dubitabundus propono hanc conjecturam, ſimul ſubmetuens, ne iis accenſear, qui plus Codicibus & infrunitis librariis tribuam, quam illi* πολυμόρφῳ ϗ πολυωνύμῳ *Divae, ſanae Rationi, vel* ὑγιοχίᾳ ϗ ἀγχινοίᾳ, *Criticorum ſacroſanctis idolis. Felices, quibus horum numinum ſacraria quotidie inoffenſo pede intrare liceat, & ita adflatis, nulla non hora inſcientibus, ceu e mento barba, emendationes naſcantur, indubitabiles, veriores quam illa apud Sagram, egregiae & capitales, quando praefiſcini de ſuis teſtimonium perhibent.* Ad duos praeterea Codices Bibliothecae Leidenſis Voſſianos Claudianum exegit Patruus, et libri Parmenſis, qui Heinſio Farneſianus eſt, & Mediolanenſis, variantes lectiones habuit a Cel. Dorvillio, tum Excerpta diverſae ſcripturae Codicis Mſ. ad editionem Plantinianam conparati a Cel. Joh. Chriſtoph. Wolfio; neque neglexit Schedas Gudianas, quas Heinſius demum adhibuit poſt curas ſecundas, excerptaſque illas codicum aliorum diſcrepantias, quas ab eodem in notis non memoratas invenit inter illas Heinſii collationes, quas poſſidebat, quibus ingentem copiam addere potuiſſet, ſi ad manum ipſi

Digitized by Google

ipſi fuiſſent aliae editiones, quibus codicum plurimorum varietates adſcripſerat Heinſius. Diligenter etiam contulit editiones vetuſtas, Parmenſem Thadaei Ugoleti ex tribus codicibus Mſſ. emendatam, an. 1493. & praeſertim Vicentinam an. 1482. a Barnaba Celſano editam, quam omnium principem Heinſius exiſtimabat in Praefatione editionis prioris, & ſaepe in notis: ſed in ſecundae editionis Praefatione monuit antiquiorem Venetam an. 1470. memorari a Demſtero in notis ad Corippum (pag. 88.) quam tamen in Annalibus ſuis Typographicis non memorat Mattairius. Delrius vero ad Conſ. Olybr. 55. Vicentinam omnium, quas vidit, antiquiſſimam vocat. Eſt certe praeſtantiſſima haec & valde rara editio, licet admodum corrupta, quaeque vicem codicis Mſ. praebeat, quia correctoris manum non paſſa, ſed ex antiquo codice preſſo pede edita eſt, cujus ſcripturam etiam mendoſam neque interpolatam exhibuit. Deſiderantur autem in hac editione, quae in ipſo codice, unde expreſſa fuit, non exſtitiſſe veroſimile eſt, Laus Serenae, Epithalamium in nuptias Palladii, Gigantomachia, Epiſtolae, Idyllia, Epigrammata, & alia, quae Claudiano abjudicant viri docti: quod conſtat mihi ex editionis hujus exemplari, quo uſus eſt Patruus, in cujus ora emendationes, & verſus nonnulli ſuppleti, manu vetuſta Itali, ni fallor, eruditi adparent. Aldinam quoque editionem an. 1523. adhibuit, ex qua Iſingrinianam & Gryphianam expreſſas eſſe notat ad Idyll. I. 36. tum Pariſienſem Colinaei an. 1530. cujus margini adnotatae quaedam habebantur lectiones variae Theod. Marcilii, ſecum communicatam a Dorvillio. editiones vero Aldinas conſuluiſſe Barthium, dubitari poſſet ex ejus nota ad Idyll. II. de Hyſtrice v. 38. ubi ſolum Scaligerum lectionem veram vidiſſe notat, quum ſic jam edidiſſet Aldus, cujus tamen editionem memorat ad Idyll.

Digitized by Google

III. 6. & alibi. Scaligeri lectiones cum advocat Barthius, innuit editionem Raphelengianam minori forma excusam 1603. quam a Viro maximo castigatam notat ad Stat. VI. Theb. 346. eumque in hac curanda saepe Claverianae editionis lectionibus addictissimum fuisse monet ad Lib. II. in Ruf. 346. nimiaque reverentia erga codices Pulmannianos ductum Raphelengianae editionis architectum, ut vocat, ad Lib. II. in Eutr. 349. ed. prim. Barthii vero ipsius Commentario vaegrandi editionem suam non obruisse Patruum, probaturos omnes mihi persuadeo, cum emendationes ejus & expositiones corruptorum vel obscurorum locorum passim ipse & Heinsius recensuerint, bonasque probaverint vel pravas rejecerint. Nam de Barthiano hoc labore idem ex vero testimonium praeberi potest, quod ipsum de Demstero dedisse supra notavimus, Commentarios ejus *saepe parum ad poëtae sui emendationem conferre*, neque eum semper *acutissima aure*, ut de Delrio censebat, *ad poëtas judicandos consedisse;* quamquam plurimas egregias & eruditas observationes, sed parum ad Auctores ipsos, quos tractat, passim facientes, tam ex Commentario ejus Claudianeo, quam Statiano, aliisque, colligere possint viri eruditi & Musarum studiosi, unde penum literariam & variarum rerum Adversaria instruant & adaugeant. Jactantius tamen, quam fas est, de hoc suo opere gloriatur ipse in notis ad Rutil. Lib. I. 504. ubi *librum incomparabilis diligentiae* vocat, *seque vel hoc solo opere immortalitatem meritum posteritati persuasurum esse* adfirmat. Mendosissime autem secundam editionem Francof. 1650. per absentiam suam a typographis habitam fuisse, parcimonia editoris, qui idoneum correctorem non adhibuerat, & Graeca fere omnia vitiata esse queritur ad Stat. Lib. V. Sylv. I. 118. unde multa in ejus notis tam mendose edita sunt, ut saepe intelligi nequeant. vid. ad Lib.

Digitized by Google

Lib. III. de Laud. Stilich. 298. eorum ſpecimen dedit, & nonnulla caſtigavit Crenius Tom. XVI. Animadv. pag. 144. & ſeqq. Secundam & tertiam recenſionem memorat ad Stat. IV. Theb. 132. licet aliam non noverim, quam ſecundam iſtam Francofurtenſem an. 1650. (non enim eam recuſam an. 1654. ſed ſolita bibliopolarum fraude novum tantum titulum praefixum eſſe monet Fabricius) & primam editionem, quam juvenis produxit Hanoviae 1612. in 8°. quae ſuo pretio aeſtimari & conparari meretur, quia animadverſiones in illa exhibitae longe differunt a curis ſecundis, & ſaepe in hac prima editione rectius & ſanius de plurimis Claudiani locis judicaverit quam in altera. Johannis vero Camertis adnotationes, quarum ipſe meminit in notis ad Florum Lib. I. cap. 2. §. 3. quaſque Viennae an. 1510. in 4°. editas Fabricius recenſet, in hac editione non exhibitas nemo mirabitur, qui eas vix uſquam inveniri, & jam a Barthio ac N. Heinſio fruſtra quaeſitas noverit: neque hic conſpici ad molem nimiam evitandam Commentarium Jani Parrhaſii ad Proſerpinae Raptum, licet egregium & ad hiſtoriam mythicam utiliſſimum, quia prolixior & ſatis obvius eſt, quem ex merito laudat Barthius ad Stat. IV. Theb. 288. & plus ſemel Broukhuſius in Commentario Propertiano; qui Parrhaſium *virum ſeculorum memoria digniſſimum & inter primos literarum Romanarum ſoſpitatores* praedicat ad Lib. I. El. 2. 20. & Lib. III. El. 15. 10. Parrhaſium Mediolani Claudianum publice explicuiſſe narrat Claver. ad Praef. de Conſ. Mall. v. 19. Multo tamen minus hic aliquam rationem eſſe habitam quis requiret Commentarii, quo Nicolaus Biffius Claudianum Italice a ſe verſum oneravit Mediol. 1685. eoque Phyſico, Ethico, ac Politico, & quo ſingularum vocum etiam minutiſſimarum explicationes longiſſimas & ſimul ineptas valde dedit; de quo legi merentur

Ac-

Digitized by Google

Acta illius anni Lipsiensia pag. 557. et seq. aut notarum Joach. Casp. Khunii, quae in IV. Cons. Honorii scriptae prodierunt Argent. 1706. An de hoc etiam poëta perinde ac de tot aliis Latinis auctoribus praeclarum in modum promerita fuerit Parisina an. 1677. in usum Delphini editio, curata ab interprete Gulielmo nescio quo Pyrrhone, Professore Regio, et in Academia Cadomensi Eloquentiae Doctore, speciminibus plurimis, quorum indicia in Indicem retuli, passim in notis suis ostendit Patruus, de cujus instituto, atque editionis suae consilio, aliisque ad Claudianum & ejus interpretum merita facientibus, plura hic adtexere potuissem ex adnotatis illius MSS. nunc deperditis, quibus exemplar suum, quo uti quotidie solebat, pro more conscripserat tam in fronte quam calce libri, quae deinde praefandi silvam ac materiem ipsi suppeditabant; unde majorem veniam tenuioris forte neque amplo satis adparatu ornatae Praefationis inpetraturum me confido. Sed haec omnia quoque cum innumeris aliis ejusmodi schedis dilaceravit clepsit rapsitque fundi nostri literarii calamitas, inmanis ille Musaei Burmanniani helluo ac praedo, cujus rapinas & furta ingentia, non vagis tantum aut malignis dispersa rumoribus, sed insigni optimorum cimeliorum jactura & dispendio experta, si in justum sed atrum indicem & veram ignobilis facinoris historiam, vel meae solius existimationis vindicandae caussa, conjecta & digesta publicae tandem luci exponere me cogat inportunitas illorum, qui inmeritum & innocentem falsis criminationibus oppressum credi ac persuaderi facile vellent, rebus ipsis probatum ac demonstratum videbunt, hominem furacissimum & perjurum ex togatorum Virorum albo potius eradendum, quam magnificis honorum titulis tam indigne quam ridicule exornandum fuisse, non aliter quam vittis sertisque inauratis, sed fatalibus, insignitur victima mox mactanda. Sed haec suo loco.

Ne

Digitized by Google

Ne ἀνύμφολος ipſe editioni huic curandae praeeſſem, duabus acceſſionibus eam auxi, quas gnaris criticae rei amatoribus acceptas & jucundas fore mihi blandior. Ad primam quod adtinet, noveram Virum olim Celeberrimum Jacobum Gronovium Exerc. de Juda pag. 173. & 174. memoraſſe quinque exemplaria ex auctione Heinſiana a ſe redemta, quibus pleraſque Codd. Mſſ. collationes vir eximius conmiſerat, & licet fideliter ac diligenter ſe codices expreſſiſſe adfirmet ad Lib. I. in Ruf. 9. vehementiſſimam tamen inſtituiſſe querelam adverſus Heinſii fidem & diligentiam, tot documentis aliter probatam, in enotandis veterum membranarum lectionibus; quam cum iniquiorem & nimis acerbam judicaverint Fabricius in Biblioth. Lat. & nuperrime Geſnerus in Prolegom. ad Claudian. nihil ei reponi hic neceſſe eſt, praeſertim cum illa ipſa atrocior invectiva, qua bonam fidem, & ſimul, quod mireris, judicium in Nicolao Heinſio deſiderat Jacobus Gronovius, oportunitatem optimam ſubminiſtraverit de Claudiano amplius merendi, & Heinſianas tot codicum vetuſtorum collationes publicis φιλομούσων uſibus inpertiendi. Gratias potius meritas agere ac publice profiteri me decet eximiae humanitati eruditiſſimi & Clariſſimi ejus Filii, ſtudiorum communium & adfinitatis nomine mihi amiciſſimi, Abrahami Gronovii, qua eadem iſta quinque exemplaria, Heinſianis collationibus inſignita, tam prolixum & benignum in modum promtiſſima liberalitate mihi indulſit, ut ad editionem hanc luculentius exornandam inſervirent. Earum primum, nam adcuratius recenſeri merentur, exhibebat editionem Lugdunenſem apud fratres Beringos an. 1551. cui adnotaverat Heinſius variantes lectiones codicis Florentini D. Marci, quatuor Mediceorum, excerpta vetuſtiſſimi libri Lucenſis, & Vicentinae editionis. alterum ſiſtebat ejuſdem anni aliam Lugdunenſem apud Theo-

Digitized by Google

baldum Paganum, in qua varietates Puteanei, Regii, Mazariniani, & trium Petavianorum codicum, qui omnes membranacei ante 400 vel 500 annos exarati erant, tum excerpta Codd. Mſſ. quae adſcripta invenerat editioni Parmenſi Ugoletianae, habebantur adpoſita. tertium exemplar erat Gryphianae editionis an. 1548. inſtructum lectionibus codicis Bononienſis ad aedem S. Salvatoris, Patavini, trium Ambroſianorum, alterius Patavini Eccleſiae Cathedralis, Archiepiſcopi Tholoſani, & Ambroſiani recentioris, qui Epigrammata conplectebatur. Quartum editionis Pulmanni & Delrionis Antverpianae an. 1596. ſuggeſſit ſcripturas diverſas duorum exemplarium Mſſ. Balthaſaris Moreti, ex quibus unum deterioris notae eſſe monet ad Conſ. Mall. 196. excerpta ex libro Gevartii cum Mſ. collato, ex codice veterrimo Gyraldi, Vaticano Livineji, Lovanienſis Societatis Jeſu, & Buslidiani, cum quo Epigrammata conpoſuerat, excerpta ex codice Alb. Rubenii, & codd. Andreae Schotti, a viro ſummo Joh. Fr. Gronovio ſuppeditata, tum excerpta ex libro Rhemenſi a Dionyſ. Petavio accepta. Quinto denique editionis ſuae primae Elzevirianae exemplari ſex codicum Vaticanorum, qui antiquiſſimi erant, uno chartaceo excepto, quem tamen ex veterrimo libro deſcriptum dicit ad Idyll. I. 28. tum Farneſiani, & Pricaeani varias adleverat Heinſius, & Palatini codicis omnium recentiſſimi ac mendoſiſſimi, licet ſubinde ſcriptiones caſtigatiores, ſed raro, referret, ut teſtatur ad Epigr. XI. denique etiam notas ſuas inſignibus additamentis, in curas ſecundas poſtea relatis, ditaverat. Tot codicum praeter illos, quorum excerpta in ſchedis Heinſianis ſervabat Patruus, quoſque cum his enumeravi in Syllabo ante Variantium Lectionum Syllogen, duos nimirum Junianos, totidem Oxonienſes, Thuaneum, binos Leidenſes, Voſſianos, Gudiana Excerpta, tres Heinſii ipſius, Rot-

Digitized by Google

Rottendorphianum, Helmaeſtadienſem, Viennenſem, & Oiſelianum, quem ſibi ab Emerico Bigotio tranſmiſſum dicit ad Lib. II. in Ruf. 298. tot, inquam, codicum octo & quinquaginta numerum inplentium diverſas ſcripturas, quarum praecipuam tantum partem inſtituto ſuo facientem in notas retulerat Heinſius, in unum faſcem conjectas deſiderabam, ut communibus omnium virorum doctorum, aliquid in Claudianum ſive dedita opera ſive in tranſcurſu meditantium, uſibus paterent. Sed quum non exigui temporis & majoris adhuc taedii res eſſet, quam curae aliis auctoribus edendis addictae patiebantur, egregie de me, praeſertim vero de Claudiano, & Heinſianis his anecdotis promeritus eſt Vir doctiſſimus Ezra de Clercq van Jever, qui aerumnabilis & fere Siſyphii hujus laboris devorandi provinciam ſibi inponi non averſatus eſt, & perita admodum atque induſtria manu Syllogen uberrimam Variantium Lectionum in totum Claudianum, ſub finem hujus libri, loco a notis ſeparato, exhibitam contexuit ac digeſſit, ſummaque illam contentione, ut & Addenda notarum Heinſianarum, ex ſchedis ejus excerpta, profligavit & ad umbilicum naviter perduxit; quo nomine dignas ejus ſollertiae laudes mecum non denegaturi ſunt Muſae Claudianeae cultores. His adjunxi variantes antiquiſſimi codicis Senenſis lectiones in Raptum Proſerpinae, adſcriptas Parrhaſianae editionis Baſil. 1539. exemplari, quod in amicitiae ſuae teſſeram dono ad me miſerat Vir Celeberrimus, & literarum noſtrarum decus ſingulare, Henricus Cannegieterus, qui alium Raptus Proſerpinae codicem S. Galli memorat in notis ad Avien. Fab. XXVIII. Sed tantam & tam numeroſam variantium lectionum congeriem & farraginem delicatis quorumdam, ſed inſipidis, ſeculi hujus palatis minus gratam fore facile praevideo, qui nullum harum lautitiarum criticarum guſtum cum

Digitized by Google

habeant, ſanumque & ſobrium earum uſum ignorent, ideo iſtas tamquam dapes fatuas & inſulſas rejicient. Speramus igitur, illos ſaltem laudaturos eſſe conſilium, quo ad exemplum aliarum editionum a Belgis vel Anglis eruditis curatarum eas rejecerim in Libellum ab auctoris contextu & virorum doctorum notis remotum, ut oculos ab iſtis avertant, qui ad delicias has vulgo faſtiditas nauſeant, iisque ſoli fruantur illi, qui norunt ac rebus ipſis experti ſunt, quantum emolumenti ad ſtudia haec Critica conferant variantes iſtae Codicum antiquorum lectiones, & quam ſaepe corrupta & fere deplorata veterum Auctorum loca, miſere diu laniando & urendo vexata, feliciter ſanandi & in integrum reſtituendi facultatem praebuerint membranarum exoletarum ſcripturae, etiamſi vitioſae & mendoſiſſimae, e quibus ſpectati & ſagaces Critici, poſtquam aliquamdiu ex vulgatis & librariorum oſcitantia depravatis Scriptorum verbis ſe minime expedientes, nullumque ſenſum idoneum elicientes, tamquam ad ſcopulos haeſerint, ubi in varias codicum Mſſ. lectiones primum oculorum ictum conjiciant, veram ſtatim & genuinam Auctoris ipſius ſcripturam & mentem eruunt, tanto cum ſucceſſu ac voluptate, ut omnium Scriptorum antiquorum editiones hac unica dote ornatas & prae inanibus & inutilibus multorum Interpretum Commentariis variantis tantum Scripturae differentiis inſtructas edi, non exiguo pretio redemtum vellent; majore profecto, quam hodiernas Glaſgovienſes & Pariſinas, ſolum Auctoris contextum nitida charta & venuſto charactere deſcriptum iterantes; vel aeneis tabulis caelatas poëtarum editiones ad vanam & nihil profuturam oſtentationis pompam in Bibliothecae forulos reponere. Ea certe mens fuit Patruo meo, qui in Praefatione ad Juſtinum, cum variantibus lectionibus a ſe editum, copioſe de hoc inſtituto differens, optare ſe profeſſus fuit, ut in publica commo-

Digitized by Google

moda laborem hunc ſuſcipere vellent illi, quibus occaſio luſtrandi exaratos manu codices, per totum orbem diſperſos, vel primarum editionum, quarum pretia hodie ad inſaniam fere excreverunt, copia ſuppeteret. *Quo enim plures*, inquit, *hac ratione curatae editiones exeunt, eo majores eruditis ſubminiſtrari copias & ingens operae ac laboris compendium fieri exiſtimo, cum domi & in muſaeo locupletiſſimas Italiae, Galliae, Angliae, & aliarum regionum Bibliothecarum opes in uſum ſuum recluſas ſe poſſidere cernant.* ex quibus verbis colligere & mihi perſuadere ultro licet, adprobaturum fuiſſe Patruum, ſi reviviſceret, & videret hac Adpendice a me lucupletatam ſuam editionem Claudiani, cui utiliſſimam hinc praeſtare etiam operam poterunt Viri eruditi, artis Criticae periti, qui in poſterum, ubicumque in locis poëtae hujus nondum adhuc ſatis correctis, dubiis, vel obſcuris aqua iis haereat, ex hac ingenti variantium lectionum ἐκδόσει, quam Heinſio acceptam referre debent, qui in gratiam eorum tam varias Europae Bibliothecas perreptavit, & taedii pleniſſimum tot codices conferendi laborem exhauſit, ſupellectilem ſuam Criticam inſtruere & amplificare, divinandi acumen adjuvare vel confirmare, ac reſiduis naevis poëtam feliciter emaculare poterunt.

Praeter haec Elegiam de Phoenice, elegantem ſane & minime inter inculta aevi ſequioris monumenta poëtica referendam, Lactantio tributam ab Heinſio, ab aliis Claudiano, in Operis hujus calce quoque exhibendam cenſui, quia illam iteratae ſuae Claudiani editioni cum egregiis notis ſubjunxerat Heinſius, quas ſecundis curis non leviter auctas poſſidebam, & quia ſingulorum codicum Mſſ. lectiones diverſas, quibus non omnibus uſus fuerat, ſervabam manu ejus adſcriptas binis exemplaribus Poëmatiorum veterum Pithoei, in quibus haec Elegia etiam edita conſpicitur. Cum vero nullas in hoc car-

Digitized by Google

men notas reliquiſſet Patruus, mearum eſſe partium judicavi, Heinſianis adtexere animadverſiones, in quibus veterum Codicum ope locis nonnullis poſt Heinſii curam adhuc adfectis medicinam adferre tentarem, conjecturas ejus ingenioſe excogitatas confirmarem, vel a temerariis aliorum hariolationibus poëtam adfererem, Petri praeſertim Francii, quas nimium audaces & a vulgatae lectionis veſtigiis ultra modum recedentes raro adprobare potui. Illas habebam margini editionis ſecundae Heinſianae ab eo adſcriptas. Feliciores Celeberrimi & amiciſſimi Franciſci Oudendorpii conjecturas & obſervationes, quas benevole mecum communicaverat, notis meis ſuo loco inſerui. Haec agenti ad manum fuerunt excerpta codicis Medicei, duorum Vaticanorum, trium Suecicorum, quorum primus vetuſtiſſimus fuerat Chriſtinae, celebratiſſimae Suecorum Reginae, alter chartaceus, quem in Italia conparaverat Heinſius, tertius vero, cujus variantes lectiones editae fuerunt in Actis Literariis Jenenſibus Vol. V. pag. 6. & ſeqq. His accenſendi ſunt codex Hafnienſis, Bartholinianus, Lambecianus, Maerianus, Lincolnienſis, & Bodlejanus, quorum omnium lectiones eo majore cum cura in notis memoravi, quia Barthius, qui Elegiam hanc Claudiano ſuo quidem adtexuit, ſed his auxiliis deſtitutus a commentario in eam ſcribendo abſtinuit, licet in notis ad Claudiani Idyllium de Phoenice nonnulla hujus carminis loca, ſed Muſis non ſemper adplaudentibus, emendare tentaverit, ſuo tempore unicum tantum poëmatii hujus codicem vetuſtum cognitum fuiſſe teſtatur in notis ad Claudian. pag. 989. *Sed opus habet auctor ille, ex antro quopiam, codice alio, cum unicus tantum ejus hactenus exſtiterit.* Voſſiani etiam codicis lectiones excerpſi aliquando ex libro Iſaci Voſſii, in Bibliotheca Leidenſi exſtante. Tres praeterea adhibui editiones antiquiſſimas Lactantii Romanas

Digitized by Google

manas, in quibus haec Elegia primum edita eſt, an. 1468. 1470. & 1474. quarum duas priores typis deſcriptas a Conrado Sweynheym & Arnoldo Pannartz, primis urbis Romae typographis, ex ſplendida ſua libraria ſupellectile meis uſibus conceſſit Ampliſſimus & amiciſſimus Gerardus Meermannus, qui in principe omnium editione Lactantiana, in Monaſterio Sublacenſi an. 1465. inpreſſa, quam an. 1461. typis datam male notavit Cel. Montfauconius in Diario Italico pag. 339. nec minus vitioſe Keyslerus in Itiner. Vol. II. pag. 82. eam anno 1455. excuſam dicit, totum deſiderari hoc carmen monuit; quod ſimul cum Elegia de Reſurrectione Chriſti, ut in ceteris antiquioribus, editum optaſſem in rariſſima illa editione Roſtochienſi, quam in membranis an. 1476. excuſam poſſideo, quia illa codicis Mſ. inſtar eſt. Venetam quoque contuli an. 1502. a Pierio Valeriano adcurate caſtigatam, ſed a Betulejo, Thomaſio, Iſaeo, aliiſque neglectam, & Aldinam an. 1515. Juntinam an. 1513. ceteraſque editiones Lactantii vetuſtas & recentiores; tum Delrii, Demſteri, Raphelengii, ac Barthii Claudianeas, in quibus Elegia haec poëtae iſti ſubjungitur: cui adſcriptam fuiſſe opinor, quia de eadem Phoenice Idyllion inter ejus poëmata occurrit: non enim bis ejuſdem argumenti Carmen, licet diverſo metri genere, ſcripſiſſe Claudianum, mihi veroſimile fit; neque ſimilis genii ſunt cetera ejus Elegiaca, quae ſuperſunt. Sed de auctore, quem incertum ſtatuimus, neque cum Barthio eumdem ac Copae eſſe credimus, plura ad initium Elegiae ipſius notavimus. Noviſſimas vero Cellarii, Gallaei, & Bunemanni notas ſuis editionibus relinquere intactas, quam hic iterum recoquere malui, ut & illas, quae in ultima Lactantii editione Pariſina an. 1748. a Joh. Bapt. le Brun & Nic. Lengleto du Freſnoy ad carmen hoc levi admodum & nimis parca manu adſperſae ſunt, quae unico fere

Digitized by Google

fere ornatu variantium Codicis Sangermannenſis lectionum ſe conmendant. Indices denique in Notas, qua potui, diligentia digeſtos adjeci, quem inglorium & taedioſiſſimum laborem non ſubterfugi, quia a pleriſque vulgo deſiderantur, & haec veluti Commentariorum Excerpta aliis ſaepe non parum proſint, quamquam nonnullos a notarum lectione avocent, contentos ex eorum indicio tantum indagaſſe illa, quae ſtudiorum ſuorum inſtituto opitulentur, non ut auctores ipſos diligentius evolvant, & Adnotationum ope melius intelligant.

Vale, Lector benevole, & conatibus meis ad rem literariam promovendam fave. Dabam Amſtelaedami d. XIV. Maji CIↃIↃCCLX.

IN

Digitized by Google

IN NOVAM CLAUDIANI EDITIONEM,

A

PETRO BURMANNO

ADORNATAM, EJUSQUE POST OBITUM CURATAM

A

PETRO BURMANNO SECUNDO,

QUI ET NOTAS SUAS IN ELEGIAM DE PHOENICE

ADDIDIT.

TOt prius adfectis qui vatibus, auſpice Phoebo,
BURMANNUS ingens reddidit priſcum decus;
Te quoque ſub limam revocat jam grandior aevo,
Inſueta Nili, Claudiane, gloria.
Tolle, age, Hyanteos caput aemulus inter olores,
Quacumque ludis umbra per nemus pium.
Hic ubi continuus lateri comes avia tecum
Qui teſqua luſtrat myrteo ſub tegmine;
Dum Clarios praeis ipſe modos vocalis aëdon,
Plectro ſonante tentat Heinſius melos.
Tolle caput, ſertiſque novis ornande, ſalubrem
Exoſculare vindicis dextram tui.
Quo feror? heu rerum levis & mutabilis ordo,
Semperque conſtans ſortis inconſtantia!
Ante opus exactum, perpeſſus mille dolores,
BURMANNUS orci praeda deficit ſenex.
Ecquis erit nunc tanto humeris ſucceſſor Olympum
Atlante dignus Hercules qui fulciat?
Scilicet in ventos abiit ſpes vana, tuorum
Recidivus ille carminum decens nitor.

Non aliter, gravidas aquilo quum ſternit ariſtas,
Vertentis anni ruſticis votum perit.
Talis & in portu, fracta rate, mergitur undis,
Qui jam paternos nauta proſpicit lares.
Fallimur: en ſupereſt, damnum qui ſarciat, heres
BURMANNIANI nominis non degener;
Pallados Amſteliae Criticeſque ſagacis ocellus,
Sollers Latini temperator pectinis;
Quem Charites, quem Suada potens formavit ad unguem,
BURMANNUS inſtar Patrui verum ſui.
Ille interruptae pertexet ſtamina telae,
Haec juſta doctis ut ſpopondit manibus.
Nec mora, praeſtat opem. Veneres ſalvete renatae,
Quas craſſa ſeclis plebs necarat barbaris.
Terſa Paraetonii ſalvete poëmata vatis,
Linguae nepotum Romuli ferum jubar.
Sic Stilichon, ſic gentis amor vos ante togatae
Legit lubenter & probavit Mallius.
Sic olim adtonita ſonuiſtis in aure Probini,
Honoriumque praedicaſtis Conſulem.
Ite foras, quo ſcena vocat vos publica, quo vos
Exſpectat omnis eruditorum chorus.
Ite per aeterno veſtigia preſſa Maroni.
Et vos in orbe fama non minor manet.
At tu operae felix, praeclari muneris auctor,
BURMANNE noſter, lux refulgens literis;
Cujus ab ingenio longaevos exuit annos,
Juveniſque Phoenix prodit, ales unicus;
Accipe ſervato quernam pro cive coronam,
Quam grata defert Roma, terrarum Dea.

JANUS GROTIUS.

PRU-

Digitized by Google

PRUDENTISSIMO

INTEGERRIMOQUE

VIRO

ANTONIO DEL-RIO,

DOMINO DE ARTZELAER, CLEYDAELE, &c. PATRI OPTIME MERITO,

MARTIN. ANTON. DEL-RIO

S. P. D.

QUi poëſim attingere nefas eſſe dicunt, eamque aut inutilem aut etiam perniciosam aſſerunt, mihi quidem omnino videntur indigni, quibus reſpondeatur. Cum res ipſa ſatis indicet, artem poëticam ſummum quiddam ac plane divinum ſuo ambitu complecti, quo non modo animos ſui ſtudioſorum maxima iucunditate reficere deprehenditur, ſed omnium legentium eam mentes, ab rerum vilium ſtudio deducere, & iis excellentem magnarum rerum cupiditatem infigere, atque eas ad humanitatem excolendam, vitia cuncta fugienda, ad virtutis demum amorem amplectendum ac ſtudioſe retinendum cernitur incitare: quod qui neget ſe videre, illum aut malivolentia convenit ſeduci, aut inſcitia atque ignorantia ſic occaecari oportet; ut ſole meridiano clariora perſpicere non valeat. Ideo hos miſſos facio. Satis tute ipſe, pater optime, cum animo tuo reputes licet, quam illi ſcelerate faciant, quamque de hominum genere univerſo inique mereantur. Aliud eſt calumniantium genus; qui licet poëſim non damnent, eos tamen, qui gravioribus diſciplinis incumbunt, neque poëſi, neque ceteris artibus liberalibus operam volunt

Digitized by Google

lunt impendere, meque, cum tuo juſſu, tum mea ſponte, omnes meos conatus ad legum Romanarum intelligentiam referentem, in iis artibus verſantem nonnumquam, quae parum ad juris ſtudium, ex ipſorum ſententia, adferunt momenti, peccare magnopere contendunt. Verum ego contra ſentio, &, niſi fallor, veriori & iuſtiore fundamento nitor: illos autem falſo atque erroneo principio uti, nullo negotio demonſtrabo. Siquidem hiſtoriam, poëſim, philoſophiam, eloquentiam, ad rectam abſolutamque juris cognitionem plurimum hinc patet conducere: quod multa ſint in jure noſtro, quae non aliunde, quam ex iis poſſint intelligi. Quaecumque enim de magiſtratibus, muneribus, officiis, juris antiqui origine, novi ſucceſſu, juris prudentum ſectis, reip. mutatione, verborum ac rerum ſignificatione, aliis multis paſſim unicuique obviis habentur, unde, niſi ex politioribus litteris, exponi queant, exſpecto qui me doceat. Itaque neceſſaria eſt iſtarum artium cognitio, perfectam ſinceramque juris ſcientiam aſſequi cupientibus: perfectam inquio; quoniam illos, quorum cogitationes tantum de pane, ut ajunt, lucrando ſollicitae ſunt, cetera omnia negligunt ac contemnunt, non tantum non moror, ſed etiam prorſus deſpicio. Sunt illi a vera legum interpretandi ratione tam alieni, quam qui maxime, utpote Juris noſtri coryphaeis, Papiriis, Porciis, Scaevolis, Tuberonibus, Coruncanis, Papinianis, Ulpianis, Africanis, Paullis, Modeſtinis, reliquiſque omnibus plane diſſimiles: quos antiquitatis, philoſophiae, eloquentiae, poëſis etiam & omnis elegantiae ſcientiſſimos fuiſſe, eorum reſiduae vigiliae teſtantur. Ego itaque horum potius quam aliorum, qui non, ut iſti, veram, ſed, Sophiſtarum more & rabularum conſuetudine, ſimulatam philoſophiam amplectuntur; veſtigia ſecutus, ab ineunte aetate non aliud affectavi, niſi veram Juris prudentiam adipiſci: exiſtimans ſi quo in eo progrederer, cetera mihi certo eventura, quae D. Juſtinianus, in Inſtitutionum prooemio, ſtudioſae legum juventuti, legitimo

Digitized by Google

gitimo opere perfecto, pollicetur. Primo igitur Grammaticae praeceptis, Latinae Graecaeque linguae principiis hauſtis, me ad poëtarum, hiſtoriae, & oratorum aſſiduam lectionem contuli. His ut aliarum philoſophiae partium, ſic moralis potiſſimum ediſcendae laborem addidi. Idque tua, pater obſervande, a quo non primum dumtaxat in naturam aditum, ſed etiam in litteras ipſas atque religionis & omnis doctrinae cognitionem, prima quaeque exordia accepi, ope, conſilio. Saepe numero te dicentem audivi, neminem in jure poſſe excellere, aut in repub. regenda recte verſari; qui non, ante quam ad id accedat, prius iis plane fuerit imbutus, quae commemoravi: ſine quibus alterum illud mancum, mutilum, omnique mundo & ornatis nudum exſiſtit. Porro quo tempore me illis ſtudiis non omnino indiligenter dabam, nonnulla elaboravi, quae aliquando in lucem publicam emittere jam tum cogitabam: quo tibi operae meae impenſarumque tuarum fructus aliquis conſtaret, & quantum in me quidem, communi utilitati, cui nos natos eſſe cenſuit, optimus dicendi & judicandi magiſter Plato, proſpiceretur. Quamobrem Solinum, quoad potui, reſtitutum, emiſi; daturus & Senecam noſtrum, & alia complura, ſi conatus hos probari bonis intellexero. Nunc in Cl. Claudianum notas, quas multis ab hinc annis confeceram, ad te mitto; iterum atque iterum te petens, ut quo me meaque omnia ſoles amore complecti, poëtam graviſſimum, cui nihil ad ſummam gloriam, praeter materiam ipſam, defuit, quae ad utiliſſimam illam poſteriorum temporum & cadentis imperii hiſtoriam pertinet; & quo nullus poëtarum plura continet ad jus Romanum pertinentia, ſuſcipere digneris. Quod ut ego non impetrem; ſaltem impetrabit ſcriptoris praeſtantia, tuaque maxima humanitas, ad quam tantum virtutis & ſapientiae, quantum neſcio an alius quiſquam, adjunxiſti: de quibus nolo quicquam referre, ne tibi, qui bonus eſſe quam praedicari ſemper maluiſti, diſpliceam; & mihi in paternis laudibus, quorum in me magna

Digitized by Google

pars redundat, apud eos, qui te ignorant, minus fidei paretur: Nam te noſcentibus, modeſtiamque, fidem, temperantiam, fortitudinem, prudentiam, reliquas animi tui dotes ſcientibus, quid opus eſt ea recenſere? Vale, pater obſervande, & accipe laeto vultu hoc munus, leve quidem ac parvi pretii, at tibi dedicatum, & mei erga te, tot tantorumque beneficiorum memoris animi, atque obſervantiae meae non inane monimentum. Lovanii a. d. IIII. non. Martias, Anno ſalutis noſtrae CIↃ. IↃ. LXXII.

MART.

Digitized by Google

MART. ANT. DEL-RIO
BONO LECTORI
S. D.

EGo vero non caſu nec temere, quod tibi in mentem venire poterat, ſed de induſtria diuturna receptum conſuetudine ſcriptorum Cl. Claudiani ordinem in his notis mutavi. Prudenter etenim mihi facturus videbar, ea ſi ſerie notas digererem, qua libros, quibus adjiciuntur, a poëta compoſitos iudicabam: ſecutus, cum quidem ipſius auctoritatem, tum etiam illorum temporum hiſtoriam; quibus ea contigerunt, quae egregii vatis carminibus lautiſſime commemorantur. Primo loco Panegyrim de Olybrii & Probini Conſulatu, ſcriptam ab urbe condita M. C. XLVI. anno, collocavi: quo quia graviſſimi quique ſcriptores militari tumultu Rufinum, cui Arcadii tutelam moriens Theodoſius reliquerat, occiſum teſtantur; duos illos inſignes in eundem libros ſubiunxi. Tum Panegyres totidem, tertii nempe & quarti Conſulatus Honorii A. ſcriptae annis M. C. XLVII. & M. C. XLIX. ſuccedunt. Sequuntur carmina, quibus auguſtarum ſollemnia nuptiarum & bellum Gildonicum celebrantur. Jccirco nimirum, quia Honorius A. quartum Coſ. Mariam, quam illi pariter ex Stiliconis domo pactus erat, in matrimonium duxit: & paucis poſt diebus Gildonem, totius Africae tyrannidem occupantem, Maſcezil parva manu, victum trucidavit. id ut credam, Claudii ipſius teſtimonio inducor; qui inquit:

Coniugii necdum feſtivos gaudia cantus
Sopierant, cecinit fuſo Gildone triumphus,
Et calidis thalami ſucceſſit laurea ſertis:
Sumeret ut pariter princeps nomenque mariti,
Victoriſque decus.

Praeſertim cum ſequentis anni M. CL. Coſſ. fuerint Fl. Manlius Theodorus & Fl. Eutropius; quem noſter indicat, caeſo Gildone, conſulatu, propter magnorum & atrocium facinorum crimina, dejectum. ait:

—— Libyae poſt praelia, crimen
Concidit Eoum: rurſuſque Oriente ſubacto,
Conſule defenſae ſurgunt Stilichone ſecures.

Unde

Digitized by Google

Unde praeterea docemur libris in Eutropium adnecti (nam Manlii Theodori Panegyris quin libros illos antecedat non dubito) Panegyres eas debere, quae primum conſulatum Fl. Stilichonis, anni M. CLI. laudant. At M. CLIV. Romani nobilem illam, de Gothorum rege Alarico, victoriam, multis barbarorum millibus propter Pollentiam auxiliarii militis Alani potiſſimum virtute interfectis, obtinuerunt. Haud dubie enim haec ſextum Honorii Imp. conſulatum proxime praeceſſit. Sane Claudianus hoc innuit, in illiuſmet conſulatus Panegyri:

Sed mihi jampridem captum Parnaſſia Maurum
Pieriis egit fidibus chelys: arma Getarum
Nuper apud ſocerum plectro celebrata recenti:
Adventus nunc ſacra tui lubet edere Muſis,
Grataque patratis exordia ſumere bellis.

anno igitur M. CLV. quo ſexto conſulatu Honorius ornatus fuit, earum etiam trabearum panegyrim poëta conſcripſit: eaque jure optimo illi praemittitur, quae Stilichone II conſule eſt decantata, quoniam hanc anno M. CLVI. recitavit. De ſecundo vero conſulatu hac tractari, non primo, quemadmodum aliis duabus, ex ejus praefatione patet, & ibi admonui. Poſtremo ferme loco libros de raptu Proſerpinae ſtatui, quod noviſſime ſcripti, ut ex praefatione illis praefixa facile colligitur, aut potius ſcribi coepti, videantur. Reliqua neque quo tempore fecerit, neque quomodo ordinarit, equidem adhuc ſatis intelligo: imo nec alium quemquam intelligere arbitror, ideo non initio poſui, ſed in calcem rejeci. Porro quod ad me; talem in caſtigando diligentiam adhibui, qualem juris ſtudia, in quae incumbo toto animo, permiſerunt: ut ſubſecivis nonnumquam horis (quas enim aliis alii ſtudiis tribuunt; ego bonis litteris, ex quibus maximam, &, ut puto, non inhoneſtam capio voluptatem, dare ſoleo) ſeu quod verius, horarum exiguis partibus, manu ſcriptorum, & veterum impreſſorum, recentiorum quoque codicum collatione, nonnulla flagitia, quorum denſis tenebris clari carminis ſplendidum lumen offundebatur, aut plane tollerem, aut ſaltem indicarem: notis breviſſimis (nam longiores nec per temporis anguſtiam licebat, nec ſi licuiſſet, volebam) concinnatis; quae & varietatem lectionum, & quarundam emendationum rationes, obſervationes etiam quaſdam complectuntur: adhibito modo, ut multorum levium errorum nullam men-

Digitized by Google

mentionem facerem; inanis operae atque exilis animi cenſens, ex rebus tam minutis vel gloriam captare, vel iis, me ſcribendo, te legendo, fatigare. Eadem eſt ratio cur non omnes vulgatos codices, ſed Lugduni tantum, a Beringis anno CIↃↃ. LI. excuſum, emendarim: cum minus vitiatus foret, illius itaque ſemper notis lectionem praepoſui. Haec, ne te conſilii mei ratio lateret, praemittenda duxi. Vale; & ſi quando, ut fit, in ſaxum impegero, tu id non novum, non turpe, ſed vulgatum, ſed humanum exiſtima.

Lovanii A. D. IIV. Kal. Decemb. M. IↃ. LXX.

INCLYTO

Digitized by Google

INCLYTO
AC DIVINAE ORIGINIS
PRINCIPI
GALLIARUM DELPHINO
S T. C L A V E R I U S
S. D.

UBi primum, alme Princeps, dulce illud nativitatis tuae ſerenum mundo ſe exſeruit, ipſa coeli poſitura modulato, ſi unquam alias, concentu affici viſa eſt: nam & Gallias favorabilis quaedam invaſit trepidatio, & rerum facies paullo ante nubila candore lacteo fuit laetabilis, ut nec meliore nota ſplendeat galaxias, ſpirent eteſiae, pariant alcedones. Nimirum cum ſacrato pignore, cum regulo Martigena, cum ſtellula noſtri orientis natalis provinciarum ac populi felicitas enituit. Quare cum etiam nunc in vultu cuiuſque vigeat publicae hilaritatis decus, ac erudita multorum devotio foris promineat, ego ille tenuis muſarum vernula meas lituras à ſitu umbratili propere quidem eduxi, at in mundum redactas tantiſper fovi, dum gratia novitatis aliqua aut veris odor eis accederet. quippe nihil tibi, Phoſphore lucidiſſime, in tam viridis aevi limine poſito niſi viola recenti nexile, aut puniceo cultu germinans, aut liliis albicantibus redimitum dicari fas eſſe duxi. At enim quis digne veneretur ac ſuſpiciat generis humani delicias? Id mihi quidem temere non adſumſi: verum experiri juvat, an tibi aut longae arundini intento, aut forte jam ad Parentis invicti galeam pennaſque pulchrae alitis adludenti munus hoc papyrium volupe ſit. Sed nullus

Digitized by Google

nullus heic dubitationi locus, nulla ſiniſtre ominandi ratio. haec enim Illuſtris animula, hic floſculus regali nomine inſcriptus ac roſeo Franciſci Primi jam coelitis ſidere adflatus, etiam ab heroide Matre bonarum artium duxit imbibitque temperiem. Etenim gens Medicea toto orbe memorabilis nigellas Cadmi filias ſemper amplexa eſt, ſemper in oſculis habuit, ac Lauru nativa Angeli ſui voce toties celebrata in primis effloruit: nec quievit prius quam nobile erigeret Sacrarium, ubi Civilis prudentiae ac linguae utriuſque miracula, ceu margaritarum lineae, ad invidiam ſui paene exſurgerent. Haec laus nimirum antiquis Etruriae regibus fuit propria, e queis longe ſe oſtentat arduus Maecenas dominae gentium & quaſi imperii ſequeſter, numen poetici ordinis: quem ſane tibi maternae originis auctorem primum cognatae virtutis adſerit imitatio. Quae cum ita ſint, non adeo ab ratione, credo, Claudianum poëtam aulae ac viris principibus unice idoneum videor tibi ſacraturus. Nam etſi a Nilo eſt, Arni tamen fluenta pridem ſibi accolam vindicavere. Enim poſteaquam Fl. Stilicho gravi Getarum obſidione Florentiam liberaſſet, magis eſt ut hic poëta militaris cum ſuo duce urbem amicam ovans intraverit, ob meritum doctrinae jura civitatis adepturus cujus rei contemplatione fortean tibi fuat jucundior. Et vero quia ſub tuae lucis exordia ei quadam tenus contigit renaſci, obnixe orat ut ſibi, Nobilis Hyacinthe, nutu aliquo blandulo, vel micantibus digitulis, vel exili ſaltim oculorum conniventia adeſſe velis. Ei profecto ante ſaecula duodecim Honorius Imperator adhuc inveſtis honorem ſtatuae conceſſit: verum haec praerogativa tanti ipſi non eſt, opinor, ut ſpe majoris gloriae a te proventurae excidat. Hunc igitur, Delphine amabilis, tanquam alterum Ariona excipe, ejuſque lyra tremulum quiddam & mirabile ſonanti aurium pervia ſinas demulceri. Agnoſces in eo, progreſſu temporis, & clangorem tubae & bellica incentiva. advertes multa pietatis, plurima honeſti ac fortitudinis indicia: quae

Digitized by Google

fuerint vel ipſi divo Ludovico Aegypti domitori olim placitura, invenies denique hiſtoriae hujus ſaeculi haud obſcura lineamenta, quibus nos fere ubivis aut lumen faeneramus, aut limbum adſuimus. Quid plura? ecce tibi Theodoſius Magnus praecepta edit paci & armis utilia, ut jam non opus ſit alia Inſtitutio principis: Neque vero ſum veritus ne cui novum & inſolens hoc meum dedicandi votum adpareat: ſi enim tanti Imp. filio vix anniculo rite conſularis dignitas oblata eſt, quid impedit quo minus in hanc tuam aetatem cadat libelli unius nuncupatio? quin imo, ut tanti momenti exemplum fauſti ominis & victoriae Iſtrianae cauſam prae ſe tulit, ſic & tui Auguſti Genitoris adorea ope infantilis auſpicii pulcre geminabit: ac, ſi fas, huic vati amoeniſſimo ad perpetuum decus, veraeque laudis incrementa ſufficiet. Faxit Deus, ut Regni deſtina iure audias, longumque ſis regum Europae maximo ſuperſtes, & ille tibi, id enim terris ac bonis omnibus expedit. Biturigis, tertio Id. Junii. Anno ſalutis Milleſimo ſexcenteſimo ſecundo.

ST.

ST. CLAVERII
PRAEFATIO
IN SUAS
AD CLAUDIANUM
ANNOTATIONES.

MAGNAM ut vides ſuſcepi, Lector benevole, provinciam, qui auctorem ſatis hactenus reconditum, ſed eximie utilem laceſſere non ſim veritus: tanti vero momenti, ut prae ipſo laboret ubivis annalium ſaeculi fides, & qui non injuria hinc maximus, altus & animoſus audiat: hoc unum ſcilicet reſtabat ut ad hunc Lydium lapidem ſe mea probatum iret induſtria: tenuis quidem illa, ſed nativa & veri ſtudio amicabilis. nihil equidem mihi perplexe haerenti, in tantum fuit ſolatio ut mens nullius invidiae, aut malae contrectationis conſcia. non enim id egi, ut tenebras cuiquam offundere; vel byſſino cultu, ac ſpecie recenti tot retro commentatores anteiiſſe videar, quinimo de ipſis honorifice loqui, ne dicam ſentire, nobis uſitati moris eſt, ac velim, ita me Deus amet, eorum ſcripta quaſi rediviva oculis omnium obverſari. enim veneror, & colo ipſorum nomen, iiſque me ſocium licet exilis meriti addere ſtat ſententia. Nam quis Jo. Camertem digne laudaverit, e cujus epomide, quod rarum ſimul ac praeclarum eſt, hic poëta quantus quantus mira luce & candore quantumvis ſenili conſpicuus ſe mihi, vel in tranſitu, exeruit! Hunc, ut B. Celſanum omittam, parvo quidem intervallo ſecutus Ja. Parrhaſius plurima, licet confuſa, exquiſitis tamen floribus vernantia de ſuo contulit. Noſtra autem memoria M. Ant. Delrius, vir pietate dicam, an litteris ac geſtis honoribus inſignis, Notas ſatis pulcherrimas dedit; neque Th. Pulmanni manuſcripta ei, credo, fuere ignara. Quare non plane ab ratione dixeris mihi, aut multum ſpicilegii, aut parum diffidentiae ſuperare. quod utrumque non profiteor modo, ſed & ſimplici geſtu prae me fero. ut quid enim actum agerem, aut facerem fucum novem ſororibus? Cum praeſertim apud Jacobum Cujacium virum omnimodis Illuſtrem agenti duo Claudiani exemplaria, antiqua manu exarata, ſe obtulerint, unde poëta, quem in oſculis habebat, convaluerit jam pla-

Digitized by Google

ne, aut certe multo minus aeger ſit praeſtitus. tum vero adeo gratia valebam ut diceret, ſuos poëtas mihi vel poſſeſſione, vel uſu brevi datum iri. Sed non ego illi nimium credulus, quippe noveram ipſum me, etiam id aetatis. Ut ut ſit, ejus benignitate, vel opera, contextum noſtri auctoris in mundum redegimus. uſi inſuper codice Gryphiano, in cujus ora varias lectiones aliunde expreſſerat: at triduo poſt repetiit, aliquando enim de ſuis vigiliis erat anxius, ad uſque umbram ſuſpicionis. quod minime mirum: nam & in his amoribus magnum ſaepe a rivali aliquo periculum. Itaque ante luſtrum, aut plus eo, ut reſcivi eundem librum eſſe in muſeo v. c. H. Picaultii ſplendide eruditi, & faventiae pleni, ad eum volavi curriculo, voti mei, ut reapſe patuit, compos futurus. Exinde profecto pleraque olim feſtinando praeterita, non ſine voluptate, collegi. Quapropter ipſi vel a me, vel ab omnibus ſtudioſis ingens habenda gratia. Quid plura? P. Gnoſii Judicis optimi, nec parvi inter litteratos nominis Schedia, ut placitum, inſpexi: e quibus auctarium ſatis amplum repraeſentare potui, ni temperies & delectus ſuo jure obſtitiſſent, ut ſupra attigimus. neque his curis contenti, omnes etiam editiones fere delibavimus, nec ulla freti conjectura. Scias vero hoc auctore nullum a multis annis opportunius humano generi, ſi fas, illuxiſſe, nihil enim haec decem luſtra ſenſere in Galliis, cujus clara effigies in eo, tanquam in ſpeculo, non apparet: quod ſane habet miraculi ſpeciem, ut liquido conſtat ex noſtra opella ſatis alioqui laborioſa & propter hiſtoriam, notabilis: a cujus vel minimis indiciis, ut ſunt haec tempora, mihi temperavi, eaque legentium acumini conſulto reliquimus. De caetero novam, ut ita loquar, in verbis praecipue orthographiam, quod textum, non adeo ſolicite obſervavi. quamvis Ang. Politiano, ac Pomponio Laeto quondam fuerit, nunc vero politiſſimo cuique familiaris. neque tamen indigne tulerim, ſi is qui prae eſt huic editioni librum excuſum quem contuli ad normam vet. Inſcriptionum redigat. Poteram denique loca infinita, quae in promtu habeo, ex orationibus Panegyricis, & Sidonio imitatore meis ſcriptis inſerere, & alia multa cum Graeca, tum Juridica adponere: verum oſtentationis metu, & captu voluminis deſtiti, aut ſane diſtuli, ne taedio potius quam melli forem doctioribus, atque utinam tibi pro gigante luteo, vivum Lagona exhibeam. Etſi enim bonus liber, ait ille, eo melior, quo major, tamen ſaepius contingit ut magnus codex ſit magnus caudex. vide igitur ne tibi ſatis mali eſſe videatur. Vive & vale.

EJUS-

Digitized by Google

EJUSDEM ST. CLAVERII

DE POËTAE NATALIBUS

ET SCRIPTIS QUAEDAM SINGULARIA.

EGo vero Claudianum non Hiſpanum, quia laudaverit Hiſpaniam non Gallum, quod in veteri codice talis perhibeatur; non Etruſcum, licet ad Florentinum ſcribat: ſed Aegyptium, ſed Alexandrinum, ſed Niloten tibi, vel ipſo teſte, adſevero: unde Suidas: Κλαυδιανὸς Ἀλεξανδρεὺς ἐπάτιος, ἐπὶ τῶν χρόνων Ἀρκαδίου καὶ Ὁνωρίου. Natales ei haud obſuri, nam ut ſatis apte ex Eunapio mihi colligere videor, Pater ejus Illuſtrium virorum Maximi & Nymphidiani frater fuit; quorum alter Epiſtolarum graecarum Magiſter extitit ſub Juliano Imperatore: denique Claudianus Senior, natione Smyrnaeus, & qui ne Athenas quidem viderat, adeo mentis acumine valuit, ut ſua unius induſtria locum inſignem inter profeſſores Alexandriae meruerit: neque abnuerim hunc noſtrum fano Serapidis everſo recta novam Romam; dein veterem tetendiſſe ſub id tempus, quo Theodoſius Eugenium debellaturus Alpes ſuperavit. Quando a Graecis ad Latina devenerit; quî uxorem duxerit; cujus ſortis ac fidei tandem fuerit, ſcripta ejus ſatis declarant. Sed fruſtra ſunt qui alio opere, quam Raptu nomen poëtae negent adipiſci; dictione Suidae male accepta. nam & a Cicerone ſummus Epicus poëta dicitur Ennius: neque Varius alio nomine dignus viſus eſt, qui pugnam Actiacam diceret; cui ſe impares poëtae reliqui fatebantur: fuit autem cenſor Virgilii, neque artificem niſi artifex potuit corrigere. Panegyres ſane nihil aliud ſunt, quam Εγκώμια δι' Ἡρωικοῦ μέτρου λεγόμενα. In cujus ſcriptionis praerogativa totus eſt Papinius; nec tanti aeſtimat ſuam Thebaïda. Scitum eſt vero quid Naſo de Caeſaris laudibus & alii ſentiant. At Claudianus hanc viam calcare nil veritus eſt; cujus clara fuga ante alios & primus in aequore pulvis. Statium haud obſcure imitatur, & plures, ut ſuo loco videris: atque haec paucula e multis effari libuit.

Digitized by Google

GENEROSISSIMO,

NEC MINUS ERUDITO JUVENI,

D. ARTHUSIO DESPINAY SANLUCIO.

THOMAS DEMPSTERUS.

VETUS pictorum consuetudo summis operibus parerga adnectere. Sic ego, ituro in lucem Claudiano, summo & nulli secundo poëtae, aliquid levioris operae, certe festinanter, adjungere volui. Quantumcumque illud est, juvenis generosissime, tibi offero. L. M. Est is dignus, qui te in amoenos historiae minime obviae campos, diversitate rerum admirandos, revocet, & mira jucunditate oblectet: cui non minus honoris eruditi quique jam deferunt, quam olim intercedentibus AA. Arcadio, & Honorio Senatus cum eulogio decrevit. Debitum hoc tibi, non ignoras, tum tuo nomine, qui in stadio humanioris literaturae, non ita pridem ad miraculum usque decertasti, tum felici memoria invictissimi parentis tui, qui Castrorum praefectus, apud Aremoricos Morinosque prorex, ut illustri dignitate splendidam operam bellicis rebus, principique strenuam navavit, ita scientias, & praesertim poëtas, tam amavit, quam excoluit, quod ingenii monimenta in utroque scribendi genere ad posteros deferunt, ut doctrina hereditario quodam jure, non tantum nobilitas, transmissa videatur. Sume ergo quo dicatur animo, hoc anathema devoti tibi tuaeque familiae, animi, quod sub tuo lateat praesidio

——— *veluti Parnassia laurus*
Parva, sub ingenti matris se protegit umbra.

Vale, & felici ingenio, nec minori fruge, incepta studia, ad nobilissimae familiae ornamentum, quod facis, promove.

NICO-

Digitized by Google

NICOLAI HEINSII
DEDICATIO.
MAXIMAE ET AUGUSTAE
PRINCIPI
CHRISTINAE,
SUECORUM, GOTHORUM, VANDALORUM, &c.
REGINAE.

REGINA, *diae laudis inclytum exemplum,*
Tutela Pindi, Lex ſacrata Regnantum,
Os aureum, Os Hymettio favo plenum,
Scientiarum Vita, Termine & pulchri;
En limen ardet obſidere Phoebeum,
Semperque apertos Delio choro poſtes,
Audax Poëta, non Quiritium e turba
Cantor profanus, ſaexve Romulae plebis;
Sed cui moventi plectra Honorius ſacram
Indulſit aurem, cui Senatus applauſit
Rerum ille victor, rector ille terrarum,
Stilichoque magnum lumen orbis Arctoi.
Ad Te citatos, ecce, promovet greſſus,
Aulaeque reddi, quam reliquerat, geſtit;
Longi laboris non inutili cura
Tandem expolitus, plurimiſque jam liber,

Quis

Digitized by Google

Quis inquinatus ante ſqualuit, naevis:
Muſarum ocellus, ſummus artifex fandi,
Salubribuſque plenus ora praeceptis:
Quo Nili alumna nil venuſtius jactat
Lagea tellus, civitaſque Alexandri.
Sive arma verbis atque adoreas magni
Herois aequat, inque laude virtutis
Pulchrae occupatus tollit indolem Auguſti
Infantis altam, callideque ſic format
Fingitque, qualem par ſit eſſe, laudando:
Sive occupatos a ſpadonibus faſces
Servis tuetur: ſeu vocantur ad partes
Rufinus atrox, menſque dira Gildonis.
Plectri ſonorus, quemque ſaeculo dignum
Cenſere poſſis barbaro minus naſci;
Primis ſecundum nempe vix poëtarum,
Si floruiſſet re vigente Romana.
At Tu ſerena fronte, fronte privata,
Imperviaque mente regio faſtu
(Qua ſupplices dignaris ac adorantes,
Meque inter illos) munus excipe oblatum,
Auguſta Princeps. ſis benigna, ſis praeſens,
Parvumque, magno largiare quod Vati,
Superfluumque de negotiis tantis
Sepone tempus, quîs teneris adſtricta.
Seu mole non laſſanda dextra vel totâ
Sceptri prementis oſculis fatigatur,
Omniſque fervet aula perpeti plauſu
Foetas triumphis gratulantium pugnas:
Regno capacem ſive ſpiritum advertis,
Aequaque libras lance publicum pondus,
Aut lex ferenda eſt, Teque vindicem agnoſcit

Salvo

Digitized by Google

Salvo imperantis jure tuta libertas.
Nunc mentis ille ſanctus igneae fervor
Spectante coelum diſtinetur in cura:
Nunc Pax Dearum prima gentibus laetum
Te promovente pollicetur adventum:
Nunc tot gerendis una ſufficis rebus.
Jamque auſpicalem Vandalo togam armato
Admittis humeris, & tropaea praeſcribis;
Hoſtemque adacto frangis ingeni telo
Facundiaeque, mox per arma frangendum.
Ithaci diſerta ſic propago Laërtae,
Suadere dexter, conſilique felicis
Auctor probatus, ſic triſaeculi Neſtor
Xanthi fluentis Ilioque fatalem
Movere linguam, patriaeque nutanti
Haud defuere uterque in arduis rebus.
Submiſit ultro victor arma Pelides,
Teucrique frater, atque Oileos proles.
Regum ipſe rector ceſſit Atreo cretus.
Nec ſic celebrant bella geſta Tydiden,
Dextraque non inerte ſaucius Mavors,
Quam pacis artes: inde plurimi facto
Magnoque Tydeus creditus minor gnato eſt.
Haec laus virorum ſumma, parva pars veſtrae,
Regina, laudis. ſexus hac tuus jactet
Neu ſe palaeſtra. quippe feminae gyro
Tot ſaeculorum ſi volubili illuſtres,
Heroidum ſi lecta turba priſcarum
Remeent ab umbris, Taenaroque prorumpant,
Quam magna adaequet Fama dotibus tantis,
Nullam exhibebit. hoc tibi triumphatae
Gentes fatentur, perduellis agnoſcit,

***

Admittit hoſtis. Quid grævantur hanc laudem
Aures modeſtae? quid ſilentium imponis
Non audienti? cur, quod omnium vox eſt,
Cur, quod renatus Sol, quod occidens prodit,
Uni tacendum? juris hic tui non ſum,
Regina; teſtor. ut renuntiem Famae,
Aegre obtinebis: deprecamur hoc primum.
Sin obſequendum eſt, obſequemur inviti.
At non ſilebunt ſaxa: ſaxa, quod reſtat,
Pro me loquentur, conſcientia abſolvet;
Regalibus quae ſola non patet juſſis.
Haec ſalva nobis. ſceptra nulla, jus nullum,
Ut veritati deſit illa, praeſtabunt.

SACRAE REGIAE MAJESTATI TUAE

Omni cultu obſequioque devotiſſimus

NICOLAUS HEINSIUS

NICO-

Digitized by Google

NICOLAI HEINSII

PRAEFATIO.

CLaudianum publico daturus dubitaſſe aliquamdiu fateor, utrumne contextum poetae nudum ex emendatione noſtra publico permitterem, an annotata, editioni, quam molibar, addenda eſſent, quod ſatis operae ſuperque navatum a me arbitrabar, qui auctorem ipſum ſubnixus fide atque auctoritate veterum librorum, quanta quidem fieri poſſet cura, caſtigatum exhiberem. Sed vicit demum importuna quorumdam ſuperſtitio, qui aut nihil omnino in antiquis ſcriptoribus mutari ſinunt, aut, ſi quid mutetur, ejus rationem operoſis animadverſionibus curatius eſſe reddendam contendunt, quas tamen ipſi plerumque nec intelligant, nec legant. His quoque dum ſatisfactum cupio, atque ea in cogitatione totus ſum, ecce praeter expectationem ultimus Septentrio mihi adeundus. Quo quidem itinere curae iſtae penitus interruptae videbantur, niſi hortati mox eſſent ii, ut in propoſito pergerem, quorum ſumma apud me erat auctoritas. Notas igitur quanta poteram feſtinatione confeci, non ad oſtentationem ſcriptas, qui nihil eruditionis in me agnoſcam, ſed vocatis tantummodo ad partes iis ſcriptoribus, aut eorum pleriſque (nam ne omnes poſſem, librorum inopia factum) qui aut aevum Claudiani proxime accederent, aut quos familiares atque in deliciis illi praecipue fuiſſe ex ipſa imitatione liquido appareret. Hiſce enim ſubſidiis inſtructus fore confidebam, ut obſervationes magna ex parte meas auribus non nimium ſeveris approbarem, qui ſcriptorum codicum potiſſimam ubique rationem habuiſſem, conjecturis rarius indulgerem. Accedebat huc aliud incommodum, quod moram notis elimandis nullam operae permitterent typographicae, quae in ipſo Claudiano typis deſcribendo jam occupabantur. Summa itaque cum celeritate animadverſionibus deſcriptis atque in Bataviam miſſis, neſcio quo caſu factum eſt, ut alio interea animum applicarent typographi, Claudiano noſtro in menſes ſex ſeptemve valere juſſo, cum per abſentiam meam fieret, ne operas ceſſantes urgere atque incitare pro virili poſſem. Moram equidem hanc moleſtiſſimam mihi accidiſſe diffiteri non poſſum, cum alias ob cauſſas, tum hoc praeſertim nomine, quod interea temporis ingens in eundem ſcriptorem commentarius viri celeberrimi Gaſperis Barthii in lucem prolatus ſit, a quo non praeventum me fuiſſe mallem. Sancte tamen hic teſtor, ac typographorum conſcientiam appello, Notas meas neque inſpectas mihi ab eo tempore, quo Barthianum opus prodiit,

Digitized by Google

diit, neque iis quicquam poſt additum demtumve; Barthii quoque Commentarium non niſi in tranſcurſu a me viſum hactenus fuiſſe. quod publice hic profitendum exiſtimavi, ne rei ignarus eſſes, Lector, neve, ſi in obſervationibus correctionibuſve nonnullis cum illo concurram, (quod accidiſſe potuit facillime, cum hic noſter codices ſcriptos ſatis multos inſpexerit, quibus ſubſidiis priores ejus curae, mihi non ſemel perlectae, deſtituebantur) Barthiana a me ſcrinia compilata fuiſſe homines maligni argutentur. Quanquam confido, infinita propemodum a me reſtituta eſſe, quae illius diligentiam effugerint, cum & plures quam ille & meliores membranas evolverim: quarum indicem hic exhibendum tibi duxi, Lector, ut ſcias, nec praeſidia defuiſſe mihi nec curam in Claudiano emendando, ſi ingenium atque eruditio, quae requirebantur ad rem tam arduam cum laude praeſtandam, defuerunt. Primum exemplaria duo ex Lœidenſis Academiae depromta bibliotheca conſului diligenter, quorum prius inter optima cenſendum. Duo ſuppeditavit Oxonienſis Bodleiana. Unum vir humaniſſimus Patricius Junius, quod Gulielmi Cambdeni olim fuerat. Duos ſubminiſtravit codices typographorum decus Balthaſar Moretus, quorum altero ſane perquam inſigni ac probo, C litera in Plantiniana editione deſignato, Theodorus Pulmannus uſus fuerat, ſed adeo oſcitanter, ut praeſtantiores plerumque ſcripturae variantis diſcrepantias annotare neglexerit. Unum Patres Societatis Jeſu Lovanienſes. unum item Buſlidianum in eadem urbe Collegium, quo tamen ob temporis anguſtias minus exacte licuit uti, paucis tantummodo in locis perpenſo. & ſane erat notae haud quaquam vetuſtae. Tres bibliothecae ſuae apud Pariſios communicavit mecum Ampliſſimus Senator Alexander Petavius. Tres Puteani fratres, commendatiſſima famae nomina: quorum primum ex Regia, ſecundum ex Thuana, tertium ex propria bibliotheca depromſerant. Mazariniani libri copiam fecit clariſſimus Gabriel Naudaeus. praeter haec exemplar, quod in ſcriniis ſuis poſſidebat, utendum obtulit, illuſtriſſimus vir, ac tanto faſtigio digniſſimus Carolus Monſchallus Toloſanae ſedis Archiepiſcopus. Quinque codices Medicea Florentiae ſuggeſſit bibliotheca, unum in eadem civitate Monaſterium S. Marci. Tres Ambroſiana Mediolani, procurante Franciſco Bernardino Ferrario, optimo doctiſſimoque ſene; unum S. Salvatoris Bononiae. Patavii duobus uſus ſum exemplaribus, quorum alterum cathedralis Eccleſiae erat, alterum, quod Celtis Protacii & Antonii poſtea Quaerengi fuiſſe ferebatur, eximius atque amiciſſimus Johannes Rhodius obtulit. Caeterum in tanta ſcriptorum codicum copia, (viginti enim & octo fere ad manum fuerunt,

Digitized by Google

runt, ut vides) pauci omnino reperti, qui Claudiani omnia exhiberent, nulli magno opere a vetuſtate commendandi, quive quingentorum annorum aetatem aut excederent aut aequarent. Editiones vulgatas diligenter etiam excuſſi. Florentiae in Medicea principem Vicetinam anni M. CCCC. LXXXII. videre contigit, cujus ad marginem vir doctus neſcio quis diverſas lectiones ex optimo veterrimoque codice, quem Lucenſem ipſe nuncupabat, adnotarat, poëmatiaque ac epigrammata, quae in illa editione deſiderantur, manu ſua deſcripta addiderat. A Puteanis fratribus Parmenſem accepi, cum ſcriptis itidem libris a viro erudito commiſſam. Aldinam poſteriorem a Patribus Societatis Jeſu Antverpianis, quam Lilius Gregorius Gyraldus ad vetuſtiſſimum, cujus in vita Claudiani ipſe meminit, exemplar manu propria caſtigarat, quodque praecipuo mihi uſui fuit. adſcriptae erant etiam margini ejuſdem codicis ex praeſtantiſſimo Vaticanae Bibliothecae libro diverſae lectiones manu Johannis Livineii. Sed Gyraldi annotata ex veterrimis membranis depromta, quas ille in vita Claudiani fuiſſe Franciſci Petrarchae opinatur, adeo in pleriſque cum Lucenſibus excerptis Mediceae bibliothecae conſentiunt, ut ex uno eodemque codice collecta eſſe & haec & illa omnino credam. Rhemenſis libri vir ſummus Dionyſius Petavius, Vaticani alterius politiſſimus Albertus Rubenius, Pricaeani Iſaacus Voſſius noſter, alterius incerti Gevartius ac Gronovius excerpta communicarunt. Baſileenſem Iſingrini editionem ex antiquiſſimo libro caſtigatam ſaepe adhibui, cujus fidem immerito ſuſpectam olim habebat Barthius. Aldinam quoque priorem, Claverianam, ac Lugdunenſes non unas. Raphelengianam omnium quotquot vidi optimam, quam Joſephum Scaligerum, hominem noſtri hujus ſaeculi praecipuum doctrina ac celebritate, nominis, recognoviſſe volunt, exprimendam curavi, ſublatis tantum hic illic conjecturis viri maximi nonnullis, quas in contextum temere admiſerat typographus. Atque haec de Claudiani editione, quam emendatiorem aliquando ac majori cum cura adornabimus, ſi intelligemus, labores hoſce qualeſcumque tibi non diſplicuiſſe.

Haec praefatus cum eſſem ante annos hoſce plus minus quatuordenos, Lector, evenit oportune omnino poſtea, ut ſecundam ad Italos peregrinationem molirer. Qua occaſione Vaticanos Claudiani codices excutiendos mihi propoſui, quod hactenus factum non erat, dum Livineii diligentiae nimium a me defertur, cujus ſchedis ex optimo illius bibliothecae codice excerptis Antverpiae nobis uti, quod monebam ſuo loco, jam contigiſſet. Sed evoluto eodem codice, ante annos ſexcentos, quantum apparebat, exarato, omniumque, quotquot ad manum

 fuere

fuere nobis, praeſtantiſſimo ac veterrimo, ſi Lucenſis ille Gyraldinus excipitur, cujus nihil praeter excerpta, atque illa ſatis oſcitanter deſcripta, vidimus, quamquam volumen ipſum, cum Lucae eſſemus, ut multa cum ſedulitate, ſic irrito ſucceſſu ſit inveſtigatum & mihi & Langermanno noſtro, quod in eo exſtitiſſe nonnulla compertum haberem, multo uſui futura, quae ab aliis membranis mutuari haud poſſis, quale carmen iſtud in Aetnam, quod in Catalectis poetarum veterum adſcribitur Cornelio Severo, & cujus partem potiſſimam, vulgatis exemplaribus longe caſtigatiorem, illic ſibi oblatam, tam Gyraldus ipſe, quam ſchedae Mediceae fidem faciunt indubitatam, atque omni exceptione majorem. Evoluto, inquam, vetuſtatis praecipuae Vaticano codice, mox deprehendi, longe plurima, nec contemnenda ea, illic exſtare, quae Livineii diligentiam fugiſſent. Sed codex foedum hic illic in modum lacer ſuſpicionem nobis relinquit, lecta in eo aliquando plura Claudiani, quam quae nunc publice circumferantur. Ipſe praeter haec ordo poëmatum turbatus. Initio quippe voluminis Feſcennina & libri in Rufinum prioris carmina uſque ad verſum CCXVI. manu recenti exhibentur adſcripta. Tertius etiam & quartus Honorii Auguſti Conſulatus, & Raptus Proſerpinae, & de bello Getico panegyricus. cujus ſolam inſcriptionem manus vetuſta prodebat hoc modo, INCIPIT DE BELLO POLLENTINO, quam genuinam & ab ipſo Claudiano profectam eſſe non dubitamus. *belli* enim vocabulum pro *pugna* etiam optimae Latinitatis auctoribus non eſt inſolens aut novum. Nam Pollentino praelio revera datum eſt id poëma. Poſt libros in Eutropium ſequebatur haec inſcriptio, INCIPIT EPITHALAMIUM LAURENTII. quod ex verſibus XXCVII conſtabat, ſatis frigidis ac jejunis, quoſque nihil facere ad poëticum Claudiani nitorem vel puer facile agnoſceret. Hinc epigramma in Sphaeram Archimedis, quod etiamnum inter noſtri illius ſcripta cenſetur. Poſtea epigrammata DE LIBERALIBUS, LAUS MARTIS, DE JUNONALIBUS, Epithalamio Laurentii vix meliora. quae Claverius etiam in ſuis exemplaribus invenerat. Ne quod tamen antiquitatis monumentum intercidat noſtra incuria, en laudem Martis. Nam de Junonalibus carmen trium verſuum, & quidem mutilorum erat.

Mars pater armorum, fortiſſime belligerator,
Eſto volens, mitis, facilis Deus, eſto benignus.
Sic tibi poſt pugnas & paſtos ſanguine campos
Amplexus tribuat vincli ſecura Cythere.
Tu criſta galeaque rubes. tu pulcher in aere

Incutis

Digitized by Google

*Incutis e vultu radiantia lumina * ferro*
Te torax galeaque tegunt: non quo tibi terror
Hostilis subeat: sed quod decor exit ab armis.
Tu cum pulsatum clipei concusseris orbem,
Inmugit mundus, tellus tremit, aequora cedunt.
Da nobis reditum: patriam repetamus ovantes.
Sic tibi lascivae celebrentur in Urbe Kalendae.

De Liberalibus auctius aliquanto exstabat in eodem codice, quam profertur a Claverio, mendosissimum tamen, hoc modo:

Lenaee vitis sator, Bromie, Semeleie Bacche
Thyrsitenens, bimater, trieterice, Nysie, Liber.
Flos Ariadnaee, † coriatice, laete Thyoneu,
Da reditum nobis. sic totis dulcia rivis
Musta fluant, spumetque cavis vindemia labris.

Legebantur & alia in eodem codice, luce, quod sciam, necdum donata, de quibus in observatis agetur suo loco. praeter hunc secundus quoque & tertius & quartus ejusdem bibliothecae sunt a nobis excussi, quorum secundus Fulvii Ursini fuerat. quintum praeterea chartaceum adhibui. & horum quidem nullus Claudiani omnia complectebatur. Nam sextum, in membranis quidem exaratum, sed recentem admodum, quod cum primo in omnibus conveniret, non visi nobis sumus operae pretium facturi, si percurreremus totum. Septimum tamen nihilo vetustiorem a capite ad calcem percensuimus, qui pars olim Palatinae bibliothecae fuerat, jam ante a Gaspere Barthio excussus quoque, idque Jani Gruteri beneficio. etsi *suum codicem*, non *Palatinum* appellet Barthius plerumque, contra quam fieri debuit. Sub eandem fere tempestatem in aeterna urbe Farnesianis etiam membranis uti est datum. Nec multo post cum Florentiam advenissem, suum exemplar satis antiquum vir celeberrimus Johannes Pricaeus pervolvendum tradidit, quod ab Isaaco Vossio inspectum fuisse jam supra sum testatus. Tum Bernardus Rottendorphius codicem itidem antiquum, qua est comitate, Monasterio ad me pervenire voluit. Denique Emericus Bigotius noster, ad ornandum eruditionis nomen unice vir natus, codicem Lutetia misit inter optimos numerandum, qui ex Antonii Oiselii, hominis saeculo superpe-

* Leg. *e cultu ferreo.* † f. *curatice.*

Digitized by Google

periori celebratiſſimi, bibliotheca ad Claudium Joly Eccleſiæ cathedralis apud Pariſios Canonicum, virum cum literatura humaniori probe inſtructum, tum animo ad demerendas atque ornandas artes liberales inſigniter propenſo, ab avo materno haereditatis jure tranſiverat. Habes bis quinorum numerum exemplarium, quae poſt curas priores praeſto mihi fuerunt alteram Claudiani editionem molituro. Quid de Pomponii Laeti excerptis nunc dicam, quorum copiam ac facultatem Vaticana nobis ſcrinia fecere? Vir nimirum ille doctiſſimus editionis Vicetinae codicem non indiligenter commiſerat cum duobus aut tribus exemplaribus manu exaratis. nam ex diſcrepantibus ſcripturis minio nonnullae & atramento deſignabantur, unde manifeſtum fieret, plus unico libro ad partes ab illo hic vocatum fuiſſe. Locis praeter haec difficilioribus uberrimas explicationes atque interpretamenta copioſa ſubjecerat. Sed quae ob temporum anguſtiam ad examen revocari nobis non eſt datum. Suppeditavit inſuper Jacobus Mentelius, Vir, inter ceteras animi eximias dotes, quibus ſpectatur, egregie officioſus, Iſingrinianae editionis exemplum, cujus margini alleverat nonnulla, ſed pauca admodum, & aliunde jampridem nobis deprehenſa, Petrus Pithoeus ex membranis neſcio quibus. Marquardus quoque Gudius, exquiſitae vir eruditionis, eidem Iſingrinianae editioni lectiones varias a collectore incerto adſcriptas communicavit, quod exemplar Jacobi Cujacii olim fuiſſe dicebatur. Sed excerpta haec & ſerius paullo ad me perlata ſunt, cum ſub praelo jam ferveret Claudianus noſter, ut accurate ea excuti vix potuerint, editioni tertiae a nobis proinde ſervanda, & ſupra codices plebeios, ut quod res eſt dicam, nihil ſapere aut oſtentare videbantur: cum de iis plurimum mihi promiſiſſem, probe recordatus, quam exquiſita quamque praeclara horum pleraque eſſent exiſtimanda, quae ex ſchedis Cujacianis Claverius in animadverſiones ſuas contuliſſet. Quod ſi paullo liberalius frequentiuſque id ab illo factum foret, noſtrae diligentiae ſpicilegium minus luculentum profecto reliquiſſet. In primis vero commendandum hic a nobis venit ſtudium ſingulare Viri Clariſſimi Lucae Langermanni, qui inſtitutum noſtrum ſubſidiis minime contemnendis fovit atque pro virili ornavit. Nam praeter excerpta Viennenſis in Auſtria libri, qui in Caeſaris bibliotheca adſervatur, atque Helmaeſtadiani ex Academia Julia codicis, quos ipſe cum vulgatis exemplaribus ſedulo commiſerat, is ipſe praebuit utendum Baſileenſe Iſingrini volumen cum variis membranis a Theodoro Pulmanno, poſt miſſam ab illo in publicum editionem Plantinianam, quam & Moretus & alii complures typographi poſtea expreſſere, collatum. quorum in numero, praeter Pamelia-

lianum, Plantinianum, Gentianum, Leodicenſem & Pulmannianum codices, literis C, J, G, L & P, in ea, quam diximus, editione denotatos, adhibiti, *V, Suſii liber oblongus. A. liber antiquus Jacobi Suſii in folio, quod plicatur in octo, in quo aliquot opuſcula habebantur, in aſſeribus compactus. S liber Suſii columnis diſtinctus, qui de Raptu Proſerpinae libros non habebat. S, liber eadem forma cum ſuperiori ſine columnis, in quo erant de Raptu Proſerpinae libri. M, exemplar Plantini de Raptu Proſerpinae ſcriptum in papyro. P. Pulmanni liber de Raptu Proſerpinae cum commentariis Gaufridi Viteracenſis.* Libuit enim ipſa Pulmanni verba, ipſaſque notas, quibus ſcripturas variantes diſtinxerat, proferrè, ut agnoſcas, Lector, quibus auxiliis inſtructus Barthius lucubrationes in Claudianum ſuas tanto opere venditarit. Nam praeterquam quod in ipſo curae poſterioris commentario membranis compluribus, iiſque optimis ſe fretum Claudiano manus admoviſſe teſtatur, ipſi huic Iſingriniano codici, quem a Raphelengiis redemerat, manu ſua adſcripſit, *Edituro Claudianum hic liber incomparabilis theſaurus eſt. Hoc enim exemplar longe poſt editionem toties a Plantinianis repetitam multis MSSis libris collatum eſt, quorum variae nondum lucem viderunt.* Haec ille atque his ſimilia complura fronti codicis inſcripſerat. At ego tibi perſancte adfirmo, praeter unum Plantinianum codicem, quo Pulmannum negligentiſſime uſum fuiſſe jam indicavi, nihil fere in tota hac farragine apparere, quod curioſos oculos morari ulla ex parte debeat. Quicquid tamen inde frugis corradi potuit, id annotatis noſtris fide optima inſertum videas licet. Obtulit praeterea idem amiciſſimus Langermannus priorem Barthii editionem, quam is ipſe Barthius cum codice Palatino, membraneo quidem illo, ſed recentis notae, commiſerat, quo & ipſe ego Romam tranſlato poſtea ſum uſus, ut ſupra monebam. Has copias Barthii auxiliares aere ſuo Langermannus e Barthianis ſcriniis redemtas mihi quoque voluit adeſſe. Quod ego hominis amici beneficium minime diſſimulandum duxi. Ceterum quod in Obſervatis principem Claudiani editionem Vicetinam credidi, in eo lapſus ſum, cum Veneta paſſim laudetur à Thoma Demſtero commentariis in Corippum Africanum, quae ſub annum M CCCC LXX prodierit, mihi hactenus non viſa. Admovere quidem complures auctori noſtro manum, ſed neſcio quo fato evenit, ut ex multis oppido pauci interpretes luce publica ſint donati. Primus ſub renatas litteras Janus Parrhaſius, vir ſane eruditus & ingenioſus, quique in praecipuis ſaeculi ſui ornamentis venit numerandus, commentario in Raptum Proſerpinae animadverſiones in reliqua noſtri hujus opuſcula eſt pollicitus, ſed mor-

Digitized by Google

te praeventus fidem non liberavit. Hunc ſecutus Mariangelus Accurſius, qui Diatriba in Auſonium prolato hoc Claudiani loco ex panegyri in VI Conſulatum Honorii Auguſti, *Adſuit ipſa ſuis ales Victoria templis*; ſubjungit, *Quamquam* talis *non* ales *legitur in codicibus etiam noviſſime recognitis. qui tantum abeſt, ut non etiam nunc verſibus ſint claudi ac deformes, ut eos ex vetuſtis exemplaribus, dum Germaniam Sarmatiaſque nuper peragramus, ſeptingentis fere mendis inter equitandum eluerimus.* Utilem praeter hos Claudiano operam navavit Aldus Manutius geminata editione. Vidi & qui laudarent exemplar a Camerte caſtigatum, quod ut ego fruſtra quaeſivi hactenus, ſic id ipſum quoque de ſe teſtatur Barthius. nam de Iſingrini codice jam ante a nobis copioſe actum eſt. Praeterea commentariorum in hunc ipſum poëtam Pontici Virunii meminit in Bibliotheca Geſnerus. Illuſtraverat Claudianum animadverſionibus luculentis ſuperiori ſaeculo vir doctiſſimus Hieronymus Surita Caeſarauguſtanus, quas ineditas apud Carthuſianos extra civitatem Caeſarauguſtam adſervari Andreas Schottus aſſeverat. Sed & alter Hiſpanus Bartholomaeus Morlanius Regis Sacellanus notas in hunc ipſum poëtam cum indice accurato confeciſſe dicitur a Vincentio Johanne de Laſtanoſa Figarelio in Muſeo veterum Numiſmatum. Quem & ipſum opinor deſignavit Barthius Adverſariorum libro XII, cap. VIII. dum Juriſconſultum quemdam Hiſpanum de Claudiano edendo cogitare adfirmat. nam & Andreas Schottus Obſervationum Humanarum, libro II, cap. LV. *Plura in Claudianum exſpectamus a viro doctiſſimo Bartholomaeo Morlanio Caeſarauguſtano Jureconſulto, amico ſingulari, qui in poëtam illum meditatur non vulgaria.* Julſerat praeter hos curas a ſe ſecundas expectari Martinus Antonius Delrius, ut & Stephanus Claverius. quod is de ſe teſtatur animadverſionibus in Perſium; tum ingentem commentarium Thomas Dempſterus, uti prodit ipſe paralipomenis ad Roſini Antiquitates, praeter annotata illa quae Flexiae jam pridem minori forma prodierant non magnae rei. Sed nullus horum, quod ſciam, lucubrationes propoſitas publico permiſit. Pollicitus adhaec ante ſaeculum in Galliis Claudius Binetus varia Claudiani epigrammata, quae lucem hactenus non adſpexiſſent, ſe propediem daturum. Ejus, opinor, notae unicum inter Catalecta Petroniana ab illo prolatum, quod Claudiani genuinum eſſe ſanus nemo dixerit. Sed & Stephanus Claverius nonnulla in Codice illo Cujaciano praeſtantiſſimo, inque ſchedis Gnoſianis deprehendiſſe ſe teſtatur, indicem operum Claudiani percenſens, quae ipſe Claudiano non auſus ſit vindicare. Sane Petrus & Jacobus fratres Puteani, qui Binetum aut Bineto coaetaneos

Digitized by Google

neos noviſſe poterant, non ſemel aſſeverarunt mihi, nequaquam homini fuiſſe iſti tam exactam de priſcis ſcriptoribus judicandi facultatem, ut temere credendum eſſet de Claudiani ſcriptis ſententiam ferenti. At vero in Sirenas carmen & laus Herculis, cum laude & miraculis Chriſti ex Camertis aut Iſingrini membranis profecta videntur, cum nec in noſtris exemplaribus, nec in Claverianis aut aliis vetuſtis libris comparean. Ad Graeca Claudiani poëmatia quod ſpectat, fragmentum Gigantomachiae ex Arſenii Monembaſienſis epiſcopi Apophthegmatis, in cryſtallum epigrammata ex Anthologia Graecorum epigrammatum depromſi, reliqua ex illo Anthologiae codice partem praecipuam inedito, qui in ſcriniis olim Palatinae, nunc Vaticanae bibliothecae aſſervatur, quemque vir eruditus ex amicis meis non unus inſpexit. Inſcriptionem antiquam ab Arcadio & Honorio Impp. Augg. Claudiani meritis in Foro Traiano olim dedicatam, ibidemque ante annos propemodum ducentos erutam, quae imagini ejus aeneae, cujus ipſe meminit in poëmatis, ſubjecta videtur fuiſſe, & alii jam ante nos juris publici fecere, & nos coram in Farneſianis aedibus, ubi etiamnum exhibetur, Romae hiſce oculis uſurpavimus, rudi atque impolito literarum ductu tabula marmorea oblonga nullis admotis diſtinctionibus, nullo ornatu adhibito expreſſam, mutilam adhaec nonnihil: adeo quidem, ut duas aut tres priores litteras verſuum trium priorum liqueret intercidiſſe, nec manifeſtum ſatis eſſet, quid pro VIGENTES, aut quod alii praetulere, INGENTES ARTES, legi oporteret: cum ejus vocabuli litterae priores duae truncato marmori eſſent avulſae, tertiae litterae dimidiatae pars inferior etiamnum ſupereſſet, quae C potius literae quam G veſtigium manifeſte prae ſe ferret. ut perſuaſum habeam DECENTES ARTES exaratum fuiſſe. pro DOCTISSIMI IMPERATORES a manu prima illic GLORIOSISSIMI vocabulum exſtiterat, ſed eraſum poſtea, ſic ut primam ejus ſyllabam GLO non penitus aboleviſſet ſculptor. Haec plus ſatis operoſe, ut antiquariorum curioſitati ſatisfieret. Vale, Lector, & conatus hoſce primae juventutis in partem haud deterrimam interpretare.

****

CL.

Digitized by Google

CL. CLAUDIANI
VITA.
EX
LILII GREGORII GYRALDI
DE LATINIS POETIS DIALOGO IV.

CL. CLAUDIANUS, Theodosii & filiorum Arcadii & Honorii temporibus floruit. Patria ei fuit Alexandria Aegyptia. id quod & Suidae, & aliorum testimonio facile cognoscimus. idem & suis ipse carminibus comprobat, ut cum cecinit:

—— & nostro cognite Nilo.

Quidam tamen insulse eum Hispanum, alii Florentinum existimavere. Franc. Petrarcha, & Landinus, nulla, ut reor, auctoritate nixi, ut in ejusmodi re opus erat, Florentinum Claudianum arbitrantur fuisse, patre natum mercatore, qui ob Italiae bella, quae tum forte erant, in Aegyptum secessit, quo in loco, ducta uxore, Claudianum filium genuit. Quibus & Politianus, amore, ut puto, regionis, his versibus assentitur:

Aut Pelusiaci missum de plebe Canopi,
Pulcra suum quem nunc Florentia jactat alumnum,
Gaudentem Stygio dominam junxisse marito.

Idem & Florentinorum olim scriba P. Collutius:

Aegypto genitum nova me Florentia civem
Legibus agnovit, magnis jam digna poëtis:
Infernos raptus Cereris, pugnasque Deorum,
Caesareas laudes, nec non Stilichonis honores.

& reliqua. Et ex Aegypto illam scribit his versiculis Sidonius Apollinaris:

Non Pelusiaco satus Canopo,
Qui ferrugineos toros mariti,
Et Musa canit Inferos superna.

Florentino, viro Clarissimo, & insigni in literarum omne genus gratissimus fuit. Cujus quidem Florentini apud Graecos quaedam in re rustica leguntur, quae ab Herone, & Constantino afferuntur. ejus & inter legum scriptores non rara mentio. Ad hunc eumdem Florentinum & Claudiani exstat Elegia, cujus est hoc principium:

Otia sopitis ageret cum cantibus Orpheus,
Neglectumque diu deposuisset opus.

Non

Digitized by Google

Non multis abhinc annis, Romae, in ruinis vetuſtum marmor repertum fuit, quod ſtatuae Claudiani ſuppoſitum fuiſſe Pomponius Laetus, aliique viri antiquitatis periti credidere, cum hujuſmodi inſcriptione: CL. CLAUDIANO V. C. Cl. Claudiano. V. C. Tribuno, & Notario, inter ceteras ingentes artes praegloriosiſſimo poëtarum, licet ad memoriam ſempiternam carmina ab eodem ſcripta ſufficiant, attamen teſtimonii gratia, ob judicii ſui fidem DD. NN. Arcadius, & Honorius, feliciſſimi, & doctiſſimi Imperatores, Senatu petente, ſtatuam in foro Divi Trajani erigi, collocarique juſſerunt:

Εἰν ἑνὶ Βιργιλίοιο νόον καὶ μοῦσαν Ὁμήρου,
Κλαυδιανὸν, Ῥώμη καὶ βασιλῆς ἔθεσαν.

Cognoſcite quanto in pretio fuerit Claudianus, cum in eo uno & Virgilii mentem, & Homeri Muſam fuiſſe teſtentur doctiſſimi Imperatores. Hujus quidem ſtatuae & Epigrammatis meminit ipſe idem Claudianus, in quadam Praefatione, cum inquit:

Sed prior effigiem tribuit ſucceſſus aënam,
Oraque patricius noſtra dicavit bonos.
Annuit bis Princeps, titulum poſcente Senatu.

& reliqua. Chriſtophorus Landinus Claudianum Chriſtianae pietati addictum affirmat fuiſſe. illum enim ſcribit, primo quidem tempore Diis gentium initiatum, verum mox mutata in melius ſententia, Chriſtianum factum, ob illud videlicet, ut reor, ipſius epigramma ad Chriſtum Deum:

Chriſte potens rerum, redeuntis conditor aevi,
Vox ſummi, ſenſuſque Dei: quem fudit ab alta
Mente Pater, &c.

Idem & alii nonnulli afferunt, qui & alia Claudiani poëmata ad Chriſtum afferunt, ut illud:

Proles vera Dei, cunctiſque antiquior annis,
Nunc genitus, qui ſemper eras.

Et item alia, quae paullo ante ſunt in Germania publicata. Sed enim qui eadem ferme Claudiani aetate claruerunt, Aurel. Auguſtinus, & P. Oroſius, id ex toto falſum eſſe docent. Ab illo enim in v de Civitate Dei, Claudianus a Chriſti nomine alienus dicitur: ab hoc in Hiſtoriis paganus, ut ejus verbis utar, & quidem pervicaciſſimus: cum quibus & hac in re Paulus Diaconus convenit. Quibus uſque adeo major eſt fides habenda, quam Landino, & noſtrae tempeſtatis ceteris. Illa etiam ego carmina vel alterius Claudiani putem, vel potius in Chriſtianiſſimi Imperatoris gratiam compoſita. nam & Tribonianus, ſi Suidae ſtamus, a Chriſti religione alienus, ex Juſtiniani Imperatoris ſententia in Pandectis, de Chriſto & Trinitate admiranda ſcripſit. Compoſuit vero multa Claudianus, quae in manibus habentur, inter quae & nonnulla Graeca, ut Gigantomachiam, ex qua & Graecos verſus legimus, ut hi ſunt quos Arſenius in ſuis apophthegmatis adducit. quod argumentum & Lati-

Digitized by Google

ne tractavit, vel potius inchoavit. Exstant & Claudiani, in Graecorum epigrammatum volumine, de crystallo versus, qua de re ejusdem & Latini leguntur. Exstat item poëma de Aetna monte, quod an ipsius legitimum sit, nec probare, nec refellere ausim. ex antiquissimo certe & castigato codice, qui Francisci Petrarchae fuisse creditur, illud ego ipse exscripsi. Haec cum dixissem, ratus de Claudiano haud me plura dicturum, sic Piso ait: Istius ego poëtae a primis usque annis studiosus fui: ejus enim mihi carmen non sonorum modo, & elegans, sed & floridum semper visum est. Idem dicere velle videbatur puer Picus: cum ego: Nec equidem, puer, ego umquam Claudiani versus contemsi: sed cum minime numeros & lineamenta variet, idemque fit ubique, ab aliquibus eo nomine in ordinem redigitur. At si cui forte illius numeri satis placent, placeant. ejus certe haccessit inventio. Nam cum primo animi impetu, ut videmus, pulcre materiam apparet, & animosius feratur, mox tanquam ventus hominem deficit, nec principiis satis postrema respondent. Omnino tamen, ut Piso dicebat, est poëta canorus, volubilis, & valde dulcis: sed certe parum idoneus, dignusque, ut tantopere illum imitari studeatis. Sunt quidem in eo, si cum delectu decerpantur, flores, qui mirum dictu est, quam vobis prodesse possint. Sed de his satis, ne viribus majora tractemus.

Fuit & alter Claudianus Mamercus Viennensis ex Gallia, quem miris laudibus effert Sidonius Apollinaris. eum enim excelluisse ait cum in omni poëtica, tum etiam in omni philosophia, & Theologia. De quo haud mihi in praesentia sunt vobis plura dicenda, cum, si Sidonii epistolarum librum quartum legeritis, tertiam invenietis totam in laudes ipsius Claudiani esse compositam: undecimam vero in ejus jam defuncti commendationem, ejusque Epitaphium. Ejusdem praeterea Gennadius in libro illustrium virorum meminit. Legi ego hujus Claudiani librum de statu animae, in quo multa bonae frugis documenta, ac doctrinae reconditae reperi. Sunt & qui ea, quae de Christo carmina leguntur, non prioris Claudiani, sed hujus posterioris esse affirment, ea in primis ratione persuasi, quod & varius sit stylus, & quod ille, ut diximus, a Christiana pietate fuerit alienus. Doctiorum tamen esto haec censura. Et huc usque de utroque Claudiano.

Julius Caesar Scaliger Poëtices Lib. VI.

Maximus poëta Claudianus, solo argumento ignobiliore oppressus, addit de ingenio quantum deest materiae. Felix in eo calor, cultus non invisus, temperatum judicium, dictio candida, numeri non affectati, acuta dicta multa sine ambitione.

Suidas.

Κλαυδιανὸς Ἀλεξανδρεὺς ἱστορικὸς, γεγονὼς ἐπὶ τῶν χρόνων Ἀρκαδίου καὶ Ὁνωρίου τῶν βασιλέων.

Augustinus de Civit. lib. V. *cap.* XXVI.

Unde & poëta Claudianus, quamvis a Christi nomine alienus, in ejus tamen (*Theodosii*) laudibus dixit:

O nimium dilecte Deo, cui militat aether,
Et conjurati veniunt ad classica venti.

Idem Paulus Oros. lib. VII. *cap.* XXXV.

Sido-

Digitized by Google

Sidonius Apollinaris ad Valerianum.

Non Peluſiaco ſatus Canopo,
Qui ferruginei toros Tyranni,
Et Muſa canit inferos ſuperna.

Proſper in Appendice ad Chronicon Euſebii.

OLYBRIO ET PROBINO COSS.

Hoc tempore Claudianus poëta inſignis moritur. *Error Proſperi; niſi ſcribendum, floruit*, vel *oritur*. non quod tum natus ſit Claudianus, ſed quod poeticen coeperit excolere. τὸ *moritur* inculcatum eſt ex ſequentibus *Theodoſius Imperator Mediolani moritur.*

Claudianus inter Chymicos recenſetur in codice MS° Viri Cl. Leonis Allatii, varios illius artis ſcriptores complexo.

Ὀνόματα τῶν ποιητῶν τῆς τέχνης. Πλάτων. Ἀριστέλης. Ἑρμῆς. Ἰωάννης ἱερεύς. Δημόκριτος. Ζώσιμος ὁ μέγας. Ὀλυμπιόδωρος. Στέφανος ὁ Φιλόσοφος. Σοφὰρ ὁ ἐν Περσίδι. Συνέσιος. Διόσκουρος ὁ ἱερεὺς τοῦ μεγάλου Σαράπιδος ἐν Ἀλεξανδρείᾳ. Ὀσίανης ἀπ' Αἰγύπτου. ἡ Μαρία. Πελάγιος. Πορφύριος. Ἐπιβόχιος. Κλεοπάτρα ἡ γυνὴ Πτολεμαίου τοῦ βασιλέως. Ἀγαθοδαίμων. Ἡράκλειος ὁ βασιλεύς. Θεόφραστος. Ἀρχέλαος. Κλαυδιανός. Σεργίος.

Meminit quoque illius Stephanus Alexandrinus Epiſtolâ ad Theodorum. Qui ſcripſit tempore Heraclii Imperatoris.

Romae

Digitized by Google

* Romae Tabula Marmorea.

CL. CLAUDIANI. V. C.

CL. CLAUDIANO. C. V. TRI
BUNO. ET. NOTARIO. † INTER. CETERAS
VIGENTES. ARTES. § PRAEGLORIOSISSIMO
POETARUM. LICET. AD. MEMORIAM. SEM
PITERNAM. CARMINA. AB. EODEM
SCRIPTA. SUFFICIANT. ADTAMEN
TESTIMONII. GRATIA. OB. IUDICII. SUI
FIDEM. DD. NN. ARCADIUS. ET. HONORIUS
FELICISSIMI. AC. DOCTISSIMI **
IMPERATORES. SENATU. PETENTE
STATUAM. IN. FORO. DIVI. TRAIANI
ERIGI. COLLOCARIQ. JUSSERUNT.

ΕΙΝ ΕΝΙ ΒΙΡΓΙΑΙΟΙΟ ΝΟΟΝ
ΚΑΙ ΜΟΥΣΑΝ ΟΜΗΡΟΥ
ΚΛΑΥΔΙΑΝΟΝ ΡΩΜΗ ΚΑΙ
ΒΑΣΙΛΕΙΣ ΕΘΕΣΑΝ.

* Exſtat haec Inſcriptio nunc in aedibus Farneſianis. & praefixerat eam codici ſuo Pomponius Laetus, qui in foro Trajani inventam teſtatur. & in initio CLAUDIO CLAUDIANO habet. HEINS. vide de hac Inſcriptione & diſticho Graeco ei adjuncto Caſtalion. ad Rutil. Lib. I. Itin. 420. Pier. ad Virg IV. Georg. 563. Claver. ad Bel. Gildon. praef. init. Urſin. in Famil. Rom. pag. 288. Barth. Lib. XLIX. Advers. cap. I. & 19. & Valeſ. ad Euagr. Lib. I. Hiſt Eccl. 19.

† TRIBUNO ET NOTARIO] de tribunis & notariis copioſe ad Symmachum Juretus lib. V. Ep. 39. HEINS.

§ VIGENTES ARTES] alii INGENTES. ut apud Pompon. Laet. Rupta fuit inſcriptio. duae aut tres priores literae trium priorum verſuum pericrant. in VIGENTES aberant priores duae literae. tertiae literae dimidia pars inferior ſupererat. unde liquido apparebat *C* non *G* fuiſſe. hoc pacto, ..CENTES. forte ſcriptum fuerat DECENTES. certe non niſi duarum literarum ſpatium marmori perierat hoc loco. Lapis eſt oblongus, ſine ornatu ullo. Literae ſatis rudes. & nulla puncta erant in ipſo marmore. HEINS.

** DOCTISSIMI] in marmore videbatur ſculptor a manu prima GLORIOSISSIMI ſcripſiſſe. apparebant certe veſtigia GLO literarum, quae poſtea craſae. HEINS.

Digitized by Google

Inſcriptiones duae honori Stilichonis poſitae, quarum in Notis mentio.

I. Inſcriptio reperta Romae in baſi marmorea praegrandi.

F L. S T I L I C II O N I. V. C.

FL. STILICHONI. INLUSTRISSIMO. VIRO. MAGISTRO. EQUITUM. PEDITUMQUE. COMITI. DOMESTICORUM TRIBUNO. PRAETORIANO. ET. AB. INEUNTE. AETATE. PER. GRADUS. CLARISSIMAE MILITIAE. AD. COLUMEN. GLORIAE. SEMPITERNAE. ET. REGIAE. ADFINITATIS. EVECTO. PROGENERO. DIVI. THEODOSI. COMITI. DIVI. THEODOSI. AUGUSTI. IN. OMNIBUS. BELLIS. ATQUE. VICTORIIS. ET. AB. EO. IN. ADFINITATEM. REGIAM. COOPTATO. ITEMQUE. SOCERO. D. N. HONORI. AUGUSTI. AFRICA. CONSILIIS. EJUS. ET. PROVISIONE. LIBERATA. EX. S. C.

••••• II. IN.

Digitized by Google

II. INSCRIPTIO,

Ibidem reperta in basi marmorea superne defracta.

. . . . . .

VIRO. BIS. CONSULI. ORDINARIO
MAGISTRO. UTRIUSQUE. MILITIAE
COMITI. DOMESTICORUM
ET. STABULI SACRI. ADQUE
AB. INEUNTE. AETATE. PER
GRADUS. CLARISSIMAE
MILITIAE. AD. COLUMEN. REGIAE
ADFINITATIS. EVECTO. SOCIO
BELLORUM. OMNIUM
ET. VICTORIARUM. ADFINI
ETIAM. DIVI THEODOSI. AUGUSTI
ITEMQUE. SOCERO
DOMINI. NOSTRI HONORI. AUGUSTI
POPULUS. ROMANUS
PRO. SINGULARI. EJUS
CIRCA. SE. AMORE
ADQUE. PROVIDENTIA
STATUAM. EX. AERE. ARGENTOQUE
IN. ROSTRIS. AD. MEMORIAM
GLORIAE. SEMPITERNAE
CONLOCANDAM. DECREVIT.

EXEQUENTE. FL. PISIDIO. ROMULO
V. C. PRAEF. URBIS.

IN.

Digitized by Google

INDEX OPERUM

CL. CLAUDIANI.

CONSULATUS OLYBRII ET PROBINI.
IN RUFINUM LIBRI DUO.
TERTIUS CONSULATUS HONORII AUG.
QUARTUS CONSULATUS HONORII AUG.
EPITHALAMIUM IN NUPTIAS HONORII AUG.
FESCENNINA.
BELLUM GILDONICUM.
CONSULATUS MALLII THEODORI.
IN EUTROPIUM LIBRI DUO.
CONSULATUS STILICHONIS LIBRI TRES.
BELLUM GETICUM.
SEXTUS CONSULATUS HONORII AUG.
PANEGYRIS SERENAE DICTA.
EPITHALAMIUM IN NUPTIAS PALLADII V. C.
RAPTUS PROSERPINAE LIBRI TRES.
GIGANTOMACHIA, CUM FRAGMENTO GRAECO.

EPISTOLAE.

AD HADRIANUM.
AD SERENAM.
AD OLYBRIUM.
AD PROBINUM.
AD GENNADIUM.

IDYLLIA.

PHOENIX.
HYSTRIX.
TORPEDO.
NILUS.
MAGNES.
APONUS.
PII FRATRES.

Digitized by Google

EPIGRAMMATA.

DE MULABUS GALLICIS.
DE SENE VERONENSI.
DE APRO ET LEONE.
DESCRIPTIO ARMENTI.
DE CONCHA.
DE CRYSTALLO.
DE CRYSTALLO GRAECA.
ΕΙΣ ΜΙΜΑΔΑ ΓΗΡΑΣΑΣΑΝ.
ΕΙΣ ΔΟΥΛΟΝ ΤΥΠΗΘΕΝΤΑ ΠΑΡ ΑΥΤΟΥ.
IN SPHAERAM ARCHIMEDIS.
DE POLYCASTE ET PERDICCA.
DE ZONA EQUI REGII MISSA HONORIO.
DE ZONA MISSA ARCADIO.
DE CHLAMYDE ET FRENIS.
DE FRENO PHALERIS ET CINGULO.
DEPRECATIO AD ALETHIUM.
IN CURETIUM.
IN EUMDEM.
IN JACOBUM MAGISTRUM EQUITUM.
DE THEODORO ET HADRIANO.

ALIA, QUAE CLAUDIANI NON VIDENTUR.

IN PODAGRUM.
RIMANTI TELUM IRA FACIT.
AD AETERNALEM.
AD MAXIMUM.
DE LOCUSTA.
DESCRIPTIO PORTUS SMYRNENSIS.
EST IN CONSPECTU LONGO LOCUS.
DE QUADRIGA MARMOREA.
FRAGMENTUM.
DE PAUPERE AMANTE.
DE SEPULCHRO SPECIOSAE.
DE BIRRO CASTOREO.
DE HIPPOPOTAMO.
DE SARDONYCHE LAPIDE.
CARMEN PASCHALE.
LAUS CHRISTI.
MIRACULA CHRISTI.
IN SIRENAS.
LAUS HERCULIS.
DE PHOENICE.

Digitized by Google

CL. CLAUDIANI

IN

SEX ANICII PROBINI ET SEX. ANICII

HERMOGENIANI OLYBRII FRATRUM

CONSULATUM

PANEGYRIS.

SOl, qui flammigeris mundum conplexus habenis
Volvis inexhauſto redeuntia ſecula motu,

Sparge

IN PROBUM ET PROBINUM ATQUE OLYBRIUM FRATRES] Quid hac inſcriptione ineptius dici queat, non video: tamen ea in plerisque libris habetur. Reſtituenda eſt hoc modo: DE PROBINI ET OLYBRII FRATRUM CONSULATU, vel, quod potius eſt, DE OLYBRII ET PROB. &c. nam & ſic paene tradunt membranae, & Olybrius primus Conſul fuit, & Probus non horum frater, ſed pater erat. DELRIO. Haec Panegyris videtur primus eſſe foetus Claudiani. Ait enim ad Probinum Epiſt. IV.

Romanus bibimus primo te Conſule fontes.

Sed facile credo multa opuſcula eidem meditata & compoſita prius quam auderet hoc carmen recitare. Hic vero Conſulatus contigit anno 395. de quo alibi. vide & Symmach. Epiſt. lib. v. Caeterum Proba, teſte B. Hieronymo, trium liberorum fuit mater, Olybrii, Probini & Probi, ordinariorum Conſulum. Idem ſcribit hunc Olybrium fuiſſe Conſulem in pueritia. Ergo uterque impubes, favore Probi, conſulatum Theodoſio Imper. meruerunt. CLAVERIUS. In ſcriptis exemplaribus poſt libros in Rufinum legitur hoc carmen, quamquam in plerisque deſideratur. Leidenſis ac Moreti meliores, unus Petavianus codex, tres Medicei cum Vaticanis & Pulmannianis totidem exhibent. In Gyraldi quoque & Pricaei libro & Farneſiano ac Palatino legebatur. In primo Vaticano manu recentiori erat additum. HEINSIUS. Ciofanus ad Ovid. VIII. Metam. 532. citat Panegyricum in Probum, Probinum, & Olybrium. ita ſcilicet quaedam editiones veteres, ut Parmenſis. Barthius hoc carmen duriuſculum, & neſcio quo modo caeteris poëmatis haerentius putat. vid. eum ad vs. 46. Hi vero fratres Sex. Anicius Probinus, & Sex. Anicius Hermogenianus Olybrius, & Anicius Probus, fuere filii Aniciae Faltoniae Probae, ex Sex. Anicio Petronio Probo, ut multis eruditiſſimus Fontaninus probat in Antiquitatibus Hortae lib. II. cap. 4. Patris Probi honores & res geſtas narrat La Carry in Hiſtoria Gallorum ſub Praefectis Praetorio pag. 47. & ſeqq. unde adparet quam inperite hos tres Sex. Anicium Petronium Probum, Probinum, & Olybrium fratres adpellent editiones veteres, ut & Gryphii, Colinaei, & aliae; unde Barthius patrem etiam Conſulem, quaſi Conſulum patrem vocatum contendit. ſed Aldus, Plantinus, & alii rectius Probinum & Olybrium fratres dixerunt, quorum pater Probus fuit. C. Clodius Hermogenianus Olybrius Praef. Urb. memoratur in lapide Gudiano pag. CXXI. 5. & apud Gruter. pag. CCCXCII. 5. ubi ejus frater *Faltonius Probus Alypius* memoratur, licet Gudius ex Jureto fratris adpellationem ibi non ſanguinis, ſed amicitiae inter viros illuſtres vinculum eſſe putet. ſed contra Baronius ad Martyrol. 1. Januar. Alipium fratrem uterinum credit. Quidquid ſit, conſanguineos fuiſſe, & Aniciae genti conjunctos Faltonios docet alia inſcriptio apud Gruter. p. CCCLII. 6. & ſeq. ubi Anicia Faltonia Proba, & Hermogenianus Olybrius memorantur, & in aliis lapidibus. vid. Donii Inſcript. p. 180. Gothofred. Proſop. Cod. Theod. in Olybrio, & ante alios Reineſ.

Digitized by Google

Sparge diem meliore coma, crinemque repexi
Blandius elato ſurgant temone jugales,
Efflantes roſeum frenis ſpumantibus ignem.
Jam nova germanis veſtigia torqueat annus
Conſulibus, laetique petant exordia menſes.
Scis genus Auchenium, nec te latuere potentes

Annia-

Epiſt. LXIX. ad Rupert. pag. 633. ubi Aniciorum ſtemma dat. BURM.

1. *Sol qui flammiferis*] *flammigeris* ſcripti libri conſtanter minimum refert. HEINS.

Complexus] Vid. ad Rutilii Itiner. lib. I. vs. 57. & ibi Barth. & ad h. l. hanc verborum *complecti* & *amplecti* ſignificationem etiam adnotavit vir doctiſſimus Marklandus ad Stat. I. Silv. I. 2. BURM.

2. *Secula*] Liber Barthii *ſidera*. quod licet defendi forte poſſet, recte tamen vulgatum ille tuetur. *ſecula* enim ſunt eadem, quae *tempora*; quae conjungit Quintilianus Decl. IV. 1. *Mathematicus ſeculo temporibusque praedixit has manus*. ita Lib. I. Ruin. 45. *ſecula* & *tempora* variarunt librarii. ut vero *redeuns* ſecula, ita & ſaepe Sol rediturus *occumbere* dicitur. vid. ad Valer. Flacc. II. 58. BURM.

3. *Crinemque*] *Crinesque* multi codices, ſed ſingularis praeſtat.

4. *Blandius elato ſurgant*] Placet Iſingrini lectio *rubeant*. ſic & ſequenti verſu *roſeum efflantes ignem* dixit. quomodo *roſea lora* Phoebi equis a Statio dantur Theb. III. 412.

—— *laxant roſeis humentia loris*
Pectora.

ita bene ſcripti, non *calidis*. & *ignea lora* eidem VI. 320. de Aurora Silius lib. I. *roſeasque movebat habenas*. appoſite noſter Gigantomachia, *flectitque rubentes Phoebus equos*. *Blandius rubere* dixit, ut *dulce rubere* Statius Theb. IV.

Dulce rubens viridique genas ſpectabilis aevo.

& *dulce rubenti murice* Epicedio Glauciae, & *laetum rubere* Achilleid. II. 126. *Mulcetur laetumque rubet*. ſic recte Voſſianus liber, aliique nonnulli a me conſulti. & *crudele rubere* Theb. III. 211. *quanti crudele rubebitis amnes*. ubi *quantum* perperam vulgati. *ſaevum rubere* eodem libro, *incurvi ſaevum rubuere leones*. *altum rubere* Theb. VII. 762. & Theb. IX. 439. *forte rubere* Achilleid. II. 178.

At ferus Aeacides radiantem ut cominus orbem
Caelatum pugnis ſaevis, & forte rubentem
Bellorum maculis, acclinem & conſpicit haſtam.

ubi τὸ *forte* perperam pro adverbio ſumitur. *caelatum pugnas* eleganti Graecismo vetuſtus codex exhibet. vulgati *pugnis*. HEINS. *ſurgunt* Vicent. & Parm.

6. *Veſtigia torqueat annus*] Legendum videtur *faſtigia*. ſic conſularem dignitatem vocant tam noſter quam alii auctores. *torquere* autem *faſtigia* vel conſulatum, pro anno ſeu conſulatus tempore. infra hoc ipſo Panegyrico v. 58. *ad ſummi quoties faſtigia juris Venerit*. ubi male etiam *veſtigia* in ſcriptis quibusdam. Silius *ſummum jus* vocat conſulatum. atque ita Lib. II. in Eutrop. 547. lego pari ex conjectura,

Nullaque calcati ſtarem faſtigia juris.

VI. Conſ. Honor. 41.

—— *nulloque magis ſe colle poteſtas*
Aeſtimat, & ſummi ſentit faſtigia juris.

Lib. II. in Stilic. 313.

Plus ideo ſumenda tibi faſtigia juris,
Ne pereat tam priſcus honos.

Nuptiis Celerinae, v. 67.

—— *tenuit ſummae faſtigia ſedis*
Eoum ſtabili moderatus jure ſenatum.

faſtigia pro dignitate imperatoria Epithalamio Honorii v. 31.

—— *faſtigia ſupplex*
Depoſui, geſſique procum.

Sed τὸ *veſtigia* vulgatum poteſt referri ad annum, qui ſua quaſi relegebat veſtigia de novo incipiens. Virg. Lib. II. Georg. 402.

Atque in ſe ſua per veſtigia volvitur annus.

HEINS. *Faſtigium* recte conſulatum etiam ſub Imperatoribus dici nemo negat. vid. Fab. I. Semeſtr. 2. ſed hic ſine dubio *veſtigia* retinendum. quid enim *torquere faſtigia* ſignificare poſſit, non video. Sed rediens annus in ſua veſtigia recte ea *torquere* dicitur. Virgil. III. Aeneid. 667. *ad ſonitum vocis veſtigia torſit*. nec Gronovio placuit haec Heinſii emendatio, qui tamen τὸ *torquere* aliter accipiebat. vid. Epiſt. ad Heinſ. CLXXIX. & hoc *redeuntia ſecula* vel *ſidera* vs. 2. oſtendunt, & ita aeſtas *retorquere vias* dicitur Idyll. I. 27. & Lucan. VII. 3. *retorquere currum*. ſic paſſim *flectere veſtigia*. Ovid. I. Met. 372. & alii. eodem modo Barthius apud Stat. III. Theb. 539. pro *veſtigia* malebat *faſtigia*:

—— *illum veſtigia adortum*
Majorum volucrum teneras depoſitis alas.

contra mentem poëtae. BURM.

7. *Laetique petant*] Forte, *laeti repetant exordia*, nam ita ſaepe *que* pro *re* in compoſito verbo ſuppoſitum. vid. infr. vs. 39. & Conſ. Manl. 261. & ad Ovid. XII. Met. 121. & millies alibi. poſſet & legi *laetique ferant exordia*. BURM.

8. *Scis genus Auchenium*] Vet. lib. *Ancherium*. neutrum bene. vocabantur hi Conſules *Sex. Anicius*

Digitized by Google

Anniadae: nam saepe soles ductoribus illis
Instaurare vias, & cursibus addere nomen.
His neque per dubium pendet Fortuna favorem,
Nec novit mutare vices: sed fixus in omnes

Cogna-

cius *Hermogenianus Olybrius* & *Sex. Anicius Probinus*. Quare arbitror hoc loco *Annicium* scribendum, nec est, quod quis arbitretur priorem syllabam corripi debere, cum tam *Annicii*, quam *Anicii* scribatur. DELRIO. Alia est prosodiae ratio apud Ausonium & Prudentium, cui se non adstrinxit hic poëta. *inlustris Anicii sanguinis genus* B. Hieronymo, & *clara Proborum nomina*. Est & urbs Arverniae, quae *Anicium*. Vetus inscriptio *Sexto Petronio Probo Anicianae domus culmini*. Alias in textu *Auchenium* vel *Anthemium*, & male: infra etiam vs. 21. vet. lib. habuit *Aniciis*. Fuit & Fl. Anicius Maximus P. F. Aug. post Marcianum. CLAVER. Mirum quam exercuerit hic locus viros eruditos. Nos veterum editionum lectionem revocavimus, quam & ex scriptis quidam tuentur. Gyraldi vetustissima & Medicea libri Lucensis excerpta *Alchenium*. Alii codices *Auchemium*, *Anthemium*, *Anchenium*, *Achentium*, *Ancherium*. Panvinus in Festis *Anthemium* legit, quod secutus Raphelengius. Delrius *Anicium*, quomodo tam hic, quam infra in veteri libro legi testatur Claverius, quod & in editione sua exprimendum duxit. Sed cum nullos ille veteres libros inspexerit, praeter exemplar cum manu exaratis libris a magno Cujacio collatum, viri summi conjecturam pro veteris membranae lectione ab illo arreptam vix dubito. ita enim & alibi deceptus: nam in nostris nihil simile invenias. Quid quod prima in *Anicio* syllaba corripitur, producitur secunda, apud aevi hujus scriptores. nec solum in contrarla iviſſe Claudianum fit verisimile, etsi non ignoro inscriptiones extare, in quibus *Aniciorum* nomen per duplex *n* scribatur. raro id tamen. Jam quod negent gentem *Auchenium* extitisse viri docti, quo id jure dicant, ipsi viderint. Eandem enim & Aniciam esse ex lapide antiquo patet, cujus inscriptionem primus, quod sciam, in Variis Lectionibus publicavit Josephus Castalio, & post illum vir celeberrimus Jacobus Sirmondus dissertatione de suburbicariis Regionibus. Eam ecce

Ad Forum Trajani.
AUCHENII.
ANICIO. AUCHENIO. BASSO. V. C.
QUAESTORI. CANDIDATO.
UNO. EODEMQUE. TEMPORE. PRAETORI.
TUTELARI. PROCONSULI.
CAMPANIAE. PRAEFECTO. URBI.
TRINI. MAGISTRATUS.
INSIGNIA. FACUNDIAE. ET. NATALIUM.
SPECIOSA. LUCE. VIRTUTIS. ORNANTI.

Videtur autem is ipsus esse, qui cum Philippo Honorianis temporibus consulatum obtinuit, & pari nominum triga in antiquis Fastorum membranis insignitur. Nihil igitur in Claudiano mutandum. Mox *potentes Anniadae* pro *parentes* edendum curavimus, scriptos omnes secuti, quotquot inspeximus, si unum Palatinum recentioris notae excipis. male eam lectionem damnat Barthius. De *Anniis* & *Aniciis* Ausonius nonnulla Epist. III. & Prudentius non uno loco. Anicii Quaestoris sub Constantio, hominis potentissimi, meminit Ammianus Lib. XVI. *Quaestor in urbe Anicius, qui in regiam aemulationem posteritate tendens, fatiari numquam potuit cum possessione multo majore.* & sane haec familia ad Imperatoriam dignitatem post evecta est. de cujus nobilitate videndus & Juretus ad Symmachum Lib. IX. Ep. 102. HEINS. vid. Reines. Inscript. Cl. VI. 4. Fabrett. II. Inscript. 225. & Gudian. Inscript. p. CXIV. 1. & ibi notas. alteram nuper inscriptionem, ex ruderibus Antii erutam, quae nunc in villa Pamphilia conspicitur, protulit Vulpius in Latio Veteri Profano Lib. IV. cap. 7. pag. 170. ubi *Anicius Auchenius Bassus* Proconsul Campaniae, & vice sacra judicans, thermas reparavisse legitur. *Auchenium* hic edit. Vicetin. Ald. *Auchenium* pro *Aucheniorum* edidit Isingr. BURM.

Potentes] *Parentes* alii. sed solemne est librariis has voces confundere. vid. Lib. II. in Stilic. 442. Lib. III. 51. & alibi. BURM.

9. *Anniadae*] Veteres libri *potentes Aniadae*. lego *Amiadas* geminato *m*. ab his enim, qui hic celebrantur, originem repetebant. qua de re nonnulla Ausonius Epist. ad Probum. Prudentius Lib. I. contra Symmachum. DELR. In vet. codicibus ita scriptum, sed Ausonii vetus liber de Probo: *Stirpis novator Annias*. & vetus marmor (apud Gruter. p. CCCLII. 5.) habet *Amnios* de eadem gente. at fuit nomen *Annii* olim celebratum, & exstat Annii Paulini monumentum insigne, quem suspicor affinem huic domui. sed lapis antiquus ideone arguetur falsi? forte sculptoris vitium est, aut ejus qui descripsit. Prudentius *Anniadum soboles & semina clara Proborum*. CLAVERIUS. *Anniadae* Vicetin. Parm. Ald. Gryph. Ising.

11. *Pendet Fortuna favorem*] Sic jam puer olim legendum vidi, quod membranae septem aut octo confirmant. vidit & Barthius in priori editione, nam in posteriori pro vulgata pugnat immerito. Perperam hactenus lectum *favorem*. Tantundem est, ac si dixisset, fortuna his non pendet a dubio favore,

Digitized by Google

Cognatos procedit honos. quemcumque requires
Hac de ſtirpe virum, certum eſt de Conſule naſci.
Per faſces numerantur avi, ſemperque renata
Nobilitate virent, & prolem fata ſequuntur,
Continuum ſimili ſervantia lege tenorem.
Nec quisquam procerum tentat, licet aere vetuſto

Flo-

vore, non debent fortunas ſuas dubio favori. *p.* & *f.* in manuſcriptis promiſcue confundi notum. ita apud Valer. Flaccum Lib. III. non longe a fine legitur:

Non ea fax odiis, oblitaque numine feſſo
Juno fui.

cum *pax* ſcribendum ſit. Sed modus exemplorum non eſſet: de quibus alibi. Hoc interim ὡς ἐπὶ πλεῖστον. HEINS. Solemnem eſſe harum vocum permutationem docuit Drakenb. ad Sil. III. 690. vid. & ad Lucan. IV. 399. Barthius etiam in ſuo invenit *pendi fortuna favorem.* ſenſus eſt, non conſulatum incertum ſemper ſperant a favore Imperatoris, ſed inconſtantiam fortunae haec gens, tot Conſulatibus clara, neſcit. dicitur autem ipſa *fortuna pendere* & *homines pendere ex fortuna.* ſic *pendebat belli fortuna* Ovid. VIII. Metam. vs. 12. *favor pendet ab auſis* Val. Fl. IV. 669. cum dubitarent Dei, an favere vellent porro Jaſoni. & ita hic *Fortuna* poteſt capi, quae minime dubia eſt aut ſuſpenſa, an velit favere nec ne, ſed manet ſemper. de qua *fortuna manente* vid. ad Ovid. Lib. V. El. 8. 17. ita *pendere* dicuntur, id eſt, dubii eſſe, Bootes & Orion, quas partes velit Theodoſius ſequi, III. Conſ. Hon. 173. ubi vid. Barth. BURM.

13. *Quemcunque requires*] *Require* plerique veteres. rectius meo judicio. HEINS.

15. *Per faſces numerantur avi*] D. Hieronymus ad Demetriadem: *Scilicet nunc mihi Proborum & Olybriorum clara repetenda ſunt nomina, & illuſtris Anicii ſanguinis genus, in quo aut nullus, aut rarus erit, qui non meruerit conſulatum.* DELRIO. Ab initio Principatus Conſtantini Magni Probi ſtemma efflоruit, eoque quartum conſule fuit Probianus vel Probinus Proconſ. Africae, deinde Criſpo conſule Probianus, ſub Conſtantio Olybrius Proconſ. Africae, deinde Praef. urbi. exin Probus Praef. Praet. poſtea Conſul cum Gratiano, poſtea Olybrius conſul cum Auſonio. Is vero Probus longo tempore domum ſua luce claravit, donec Olybrius & Probinus fierent Conſules. CLAVERIUS.

16. *Vivent*] *Vigent* MSS. Pulmanni. male. vide Lib. I. de Rapt. Proſerp. 236. & hic Barthium.

Prolem fata ſequuntur] Id eſt fata generis & majorum, unde orti, in honoribus & quaſi purpura genitos filios benigne comitantur. male huc advocat Barthius illa Statii I. Theb. 213.

Pondus adeſt verbis, & vocem fata ſequuntur.

ibi enim legendum eſt ex MSS. quibusdam *facta.* Jovis enim vocem ſtatim effectus ſequitur ἅμ' ἔπος ἅμ' ἔργον. Ovid. VIII. Met. 619. *quidquid ſuperi voluere, peractum eſt.* & quae infinita in hanc rem adduci poſſent. de voce *ſequi*, ut hic explicari debet, vid. ad Valer. Flacc. I. 601. mox vs. 29. eadem varietas. ſequuntur ergo fata majorum poſteros, non nova illis naſcentibus, ut jactabant olim, ſcribuntur, ſed conſularis dignitas naſcentibus jam certa erat. BURM.

17. *Servantia*] Barthius ex ſuis membranis *ſignantia lege nepotem.* Nihil mutandum. Ovid. II. Art. Am. 729. *Hic tibi ſervandus tenor eſt.* noſter in Hyſtr. 33. *ſervatque tenorem mota cutis.* & mox vs. 41. *ſervare rigorem.* & hinc ex conſueta loquendi formula Thuanei codicis librarius apud Lucan. VI. 380. *ſervare tenorem* dedit pro *timorem. ſignare* & *ſervare* variant & apud Virgil. I. Georg. 205. BURM.

18. *Nec quisquam procerum tentat*] malo *tentet.* ut apud Statium XII. Theb. fin. *nec tu divinam Aeneida tenta.* HEINS.

Aere vetuſto] In MSS. nonnullis eſt *ore.* qualis varietas & apud Lucan. VI. 427. in Leidenſi etiam *venuſto* a manu prima. Intelligunt vero hic aereas ſtatuas in atriis nobilium. ſed durius dictum Romam *florere aere vetuſto*, pro nobilibus Senatoribus, nam ad eam referri τὸ *floreat*, non ad τὸ *quisquam* debet, niſi intricatiſſimum velimus ſenſum facere, qui ne ſic quoque ſatis planus eſt. Mihi aliquando incidit, quia *Romam cingi ſenatu* non concoquebam, poſſe legi:

——— *licet aere vetuſto*
Floreat, & claro pingatur ſtemma ſenatu.

licet procerum ille aliquis multis imaginibus majorum floreat, & ejus ſtemma pingatur in atrio, ut ſolebat fieri, in quo multae imagines Senatoriae. vid. Juven. Sat. VIII. pr. qui *pictos vultus* vocat. & Sueton. in Galb. cap. 2. & hic Barth. *clarum* vero proprium eſſe Senatus epitheton vidimus ad Nemeſian. Cyneg. vs. 81. ſed quia codices non addicunt, nihil audeo mutare, & *cingatur* hic cum Barthio capere debemus pro compleatur, licet exempla, quae adducit ex VI. Conſ. Hon. 619. & Lucan. IX. 373. potius ambire & circuire ſignificare τὸ *cingere* probent. vid. ad Lucan. I. 594. BURM.

20. *Pri-*

Digitized by Google

Floreat, & claro cingatur Roma Senatu,
Se jactare parem: sed, prima sede relicta
Aucheniis, de jure licet certare secundo.
Haud secus ac tacitam Luna regnante per Arcton
Sidereae cedunt acies, cum fratre retuso
Aemulus adversis flagraverit ignibus orbis.

25. Tunc

20. *Prima sede relicta Aucheniis*] Ait Anniciis, propter nobilitatem generis, illud a senatu privilegii concessum, ut dicendae primo loco sententiae jus haberent: porro & hic *Anniciis* recenseo. DELR. Duplex distinctio & interpretatio circumfertur. quidam, *sede relicta, Auchenis de jure licet certare secundo*, ut solis imperatoribus cedant Auchenii: vel *sede relicta Aucheniis*, id est, reliquis Senatoribus, licet secundis post eos esse. hanc Barthius propugnat. sed forte de Imperatoribus hic non agitur, sed de Praefecto urbis, qui in senatu primam hoc tempore sedem habebat, Consules secundam. vel de ipso consulatu, de quo cum Ancheniis reliquos Senatores certare nefas, sed illos ambire debere inferioris ordinis honores. Quidquid sit, utraque distinctio & sententia habet, quo se teneatur. *Auchemiis* hic Vicetin. BURM.

22. *Haud secus ac tacitam*] *Atraciam* Leidensis a secunda manu, ut illa Statii respexerit Theb. I. 106.

—— *quales per nubila Phoebes*
Atracia rubet arte labor.

Arctos pro nocte posuit, quomodo *Lycaonias umbras* idem Statius Theb. III. sed a recepta scriptura tutius non recedere. HEINS.

23. *Sidereae cedunt acies*] Quia hic agitur de lumine stellarum per Lunam obscurato, vel puer viderit, *acies* hic de lumine, quod spargunt stellae, dici, & *sidereas acies* esse fulgentes stellas, ut *acies* de oculorum lumine dicitur. quare nec *facies* cum Delrio ad Senec. Hip. 745. legendum, nec ordines vel chorus stellarum intelligendi cum Barthio, neque hinc explicandus Moyses, qui cap. II. dicit *Deum terram, coelos, & omnem eorum exercitum* perfeciſſe. non enim hic ulla figura de exercitu ordinato potest desumi, sed agitur tantum de lumine minori vel majori; Sed tunc nondum Gorallus erat, sed Gorallulus, qui semina mentis profanae sub Liberii de S. Amoris larva, clam in vulgus spargebat, & omnem Sacrae Scripturae, prae Gentium scriptoribus, dignitatem deprimere adgrediebatur. & hoc probat vulgatum illud Horatii I. Od. 12. *micat inter omnes Julium sidus, velut inter ignes Luna minores.* & hoc firmant omnia sequentia, *adversi ignes, jubar, ira, caligantia arma*, quae non ad exercitum aut chorum stellarum, sed fulgorem referenda. BURM.

Fratre retruso] sive sic, ut tres impressi, sive *retuso*, ut alii totidem, sive legamus cum manusc. *recusso*, ad sententiam quidem non multum interest, quo ad elegantiam vero, non parum; namque *recusso* eandem hoc loco vim obtinet, quam *percusso* apud Lucretium Lib. v.

Luna potest, solis radiis percussa, nitere,
Inque dies majus lumen convertere nobis.

Item alibi:

Recta aut obliqua percussus luce refulget.

Prudentius *repercusso* dixit:

Aut si fusca polum suffundit palla serenum,
Opposítus quoties radiorum spicula nimbus
Igne repercusso mentitos spargit in orbes.

DELR. *retruso* emendarat in libro suo magnus Scaliger, quod Raphelengius expressit. nolim factum. Barthio majoribus Commentariis arridere video *recusso*, quod Leidensis & Moreti codex cum duobus aliis praeferunt; quomodo *repercussum solem* Ovidius II. Met. 110. dixit. Vulgatam lectionem primae editiones & Mediceus unus cum duobus Vaticanis & Farnesiano tuentur. de qua non dubitandum. *retuso* pro *obtuso* Lib. II. Rapt. Proserp. 135. similiter,

—— *hunc fronte retusa*
Delius, hunc fracto Cephisus arundine luget.

IV. Conſ. Honor. 184.

Visa etiam medio populis mirantibus audax
Stella die, dubitanda nihil, nec crine retuso
Languida.

quem locum frustra Delrius tentavit. VI. Conſ. Honor. 18.

Namque velut stellas Babylonia cura salubres
Optima tunc spondet mortalibus edere fata,
Coelicolae cum celsa tenent, summoque feruntur
Cardine, nec radios humili statione retundunt.

quomodo illic quoque loci ex vetustis libris scribendum monui. reddendam eam vocem Statio puto Theb. XII. 309. de Luna,

Vix ea, cum sciſſis magnum Dea nubibus orbem
Protulit; expavere umbrae, fulgorque retusus
Sideribus, vix ipsa tulit Saturnia flammas.

vulgo *fulgorque recisus.* Lunae splendor minora sidera obscurabat. *radios frangere* dixit Statius Achilleidos II. v. 15. non dissimili loco,

Frangebat radios humili jam pronus Olympo
Phoebus, & Oceani penetrabile litus ambelis
Permittebat equis.

Digitized by Google

Tunc jubar Arcturi languet: tunc fulva Leonis
Ira perit: Plauſtro jam rara intermicat Arctos
Indignata tegi, jam caligantibus armis
Debilis Orion dextram miratur inermem.
Quem prius adgrediar? veteris quis facta Probini
Neſciat? aut nimias laudes ignoret Olybrî?
Vivit adhuc, compleтque vagis ſermonibus aures
Gloria fuſa Probi, quam nec ventura ſilebunt
Luſtra, nec ignota rapiet ſub nube vetuſtas.
Illum fama vehit trans aequora, transque remotas
Tethyos ambages, Atlanteosque receſſus.
Audiit &, gelido ſi quem Maeotia paſcit

Sub

ita enim malo quam *Promittebat*, quod nunc legitur. *Contuſa ſidera* dixit noſter Bello Gildonico v. 496.

Et contuſa vagos jaculentur ſidera crines.

ſic enim antiquiſſimus Gyraldi liber & multi alii. vulgo *confuſa*. Avienus in Prognoſticis de Luna,

——— *ſi craſſior atque retuſis*
Cornibus ingreditur.

& Virgil. I. Georg. 433.

Pura nec obtuſis per coelum cornibus ibit.

& ibidem,

Nam neque tum ſtellis acies obtuſa videtur.

Statius Lib. X.

Iris & obtuſum multo jubar excitat igne.

ſic & *hebetari ſidera* Silio & Avieno dicta, *hebere* Lucano, Statio XII. 305. ac noſtro *languere*. HEINS. Vide ad Valer. Flacc. V. 371. eadem fere varietas in *retruſo* & *retuſo* VI. Conſ. Honor. 497. ſed, ſi verum velimus, Luna regnante non *retunditur* ſolis fugor, id eſt hebetatur (hoc enim notat *retundere*. vid. ad Ovid. II. Amor. IX. 13.) qui latet, & in alia orbis parte lucet. Quare *retruſo* cum minore Gryphiana & Delrio & Scaligero non temere rejicerem. Sic Cicero *retruſa* & *abdita* conjungit aliquoties, & hoc poſtulat *τὸ regnante*: praeſente enim Sole, Lunae, ut minoris, nullae ſunt partes, ſed eo latente, regnat illa, ut regina ſiderum. Horat. Carm. Secul. vs. 35. & quam reliquae ſtellae, ut ſatellites reginam, cingunt. vid. ad Valer. Flacc. V. 567. *recuſſo* meliorem ſpeciem haberet, quia Solis lumen acceptum Luna recutit & reverberat. ita apud Lucan. III. 477. licet in alia re,

Quae prius ex longo nocuerunt miſſa recuſſu.

quare *retruſo* mihi placet. *recurſo* Excerpta Voſſiana. BURM.

28. *Orion*] Erythraeus in Indic. Virg. in *Orion* legit, *Orionis dextram minitatur*, quod recte Barthius ineptum judicat.

29. *Falta*] *Fata* Ald. Iſing. Pulman. Claver. & alii. vid. Barth.

32. *Probi*] Idem Probus, ut patet ex vet. Inſcriptione, fuit Proconſul Africae, Praef. Praet. Illyrici, Africae, Galliarum. Conſul ordinarius, Conſulum pater, de quo Prudentius:

Fertur enim ante alios generoſus Anicius orbis
Inſtauraſſe caput.

ubi alias *urbis* contra veritatem, nam Ovid. (I. Amor. XV. 26.)

Roma triumphati dum caput orbis erit.

ut obiter hoc indicem. CLAVERIUS.

Quam] *quem* Codex Moreti, ut ad Probum referatur, & ita mox *illum*. ubi imitatur Horatium II. Od. 2.

Illum agat penna metuente ſolvi
Fama ſuperſtes.

33. *Nec ignota rapiet ſub nube vetuſtas*] *ignotam* Gronovius. *obſcura* Iſingrini liber, ut apud Silium Lib. XIV.

Mulciber obſcurae tellus caligine nubis.

Barthius praeterea *raputt* reponi vult pro *rapiet*, aliud agens. non enim de aliquo dudum e vivis ſublato verba hic facit Claudianus, ſed de patre Olybrii & Probini, quem ipſe Barthius adhuc ſuperſtitem fuiſſe, cum haec ſcriberentur a Claudiano, paulo ante aſſeverabat pag. 2. quamquam immerito, ut opinor. HEINS. Neſcio an tam abſurda ſit Barthii correctio; celebritas enim tribus temporibus deſignatur, praeterito *raputt*. praeſenti *vivit*, futuro *flebunt*. & ita mox *vehit* & *audiit*, pro quibus ex Heinſii ſententia *vehet* & *audiet* eſſet reſcribendum. quod neſcio an ſit melius, nam *vetuſtas*, id eſt longum intervallum temporis praeteriti

Digitized by Google

Sub Jove, vel calido ſi quis conjunctus in axe
Naſcentem te, Nile, bibit. virtutibus ille
Fortunam domuit: numquamque levantibus alte
Intumuit rebus: ſed mens circumflua luxu
Noverat intactum vitio ſervare rigorem.
Hic non divitias nigrantibus abdidit antris;
Nec tenebris damnavit opes: ſed largior imbre
Sueverat innumeras hominum ditare catervas.
Quippe velut denſos, currentia munera, nimbos
Cernere ſemper erat: populis undare penates;

Adſiduos

teriti oblivionem ejus induxit. niſi *vetuſtas* de ſeculis futuris capienda, & *rapiet* tunc legendum. ſic pro poſteritate dixiſſe Propertium Lib. III. I. 23.

Omnia poſt obitum fingit majora vetuſtas.

Paſſeratius notavit. & Dionyſ. Gothofr. ad Varron. de L. L. princ. p. 1570. ita apud Ovid. v. Triſt. IX. 7.

Te praeſens mitem, te noſſet ſerior aetas,
Scripta vetuſtatem ſi modo noſtra ferent,

eligat ergo Lector. BURM.

35. *Atlanteosque receſſus*] *Atlantidosque* unus Mediceus. forte *Atlantiacosque*. ſequenti verſu, *ſi quis Maeotida* idem liber. HEINS.

36. *Maeotica paſcit*] *Maeotia* Claverii editio. paulo rectius, quod & Barthius curis ſecundis monuit. Adi quae annotamus infra IV. Conſ. Honor. v. 180. HEINS. vid. Oudend. ad Lucan. II. 641.

Audiit] *Audit* & Juntin. forte *Audit & egelido*. BURM.

Gelido ſi quem] Horat. Od. I. *manet ſub Jove frigido venator*. DELR.

37. *Calido ſi quis conjunctus in axe*] Hoc corruptum putant, non ego. *conjunctus*, ſcilicet naſcenti Nilo, quod ſequitur. *Conjuncto* abjunctus ſive disjunctus opponitur. *conjunctus* igitur contiguus, conterminus. ſubintellige naſcenti Nilo. primus Vatic. *convinctus*. Barthius ex editionibus nonnullis notat *cognatus*, & interpretatur. ſed fruſtra. HEINS. Sed an Latine ſatis dicatur *conjunctus* pro vicino, dubito. & ſubintelligere *naſcenti Nilo* durum. cum pro cognato, aut aliqua neceſſitudine juncto, ſaepe apud noſtrum & alios occurrat, unde gloſſa illa *cognatus* nata, nec Gronovius, qui ad Liv. XXII. 10. de *juncto* hoc ſatis probat, ullum exemplum producit de *conjuncto*. eſſe & qui *compunctus* legunt, addit. ſed *conjunctus* eſſe, qui cohaeret quaſi alicui homini vel loco, ut indiſſociabilis. vid. II. in Rufin. 239. quod hic locum non habet. vellem MSS. darent *calidum ſi quis conjectus in axem*. quamvis & *calido in axe* poſſet ſervari, ut *conjectum in gutture ferrum* Ovid. III. Met. 90. *conjicere* vero *in locum* ſaepe occurrit pro abire. Cicer. v. ad Attic. *conjecit ſe in ultimam provinciam*. BURM.

39. *Numquamque levantibus*] *numquam relevantibus* Gyraldi liber, ut ſupra vs. 7.

40. *Circumflua luxu*] Talis ille, ſed vafer, Criſpi nepos apud Tacitum (III. Ann. 30.) *per cultum & mundicias luxu proprior, vigore animi par erat ingentibus negotiis, eoque acrior, quo ſomnum & inertiam magis oſtentabat. Multi* vero, Seneca teſte, *per ornamenta feriuntur*: atque de hoc Probo quaedam ſiniſtra apud Amm. Marc. CLAVERIUS. *fluxu* in quibusdam.

41. *Intactum vitio ſervare rigorem*] Non *vigorem* optimus Gyraldi liber, ut Cato apud Lucanum II. 389. dictus *rigidi ſervator honeſti*. unde & apparet perperam *regnare* hic in nonnullis libris legi. apud Paterculum Lib. II. cap. 98. *Eſſe mores ejus rigore & lenitate mixtiſſimos*, ut recte illic caſtigant. HEINS. vid. ad Ovid. IV. Ep. 118. & perpetua eſt harum vocum permutatio. ſed *rigor*, a Stoicis maxime probatus, debet hic praeferri, ut I. Stilic. 32.

Hunc vigor, hunc pietas &c.

& IV. Conſ. Hon. 402. *Triſte rigor nimius*. & ita paſſim. BURM.

45. *Denſo currentia munera nimbo*] Vet. Lib. quem mihi donavit Ludovicus Carrion, Juriſconſ. primarum artium princeps, *denſos c. m. nimbos*, & paulo poſt: *ſed quis tellure revulſa ſollicitis fodiens miretur collibus aurum*. nihil repono, neque reponendum puto. Sententia eſt, ſi quis in imis terrae radicibus aurum fodiens, inventam quantitatem aliquam miratur, admiretur ille potius liberalitatem Probi, qui tantum quotidie largiebatur, quantum ſtagna Tagi &c. DELR. *Denſo nimbo* in v. Cod. eleganter & praeclara alluſione ad miſſilia & ſparſiones. Vir doctus libenter ex L. Carrione legiſſet *denſas nimbos*, ſed cauſam non video mutationis, quamvis Martialis dicat:

Et Cilices nimbis hic maduere ſuis.

& quod

Digitized by Google

Adſiduos intrare inopes, remeare beatos.
Praeceps illa manus fluvios ſuperabat Iberos
Aurea dona vomens. ſic quis tellure revulſa
Sollicitis fodiens rimatur collibus aurum:

Quan-

& quod magis ad rem:

Nunc veniunt ſubitis laſciva numiſmata nimbis. CLAV. *Denſos currentia munera nimbos* rectius unus Mediceus, & Delrii liber, quam vulgati *denſo nimbo: nimbi* a poëtis paſſim haec munera dicuntur, quae in populum ſpargebantur, praeſertim cum de ſparſione theatrali agitur. Martial. Lib. VIII. Epigr. LXXVIII.

Nunc veniunt ſubiti laſciva numiſmata nimbi.

ſic bene veterrimus Vaticanus, non *ſubitis nimbis.* ſic *nimbus eroci* & ſimilia paſſim apud poëtas. *grandinem ſerenam* dixit Statius Sylvar. Lib. I. VI. 21. Saturnalibus:

Qualis per cuneos hyems Latinos
Plebem grandine concutit ſerena.

perperam illic nunc legere eſt *ſerenam.* ſic *imbres ſereni* apud noſtrum Idyllio de Nilo, & *madidum ſerenum* Rapt. Proſerp. II. 91. *nubes ſerenae* HEINS. Parum refert an *denſo nimbo*, an *denſos nimbos* legamus, quum idem ſenſus exeat. ſed τὸ *currere* non ſatis placet, cum neſciam *nimbos* dici poſſe *currere*, quod de aqua perenni & fluviis recte dici Barthio facile credimus. nihil tamen habeo quod ſubſtituam. ſi *manantia*, quod verbum cum *turre* commutant codices apud Ovid. II. ex Pont. X. 28. vel *ſtillantia* liceret ſubjicere, proprie magis locutus eſſet. Sed legamus Claudiani verba pro incertis conjecturis, & potuit Claudianus hoc verbo *currere* abuti, ut & Statius fecit Lib. V. Theb. 361. qui *currere ſpicula Cortynia* dixit. atqui & telorum *nimbos* dici notum eſt. effuſa ergo munera vult tanta copia, ut omnibus ſufficerent. Sed quum diu me hic locus torſiſſet, & paulo poſt agi viderem de muneribus ſive donis, tandem ſubiit mentem cogitatio, hic de muneribus ſive donis non agi, quae inepte *currentia* dicerentur; ſed per *munera* intelligendos ludos & theatra, ad quae populus denſo agmine, quod *nimbum* vocat, currit. ſic Ovid. I. Art. 93 comparat agmini formicarum & examini apum, & deinde addit,

Sic ruit in celebres cultiſſima femina ludos &c.

quare hic legere fortaſſe melius eſſet,

Quippe, velut denſo currunt ad munera nimbo,
Cernere ſemper erat populis undare penates. &c.

apta mehercule comparatione domus Aniciae, omnibus patentis & celebratae, cum Theatro, ad quod ingens multitudo hominum confluit. *equitum nimbos* dixit noſter I. in Stil. 353. BURM.

47. *Aſſiduus.*] *aſſiduis* Voſſianus codex a manu ſecunda, ut ad *populis* referatur, & poſt hanc vocem diſtinguatur. qui ſint *aſſidui* vid. Gronov. de Pec. veter. Lib. IV. Cap. 9. BURM.

48. *Praeceps*] Nimis acutus hic Barthius, qui a *praecipiendo* deducit, quum idem ſit quod prona, parata ad effundendum, ut fluvii praecipites dicuntur, ita *Nar praeceps* Ovid. XIV. Metam. 330. non concinnum vero puto *vomens*, quod manui vix convenit, quae fundit, projicit, non vomit. ita non loqueretur Virgilius nec Naſo. BURM.

49. *Sic quis*] vetus haec eſt lectio: alias *ſi quis*, non bene. CLAVER.

Sic quis tellure revulſa Sollicitis fodiens rimatur collibus aurum] Haec procul dubio corrupta ſunt. Claverii lectionem expreſſimus, nam vulgo *ſi quis.* Raphelengius *ſi quid.* Scaliger in ora libri ſui *ſic qui.* Petavianus liber *ſed quis* per interrogationem. quomodo & unus Pulmanni. Leidenſis a manu ſecunda *quantum*; ſed ſcripti plerique cum vulgatis *ſi quis* tuentur. Forte,

——— *ceu qui tellure revulſa*
Sollicitis fodiens rimatur collibus aurum.

vel *ſic qui.* Cl. Barthius tranſpoſitione huic loco medetur, qui videndus. τῦ *auri* ſuperflua repetitio eſt, cum jam dixerit *Aurea dona vomens.* Puto ſcriptum fuiſſe *auſtr̄.* quod & pro *auſter*, & *auſtrum* capi potuit. τὸ *auſter.* vero pro *Aſtur.* quomodo & alibi peccatum. De auri foſſoribus Aſturibus notum. Lucanus Lib. IV. 298.

Non ſe tam penitus, tam longe luce relicta
Merſerit Aſturii ſcrutator pullidus auri.

ubi perperam *Aſſyrii auri* nunc circumfertur, etiam in membranis omnibus, quas magno numero conſului. pari modo Serenae Laude noſter *effoſſis nec pallidus Aſtur oberras montibus.* Paulinus in carmine Sapphico ad Nicetam, *Pallidos auri legulos in aurum vertis*, ubi *Callidos* perperam legitur. Silius Lib. I. 133.

——— *Aſtur avarus*
Viſceribus lacerae telluris mergitur imis,
Et redit infelix effoſſo concolor auro.

Statius Sylv. IV. VII. 13. ad Junium Maximum de Dalmatis,

Quando te dulci Latio remittent
Dalmatae montes, ubi Dite viſo
Palladus foſſor redit, eruoque
Concolor auro.

quibus locis alter alterum manifeſta imitatione expreſſit.

Digitized by Google

Quantum ſtagna Tagi, rudibus ſtillantia venis,
Effluxere decus: quanto pretioſa metallo
Hermi ripa micat: quantas per Lydia culta
Deſpūmat rutilas dives Pactōlus arenas.
Non, mihi centenis reſonent ſi vocibus ora,
Multifidusque ruat centum per pectora Phoebus,
Acta Probi narrare queam, quot in ordine gentes

Rexe-

preſſit. Noſter ipſe Conſulatu Manlii & Theodori.

Quidquid luce procul venas rimata ſequaces
Abdita pallentis fodit ſollertia Beſſi.

Sed *ſollicitis collibus* cur dixit? id enim duriuſculum videri poſſit. quare fuit, cum & hoc corruptum arbitrarer, ſcriptumque *Gallicis* olim pro *Callaicis*, ut ſaepe libri veteres habent, atque adeo totum locum ſic legendum:

——— quidquid tellure revulſa
Callaicis fodiens rimatur collibus Aſtur.

Latinus Pacatus (Paneg. c. 28.) *Quod de venis montium aut fluminum glareis quaeſitor Beſſus, ſcrutator Callaicus eruiſſet.* Callaicis enim Aſtures vicini, aut, ſi Paulo Oroſio credimus, Callaeciae pars fuerunt. Ita ille Libro VI. cap. 21. appoſite Martialis Lib. X. Ep. 17.

Accipe Callaicis quidquid fodit Aſtur in arvis.

ubi veterrimus codex Thuanus *Galliacis. Callaicum aurum* & *Callaicum metallum* Martialis idem alibi dixit: quomodo & Silius Italicus Lib. X. Confirmant iſta Lucani Lib. VII. 755. quae noſter reſpexiſſe viſus,

Quidquid fodit Iber, quidquid Tagus expulit auri,
Quodque legit dives ſummis Arimaſpus arenis.

Sollicitis tamen *collibus* dixiſſe videtur, quomodo *carcerem ſollicitum* Ovidius Amor. Lib. I. Eleg. VII. Certe auri foſſoribus plurimum moleſtiae devorandum erat, partim ob continuos graviſſimosque labores, partim ob aërem peſtilentem. Strabo Lib. XII. καὶ θανάσιμοι καὶ δύσνεκτον εἶναι τὸν ἀέρα φασί. ubi de fodinis agit. quibus paria habes & apud Lucretium Libro VI. adeo quidem, ut raro vitales eſſent hi foſſores, & pallorem vultu plerumque praeferrent, quod ex Lucani, Silii & Statii locis prolatis liquido apparet. atque ea de cauſa *pallentes Beſſi* noſtro dicuntur. Eo nomine & inter graviſſimas poenas habitum ad metalla damnari. Aliter haec Barthius. *Sollicitis* ergo *collibus* non tentandum; de caeteris ſententiam haud muto. *Rimatur* porro ex Iſingrini libro, non *miratur*, Raphelengius bene. Conſ. Manlii:

——— venas rimata ſequaces
Abdita pallentis fodit ſollertia Beſſi.

de Beſſis inter alios Vegetius Lib. IV. cap. 24. ad *ſpeciem metallorum, in quibus auri argentique venas Beſſorum rimatur induſtria.* noſter iterum Lib. II. in Stilich. 112.

— patulis rimatur faucibus aurum.

ſimiliter libri ſcripti peccant apud Statium Theb. VII. 760. *ſcrutari* Lucretius de auri foſſoribus dixerat. HEINS.

Sollicitis] Ita *ſollicitus aether* Bel. Get. 379. an potuit dixiſſe pro *ſollicitatis*, ut ita *ſollicitare bumum, aequora*, & ſimilia, paſſim obvia ſunt. ſic in Terent. Heaut. III. 1. 52. *omnes habui ſollicitos* explicant Grammatici ſolo citatos, loco ſuo motos. Barthius *ſollicitos colles* interpretatur, quaſi curam agerent de abſconditis theſauris, ne detegantur ab hominibus, & materiem ſceleribus praeberent. quae longius petita eſt interpretatio. BURM.

Miretur] Sic in opt. cod. alii *miratur* & *rimatur*. idem Poëta de aurifodinis; *venas rimata latentes ſolertia*, quod videtur fulcire aliam lectionem. CLAV.

51. *Stagna Tagi rudibus ſtillantia venis*] *pallentia* primus Vatic. a manu ſecunda, a manu prima *fallantia*. HEINS.

52. *Effluxere decus*] Epigr. XXVII. dixit *vina fluere*. Manilius dixit *eminere undas*. Horatius *Reſtim evaganti frena licentiae*. CLAVER. vid. ad Epigr. in Jacobum Mag. Petron. cap. LXXI. *amphorae Gypſatae, ne effluant vinum.* ubi vide notas, & ad II. Laud. Stilic. 263. & Tom. IX. Obſerv. Miſcell. p. 404.

Quanto pretioſa metalla] Sic conjeceram jam olim. atque ita in ora libri ſui Livineius. ſcripti quinque confirmant. vulgo *metalli*. Sequenti verſu durum videtur *quantas rutilas arenas*. Scriptum a noſtro igitur putem,

——— quantum per Lydia culta
Deſpumat rutilae dives Pactolus arenae. HEINS.

Barthii codex *quantum pretioſa metalli Hermi ripa micat*, ut *micat* active ſumatur, ut modo *effluxere*.

55. *Reſonent ſi*] Manuſ. *pateant ſi*, quod Vicetina editio, omnium, quas vidi, antiquiſſima confirmat. DELR. *pateam* primae editiones & ſcripti aliquot. mox, *Multifideque ruat*, non *Multifidusque* Leidenſis & unus Pulmanni, quod arridet Barthio. HEINS.

57. *Acta Probi narrare queam*] elegantius vet. cod. *numerare*, eritque ampliius illo Ciceronianeo,

Digitized by Google

Rexerit, ad ſummi quoties faſtigia juris
Venerit, Italiae late quum frena teneret,
Illyricosque ſinus, & quos arat Africa campos.
Sed nati vicere patrem, ſolique merentur
Victores audire Probi. non contigit illi
Talis honor, prima cum parte vireſceret aevi.
Non conſul cum fratre fuit, vos nulla fatigat
Cura, diu majora petens: non anxia mentem
Spes agit, & longo tendit praecordia voto.
Coepiſtis, qua finis erat. primordia veſtra
Vix pauci meruere ſenes: metasque tenetis

Ante,

non dicam exornare ſed enarrare C. Caeſar &c. DELR. *numerare* Delrii Codex. ut III. Conſ. Honor. 52.

Facta tui numerabit evi.

mox *lento voto*, non *longo* Idem Delrii Codex, & unus Pulmanni. Statius tamen Lib. I. Theb.

—— *longo conſumit gaudia voto.* HEINS.

Ita Albinovanus ad Liviam vs. 448.

Alia ſenem faciunt, haec numeranda tibi.

& Ovid. III. Faſt. 719. ubi legebatur,

Sithonas & Scythicas longum eſt narrare triumphos.

Heinſius reſtituit *longum enumerare*. vid. & Lib. I. in Rufin. 251. BURM.

Probi] Legi nuper in Eccleſiaſtica viri inluſtriſſ. hiſtoria Epitaphium hujus Probi, quod Maff. Vegius ab interitu vindicavit, diruente Nicolao V. P. M. ubi haec inter caetera:

Primus eras, nullique patrum virtute ſecundus:
Nunc renovatus habes perpetuam requiem.

Erat & eodem in templo ſeu Mauſoleo Proba ejus uxor ſepulta, quibus haec etiam poſita ſunt:

Sublimes quisquis tumuli miraberis arces,
Dices quartus erat, qui Probus hic ſitus eſt.
Conſulibus proavis, ſocerisque & Conſule major
Quod geminas Conſul reddidit ipſe domos.
Praefectus quartum toto dilectus in orbe,
Sed fama emenſus quicquid in orbe hominum eſt.
Solamen tanti conjux tamen optima luctus
Hoc Proba ſortita eſt, jungat ut urna pares.

vide reliqua. CLAVER. legitur apud Gruter. p. CCCCL.

In ordine] id eſt ordine, ut ita in Manlio recenſeat gentes, quibus praefuit.

58. *Faſtigia juris*] Forte Praefecturam urbis & Praetorii per Illyricum & Africam intelligit. BURM.

59. *Italia late* &c.] Fuit Sex. Petronius Probus, ut hinc & ex inſcriptionibus duabus, quae Romae in domo Caeſia viſuntur, & Ammiano, denique aliis ſcriptoribus patet, quater Praefectus Praetorio Italiae, Illyrici ac Africae, Conſulque Gallia-rum ordinarius. DELR.

61. *Sed nati*] *Et nati* Vicetin. Ald. Parm. Junt. Col. mox *Probi* eſt genitivus. nati victores patris Probi jure vocantur. An *Probi* ſit pluralis numeri neſcio, ut nec an *victores* recte dicantur abſolute. forte natum hoc ex proximo *vicere*. ego mallem *ductores*, ut vs. 9. *nam ſaepe ſoles ductoribus illis Inſtaurare vias.* ita magiſtratus & praecipue Conſules vocat, quam dignitatem ſolos meruiſſe & dici conſules Probos jactat, & voces hae *ductor* & *victor* centies commutatae. ut apud Virgil. X. Aen. 602. vid. Drakenb. ad Sil. IX. 199. & hoc ſequentia *non contigit illi talis honor* poſcere videntur. BURM.

62. *Non contigit illi*] *nunc* Mediceus & Palatinus. Puto *num*. HEINS.

63. *Aevi*] *orbi* Voſſ. Codex. & v. ſeq. *nec* pro *non*.

64. *Vos nulla fatigat cura, diu majora petens*] haec Barthius explicat, quaſi minores res in tranſitu expedirent, & intenti eſſent ſemper majoris momenti rebus. Dubito vehementer. ſed per *curam diu majora petentem* ambitionem indicari puto, quum enim alii per gradus adſcenderent, & diu deberent petere majores honores, ut apicem omnium honorum Conſulatum adtingerent, hos dicit hanc ambitionem non fatigaſſe, quia primo aevo Conſules ſunt facti, nulla ambitione aut prenſatione diu fatigati, & hoc ſequentia de ſpe & longo voto firmant. & haec eſt ambitionis natura, ut ſemper majora petat, & etiam *diu*, ſi debent per gradus provehi. Barthii codex, *cura Dei, majora petit is anxia mentem*. BURM.

66. *Et longo*] egregie Vet. Lib. *lento*. DELR. parum refert. ſed & Statius I. Theb. 322. *longo conſumit gaudia voto*. illa vocabula vero paſſim confundunt librarii, & ita *longa* & *lenta ſpes*, de qua vid. ad Ovid. II. Epiſt. 9. & ſimilia dicuntur. BURM.

67. *Quo finis erat*] *qua* omnino legendum, & ſic Barthius. HEINS. *quo* alter Voſſii Codex.

71. *Per-*

Digitized by Google

Ante, genas dulces quam flos juvenilis inumbret,
Oraque ridenti lanugine veſtiat aetas.
Tu, precor, ignarum doceas, Parnaſſia, vatem,
Quis Deus ambobus tanti ſit muneris auctor,
Poſtquam fulmineis inpellens viribus hoſtem
Belliger Auguſtus trepidas laxaverat Alpes,
Roma Probo cupiens dignas perſolvere grates,
Sedula pro natis dominum flexura rogando
Ire parat. Famuli currum junxere volantem
Impetus, horribilisque Metus, qui, ſemper agentes
Praelia, cum fremitu Romam comitantur anhelo,
Sive petat Parthos, ſeu cuſpide turbet Hydaſpen.
Hic ligat axe rotas: hic ſub juga ferrea mittit
Cornipedes, rigidisque docet ſervire lupatis.
Ipſa, triumphatis qua poſſidet aethera regnis,
Adſilit, innuptae ritus imitata Minervae.
Nam neque caeſariem crinali ſtringere cultu,
Colla nec ornatu patitur mollire retorto;
Dextrum nuda latus, niveos exſerta lacertos,
Audacem retegit mammam, laxumque coërcens
Mordet gemma ſinum. nodus, qui ſublevat enſem,
Album puniceo pectus diſcriminat oſtro.
Miſcetur decori virtus, pulcherque ſevero
Armatur terrore pudor, galeaeque minaci,
Flava cruentarum praetenditur umbra jubarum,
Et formidato clipeus Titana laceſſit

95. Lu-

71. *Parnaſſia*] *Parnaſia* alter Voſſii Cod.

73. *Poſtquem fulmineis*] Poſtquam Theodoſius imperator, tyrannis devictis, Alpes Julias patefecit. DELR.

76. *Pro natis*] *gnatis* unus Pulmanni. HEINS.

77. *Ire parat*] *jure parat* Marcil.

79. *Romam comitantur*] *dominam* Gronovius, ut alterum ex Gloſſa ſit procuſum. HEINS.

80. *Turbet*] *turpet* Exc. Voſſii.

81. *Ligat*] Ita Lib. I. de Rapt. 298.

——— *Torvos invisa jugales*
Alecto temone ligat. BURM.

Sub juga ferrea nectit] Iſingrini liber *mittit*, quod Raphelengius & Claverius ſecuti. Vulgatam lectionem non temere damnem, ſic *nexos ad juga tardos boves* Avienus dixit Fab. 32. & fab. 28. *cervicem inflectere aratro*, noſter Nupt. Celerinae v. 104.

Flerta purpureas admittunt frena columbas.

ſub juga vertit. prim. Vatic. ut Lib. II. de Raptu:

Vertunt emeritos ad paſcua nota jugales. HEINS.

Sed in IV. Conſ. Honor. 607. in MSS.

——— *Caſpia nectit eburnis*
Colla jugis. quare retinui *nectit*. BURM.

83. *Quae poſſidet aethera regnis*] *qua* legendum ex Leidenſi libro bene vidit Cl. Gronovius III. Obſ. 14. nec aliter Aldus. ſic & ſupra Barthius, *Coepiſtis qua finis erat*. infra etiam cum ſcriptis corrigendum:

——— *qua fine ſub imo*
Auguſtam aditum curvis anfractibus Alpes. HEINS.

Ipſa triumphantum qua poſſidet aethera regnis Junta, ſed *triumphatum qua* Vicetin. Parm. & Exc. Voſſ.

85. *Caeſariem*] de mulieris coma dici probat Barthius ad Epithal. Honor. 99. vid. ad Virg. IV. Georg. 337.

88. *Retegit*] *tetigit* vitioſe Vicetin.

90. *Pectus*] *tectus* Junt.

Lumine, quem tota variarat Mulciber arte.
Hic, patrius Mavortis amor, foetusque notantur
Romulei. pius amnis ineſt, & bellua nutrix.
Electro Tiberis, pueri formantur in auro.
Fingunt aera lupam: Mavors adamante coruſcat.
Jam ſimul emiſſis rapido velocior Euro
Fertur equis, ſtridunt Zephyri, curſuque rotarum
Saucia dividuis clareſcunt nubila ſulcis:
Nec traxere moras, ſed lapſu protinus uno,
Quem poſcunt, tetigere locum; qua fine ſub imo
Anguſtant aditum curvis anfractibus Alpes,
Clauſtraque congeſtis ſcopulis duriſſima tendunt,
Non alia reſeranda manu, ſed pervia tantum
Auguſto, geminisque fidem mentita tyrannis.
Semirutae turres, avulſaque moenia fumant.
Creſcunt in cumulum ſtrages, vallemque profundam
Aequavere jugis. ſtagnant inmerſa cruore

Cor-

95. *Arte*] *boſte* Excerpt. Voſſ.

96. *Foetusque Romulei*] Incurioſe dictum notat Barthius, ſed quia, ut quidam ſcribunt, Romus, qui eſt Remus, & alter per diminutionem Romulus dictus fuit, poteſt uterque dici *Romulei foetus*, quia ambo infantes erant, & quaſi Romuli. BURM.

97. *Pius amnis ineſt*] Sic plerique ſcripti. Moreti liber *pius annus*, unus Mediceus *prius annis*. proxime verum. Vulgo *poſt amnis*. *Pius amnis*, quod pueris ſibi objectis pepercerit. atque ita curis ſecundis Barthius. HEINS. Florus Lib. I. I. *Tiberinus repreſſit amnem*. in codice Sixii erat *poſt amnis fuers*, etiam eleganter, ut *languida flumina* Eidyll. IV. 28. BURM.

98. *Pueri*] *pinus* Vicetin.

99. *Fingunt aera lupam*] Haec magni Scaligeri conjectura, quam Raphelengius & cum Claverio Barthius merito probarunt. Gyraldi liber cum Petaviano *Pingunt*. vulgo *Tingunt*. Lib. I. de Rapt. v. 265.

Nec non & patrui fingit ſacraria diuis.

Sic enim ſcripti quidam. ante ibidem dixerat *tenero clementior aevo Fingitur*. Vera ſcriptura eſt in primo Vaticano. HEINS.

102. *Clareſcunt*] vid. IV. Conſ. Hon. 192. 110. & I. Rapt. 230.

104. *Fine ſub imo*] ?ò *imo* praeceſſerat proxime *lapſu protinus uno*. quare ſcribendum *fine ſub imo*. Barthius malit *fine ſupino*. Statius via Domitiana,

Sed quam fine viae recenſis imo
Albam crinibus infulisque cerno?

qui locus Barthianam conjecturam ſatis enervat ac jugulat. *imus finis* pro extremo ponitur, quomodo & *imus angulus* ſaepe. HEINS.

105. *Anguſtant*] *anguſtare* Colin. & Junt.

106. *Congeſtis*] *conjectis* quidam Codices, & Heinſius in prioribus editionibus, & ſolent hae voces commutari. vid. ad Ovid. I. Amor. IX. 12. *tendunt* pro extendunt capio, ut longae ſint illae anguſtiae & clauſtra. exempla ſuppeditabunt notae Heinſii ad Ovid. X. Met. 506. & Oudend. ad Lucan. VI. 39. BURM.

108. *Geminisque fidem*] Maximo primum, deinde Eugenio. DELR.

110. *Creſcunt in cumulum*] Barthius praefert ſcriptorum quorundam lectionem *Creſcunt in tumulum ſtrages*. vulgati *in cumulum*: ſed *acervi ſtragum* paſſim occurrunt apud poëtas. Bello Gildonico vs. 32. ex antiquis codicibus *cumulos repletos ſtragibus* habes. HEINS. *Strages* hic pro ipſis cadaveribus ſumuntur, quae creſcere poſſunt non in tumulum, ſed cumulum. Quintil. Decl. IV. 17. *exſultant ſuper ſtratorum corporum ſtrages*. nec diſſimiliter Val. Flac. V. 695. dixit *quantis inſultet acervis*. ubi vide notata. & Ovid. V. Met. 88. *adſtructos morientum calcat acervos*, melius quam *exſtructos*; eſt enim idem quod noſter *creſcentes in cumulum* dixit. & ita hae voces commutantur in MSS. apud Lucan. IV. 98. & V. 643. Si in *tumulum* creſcerent, abſurdum eſſet addere *aequare vallem jugis*; tunc enim tumulus quidem in valle exſtaret, ſed nunc repleta vallis tota aequatur monte, ut nulla vallis adpareat, ſed cumulo iſto repleto aequata ſit verticibus montis. In Vicetin. erat vitioſe *in culmine*. BURM.

111. *Immenſa*] *immerſa* Cod. Barthii, quem vide. & ita edidit Claverius.

112. *Tra-*

Digitized by Google

Corpora: turbantur permiſto funere manes.
Haud procul exacto laetus certamine victor
Ceſpite gramineo conſederat, arbore fultus
Acclines humeros. dominum gaviſa coronat
Terra ſuum, ſurguntque toris majoribus herbae.
Sudor adhuc per membra calet, creberque recurrit
Halitus, & placidi radiant in caſſide vultus.
Qualis, letifera populatus caede Gelonos,
Procubat horrendus Getico Gradivus in Haemo.
Exuvias Bellona levat, Bellona tepentes

Pulvere

112. *Traduntur permixto*] *truduntur* agnoſcunt Vicet. & Pariſienſes: Lugdun. & Baſileenſ. *traduntur*. Manuſc. & Moguntini, quod non repudio, *turbantur* DELR. *turbantur* Iſingrinus & ſcripti aliquot ex noſtris. Primae editiones *truduntur*, quomodo ex conjectura viri illuſtris Raphelengius, cum *traduntur* in vulgatis libris legeretur inſulſe. Lib. I. in Rufin. 381. *imo barathri trudere receſſu*. ita ſecundus Vaticanus, non *claudere*, aut *condere*. IV. Conſ. Honor. 495. *patria moeſtus non truditur exul*. Epiſt. ad Hadrianum, *hic undique truditur exſul*. HEINS. *turbantur* verum eſt. ut neſciatur, quis ſit, qui ſepulchro condatur, quia *confuſa corpora amiſere notas*, ut Lucanus ſimili fere in re dicit Lib. II. 167. BURM.

115. *Acclives*] Ita veteres editiones. ſed Barthius recte *acclines* reſtituit, quem vide, eſt imitatio Virgilii Lib. X. Aen. 835. BURM.

117. *Crebroque recurris Halitus*] *creberque* Aldus & ſcripti, rectius. ut Lib. II. in Eutrop. 323. *creberque recurris Nuncius in caſſum*. HEINS. aemulatum credo illa Virgilii IV. Aen. 3. *multusque recurſat gemitus bonos*. licet de alia re. *crebrisque* Vicetin. & Parm. BURM.

120. *Gradivus in arvo*] Vet. Lib. *Haemo*. ſic Papin. I. Thebaid. *Geticoque pecus ſtabulare ſub Haemo*. de Haemo Livius Lib. XL. Vet. Lib. tertio abhinc verſu *ſplendoribus Haemum*. DELR. *in Haemo* Delrii codex, & tres ex noſtris, non *in arvo*. recte. illa Statii reſpexit Theb. IX.

—— qualis Getico procumbit in Haemo
Coelo mixta comas quercus,

noſter Lib. I. in Rufin.

Mavors, nubifero ſeu tu procumbis in Haemo.

Haemus certe Marti ſacer, unde Mavortius Silio XI. 466. dictus. Statius Theb. VI.

—— adverſo riſit Gradivus ab Haemo.

& Lib. VII. Martis hoſpitium deſcribens:

—— adverſo domus immanſueta ſub Haemo.

Callimachus Hymno in Delon:

Ἥμενος ὑψηλῆς παμφαὴς ἐπὶ Θρῄκης Ἄρμης,
Θοῦρος Ἄρης ἐφύλασσεν ἐὴν ἵππευν.

atque ita paſſim poëtae. quamquam pro vulgata ſcriptura facere nonnihil videtur illud Maronis:

Gradivusque pater Geticis qui praeſidet arvis.

Caeterum pro *horrendus*, *horrendum* Leidenſis. optime. *procubare horrendum*, ut Conſ. Manlii:

—— nec dentibus unquam
Inſtrepis horrendum.

Virg. Aeneid. XII. *horrendumque intonat armis*. ſic & *blandum rubere* ſupra. *ſaevum fremere* Lib. II. de Rapt. Proſ. v. 243. & *praeſagum canere*, ibid. v. 7. ex antiquis codicibus. *cruentum mugire*, Lib. I. in Rufin. *regale tumere* & *ſaevum nutare*, Lib. II. *immane fremere*, Conſ. Manlii. *fictum anhelare*, Lib. I. in Eutrop. *flebile ſuſpirare*, & *infamum proclamare*, Lib. II. *anile gemere*, Lib. I. in Stilic. atque ita paſſim. quorum & pleni Statius, Silius, alii. emendandus tamen ille Lib. IV. Theb. ex membranis:

—— capiti tremit aerea caſſis
Ter niveum candente juba.

jubam triplicem intelligit, cujus & Virgilius mentionem facit. vulgo, *Ter nivea ſcandente juba*. HEINS. In omnibus exemplis, quae Heinſius adducit, & praeter quae plurima ſunt, nullum reperio, unde *jacere* vel *cubare horrendum* eleganter dici mihi videtur; ſed vel ſonitum aliquem, vel externum corporis habitum, quibus terror incutitur adſpectantibus, adjuncta verba notant. ideoque unius codicis auctoritate non auſim mutare *horrendus*. in Leidenſi etiam codice erat *in antro* a manu prima, forte pro *antro*, licet *in Haemo* praeferam. *in arvo* erat in Vicetin. Parm. Ald. Junt. & aliis. ita & Stat. VI. Theb. 665.

Qualis Biſtoniis clypeus Mavortis in arvis. BURM.

121. *Exuvias Bellona levat*] *gerit* Gyrald. pr. Vatic. Farneſ. & unus Mediceus, ſed praeſtat alterum. HEINS.

Bellona tepentes] Ita in Plantiniano & Palmerii codice reperit Delrius. & in Excerptis Voſſii Heinſius, qui & recepit in textum, pro *bellique tepentes*, ut edidit Claverius: quamquam & *belli*

Digitized by Google

Pulvere ſolvit equos; immenſaque cornus in haſtam
Porrigitur, tremulisque ferit ſplendoribus Hebrum.
Ut ſtetit ante ducem diſcuſſas Roma per auras,
Conſcia ter ſonuit rupes, & inhorruit atrum
Majeſtate nemus. prior hic; O numen amicum,
Dux ait, & legum genitrix, longeque regendo
Circumfuſa polo, conſors adjuncta Tonanti,
Dic agedum, quae cauſſa viae? cur deſeris arces
Auſonias, coelumque tuum? dic, maxima rerum.
Non ego vel Libycos ceſſem tolerare vapores,
Sarmaticosve pati medio ſub frigore Coros,
Si tu, Roma, velis. pro te quaſcumque per oras
Ibimus, & nulla ſub tempeſtate timentes

pulvis dici eleganter poſſit, ut III. Conſ. Honor. 37. *grave reſperſus pulvere belli.* & Val. Flacc. II. 419. *pulverem pugnae* dixit. alii ſaepe alia epitheta addunt, & ſimpliciter etiam dicunt. vid. ad Val. Flac. I. 13. ideoque lectori optionem relinquimus. *Exutas vias Bellona leva*, *Bellona repentes* Vicetin. *belliique tepentes* Parm. BURM.

122. *Cornus in haſtam porrigitur*] *in hoſtem* Barthius legit primis curis, ſecundis *in aciem*. alius *in aſtra*. nihil mutandum. Hoc vult: inmenſam illam cornum Marti pro haſta fuiſſe, uſum haſtae praebuiſſe. ſic infra, *turrigerae ſurgunt in culmina ripae.* vide notas ad Lib. I. in Rufin. v. 151. apud Statium Achill. I. *jamque Odryſiam Gradivus in haſtam Surgeret.* HEINS. Senſum, quem Heinſius dat, non ex verbis exire puto. ſed voluit Poëta ſine dubio Martem exarmari miniſterio Bellonae, & haſtam manibus ejus ablatam fixam fuiſſe terrae, & hinc ſplendore ſuo percuſſiſſe Hebrum. quare ego mallem legere *in auras porrigitur*, ut fixa fuerit & ſurrexerit in altum. arma enim depoſita juxta cubantes jacere, & haſta figi ad caput ſolebant in terra. vid. ad Ovid. I. Amor. IX. 26. ſed quia ſequitur *auras*, non alienus eſſem a Barthii *in aſtra*. ſaepe enim illa hyberbole utuntur poëtae. ut II. de laud. Stilic. 372. *tendens ad ſidera quercum.* vid. ad Grat. Cyneg. vs. 143. nam vulgata inepta eſt. quia *cornus* eſt ipſa haſta. jam *haſta in haſtam porrigitur*, quis ferat? BURM.

124. *Auras*] *aures* Vicetin.

125. *Conſcia ter ſonuit rupes*] ſic optimus Moreti liber, ut olim conjeceram. vulgo *tunc ſonuit*. Lib. II. de Rapt. *ter cardine verſo Praeſagum cecinere foves.* ſic & alibi. *Concita* etiam Leidenſis. non male. mox *inhorruit atrum*, non *acri*, cum ſcriptis legendum, quod Delrius jam vidit & Raphelengius. ut apud Virgilium:

—— *horrentique atrum nemus imminet umbra.*

Opinor praeterea repetendum *ter. ter inhorruit atrum nemus.* HEINS. probabilem Heinſii conjecturam facit vitioſa lectio edit. Vicetinae, quae *inhorruit acriter*, ut *ter* aberraverit loco. forte etiam *conſcia ter ſonuit rupes, ter inhorruit acri* &c. *atrum* Parm. BURM.

Inhorruit acri] Solus Vicetin. *acriter*, unde ceteri *acri* effecerunt ingenioſe; niſi in vet. Cod. inveniretur *atrum* & *luci*, minime caedui, nihil, aut parum admodum, lucerent. DELR.

126. *Prior hic*] malim *prior huic.* HEINS.

128. *Adjuncta Tonanti.*] Roma ſcilicet, cui pulcherrimum templum exſtructum fuit in monte Palatino e regione Capitolii. CLAVER. *addicta* eſt in Codice Voſſiano, edit. Vicetin. Iſingriniana, & aliis edit. *adducta* in Juniano & Barthiano. *addita* Parm. blanditur admodum τὸ *addicta*, quaſi conſilio Deorum haec dignitas ipſi addicta eſſet. *Tonantis* idem Junian. & Voſſ. BURM.

129. *Dic agedum*] An, *Dic, age, dic, quae cauſſa viae?* vid. ad Ovid. IV. ex Pont. III. 21. BURM.

131. *Labores*] ex ſequenti verſu apparet legendum cum v. l. *vapores*. porro ne quis fallatur, haec non ab Honorio, ſed Theodoſio ſeniore, qui nondum e vivis exceſſerat, dicuntur. DELR. *tolerare vapores* recte ex ſuo libro Delrius. perperam vulgo *labores.* Lucan. IV. 305.

Quoque minus ſiccas poſſent tolerare vapores,
Quaeſitae feciſtis aquae.

Lib. IX. 588. *monſtrat tolerare vapores. Non jubet.* ſic vetus liber. Ovid. II. Metam.

—— *neque enim tolerare vapores*
Ulterius potuit.

Aethiopum vapores ſic & noſter dixit Lib. I. in Stilich. 180. & alibi. HEINS. vid. ad Silium XIV. 583.

133. *Per oras*] *per boras* Vicetin. Ald. Junt. ut tempeſtates anni intelligat. ſed millies in MSS. *oras* & *boras* adſpiratione addita occurrunt. BURM.

135. *Sol-*

135. *Hi-*

Digitized by Google

Solſtitio Meroën, bruma tentabimus Hiſtrum.
Tum regina refert; Non me latet, inclyte rector,
Quam tua pro Latio victricia caſtra laborent:
Nec quod ſervitium rurſus, Furiaeque rebelles
Edomitae paribus ſub te cecidere triumphis.
Sed, precor, hoc donum cum libertate recenti
Adde, precor, ſi vera manet reverentia noſtri.
Sunt mihi pubentes alto de ſemine fratres.
Pignora cara Probi, feſta quos luce creatos
Ipſa meo fovi gremio. cunabula parvis
Ipſa dedi, cum matris onus Lucina beatum
Solveret, & magnos proferrent ſidera partus.
His ego nec Decios pulchros, fortesve Metellos
Praetulerim: non, qui Poenum domuere ferocem,
Scipiadas, Gallisque genus fatale Camillos.
Pieriis pollent ſtudiis, multoque redundant
Eloquio. nec deſidiis, dapibusve paratis
Indulgere juvat: nec tanta licentia vitae
Abripit, ut mores aetas laſciva relaxet:
Sed gravibus curis animum ſortita ſenilem
Ignea longaevo frenatur corde juventus.
Illis, quam propriam ducunt ab origine, ſortem

Sic

135. *Hiſtrum*] *Hebrum* in Barthian. & Moreti.

137. *Quam tua*] ita pro diverſa lectione in Petaviano notatum, & bene. Vulgo *Quod tua*. *Quam* pro *quantum*, neque aliter Palatinus, & a manu ſecunda primus Vaticanus. HEINS. *laborant* Junian. & alii, quia olim legebatur *quod tua*, & mox *cecidere*. in Voſſiano etiam, *Nec quod ſervicii*. BURM.

139. *Paribus*] ut enim Maximi, ſic Eugenii, vivi potitus erat. DELR.

140. *Sed precor hoc donum cum libertate recenti Adjicias*] *Adde, precor* Gyraldinus, vere, ut puto. certe primus Vatican. & Farneſ. *Adde* pro *Adjicias*, claudicante verſu. Geminatio illa *vũ precor* efficax eſt. HEINS. Neſcio an in illa geminatione hic quaedam ſit venuſtas. forte,

Adde, prior tibi ſi remanet reverentia noſtri.

vel diſtingue poſt *Adde prior*. nam *precor* & *prior* alibi etiam conmutantur. vid. ad Valer. Flacc. VII. 163. praeterea non eleganter dicitur *donum addere cum libertate recenti*, niſi poëtam excuſet aevi ſui ſcabrities. poſſet etiam *hoc donum, jam libertate recenti, Adde*. BURM.

146. *Proferrent ſidera partus*] Sic meliores ſcripti. vulgatum *praeferrent* admitti non potuit, cum *praetulerim* mox ſequatur. *praeberent* Gyraldi liber. mox iidem ſcripti rectius, *Hic ego nec*, quam *non*. HEINS. *proferrent* rectum. ut infr. v. 237. *quid protulit aequum Falſus &c.* pro *ſidera* vero intelligo menſes legitimos partui. Barthius de ipſo coelo & natura capit, quae laborarunt in proferendis his fratribus. niſi quis malit *magnos proferret, ſidera, partus*, per appoſitionem, ut paſſim *ſidera* dicuntur inluſtres viri, quos Lucina obſtetricans protulit. ſi quis *praeferrent* retinere velit, explicandum eſſet, ſidera oſtendiſſe, promiſiſſe hos naſcentes magnos fore quondam viros, ut *praeferre* ſit prae ſe ferre. BURM.

149. *Fatale*] *letbale* Exc. Voſſii & Cod. Junii. *fatale Catullus* Vicent. eadem Exc. *fortesque Metellos*. Lucan. Lib. II. 545.

— *cum fata Camillis*
Te, Caeſar, magnique velint miſcere Metellis.

151. *Deſidiis*] *Deſidiae* Heinſ.

152. *Juvat*] *parent* Colin.

153. *Abripit*] Sequor hic Claverium. vulgo *arripit*. Idem Claverius bene *ut relaxet*, non *aut relaxat*. haud dubie ex veteri libro. certe Palatinus, quem Barthius ubique ſuum codicem appellat, neſcio quo jure, *ut relaxet*. proxime verum. HEINS. *arripuit* Junt.

159. *De-*

Oramus praebere velis, annique futurum
Devoveas venientis iter. non inproba poſco.
Non inſueta dabis. domus hoc de more requerit.
Adnue. ſic nobis Scythicus famuletur Araxes,
Sic Rhenus per utrumque latus: Medisque ſubactis
Noſtra Semiramiae timeant inſignia turres:
Sic fluat adtonitus Romana per oppida Ganges.
Ductor ad haec: Optata jubes, ultroque volentem,
Diva, rogas. non haec precibus tentanda fuiſſent.
Usque adeone meam condunt oblivia mentem,
Ut pigeat meminiſſe Probi, quo vindice totam
Vidimus Heſperiam, feſſasque reſurgere gentes?
Ante dabunt hiemes Nilum; per flumina damae
Errabunt, glacieque niger damnabitur Indus;

159. *Domus hoc*] non *haec* ſcripti meliores. HEINS.

160. *Sic nobis*] *ſic vobis* Parm. Junt. Colin.

Araxes] Hermol. Barbarus in Plinianis Caſtigationibus *Jaxes*, qui Bactrianorum eſt, legit, cui cum tam veteres libri, quam vulgati, quotquot vidi, praeter Vicet. qui inſulſe *Artaxerxes*, omnes repugnent, & uno ore *Araxes* tradant, neque ego aſſentior. DELR. firmat vulgatam locus in Bell. Gild. 31. *non ut procuicet Araxem Conſul ovans.* BURM.

162. *Timeant inſignia turres*] Unus Pulmanni *ſtupeant*. ut VI. Conſ. Hon. 338.

Romanum ſtupuit Maeotia terra tribunal. HEINS. eadem variatio apud Silium V. 202. ubi vid. doctiſſ. Drakenborchium, & firmat ſequens *adtonitus*. vide & Lib. I. de laud. Stil. 54. BURM.

164. *Ad haec*] *adhuc* Vicetin.

165. *Non haec*] *Non huc* Vicetin. Parm. Junt. Ald.

166. *Condunt oblivia mentem*] malo *condant* cum Livineio. HEINS.

167. *Quo judice totam*] Qui haec de Praetorio Hiſpaniae intellegunt, nae illi ſe homines eſſe docent, eosque homines, qui nonnumquam graviter labantur. haud dubie enim de Italiae Praetorio, cui Probus praefectus fuit, agit. Legitur in membranis, *vindice*. DELR.

Probi] *bonis* Exc. Voſſii.

168. *Feſſasque reſurgere gentes*] *turres* Moreti liber, elegantius. ut apud Statium Theb. IV. *magnaeque Amphionis arces Jam ſenio nudant latus.* de quo alibi in his notis. Valer. Flacc. IV. 20. *feſſae ſylvae.* & IV. 66. *feſſa juga.* hoc tamen loco vulgatae ſcripturae controverſia temere movenda non eſt, cum *turres* praeceſſerint. *Vindice* etiam pro *judice* Gyraldi liber & tres alii ex noſtris, quod Scaliger ac Delrius probant. Barthius improbare non debuit. HEINS. Sed *feſſae turres* eodem jure dici poſſunt, quo ante vs. 109. *ſemirutas turres* dixerat. nam vi bellica quaſſae & ſemirutae eleganter & Latine *feſſae* poſſunt dici. vid. *Heinſ.* ad III. Rapt. 352. & facilius librarii pro *turres* ſupponere potuerunt *gentes*, quaſi gloſſam, quam contra, quum numquam *gentes* interpretari potuerint *turres*, quae ut arces, urbes &c. ſaepe pro gentibus in iis habitantibus ponuntur. Sic apud Horat. I. Ep. III. 4. pro

An freta vicinas intercurrentia turres.

aliqui ſuppoſuerunt *terras*. quae vox etiam centies permutata in ſcriptis in *gentes*. praeterea *reſurgere* melius convenit turribus & moenibus, quam gentibus. Horat. III. Od. 3. 64.

Ter ſi reſurgat murus aheneus.

& ita *Troja reſurges* Ovid. I. Faſt. 523. & Remed. Am. 281. quamvis non negem *victas* & *feſſos* etiam *reſurgere* ſaepe dici. BURM.

169. *Nilum*] Suſpecta mihi vox eſt, & illa Hypallage Barthio excogitata pulchrum effugium eſt. vel explicandum de exundatione Nili, quae aeſtate fieri ſolet, non hieme, unde *aeſtivum Nilum* dicit I. in Rufin. 187. vel latere poteſt vox rei, quam producit aeſtas, numquam hiems. manum Claudiani divinare difficile. Sed quid ſi *Ante dabunt hiemes meſſem*, vel *fruges*. tale quid certe deſidero. nec *Indum* pro fluvio capere neceſſe eſt, nec ideo *piger* reponere, quum *niger* & *decolor* Indus paſſim dicitur ex calore Solis, ut creditur, colore contracto. unde incredibile ſit glacie damnatum iri. vid. Broukh. ad Propert. IV. III. 10. & ſi jam fluvius intelligendus eſſet, *niger* potuit dici, vel quia accolae nigri, vel pro alto, profundo, ut *nigrum*

Ante

Ga-

Ante Thyeſteis iterum conterrita menſis
Interciſa dies refugos vertetur in ortus,
Quam Probus a noſtro poſſit diſcedere ſenſu.
Dixerat, & velox jam nuncius advolat urbem.
Extemplo ſtrepuere chori, colleſque canoris
Plauſibus inpulſi ſeptena voce reſultant.
Laetatur veneranda parens, & pollice docto
Jam parat auratas trabeas cinctusque micantes,
Stamine, quod molli tondent de ſtipite Seres,
Frondea lanigerae carpentes vellera ſilvae:
Et longum tenues tractus producit in aurum,
Filaque concreto cogit ſqualere metallo.
Qualis purpureas praebebat candida veſtes
Numinibus Latona ſuis, cum ſacra redirent
Ad loca nutricis jam non errantia Deli.
Illa feros ſaltus & deſolata relinquens

Maena-

Galaeſum explicant eruditi apud Virgil. IV. Georg. 126. ubi alii *piger* malunt. BURM.

Damae] *damne* Vicetin.

Glacieque niger] puto *glacieque piger*. agit enim de Indo flumine. HEINS. vid. Cerd. ad Virg. IV. Georg. 136. & Arentz. ad Plin. Paneg. XXX.

172. *Interciſa*] ſublegiſſe haec Statio II. Theb. 184. *Non fugeret diras lux interciſa tenebras* notat Gebhard. I. Crep. I. BURM.

173. *Poſſit*] *noſſit* Vicetin. *diſcenderet* Parm. Junt.

174. *Jam*] omittit Vicetin. edit. quae & *advolat axem*.

176. *Septend voce*] mallem *ſeptena valle*, ſi per libros veteres liceret. *Septena voce* tamen, quia ex unoquoque colle vox & ſtrepitus excitabatur. HEINS. *pulſibus inpulſi* Vicetin. Parm. Junt. & Colin. de *reſultare* vid. ad Calpurn. I. Eclog. 29. BURM.

178. *Trabeas*] Neſcio cui bono cuidam viro in mentem venerit exiſtimare hic muliebrem ſeu matronalem trabeam deſcribi, cum non illa, ſed conſularis, qua conſules labente imperio coeperunt uti, graphice depingatur. DELR.

Cinctusque micantes] Ita ſcripti noſtri, etiam veterrimus Gyraldi, vulgo *curruque*, perperam. Cinctum Gabinum intelligit, quem Virgilius quoque cum trabea conjungit, VII. Aen. 612.

Ipſe Quirinali trabea cinctuque Gabino
Inſignis.

alibi quoque noſter ſic conſularem togam vocat, ut Lib. I. in Eutrop. 300.

—— *cum tenderet artus*
Exangues inerat togâ cinctuque gravabat.

Lib. II. in Stilic. 331.

Hos etiam mirare libens ac ſuſcipe cinctus.

IV. Conſ. Honor. Aug. 602.

Hoc ſi Maeonias cinctu graderere per urbes,

quo loco nihil mutandum. Lib. I. in Eutrop. 28.

Rupta Quirinales ſument ergaſtula cinctus.

VI. Conſ. Hon. 561.

Membraque gemmato trabeas viridantia cinctu,

& Epigr. XXII. 5. *placidos cinctus*. HEINS. *currus* tamen probare videtur Gronov. Diatr. Stat. cap. 36. *Jam parat auctoritas, curruque*, Vicetin. *auratus trabeas* Parm. BURM.

179. *Tonderet de ſtipite Seres*] Ita cum vulgatis omnes noſtri praeter unum Mediceum & Palatinum, in quibus *ceſpite*, quod fruſtra probatur Barthio. *lanigeras lucos* dixit Silius Lib. VI.

Seres lanigeris repetebant vellera lucis.

HEINS. eadem variatio Lib. I. in Eutrop. 126.

Et nihil exhauſto caperent in ſtipite lucri.

tundere Vicetin. *condere* Ald. BURM.

182. *Concreto*] Barthii libri *conſerto*. dein *cogit incalere* Vicetin.

186. *Illa feros ſaltus*] *feris* legit indubitata, ut ipſe putat, conjectura Barthius. ſed *feros montes* Virgilius Eclog. V. dixerat:

—— *montesque feri ſilvaeque loquuntur.*

Naſo in Ibin quoque:

Perque feros montes tauro rapiente traheris.

fera nemora in Catulli Galliambo. Feſto *ferus ager, incultus*. HEINS. vid. ad Ovid. IV. Epiſt. 38.

Maenala, laſſato certis venatibus arcu:
Phoebus adhuc nigris rorantia tela venenis
Exſtincto Pythone ferens. tunc inſula notos
Lambit amica pedes, ridetque Aegeus alumnis
Lenior, & blando teſtatur gaudia fluctu.
Sic Proba praecipuo natos exornat amictu;
Quae decorat mundum: cujus Romana poteſtas
Foetibus augetur. credas ex aethere lapſam
Stare Pudicitiam, vel ſacro thure vocatam
Junonem Inachiis oculos advertere templis.
Talem nulla refert antiquis pagina libris,

Nec

187. *Cretam venatibus*] emendo ex vet. libr. *certis venatibus*. Horat. (1. Od. 18.) *Metuende certa Phoebe ſagitta*. DELR. *centum* veteres libri. alii *Cretam*, inepte. *certis* non male. ſed quia diverſi ſunt venatus, & totidem, quot ferarum genera, veterem lectionem admiſi. Ovid. II. Faſt. 163.

Mille feras ſilvis Phoebe venata redibat.

ſcimus vero *certam ſagittam* dici eleganter a Lyrico. ſed quia *laſſatum arcum* dicit Claudianus, ei *centum* convenire arbitror. CLAVER. *Laſſato certis venatibus arcu*, codices plerique. optime. inſulſe vulgo *Cretam*. unde *pharetram* vir doctus. Claverius ex ſuo libro *centum*. Nos veram lectionem exhibemus. ſic *certa Phoebus ſagitta metuendus* Horatio. Priſcianus Periegeſi:

Inde Sacae nimium certis gens mira ſagittis.

certus mucro apud Noſtrum Lib. I. in Eutropium,

Advolat Armenius certo mucrone receſſus
Edoctus mollire manus.

noſter de Scipione III. in Stilic. praef. 9. *Tyrias certa fruſturus cuſpide vires*. & IV. Conſ. Hon. 528.

—— *quam felix arcus, certique petitor*
Vulneris, & juſſum mentiri naſcius illum!

Ovid. Amor. Lib. III. Eleg. IX.

Viderat Jaſium Cretaea Dina ſub Ida
Figentem certa terga ferina manu.

& Statius Theb. IV. de venatu Atalantae:

Difficilisque manus & nulla in vulnere certae.

& Theb. VIII. vs. 337. *certa indignatur in hoſtem Spicula*. & vs. 659. *quamvis & arundine certa Parthenopaeus agat*. *Deucalion certus jaculis* apud Valer. Flac. Lib. I. & mox, *certus Aethalides ſubitas nervo redeunte ſagittas Spargere*. Noſter Nuptiis Honor. Auguſti, (Fescenn. 2.) *Partica ſagittas tendere certior*

vide quae notamus ad Remed. Amor. vs. 112. atque ita intelligendum illud Statii Theb. VIII.

—— *jam palpitat arvis*
Phoedimus, & certi nondum tacet arcus Amyntae.

HEINS. *Cretam venantibus* Ald. Junt.

190. *Lambit*] hoc fordidum cenſet Barthius. miror non repoſuiſſe *ambit*. ſed ſive *ambit*, ſive *lambit*, legas, neutrum inſulae convenire videtur, ſed fluvio cuidam, cujus nomen forte latet. vid. Heinſ. ad Ovid. XIV. Metam. 633. BURM.

Aegeus] Barthius hic numen peculiare maris fingit poſt Delr. ad Senec. Theb. 313. ſed *Aegeus* pro mari Aegeo. vide quae diximus ad Valer. Flacc. V. 715. & ita *Jonius* & ſim. BURM.

191. *Fluctu*] *ſtatu* Cod. Jun. a manu prima, quod ex vulgato illo gaudio, quod lacrymas excutit, provenit. de quo ad Ovid. X. Met. 445. ſed cum Aegeum mare ut atrox & procelloſum fere deſcribitur, nunc pacatum & blando fluctu, in gratiam Apollinis & Dianae, fingitur. BURM.

192. *Sic Proba* &c.] Haec fuit doctiſſima, & quae praecipuo amictu filios exornaverit, id eſt, virtute & doctrina, velut altera Cornelia, de cujus laude multa B. Hieronymus. Compoſuit autem centones, qui ſub Falconiae nomine prodierunt. At vetus inſcriptio: ANICIAE FALTONIAE. PROBAE, FIDEI ET NOBILITATIS ANTIQUAE ORNAMENTO ANICIANAE DOMUS, FAMILIAE SERVANDAE, AC DOCENDAE, CASTITATIS EXEMPLO, CONSULUM PROLI, CONSULUM MATRI. CLAVERIUS.

195. *Thure vocatam*] Imitatur Horatium, qui Lib. I. Od. 30.

—— *vocantes*
Thure te multo Glycerae decorem
Transfer in aedem. BURM.

196. *Oculos advertere*] Addatur hic locus iis, quibus Heinſii correctionem apud Ovid. VI. Met. 180. intempeſtivam eſſe oſtendi. & Barthius repudiat hic

Digitized by Google

Nec Latiae cecinere tubae, nec Graja vetuſtas:
Conjuge digna Probo: nam tantum coetibus exſtat
Femineis, quantum ſupereminet ille maritos:
Ceu ſibi certantes, ſexus quid poſſit uterque
Hunc legere torum. taceat Nereïda nuptam
Pelion. o duplici foecundam Conſule matrem,
Felicemque uterum, qui nomina parturit annis!
Ut ſceptrum geſſere manu, membrisque rigentes
Aptavere togas, ſignum dat ſummus hiulca
Nube pater, gratamque facem per inane rotantes
Proſpera vibrati tonuerunt omina nimbi.

Accepit

hic *evertere*. per *Inachia templa* innuit Heraeum, quod in Argolica erat. *in aliis* Vicetin. BURM.

198. *Nec Graeca vetuſtas*] Moreti liber *grata* pro *Graja*, qui error frequentiſſimus. neque aliter primus Vatic. & Farneſ. IV. Conſ. Honor.

—— *nec deſinat unquam*
Tecum Graja loqui, tecum Romana vetuſtas.

HEINS. Barthius grandius putat:

Non Latiae cecinere tubae, non Graja vetuſtas.

200. *Ille maritos*] In quibusdam vulgatis codicibus quatuor deinceps verſus collocantur hi:

Ceu ſibi certantes ſexus qui poſſit uterque
Hunc legere, ad horum, taceat Nereida nuptam
Pelione duplici fecundam conſule matrem,
Felicemque uterum qui nomina parturit annis.

quos non exiſtimo eſſe τῦ ποιητῦ, verum ejus, qui crediderit aliquid deſiderari, cum revera, ſi accurate perpendas totum locum, iis ſublatis, nihil deſideretur. Adde quod & verbis & ſententia inepti ſint. Adde quod neque in MSS. neque in Vicetinis, Moguntinis, Pariſienſibus habeantur, itaque eos delendos cenſui, ut adulterinos. DELR. hi quatuor verſus aberant a quodam Manuſ. Idque ante me notavit Delrius, ſed in alio ſic ſe habent:

Ceu ſibi certantes ſexus quid poſſet uterque
Hunc legere thorum (taceat Nereida nuptam
Pelion) o duplici foecundam conſule matrem,
Felicemque uterum, qui nomina parturit annis.

quae τῦ ποιητῦ γνήσια eſſe non dubito. agnovi enim multa huic loco adânia in Claudiano. erant vero haec in excuſis corruptiſſima, quod impulit forte virum doctum, ut reſpueret. CLAVER. Horum quatuor verſuum, qui inquinatiſſime ab Iſingrino primum in lucem prolati erant, quosque aſteriſcis ut deploratos Raphelengius notarat, reſtitutio Claveriano codici debetur. male eos alii tentarunt. a noſtris ſcriptis abſunt. HEINS. in Leidenſi erant.

201. *Certantes ſexus*] his vero accinit locus in laudibus Serenae 68. ubi domus Theodoſii dicitur: *Gemino certatim ſplendida ſexu.* CLAVER.

203. *Pelion*] In monte Pelio celebratae ſunt nuptiae Pelei & Thetidis, quam *Nereida* vocat. Claudian. ex Ovidio in Metamorphoſi. Papinius I. Achill. 342. *dum Peleа dulce maritat Pelion.* vid. Praefat. in Nupt. Honor. CLAVER. vid. & III. Conſ. Honor. 115.

O duplici] Talis exclamatio in Laud. Serenae 48. *O maxima rerum gloria.* CLAVER. Heinſius conjecerat etiam, *Pelion, en duplici* &c.

204. *Felicemque uterum*] multa in hanc formulam congeſſerunt viri docti ad Petron. XCIV. & ad Ovid. IV. Metam. 325. BURM.

205. *Geſſere*] an *preſſere*, capiunt enim modo inſignia conſulatus. ſic *premere enſem, capulum*, & ſimilia. vid. ad Lucan. VII. 562. pro quo & *prendere* ſaepe in ſcriptis. BURM.

207. *Gratamque facem*] Ita omnes noſtri. cave igitur Barthium mutantem audias. HEINS. ille *geminam*, quia in MSS. reperit *genitamque*.

208. *tenuerunt omnia nimbi*] praeclare MS. & Mogunt. quem plerumque vet. Germ. appello, *omina*. DELR. ſic vel ſine libris ſcribendum jam olim vidi, quod & Gronovio in mentem venerat. τὸ *omina* tamen exſtat in nonnullis ſcriptis. vulgo *tenuerunt omnia* ſine ſenſu. quomodo & peccatur in Ruſo Feſto Avieno deſcriptione Orbis,

—— *tremit Indica tellus*
Preſſa pede, & tato tonuerunt claſſica coelo.

ita enim caſtigandus is locus. *tonare omina*, ut *tonare verba* apud Propert. Lib. IV. Eleg. I. *tonare minas* apud Ovid. Lib. I. Amor. El. VII. & Alcimum Avitum Lib. IV. *tonare bella*. Silius Lib. I. 435. de Marte,

—— *flagrantia bella*
Cornipedum afflatuu, tonare & ſtridoribus axis.

Accepit ſonitus curvis Tiberinus in antris
Ima valle ſedens, arrectisque auribus haeſit,
Unde repentinus coeli fragor. ilicet herbis
Pallentes thalamos, & ſtructa cubilia muſco
Deſerit, ac Nymphis urnam commendat herilem.
Illi glauca nitent hirſuto lumina vultu,

215. Cae-

ſic prima editio. vulgatum *domat*, merito virgula cenſoria a Scaligero patre notatum. Dausquejum tamen patronum invenit. ita glandes ille ſectatur ſemper. Mars accendit bella potius quam domat. *tonare bella* Martialis dixit Lib. VIII. Ep. 3. & VII. Ep. 22. de Lucano. quae vera illic lectio. atque ita ſcribendum puto Ep. 56. ejusdem libri, non *bella ſonare*. noſter IV. Conſ. Honor. 319.

—— *ſi bella tonant, prius agmina duris*
Exerce ſtudiis.

ubi libri non audiendi qui variant. III. Conſ. Hon. 63. *civilia rurſus Bella tonant*. Silius Lib. XII. 300. *Dum bellum tonas*. quibus tamen locis aliter ſumendum. *arma Letiferum intonuere* Silio Lib. II. & Statio Theb. III. *tonitru armorum*. Val. Flacc. Lib. III.

Occupat os barbamque viri, clavumque ſuperne
Intonat.

ſic ſcripti, non *clavo*. Propertius Lib. II. El. I. *Jovis Enceladique tumultus intonare*. noſter denique Epiſtola ad Olybrium ex veteri libro,

Carmina ſeu fundis, ſeu Cicerona tonas,

nam vulgati *Cicerone* agnoſcunt. HEINS. de omine hoc fauſto in nuptiis vid. Nann. Miſcell. VII. 13. & ad II. de Rapt. Proſ. 228. ubi & *Hymenaeon intonat*. *ſonuerunt omina* edit. Amſtel. Blavii & ElzeviriI. *aſpera vibrati tenuerunt* Vicetin. *tenuerunt omina* eſt in Parmenſi. Gronovius hic *tonuerunt* legendum eſſe ſcripſit in epiſtola ad Joh. Iſac. Pontanum, edita a Matthaeo in Syllog. p. LVII. BURM.

209. *Tiberinus*] genius Tiberis. Ennius Annal. primo, *Te nunc ſancta Venus precor, & genitrix patris noſtri, Ut nos de coelo viſas cognata perampet: Teque Querine pater veneror, Heramque Quirini, Teque pater Tiberine tuo cum flumine ſancto.* DELR. *curvusque Tribunus in auris* Vicetin. & Parm. *curvisque Tribunus* Junt.

Accepit] Barthius *Ut cepit*, unde non opus eſſe cenſet mox *arrectisque* legere, quod contra codices invectum ab Aldo forte. imitatur Virgil. II. Aeneid. 308.

Accipiens ſonitum ſaxi de vertice paſtor. BURM.

211. *Unde repentinus populi fragor*] *Scopulis* legunt. ſed Puteanea excerpta *coeli*, quod ſequor. agit enim de tonitru. Statius Thebaid. X. *non hic palagi licet horrida clament Litora, non ullus coeli fragor*. ita ſcriptus codex, non *illic coeli frager*. pro *arrectis* bene Raphelengius *arrectisque* ſuperiori verſu. eadem id excerpta confirmant. Phaedrus Lib. IV. Fab. LXXIV. de tonitru:

Canes confuſi, ſubitus quod rumpit fragor,
Repente odorem mixtum cum merdis cacant.

qui locus in vulgatis exemplaribus male affectus eſt, cum legatur,

Canes, confuſus ſubito quod fuerat fragor.

HEINS. *erectis* Voſſian. *erectis vallibus* unus Barthii. *hauſit* etiam duo ejusdem. correxerat & Heinſius *Unde repentinus pepulit fragor*. in Vicetin. *unde repentinus oculi fragor*, quod corruptum ex *coeli*. BURM.

212. *Pallentes thalamos*] malim *ſqualentes*, ut & apud Ovid. Lib. I. Met. 373.

Ad delubra deae, quorum faſtigia turpi
Squallebant muſco.

nam & ibi *Pallebant* in editionibus. noſter Nupt. Honor. 150. *vivo ſqualentia murice terga*. Lib. II. in Eutrop. 119. *infelix etiamnum ſqualet Orontes*. HEINS. vide ad Lucan. V. 628. & ad d. I. Ovidii.

213. *Deſerit atque domum*] Sic habet vet. lib. alii: *Deſerit; ac nymphis dominam commendat herilem*. quod ſane videtur minus concinnum: licet conſtet de Ilia, quae uxor Tiberini. CLAVER.

Urnam commendat herilem] Sic Gyraldi liber, primus Vatic. & novem praeterea. vulgo *dominam*. de urnis fluviorum notiſſimum. Lib. I. in Rufin. 134. *Rhenus projecta torpuit urna*. Lib. II. in Eutrop. 172. *curvata Pactolus inhorruit urna*, perperam utroque loco in vulgatis *unda*. Statius II. Theb. 218.

In laevum prima nixus ſedet Inachus urna.

Theb. V. 275.

—— *emiſſaeque indulgens Inachus urnae.*

quae ex illis Virgilianis hauſit, VII. Aeneid. 792.

Caelataque amnem fundens pater Inachus urna.

Claverius ex ſuo libro hic ediderat, *atque domum Nymphis commendat herilem*. non probamus, quamvis applaudente Barthio. HEINS. non inepta lectio, quam memorat Claverius *atque domum Nymphis*, nam & fluvii domum habebant. Ovid. III. Amor. III. 92.

Nec tibi ſunt fontes, nec tibi certa domus.

I. Me-

Digitized by Google

Caeruleis infecta notis, reddentia patrem
Oceanum: criſpo denſatur gramine colla.
Vertice luxuriat toto crinalis arundo:
Quam neque fas Zephyris frangi, nec ſole peruſtam
Aeſtivo candore mori: ſed vivida frondet
Aequaevum complexa caput. taurina levantur
Cornua temporibus raucos ſudantia rivos.
Deſtillant per pectus aquae: frons hiſpida manat
Imbribus: in liquidos fontes ſe barba repectit.
Palla graves humeros velat, quam neverat uxor
Ilia, percurrens vitreas ſub gurgite telas.

Eſt

1. Metam. 274. *Sic opus eſt, aperite domos.* & 574. *Haec domus, haec ſedes, haec ſunt penetralia magni Amnis.*

Virgil. IV. Georg. 363.

Jamque domum mirans genetricis & humida regna.

& ita etiam Barthius primum capiebat, quem & vide ad Stat. IV. Theb. 581. ubi variis *Diis* domos dari probat. & ita *veterum domos* Ovid. III. Met. 596. *urna* ſuppoſita fuit, quia notior illa fuit librariis *domo*. & facile eſt centum Poëtarum loca de *urnis* fluviorum cumulare. BURM.

215. *Caeruleis infecta*] *caeruleisque* Iſingr. Edit. Gryph. *caeruleisque refecta* Junt. Colin. & in Vicetin. & Parm. *caeruleis refecta*, quod unde habeant, & quid velit, neſcio; niſi quod ſimiliter peccarint librarii infra vs. 264. *reddentia membris Oceanum* unus Barth. de ſignificatione vocis *reddere* ſi legeris notas Heinſii & Drakenborchii ad Silium II. 634. nihil amplius deſiderabis. BURM.

216. *Denſantur gramine colla*] *denſatur* Leidenſis, eleganti obvioque apud poëtas Graeciſmo. ſic Lib. II. de Rapt. 54. ex veteri libro, *primo ſignatur tempora cornu.* non *ſignantur*. & apud Ovid. Lib. II. Faſt. 803. *poſitis urgetur pectora palmis.* non *urgentur*. Moreti liber *criſpo denſantur gramina colle*, recte etiam, dummodo *denſatur* retineamus. HEINS.

219. *Vivida*] *invida ſpondet* Vicetin.

220. *Taurina levantur Cornua*] Videntur itaque Romani Tiberinum homini Cornuto aſſimilaſſe, quemadmodum Athenienſes, Aeliano teſte, Cephiſſum. Euripides in Jone, Cephiſſo, in Oreſte Oceano, Horatius Aufido, alii aliis fluminibus cornua adſcribunt. rationem Sophoclis in Trahiniis interpres reddit. DELR.

221. *Raucos ſudantia rivos*] non placent iſti *rauci rivi*. libri veteres nil juvant. *glauci rivi* poſſent reponi, ſed ea vox jam praeceſſit. Curis ſecundis ad Naſonem Metam. XIV. vs. 447. monui videri ſcribendum *flavos rivos*. HEINS. *raucos rivos* defendimus ad Valer. Flacc. V. 141. BURM.

222. *Deſtillant*] *diſtillant* Vicetin.

223. *Se barba reflectit*] *repectit*, & mox pro *Illi*, *Ilia* legendum docti jam viderunt. libri noſtri utrumque confirmant. manifeſta imitatione haec imitatus eſt Sidonius Apollinaris Panegyrico Majoriani de Thybride:

Pectus palla tegit, quam neverat Ilia conjux.

& quae ibi ſequuntur. Plura ad rem collegit Barthius. Sic initio hujus Panegyrici Solis equi *crinem repexi* dicti. II. de laud. Stilic. 240. *tum flava repexo Gallia crine ferox.* Eidyl. V. 10. *repexa caeſaries.* Statius Theb. II. 222.

—— *Libyco Tritone repexas Laeta comas.*

Lib. VI. *flantesque repectit Aura comas.* Ita bene ſcripti. Prudentius Hymno in Romanum:

Mire infulatas, feſta vittis tempora
Nexus, coronâ tum repexus aureâ.

Sic totus ille locus ex optimis membranis ſcribendus. perperam *replexus* indice Lucretiano Giphanius. HEINS. *reſolvit* unus Barthii & Palmerii. *recepit* Vicetin. & Parm. Ald. Iſingr. *Ilia* etiam Vicetin.

225. *Illi percurrens*] Non dubito quin legendum ſit *Ilia*, quam Acron tradidit creditam Tiberino nupſiſſe, & quam, ante aliquot carmina, *dominam herilem* vocavit. de qua Sidon. ad Majorianum: *Pectus* (nempe Tiberino) *palla tegit quam veneras Ilia conjunx*, emenda *neveras*. DELR. alii Codices habent *illi*. at Sidonius imitator *Pectus palla tegit quam neverat Ilia conjux*. Ovidius Lib. III. Amor. VI. 81.

Suppoſuiſſe manus ad pectora lubricus omnis
Dicitur, & ſecii jura dediſſe tori.

unde ab Horatio (1. Od. 2.) dicitur *uxorius*, quod templa Veſtae, ubi antea reſedit illa, prope inundaret. CLAVER.

Digitized by Google

Eſt in Romuleo procumbens inſula Tibri,
Qua medius geminas interfluit alveus urbes
Diſcretas ſubeunte freto, pariterque minantes
Ardua turrigerae ſurgunt in culmina ripae.
Hic ſtetit, & ſubitum proſpexit ab aggere votum;
Unanimes fratres, juncto ſtipante Senatu
Ire forum, ſtrictasque procul radiare ſecures,
Atque uno bijuges tolli de limine faſces.
Obſtupuit viſu, ſuſpenſaque gaudia vocem
Oppreſſam tenuere diu; mox inchoat ore:
Reſpice, ſi tales jactas aluiſſe fluentis,
Eurota Spartane, tuis. quid protulit aequum
Falſus olor, valido quamvis decernere caeſtu
Norint, & ratibus ſaevas arcere procellas?
En nova Ledaeis ſoboles fulgentior aſtris.
Ecce mei cives: quorum jam Signifer optas
Adventum, ſtellisque parat convexa futuris.
Jam per noctivagos dominetur Olybrius axes
Pro Polluce rubens, pro Caſtore flamma Probini.

Ipſi

226. *Inſula*] Haec primum naſci coepit pulſis Tarquiniis, auctore Dionyſio Halic. fuit Aeſculapio ſacra, teſte Ovidio (1. Faſt. 291.)

Accepit Phoebo nymphaque Coronide natum
Inſula dividua quam premit amnis aqua.

ibi adhuc viſitur (ait Leander) navis e lapide Teſio, cujus uno in latere ſerpens in honorem Epidaurii, atque haec inſula ad formam navis redacta fuit. vide Ovid. XV. Met. 739. CLAVER.

227. *Quae*] *quo* Junt. Ald. & Colin. vid. ſupr. vs. 68. *geminas*, ut 11. in Eutrop. 28. *Promus & ingeminas mutavit Boſporus urbes.*

228. *Minantes*] vid. ad Valer. Flacc. IV. 178.

230. *Proſpexit*] *conſpexit* Junii, male. vid. ad Phaedr. I. 17. Ovid. VI. Met. 348.

Forte lacum melioris aquae proſpexit in imis
Vallibus. ubi etiam in Cantabr. & Leidenſi *conſpexit*. male. ex alto enim proſpicimus. ita ex muro *proſpellere equeſtre praelium* Saluſt. Jugurth. LX. ubi vide Cortium.

Aggere votum] Antiquo more, illis etiamnum temporibus Conſules, cum magiſtratum inirent, vota pro ſalute principis & civium, atque pro Imperii aeternitate nuncupabant. eo reſpicit. DELR.

231. *Junctis ſtipante Senatu*] Ita ſcripti, vulgo *junctos*. Barthius *cunctis*. unus Vatic. *juxta*. Lib. I. in Rufin. 348. *junctoque ſequor tutoria curru*. Lib. I. in Stilic. 333. *Tyrrhenum poteras junctis tranſmittere lignis*. ſic legendum. HEINS. forte, *junctis ſtipante Senatu*. vid. Ovid. IV. ex Pont. IX. 17. Virg. I. Aen. 426. BURM.

232. *Ire forum*] pro in forum. ut Statius I. Silv. I. 8. *tenuaſſes, ne non audente, profundos Ire lacus*. ubi nihil mutandum, & ita noſter ſaepe. v. Barth. ad Bell. Get. 173. BURM.

233. *Limine*] *lumine* Exc. Voſſ. *ima* Vicetin.

234. *Suſpenſaque*] *suppreſſaque* unus Barthii. alter *oſtenſaque*.

236. *Fluentis*] *fluentes* Vicetin.

237. *Eurota Spartave tuis*] meus codex ſcriptus *Eurotae partave*. hinc ego conjicio *Eurota Spartana*. ſed cur *Spartana*? quia propter Spartam fluit. DELR. *Euratas Sparteve* Cod. Junt. & edit. Vicetin. Iſingr. Parm. Ald. *Eurata Sparteque* Exc. Voſſ.

238. *Falſus olor*] Juppiter, qui oloris forma Laedam compreſſit. Eurip. in Helena. DELR.

Decernere caeſtu] quod Pollucis proprium fuit, utrique tribuit. DELR.

239. *Norint & ratibus*] *Nosse & a ratibus* Cod. Jun. ſed de utroque agitur. & *arcere* non requirit praepoſitionem. vid. ad Virg. III. Georg. 155. & Lucan. II. 495. *norunt* & Exc. Voſſ. BURM.

240. *En nova*] *Tu nova* Vicet.

Fulgentior] *fulgentibus* Exc. Voſſ.

245. Ipſi

Ipſi vela regent: ipſis donantibus auras
Navita tranquillo moderabitur aequore pinum:
Nunc pateras libare Deis, nunc ſolvere multo
Nectare corda libet. niveos jam pandite coetus
Naïdes, & totum violis praetexite fontem.
Mella ferant ſilvae. jam profluat ebrius amnis
Mutatis in vina vadis. jam ſponte per agros
Sudent irriguae ſpirantia balſama venae.
Currat, qui ſociae roget in convivia menſae
Indigenas fluvios, Italis quicumque ſuberrant
Montibus, Alpinasque bibunt de more pruinas.
Vulturnusque rapax, & Nar vitiatus odoro
Sulphure, tardatusque ſuis erroribus Ufens:
Et Phaëthonteae perpeſſus damna ruinae
Eridanus, flavaeque terens querceta Maricae

259. Li-

245. *Ipſis donantibus*] Ita in vulgatis libris, non placet. DELR. Pulman. reſtituit *donantibus*, ut eſt in Vicetin. eadem varietas Lib. I. in Rufin. 144. & I. Rapt. 21. *donare* vero idem noſtro quod aliis dare. Ovid. Epiſt. XVI. 23. *Ipſa dabit faciles auras venasque ſecundas.* Heinſius conjecerat *ipſisque donantibus.* BURM.

247. *Deis*] *Deo* Exc. Voſſ. *patras libare* Vicetin.

248. *Pandite coetus*] Vir incomparabilis in ora libri ſui *pandite cinctus.* Cl. Barthius *pangite coetus*, quod tamen ſecundis curis damnavit. In Pricaeano *nivea jam plaudite coetu.* nihil mutandum. ſic *pandere Helicona* Virg. Aen. VIII. & noſtro praefatione Lib. II. in Rufin. *pandere mentis penetralia.* idem Lib. I. de Rapt. quam veram lectionem puto. *pandere aciem*, pro explicare, Livius. & *patefacere* & *aperire*, qualia & apud Tacitum non ſemel occurrunt. *picta pandit ſpectacula cauda* de pavone Horat. Lib. II. Sat. II. *pandere veſtigia* Gratius de Cane:

Effuge, qui lata pandit veſtigia planta.

Noſter Lib. I. in Rufin. 212. *hic mollis panditur herba*, id eſt, ſe explicat. *pandere Battiadae carmina* dixit Stat. V. Silv. Epicedio in Patrem, pro explicare. HEINS. *nivea jam pandite coetu. Naiades* Vicetin.

249. *Naides*] *Naiades totum* Cod. Jun. *totam frontem* Exc. Voſſ. perperam. ſic I. de laud. Stilic. 36. *cum floribus aequora vernis Boſporus indueret.*

250. *Mella ferant ſilvae*] Cave *fluant* admittas cum Barthio, cum *profluat* ſequatur. quod ille affirmat in Palatino, quem ſuum appellat, ſic legi, falſum eſt. ex Pulmannianis Pamelii codex ſic agnoſcit, & unus Suſii pro diverſa lectione. noſtri omnes vulgatam ſcripturam exhibent. HEINS.

252. *Spirantia*] *ſpumantia* Exc. Voſſ. & unus Barthii. deeſt ſequens verſus Vicetin.

256. *Odoro*] *olore ſulfureo* Exc. Voſſ. forte recte, ſi legas, *tardatusque ſuis erroribus Ufens.* vid. ad Seren. Samonic. V. 97. & *suis* Vicetin.

257. *Ufens.*] *Oufens* Cod. Barthii. *Ulfens* Vicetin.

259. *Flavaeque tenens querceta Maricae Liris*] primo ſciendum in membranis legi *terens*: deinde eas, & cum iis Vicetin. continere *Mariſcae*. poſterius quin vitioſum ſit dubitari nequit. Horat. III. Od. 17. & *innatem Maricae litoribus tenuiſſe Lirin.* Lucan. II. 424. & *umbroſae Liris per regna Maricae Veſtinis impulſus aquis.* Maricam Nympham Fauni uxorem fuiſſe tradit Servius. *Mariſcae* vero, ſicut ſunt, de quibus Cato de R. Ruſt. cap. VIII. & ad horum ſimilitudinem ulcera, ficos Martialis ad Caecilianum dixit, in podice τῷ βαλανοειδεῖ naſcentia. DELR. *terens* cum ſcriptis octo noſtris & Delriano codice. miror dubitaſſe Barthium. ſic *radere* & *ſtringere ripas* amnes dicuntur, de quo ad Sil. Ital. XIII. vs. 4. pari modo iidem verſu proximo *temperat* non *reparat*. Virgil. de Galeſo *ſcetebrisque arentia temperat arva*. HEINS. memoriae nimis confidit vir doctiſſimus; agit enim ibi Virgilius non de Galeſo, ſed de ruſtico qui ſatis rivos inducit, Lib. I. Georg. vs. 110. & mihi illud *reparat*, quod editiones priſcae omnes habent, nondum diſplicere potuit; nec ſyllabae modus morari debet eruditos, qui librarios impulit, ut in notiorem vocem, & quae illorum judicio metro melius ſatisfaceret, mutarent. de ſyllaba *re* producta

ſaepe

Liris, & Oebaliae qui temperat arva Galesus.
Semper honoratus nostris celebrabitur undis
Iste dies: semper dapibus recoletur opimis.
Sic ait: & Nymphae patris praecepta secutae
Tecta parant epulis: ostroque infecta coruſco
Humida gemmiferis illuxit regia mensis.
O bene signatum fraterno nomine tempus!
O consanguineis felix auctoribus anne,
Incipe quadrifidum Phoebi torquere laborem.
Prima tibi procedat hiems, non frigore torpens;
Non canas vestita nives, non aspera ventis,
Sed tepido calefacta Noto. ver inde serenum
Protinus, & liquidi clementior aura Favoni
Pratis te croceis pingat; te messibus aestas
Induat, autumnusque madentibus ambiat uvis.
Omni nobilior lustro tibi gloria soli
Contigit, exactum numquam memorata per aevum,

Ger-

saepe ad Ovidium egimus. vid. ad I. Amor. VII. 62. & alibi. *temperat ora* Exc. Voss. de Galaeso agit Virgil. IV. Georg. 126. ubi *niger* dicitur, pro quo alii *piger*, quia scilicet *albus* a Martiali dicitur. sed haec disquirere non est hujus loci. *Oebaliae* vero dixit imitatione Virgiliana, qui Lib. IV. Georg. 125. *Oebalium* dixit, non addita voce *urbis* vel *arcis* (quam intrudunt quidam) aut *regionis* Tarentinae. sic *Castalium* plurimi dixerunt, ut Maro III. Georg. 293. vid. Barth. ad Nemes. Cyneg. 5. Stat. Lib. V. Sylv. Epiced. Vernae, *Castaliae vocalibus undis invisus*. sic supra 36. *Maeotis* pro *Maeotide* palude, & ibi Barth. BURM.

260. *Reparat arva*] vet. lib. *temperat*, quod mihi probatur. temperat vero vligine sua flavum Oebalicae terrae colorem, unde Virg. Georg. IV. *Qua niger humectat flaventia culta Galesus*. Sidonius in Propemtico: *picei latex Galesi*. DELR.

261. *Celebrabitur*] *celebretur in undis* Exc. Voss.

262. *Recolatur*] *recolatur* Exc. Voss.

264. *Tecta parant epulis*] Raphelengius *peplis*, secutus conjecturam viri maximi. male. Lib. II. in Rufin. 311.

Nunc epulas tempus, socii, nunc larga parari
Munera.

Lucan. Lib. VII. 792. *epulisque paratur Ilie locus.* Virgil. Aeneid. VI. 604. *Epulaeque paratae Regifico luxu.* Valer. Flacc. Lib. VIII. 252. *Mox epulas & sacra parant.* Ovid. II. Fast. 317.

Dumque parant epulis potandaque vina ministri.

& eodem libro idem Naso vs. 789.

—— *parat inscia rerum*
Infelix epulas hostibus illa suis.

Virgil. Lib. I. 637. *mediisque parant convivia tectis. dapibus paratis* supra habuimus vs. 152. Seneca Agamemnone,

Parantur epulae, causa natalis tui,
Aegisthe, venit. HEINS.

Ostroque infecta] *refecta* edit. Vicetin. Parm. Isingr. Gryph. Colin. & aliae. *referta* marg. Isingr. vid. supr. vs. 215.

265. *Humida*] *Horrida* Exc. Voss.

267. *Felix auctoribus anne*] Sic Gyraldi liber & Putcana excerpta. apud Ausonium, *Anne veni, novus anne veni.* Vicetina editio *annus*. vulgo *annus*. sic & *Dea* quinto casu dixit Prudentius. vide de his opus Grammaticum Vossianum de Analogia Lib. II. cap. 4. HEINS.

268. *Quadrifidum*] totum annum, qui quatuor constat temporibus. DELR.

269. *Procedat*] *procedit* Vicetin. Parm. Colin.

271. *Sed tepido calefacto noto*] Ita Scaliger. confirmant primae editiones & scripti. vulgo *trepido*. Tibull. III. IV. 96.

Et jubeat tepidos irrita ferre notos.

HEINS. ita Aldus & Colin. ediderunt. vid. Brouckh. ad Tibulli locum, & notas ad Ovid. XI. Epist. 76. BURM.

274. *Imbuat uvis*] vet. lib. *ambiat*. DELR. *ambiat uvis*, non *imbuat* Aldus & scripti. bene. perperam pro vulgatis stat Barthius. HEINS.

276. *Exactum*] *exhaustum* Cod. Jun.

278. *He-*

Digitized by Google

Germanos habuiſſe duces: te cuncta loquetur
Tellus, te variis ſcribent in floribus Horae,
Longaque perpetui ducent in ſecula faſti.

278. *Horae*] de iis deabus infra dicturi ſumus. Caeterum notabis multas extare leges in Cod. Th. Olybrio & Probino Coſſ. Lib. XV. quae tyrannicis temporibus medelam adhibent: ſed Eugenii fuit illa tyrannis, neque dubium gloſſema in lege X, ubi male nominatur *Maximus*. vide Hiſtoriam. CLAVER.

Scribent in floribus Horae] malim *inſcribent floribus*, ut apud Virgil. III. Eclog. 106. *inſcripti nomina regum Naſcuntur flores*, quanquam & *ſcripti flores* apud Auſonium occurrunt Cupidine Crucifixo. Naſo Metam. XI. 215.

Ipſe ſuos gemitus foliis inſcribit.

HEINS. in Voſſ. Excerpt. erat:

Tellus, Tuamariis ſcribuns in floribus ore.

Digitized by Google

CL. CLAUDIANI
IN RUFINUM
LIBER I.

PRAEFATIO.

PHoebeo domitus Python cum decidit arcu,
Membraque Cirrhaeo fudit anhela jugo:
Qui ſpiris tegeret montes, hauriret hiatu
Flumina, ſanguineis tangeret aſtra jubis:

In Rufinum] Rufinus genere Gallus ex Aquitania Oceano Pyreneisque proxima, auctoritate valuit apud Theodoſium Aug. qui praefectura Praetorii ornatus Conſul extraordinarius diſignatus fuit, ad quem ſcriptaeſt lex, *ſi major annis*, 41. C. de Tranſact. ut putat Alciatus. Caeterum Theodoſio decedente immaturo Arcadio Aug. jam Conſtantinopolim adepto, tutor deſignatus; Alaricum Regem Gothorum ad arma capienda ſollicitavit, ut aut bello, aut dolo, pupillo ſuo ſublato, Orientis Imperio, quod cupidiſſime affectabat, potiretur. ſed re explorata, artibus Stilichonis, quem alteri filio Honorio tutorem Theodoſius ſcripſerat, periit cum ſociis factionis, & caput pompa ſolenni haſtae affixum. DEMPSTER.

Praefatio] Praefationi perpetua ineſt comparatio Pythonis ſerpentis cum Rufino: qui primo Magiſter Officiorum, inde Conſul & Praefectus Praetorio Orientis, ut ei nihil praeter diadema videatur defuiſſe. In hunc poëta praeclare invehitur, atque ita a fabulis ceu Proſerpinae Lib. I. ad hiſtoriam nobiliſſimam exſurgit, ſtilo mire concinno & abſoluto. Flores enim Rhetoricae colore poëtico imbuit, comit, & ſerenat, vernoque dicendi genere ſe colligit, quae res in Dialogo de Oratoribus laudabilis & bella inprimis ducitur, quin imo Statius, poëtae noſtri unicum fere exemplar, ita omne dubium olim diſpulit: (Lib. II. Sylv. 7. 43.)

Non tu flumina, nec greges ferarum,
Nec plectro Geticas movebis arnas,
Sed ſeptem juga, Martiumque Tibrim,
Et doctos Equites & eloquente
Cantu purpureum trabes Senatum.

Idem paulo poſt ſubjungit: *Aeneis venerabitur cameenem*. Quae ſane faciunt, ut minus indigneris elogio Claudiani, ubi magnifica voce Praegloriosiſſimus poëtarum quaſi ex Senatuſconſulto dicitur ac pronuntiatur. At de opere fabuloſo idem Statius: *Haec primo juvenis canes in aevo*, quod idem fecit hic poëta. CLAVERIUS.

5. Jam

Python] *Pluton* Lovan. ſemper Vicetin. & Parm. at *decidit* unus Barthii.

Decidit arcu] *concidit* in ſchedis Gudianis. HEINS. & ita Bodlejanus & Barth. vid. ad Ovid. IV. Epiſt. 94. & ita *dejicere*, ut Barthius notat, in hac re utuntur.

2. *Fudit membra*] id eſt explicuit. Papinius: *Centum per jugera campi Vix tandem explicitum.* Idem *mors invicta quietem Explicuit.* fortean *porrigere* dixit Martialis, nam ſpirae adhuc ſpirantis eſſe videantur. CLAVER. forte reſpicit illa Martialis Spect. Epigr. XV. *Et volucrem longo porrexit vulnere pardum.* qui & Lib. IX. 44. *porrectum Leonem* dixit. BURM.

Jugo] *Rogo* margo Iſing. ſimilis varietas de Bell. Get. 514. & apud Propert. III. VII. 8. BURM.

Qui ſpiris] *Quis* Leidenſis cum interrogationis nota. *Et ſpiris* alter Leid. *Qui tegeret ſpiris* Farneſ. *ſpinis* Wolfii Excerpta.

4. *Sanguineis tangeret*] eleganter vet. lib. & duo vulgati *tingeret.* ſic enim Virgil. (III. Georg. 492.) *vix ſuppoſiti tinguntur ſanguine cultri.* DELR. male quidam cum ſcriptis nonnullis *tingeret* legunt, quod & Aldinam editionem infedit. Schedae Gudianae *cingeret. tangere ſidera, coelum, aſtra* obvium apud poëtas. nec locus Virgilii illos juvat; aliud enim *ſanguine cultros tingere*, aliud *aſtra jubis.* Oxonienſis tamen liber pro diverſa lectione *tergeret.* elegantiſſime. quod quartus & quintus Vaticanus quoque exhibebant. hoc eſt raderet. *lambere* dixit de bello Getico v. 66. in re ſimili de Typhaeo:

Lamberet attonitas erectis anguibus Arctos.

& Conſulatu Manlii Theodori v. 169.

—— *laceris morientes crinibus hydri*
Lambunt invalido Furiarum vincla veneno?

Lib. I. in Rufin. 97.

Mollia lambentes finxerunt ora ceraſtae.

Conſulatu Olybrii v. 190. *inſula notos Lambit amica pedes.* ſed ne quid a via deflectamus, noſtes Lib. II. in Stilic. 272.

—— *tremis orbe coruſco*
Jam domus & ſummae tergunt laquearia cruſtae.

ita

Jam liber Parnaſus erat, nexuque ſoluto
Coeperat erecta ſurgere fronde nemus.
Concuſſaeque diu ſpatioſis tractibus orni
Securas ventis explicuere comas.
Et qui vipereo ſpumavit ſaepe veneno
Cephiſos, liquidis purior ibat aquis.

Omnis

ita & illic optime vetuſtus codex. Martial. Lib. XI. Ep. II.

Lugubre quiddam, quod tacet piger vultus,
Quod paene terram tergit indecens naſus.

ſic Vaticanus, vulgo *tangit*. Plinius Hiſt. Nat. XI. 48. *Duros habent oculos, ut ſubinde pedibus eos tergant. tergere palatum gallina* Horatio Lib. II. Sat. 2. pari ſignificatione, nam interpretes, qui aliter capiunt, non ſunt audiendi:

Vix tamen eripiam, poſito pavone, velis quin
Hoc potius, quam gallina tergere palatum.

ſic Perſius Sat. III. 115.

——— *tenero lutet ulcus in ore*
Putre, quod haud deceat plebeja radere beta.

tergere limina pectore eodem modo Statius Pietate Abaſcantii. *tergere pectore curas* apud eumdem Epicedio Glauciae,

Noverat effigiem, generoſique ardua Blaeſi
Ora puer, dum ſaepe domi nova ſerta ligantem
Te videt, & ſimiles tergentem pectore curas.

ita libri veteres, etiam Parmenſis editio ex optimis membranis expreſſa, nec ſollicitanda ea ſcriptura. vulgati *volventem*. poterat eadem ſignificatione dixiſſe, *ſimili tergentem pectora cura*. pro detergentem curas ac ſolantem, niſi ſimpliciter ſumi mavis. quomodo *pertergere oculos & pupillas* pro perſtringere Lucretius non ſemel. Idem Statius Epicedio in Vernam puerum:

——— *nunc tempus, amici,*
Quorum ego manantes oculos & ſaucia terſa
Pectora, reddere opem, ſaevasque exſolvere grates.

ubi *pectora tergere* pro *detergere* poſuit. minus bene nunc legitur *reddite opem*. Idem Statius Lib. I. Tiburtino Manlii Vopiſci:

——— *ſic docta frequentes*
Otia, ſic omni deterſus pectora nube
Finem Neſtoreae precor egrediare ſenectae.

quomodo illic quoque caſtigandum eſſe cenſeo, cum perperam ſcribatur *detectus pectora. detergere ſterilis ſoli pudorem* Via Domitiana. initio Lib. IV. Theb.

Pulveremque ferâ crinem deterſit oliva.

non *detorſit*. ita caſtigaveram, cum vidi Gronovium noſtrum id occupaſſe jam in editione ſua: *deterſus pectora nube*, pro *nubem pectore deterſus*. quomodo apud noſtrum Conſul. Manlii 191. *foedo detergis ſecula victu*, pro *foedum victum ſaeculo deterges. de tergere nubila coelo* Horat. Lib. I. Od. 7. & noſter VI. Conſ. Honor. 539.

Principis & ſolis radiis deterſa removit
Nubila.

quod *tergere* dixerat Silius Lib. XVI.

Aurora obſcuri tergebat nubila coeli. apud Sedulium Lib. IV. Lemma: *de dimiſſis mulieris pectinis, quae dominicos pedes lavit, terſitque capillis.* & poſtea in ipſo carmine,

Tergere nec ſacras ceſſat nec lambere plantas.

Stat. IX. Theb. 75. *ora viri tergis lacrimis.* ſed jam nimii ſumus. HEINS. *tingeret* Exc. Wolf.

5. *Nexu ſoluto*] Data libertate ſolvitur nexus, id eſt ſervitutis vinculum, pulchre igitur ac legitime dicit *liberum Parnaſum*. CLAVER. Malim *ſolutum*, quomodo optimus Moreti pro diverſa lectione. HEINS. ſed Ovid. IX. Met. 358. *vix ſolvi duros a corpore nexus*. ita *ſolvere vincula* aeque dicimus ac *ſolvere vinculis*, ſic *loris ire ſolutis* Ovid. I. Art. 41. eodem modo ut hic. *ſolutum* etiam codex Barthii in margine. BURM.

7. *Spatioſis tractibus*] vel *ſquamoſis* primus Vaticanus, quomodo Statius Theb. I. in hac ipſa narratione, *ſquammis annoſa terentem Robora*, Pythonem deſcribit. HEINS. ita Ovidius de Epidaurio angue Lib. XV. Met. 725.

Litoream tractu ſquamas crepitantis arenae
Suleat.

& Nemeſ. Ecl. IV. 40.

——— *torto non ſquamea tractu*
Signat humum ſerpens.

frondibus Exc. Voſſ. ſed *tractus* proprie de ſerpentibus. vide quae ad Nemeſianum diximus. & ad III. Conſ. Honor. 141. BURM.

9. *Vipereo*] Pythonis ab Apolline ſagittis confixi. DELR.

Spumavit ſaepe veneno] *ſumavit* ſex ſcripti cum Gudianis ſchedis. Patavinus *ſpiravit*. vide annotata Lib. I. in Eutrop. vs. 266. apud Silium tamen Libro VI.

Lentus arenoſo ſpumabat Bagrada campo
Viperea ſanie. HEINS.

10. *Cephiſus liquidis*] quia Phoebo ſacra loca recenſet, licet veteres libri repugnent, & *Cocytos* & *Cocytus* ſervent, ſcribo *Cepiſſus*. quo nomine ſeptem fluvios appellatos tradit Strabo. noſter de Phocenſi loquitur, de quo Homerus in Catalogo,

Digitized by Google

Omnis, Jō Paean, regio ſonat: omnia Phoebum
Rura canunt. tripodas plenior aura rotat.
Auditoque procul Muſarum carmine ducti,
Ad Themidis coëunt antra ſevera Dei.
Nunc alio Domini telis Pythone peremto
Convenit ad noſtram ſacra caterva lyram,
Qui ſtabilem ſervant Auguſtis fratribus orbem;
Juſtitia pacem, viribus arma regunt.

Pindarus ſaepe, Pauſanias in Boeot. Lucan. Lib. II. *quos impiger ambit Fatidica Cephiſſus aqua.* DELR. pro *Cephiſus* meliores ſcripti *Cephiſos*, ut apud Lucan. III. 175. *Fatidica Cephiſos aqua.* & *liquidis* non *nitidis*, quod gloſſema alterius. *nitidis* tamen in primo Vatic. & Gudianis ſchedis HEINS. & in Lovan. Wolf. & multis aliis, & edit. Vicetin. & Ald. de *Cephiſo* vid. ad Ovid. III. Met. 343. *ſpumare* & *ſpirare* etiam exhibent codices VI. Conſ. Honor. 34. & I. Rapt. 282. ſed *ſpumavit* non mutandum, quod de venenis proprium. Val. Flacc. VIII. 83.

Contra Tartareis Colchis ſpumare venenis.

ubi nihil novandum. ita *oris Cerberei ſpumas* dixit Ovid. IV. Met. 500. & noſter *virides ſpumas ſerpentum* Bell. Gildon. 173. *viride* proprium venenis epitheton. BURM.

12. *Rura*] *regna* Oxon. ſolennis haec librariorum variatio, qui meminerant Virgilium dixiſſe:

Poſt aliquot, mea regna videns, mirabor ariſtas.

ubi vide notas. & vid. Lucan. II. 608. III. 271. IX. 130. ubi codices hanc vocem variare animadverti, ut & alibi. *notas* Colin. BURM.

Tripodas] Neſcio qua vi, niſi magica, tripodes moveantur. Statius *Nec tua te, princeps, tripodum ſola agmina quaerunt*, de Amphione. CLAVER.

13. *Carmine ducti*] Ita olim ex veſtigiis Iſingrianiani codicis correxi, in quo *docti*. confirmant ſex ſcripti. neque aliter primus Vaticanus, & Rottendorphianus pro diverſa lectione, quod & Barthius curis ſecundis approbat. vulgo *dulci*. Ovid. XI. Met. princ.

Carmine dum tali ſilvas animasque ferarum
Threicius vates, & ſaxa ſequentia ducit.

quae illic vera lectio, non *traxit*. ubi plura diximus. Silius Lib. XIII. 347. *duxit ſtabula omnia carmen.* Idem Lib. XI. 444. de Amphione:

—— lapidem teſtudine felix
Ducere, & in muros poſuiſſe volentia ſaxa.

quomodo locus ille ex antiquiſſimo libro ſcribendus. *volentia* pro *volantia* legendum parens meus in Crepundiis Silianis jam viderat. quod Dausqueius concoquere non potuit, ut nullius eſt judicii. Idem Amphion apud Horat. Art. Poët. dictus:

Saxa movere ſono teſtudinis & prece blanda
Ducere, quo vellet. noſter Conſ. Manlii v. 20. *attonitas ſermo qui duceret aures.* HEINS. vide quae diximus ad Ovidii locum, & quae Cl. Drakenb. ad Silium XV. 461. *doctus* vero & *ductus* centies permutantur, ut dixi ad Ovid. Ep. XX. 210.

14. *Themidis*] Hic locus Curiam Romanam, ubi Juſtitiae templum fingitur, aperte deſignat; ſumtus eſt vero ex Metam. I. ubi agitur de Pythone interfecto. CLAVER.

Antra ſevera Deae] *Dei* libri omnes, & recte *antra ſevera Themidis*, quia Themis juſtitiae praeſes. *amnis ſeverus Eumenidum* Styx apud Maronem, qui perjuria Divum plectebat, ut cum Statio loquar. HEINS. prioribus curis Heinſius *antra ſonora* conjecerat, ſed poſtea delevit.

15. *Pythone*] Rufino. DELR.

16. *Ad noſtram*] *ad veſtram* unus Barthii.

Sacra caterva] Nihil aliud quam pacis & armorum praeſides, vel ſanctum Senatum indicat, quo praeſente haec & paene reliqua admirabilis poëta recitavit: ſed & poëſeos candidati forte intererant. CLATER.

Lyram] Haec dictio non Lyrica, ſed heroïca nobis ſignificat. ſic Papinius dum canit Thebaida *Cbelyn ſe tendere* profitetur. quin etiam Anacreon Δότε μοι λύρην Ὁμήρου. CLAVER.

17. *Servant*] *Servans*, & mox *regit*, Farneſ. a manu ſecunda. Barthius olim conjecerat *Dii ſtabilem ſervent*, ſed ſecundis curis repudiavit. licet vero praeceſſerit *caterva*, recte *qui* ſequitur, quia Senatores intelligit. ita *turba tuti* Ovid. I. Met. 162. ubi vid. ſic poſt *Senatus* in ſingulari ſaepe verbum plurale ſequitur, vid. ad Suet. Vitell. XVI. Domit. XXIII. & alibi ſaepe. mox *arma gerunt* Exc. Wolf. vid. ad Lucan. IV. 662. & alibi ſaepe. BURM.

Auguſtis fratribus] hinc patet jam obiiſſe Theodoſium Imp. relictis Arcadio & Honorio. Caeterum hi duo libri in Rufinum editi ſunt Olybrio & Probino Conſſ. Anno CCCXCV. neque enim Haloandrum ſequimur, ſed Anton. Contium Juriſc. nobilem, neque hujus rei incautum. CLAVER.

Digitized by Google

CL. CLAUDIANI

IN RUFINUM

LIBER I.

SAepe mihi dubiam traxit ſententia mentem;
Curarent Superi terras, an nullus ineſſet
Rector, & incerto fluerent mortalia caſu.
Nam cum diſpoſiti quaeſiſſem foedera mundi,
Praeſcriptosque mari fines, annisque meatus,
Et lucis noctisque vices: tunc omnia rebar
Conſilio firmata Dei, qui lege moveri
Sidera, qui fruges diverſo tempore naſci,
Qui variam Phoeben alieno juſſerit igni

10. Con-

vs. 1. *Saepe mihi*] Attendit forte ad verſus Euripidis Act. III. Hecub. quorum initium eſt ὦ Ζεῦ, τί λέξω &c. DELR. Hic agitur de divina providentia, de qua venuſte dubitat Poëta, quamvis Cicero Philoſophum agens, ita ſcribat: *Mala conſuetudo eſt contra Deos diſputandi, ſive id ex animo fias, ſive non.* at Panegyr. ad Conſtantinum ſevere minus magisque populariter: *Audi doloris noſtri liberam vocem, ſiquidem Dii ipſi, quod plerumque humanas res negligant, dum querimur, ignoſcunt.* exempla ſunt hujus rei non pauca vel in ſacris litteris. CLAVERIUS. Quoties aut laeta aut triſtia obveniebant, toties varia de Diis opinio. Plin. Lib. II. cap. 7. qua de re exſtat oratio Mureti. Seneca Lib. I. Natur. Quaeſt. cap. 1. *videbimus an Diis humana ſint curae.* &c. & lib. de Providentia cap. 1. *Supervacuum eſt oſtendere non ſine aliquo cuſtode tantum opus ſtare; nec hunc ſiderum curſum certum fortuiti impetus eſſe.* Symmach. *ne optimi Senatoris vexatio fidem faciat, nihil curare coeleſtes.* Lucan. Lib. VII. 454. *mentimur regnare Jovem* &c. cum antea vs. 447. dixiſſet *mortalia nulli ſunt curata Deo.* Suadet ergo impiorum felicitas, vexatio piorum, nullos eſſe Deos ex Stoicorum quorumdum ſententia: at ſtabilis rerum curſus divinitatem arguit; denique ſic apud Tull. concludit Poëta: *nam ſi curent, bonis bene ſit, malis mala.* DEMPSTER.

2. *Curarent*] Deficit *an*, quod ſaepe priori loco omitti notavimus ad Ovid. XII Epiſt. 149. & alibi. *terras* pro rebus humanis dicit. vid. Barth. ad I. in Eutrop. 157. vide & ad Valer. Flacc. I. 631. BURM.

3. *Mortalia*] *certiſſima* Exc. Voſſ. Lucani imitatio, qui Lib. II. 13. dicit *& habent mortalia caſum*, & alibi ſaepe. BURM.

4. *Foedera*] ita paſſim, & *lex*, *leges*, ut mox vs. 7. ubi vid. Barth. vide ad Valer. Flacc. I. 213. & ita apud Lucanum & alios. *diſpoſiti* dixit imitatione Ovidii, qui Lib. I. Met. 32.

Sic ubi diſpoſitam, quiſquis fuit ille Deorum,
Congeriem ſecuit. BURM.

5. *Praeſcriptosque mari fines*] ſic Aldus cum Barthio, & ſedecim ſcripti. vulgo *maris*. IV. Conſ. Honor. 304.

Ne pete praeſcriptos homini tranſcendere fines.

Mox pro *annique meatus*, Gyraldi liber & unus Mediceus *amniſque*, unde *amniſque* conjeci, ſcilicet *praeſcriptos*. Thuaneus confirmat. quintus Vaticanus *annoque*. Sequenti etiam verſu forſan legendum, *Et luci noctique vices*, ut a ſuperioribus haec dependeant, etſi nil neceſſe. HEINS. *perſcriptoſque maris* Edit. Vicetin. & Parm.

8. *Diverſo*] *diviſo* Oxon. a. m. pr.

9. *Juſſerit igni*] non *igne*, ſcripti potiores. haec tam levia in poſterum non monebo, ne otio lectoris & meo abutar. Satis eſt, ſi teſter nihil a me tacite inmutatum in poëta noſtro contra auctoritatem librorum veterum, quos diligenter ſemper fideliterque expreſſi. HEINS. vid. ad Vellej. Paterc. Lib. II. cap. 31. & 76.

Digitized by Google

Conpleri, Solemque ſuo: porrexerit undis
Litora: tellurem medio libraverit axe.
Sed quum res hominum tanta caligine volvi
Adſpicerem, laetosque diu florere nocentes,
Vexarique pios: rurſus labefacta cadebat
Religio, cauſſaeque viam non ſponte ſequebar
Alterius, vacuo quae currere ſemina motu
Adfirmat, magnumque novas per inane figuras
Fortuna, non arte, regi: quae Numina ſenſu
Ambiguo vel nulla putat, vel neſcia noſtri.
Abſtulit hunc tandem Rufini poena tumultum,
Abſolvitque Deos. jam non ad culmina rerum
Injuſtos creviſſe queror. tolluntur in altum

Ut

13. *Adſpicerem.*] *conſpicerem* Codex, quem vidit Dorvilius.

Nocentes] videndus Seneca Neronis praeceptor, multus enim eſt in hac conſideratione. *Cum videris*, inquit, *bonos laborare, malos laſcivire, cogita nos filiorum modeſtia, vernularum licentia delectari, ut ut ſit Deus nulli unquam injurius eſt.* idque Plato innuit: θεὸς ἑδαμῶ ἑδαμῶς ἄδικος. CLAVER.

15. *Religio*] Nimis anxia perquiſitione perit religio: Deus enim, ut ita dicam, melius ſcitur neſciendo, ſubtilis vero ſententia apud Gellium, *Religentem eſſe oportet, religioſum nefas.* ac vetus poëta dixiſſe videtur *Religiones* pro morbo animi. *ſed religione vita conſtat*, vel auctore Plinio: vide Livium de Gallis, quorum permiſſu Fabius ſacrum ſolenne confecit; quia nimirum religionis haud quaquam negligens eſt. CLAVER.

Viam] Hic pro ſecta debet ſumi, de Epicuro enim agit. ut eo ſenſu ὁδὸς in Act. Apoſt. XXII. 4. & XXIV. 14. & alibi. vid. Druſii Quaeſt. Hebraic. II 49. & ita Graecos ὁδὸν dixiſſe de vaticinandi arte docuit Ill. Spanhem. ad Callim. Hymn. in Pall. vs. 123. ubi ex Cicerone de Divin. I. 38. *vias* eo ſenſu dictas oſtendit. licet ibi pro certis modis & notis poſſet ſumi, ut paſſim pro ratione, methodo occurrit, ut *venandi mille viae* Nemes. Cyneg. princ. ubi vid. Barth. & ad Grat. vs. 5. BURM.

16. *Vacuo*] id eſt inani, ſine ratione & providentia. vid. Wopk. Lect. Tullian. II. 6. ut jam in notis variorum explicatum erat. *ſemina currere* Ed. Vicetin. Parm. Junt. Colin. BURM.

Quae] Ita liber antiquus, quod ipſe Cujacius manu propria adſeruit. olim *qui*, nullo ſenſu. Si vero minus exacte varias lectiones hic dinumero, fide tamen eas, quae pluris ſunt, te habiturum; ac nativa omnia in textu tibi obverſari, reliqua fere tibi Index ſufficiet. CLAVER. *qui* Iſingr. & Griph.

Semina] Huc etiam pertinet Epicuri opinio ex verſu Λυκιλίου; Ἐξ ἀτόμων Ἐπικοῦρος ὅλον τὸν κόσμον ἴσμεν. & Lucilii: *Idola atque atomos Epicuri vincere vellem.* CLAVER.

18. *Cenſet ambigua, vel nulla putat vel neſcia veri*] At quinam, quaeſo, neſcire Deos veritatem contenderunt? multi ſane nullam illos rerum gerere humanarum curam putarunt, ut ex Laërtio patet. quare aſſentior manuscr. & quibusdam excuſis, habentibus, *quae numina ſenſu Ambiguo v. n. p. v. n. noſtri.* DELRIUS. Optime MS. meus Codex:

—— *qui numina ſenſu*
Ambiguo, vel nulla putat, vel noſcia veri. DEMPST. non reperi in Dempſteri notis. ſed idem Dempſterus in Etrur. Regali Lib. I. cap. 17. corrigit *quae numina ſenſu Ambiguae*, niſi operae aberrarunt, & *ambiguo* ſcribendum ſit. BURM.

Neſcia noſtri] multi veteres *veri*. primus Vaticanus utramque ſcripturam refert *veri* vel *noſtri*. vulgatum merito tuetur curis ſecundis Barthius. HEINS.

Putat] margo Morini *probat*.

20. *Tumultum*] imitatur Horatium, qui *miſeras tumultus mentis* dixit II. Od. 16. 10. & ita alii, ut indicio meo doctiſſimus editor Silii ad Lib. X. vs. 373. oſtendit. BURM.

21. *Abſolvitque Deos*] Martial. *Abſolvere Deos* CLAVER. hunc locum Martialis reperire non potui; ſed in alia re eo verbo eleganter utitur Lib. XII. 12. *Abſolvis Phrygium veſtra rapina Parim.* vid. ad Lucan. II. 249. & VII. 870. ubi videbis ex Martiali ſimile quid de Regulo ex Lib. I. Epigr. 83. BURM.

22. *Queror*] *querar* Farneſianus.

Ad culmina rerum] vid. ad Albinov. in Liv. 347. recte magiſtratus ſummos hic Barthius interpretatur, & ita ſaepe noſter. vid. ad Praefat. Conſ. Manl. 7. *cacumina regni* Nemes. Cyneg. 73. Stat. III. Theb.

Digitized by Google

Ut lapſu graviore ruant. vos pandite vati
Pierides, quo tanta lues eruperit ortu.
Invidiae quondam ſtimulis incanduit atrox
Alecto, placidas late quum cerneret urbes;
Protinus infernas ad limina tetra ſorores,
Concilium deforme vocat. glomerantur in unum
Innumerae peſtes. Erebi quaſcumque ſiniſtro
Nox genuit foetu: nutrix Diſcordia belli,
Imperioſa Fames, leto vicina Senectus,
Inpatiensque ſui Morbus, Livorque ſecundis
Anxius, & ſciſſo moerens velamine Luctus,
Et Timor, & caeco praeceps Audacia vultu,
Et Luxus populator opum, quem ſemper adhaerens

In-

Theb. 267. *patriae tot culmina cives.* BURM.

23. *Ut lapſu graviore*] nam, ut ait ille, *lento gradu divina procedit ira, ut gravitate ſupplicii tarditatem compenſet.* Vicetin. *majore.* DELR. Juven. Sat. X. de Sejano.

—— *numeroſa parabat*
Excelſae turris tabulata, unde altior eſſet Caſus.

DEMPST. *majore* Parm. & Vicet.

Ruant] Non enim his gradibus, quibus ad ſumma perventum eſt, retroitur; denique, ut ait Tacitus, *nil medium inter ſumma & praecipitia.* CLAVER.

Pandite] *plaudite* marg. Morini.

25. *Incanduit*] *praecanduit* Pulman. Cod. ita *praecaluit* apud Ovid. I. Met. 418. Codices aliqui. BURM.

26. *Alecto*] *Allecto* Lovanienſis ſemper. & Exc. Wolf. *placidas tales* Cod. Farnes.

27. *Tetra*] *ſaeva* Iſingr. margo. ſic I. in Eutrop. 183. *nec bellua tetrior illa*, ubi & *ſaevior* in MSS. *ad culmina* Farnes. BURM.

29. *Erebi peſtes*] de his Virgil. VI. hunc autem Furiarum apparatum luculentis verſibus a Poëta noſtro explicari, teſtatur magnus ille Scaliger ſenior. CLAVER. de inferno, monſtrisque incolis abunde Maro toto Libr. VI. Aeneid. Silius Lib. XIII. Senec. Herc. Fur. Act. III. Sc. II. Lucan. Lib. VI. ad finem. quos ſi cum noſtro conferas, apertum erit, quid interſit inter hunc & illos. nam hic & mira brevitas, & aptiſſima epithetorum energia: quum apud eos quaedam ſint languida, nonnulla trita. DEMPST. *Erebi quaſcumque ſiniſtro* bene diſtinguit Barthius. HEINS. ſed non video unde pendeat genitivus. ſi enim *Erebi* pro marito noctis capiatur, ſcribendum eſſet *Erebo:* uxor gignit *viro* ſobolem, non *viri.* nec *foetu Erebi* placet. *ſiniſtrum foetum* recte exponit Barthius. ita *ſiniſtra natura* Phaedr. Epilog. Lib. II. vid. ad Lucan. VI. 670.

31. *Senectus*] In ejus laude totus eſt Cicero ſenex, at hic inter Noctis filias recenſetur, quod mirarer magis, ni Heſiodus in haec verba de Nocte Γῆρας τ' ὀιζυρὸν τέκεν Ἔριν τέκε. Peperit ergo illa Senectutem & Diſcordiam. CLAVER. *letho vicina* Cod. Farnes.

32. *Inpatienſque ſui Morbus*] Deſperatio, ἀνίλαστος Demoſtheni. DELR.

Secundis] *ſecundi* Farnes. ſane *anxius* cum ſecundo caſu conſtrui ſolet, ut vidimus ad Ovid. Ep. XX. 198. ſed *ſecunda* ſolemus magis dicere, quam *ſecundum* hoc ſenſu, ideoque nihil muto. BURM.

34. *Vultu*] *vultus* Cod. Farnes.

35. *Cui ſemper adhaerens*] in veteri codice *quem ſemper*, ut videatur jungi τῷ *comitatur.* ſed in optimo exemplari Martialis (I. Ep. 63.)

Incidit in flammas, juvenique ſecuta relicto
Conjuge.

quod quidem tueri forte poſſet Graeca ratio, verum magis eſt forte, ut ſequare duo manuſcr. quae manu ſua confirmavit Cujacius. ſed *cui* ſine ſcrupulo jungi poteſt dictioni *adhaerens.* CLAVER. *quem ſemper adhaerens* ſcripti conſtanter omnes, & ex Alani Anticlaudiano Cl. Barthius confirmat. vulgo *cui ſemper.* potuit ἀγχαϊνῶς ſic loqui, ut apud Lucretium Lib. III. *Quandoquidem connexus corpus adhaeret.* ſimplicius tamen τὸ *quem* τῷ *comitatur* conjunges. ſic apud Ovid. Lib. XIV. Met. 440. *naſibuſque hoc hirtus adhaeſi, inhaerere laqueos* Apulej. Met. VIII. *timore hoc, inani perfuncti longe peſſores inhaeſimus laqueos.* Virgil. V. 852. *clavumque adfixus & haerens Nuſquam amittebat.* ubi *clavoque* perperam nonnulli codices. apud Naſonem Met. XII. 134. *Cedentique ſequens inſtat*, non *Cedentemque.* HEINS. *quei* Vicetina Ed. ut ſemper ſolet, & *quojus* pro *cujus. quem* etiam Exc. Wolf.

35.

Infelix humili greſſu comitatur Egeſtas,
Foedaque Avaritiae conplexae pectora matris
Inſomnes longo veniunt examine Curae.
Conplentur vario ferrata ſedilia coetu,
Torvaque collectis ſtipatur Curia monſtris.
Alecto ſtetit in mediis; vulgusque tacere
Juſſit, & obſtantes in tergum repulit hydros,
Perque humeros errare dedit: tum corde ſub imo
Incluſam rabidis patefecit vocibus iram.
Siccine tranquillo produci ſecula curſu,
Sic fortunatas patiemur vivere gentes?
Quae nova corrumpit noſtros clementia mores?
Quo rabies innata perit? quid inania proſunt
Verbera? quid facibus nequidquam cingimur atris?

50. Heu

37. *Complexae pectora matris*] *Viſcera* quinque veteres. ſic apud Stat. Sylv. Lib. III. ad Uxorem, 5. 28.

—— *ter me victrici Albana ferentem*
Dona coma, ſanctoque induitum Caeſaris aure
Viſceribus complexa tuis.

quomodo reſtituendus ille locus. vulgo ſcribitur, *ter me vidiſti Albana ferentem Serta comis.* in aliis codicibus eſt *nitidis comis.* ſed *victrici coma* Statium ſcripſiſſe ſum certus. Pietate Abaſcantii libro V.

—— *ſed te ſeu virginitate fugatum*
Viſceribus totis animoque amplexa fovebat.

& Epicedio Vernae pueri,

—— *ecce lacertis*
Viſcera noſtra tenens, animaque avellitur infans.

lacertis pariter & anima complexus mea viſcera. nihil ergo neceſſe *animamque* legi, quod in editionibus quibusdam vetuſtis exſtat. HEINS. Eadem variatio in Lib. II. de Rapt. 210. & ſaepe alibi. & hoc ſenſu Ovid. VIII. 478. *rogus iſte cremet mea viſcera.* ubi in Leidenſi codice eſt *pectora.* BURM.

39. *Ferrata ſedilia*] vel *ſecreta* pr. Vaticanus. HEINS.

40. *Torvaque*] *totaque* edit. Claverii, marg. Iſingr. & Leidenſis Codex a m. s.

41. *Alecto ſtetit in mediis*] Scripti quidam *in medio.* fruſtra. Stat. Theb. II. *Conſtitit in mediis.* & ſic non raro poëtae, noto Graeciſmo. Homer. Iliad. Υ.

Ὣς ἄρ᾽ ἐφ᾽ μίσσοισι, Διὸς δ᾽ ἐξίφιλο βαλκύ.

atque ita ille ſaepe. *in medios* pr. Vatic. Virgil. Aeneid. V.

Aeneas quibus in mediis ſic deinde locutus.

Aeneid. II. 122.

—— *magno Calchanta tumultu*
Protrahit in medios. HEINS. Statius Theb. X. *profilit in medios.* Silius V. 607. *Tum praeceps ruit in medios, ſolumque fatigat Flaminium*, ut legendum ex libris. ſic & II. in Rufin. 78. *Ipſe inter medios.* & 400. *unus per medios* &c. & alibi. vid. ad Virgil. II. Aeneid. 508. *ſedit in medio* Farnes. BURM.

42. *Repulit angues*] *Hydros* Oxonienſis. omnino rectius. noſter II. in Eutrop. 110. de Furia,

Illyricis pingues pectebat ſtragibus hydros.

Conſ. Manlii 169. *laceris morientes crinibus hydri.* ſic paſſim poëtae. HEINS. eadem varietas apud Ovidium IV. Met. 800.

Gorgoneum turpes crinem mutavit in hydros.

angues hic & alibi a Gloſſatore ſunt. Valer. Flac. IV. *excuſſi crinibus hydri. a pectore repulit* Farnes. BURM.

43. *Tum*] *dum* edit. Claver.

44. *Rabidis*] *rapidis* Codices Barthii & multi Heinſio inſpecti. male, & hoc ſollemne librariis. eadem variatio in Bell. Getic. 520. & apud Seren. Sam. XV. 260. ubi *rabidus clamor.* vid. ad IV. Conſ. Honor. 148. BURM.

45. *Secula*] *tempora* Oxon. v. ad Conſ. Olybr. 2.

Curſu] *luxu* Farnes. an pro *fluxu?*

47. *Quo nova corrumpit*] ita veteres nonnulli, ut *quo* pro *cui* ſumatur. ſequentia confirmare viſa. *Quo rabies innata perit?* vulgo *Quae nova corrupit.* quintus Vatican. *corripuit. Quae nova corrumpit* genuinam ſcripturam eſſe opinor, quomodo in Eutrop. II. 391. *Quis novus hic torpor, ſocii? quonam uſque ſedemus Femineis clauſi thalamis?* HEINS. recte mutavit Heinſius ſententiam. *Quae* enim hic eſt qualis. ſimiliter fere Virgilius IV. 10.

Quis novus hic noſtris ſucceſſit ſedibus hoſpes?

& Lib. V. 670.

Quis furor iſte novus? & centies alibi. *corrupit* Ed. Pulm. BURM.

49. *Facibus nequicquam cingimur atris*] *accingimur* Thua-

Google

50. Heu nimis ignavae, quas Jupiter arcet Olympo,
Theudoſius terris. en aurea naſcitur aetas.
En proles antiqua redit. Concordia, Virtus,
Cumque Fide Pietas alta cervice vagantur,
Inſignemque canunt noſtra de plebe triumphum.
55. Pro dolor! ipſa mihi liquidas delapſa per auras
Juſtitia inſultat, vitiisque a ſtirpe reciſis
Elicit oppreſſas tenebroſo carcere leges.
At nos indecores longo torpebimus aevo
Omnibus ejectae regnis. agnoſcite tandem
60. Quid Furias deceat. conſuetas ſumite vires;
Conventuque nefas tanto decernite dignum.

Jam

Thuaneus. utrumque probum eſt. videatur hic Barthius majori commentario. HEINS. ego mallem *incinginur*, ut *in* abſorptum fuerit ab *m* praecedenti. ſic Tiſiphone apud Ovid. IV. Met. 482. *torto incingitur angue*. vide de hoc verbo ad Ovid. III. Met. 162. BURM.

50. *Nimis.*] *minus ignavae* Vicent. *nimis ignave* Ald. *Quas Jupiter arcet Olympo*] Sic veterrimus Lucenſis. ceteri cum vulgatis *quas coelo Jupiter arcet*. ſic IV. Conſ. Hon.

Sinceram patrio mentem furatus Olympo.

& ſaepe alibi. HEINS.

51. *Theudoſius*] In omnibus ferme codicibus antiquae fidei ſic legitur, non *Theodoſius*, atque poëtae noſtri γνήσιον eſſe mihi perſuadeo. inde enim urbs *Theudoria* Libro IV. Anthol. viſitur. *Θευδόριος βασιλεύς*. Ipſe Gnomographus de ſe dixit *Θεύγνιδος* non *Θεόγνιδος*, dialecto, ſi memini, Dorica. eſt tamen, qui malit *Theodoſius*, dicatque ſynizeſin. ego Proceleusmaticum dici verius autumo, cujus exempla in re ſimili vix reperias, niſi forte apud Virgilium, ut *Genua labant*, & *ariete crebro*. ſed haec de induſtria, non coactus protulit. *duodecies* apud Lactantium non diſſidet. vide etiam Auſonium, & illud minime malum, quod habet vetus & elegans Epitaphium in aede beatae Mariae Pariſiis, nempe *duodecimo Juli Tranſiit Odo die*. Et haec quidem, licet forte levia, ſunt tamen κρὸς ἴσος, ni fallimur, niſi quis Graecum illud *δώδεκα* pro *δωδεκάετια* & *Theophilum* velit objicere. ſed enim *Theudoricus* apud Sidon. in veteri codice legitur. CLAVER. *Theodoſius* Cod. Farneſ. vid. ad Ovid. Ibin vs. 468.

52. *En proles*] *Et proles* Ald. Claver. Iſingr. margo. *En aetas* Exc. Wolf.

53. *Vagantur*] Claverii editio *vagatur*. parum refert, quum utriuſque exempla ſuppetant. Heinſius vero ſemper fere pronior in pluralem numerum, ſi praeceſſerint duo vel plura ſingularia, ut apud Ovid. V. Met. V. 12. *Nec mihi te pennae* &c. *nec Jupiter eripiet*, ille ex uno codice *eripient* legit. ſed non opus eſt producere innumera in contrarium loca, quum facile eludi poſſent, legendo plurali numero, ut ſaepe etiam in codicibus occurrit. ſed videat lector loca, ubi tali correctioni locus non eſt. apud Ovid. VII. Epiſt. 26. 44. XIV. 66. apud noſtrum IV. Conſ. Honor. 472. *Spartanus & Arcas proculcet*. immo licet unum ex praecedentibus nominibus ſit pluralis numerus. ſic Virgil. III. Georg. 564. *papulae & fudor ſequebatur*, ut edidit ipſe Heinſius, qui tamen IV. Georg. 8. *ſedes ſtatioque petendae* pro *petenda eſt* nobis obtrudit. Liv. XXXVII. 9. *Naves & praeſidium exceſſit*. plura exempla dabit Cortius ad Salluſt. Catil. 12. hic vero *vagantur* praefero propter ſequens *canunt*, licet & hoc defendi poſſet. vid. infr. vs. 69. 198. & 350. IV. Conſ. Hon. 93. & ad Nemes. Cyneg. 262. BURM.

54. *Noſtra de plebe*] *de noſtra* multi. *noſtra de gente* Farnes. *gerunt* etiam pro *canunt* Lovan. vid. I. de laud. Stil. 4.

55. *Pro dolor*] *pro pudor* Palatinus. HEINS. eadem varietas apud Lucan. X. 77. & alibi ſaepe. BURM.

Delapſa] *dilapſa* duo Codices Leidenſ.

56. *A ſtirpe reciſis*] Maro, *ima quod ſtirpe recifum* DELR. *vitiis ab ſtirpe* Oxon. *revulſis* margo Morini.

57. *Tenebroſo e carcere leges*] ſcripti non agnoſcunt τὸ *e*. primus tamen Vaticanus aliique complures *in carcere*. HEINS. *e carcere* Iſingr. Gryph. & aliae editiones. *in carcere* Vicetin. Parm. Ald. unumquodque ſatis defendi poteſt.

58. *At nos.*] *Ac nos* Leid.

59. *Regnis*] *terris* Pulmanni Cod. & Lovan.

60. *Conſuetas*] *conſuetos ſumite faſces* Moreti. *ſuetas conſumite* Exc. Wolf.

61. *Conventuque*] Victorius Afer, quotiens praepoſitionem ſequetur vox inchoata a literis *b. f. r. m. p. v.* vox, inquam, quae praepoſitioni juncta ſignificationem ejus confundat, *com*, non *con*, ſcribendum tradit. DELR. *tanto diſcrimine* Vicetin.

Jam cupio Stygiis invadere nubibus aſtra,
Jam flatu violare diem, laxare profundo
Frena mari, fluvios ruptis inmittere ripis,
Et rerum vexare fidem. ſic fata cruentum
Mugiit, & totos ſerpentum erexit hiatus,
Noxiaque effudit concuſſo crine venena.

Anceps

62. *Nubibus*] *viribus* marg. Morini.

63. *Laxare*] non deſunt qui legant *vexare*, quod vocabulum vehementis eſt ſignificationis, auctore A. Gellio Lib. II. DELR.

64. *Ruptis*] *raptis* Leid. Cod. in altero correctum erat *emittere*, ſcilicet ex alveo in vicinas regiones.

65. *Et rerum vexare fidem*] *Vexare* verbum, vel teſte Gellio, multum habet efficaciae, eoque uſus Maro eadem fere notione, quare libenter in textum e veteri Codice adſcivimus, cum *laxare frena* verſu praecedenti dixerit. CLAVER. ita recte Claverius, nec ſcripti meliores diſſentiunt. vulgatum *laxare* ferri non poteſt, quod praeceſſerit jam proxime id ipſum verbum. Alii *lapſare* pro *laſſare*, etiam non male. duo *turbare*. Barthius *luxare*. *vexandi* verbum Claudiano non novum. Lib. I. in Stilic. vs. 287. de navi,

Nubilus Aegaeo quam turbine vexat Orion.

Lib. II. 202. *vexatum corpus laceri regni* dixit. & *urbem legionibus vexare*, Lib. III. 219. Lib. I. de Rapt. Proſerp. 47.

Obvia centeno vexaſſet fulmina motu.

Ibid. 169.

Et nullo rigidi vexabere vomeris ictu.

ſic vetus liber bello Getico, 67.

Quid mirum, ſi regna labor mortalia vexat?

unde apparet infra Lib. III. 10. *ſolito pacem vexare tumultu*, veram lectionem eſſe. Adeatur A. Gellius Noct. Attic. Lib. II. cap. VI. plura alibi dicemus. HEINS. de verbo *vexare* multa facile congeri poſſent, & jam Barthius ſupr. ad vs. 13. notavit. ſed vellem explicuiſſent quid notet *vexare fidem*. ſine dubio *turbare*, quod ex duobus profert Heinſius, meliorem facit ſenſum, & mihi magis placeret. *fides* enim *rerum* eſt, quod initio dixit *foedera mundi*. jam nihil vulgatius eſt, quam *turbare foedera*, *pacem*, & ſimilia. ut Virg. XII. 632. *cum prima per artem Foedera turbaſti*, & ita mox vs. 106. *turbare ſodales unanimos*, qui fide mutua ſunt conjuncti. Ceterum hinc explico locum Severi de Aetna vs. 225. in quo miſere caecutiit Gorallus ille. Lego vero,

Noſſe fidem rerum, dubiasque exquirere cauſſas.

id eſt ſcire arcana naturae, foedera illa mundi, leges perpetuas, & exquirere cauſſas. hoc hominis eſt, non more pecudum videre miranda & nihil noſſe. ingens ille *δοκησιοφος*, qui *noſſe fidem rebus* invenerat, putat vel ellipticam eſſe locutionem pro noſſe rebus fidem habendam. ſed quibus, quaeſo, rebus? & legi poſſe ait, *poſſe fidem rebus*, id eſt, expoſcere fidem ſibi fieri non verbis, ſed rebus. itane vero? an *poſſe* licet ponere pro *poſcere*. ſi Lucretianos editores habuiſſet magiſtros, ſorte legiſſet *poſcere*, ſed in pronuntiando poſſe legi *poſcre* nobis perſuaſiſſet. Quid vero Theologis & Philoſophis cum Poëtis? & ſi jam *poſſe* pro *poſcere* liceret uti, quam elegans illa repetitio in eodem verſu *poſcere fidem & expoſcere cauſſas?* ut edidit. *fides* ergo *rerum*, & *ordo*, ut mox Severus dicit, tradita jura, vices ſignorum, & cetera. confer omnia illa Severi cum Ovidianis Lib. XV. Met. vs. 67. & ſeqq. de Pythagora, & videbis quid ſit *fides rerum* & *cauſſae*; nam ille,

—— *magni primordia mundi,*
Et rerum cauſſas, & quid natura, docebat,
Quid Deus &c.

Haec ſi non placeant, relinquatur Claudiano ſingularis ſua locutio *vexare fidem rerum*. BURM.

Cruentum] *cruente* Lovan.

66. *Totos ſerpentum erexit hiatus*] Ita prior Leid. unus Petav. & Oxon. non *totos*. Furiis tortos angues a Poëtis dari obvium. Ovid. in Ibin v. 80.

Quasque ferunt torto vittatis angue capillis
Carceris obſcuras ante ſedere fores.

& IV. Met. 483. de Tiſiphone, *tortoque incingitur angue*. quomodo & de eadem Virgilius, *tortosque ſiniſtra Intentans angues*, ut vetuſtiores libri ſcribunt. Seneca Thyeſte v. 96.

Quid ora terres verbere, & tortas feros
Minaris angues?

Medea v. 960.

—— *agmen infernum faces*
Intentat. ingens anguis excuſſo ſonat
Tortus flagello.

ſed aliud eſt *torti angues*, aliud *torti hiatus*. niſi *tortos ſerpentum hiatus* dixit pro hiatibus tortorum ſerpentum. HEINS. ſed hoc durius. malim *notas*. vid. infr. vs. 89. BURM.

68. *An-*

Digitized by Google

Anceps motus erat vulgi: pars maxima bellum
Indicit Superis: pars Ditis jura tuetur.
Diſſenſuque alitur rumor. ceu murmurat alti
Inpacata quies pelagi, cum flamine fracto
Durat adhuc ſaevitque tumor, dubiumque per aeſtum
Laſſa recedentis fluitant veſtigia venti.
Inproba mox ſurgit triſti de ſede Megaera,
Quam penes inſani fremitus animique profanus
Error, & undantes ſpumis furialibus irae.
Non niſi quaeſitum cognata ſede cruorem,
Illicitumve bibit, patrius quem fuderit enſis,
Quem dederint fratres. haec terruit Herculis ora,
Et defenſores terrarum polluit arcus:
Haec Athamantheae direxit ſpicula dextrae:

Haec

68. *Ancepe*] *Anxia* Exc. Voſſ.

69. *Ditis jura tuentur*] ſic Lucenſis cum Gudii Schedis. alii multi ex melioribus *tuetur*. vulgati minus bene *veretur*, quidquid diſſentit vir doctus. *vereneur* Farneſianus. Naſo Lib. III. Amor. El. IV.

—— *vultusque ſeveros*
Exue: nec rigidi jura tuere viri.

ſic *legem defendere* Val. Flac. Lib. I. v. 212.

Aequoreos vocat ecce Deus Neptunus, & ingens
Concilium: fremere & legem defendere cuncti. HEINS.

70. *Diſſenſuque*] *aſſenſuque* Exc. Voſ.
Ceu] *ſeu* ed. Delr.

71. *Inpacata quies*] Huic comparationi adſimilem vix reperias. de hac Scaliger ſenior: maris aeſtum ſive agitationem ex his poteris cognoſcere, quae ſunt ſatis felicia. adducitque illud e Pharſalia, *Cum mare laſſatur*. ſed jam ſuccurrit mihi locus Ovidii, ubi agit de Tarquinio juvene, viſa Lucretia, abeunte,

Ut ſolet a magno fluctus langueſcere flatu,
Sed tamen a vento, quae fuit, unda tumet.

CLAVER. vid. Delr. ad Senec. Herc. Fur. 1090. ubi ex Statio producit locum, ubi *reſidunt aequora*, quod firmat mox Heinſianam conjecturam. vid. ad Ovid. I. Art. 373.

Flamine] *flumine* duo Pulm. Exc. Wolf. marg. Iſingr. & alii Codd. vid. Barth. ſed *fractos procellas* dixit I. de Rapt. BURM.

72. *Tumor*] *timor* Cod. Leid. & Edit. Vicetin.

73. *Recedentis*] maluerim equidem *reſidentis venti*. HEINS. *fluit ad veſtigia* Cod. Farnes.

76. *Error*] *terror* Oxon.

77. *Non niſi*] Etſi tacerent de hoc vet. libri, tamen conſtaret facile ita legendum, ut quid enim admiſeris illud *Non ſi*. CLAVER. *non ſi* Ed. Gryph. *nec niſi* Leid. *cede* etiam Farnes. et duo alii. an pro *caede*? BURM.

78. *Illicitumve*] *Illicitumque* Edit. Vicetin. Parm. Ald. Iſingr. Gryph. Delr. & aliae. ſed Moreti & Exc. Voſſii *Illicitumve*.

79. *Terruit*] *terruit* Ed. Vicet. non male, ut ad crematione in monte Oeta reſpiciat. *polluit artus* marg. Morini, Ed. Vicet. Ald. Colin. BURM.

80. *Et defenſores*] Herculem dicit Furiis a Junone immiſſis agitatum, in ſanguinem proprium ſaeviſſe. Seneca ea de re Tragoediam ſcripſit. DEMPST. Ita cum Lucenſi malo quam *Haec*. de Hercule enim adhuc ſermo. pro *Taedae*, *Thebae* mox cum primo Vaticano quatuor ſcripti: male. HEINS. *defenſoris* etiam Leidens.

Polluit] *terruit* Exc. Voſſ. & Cod. Farnes.

81. *Spicula*] Athamas apud Ovid. IV. Met. 516.

—— *parvus Learchum*
Brachia tendentem rapit, & bis terque per auras
More rotat fundae. DELR. Athamas Thebarum Rex primis nuptiis Nephelen duxit, ex qua ſuſcepit Phryxum & Hellen: ea vero dimiſſa Ino uxorem cepit, quae illi peperit Learchum & Palaemonem, quorum primum furens interfecit, alterum ſimili fato juncturus, niſi cum eo mater Ino fugiſſet. ſed nihil opus in re nota immorari. Statius Lib. II. Silv. I.

Torvus adhuc Athamas inſanos flecteret arcus.

& Lib. I. Theb. pr. qui plura cupis, evolve Natal. Comit. Lib. VI. c. 9. DEMPST. *Athamanteas* Leid. *Achamanteae* Farnes. *direxit*, ut Virgil. VI. 57.

Dardana qui Paridis direxti tela manuſque. BURM.

Digitized by Google

Haec Agamemnonios inter bacchata penates
Alternis luſit jugulis: hac auſpice taedae
Oedipoden matri, natae junxere Thyeſten.
Quae tunc horriſonis effatur talia dictis.
Signa quidem, o ſociae, Divos adtollere contra
Nec fas eſt, nec poſſe reor: ſed laedere mundum
Si libet, & populis commune intendere letum,
Eſt mihi prodigium cunctis inmanius hydris,
Tigride mobilius foeta, violentius Auſtris
Acribus, Euripi refluis incertius undis,

Ru-

82. *Inter bacchata penates*] malo *intra*. Lib. II. *major oberrat Intra tecta timor*. ſed minimum refert. HEINS. uno verbo *interbacchata* Cod. Barth.

83. *Alternis*] *Alterius* Leid. m pr. & Ed. Vicet. *Luſit*] *luxit* Cod. Farnes. & *thebe* pro *taedae*. & Barth. Cod. *Thebae*.

Hac auſpice] vide Sophoclem, Euripidem, Senecam. DELR. Tantum olim religioni tribuebatur, ut ſponſalia contrahere, citra Deorum voluntatem exploratam, nefas duceretur; ideoque & prima luce auſpices auguria captabant. Tull. Lib. I. de Divin. Serv. ad IV. Virg. poſt princ. & ad illud I. Aeneid. *primisque jugarat Ominibus*. Tacit. Lib. XI. 27. de nuptiis Silii & Meſſalinae, & Lib. XIII. 37. de nuptiis Neronis & Pythagorae cujusdam obſoleti. Juvenal. Sat. X. 336.

—— *veniet cum fignateribus auſpex.*

& Lucan. Lib. II. 371. de Bruti & Porciae nuptiis, *contentique auſpice Bruto*. Senec. Troad. Act. IV. Sc. I. optimum autem augurium ab *accipitre* ducitur. Plin. Lib. X. cap. 6. hiſce autem auguriis Pilumnus & Picumnus Dii deputati. ex Varrone Nonius cap. XII. DEMPSTER.

85. *Effatur*] *affatur* Leid.

86. *Signa quidem, o ſociae*] praeſtantiores vt e non agnoſcunt. HEINS. *digna* Exc. Wolf. *bella quidem* marg. Morini.

87. *Nec fas*] *Haec fas* Farnes.

88. *Intendere*] *immittere* Mediceus unus & Barthii Cod. *intendere vulnus* Thuaneus.

89. *Cunctis immanius hydris*] *Natis hydris* argute Pricaeanus, ut hydros natos ſuos appellet. HEINS. ſed vereor ne nimis argutum ſit, & voluerit iterum *natis*, ut ſupra vs. 66. nam illorum vis jam nota, hoc vero aliquid novi & immanioris, quod promittit. BURM.

90. *Tigride mobilius*] *Tigris*, a celeritate nomen adepta, tum eſt rapidiſſima, cum catulos lactat, qua de re carmina ſunt Claudiani tertio de Raptu, quo loco noſter Oppianum ſecutus vento eos concipere tradit, licet Ariſtoteles, Plinius, Solinus, Pollux, & Themiſtius contra ſentiant. DELR. ita *mobilitas* infra vs. 331. ubi vide: & ad Rutil. I. Itin. 76. & Virg. IV. Aen. 175. BURM.

Violentius Auſtris Acribus, Euripi refluis incertius undis] Vet. Cod. *Flavis*, hinc erronee *fluis*, omiſſo *re*, unde *refluis*. DELR. Gyraldini & Lucenſis libri lectionem expreſſimus. niſi quod in illo *fulvis*, in hoc *flavis*, quomodo vulgati. *refluis* ab Iſingrino eſt, qui & *velocius Auſtris* habet, ſed male. Lib. II. de Rapt. *quantas violentior Auſter Decutit arboribus frondes*. ſic enim ſcripti, non *truculentior*. Statii illa cogitabat, *refluumque meatu Euripum*. hinc caſtigandus idem Statius Sylv. Lib. I. de eodem Euripo,

—— *ſic Chalcida fluctus*
Diſpeſcunt reflui: ſic diſſociata profundo
Bruttia Sicanium circumſpicis ora Pelorum.

ubi perperam nunc ſcribitur *Expellunt fluvii*. poſſit & refingi *fluctus refugi*. nam Senecae in Hercule Furenti,

Vicibus alternis fugax Euripus.

aeſtuantem Euripum dixit Boëthius de Conſolatione Philoſophiae. Chalcida enim a Baeotia diſpeſcit. de Chalcide Mela Lib. II. cap. 7. *Caeterum longe, tatique Baeotiae oppoſita, anguſto freto diſtat a littore. Euripon vocant, rapidum mare, & alterno curſu ſepties die ac ſepties nocte fluctibus invicem verſis adeo immodice fluens, ut venos etiam ac plena ventis navigia fruſtretur.* ad quem locum multa erudite, ut ſolet, vir ſummus Iſaacus Voſſius. Videatur ille, & alii Geographi de Euripo. nos alio properamus. Vulgati *Acrius Harpyiis, flavis inc.* in hoc Claudiani loco. HEINS. *velocius Auſtris* marg. Iſingr. *Euris* MSS. Pulman. ſollemni variatione, & ita *volucrem Eurum* dixit Virgil. I. Georg. 317. ubi vide. *Acrius Hirpiis* Vicetin. *Altrius* Farnes. deinde *fulvis* Farnes. *flavis* multi. ſed *refluis*, ut & Exc. Wolf. habent, vox ſaepe uſitata Claudiano. & convenit *vē incertius*. deinde *flavis incertior undis Rufinus* Cod. Barthii. BURM.

92.

Rufinus. quem prima meo de matre cadentem
Suſcepi gremio. parvus reptavit in iſto
Saepe ſinu, tenero perque ardua colla volutus
Ubera quaeſivit fletu, linguisque triſulcis
Mollia lambentes finxerunt ora ceraſtae.
Meque etiam tradente dolos artemque nocendi
Edidicit: ſimulare fidem, ſenſusque minaces
Protegere, & blando fraudem praetexere riſu,
Plenus ſaevitiae, lucrique cupidine fervens.
Non Tarteſſiacis illum ſatiarit arenis
Tempeſtas pretioſa Tagi, non ſtagna rubentis

Aurea

92. *Quem prima*] *quae prima* Vicetin. & Parm. *Cadentem ſuſcepi gremio.*] Haec omnia fere deſumit ex Papinio: *Annue Tiſiphone, perverſaque vota ſecunda, Si bene quid merui, ſi me de matre cadentem Foviſti gremio.* Suſcipiebantur olim rubentes infantuli, atque apud Terentium idem eſt, *Tollere*. ſic in Paneg. II. Stilichonis 345. *ſuſceptus puer* dicitur fonte ablui. CLAVER. Notum omnibus infantem natum in humum deponi ſolitum, atque e terra levari manu patris; atque illud eſt, quod *cadentem* ait poëta, & *terram tangere* Suet. Aug. cap. v. & in Nerone cap. VI. Plin. Lib. II. cap. LXIII. pr. *quae nos naſcentes excipit Terra, natos alit.* & in Praefat. ad Lib. VII. *hominem*, inquit, *nudum & in nuda humo natali die natura abjicit.* & Ovid. in Ibin, *Cinyphium foedo corpore preſſit humum.* Deinde *Statina* erat Dea, cujus numine e terra ſublatus puellus, rectus conſtituebatur: ex Tertull. Cujacius Lib. II. Obſerv. cap. 30. locus eſt elegans apud Varr. Lib. II. de vita pop. Rom. *Natus ſi erat vitalis ac ſublatus ab obſtetrice, ſtatuebatur in terra, ut auſpicaretur rectus eſſe. diis conjugalibus Pilumno & Picumno in aedibus lectus ſternebatur.* Lege Stat. Lib. I. Theb. VS. 60. Lib. I. Silv. II. fin. & Lib. II. Silv. ult. unde *tollere* pro educare uſurpant Juvenal. Sat. VI. Senec. de Provid. cap. IV. & V. ad Marciam cap. XVII. in fine. & Lib. II. Controv. 4. prin. & alii. DEMPST.

94. *Teneroque per arduas colla volutus*] minus ſalebroſi erunt numeri, ſi leges cum ſecundo Vaticano *tenero perque arduas colla volutus*. paulo ante *parvus reptavit* ſcripti. pro *Ubera quaeſivit fletu*, ſeptem aut octo Codices *Oſcula quaeſivit*. HEINS. *Sinu tenero perque ardua* ediderunt Delrius, Gryph. Iſingr. & ita in Ed. Vicet. & Claver. qui *ſinu tenero* conjungit. *tenero per arduas* Farnes. *tener* vero *ſinus* Megaerae vix convenit. *tener fletus* melius puero, ut mox *mollia ora*. BURM.

96. *Finxerunt membra ceraſtae.*] de his quaedam cognitione digna Nicander. DELR. Iſingrini liber & ex noſtris quidam cum primo Vaticano *ora*, ut Prudent. Humart. *virides adlambunt ora ceraſtae*. HEINS. *ceraſtae* Farnes. *fixerunt* duo Oxon. Farnes. & edit. Vicetin. Parm. Iſingr. & Gryph. vid. ad Ovid. XX. Epiſt. 134. & II. Faſt. 417. BURM.

98. *Me tradente dolos geſtus artemque*] hic verſus ſic repraeſentatur in veteri Lib. *Meque etiam tradente dolos* &c. DELR. *Meque etiam tradente dolos arteſque* idem Iſingrinus, primus Vaticanus, aliique praeſtantiores, cum Gudianis Schedis, quorum nonnulli tamen *artemque*. pro *Edidicit*, *Et didicit* eſt in quibusdam. ſed nil neceſſe. Senſus magis erigetur, ſi legis, *Me me etiam*, ut apud Virgil. *Me, me, adſum qui feci.* ſed hoc timide adfirmo. Vulgo legebatur,

Me tradente dolos, geſtus, artemque nocendi.

quod ſi ſequimur, pro *geſtus* forte *aſtus* erit reponendum. aliter haec Barthius. HEINS. conſentiunt Heinſianis Exc. Wolfii. ſed illud *etiam* vix placet. non tamen cum Barthio verſus explendi cauſſa adjectum puto, ſed corruptum ex vera lectione. forte ſcripſerit *Meque viam tradente dolos* &c. *Via* eſt ratio, inſtitutio, ut centies. Similis eſt variatio apud Val. Flacc. VI. 291. *parvique etiam didicere nepotes.* ubi viri docti ex codicibus recte reſtituerunt *parvique viam didicere nepotes. tradere viam*, ut *tradere artes medicas* Ovid. Ep. V. 145. vid. & III. Met. 588. & alibi. & ita ſaepe Cicero, qui & initio Lib. II. de Divinat. dixit *tradere vias optimarum artium*. Celſus praefat. *tradere vias medendi*, Quintil. V. I. *non locos communes tradere deſtinamus, ſed viam quamdam atque rationem.* deinde *addidicit* pro *edidicit* me malle dixi ad Ovid. II. Met. 636. BURM.

99. *Minaces*] *nocentes* Vicetin. repetita, ut ſaepe, voce ex priori verſu.

101. *Satiares arenis*] *ſatiarit* rectius quatuor libri, uti & Barthio viſum. HEINS.

Aurea Pactoli: totumque exhauſerit Hermum,
Ardebit majore ſiti. quam fallere mentes
Doctus, & unanimos odiis turbare ſodales!
Talem progenies hominum ſi priſca tuliſſet,
Pirithoum fugeret Theſeus; offenſus Oreſten
Deſereret Pylades; odiſſet Caſtora Pollux.
Ipſa quidem fateor vinci; rapidoque magiſtram
Praevenit ingenio. nec plus ſermone morabor.
Solus habet, quidquid ſcelerum poſſedimus omnes.
Hunc ego, ſi veſtrae res eſt accommoda turbae,
Regalem ad ſummi producam Principis aulam.
Sit licet ille Numa gravior, ſit denique Minos;
Cedet. & inſidiis noſtri flectetur alumni.

Oran-

103. *Totumque exhauſerit*] *ſi hauſerit* Farnes. ſcilicet *ſi* ſubintellectum additum a Gloſſatore. debuiſſet ſaltem *totum ſi exhauſeris* ſcripſiſſe. BURM.

104. *Ardebit*] *Arebit* in Codicis ora Heinſius. ut Lib. II. 510. *Areſcat decepta ſitis.* vid. ad Ovid. IV. Ep. 174. ubi de confuſione horum verborum egimus. infr. III. Conſ. Honor. 205. Lucan. IX. 500. *Arent ora ſiti.* ubi & ardent MSS. BURM.

Quam fallere] *nam fallere* Claver. & duo Barthii. *qua* edit. Iſingr. Colin. Gryph. Barthius etiam interrogandi ſignum tollit, & admirantis exclamationem facit. BURM.

106. *Talem progenies hominum*] *hominem* nonnulli, quod Barthius amplexus eſt. HEINS. ita Farneſ.

107. *Fugeret*] *fugit* & Exc. Wolf. a m. pr.

Offenſus] Heinſius in ora codicis *infenſus*, ſed *offenſus* eſt iratus, laeſus. vid. ad Ovid. I. Faſt. 482. & *offenſio* hic ut cauſſa, cur deſereret, intelligitur. BURM.

109. *Rabidoque magiſtram*] membranae *rapidoque*, hoc eſt omnem in partem mobili & expedito. DELR. *Rapido ingenio* vetus codex praefert. ſupra enim dixit Rufinum eſſe *prodigium incertius undis.* ſic forte Plinius Hiſtor. *impetuoſum animum.* Horatius dixit, *rapido ferventius amni Ingenium.* Symmachus in hoc homine laudat oris facultatem, eaque ſitim ſuam rigari optat; ac literas blanda ipſius recitatione commendari, at magnus Ambroſius ei pro Theodoſio ab Eccleſia repulſo inſtanti caninam objicit impudentiam, quia videlicet miſerae illius ſtragis, quae Theſſalonicae contigit, impulſor credebatur. fuit autem procerus, & elegans dubio procul, atque, ut ait Symmachus, ſua luce conſpicuus, ſed nequam & verſipellis, ut Graeca hiſtoria & Suidas referunt. CLAVER. *rabido ingenio* pro *rapido* Iſingrinus, & ſcripti quidam. ſic *rabida Megaera* apud Statium Theb. I. 477. ſupra *rabidas voces* jam habuimus v. 44. ſed recte *rapido ingenio* Barthius tuetur. Horatius, ni fallor, *rapido torrentius amni Ingenium.* paulo poſt illud ejusdem Barthii. *Ipſa equidem fateor vinci*, pro *quidem*, neceſſarium haud quaquam. deinde *unanimos ſodales* Mazarinianus liber. HEINS. In Horatii loco Lib. I. Sat. X. 62. legitur *rapido ferventius amni.* vid. ad Ovid. VIII. Met. 243. BURM.

Magiſtram] *Megaeram* Leid. & Voſſ. quod ex gloſſa natum.

110. *Morabor*] *parabat* Exc. Voſſ.

112. *Quidquid ſcelerum*] ſcripti & editi multi, *ſcelerum quidquid.*

113. *Producam principis aulam*] non *perducam.* ita olim conjeceram. confirmant duo Medicei cum primo Vaticano & Rottendorphiano. *Producam*, promovebo. Cicero pro domo ſua: *Quem tu non pro illius dignitate produxeras, ſed pro tuo ſcelere ſubduxeras.* noſter Lib. I. in Eutrop. 154. de Abundantio,

—— *qui rebus Eois*
Exitium primoque ſibi produxit.

Is enim Eutropium promoverat. Lib. I. in Stilic. 36. *cujus producere famam Sufficeret natus Stilicho.* ita illic ſcripti. *proferre* dixit I. in Eutrop. 167.

Nullius Eutropius, quem qui ſe protulit, ante
Direptas poſſedit opes. HEINS. propria vox eorum, qui teneros foetus docent, & ex nidis producunt. vid. ad Val. Flacc. VII. 375. Ita hic Megaera nutrix, magiſtra, & quaſi paedagoga Rufini inducitur. ſed & Heinſii explicatio accommoda, quia de aula agitur. Suet. Claud. cap. IV. *Quid eſt quod dubitemus, quin per eosdem articulos & gradus producendus ſit, per quos frater ejus producbus fuit.* ubi ſimilis lectionis diverſitas, ut & paſſim apud alios. praeterea *ad ſummum* Exc. Wolf. BURM.

119.

Digitized by Google

Orantem ſequitur clamor: cunctaeque profanas
Porrexere manus, inventaque triſtia laudant.
Illa, ubi caeruleo veſtes connexuit angue,
Nodavitque adamante comas, Phlegethonta ſonorum
Poſcit, & ambuſto flagrantis ab aggere ripae
Ingentem piceo ſuccendit gurgite pinum,
Pigraque veloces per Tartara concutit alas.
Eſt locus, extremum pandit qua Gallia litus,
Oceani praetentus aquis, ubi fertur Ulixes
Sanguine libato populum moviſſe ſilentem.
Illic umbrarum tenui ſtridore volantum

Fle-

119. *Nodavitque adamante comas*] *Nodatamque comam* pr. Vatic. HEINS.

Phlegethonta ſonorum] *flegetonta Sororum* Exc. Wolf.

120. *Poſcit*] in Oxonienſi adſcripta Gloſſae loco ex Rapt. Prof. III. 388. *Cadmi ſeu moenia poſcat*, *poſcat* pro *adeat* dixit. & Morini manus pro gloſſa adjecit, *ardentem adiit*. Eo ſenſu ſaepe Priſcianus ſumma dicit *poſcere* aequor, quo tendunt, in Periegeſi. ut v. 23. de Tanai, *praeceps*que *ruit Maeotida poſcens*. vs. 113. *Salmonida poſcens*. & de Danubio vs. 289.

Qui poſcens ortus, Euxini pervenit undas.

& alibi. vid. de verbo *poſcere* Heins. ad Lib. II. 298. ubi paullum alio ſenſu explicat. BURM.

Ambuſto] *anguſto* Marg. Iſingr.

Flagrantis] *fragrantis* Voſſ.

122. *Concutit*] *concitat* Farnes.

Alas] *alas* Vicetin.

123. *Eſt locus*] Hunc locum Gorop. Becanus in Atvaticis pag. 71. vult Leodium fuiſſe, quo olim mare adſcenderit, ubi ſunt ſpecus illae ſubterraneae, pigra barathra, montes piceo lapide ſive Aſphaltite conſtantes, & ſilvae obſcurae. cui ſomnia ſua relinquimus. certe locus talis longius ab Eluſa abeſſet, quo niſi tota fere Gallia peragrata pervenire non poſſet. Veroſimilius Celeberrimus Addiſon in Itinerario ſuo in principio putat locum deſertum & rupibus horrendum eſſe, ubi fingitur Maria Magdalena peccata ſua ploraſſe, non longe a Maſſilia. ſed obſtat huic ſitui mentio Oceani, Britanniae, Rheni &c. quare debuiſſe potius Poëtam illum eligere poſſet ſtatui, quam quem nobis deſcribit. BURM.

Pandit qua] *quo pandit* Oxon.

124. *Ulyſſes*] in veteri codice *Ulyxes*, quod videtur confirmare Plutarchus ſatis diſerte: totus hic locus, quod mireris, ex Odyſſeae A elicitur. Ἡ δ' ἐς πείρατ' ἰοῦσα βαθυῤῥείης Ὠκεανοῖο, reliqua vide ſuo loco. haec vero fabulatus eſt non illepide Claudianus, cum opinor legiſſet l. pas. Drepanium veniſſe ab ultimo Galliarum receſſu, qua littus Oceani cadentem excipit ſolem, ac deficientibus terris ſociale miſcetur elementum. Auſonius: *Quid facis extremis poſitus telluris in oris, Oceani finem juxta, ſolemque cadentem?* unde hic noſter Cimmerias tenebras belle imaginatus eſt. forte etiam alludit ad nomen Eluſae, vel potius Elyſae, urbis primariae in Gallia Narbonenſi, unde Rufinus; vultque ab Ulyſſe deduci poëtica fide: de hac vide Ammianum & Sidonii Epiſtolas. CLAVER. *Ubi fertur Ulyſſes* Iſingrinianus & Lucenſis. vulgatum *quo* duriuſculum, quia *quo* praeceſſerat. mox idem Lucenſis rectius *populumque ſilentem*, quam vulgati *ſilentum*. Lib. II. de Rapt. 237. *populoque ſilenti Traderis*. Statius Theb. IV.

In ſpeculis Mors atra ſedet, dominiſque ſilentes
Annumeras populos.

ita minima mutatione ſcribo, nam ſcripti *dominique ſilentes*. vulgati *dominique ſilentis*. Plutonem & Proſerpinam intelligit. noſter de Rapt. Lib. II. 314.

—— *dominis intrantibus ingens*
Adſurgit Phlegethon.

poſſis & *domino*. quomodo Theb. XII.

Umbrarum cuſtos inhumataque corpora regi
Annumerat. ſed alterum praeſtat. Senec. Herc. Fur. Act. III. Sc. II.

Triſti ſilentem nubilo liquit domum.

cum antiquis libris. *umbras ſilentes* dixit Virgilius Lib. VI. & Ovid. XIII. Met. 25.

Aeacus huic pater eſt, qui jura ſilentibus umbris
Reddit. ita ſcripti nonnulli, vulgo *ſilentibus illic*. plura ibi dicemus. HEINS. eodem redire puto; nam *ſilentes* abſolute centies dicuntur. vid. ad Ovid. XIII. Met. 27. ſic *coetus ſilentum* Lucan. VI. 513. *moviſſe* Vicet. BURM.

127.

Digitized by Google

Flebilis auditur queſtus. ſimulacra coloni
Pallida, defunctasque vident migrare figuras.
Hinc Dea proſiluit, Phoebique egreſſa ſerenos
Infecit radios, ululatuque aethera rupit
Terrifico. ſenſit ferale Britannia murmur,
Et Senonum quatit arva fragor, revolutaque Tethys
Subſtitit, & Rhenus projecta torpuit urna.
Tunc in canitiem mutatis ſponte colubris
Longaevum mentita ſenem, rugisque ſeveras,
Perſulcata genas, & ficto languida paſſu,
Invadit muros Eluſae, notiſſima dudum
Tecta petens, oculisque diu liventibus haeſit,
Pejorem mirata virum. tunc talia fatur:
Otia te, Rufine, juvant? fruſtraque juventae
Conſumis florem patriis inglorius arvis?
Heu neſcis quid fata tibi, quid ſidera donent,
Quid fortuna paret. toti dominabere mundo,
Si parere velis. artus ne ſperne ſeniles.

Nam-

127. *Flebilis auditur queſtus*] *auditu* quartus Vaticanus. HEINS.

128. *Migrare figuras*] *catervas* primus Vaticanus. *mugire* Rottendorph. & ſecundus Mediceus. male. HEINS. *errare* Leidens.

129. *Dea proſiluit*] Totus hic locus expreſſus eſt ad ſimilitudinem Statii Lib. I. Theb. 125. quaeque ille de Graeciae regionibus, noſter de Britannia, Gallia, Germaniaque dicit. DEMPSTER. *proſiliit* multi, ſed male. *huc* etiam Voſſ. & *hinc* vel *huc* Oxon.

131. *Ferale*] *letbale* Exc. Voſſ. *fatale* Vicetin. & Parm.

132. *Tethys*] *Tethis* Exc. Wolf.

133. *Projecta torpuit urna*] ſic Gyrald. Lucenſ. & ſex alii, vulgo *unda*. diximus Conſ. Olybr. vs. 213. perperam vulgatam ſcripturam tuetur Barthius. HEINS.

134. *Sponte*] *ſaepe* Exc. Voſſ.

136. *Perſulcata*] *praeſulcata* Leid. *perfalcata* Ed. Vicetin.

137. *Muros Elyſae*] *Eluſae* Fulvius Urſinus emendat in Caeſar. III. de Bell. Gall. & Aldus Paulli F. Schol. in eundem Caeſaris locum. ſed Fulvius hemiſtichium male recitat, quem Aldus errore ductus ſequitur. PULMANN. *Eliſae* Manuſcr. ſed ſcribas *Eluſae*. Caeſar Lib. III. *Tarbelli*, *Bigerriones* (forte *Bigerri*) *Preciani*, *Vocates*, *Taruſates*, *Eluſates*. quos neque Plinius, neque Ammianus, neque Itinerarii auctor Antoninus ignorant. DELR. *Eliſae* multi Heinſii, & Vicetin. *Eliſſe* Farn. *Elyſae* Ald. *Eluſae* Exc. Wolf.

138. *Petens*] *petit* Vicetin. & Parm.
Liventibus] *lucentibus* Oxon.

140. *Te Rufine*] *Te fine fine* Exc. Voſſ.

141. *Arvis*] *armis* Cod. Barth. ut ſaepe ita variant Codices apud Virgilium, Lucanum & alios.

142. *Quid ſidera donent*] Gyrald. & Iſingr. *debent*, etiam prim. Vatic. pro diverſa lectione. quod ſecutus fruſtra Raphelengius. Lucens. *dedent*. prior Moreti *ſpondent*. Caeteri pro vulgata lectione ſtant, quam & nos amplectimur. Sequenti verſu *toto donabere mundo* ſcripti nonnulli. quos inter primus Vaticanus. unus *dotabere*. fruſtra. HEINS. illud *ſponderet* admodum blanditur. vid. ad Ovid. XVI. Ep. 114. ubi *Deos ſpondere* eleganter dici oſtendimus, quos per *ſidera* hic Barthius explicat. & ita II. in Eutrop. 57.

Hortantesque licet ſponderent proſpera Divi.

& de Aſtrologia VI. Conſ. Hon. 19.

Optima tunc ſpondet mortalibus edere fata.

de Apolline Praefat. in Nupt. Honor. & Mariae v. 19.

Venturumque ſacris fidibus jam ſpondet Achillem.

& ita alii ſaepe. deinde *toto dominabere mundo* duo Leidens. & Lovan. BURM.

144. *Artus*] Heinſius in ora codicis *artes*. ſed ego

Digitized by Google

145. Namque mihi magicae vires, aevique futuri
Praeſcius ardor ineſt. novi quo Theſſala cantu
Eripiat lunare jubar, quid ſigna ſagacis
Aegypti valeant, qua gens Chaldaea vocatis
Imperet arte Deis. nec me latuere fluentes
150. Arboribus ſuci, funeſtarumque poteſtas
Herbarum, quidquid letali germine pollens
Caucaſus, & Scythicae vernant in gramina rupes,

Quas

ego *artus* capio pro corpore, quod adparebat ſenile, & ideo ſperni poterat, ſed intus ſibi vires magicas &c. ineſſe dicit. Ovid. VII. Met. 250.

Ne properent artus anima fraudare ſeniles.

& X. 229.

Femineos artus in elentes vertere mensas.

& ita centies poëtae *membra* & *artus* pro homine vel toto ejus corpore ponunt, & noſter ipſe ſaepius, ut *pecudum artus* infr. 302. ſunt ipſae pecudes. vid. ad Seren. Samon. VI & XV. BURM.

146. *Novi quo*] *novi quid* Oxon. m. s.

147. *Eripiat lunare jubar*] Vetus gentium error, Lunam magicis cantibus vexari, & e coelo deduci. Martial. Lib. XII. Epigr. 57. Ovid. Lib. II. Eleg. 5. Amor. Ideoque ne illa audiret incantamenta, tinnitibus ſacra ejus peragabantur. Ovid. Lib. VII. Met. Fab. 2. Senec. in Hippol. Act. II. in Choro. & in Med. Act. IV. Scen. II.

——— *inque auxilium*
Diſſimna tuum pretioſa ſonent aera Corimbi.

Juvenal. Sat. VI.

Una laboranti poterit ſuccurrere Lunae.

Manilius Lib. IV. pr.

Seraque in Extremis quatiuntur gentibus aera.

hinc defectum putabant proficiſci. Serv. ad II. Georg. Stat. VI. Theb.

——— *quoties avellitur aſtris*
Solis opaca ſoror, procul auxiliantia gentes
Aera crepant.

& I. Theb. *qualis per nubila Phoebes Atracia rubet arte labor.* non *color.* Quod autem *Theſſalam* ponat Claudian. pro qualibet ſaga, docte quidem, nam Theſſalia veneficiis devota. abunde Lib. I. Met. Apulejus. Martial. IX. 30. & Sidon. carm. 5. *Si Theſſalus elicis umbras.* Val. Flac. Lib. I. *Saevoque vocat grandaeva tumultu Theſſalis exanimes ataves.* DEMPST. Puto *Deripiat*, quamquam diſſentientibus libris. *Detrahere coelo Lunam* & *deducere* paſſim poëtae. pari modo & Barthius conjecit. Horat. Epod. V. 45.

Quae ſidera excantata voce Theſſala
Lunamque coelo deripit,

Idem Epod. ult.

Refixa coelo devocare ſidera. HEINS. ſed *Eripere jubar* poteſt diverſum quid eſſe a *deducere coelo*; ſed idem quod ſaepe dicunt poëtae, ut *pallere* jubeant magae ſolem, lunam, & ſidera. *jubar* enim ſplendorem notat, vid. ad Ovid. VII. Met. 208. & Quintil. X. Decl. 15. & hinc Ovidius magicas artes a ſe removens dicit Remed. 256.

Ut ſolet, in niveis Luna vehetur equis.

Lucan. VI. 500.

——— *Phoebeque ſerena*
Non aliter diris verborum obſeſſa venenis
Palluit, & nigris terreniſque ignibus arſit.

ubi de Theſſalia agit. & hunc Lucani locum in ſequenti etiam *Imperet arte Deis* expreſſit Claudianus; nam ille, *habena haec carmina certum Imperioſa Deum.* BURM.

Sagacis] *fugacis* minor editio Blawii, neſcio unde, & quo ſenſu.

149. *Imperet*] *Imperat* Farnes. & nonnulli alii, & ita Pulman. ed. Vicetin. & Parm. vid. ad Petron.

152. *Vernant in gramina rupes*] Efficaciora ad toxica germina montana, quod obſervatum eſt a Turneb. Lib. XVIII. cap. XII. & videtur conſentire Virgil. VII. Aened. 758.

Marſis quaeſitae in montibus herbae.

de herbarum vi in veneficiis, lege Plin. XXIV. cap. 2. qui Homerum citat. DEMPST. Haec inquinatiſſima erant, nam hactenus legitur,

——— *germine pollens*
Caucaſus, & Scythiae vernant in gramine rupes.

pro *germine*, *gramine* ſcripti omnes agnoſcunt prioris verſu, & recte, niſi quod Iſingrinianus & tres ex noſtris *carmine.* quam vocem poſteriori verſui reddendam exiſtimo, unde exciderat, legoque minima mutatione, *vernant in carmina*, id eſt in uſum carminum, in uſum magicum. Amat hos loquendi modos noſter. ut Conſ. Olybr. V. 122. dictum. Conſ. Manlii 319.

Velle laborantes in carmina concitat undas.

ubi de Organo hydraulico agit. infra hoc ipſo libro VS. 311.

Digitized by Google

Quas legit Medea ferox, & callida Circe.
Saepius horrendos Manes, sacrisque citavi

155. No-

Et qui cornipedes in pocula vulnera audax
Miſſagetes. hoc eſt in uſum poculorum. Lib. III. de Rapt. 26. *totae fremerent in pocula ripae.* Sidonius Panegyrico Aviti,

—— *flavis in pocula fracte Sycambris*
Rhene.

ſepes creſcit in praelia Idyllio Hyſtricis. IV. Conſ. Honor. 617. *in civem rubuere genae.* & vs. 622.

Auſi Danubrum quondam tranare Grutungi
In linires fregere nemus.

Lib. II. Rapt. 90. *omnis in herbas Turget humus.* Conſ. Olybr. 172. *Cornus in haſtam porrigitur.* & infra hoc libro vs. 167. *revinctos in glaciem fulvam latices* habemus. atque ita ſaepe. horum & plenus Statius & Apuleius, apud quem emenda in transcurſu locum male affectum Lib. VIII. Met. *Interea quidam jenex de ſummo colle proſpectat, quem circum capellas paſcentes opilionem eſſe profeſſione* (vel *ex profeſſo*, vulgati *profecto*) *clamabant. Eum rogavit unus ex noſtris, haberetne vaenui lac, vel adhuc liquidum, vel in caſeum recenter coagulatum.* Eleganter *lac in caſeum coagulari* dicitur. vulgo *in caſeum recentem incoactum. Incboatum* ſcripti codices & prima editio. Lib. IX. *miſceri in Venerem.* Statius Silv. Lib. I. II. 155. Epithalamio Stellae,

Excludunt radios ſilvis decuſſa vetuſtis
Frigora: perſpicui vivunt in murmura fontes.

ita opinor a manu Statiana eſſe. nunc legitur *in marmore*, quae ſcriptura minus elegans. *Vivere in Venerem frondes* pari modo Claudianus Nuptiis Honor. 65. ſic *motae in murmura voces* eidem Statio Lib. III. ad Claudiam uxorem,

—— *in procurrentia primis*
Carmina noſtra ſonis, motaſque in murmura voces
Aure rapis vigili.

Sciolus aliquis, qui ignorabat aurem vigilem poëtis pro attenta frequenter poni, illic loci reſinxit *totaque in carmine noctes*, quomodo nunc legitur, quaſi Statius totis noctibus nihil aliud egiſſet. Epicedio Glauciae vs. 105. *mutas murmure voces* habes. Theb. VI.

Audiit & vocis decerpſit murmura primae.

Epicedio Glauciae, *deſunt in munera flammae.* Theb. Lib. I. *paulum in verba minaſque Conſtantur.* Libro IV. *rejicitque canes in vultus biantes.* Libro V. *in ſolam patuerunt lumina noctem.* Libr. XI. *miſerae creſcunt in pabula fibrae.* atque ita ille paſſim. Sed ad rem. Plura qui cupit, adeat hoc loco Barthii curas ſecundas. Duplicem igitur Magiam tangit, alteram, quae herbis, alteram, quae incantationibus perficiebatur. utramque poëtae ut plurimum conjungunt. Lucenſis liber conjecturam meam confirmat; is enim *in gramina. Gramina* pro *carmina*, & vice verſa, frequenter ſcribi in antiquis membranis nemo neſcit. male etiam vulgo *Scythiae rupes* pro *Scythicae.* Lucenſem librum ſi audimus, priori verſu retinendum *germine.* ut per *germen Caucaſeum* aconiton intelligat ex Promethei cruore natum. Seneca Medea, v. 709.

Congeris in unum frugis infauſtae mala
Quae fert opertis byeme perpetua jugis
Sparſus cruore Caucaſus Prometbei.

HEINS. Omnia quae hic de praepoſitione *in* cumulant Barthius & Heinſius, docta & vera ſunt, & innumeris exemplis augeri poſſent, ut novis ditavit Cl. Markl. ad Stat. II. Silv. I. 104. ubi Heinſius etiam in ora codicis *motas etiam tum in murmura voces* adſcripſert eſſe legendum. quamquam de eo loco aliter cenſeam. iterum alia exempla adduxit vir doctus ad Stat. III. Silv. 5. v. 34. nec hoc magni laboris puto. Hic vero *vernant in gramina rupes* cum Barthio ſi legas, multo elegantius videtur. rupes enim hiemis faciem referunt in Scythia, quum nudae & nivibus obrutae ſint, ſed juſſu magarum induunt ſe in gramina magica, & ita veris ſpeciem referunt. *vernare* dicuntur loca quae producunt more veris gramina, flores &c. *vernant paſcua* in Apono noſter vs. 19. Flor. I. 16. *bis floribus vernat*, potuiſſet dicere *in flores vernat.* vide ad Ovid. X. Metam. 166. & ipſa *gramina vernare* dicuntur Calpurnio Ecl. V. 19.

Tunc etiam tato vernanti gramine ſilva
Pullat.

jam vero in rupibus Scythiae jubebant ſurgere herbas in uſum magicum, quas ſcopulis ipſis effodiebant. V. Val. Flacc. VII. 365. qui paulo ante *gramina nutrita tonitru* vocat, quae inter nives & pruinas naſcuntur, & ibi de Medea agitur. *letale* vero *germen* eſt aconitum, ut recte Heinſius, a quo Valerius Flaccus etiam *gramina* diſtinguit. *gramine pollens* Exc. Wolf. *& in gramine rupes* Vicetin. & Parm. quae & *Scythiae.* BURM.

153. *Legit Medea*] Medeae veneficia & furores notiſſimi ex Ovid. Lib. VII. Fab. 2. ex Seneca, Ovid. *καταστροφικὰ* Lib. II.

Non faciem, ut vivat amor, Medeides herbae.

Tibull. Lib. I. Eleg. 2.

Sola tenere malas Medeae dicitur herbas.

quibus locis moveor, ut errorem ex Propertio tollam, apud quem Lib. IV. Eleg. 7. depravate, ut puto, legitur: *Si te non tatum Chloridos herba regit.* repone *Colchidas*, id eſt Medeae. DEMPST.

154. *Horrendos manes*] *horrendos latices.* marg. *Ifingr.*

154.

Nocturnis Hecaten, & condita funera traxi
Carminibus victura meis; multosque canendo,
Quamvis Parcarum restarent fila, peremi.
Ire vagas quercus, & fulmen stare coëgi.
Versaque non prono curvavi flumina lapsu,
In fontes reditura suos. neu vana locutum
Me fortasse putes, mutatos cerne penates.
Dixerat: & niveae (mirum) coepere columnae
Ditari, subitoque trabes lucere metallo.
Illecebris capitur, nimiumque elatus avaro
Pascitur intuitu. sic Rex ad prima tumebat
Maeonius, pulchro quum verteret omnia tactu.

154. *Sacrisque litavi*] probabilior est MS. lectio *litatis*. Maro, *sacrisque litatis indulge hospitio*. qualem hic veneficam Claudianus, ejusdem modi etiam effinxere Tibullus Eleg. II. Lucanus Lib. VI. Apulejus de Asino Lib. I. & II. Petronius demum Arbiter, cujus versus multis a me locis veteris libri comparatione restitutos non pigebit adscribere.

Quidquid in orbe vides, paret mihi; florida tellus,
Cum volo, siccatis arescit languida succis.
Cum volo, fundat aquas scopulus atque arida saxa,
Niligenas jaculantur aquas: mihi Pontus inertes
Submittit fluctus, Zephirique tacentia ponunt
Ante meos sua flabra pedes, mihi flumina parent.
Hircanaeque tigres, & jussi stare Dracones.
Quid leviora loquor? Lunae descendit imago,
Carminibus deducta meis, trepidusque furentis
Flectere Phoebus equos revoluto cogitur orbe.
Tantum dicta valent, taurorum ut flamma quiescat
Virgineis extincta sacris. Phoebaeaque Circe
Carminibus magicis socios mutarit Ulyssis.

DELR. in veteri codice *citavi*. alias *litavi*, *litatis*. quae plane dissona, neque congrua. CLAVER. Loci hujus restitutio Claveriano codici debetur. vulgatum *litavi* colloquitur. Seneca Oedipo, ex fide optimarum membranarum, v. 568.

——— *fundit & Baccbum manu*
Laeva; canitque rursus, & terram intuens
Graviore manes voce & attonita ciat.

ubi *ciet* in vulgatis, etsi minimum refert. Isingr. & Lucens. *levavi*, quomodo & Priscianus pro diversa lectione. Bonon. a m. s. *vocavi*. prim. Vatic. *blando*, non male. alii quidam *litatis*. Forte *citatam*, ut ad *τὸ traxi* referatur. noster Lib. I. de Rap. 113. *patefactis ciebo Tartara*. Valer. Flacc. Lib. III. 520. *furias Ditemque ciebo*. ubi frustra movebo Carrionis liber. Barthius nova distinctione parum huic loco consulit. Idem Valerius Lib. VII. 313. *Noctis heram Ditemque ciens*. Virgil. IV. Aen. 490. *Nocturnosque ciet manes*. & Ecl. VIII, 98. *manes excire sepulchris*. Ammianus libro XXIX. *Pollentinianum tribunum iisdem dielus convictum confessumque, quod infernis manibus excitis de permutatione imperii consulere ausus est, abire jussit illaesum*. atque ita castigandum in Prudent. Apotheosi vs. 471. *Excitas video longe dispergier umbras*, ubi *Acciias* circumfertur. HEINS.

158. *Et fulmina stare coëgi*] sic Aldus & Isingr. Alii *flumina*. Lucensis, *fulmen*. vulgo *flamina*. Seneca Hercule Oetaeo, v. 470.

Et bruma messes videat, & cautum fugax
Stet deprehensum fulmen.

ita optimus codex, non *sit*. Naso Epist. VI. 87.

Illa refrenat aquas, obliquoque fulmina sistit.

quomodo illic scripti nonnulli. Barthius in hoc Claudiani loco vulgatam scripturam frustra tuetur. HEINS. adi notas ad Ovid. Epist. VI. 87. *fulmina stare* marg. Isingr. in textu *flamina*, ut & Colin. Aldus vero & Vicetin. *flumina stare*. & *flamina stare* Edit. Elzevir. an. 1650.

159. *Curvavi flumina lapsu*] *repressi flumina cursu*. Cod. Pulman. & marg. Isingr. & hoc defendi posset. *curvanti flumina lapsu* unus Barth. Claver. ed. etiam, *versaque non prono*.

160. *Neu*] *ne* Farnes. Voss. *locutam* Cod. Barth. & Edit. Vicetin.

164. *Nimiumque*] *nimium* Farnes. *elatus avorum* Exc. Wolf. a. m. pr.

165. *Pascitur intuitu*] Gyrald. & Lucens. *aspectu*. HEINS.

Rex Maeonius] Midas, nota res est. Phrygii enim, ut alibi Lib. II. in Eutrop. dicti post Maeona regem, Maeonii. DELR.

Sed poſtquam rapuiſſe dapes, fulvamque revinctos
In glaciem vidit latices; tum munus acerbum
Senſit, & inviſo votum damnavit in auro.
Ergo animi victus, Sequimur, quocumque vocabis,
Seu tu vir, ſeu Numen, ait: patriaque relicta
Eoas juſſu Furiae tendebat ad arces,
Inſtabilesque olim Symplegadas, & freta remis
Inclyta Theſſalicis; celſa qua Boſporus urbe
Splendet, & Odryſiis Aſiam diſterminat oris.
Ut longum permenſus iter, ductusque maligno
Stamine fatorum claram ſubrepſit in aulam,

Ad prima] Virgil. II. Georg. 134. ſpecie adverbii dixit: *Flos ad prima tenax.* quod aliud eſt opinor, hoc enim valde, illud primo ſignificat, quod Graece verteris εἰς πρῶτα. noſtrum vero εἰς τὰ πρῶτα. CLAVER.

Tumebat] *ruebat* Edit. Vicetin. *timebat* Cod. Barth.

166. *Pulchro tactu*] poteſt hoc tolerari, ſed vellem, ſi codices addicerent, libenter legere *ſtulto.* BURM.

167. *Fulvamque revinctos*] *flavamque* Leid. & Farnes. qui etiam *reductos* habebat, ut & Edd. Vicetin. & Parm.

169. *Inviſo votum damnavit in auro*] Scripti quidam *invito.* perperam. Ovid. de eodem Mida XI. Met. 130. *& inviſo meritus torquetur in auro.* HEINS. *inviſto* Leid.

170. *Ergo animi victus*] *animum* Pricaeanus. fruſtra. Virgil. II. Georg. 491.

Immemor heu, victusque animi reſpexit.

Adeantur quae bello Gildonico notamus vs. 281. HEINS. *tactus* Oxon.

Vocabis] tres *vocaris* pro *vocabis.* HEINS. *vocabis* Farnes. Oxon. & editi fere omnes. Idque rurſus revocari juſſit Heinſius. ſed Virgil. III. Ecl. 49. *veniam, quocumque vocaris.* BURM.

173. *Inſtabilesque*] Ante navigationem Argonautarum, teſtibus iis, qui Argonautica conſcripſerunt. DELR. *inſtabilesque diu* duo veteres. *inſtabilis* prim. Vatic. & tres alii HEINS.

174. *Inclyta*] *indita* Exc. Voſſ. Lov. quod evenit, quia librarii *cl.* & *d.* ut *clementia, dementia*, & ſimilia, permutare ſolent. BURM.

Ceſſa Boſporus urbe] Novae Romae deſcriptio. DELR. Boſporus a bovis meabili tranſitu ſic dictus, ut ait Plin. Lib. VI. cap. I. duplex erat, Cimmerius & Thracius; hic autem de poſteriore, qui Aſiam ab Europa ſejungit. Iſidor. de eo Lib. XIII. cap. XVI. & Petronius Satyr. *veneratus erat ſubmiſſa Boſporus unda.* noſter IV. in Eutrop. 28. *Othryſiae oras* ſunt Europa, nam Othrys mons eſt Theſſaliae, Lapitharum ſedes, Plin. Lib. IV. cap. 8. Valer. Flacc. Argon. Lib. I. 24. de Peſſa: *Ille Ombryn & Haemum, Atque imum felix verſabat vomere Olympum.* & alii. intelligit autem poëta Byzantium, ſeu Conſtantinopolim, non longe a Boſporo ſitum. DEMPST. *urbe* non *arce* ſcripti, & recte. nam *Eoas arces* ante dixerat. Ita II. in Eutrop. 28. *in geminas mutavit Boſporus urbes.* eadem diverſitas de Boſporo VI. Conſ. Hon. 81. mox *Odryſiis* pro *Otryſiis* lege. Odryſia, Thracia. Miror Barthium aliis ſcriptorum locis pariter mendoſis in medium prolatis corruptae ſcripturae patrocinari. vide Stephanum Byzantium in Ὄδρυσαι. inde enim *Odryſius* deducitur. *diſterminat* etiam pro *diſcriminat*, Moreti liber & Farneſianus, quod placet. Plinius Lib. XII. cap. 21. *Arabia Judaeam ab Aegypto diſterminat.* Lucan. Lib. I. 215.

——— *Gallica certus*
Limes ab Auſoniis diſterminat arva colonis.

Sic & *Tarteſſos diſternina* Silio Lib. V. HEINS. *urbe* Exc. Wolf. *determinat* Farnes. vid. VI. Conſ. Honor. 290. & ita variant codices apud Livium XXI. IV. 5. ſed *diſterminat* eſſe veram ſcripturam adparet ex Lucano Lib. IX. 957.

Non Aſiam brevioris aquae diſterminat uſquam
Fluctus ab Europa. quem imitatur noſter. vid. & Lucan. I. 216. *boris* Farn. Oxon. Leid. & Exc. Wolfii. *Odryſius* ab Odruſſis urbe, vel *Otbryſius* ab Othry monte an ſcribendum ſemper ſit, nondum ſatis conſtat. vid. ad Val. Flac. I. 25. *Ortbryſiis* Parm. Ald. & aliae. *Otbriſiis* multi codices. BURM.

175. *Aſiam*] Cujacius in Obſervationibus rara & exquiſita de hac ſeparatione Aſiae prodidit, quem conſule, id enim de te meretur. Euſtathii locum citat οἱ παλαιοὶ φασὶ ὅτι Ὀθρυάσιος ἐχώρισε τὴν θράκην ἀπ' Εὐρώπης. CLAVER.

176. *Permenſus*] *dimenſus.* Exc. Voſſ.

Ilicet ambitio naſci, diſcedere rectum;
Venum cuncta dari. profert arcana, clientes
Fallit, & ambitos a principe vendit honores.
Ingeminat crimen, commoti pectoris ignem
Nutrit, & exiguum ſtimulando vulnus acerbat.
Ac velut innumeros amnes accedere Nereus
Neſcit, & undantem quamvis hinc hauriat Hiſtrum,
Hinc bibat aeſtivum ſepteno gurgite Nilum,
Par ſemper ſimilisque manet. ſic fluctibus auri
Expleri ſitis iſta nequit. cuicumque monile
Contextum gemmis, aut praedia culta fuiſſent,
Rufino populandus erat. dominoque parabat
Exitium fecundus ager: metuenda colonis
Fer-

179. *Venum cuncta dari*] Haec plane confutat Pacatus. contra Zosimus ait, ſub Theodoſio omnis luxuriae genus ulnatim creviſſe, ita ut Provinciae & magiſtratus quaſi ſub haſta venirent. & ſolis argentariis ac nummulariis honorum janua ſe recluderet, palamque diceretur, pretium eſſe recuperandum. quod non miror. idem enim ſub Oct. Auguſto, optimo principe, uſu venit; quamvis Paulinus, vir nobilis, Apologiam adverſus ejuſmodi calumnias pro Theodoſio ediderit. Nil ſane turpius, quam nundinatio Magiſtratuum: illa iniquitatis principium & finis, illa omnium ſcelerum fons Juſtiniano dicitur. CLAVER.

Profert arcana] *Proferre* excerpta Medicea, ut legendus ſic totus locus videatur:

——— *proferre arcana, clientes*
Fallere, & ambitos a principe vendere honores.

ita ſaepe noſter hiſtoricorum exemplo. vò *ambitos* male in *indepso* Claverius mutavit. HEINS. *auditos* marg. Ingr.

181. *Commoti*] *quo moti* Oxon. *ignes* alius & unus Barthii.

182. *Stimulando vulnus acerbat*] codices nonnulli *cumulando*. HEINS. *fimulando* Oxon. hunc verſum ignorat Vicetin. Edit.

183. *Ac velut innumeros*] Cur mare, *omnia quo venuntur ex omni flumina parte*, ut Carus ait poëta, incrementum neſciat, ratio petenda ex Ariſtotelis *Μετεωρ.* libro II. cap. 2. DELR. *ac veluti* Farnes.

Nereus] Sic etiam Panegyris ad Maximianum Imperatorem, *Omnes aquas coelo & terris praebet Oceanus, ſemper tamen in motibus ſuis tenus eſt.* Ambroſius, *mare foenerator eſt, omnium patrimonia tanquam fluctus abſorbet.* vide Scaligeri ſenioris compenationes, & Ariſtotelis Meteora. CLAVER.

185. *Aeſtivum Nilum*] Nilus Aegyptum irrigaturus, primo vere, aut ſolſtitio autumnali excurrit, hyeme nunquam. Solin. cap. XXXV. Polyhiſt. Lucan. Lib. X. 210. noſter in carmine de Nilo princ. Tibull. Lib. I. Eleg. 7.

Fertilis aeſtivo Nilus abundat aqua.

Plin. Lib. XVIII. cap. 18. princ. *Septeno gurgite*, quod ſeptem oſtiis ſe in mare exoneret. noſter Epithal. Honor. & Mar. princ. *Septem deſpectans cornua Nili.* & de Phoenice vs. 100. *Oſtia nigrantis Nili ſeptena vaporat.* Solin. CXXXV. *Septem oſtiis conditur.* Senec. IV. Nat. Quaeſt. 2. *per ſeptem oſtia in mare emittitur.* Maro VI. Aeneid. *ſeptem geminum* vocat. at Plin. Lib. V. cap. 9. *multas* tantum *fauces* ponit. Strabo Lib. I. *ἑπτάστομ.* DEMPST.

Septeno gurgite Nilum] *Litore* Iſingrini codex, ut infra Lib. II. *ignotaque litora Nili.* de laud. Stil. *Nilique ad litora tendens.* pro *ſimilisque manet* praeter Lucenſem, & duos aut tres alios reliqui, *manet*, approbante Barthio. pro *expleri calor ille nequit*, Pricaeanus *ſitis iſta*. HEINS. Ut hic *litus* & *gurges*, ita *litus* & *aequor* confuſa Lib. II. in Rufin. 243. ſed Voſſ. etiam *ſitis*, quae meſſus convenit *fluctibus*. nec *fluctibus expleri* admodum *caleri* adeommodatum puto. Ovid. Remed. 533.

Explenda eſt ſitis iſta tibi, qua perditus ardes.

& 141. Triſt. XI. 57.

Ueque ſitim noſtro poſſis explere cruore.

& ita alii ſcriptores. ſed *explere calorem* quis dixerit neſcio. BURM.

187. *cuicumque*] *circumque* Exc. Wolf. 2 m. pr.

189. *Aut praedia culta fuiſſent*] Suidas ad verbum, voce Ῥυφῖνος. *καὶ πολὺς ἦν ἔχλῳ, τῶν ἐφεδρευόντων ἔ τι τινὶ χωρίον. ἐπάρχου πανουργίᾳ τι τὸ ὄνομα.* ubi & plura in hanc rem. HEINS.

189. *Parabat*] *ferebat* Ed. Vicetin.

Fertilitas. laribus pellit, detrudit avitis
Finibus, aut aufert vivis, aut occupat heres.
Congeſtae cumulantur opes, orbisque ruinas
Accipit una domus. populi ſervire coacti,
Plenaque privato ſuccumbunt oppida regno.
Quo, veſane, ruis? teneas utrumque licebit
Oceanum, laxet rutilos tibi Lydia fontes,
Jungantur ſolium Croeſi Cyrique tiara:
Numquam dives eris, numquam fatiabere quaeſtu.
Semper inops, quicumque cupit. contentus honeſto
Fabricius parvo ſpernebat munera Regum,
Sudabatque gravi Conſul Serranus aratro,

Et

191. *Pellit*] *vellit* Parm. male. vid. ad Ovid. XII. Ep. 135. *Puiſa domo ceſſi.*

Avitis] Pacatus, *non contenti avitis extitiſſe patrimoniis*, & reliqua. Sueton. Domit. XII. *confiſcabantur alieniſſimae haereditates.* CLAVER.

192. *Vivis*] *vivus* Farn. *unus* Leid. m. pr.

193. *Congeſtae*] *Conjectae* Voſſ.

Orbisque ruinas] Iſingr. & Patavin. *rapinas*. recte, niſi *ruinam* mavis. HEINS. Ego *ruinas* reduxi, nam ſi *rapinas* legis, ab injuſtis & rapacibus dominis, qui antea alios ſpoliaverant, ablata diceret, quod non ſolum invidiam & crimen minueret, ſed juſtitiae ſpeciem praeferret. *ruinae* vero *orbis* ſunt opes, quibus ita ſpoliatur, ut inde domus & familiae, quas ille exinanivit, cadant, & peſſumdentur. ſic *ruinae fortunarum* Cicer. I. Catil. 6. plura dabit Barthius ad Stat. I. Theb. 43. confundere vero has voces ſolitos librarios videbis apud Valer. Flacc. IV. 503. & Lucan. III. 167. apud quem libro X. 150.

Marte paratus opes mundi quaeſiſſe ruina.

ubi etiam alii *rapina*. & ita apud Senec. Epiſt. XIV. pro *rapina reipublicae* Muretus *ruinam* mavult. & noſter Lib. II. in Rufin. 206.

Numina Romanis necdum ſatiata ruinis.

& ita aliis in locis paſſim. BURM.

194. *Una domus*] Rufini domus erat quaſi ſpelunca latrocinii. Zoſimus eodem plane modo tradit, quidquid in Oriente divitiarum exſtitit, in Rufini domum confluxiſſe. Sueton. Domit. XII, *bona vivorum & mortuorum usquequaque, quolibet accuſatore & crimine corripiebantur.* CLAVER. pro *denus*, *manus* quatuor codices. quod placet. Lib. I. in Eutrop. 195. *nunc uberiore rapina Peccat in orbe malus.* HEINS. ita ſaepe variant codices. vid. ad Lucan. VI. 819.

198. *Jungantur*] *jungatur* Farnes. vid. ſupr. vs. 53.

Solium Croeſi Cyrique tiarae] Membranae Cyro *ſolium*, Croeſo *tiaras* tribuunt. mea quidem ſententia rectiſſime, nam ad illud Horatii Od. Lib. II. reſpexit, *Redditum Cyri ſolio Phraatem.* ſic ait Plutarchus Μῶδοις ἄρχοντα ἀνδράσιν καθίσαντες εἰς τὸν Κύρου θρόνον πάλιν Ἀλεξάνδρῳ. DELR. *Solium Croeſi* habent excuſi, quibus non repugnat vetus membrana. at vir doctus non putat Claudianum ita ſcripſiſſe, cum *Cyri ſolium* non *Croeſi* dicat Horatius, cum etiam Plutarchus Κύρου θρόνου habeat. ſed videbis Lib. I. in Eutrop. 213. *pollentem ſolio Croeſum.* CLAVER. Scripti *ſolium Cyri*, *Croeſique tiara*, vel *tiarae*. nihil muto, niſi quod *tiaras* malim. ut IV. Conſ. Honor. 215.

Barbarus Arſacio conſurgeret ore tiaras.

vulgatam in ceteris ſcripturam jure Barthius praefert. HEINS. vid. ad Valer. Flacc. VI. 700. *ſolium Tyri Croeſique thyrae* Vicetin. *Cyrrhi Craeſſique* Parm.

199. *Quaeſtu*] hic pro adquiſitione a *quaerendo*. ita Juſtin. IX. 8. *divitiarum quaeſtu quam cuſtodia ſollertior.* BURM.

200. *Quicumque*] amicus aliquis Barthii legebat *qui cuncta cupit.*

201. *Regum*] recte quidam *Regis*, Pyrrhi videlicet. DELR. & ita marg. Iſingr. *regnum* Parm. male Claverius diſtinguit, *contentus honeſto Fabricius, parvo s. m. r. Honeſtum parvum* debet conjungi. vide Barth. & pluribus, ſi vacaret, exemplis poſſet oſtendi, duo adjectiva poni, quorum unum vice ſubſtantivi fungitur. ſic Lucan. II. 389. de Catone, *rigidi ſervator honeſti.* Valer. Flacc. V. 499. *ſanctique potentia juſti.* ubi vide notas. BURM.

202. *Sudabat aratro*] ſummae divitiae Romanorum primitus in re ruſtica. Symmach. VII. Ep. 15. fin. Tullius pro Roſc. Amer. *Apud priſcos, ſummos viros, clariſſimosque homines in agris colendis plurimum operae datum, ut ex aratro plerumque accerſerentur, ut*

Con-

Digitized by Google

Et caſa pugnaces Curios anguſta tegebat.
Haec mihi paupertas auguſtior: haec mihi tecta
Culminibus majora tuis. tibi quaerit inanes
Luxuries nocitura cibos: mihi donat inemtas
Terra dapes. rapiunt Tyrios tibi vellera fucos,

Et

Conſules fierent. interque eos numerat *Serranum*, quem ſemen ſpargentem, qui miſſi erant, invenerunt. Valer Max. IV. cap. 4. 5. fuit vero C. Atilius Coſ. cum Cn. Cornelio, Bello Punico primo. Serv. ad illud Aeneid. VI. *vel te ſulco Serrane ſerentem*, cum omnes conſulem tantum volunt fuiſſe, Dictatorem appellat, ut noſter IV. Conſ. Honor. *Sordida Serranus flexit dictator aratra.* & ambigue Plinius XVIII. 3. *ſerentem invenerunt dati honores Serranum.* & ſorte Manil. IV. *eque ſuo dictator aratro.* niſi poſſet de Quintio Cincinnato ſumi, quem conſtat Dictaturam geſſiſſe delatam ſibi aranti. Senec. de Brevit. vit. cap. XVII. fin. addit Plinius loco citato *pleno pulveris ore.* Tullius Lib. II. de Finib. pr. *majores noſtri abduxerunt Cincinnatum ab aratro, ut Dictator eſſet.* Perſ. Sat. I. *Quum trepida ante boves Dictatorem induit uxor.* & noſter de Bell. Gildon. *Sufficerent Hetruſca mihi* (Romae) *Campanaque culta, Et Quinti Curiique ſeges.* DEMPST.

203. *Tegebat*] *tenebat* multi veteres ex noſtris cum Aldo & Iſingrino. HEINS. & ita Vicetin. Parm. & veteres, ſed Claver. Raph. & ſequentes *tegebat.* utrumque ſatis tueri ſe poteſt, ſed mihi *tegebat* cum Barthio praeplacet, quia majoris paupertatis indicium. ſufficiebat enim caſa, ut injurias aëris arcerent. & ita mox *tecta* opponit *culminibus.* & Ovid. V. Ep. 16.

Defenſa eſt humili cana pruina caſa.

& ipſe Heinſius in ora codicis ſui reduci voluit prioris editionis ſuae lectionem. ſic & Lib. III. Conſ. Hon. 77.

Ut Leo, quem fulvae matris ſpelunca tegebat.

apud Ovid. Remed. 663. *dominam lectica tenebat*, ubi melius *tegebat*, quia lectica erat tecta & clauſa. & ita ſaepe haec verba confuſa fuere. vid. & I. in Eutrop. 145. & ad Ovid. II. Met. 3. & apud Lucan. VI. 127. eadem varietas, & alibi. BURM.

204. *Haec mihi paupertas auguſtior*] *opulentior* Iſingr Lucenſ. Gyrald. Helmaeſtadienſis & Puteaneus. placet. *auguſtum* proprie ſanctum, quod hic locum non habet, etſi Barthio ſic volente. Auctor Panegyrici ad Piſonem:

Ipſaque poſſeſſo mens eſt opulentior auro.

HEINS. ita & Exc. Wolf ſed minime verosimile librarium, niſi ex praecedente *auguſta* formaverit, ex *opulentior* feciſſe *auguſtior.* quod aptiſſimum epithetum, & ſanctam paupertatem recte potuit dixiſſe. confer huic loco alterum in IV. Conſ. Honor. 410. & ſeqq. potuit & hic imitari Horatium, qui Lib. I. Epiſt. X. 32.

——— *fuge magna, licet ſub paupere tecto*
Reges, & regum vita praecurrere amicos. BURM.

207. *Tyrios tibi vellera fucos*] *Ibi* cum ſcriptis legendum, ut τῷ *hic* reſpondeat, quod ſequitur. ſic & infra *latas ibi perſtrepit aedes*, non *tibi. Fucos* etiam optime quatuor ſcripti agnoſcunt. *Tyrios fucos*, ut Ovid. Lib. VI. Met. 222.

Conſcendunt in equos, Tyrioque rubentia fuco
Terga premunt.

ſic omnino ſcribendum. plura illic. In Catalectis Pithoei, Lib. IV. p. 155.

Intertexta roſa Tyrii ſubtemina fuci
Involvit quoties nobile zona latus.

Lucanus etiam Lib. XI. 123.

Strata micant, Tyrio quorum pars maxima fuco
Cocta diu, virus non uno duxit aheno.

ita enim legendus, vel, ut in aliis ſcriptis, prior verſus,

Hic torus Aſſyrio cujus pars maxima fuco.

Nam & Aſſyria purpura in pretio. ſic Feſtus Avienus Phaenom.

Aſſyriumque bibunt nova vellera fucum.

& noſter de Raptu Lib. II. 96. *Aſſyriis ſpumis fucantur aheni.* & *Aſſyrium venenum* apud Virgil. II. Georg. Petronius,

Aſſyria concham laudabat miles in unda.

Virgilius Ciri,

Nec Libys Aſſyrio ſternetur lectulus aſtro.

in Culice,

Si non Aſſyrio fuerint bis lauta colore
Vellera. Aſſyrii ſucci unguentum Statio Theb. VI. Ovid. Lib. I. El. I. Triſt. *purpureum fucum* dixit,

Nec te purpureo velent vaccinia fuco.

ſic bene veteres libri, ubi vide quae notavimus. Sidonius Apollin. ad Majorianum:

Sic te purpureo recocta fuco
Multos purpura veſtiat per annos.

Roſeum fucum dixit Catull. nuptiis Pelei: *rubens* Seneca Hippol. V. 1045.

Longum rubenti ſpargitur fuco latus.

ubi

Et picturatae saturantur murice vestes:
Hic radiant flores, & prati viva voluptas
Ingenio variata suo. fulgentibus illic
Surgunt strata toris, hic mollis panditur herba,
Sollicitum curis non abruptura soporem.
Turba salutantum latas ibi perstrepit aedes.
Hic avium cantus, labentis murmura rivi.
Vivitur exiguo melius. natura beatis
Omnibus esse dedit, si quis cognoverit uti:
Haec si nota forent, frueremur simplice cultu:

Classica

ubi *fucum* tauro marino erudite dat. *Fucus* enim proprie herba marina, Graecis φύκος θαλάσσιον, teste Plinio. Petronius,

Quaesitus tellure nitor certaverat ostro.

Avienus Ora Maritima:

Adjicit & illud, plurimum inter gurgites
Exstare fucum, & saepe virgulti vice
Retinere puppim.

sanguineum Virg. Ciri v. 31.

Horrida sanguineo pinguntur praelia fuco.

sic enim scribendum puto, cum in antiquis editionibus sit *fucco*. unde *cocco* fecerunt. *Taenarium fucum* Val. Flac. Lib. I. 427. Statius Propemptico Metii Celeris, Lib. III. Sylv. 2. 139.

Quo pretiosa Tyros rubent, quo purpura fuco
Sidoniis iterata cadis.

sic scribendum jam alii, puto, viderunt. Hinc & *fucare*, pro quo *fuscare* saepe perperam legitur, ut dicemus ad Lib. II. de Rapt. vs. 96. HEINS. perpetua est horum vocabulorum *fuci* & *fuci* confusio, & aequo fere jure locum saepe tueri possunt. ego auctores & hoc & illo usos puto, nec iis invitis semper eamdem vocem obtrudendam, licet in hac re, ubi de purpura agitur, *fucos* praeferrem. eadem varietas apud Seren. Samon. cap. XLIII.

Purpura torretur conchylii perlita fuco.

rapiunt vero eleganter, pro quo alii *bibunt* solent uti. sed ita Seren. Samon. cap. XXI.

Aut pice cum molli, nitrum, sulphurque & acetum
Succida lana rapit.

simili fere modo dixit Lucanus IV. 629. *rapit cerida terra Suderem.* & IX. 924. *rapturi venenum.* BURM.

208. *Saturantur*] *signantur* Marg. Isingr. *vitiantur* Exc. Voss. sed *fasurari* in hac re proprium est verbum. vid. Gevart. Lect. Papin. I. 19. BURM.

211. *Strata*] *Structa* Vicetin. quod non temere est. eadem varietas apud Maronem I. Aeneid. 700. *strataque super discumbitur ostro.* ubi *structo* alii. & VII. Aeneid. 277. *instratos ostro alipedes*, ubi *instratos* alii codices. Lucan. IX. 841. *nam neque congestae struxere cubilia frondes.* BURM.

Panditur] *Frangitur* maluisse Schottum notaverat Heinsius.

212. *Abruptura*] *abraptura* Leid. *abrutura* Farnes. *rumpere somnos* obvium. vid. ad Lucan. VI. 769. BURM.

213. *Salutantum*] Ambitu, comitatu, & salutantium agminibus contenditur apud Tacitum, at in pectore amicus, non in atrio. *salve* aut *ave* matutinum est. *vale* vespertinum, ut probant Martialis & Suetonius. CLAVER. Salutatio Romana mane fiebat, convenientibus in atrio clientibus. Mart. IV. 8. de ritu hoc multa notavit Pontanus ad Virg. II. Georg. 461. *Mane salutantum totis vomit aedibus undam.* hoc tantum addiderim, Claudium Augustum S. C. cavisse, *ne salutantes domum ingrederentur.* Sueton. in ejus vita cap. XXV. at contra Vespasianus patente cubiculo clientes admittebat. Sueton. in eo cap. XXI. DEMPST. Claudius tantum milites domos Senatorum salutandi causa ingredi prohibuit, non omnes clientes. BURM.

214. *Labentis*] *lambentis* Farnes. m. pr.

215. *Vivitur exiguo melius*] Horat. II. Od. 16. *Vivitur parvo bene.* DELR. vide ad Virg. II. Georg. 472.

216. *Beatis*] *beatas* Oxon. Leid. vide ad Virgil. VI. Aeneid. 67. forte etiam sententia planior esset, si legeretur, *sed qui cognoverit uti*, non omnibus, sed illi, qui cognoverit uti, dedit natura. BURM.

217. *Frueremur*] *fruerentur* Farnes.

Simplice cultu] *victu* Oxonienses. probe. huc alludit & prim. Vaticanus, in quo *vultu*. *Victus* enim *verbo continentur, quae esui, potui, cultuique corporis, quaeque ad vivendum homini necessaria*, teste Ulpiano de Verb. Sign. Silius Lib. VIII. 315.

Tu campum noscas ante, exploresque trahendo
Quantum hostis victu valeat, quae copia rerum.

sic emendo, vulgo *quantum hostis vitae*. prima enim editio, *victus hostis*. liber Oxonienses *hostis victus*.

NOX

Claſſica non fremerent: non ſtridula fraxinus iret.
Non ventus quateret puppes, non machina muros.
Creſcebat ſcelerata ſitis, praedaeque recentis
Inceſtus flagrabat amor, nullusque petendi
Cogendive pudor. crebris perjuria nectit
Blanditiis: ſociat perituro foedere dextras.
Si ſemel e tantis poſcenti quisque negaſſet,
Effera praetumido quatebat corda furore.
Quae ſic Gaetuli jaculo percuſſa leaena

mox dicturus eſt *eget improbus arto Jam victu Libys.* ſequenti verſu *gemerent* pro *fremerent* Iſingr. & prim. Vatic. HEINS. *victu* firmant illa Virgil. III. Georg. 528.

Frondibus & victu paſcuntur ſimplicis herbae.

218. *Fremerent*] *gemerent* margo Iſingr.
Stridula] *Stridola* Farnes.
Non ventus] *nec ventus* Oxon.

219. *Machina*] vel baliſta vel aries, qui a Leone Imperatore in *τακτικῶν* libello eleganter deſcribitur. DELR. Virgil. II. Aeneid.

Aut haec in noſtros fabricata eſt machina muros.

221. *Inceſtus*] *incaſtus* Parm.

222. *Perjuria nectit Blanditiis*] ita Aldus & omnes ſcripti, uno Moreti excepto, in quo *nutrit.* vulgo *miſcet.* ſic apud Statium Theb. v. *quid longa malis exordia necto.* Lib. IX.

——— *Grajis*
Sidoniisque ſimul nectebat funera Mavors.

Lib. VIII.

Talia nectebant, ſubitoeum pigra tumultu
Expavit domus.

ita meliores ſcripti, non *jactabant.* Achilleidos I. 185.

Tum libare dapes Baccheaque munera Chiron
Orat, & attonitae varia oblectamina nectens,
Elicit extremo chelyn.

ita caſtigaram, quod in veteri codice deprehendiſſem, *attonitam varia oblectamina nectens*, cum vidi me praeventum Guſtu Statiano Gronovii noſtri. vulgo *attonitum varia oblectamine mulcens.* quod ferri non poteſt, cum *pectora mulcens* paulo ante praeceſſiſſet. ſic *nectere frondes* Silio, *nectere dolos* Livio, *nectere nefas* Valerio Flacco VII. 502. & ſimilia. HEINS. vid. Gronov. ad Liv. XXVII. 28. *nectit* etiam Exc. Wolf & edit. Vicetin. & Parm.

223. *Peritura*] Oxon. & Regius *perituras* non *peritura*, quod non diſplicet. neque aliter prim. Vaticanus a manu ſecunda. Verſum proxime ſequentem non inmerito ſuſpectum habet Barthius. Aut HEINS. ſed rectius *perituram foedus* dici puto, quam *dextras perituras.* illud enim vanum & irritum notat, & quod brevi frangetur. ita Stat. VI. Theb. 932. *periique Venturi promiſſa fides.* ubi vid. Barth. & quae nos ad Valer. Flacc. v. 526. adnotavimus. ſic *fides perit* Lucan. IX. 206. *perit pietas* II. 63. & id genus alia. BURM.

224. *Quisque*] hic pro quisquam, quicumque. vid. ad Sueton. Tib. LXV. Barthio hic verſus videtur corruptus. BURM.

225. *Praetumido*] *praenimio* Exc. Voſſ. *quaciabat* Leid. *membra furore* Exc. Wolf.

226. *Quae ſic Gaetuli jaculo*] *Gaetulo* legebam olim, nunc placet Bononienſis libri lectio *gentili. Getulis* Rottendorphianus. Juven. Sat. III. de Oronte, *gentilia tympana ſecum Vexit.* Senec. Herc. Fur.

Te ramus oleae fronde gentili tegat Theſeu.

populari Ovidius dixiſſet, ut Lib. VII. Met. de Cephalo: *ramumque ferens popularis olivae.* Gloſſae Stephani bene, *Gentilis, ἐμετρικός.* Nemeſianus Cynegetico,

Sit tibi praeterea ſonipes, Maurufica tellus
Quem mittit, modo ſit gentili ſanguine firmus.

Ammianus Libr. XVII. *Occuparunt latibula Sarmatarum, quos repentinus fefellit aſpectus, gentiles lembos & remigia conſpicantes. Gentile fretum* Statius Surrentino Pollii, & Hercule Surrentino, *videtque benigna Parthenope gentile ſacrum.* quia Graja Parthenope. *gentiles terrae* hominibus, reſpectu aequoris, Propemptico Metii Celeris: *Smyrna tibi gentile ſolum,* Pietate Etruſci. atque ita ille infinitis propemodum locis. Calpurnius Eclog. II. *non gentilia poma* vocat, quae *adoptiva* non uno loco Ovidius, hoc eſt inſitiva, & ex arbore, in qua naſcuntur, originem non ducentia;

Non minus arte mea mutabilis induit arbor.
Ignotas frondes, & non gentilia poma.

ita enim ſcribendum ex antiquis libris. vulgo *gemitalia.* illa Virgilii reſpexit,

Miraturque novas frondes & non ſua poma.

Aut Hyrcana premens raptorem bellua partus,
Aut ſerpens calcata furit? jurata Deorum
Majeſtas teritur: nusquam reverentia menſae,
Non conjux, non ipſe ſimul, non pignora caeſa

Suffi-

Imitatur Maximianus Eleg. prima, etſi diverſo ſenſu:

Sicut in auricomis pendentia plurimus hortis
Pervigil obſervat non ſua poma Draco.

quibus paria habes Anthol. Lib. I. cap. 20. in Caltinii Epigrammate:

Ὀθνείοις ὄζοισι μελίμηλος, ὦμφρα θάλλω.
Οὐκ ἐμὸν ἁμετέροις κλωσὶ φέρουσα βάρος.

loquitur pirus ſilveſtris. Idem Virg. Lib. VI.

Quale ſolet ſilvis brumali frigore viſcum
Frondе virere nova, quod non ſua ſeminat arbor.

adultera arbuſta Manilius vocat eleganter,

Atque arbuſta vagis eſſent quod adultera pomis.

ἐπεφύτευσαν δένδρα γενεαῖς Juliano Ep. XXIV. Ennodius Lib. I. carm. IX.

Inſeris externus peregrino in cespite plantas
Advena conjunctis ſociatur nexibus arbor,
Truncantur ſtirpes, demeſſum falce maritat
Virgultum, tenero lignum mordetur hiatu,
Germine nobilitas conſurgit non ſua parvo.

Sed redeamus in orbitam. HEINS. ſed *gentili* admitti poſſet, ſi Maura vel Gaetula Leaena diceretur. ſed quum ſimpliciter Leaena ponatur, & illa variis in orbis partibus reperiatur, quis *gentilis* intelligendus erit? adde quod *Hyrcana* ſequatur. *Gaetulo jaculo* poſſet defendi ex illis Horat. I. Od. 22. *non eget Mauris jaculis*. ſed auribus gratius eſt *Gaetuli jaculo*, ut etiam apud Horatium multi legunt *Mauri jaculis*. Cod. Med. hic *Gaetula*. Putean. *Gaetulum*. in Farneſ. codice erat ſpatium poſt *Quae fic*. BURM.

227. *Bellua*] Tigris, cujus, inquit alias, *Achemenio regi ludibria natos Avexit tremebundus eques*. &c. DELR. *Partbum* Gyrald. Lucens. prim. Vatic. & ſex alii. ſequor. Sidonius Apollinaris Lib. IX. Ep. 9. manifeſte hunc locum reſpexit: *Oſculo in fauces occupati latronis inſihui, humano loco, geſtu ferino, veluti ſi excuſſura quemcunque catulorum Parthi colla raptoris pede volatico tigris orbata ſuperemicet*. HEINS. *Bellua* Farnes. *partus* vero omnes editiones, ut ſit raptor catulorum intelligendus, & *partûs* genitivi caſus. BURM.

229. *Majeſtas*] *Majeſtas* proprie Deorum, quae Honore & Reverentia genita, Jovi adſidet cuſtos imperiorum, quod eleganter deſcripſit Ovidius V. Faſt. princ. & eſt Lex diſerta XXXII. § 4. ff. de Arbitr. In qua Dei amplitudo *majeſtas* exponitur. *jurata* vero, quod priſcis ſolemne eſſet per Deos jurare. hinc Plin. II. 7. *fulminantem in Capitolio Jovem pejerare*. quod non tantum de Romanis ſed & de aliis intellige. nam Athenienſes per Iſidem. Diodor. I. 2. fine. Thebani per Oſiridem. Horat. I. Ep. 17. fine. Siculi per Palicos. Macrob. V. 19. Lactant. in XII. Theb. *Siculisque licebit exorare Deos*. Serv. ad IX. Aeneid. 585. *placabilis ara Palici*. DEMPST.

Majeſtas teritur] Rufinum quaſi imminutae majeſtatis videtur accuſare. ſprevit enim Arcadium non ſolum, ſed & memoriam retro principum, qui Divorum loco poſt obitum habiti, quinimo Theodoſii viventis parum fuit reverens, quem tamen Athalaricus Gothorum rex Deum pronuntiavit. talem finxit Auguſtum Virgilius, cui *aras jurandas* olim poſuere; hic vero *jurata Majeſtas* forte indicat Rufinum fuiſſe Imperatoribus quaſi ſacramento obligatum, quod ſi Deos Ἀθανάτους malis, non repugno. CLAVER. *premitur* Exc. Voſſ. pro *teritur*.

Uſquam reverentia menſae] Hic menſa imperialis deſignatur, idem eſt *menſae regalis honor* apud Am. in veteri epitaphio magni illius Probi P. F. P. quod illuſtris hiſtoriae Eccleſ. ſcriptor a ſitu vindicavit. *Lautabare prius menſae regalis honore, Principis alloquio, Regis amicitia*. dicam plura in Eutrop. I. CLAVER. *nusquam* rectius libri aliquot, quam *nunquam*, quod Barthius vidit. poſt haec aliquid deeſſe ſuſpicor. non enim cohaerent, nec Claverii lectio quicquam juvat. HEINS.

230. *Non conjux*] Forſitan hic Fl. Eudoxiam innuit, quae Eutropii aſtu praeterita, ut ita dicam, Rufini filia, nupſit Arcadio; ſed quia hic liber velut ſub Theodoſio ſcriptus eſt, ideoque ante nuptias eorum, forte verius eſt uxorem & liberos Luciani Comitis a Rufino plumbatarum verberibus contuſi aut caeſi accipere, niſi malis de Fl. Promoto inſidiis Rufini interempto, Eudoxiae avo, id intelligi. CLAVER.

Pignora] in vet. codice ita legitur, quae lectio iis, quae ſupra attulimus, aptari queat; dixit vero eleganter negatione repetita: *Non conjux, non ipſa ſimul, non pignora caeſi*. ſic ſupra *Non Tartеſſiacis* & reliqua. ſic uſus Maſo & Auſon. Neque vero Rufinus uxorem ſuam aut liberos occidit; conſtat enim ipſo mortuo uxorem ejus & filiam metu poënae ad Eccleſiam profugas, inde navigaſſe Hieroſolimam, ubi vitae quod reliqui erat, exegere. quod vero *ipſe* in textu, non agnoſcit vetus liber, ſed

Digitized by Google

Sufficiunt odiis: non exſtinxiſſe propinquos,
Non notos egiſſe ſat eſt, exſcindere cives
Funditus, & nomen gentis delere laborat.
Nec celeri mittit leto: crudelibus ante
Suppliciis fruitur. cruciatus, vincla, tenebras
Dilato mucrone parat. pro ſaevior enſe
Parcendi rabies, conceſſaque vita dolori!
Mors adeone parum eſt? cauſſis fallacibus inſtat:
Arguit adtonitos ſe judice, cetera ſegnis,
Ad facinus velox; penitus regione remotas
Inpiger ire vias. non illum Sirius ardens,

Bru-

ſed *ipſe*. CLAVER. *non pignora caſi* prim. Vatic. pro *caeſa*. HEINS. *laeſa* Oxon. *caſi* Claver. *ipſe* vero eſt maritus, ut centies *ipſe* pro duce, principe. vid. ad Valer. Flacc. III. 150. & ita Virgilius, Lucanus & alii. BURM.

231. *Extinxiſſe*] *extendiſſe* Oxon. *non notis egiſſe*. Iſingr. forte *non notos necaſſe ſat eſt*, nam ſimpliciter ita *agere* pro in exigilium agere, ut Barthius, vel ut *agere* & *ferre* dicunt, durius eſt. BURM.

232. *Non notos*] *non notis* Marcilius in ora libri.

Extinguere cives] alii MS. *exſcindere*, quod non eſt deſpiciendum DELR. *extinxiſſe* jam praeceſſerat. Recte ergo Barthius cum Iſingrino *exſcindere*. atque ita Gyrald. Lucens. prim. Vatican. & Delrii codex. HEINS.

233. *Et nomen*] *& numen* Exc. Voſſ.

234. *Nec celeri mittit leto*] Gyrald. prim. Vatic. Iſingr. & edd. quaedam cum tribus aliis ſcriptis *celeri perimit leto*. nihil muto tamen. Ovid. II. Faſt.

Corpora non leto miſſa trecenta forent.

& Lib. V. *manus miſſuras Hectora leto* dixit. Statius Theb. VII. *quem fas dimittere leto*. poſtea *cruciatum* prim. Vatic. mox *retardet* quam *retardat* malo. HEINS. *Non celeri pereunt letho* Farnes. ſed vulgatam recte tuetur Heinſius. ita *demittere leto* Valer. Flacc. VII. 315. & Virg. II. Aeneid. 85. *demiſere neci*. Cicer. I. Tuſcul. *mittere ad mortem*. BURM.

237. *Parcendi rabies*] Dum ſe, ut iis parcat, mortem differre ſimulat, multo ſaevit crudelius, quam ſi ſubitò vi vitam evitaret, quemadmodum dixit vetus Tragoedus. male igitur quidam *portenti*. DELR. Ammianus: *nulla crudelior ſententia eſt ea quae parcere videtur*, ſic Valens Imp. eodem auctore, poenarum moras finiri cum morte aegre tulit, tunc ſcilicet mors erat ſolatio, vita ſupplicio. Eſt vero apud Senecam locus riſu ſimul & miſeratione dignus, de eo qui abſtinentia vitam finiit: Sejanus autem per indices hominem primo detulerat: *Quaerantur*, inquit, *mori Cordum, ut interpellarem quod coëgerant; magna res erat in quaeſtione: an mortis rei proderentur, hoc eſt, meo judicio, an accuſarentur mortis homines jam damnati.* quod erat contra omnem juris rationem eo praecipue ſaeculo, quo licebat, imo pulchrum erat, in ſe ipſum ſaevire, atque ut inedia ejusmodi eſt voluntaria, ſic etiam videtur laudi, quam crimini proprior, tunc vero ſingultibus ac dolore paulatim deficimus, fiuntque lachrymae cibus, ut Naſo elegan-ter extulit, cui *flere voluptas* eſt. CLAVER. *portenti* marg. Iſingr.

Conceſſaque vita dolori] ſupplicio. Arcadius & Honorius Augg. L. V. C. Juſtin. ad L. Juliam majeſtatis: *ſint poſtremo tales, ut his perpetua egeſtate ſordentibus, ſit & mors ſolatio, & vita ſupplicio.* DELR.

238. *Parum eſt*] *eſt* ignorat Pulman. Cod.

Cauſſis fallacibus] Haec in criminalibus judiciis valde ſunt periculoſa & immania, quod impulit Marcellinum, ut diceret: *Quaeſitoris iniquitatem omnibus eſſe criminibus graviorem.* Huic quodammodo adfine eſt illud Plinii Secundi de improbo & bipedum omnium nequiſſimo Regulo agentis: *Laqueis inſidioſae interrogationis me involverat, niſi mihi Deus aliquis adfuiſſet.* CLAVER. *fallentibus* Exc. Voſſ. ſic & II. de laud. Stilic. 173. variant libri. BURM.

239. *Se judice*] Haec referenda ad Tatianum & Proculum, damnatos a Rufino, docet Jac. Gothofr. ad Lib. IX. C. Theod. de Indulgent. Criminum. & Tatianum exulem intelligi mox vs. 249. BURM.

240. *Regione*] id eſt longe, intercedente multo ſpatio. ita Ovid. XII. Met. 41. *quamvis regionibus abſit*. Barthius *regione* exponit habitatione omni remotas ab omnibus terram colentibus. non tam late patere puto. *Typhoea* marg. Marcilii. BURM.

Brumave Riphaeo ſtridens Aquilone retardat;
Effera torquebant avidae praecordia curae,
Effugeret ne quis gladios, neu perderet ullum
Auguſto miſerante nefas. non flectitur annis;
Non aetate labat. juvenum rorantia colla
Ante patrum vultus ſtricta cecidere ſecuri.
Ibat grandaevus, nato moriente ſuperſtes,
Poſt trabeas exſul. quis prodere tanta relatu

Fu-

242. *Typhaeo ſtridens Aquilone*] emendatiſſimi libri *Riphaeo*. Aquilo flans a Septentrione in Riphaeis montibus, qui a *ῥιπίζω* dicti ſunt, plurimum dominatur. DELR. *ſtringens* Leid. & Pulm. Cod.

244. *Effugeret ne quis gladios*] *Gladius* & *ferrum* idem apud JCtos. L. nemo poteſt ff. de R. Jur. & qui ad ferrum damnatur, ad gladium damnari dicitur. Paulus Lib. V. Sentent. tit. 17. & *gladio puniri*, id eſt, capitali ſententia. L. aut damnum princ. ff. de Poenis. Salvian. Lib. VII. *gladio impudicitiam exercere*, quae verba ſunt L. quamvis 2. C. ad L. Jul. de Adulter. neque omiſerim ignominioſiorem & graviorem poenam ſecuris, leviorem, gladii. quare Caracalla, Papiniano ſecuri percuſſo, lictori dixit, *gladio meum juſſum exequi oportebat*. Spartianus in eo, & in Geta. vid. Juvenal. Sat. VIII. fine. & Serv. ad VI. Aeneid. *ſaevumque ſecuri Aſpice Torquatum*. DEMPST. *nequis* Farneſ. & *ne perderet* Oxon. Leid. *perderat* Farneſ.

245. *Auguſto miſerante*] Arcadio. DELR. Theodoſius erat bonus & clemens, ſed aliquando in pravum flexibilis aliena, ut ita dicam, ſponte. nimium enim credulus fuit Ruſino, eique favit in bonorum perniciem: quod non advertebat obtentu malitiae iſtius Buſiridis. hic tamen apparet Principis natura benignior, qui ſententiam Praefecti Praetorio venia, ſed nimium ſera, vel praeventa, voluerit. Zoſimus ad hanc rem clare & opportune ſcribit, Rufinum, ubi Conſulatum iniit, Tatiano per invidiam incubuiſſe, ita ut Proclum (ſive malis *Proculum* P. F. urbis Conſtantinopolis) filium ejus ſecuri percuti juberet nulla mora, ne locus eſſet veniae, quam procul dubio erat conceſſurus Imperator. CLAVER. *miſerande* Leid. *nec flectitur* Farneſ.

249. *Poſt trabeas exſul*] defunctus Conſulatu, cujus auratae trabeae erant ornamentum. DELR. O miſerum & miſerabilem ſenem Tatianum! qui filium ad mortem trahi viderit: hoc ſane fore non credebat divinus Ambroſius, qui ad Tatianum ita ſcribit: *Rufinus ex Mag. Officiorum factus eſt in Conſulatu P. F. P. ac per hoc plus poſſe coepit, ſed tibi jam nihil obeſſe*. quamvis autem Tatiani fama videatur vacillare in quibusdam locis Cod. Theod. tamen conſtat eum, cum eſſet Praefectus Praetorio, ex mandato Theodoſi maximi criminis reos perſequi potuiſſe. poſtea Arcadius & Honorius Impp. ediderunt, ne unius viri illuſtris tantum valeat temporalis offenſio, teterrimi judicis inimici, id eſt Ruſini infenſi Tatiano. Fuit vero Conſul cum Symmacho An. 391. Codex Theod. Gothica manu ſcriptus, ita praefert: *Have Tatiane k. nb.* vel etiam *Habe*, hoc eſt *Ave Tat. cariſſime nobis*. eſtque ſalutatio Imperatoris, ut Gratiani ad Auſonium, *Ave conſul ampliſſime*. CLAVER. Trabea veſtis regum Latii, ante Romam conditam. Pici, VII. Aeneid. *parvaque ſedebat Succinctus trabea*. poſtea a Romulo recepta, & ad alios transmiſſa. Iſidor. XIX. cap. 24. Ovid. I. Faſt.

Haec igitur vidit trabeati cura Quirini.

Plin. Lib. VIII. cap. 48. *Trabeis uſos accipio reges*. Tertio, equitum geſtamen. Valer. Max. Lib. II. cap. II. 2. Liv. dec. I. fine. Martial. Lib. V. Ep. 42. ideo equites *trabeata agmina dicta*, Stat. Lib. IV. Silv. 2. idem Lib. V. Silv. II. *neque ſanguine cretus Turmali, trabeaque Remi*. ſic enim legendum docuere viri docti. & de transvectione equitum, Perſ. Sat. III.

Cenſoremque tuum, quem tu, Trabeate, ſalutas.

quarto, Conſulum veſtis. Auſonius in Conſulatu ſuo: *Trabeam non magis auro ſuo, quam munere tuo ſplendidam*. noſter de tertio Honorii Conſulatu princ. Lib. II. de laud. Stil. *innumeras trabearum inſignia terras Certatim periere tibi*. Lib. I. in Eutrop. *flabella peroſi Aſpirant trabeis*. id eſt ad Conſulatum. adde aurum trabeis intertextum. Auſon. Epiſt. XXIII. ad Paulinum: *quas ſacra Quirini Purpura & auratus trabeae velavit amictus*. Idem in Protreptico ad Nepotem in fine, videtur confundere cum toga picta. de auro noſter de laudib. Stilich. Lib. II. *graves auro trabeas, inſigne Minervae Spirat opus*. adde & gemmas inſertas, ex noſtro de VI. Honorii Conſulatu:

Membraque gemmato trabeae viridantia cinctu.

DEMPST.

250.

Digitized by Google

250. Funera, quis caedes poſſit deflere nefandas?
Quid tale inmanes umquam geſſiſſe feruntur
Vel Sinis Iſthmiaca pinu, vel rupe profunda
Sciron, vel Phalaris tauro, vel carcere Sulla?
O mites Diomedis equi! Buſiridis arae
255. Clementes! jam Cinna pius, jam, Spartace, lenis
Rufino collatus eris. dejecerat omnes
Occultis odiis terror, tacitique ſepultos

Sus-

250. *Poſſit deflere*] *poſſit* olim editi. *numerare* Moreti ſecundus, ut Conſ. Olybr. 57.

252. *Vel Sinis Iſthmiaca pinu*] Lege non apud hunc modo ſcriptorem, verum etiam Propertium, Ovidium, Senecam poëtam *Sinis* non *Scinis*. Seneca philoſophus de Clementia Lib. II. *Nec interfecere contenti ſaeviunt, ut Sinis ille* (ſic ex veteri meo codice emendo, cum vulgo *Buſiris* legatur) *aut Procruſtes*. Fuit vero, ſi Plutarcho in Theſeo, & Pauſaniae in Corinthiacis credimus, latro Iſtmum Peloponeſi incolens, viatores incurvata pinu miſerabilem in modum enecare ſolitus. Scholiaſtes tamen Euripidis Sinim tradit viatores lectulo, quem ad eos uſus aſſervabat, dimetiri, & de pedibus, quicquid lectuli modum ſuperabat, praeſcindere ſolitum. in uno MS. legitur *Synon Iliaca pinu*, ut ad equum Durium, de quo Homerus Od. Δ. Euripides Troadibus, aliique multi, referatur: quod foret nimis longe petitum. nec amplius huic loco convenit vetus Germanica editio, quae *Cyclops hamata pinu*, de Polyphemo agens. DELR. Scinis arbores in terram vi premebat infixas, quibus impoſiti homines, brachiis arborum ſurſum nitentibus, crudeliſſime diſcerpebantur. Plutarch. Theſeo. Ovid. Lib. VII. Metam. Fab. 23. Senec. Hippolyt. Act. V. Scen. I. vs. 1164. *membra quis ſaevus Scinis, Aut quis Procruſtes ſparſit?* inmaniſſimis ergo Tyrannis ſaeviorem facit Rufinum, Scini, Scirone, Phalari, &c. de Sulla, Diomede, Buſiride, Cinna, & Spartaco, vulgata ſunt omnia & obvia. de Syllae etiam feritate multa Senec. Lib. V. de Benef. cap. XVI. & Lib. I. de Clement. cap. XII. Valer. Halic. Flor. & inter Poëtas Lucan. Lib. III.

Gnati maduere paterno Sanguine, &c.

Illud vero ſuperat fidem, quod non tantum in hoſtes ſaeviit, ſed & occiſorum filios e republica ſubmovit. Senec. Lib. II. de Ira cap. XXXIV. DEMPST. Magna hic variatio codicum, *Scinis* Iſingr. Pulm. & aliae. *Cyclops hamata pinu*, marg. Iſingr. *ſinix tunica* Farneſ. *Sinon tunica* vel *hamata* Excerpt. Voſſ. *Cyclops thimia* vel *trunca* Leidenſ. *Sinon Thimica* Oxon. duo Leid. Exc. Wolf. *Synis Iſtminia* Vicet. vide de Sini ad Ovid. VII. Met. 440. BURM.

252. *profunda*] *profanda* Leidenſis.

253. *Sciron*] Conſule, ſi lubet, Diodorum Lib. V. Pauſaniam in Attica, Plutarchum in Theſeo, & Ovid. Metam. VII. qui crudelia tetri latronis facinora recenſent. mendoſe idem MS. quem proxime citavi, *Chiron*. nam Chironis antra non fuerunt, inquit Papinius, *aequa nefandis Fratribus. hic hominum nullas experta cruores Spicula, nec truncae bellis genialibus orni. Aut conſanguineos fracti crateres in hoſtes; Sed pharetrae inſontes, & inania terga ferarum.* Pindarus illum idcirco vocat, *φῆρα σύντροφον νοον ἐχοντ' ἀνδρῶν φίλον.* & Ovid. V. Faſt. *juſtum ſenem* vocat. DELR. vide ad eumdem Ovidii Librum vs. 444. *Chiron* Oxon. Leid. Farneſ.

255. *Spartace*] *Parthace* Leid. duo. *Parthare* Oxon. *Partace* Leid.

256. *Eris*] *erit* Iſingr. Ed. & Delr.

Dejecerat amens] ſic meliores libri praeter primum Vaticanum, non *omnes*, quod gloſſema. *amentem metum* ſimili modo Lucanus Lib. I. dixit. Paulo ante Mediceus unus eleganter:

O mites Diomedis equos, Buſiridis aras.

HEINS. non potui apud Lucanum repeire *amentem metum*, ſed *amentem ambitione furorem* dixit Lib. X. 147. ſed hic ſervarem vulgatam; in Heinſii enim lectione, quae eſt & in Vicetin. Parm. & Colin. non adparet quos terror ille amens dejecerat. & ſollennis illa librariorum aberratio ſtatim non videtur adprehendi debere; ita & infr. Lib. I. de Laud. Stil. 247. *moverat omnes Maurorum populos*, ubi meliori ſpecie *moverat amens* legere licet, quia accuſativus ibi adjungitur verbo, & turba MSS. pro ea lectione pugnet. BURM.

257. *Tacitique ſepultos*] Ore concluſos, neque inde in auras prodeuntes. DELR. recte Delrio occultatos notat, ne prodeuntes perderent gementes. ita Cicero II. Tuſcul. 12. *aut mittenda igitur fortitudo eſt, aut ſepeliendus dolor.* ubi argutari mihi viſus eſt Cl. Bentlejus, qui capi debere pro auferendus & extinguendus putat, quum nihil notet, niſi occultandus, reprimendus. idem quod abſcondendus, ut hic *ſepulti gemitus* ſunt repreſſi & occulti. vid. ad Fragm. Petron. pag. 676. & ad Ovid. Remed. vs. 484. Idem ergo dicit Cicero, quod

Digitized by Google

Suſpirant gemitus, indignarique verentur.
At non magnanimi virtus Stilichonis eodem
Fracta metu: ſolus medio ſed turbine rerum
Contra lętiferos ričtus, contraque rapacem
Movit tela feram, volucris non praepete curſu
Vectus equi, non Pegaſeis adjutus habenis.
Hic cunctis optata quies, hic ſola pericli
Turris erat, clipeusque trucem projectus in hoſtem:
Hic profugis ſedes, adverſaque ſigna furori:
Servandis hic caſtra bonis. huc usque minatus
Haerebat, retroque fuga cedebat inerti.
Haud ſecus, hiberno tumidus quum vortice torrens

270. Saxa

alii, eſſe contemnendum dolorem, & ſepeliendum, ac ſi nullus eſſet. inepte Claverius *taciti gemitus indignantur ſepultos* & occiſos. vid. Barthium. *ſuſpirare* hic activa vi. vid. Broukh. ad Tibull. I. VII. 41. BURM.

Gemitus taciti] Pacatus de Tyrannide Maximi: *Serenas vultus mentibus nubilis inducebamus, ut illi, qui deguſtato Sardoum graminum ſucco in morte rident.* de genere hoc multa ſunt apud Tacitum, & infra Bello Gildon. eſt qui *gemitus ſepultos* dicat. CLAV.

259. *Virtus Stilichonis*] Hunc belli ducem toto orbe clariſſimum, cujus fidei commiſſus erat Oriens & Occidens, ex ultima Theodoſii voluntate, cujus ſub quaſi tutela juvenculi Impp. fuerant, multi in crimen vocavere, quaſi imperium ſuo vel filii nomine adfectarit. At D. Ambroſius, Paulinus & Prudentius honorifice ubique appellant, neque id ſenſiſſe de eo comperiuntur. Zoſimus, quoque, non futilis auctor, velut peracta cognitione, abſolvit. Oroſius vero, practenuis meriti homo, neque adeo Getis infenſus, cum Vandalorum doloſae gentis genere editum inter caetera objicit. Eunapius in ſua hiſtoria, teſte Photio, eundem miris modis exagitat, caeterique Graeculi. Rutilius, poëtaſter parvulus, natione Gallus, elegans alioquin & ſuavis, ea re videtur in ipſum invehi, praecipue, quod libros Sibyllinos Veneris marito donaverit, quod nihil eſt aliud, quam orthodoxam Stilichonis fidem criminari, non tamen adfirmare auſim ambitionis, quae ſplendidis & excelſis ingeniis contingit, fuiſſe expertem; ſed ei non defuere invidi aut calumniatores. plura alibi dicturus ſum. CLAVER.

260. *Solus medioque in*] ita Pariſ. Baſileenſ. & tres Lugdunenſes Manuſ. *medio ſeſe ſed.* vet. German. cum Vicetin. *ſeſe medio ſed.* nulli recte. reſtituo *medio ſolus ſed.* DELR. *medio ſolus ſed turbine rerum* Aldus & ſcripti quidam. prim. Vatic. *ſolus medio ſed* alii, *medio ſeſe.* primae editiones, *ſeſe medio ſed turbine.* Schedae Gudianae, *medio ſeſe ſed.* Lucenſis, *jolus medio de.* Gyrald. *ſeſe medio de.* legendum opinor, *ſolus medio qui turbine rerum.* Barthius vulgatam tuetur, niſi quod diſtinguit. poſt *rò metu.* mox *contra peſtiferos ričtus*, non *letiferos*, prim. Vatican. pro diverſa lectione. HEINS. *medio ſolusque in turbine.* Voſſ. *ſocius medio ſe turbine* Leid. *medio ſolus in turbine* Farneſ.

261. *Rapacem*] *ferocem* Oxon.

264. *Hic cunctis*] *haec cunctis.* & *haec ſola* Leid. duo Oxon. & Iſingr. *aptata quies* Claver.

265. *Porrectus*] *provectus* Farneſ. puto *projectus.* nam, niſi hoc ſeculo ita locutos velimus, aliter *porrigere clypeum* eſt tradere, ut *porrigere arma* &c. vid. ad Ovid. I. Faſt. 646. & vs. 593. *projicere* vero *clypeum* propria eſt locutio, quum adverſario eum objicimus. Liv. VII. 10. *Gallus, velut moles ſuperne imminens projecto laeva ſcuto in adventantis arma hoſtis.* ſic *projectus pes* in pugna, & ipſe, qui pugnat, *projectus.* de quo vid. ad Val. Flacc. IV. 268. ubi Barthius etiam *porrectus* pro *projectus* legere jubet. hinc προβολὴ pugilum. Cicer. XIII. ad Attic. 21. ſic *projecta loca* eminentia in mare & ſimilia obvia. & ita capiendus locus in Bell. Get. 75.

In latus obliquum projecit languidus Oſſam.

vid. Heinſ. ad Virgil. X. Aeneid. 587. BURM.

266. *Adverſaque ſigna furori*] Lucenſ. Oxon. & Ambroſianum unum ſecuti ſumus cum primo Vatic. vulgo *regna.* II. de Rapt. 256. dixit *ſigna Deis adverſa.* Puteanus *tela.* unus Petav. *adverſa haec ſigna.* ſed tunc legendum *hic.* ita Idyl. de Magnete,

Hoc dulces epulas, hoc pabula novit.

ita ſcripti, non *has epulas, haec pabula.* HEINS.

267. *Servandis*] *ſervandisque* Farneſ.

268. *Cedebat*] *tendebat* Farneſ.

269.

Digitized by Google

Saxa rotat, volvitque nemus, pontesque revellit.
Frangitur objectu scopuli; quaerensque meatum
Spumat, & illisa montem circumtonat unda.
Qua dignum te laude feram, qui paene ruenti
Lapsuroque tuos humeros objeceris orbi?
Te nobis, trepidae ceu sidus dulce carinae,
Ostendêre Dei, geminis quae lassa procellis
Tunditur, & victo trahitur jam caeca magistro.
Inachius rubro perhibetur in aequore Perseus
Neptuni domuisse pecus, sed tutior alis.
Te non penna vehit. rigida cum Gorgone Perseus:
Tu non vipereo defensus crine Medusae.
Illum vilis amor suspensae virginis egit;

Te

269. *Quum*] de hac voce hoc custodite, ut quum fuerit adverbium temporis, per *qu*, sive unum *u*, sive duo, scribatis; at si erit conjunctio per *c* scribi debeat, Victorinus inquit. DELR.

Vortice torrens] Ita scribendum, non *vertice*, monent Grammatici, nec aliter libri meliores. HEINS. saepe hoc jam monitum, licet *vertex* aut *vortex* scribatur, idem esse vocabulum, diversam vero scribendi formam. vid. Cl. Drakenb. ad Sil. III. 475. BURM.

270. *Volvitque nemus*] *vertitque nemus*, *pulsasque revellit* marg. Isingr.

272. *Illisa montem circumtonat unda*] *elisa montem circumtonat* pr. Vaticanus. cave *circumsonat* admittas, quod in multis veterum. mox *humeros subjeceris* Pricaeanus, non *objeceris*. HEINS. de *circumtonare* vid. de Nupt. Hon. 132. *illaesa* etiam Leid.

273. *Qua dignum*] *indignum* Exc. Wolf.

274. *Objeceris*] an *subjeceris*? ut Virg. II. Aen. 721. *latos humeros subjectaque colla* &c. BURM.

275. *Sidus dulce*] Castorum, quorum *simul alba nautis stella refulsit*, *defluit saxis agitatus humor*. DELR. *Sidus dulce* est Castor & Pollux, auspicium navigantibus desideratum, quod vulgatissimum est. at ego puto posse exponi de Helena, licet Solinus Polyhist. cap. IV. *perniciosissimum navigantibus sidus Helenes* vocet. & Plin. Lib. II. cap. 37. *diram ac minacem stellam*. quod ex iis observavit Natal. Com. Lib. VIII. cap. 9. tamen Euripides in Oreste contra sentit, cujus locum vide apud Muretum in Var. Lect. VI. cap. 12. σωτήριος ναυτίλοις, *salutaris nautis*. comparat ergo Rempublicam navi, ut Horat. Lib. II. Od. 14. Rutilum tempestati, Stilichonem Castoribus, aut Helenae. DEMPST.

276. *Geminis*] Fortasis undarum & venti. DELR. recte, & ita duo haec centies poëtae conjungunt *ventum & undam*. vid. ad Ovid. Ep. II. 35. & noster VI. Conf. Hon. 140.

Ludibrium pelagi vento jactatur & unda. BURM.

Quae lassa procellis] vulgo *lapsa*. unde *quassa* olim legebam. ut *quassae rates* apud Horatium, *Quassas eripiunt aequoribus rates*. & apud Statium, *blandamque quietem Intravit non quassa ratis*, utque passim poëtae. vid. & Bell. Gildon. 491. sic Epist. I. 37. *Rhodopeia culmina quassat*, scripti pro *lassat*. nunc quatuor scriptos sequor & Barthii conjecturam cum primo Vaticano. ipse tamen Barthius conjecturam hanc curis secundis videtur damnasse, cum ejus non meminerit. Statius Theb. I. 480.

—— *lassatisque diu tamen aura superstes*
Immoritur velis. HEINS. sic *fessam carinam* Ovid. XI. Metam. 531. vid. ad Virgil. I. Georg. 303. BURM.

278. *Inachius*] Inachi nepos. Fabulam eleganter doctis carminibus Manilius expressit, idem fecit Ovidius. id ipsum quoque duobus his eruditorum hominum judicio melius Jovianus Pontanus praestitit. DELR. *Inachius quondam*, Ald. Isingr. Gryph. & aliae.

279. *Pecus Neptuni*] Belluae, cui dicitur Andromeda exposita. ossa in urbem adportata ostendit inter reliqua miracula M. Scaurus Aedilis. CLAVER.

Sed tutior] *securior* Leidens. *set tucior* alter.

280. *Penna vehit*] *tegit* marg. Isingr.

281. *Vipereo*] *vipereae* Heins. in prioribus editionibus ex Tholosano codice. parum refert, nisi quod epitheton Medusae videtur additum, ut virgini, *suspensae*. BURM.

282. *Suspensae virginis*] Andromedis, seu, ut nonnullis placet, Jopes, quae non cum monstro marino esset exposita, sed demum interempto ceto, liberata, Persei conjux fuit. idcirco non lego

Te Romana ſalus. taceat ſuperata vetuſtas,
Herculeos conferre tuis jam deſinat actus.
Una Cleonaeum paſcebat ſilva leonem.
Arcadiae ſaltum vaſtabat dentibus unum
Saevus aper: tuque o, conpreſſa matre rebellis,
Non ultra Libyae fines, Antaee, nocebas:
Solaque fulmineo reſonabat Creta juvento,
Lernaeamque virens obſederat Hydra paludem.
Hoc monſtrum non una palus, non una tremebat
Inſula: ſed Latia quidquid ditione ſubactum
Vivit, & a primis Ganges horrebat Hiberis.
Hoc neque Geryones triplex, nec turbidus Orci
Janitor aequabunt, nec ſi concurrat in unum
Vis Hydrae, Scyllaeque fames, & flamma Chimaerae.
Certamen ſublime diu, ſed moribus impar
Vir-

conjugis. DELR. vid. Barth. qui docet non ineptam eſſe lectionem, cum *conjux* pro deſponſata ſaepe ponitur. vid. Broukh. ad Tibull. III. II. 4. BURM.

284. *Actus*] *altis* Leid. duo Farnes. ſed *actus* praefero. vid. I. de Laud. Stil. 14. & ad Ovid. VII. Met. 58. BURM.

287. *Tuque o*] *Tu quoque* Farnes.

Compreſſa matre rebellis] Raphelengius cum viro incomparabili *comprenſa.* nulla opus mutatione. poſt terram enim a ſe tactam preſſamque vires Antaeus recolligebat. obſtat praeterea membranarum auctoritas. HEINS. *rebellis*, qui iterum viribus reſumtis rebellabat. & ita de Acheloo Ovid. IX. Met. 81. *Tauro mutatus membra rebello.* ubi vide quae dixi. Idem Lib. XIII. 618. *parentali perituras morte rebellant.* BURM.

189. *Fulmineo*] Ignivomo, de quo legitur, *Fulmen ab ore venit, flammisque furentibus ardet Spiritus & terram non coeli flamma peruris, ſed flatus monſtri.* DELR. *flumineo* Leid.

291. *Tremebat*] *timebat* Oxon. *tenebat* Leid. Farnes.

292. *Subactum*] *ſub auctum* Farnes.

293. *A primis*] quotquot eum ſinum terrae incolunt, qui ab initio Orientis ad Occidentis usque finem porrigitur. DELR. acumen Barthii ego vanum eſſe puto, quum promiſcue ortum & occaſum, ordine ſaepe permututo, ponere auctores oſtendi ad Quintil. Lib. IX. cap. 4. p. 835. BURM.

294. *Hoc neque Gyrones*] non *Geryon*, recte Raphelengius, & confirmat primus Vaticanus, & prima editio. *Geryon* quidem bis Seneca dixit in Tragoediis, ſed ſecunda ſyllaba correpta. *aequabunt* etiam ex primo Vaticano aliisque nonnullis, non *aequabat* legendum. HEINS. *Gerion* Oxon. Leid. Farnes. & alii. *neque tu Gerion* unus Barthii. vid. ad Sueton. Tiber. XIV. *Orcbi* Farnes. *aequarint* etiam in ora Heinſius. *aequabant* Leid. & Oxon. *aequabit* Leid. Farn. *nec ſi conjuret* Leid. m. pr. forte non male. eadem variatio apud Lucan. II. 48. BURM.

296. *Vis Hydrae*] ideſt Hydra, Scylla, Chimaera, quod dicendi genus Latini a Graecis ſunt mutuati. DELR.

Scyllaeque fames] *canes* Regius & Oxon. placet. Nota de Scyllae canibus fabula, quorum meminiſſe plerumque poëtae ſolent, quoties Scyllae meminerunt. noſter Lib. I. in Eutrop. 294. *Scylla novos mirata canes.* Laude Serenae 21. *quot ſtagna Charybdis Armarit, quot Scylla canes.* Silius Lib. V. 136.

Scylla ſuper ſaevosque canum pandebat hiatus.

Lib. XIV. 475. *Scyllaei tacuere canes.* Ovid. IV. Faſt.

Et vos Scyllaei naufraga monſtra canes.

atque ita alii. HEINS. ſed quia *vis* & *flamma* legitur, aptius hic *fames* Scyllae, qua abſorbet omnia, retinetur. unde *vorax* dicitur Catullo in Nuptiis Pelei vs. 156. Ovid. in Ibi 387. ubi vide notas. qui & Ep. XII. 223.

Aut nos Scylla rapax canibus miſiſſet edendas.

Canes a Gloſſatore ſunt, quibus ſuccinctam fingunt Scyllam, & qui vorant & rapiunt omnia; ſed & ore terribili voracem Scyllam finxiſſe docet Broukhus. ad Tibull. IV. I. 74. *Sicaeque fames* Vicetin. BURM.

297. *Sed moribus impar Virtutum ſceleriumque fuit*] Tres ſcripti *motibus*. quod Barthius amplexus eſt. nil muto. *mores invidiae* apud Martialem. *mores aequoris*, de quibus erudite Gronovius Diatribes Statianae cap. XXIX. HEINS.

299.

Digitized by Google

Virtutum ſcelerumque fuit. jugulare minatur:
Tu prohibes. ditem ſpoliat: tu reddis egenti.
Eruit: inſtauras. accendit praelia: vincis.
Ac velut infecto morbus crudeſcere coelo
Incipiens, primos pecudum depaſcitur artus;
Mox populos-urbesque rapit, ventisque peruſtis
Corruptos Stygiam peſtem deſudat in amnes:
Sic avidus praedo jam non per ſingula ſaevit,
Sed ſceptris inferre minas, omnique peremto
Milite, Romanas ardet poſternere vires.
Jam gentes Hiſtrumque movet, Scythiamque receptat
Auxilio, traditque ſuas hoſtilibus armis

Re-

299. *Ditem ſpoliat*] *vilem ſpoliat* Exc. Wolf.

302. *Incipiens*] *impatiens* Leid. quod blandiebatur Heinſio. ita Lib. II. 253. *impatiens remeare Leo.* Silius VI. 254. *impatiens dare terga.* I. de Rapt. 35. *impatiens neſcire torum.* Lucan. VIII. 578. *Hoc magis impatiens egreſſo deeſſe marito.* & IX. 371. *impatiens virtus haerere Catonis.* in quibus pro re paullum alius ſenſus eſt, ſed ſemper notat vim, ardorem, & morae impatientiam. certe a librario vix poſſe proficiſci videtur *impatiens crudeſcere.* ergo eſt hic celeriter incrudeſcens, magna vi properans & creſcens. BURM.

Primos pecudum depaſcitur artus] Ita meliores ſcripti, non *primo.* Lib. I. in Eutrop. *rebus Eois Exitium primoque ſibi produxit.* Lib. II. in Stilic. 110. *primam ſcelerum matrem trudis Avaritiam.* ſic utroque loco legendum cum membranis. Virgil. VI. 812. *primam qui legibus urbem Fundabit.* ita citant Grammatici, & Spartianus in vita Hadriani, non *primus.* nec aliter illic optimus Mediceus. Silius Lib. X.

Jam maris ac terras primamque invaſerat urbem.

Cicero Philipp. II. *ut eum primum nominem ex illius temporis conſularibus.* non *primo*; optimae membranae. HEINS. *primes* Exc. Wolf. Edd. Vicetin. & Parm. vid. ad Ovid. VII. Ep. 189. & loca plurima poſſent cumulari, ubi ſimilis eſt variatio. vid. & Gronov. ad Liv. VI. II. & ad Ovidium centies nos notavimus. BURM.

303. *Ventisque peruſtis*] *Venisque* excerpta Pomponii Laeti, quale mendum ex Naſone ſuſtulimus Met. VII. 557. hoc loco tamen nil mutari placet. HEINS. *membrisque* Edd. Vicet. & Colin.

304. *Deſudat*] Exemplaria vel ſic, vel *infudat*, vel *defundit*, vel *diffundit*. DELR. *diffudit* Farnes. alii varie. *diffundit in annes* Vicetin. Ald. Colin. *in annes*, aut *annas* Cod. Barth.

305. *Jam non*] *non jam* Oxon. *jam nunc* Leid. Farnes. *per ſecula* Oxon. vid. Gigantom. vs. 58.

306. *Sceptris*] *ceptis* Leid. & *ſceperis* Farn.

307. *Ardet poſternere vires*] Sic ſcripti omnes, non *audet.* Statius, *ſternere ferre domos ardent.* amat valde noſter id verbum. II. de Laud. Stilic. 21. de leonibus, *alacres ardent cum ſternere tauros.* ſic *calent proſternere* de leonibus in ſimili comparatione Epiſtola deprecatoria ad Hadrianum v. 29.

Quae ſtraviſſe calent, eadem proſtrata reliquunt.

ita enim illic loci monebitur in optimis membranis exſtare. *flagrant elidere*, Lib. II. in Rufin. 433. praeeuntibus priſcis exemplaribus caſtigavi. Silius IV. 362.

Marte probare genus factisque Lacona parentem Ardebant.

noſter libro proximo, *Illyricis ardet ſuccurrere damnis.* apud Virgil. Lib. XI. Aeneid. 895. *primaeque mori pro moenibus ardent.* ita optimae membranae, cum pari modo *audent* illic etiam loci in vulgatis libris circumferatur. HEINS. *ardet* & *audet* confuderunt & librarii in Statio v. Th. 441. & apud Virg. VI. 95. & ſaepe apud alios. ſed *ardent* hic retinendum. ita Bell. Get. 591. *ſuſpectam nobis impenſius arſit Vel leto purgare fidem.* & ita ſaepe noſter, & Statius paſſim. BURM.

308. *Jam gentes*] qua de re dicetur poſtea. DRAK. *Jamque Getas* Gyrald. & Lucens. cum Pricaeano & Laeti excerptis. & pro *receptat*, nonnulli *retentat.* nihil muta. Laudib. Serenae 58. *gentes quas foedere Roma recepit.* HEINS. *nam gentes* Oxon. m. s. *Iſtrumque monet* Leid. *Thraciamque* Farnes. *retemptat* Exc. Wolf. *receptat* eſt hoſpitio recipit, ut latrones receptare, & ſimilia. ita Rhenus *receptator boſtium* apud Flor. III. 10. Cicero pro Milone 19. *latronum occultator & receptator.* & in mala partem ſumi ex Terentio & aliis adparet. unde Titulus in Pandectis *de Receptatoribus*, qui & *Receptores*, ad quem vide Ictos. ſic Terentius in Adelp. v. 3. *cur recipis malum.* Liv. XXXIX. 17. *ne quis reciperet, celaret, ope ulla juvaret.* BURM.

Digitized by Google

Reliquias. mixtis deſcendit Sarmata Dacis.
Et qui cornipedes in pocula vulnerat audax
Maſſagetes, caeſamque bibens Maeotin Alanus,
Membraque qui ferro gaudet pinxiſſe Gelonus,
Rufino collecta manus. vetat ille domari,
Innectitque moras, & congrua tempora differt.
Nam tua quum Geticas ſtraviſſet dextra catervas,

Ulta

310. *Mixtis Dacis*] Daci, populi Septentrionales, Gothis vicini. Iſid. Lib. XXIV. cap. 4. ſub Arcadio & Honorio Auguſtis parebant Romanis, tamen ſub Auguſto nondum victi. II. Georg.

Aut conjurato deſcendens Dacus ab Iſtro.

quare & idem Auguſtus expeditionem in Dacos meditatus eſt. Sueton. in eo cap. 8. Flor. Lib. IV. 12. Iidem aut rebelles ſub Nerone, aut nondum ſubacti. Senec. Thyeſte Act. III. in Choro, & qui ſub eodem ſcripſit Senec. Epiſt. LXXI. in fin. ut *bellicoſos* eos celebrat. neque enim puto *Dabas* legendum. & in Praefat. ad Lib. I. Natur. Quaeſt. *ultra Iſtrum in Dacos non exeat.* eos non ſuperavit, ſed tentavit tantum Domitianus, licet aduletur Statius Lib. I. Theb. princ. *& conjurato dejectos vertice Dacos.* verum tamen a Trajano primum domitos, praeter hiſtoricos, noſter VI. Conſ. Honor.

Dacia bellipotens quum fregerit Ulpius arma.

deque his idem triumphavit. VI. Conſ. Honor.

Alta quod invectus ſtratis Capitolia Dacis. DEMPST.

311. *Qui cornipedes in pocula vulnerat*] Papin. Achilleide,

Lactea Maſſagetae veluti cum pocula fuſcant
Sanguine puniceo.

Simile de Concanis, qui Cantabriae ſunt, prodit Lyricus Poëta Carm. Lib. III. od. 4. & *luetum equino ſanguine Concanum.* quo loco Dion. Lambinus candide fatetur nihil ſe tale neque de Concanis neque Cantabris apud bonos ſcriptores inveniſſe. Silius tamen, mea opinione non contemnendus poëta, ſcripſit Lib. III. 361. *Et qui Meſſageten monſtrans feritate parentem, Cornipedis fuſa ſatiaris, Concane, vena.* DELR.

312. *Patriamque bibens Maeotin Alanus*] Quidam ſcripti, *patriumque bibens Maeotis Orontem*, ut Maeotides foeminas intelligat. quomodo apud Senecam Troad. *Tanaitis & Maeotis.* Sabinus Epiſt. II. 9.

Qui modo peltiferas fudit Maeotidas armis.

Sed nihil illis cum Oronte. proba igitur vulgata lectio. at Lucenſis liber pro *patriamque, caeſamque.* optime. Statii illa reſpexit Theb. XII. 525.

Et triſtes ducuntur equi, truncaeque bipennes,
Queis nemora & ſolidam Maeotida caedere ſuetae.

ſolidam, glacie concretam. Noſter infra Lib. II. 26. *per terga ferocis Danubii ſolidata ruunt. frangere* Lib. II. de Rap. 65. dixit, ut hic *caedere*,

——— *ſeu forte rigentem*
Thermodontiaca Tanain fregere bipenni.

Sidonius Panegyrico Majoriani *Ligerimque bipenni Excijum per fruſta bibit.* Idem Panegyrico Aviti, *flavis in pocula fracte Sicambris Rhene tumens.* ſic & apud Statium Protreptico Criſpini, *Rheni fracta natabis Flumina.* Ceterum pro *Maeotin*, *Maeotida* corrigendum vel ſine libris, auctoritate Statii. nam *Maeotin* Graecum non eſt. Scripſerat librarius *Maeotidalanus.* cum τὸ *a* geminare debuiſſet. hinc *Maeotin* mox factum, mutato *d* in *n*. qui frequens error. Sic apud Valer. Flaccum Lib. VIII. prope finem, peccatum,

——— *qualem Ogygias cum tollit in arces*
Bacchus, & Aoniis illidit tympana truncis.

locum accuratius perpendenti facile apparebit, nihil eſſe, ad quod τὸ *qualem* referatur. Pro *tympana* igitur veterrimus Vaticanus, ſed mendoſe admodum ſcriptus, *tiana.* unde facilis correctio *Thyada.* Ex quarto Virgilii comparationem hauſit,

——— *qualis commotis excita ſacris*
Thyas, ubi audito ſtimulant trieterica Baccho.

HEINS. *Moeotin* Oxon. Leid. *Maeotis Orontem*, Vicetin. & Parm. vide de hoc potu glaciatae aquae vel vini ad Ovid. III. Triſt. X. 29. & infra II. in Eutrop. 414. *patriumque bibens Maeotin Alanus* multi ſcripti, ut & Exc. Wolf. & edit. Ald. *Maeotida* in ſolis Heinſii editionibus reperi. BURM.

313. *Pinxiſſe*] *Punxiſſe* unus Barthii. male. de his notis, quas Thracibus etiam tribuunt, vid. ad Valer. Flac. II. 150. & 159. *ferro*, quo calido inurebant ſtigmata. BURM.

314. *Collecta*] Manuſ. unus, & vetus Germanica editio, *collata*, quod vereor recipere. DELR. *collata* Iſingrin. & decem ex noſtris. Lucan. I. 477.

Ipſum omne auxilium collataque ſigna ferentem,
Nec qualem meminere videm.

noſter Bello Gildonico 386.

Qui ſtetit, aequatur campo, collataque neſcit
Majeſtatem acies.

HEINS. perpetua eſt horum verborum permutatio in ſcriptis. vid. I. de Laud. Stilic. 35. Ovid. V. Faſt. 311. I. Triſt. IV. 31. & paſſim. *cum lata* marg. Iſingr. BURM.

316. *Geticas ſtraviſſet dextra catervas*] ſic Lucenſis. vulgo *dextera turmas.* infra Lib. II. 37. *Geticis*

Eu-

Digitized by Google

Ulta ducis ſocii letum, parsque una maneret
Debilior, facilisque capi: tunc inpius ille
Proditor imperii, conjuratusque Getarum
Diſtulit inſtantes, eluſo Principe, pugnas,
Hunnorum laturus opem: quos adſore bello
Norat, & inviſis mox ſe conjungere caſtris.
Eſt genus extremos Scythiae vergentis in ortus
Trans gelidum Tanaïn: quo non deformius ullum
Arctos alit. turpes habitus, obſcaenaque viſu

Cor-

Europa catervis Ludibria praedaeque datur. in Epigramm. XXVII. 9.

Sic Geticas ultrix feriat rhomphaea catervas.

Vegetius Rei militaris Lib. II. cap. II. *Galli atque Celtiberi, pluresque barbarae nationes, catervis utebantur in proelio, in quibus erant ſena millia armatorum.* HEINS. *traxiſſet* Oxon. m. pr.

317. *Uita ducis ſocii*] hujus, dicam quod res eſt, nomen me latet, indicanti maximas habebo gratias. DELR. non alius fuit ille ſocius Stilichonis, quam Promotus, vir trabeatus & triumphalis; qui cum Rufino, coram inſolescenti, colaphum infregiſſet, ejus dolo ac inſidiis expeditione militari ſuſcepta a barbaris (quaſi data ab eo teſſera) miſere occiſus eſt. quod poſtea ultus Stilicho, multa Getarum millia retulit inferias. Fuit autem Conſul cum Timaſio anno 389. Inter caetera fudit immanem Regem Gothunnorum, nomine Odotheum, qui Danubium mille navibus paene trajecerat. ab hoc dicuntur *Promotiana oſtrea* apud Auſonium, quod Elias interpres non intellexit, imo eruditus ille notarum ſcriptor hunc locum non aſſequitur. vide Symmachi Epiſtolas. CLAVER. *vita ducis* Exc. Wolf. a m. pr.

318. *Impius ille proditor*] *proditor ille impius* Oxon. Leid. Pulman. ni Codd. Exc. Wolf. & margo Morini. edd. Ald. & Colin.

319. *Conjuratus Getarum*] nota genus loquendi. DELR. Rufinus, quo ſe Imperatori utilem neceſſario, vel potius formidabilem redderet, gentem illam foedere tacito demeruit. Getarum itaque dux fuit Alarichus, quem cum ſuis fautoribus execratur ac devovet Sardianus, aitque a pullatis hominibus ſive ſolitariis accerſitum, & vero quidam auctores Geticae, ut ita loquar, factionis eum a pietate & fido Imp. obſequio laudant. At Divus Ambroſius Gothos ubique juſto adoritur convicio, eorumque Eccleſiam plauſtro vehi acriter quidem, ſed facete pronuntiat, aitque in Propheta Gog intelligi Gothum, quod non viſum eſt Hieronymo, neque Auguſtino, viris ſanctis. CLAVER.

321. *Hunnorum laturus opem*] alias *ablaturus*, quod eſt gloſſema ſatis ineptum, hic enim idem quod conſecuturus. de hac proditione Infra de Bello Get. & Paneg. I. Stil. ſane proditoribus ita infenſus eſt Plato, ut iis dari judices praecipiat, qui & ſacrilegis. deſcribit vero Claudianus Hunnorum gentem ſatis eleganter. de his vide Hiſtoriam Miſcellam. CLAVER. *Hunnorum laturus opem* meliores conſtanter. quidam *ablaturus*, vel *allaturus*, quos nollem audiiſſet Barthius. nam *ferre* & pro *auferre* & pro *afferre* frequenter ponitur. HEINS. *opes* Farnes. qui & *quos* ignorat. *allaturus* Exc. Wolfii.

Adſore] ſequitur *conjungere.* vid. ad Lib. II. de Laud. Stilic. 7.

322. *Conjungere caſtris*] *dextris* Moreti prior. quomodo & infra Lib. II. milites vocat, *tradiſne tuas, dux optime, dextras*? ſed τὸ *dextra* paulo ante praeceſſerat. HEINS.

323. *Genus*] *gens* Oxon. quae gloſſa eſt. *genus* enim centies pro gente. *in auſtros* Exc. Wolf. a m. pr.

324. *Quo non famoſius ullum*] ita ſcripti omnes, primo Vatic. & Pricaeano exceptis, qui *animoſius.* Mazarin. *violentius.* vulgo *deformius.* HEINS. illud *deformius* puto verum, cujus gloſſa eſt *famoſius.* ita ſupra v. 28. *concilium deforme.* Lib. II. 83. *deformes ritus.* vide ad Ovid. III. Amor. XIV. 6. ubi ſimilis variatio. vide & ad Sueton. Neron. cap. XLIX. BURM.

325. *Turpes habitus*] non *triſtes*, quatuor veterrimi. cur *turpes habitus*, addit cauſſam illis *frontemque ſecari Ludus.* ſic enim optime Lucenſis & primus Vaticanus cum Iſingriniano. alii multi ex melioribus *frontemque ſecare*, proxime verum. nonnulli cum vulgatis *fratresque necare* vel *fratremque ſecare.* noſter bell. Get. v. 586. de Alanis:

——— *reſciſſaque cunis*
Gloria foedati ſplendet jactantior oris.

quae illic vera lectio. ut nihil omnino cauſae ſit, cur hoc loco de genuina ſcriptura dubitet Barthius. Recte ergo *turpes habitus*, cum nihil aeque probroſum apud Romanos haberetur, quam facies ſtigmate notata. quae delatorum olim ac calumniatorum poena, & ſervis propria. notus ille barbarorum mos. HEINS.

Digitized by Google

Corpora; mens duro numquam ceſſura labori.
Praeda cibus, vitanda Ceres, frontemque ſecari
Ludus, & occiſos pulchrum jurare parentes.
Nec plus nubigenas duplex natura biformes
Cognatis aptavit equis. acerrima nullo
Ordine mobilitas, inſperatique recurſus.
Quos tamen inpavidus contra ſpumantis ad Hebri

Ten-

326. *Duro numquam ceſſura labori*] *dura* Farneſ. *dolori* Leid. Ald.

327. *Vitanda Ceres*] cum rapto vivant, nullam ſationis curam habent. DELR. ſuſpectum, latet nomen rudioris victus, quo loco frumenti alebantur.

Fratresque necare] vet. cod. unus *frontemque ſecare*. vet. German. *frontemque ſecari*. Vicetin. *fratresque ſecare*. ceteri *fratresque necare*. variae lectiones in medio ſunt, ſuum cuique judicium ſit. DELR. *Frontemque ſecari*, alias *ſecare*, & *fratesque necare*, quae non adeo reproba. hic vero *frontem* pro facie videtur accipere, ut alibi ſaepe. In ore igitur habent duas fiſtulas, quas mater naſcentibus facit. D. Ambroſius tradit Hunnos adeo aleae fuiſſe intentos, ut arma & vitam addicerent victoribus. ac repertum unum, qui ludo ſuperatus, morte imperata ſe exſolverit. CLAVER. *frontemque ſecare* Oxon. Exc. Wolf. Leid. Farneſ. Vicet. Parm. quod quidam habent *fratresque necare* vel *fratremque*, poſſet confirmari ex Lucano VII. 182. qui etiam fratres & patres jugulatos jungit. & ſupra 77. *patrius quem fuderis enſis, quem dederint fratres*. BURM.

328. *Ludus*] *Ludus erat*, formula loquendi nota Maroni IX. Aeneid. *flectere ludus equos*. Sidon. Apoll. Carm. II.

Ludus erat puero captas ex boſte ſagittas
Feſtina tractare manu.

& Carm. V. *Clypeoque rotare Ludus*. Carm. VII. *albentes niveo ſub pectore lunas Frangere ludus erat*. & ibidem, *falcem fulcare Britannum Ludus*. & noſtro de III. Conſ. Honor. 22. *regumque feroces Exuviae tibi ludus erant*. de laud. Seren. 146. *veterum tibi carmina vatum Ludus erant*. DEMPST.

Jurare parentes] Solenne jusjurandum concipiebatur per defunctorum umbras. Lucanus de Pompejo Lib. IX. *per quem numquam jurare pudebit*. Briſeis Achilli apud Ovidium Epiſt. III. 105.

Perque trium ſortes animas, mea numina, fratrum,
Qui bene pro patria, cum patriaque jacent.

& II. Faſt.

Perque tuos manes, qui mihi numen erant.

Stat. III. Theb. *noctis vaga numina* (aut *lumina*) *teſter. Et ſocium manes*. & V. Theb. *jam ponere manibus aras Conceſſum, & multum cineres jurare ſepultos*. qui ritus profluxit a Spartanis. ex Demoſthene Quintil. Lib. IX. cap. II. & exemplum notiſſimum exſtat apud Athenaeum Lib. XII. cap. 10. DEMPST. Non recte codices quidam pro *occiſos pulchrum jurare parentes* praeferunt *jugulare*. Per manes parentum jurare pulchrum iis, quos tamen ipſi occiderant. Alaricus bello Getico:

Non ita di Getici faxint manesque parentum.

apud Statium Theb. V. Lemniades de viris occiſis *jam ponere manibus aras Conceſſum & multum cineres jurare ſepultos*. Patres ſenio oppreſſos ac viribus defectos a liberis occiſos notum. qua de re capiendus & emendandus Valer. Flacc. Lib. VI. 286.

Aut mecum mediam, juvenes, agite, ite per urbem
Argicolamque manum, aut caris occumbite natis.

ſic recte veterrimus Vaticanus & Carrionis liber. quod ille non intellexit. vulgo, *aut claris occumbite factis*. ante dixerat vs. 125.

Magnanimis mos ductus avis, haud ſegnis mortis
Jura pati, caeſae ſed dextra occumbere prolis.

HEINS. *jutare parentes* Exc. Voſſ.

329. *Bimembres*] Alias *biformes* nullo ſenſu. vet. codici adſentit Maro: *Tu nubigenas invicte bimembres*. ſunt autem Centauri. CLAVER. Claverius *bimembres* ex ſuo libro. vulgo *biformes*. parum refert. IV. Conſ. Hon. 542. *non ipſi poterunt aequare bimembres*. HEINS. eadem varietas in ſcriptis apud Stat. II. Achil. 451. *atque ſuas ſolitus pacare biformes*. ubi alii codices *bimembres*. Silius III. 41. *bimembres* etiam dicit, & alii. vid. ad Ovid. II. Amor. XII. 19. *biformis* Edd. Vicetin. & Parm. BURM.

Cognatis equis] haec peritis equitandi belle conveniunt. de Hunnis idem Sidonius fere: *Forma quidem pediti media eſt, procera ſed exſtat, Si cernas equites, ſic longi ſaepe putantur; Mox praebet tergum ſonipes, cognata vocare Membra viris*. talis fuit Chiron equitandi peritiſſimus, unde fabula. CLAVER.

Mobilitas] *nobilitas* Vicetin. edit. vid. ſupr. vs. 90.

331. *Inſperatique*] *inſpiratique* Leid. m. prim. *infrenatique* Ambroſianus. ſed Heinſius vulgatam firmabat ex Lib. II. 372. *inſperatoque ſuprema Circuitu ſociare parant*. vid. ad Val. Flacc. I. 130. BURM.

332. *Impavidus*] *impavidos* Vicetin. Ald.

Hebri] *Ebri* Farnes.

333.

Tendis aquas, ſic ante tubas ferrumque precatus:
Mavors, nubifero ſeu tu procumbis in Haemo,
Seu te cana gelu Rhodope, ſeu remige Medo
Sollicitatus Athos, ſeu caligantia nigris
Ilicibus Pangaea tenent, accingere mecum,
Et Thracas defende tuos. ſi laetior adſit
Gloria, veſtita ſpoliis donabere quercu.
Audiit illa pater, ſcopulisque nivalibus Haemi
Surgit, & hortatur celeres clamore miniſtros.
Fer galeam, Bellona, mihi, nexusque rotarum

Ten-

333. *Tendis*] Fl. Stilico. DELR. *tendit* Leid. Edd. Ald. Iſing. Colin. Gryph. & aliae.

Ante tubas] antequam tubae occinerent, ferrumque expediretur. DELR. haec poëtae uſitata locutio, quam qui neſciebant, apud Juvenalem I. Sat. 168. credidere legendum: *Haec animante tuba*, pro *Haec, anima, ante tubas*. ut Propertius, *Surge, anima, ex tumili*. vide autem Sidonium, Claudiani ſimiam. CLAVER. pro *ferrumque precatus* quatuor veterrimi Iſingr. Gyrald. Lucens. prim. Vaticanus cum Puteaneo, *aciemque precatus*. vulgatam lectionem Statius tuetur Theb. VI. 147.

Primitias egomet lacrimarum & caedis acerbae
Ante tubas ferrumque tuli. HEINS. ita I. de laud. Stilic. 191.

Ante tubam nobis audax Germania ſervit.
Silius IX. 52.

Quamque fluunt arma ante tubas. BURM.

333. *Nubifero*] *piniſero* Ambros. ita ſaepe montes deſcribuntur. ut *piniſer Oſſa* Lucano Lib. I. 389. aliisque. vid. Heins. ad Sabin. Epiſt. Paridis V. 41. *in Hemo* Exc. Wolf.

334. *Medo*] ita quatuor vulgati, & ſic in unius manuſcripti margine adnotatum eſt, ut de Xerxis expeditione intelligas. ſic etiam Sidonius, *cui remige Medo turgida* &c. ille tamen MS. & ceteri in contextu *nudo*, quia remiges plerumque nudi brachia & humeros remigant. DELR. *remige nondum* unus Barthii. *Moedo* Ald. *nudo* Oxon. duo. Edit. Vicetin. Pulm. in uno Leidenſi erat gloſſa, *id eſt Perſe* pro *Xerxe*.

335. *Nigris ilicibus*] opacis. Virgil. de ramo aureo VI. Aen. 208.

Talis erat ſpecies auri frondentis opaca
Ilice,

vel *nigris*, quia Theophraſto teſte, ilices nigram medullam habent, ut ait Lib. I. de Hiſt. Plant. cap. IX. μελάνων δὲ πάντων (videlicet earum arborum φύτων, inter quas ilicem numeravit) καὶ ἡ δρῦς μελανόφλοιος. DELR. *nigris* eſt denſis, umbram facientibus. ita *nigros Erymanthi ſilvae* Horat. I. Od. 21. & *nigri colles Arcadiae* IV. Od. 12. & de ilicibus etiam Ovid. III. Faſt. 295.

Lucus Aventino ſuberat niger ilicis umbra. BURM.

337. *Thracas*] *Thrachas* Oxon. *Thrachos* Farnes.

338. *Quercu*] trophaeo. ſequitur, *qui me de morte trophaeis Ditat, & boſtiles ſuſpendit in arbore criſtas*. huic enim illud reſpondet. DELR.

339. *Illa*] *iſta* Farnes. *ſpeculisque nivalibus* Lovan. m. pr. *ſcopulisque* vel *ſcopulosis in vallibus* Exc. Voſſ. blanditur valde illud *ſpeculis*. ita apud Ovid. IV. Triſt. I. 75.

Nam dedit e ſpecula cuſtos ubi ſigna tumultus.

ubi etiam reperi in Codd. *e ſcopulo*. vid. ad IV. Met. 524. & infr. bell. Get. 570. *Hemi* Exc. Wolf. BURM.

340. *Hortatur celeres clamore miniſtros*] *celeri clamore* prim. Vatic. & Pomponii Laeti excerpta. HEINS. *celeres Sinone* Exc. Voſſ.

341. *Nexusque rotarum Tende, Pavor.*] Pavorem & Formidinem Martis famulos facit, Heſiodum ſecutus, cujus in Herculis Scuto haec ſunt: vs. 463. Τῷ δ' Φόβος καὶ Δεῖμος ἐύτροχον ἅρμα καὶ ἵππους Ἥλασαν εἰς ὑσμίνην, κατὰ ἀσπίδα χθιζοῖο ἐρυσθείς Ἐς δίφρον θέσαν πολυδαίδαλον. αἶψα δ' ἵππους Ἵππιος μαστίξε, ἰάνθη δὲ μαχηδὸν Ὄλυμπος. quos in Theogonia idem Martis & Veneris filios conſtituit. DELR. Currum Martis & famulos etiam deſcripſere Homerus Iliad. 14. qui δῖον, φόβον, ἔριδα, *terrorem, pavorem, contentionem* ponit. Et Maro VIII. Aeneid. 701.

——— *triſtesque ex aethere dirae,*
Et ſciſſa gaudens vadit Diſcordia palla.
Quam cum ſanguineo ſequitur Bellona flagello.

& Lib. XI.

——— *circumque atrae formidinis ora*
Irae, Inſidiaeque, Dei comitatus aguntur.

Stat. III. Theb. 424. ambitioſe,

——— *comum Furor Iraque criſtas,*
Frena miniſtrat equis Pavor armiger, ac vigil omni
Fama ſono. &c.

Digitized by Google

Tende, Pavor: frena rapidos, Formido, jugales.
Feſtinas urguete manus. meus ecce paratur
Ad bellum Stilichon, qui me de more tropaeis
Ditat, & hoſtiles ſuſpendit in arbore criſtas.
Communes ſemper litui, communia nobis
Signa canunt, junctoque ſequor tentoria curru.
Sic fatus campo inſiluit, lateque fugatas
Hinc Stilichon turmas, illinc Gradivus agebant,
Et clipeis & mole pares. ſtat caſſis utrique
Sidereis hirſuta jubis, loricaque curſu

Ae-

quae vileſcunt omnia ſi cum noſtro conferantur Lib. II. de laudib. Stilic. 371.

—— *currum Bellona cruentum*
Dirutis exuviis, tendentem ad ſidera quercum,
Praecedit laetusque Metus, cum fratre Pavore,
Barbara ferratis innectunt colla catenis,
Formido ingentem vibrat ſuccincta ſecurim.

DEMPST. vid. ad Valer. Flacc. II. 204. & III. 89. *nexuque* Vicetin. Ald. Iſingr. Gryph. & aliae. in Leidenſi ſuperſcriptum *falcesque*. Barthius paraxonium vel embolodeten intelligit, de quibus vide Scheffer. I. de Re Vehic. cap. 5. ſed cum clavus ille ſit, qui extremitati axis injicitur, ut rotas contineat, non video qua *tendi* ille poſſit. Schefferus vero diſtinguit inter clavum ſive obicem & ἐμβολοδίτην. fateor haec mihi non ſatis intelligi, niſi forte rotae inter ſe ligatae fuerint certo ligamento, & ut pro paribus rotarum haberent totidem axes, & illi inter ſe in quadrigis connecterentur. Sed haec peritioribus relinquo. BURM.

343. *Rapidos*] *trepidos* marg. Iſingr. *rapidos fraenet* Vicetin. Ald.

344. *Urguete*] *urgere* Vicetin. & *paratus*.

345. *Ad bellum Stilichon*] cum adſpiratione ubique ſcribendum id nomen, quomodo fere antiquae Inſcriptiones, quidquid Barthius obloquitur. Graecis Στιλιχών. male ergo Portus apud Suidam Στιλιχὸν reponi jubet. Scripti etiam nonnulli cum Pomponianis excerptis *Stilichon* tam hic, quam alibi, Graecorum more. quomodo etiam *Gilden* & *Aquilon* iidem non raro ſcribunt. Sequenti verſu *ditet* & *ſuſpendat*, non *ditat* & *ſuſpendit* legendum puto. Paulo ante *frena rapidos* pro *fraenet* duo Medicei: bene. ſuperiora confirmant. HEINS. *Stilichon* Exc. Wolf. *dictat* pro *ditat* Leid.

348. *Tentoria curru*] Sic quidam nonnulli vulgati, *tentoria curſu*. Vet. Lib. *veſtigia curſu*. Idem poſt aliquot, *multoque Megaera Luxuriata malo*. DELR. *veſtigia* Leid. *curſu* Oxon. duo. Farnes. & marg. Iſingr.

350. *Turbas illinc Gradivus agebat*] *Turmas agebant* omnes fere ſcripti. *ſequor*. approbavit & Barthius. HEINS. *Grandaevus* marg. Morini. *turbam* Exc. Wolf.

351. *Et mole*] *& honore* vel *amore* Exc. Voſſ. *& in ore* Farnes. & prim. Leid. ſed in altero Leid. erat gloſſa *mole*, *id eſt ſtatura*. recte. vid. Barth.

Utrique] *utrisque* Oxon. Leid.

352. *Hirſuta jubis*] Caſſides pellibus hirſutis ornabantur. docuit abunde Lipſius de Militia Rom. Silius Lib. III. *ore ferarum Et ritu horrificant galeas*. Propert. Lib. IV. El. XI.

Et galea hirſuta comta lupina juba.

Stat. IV. Theb. *Hic caſſide crines integit*. & Lib. VII.

Tela rudes trunci, galeae, vacua ora leonum.

ſed & pennis. noſter de VI. Conſ. Honor. 575.

Quod picturatas galeae Junonia criſtas
Ornet avis. DEMPST. *Jubas* prim. Vatic. ut fortaſſis a manu Claudiani ſit, *Sidereas hirſuta jubas*. HEINS. *hirſuta comis* Exc. Voſſ.

Loricaque curſu Aeſtuat] *curſum* Tholoſanus. eleganter. in primo Vaticano ſic etiam a manu prima videbatur fuiſſe. nam poſt τὸ *curſu* litera una fugiebat oculos eraſa. cum caſu quarto etiam id verbum Statius conjunxit Lib. I. Silv. 3. 8. *Piſaeumque domus non aeſtuat annum*. & Prudentius Hymno Laurentii, *quid ille fervens ambitu Sitimque honoris aeſtuans*. Sic vere antiquiſſimus Puteanorum codex ante mille & plures annos literis majuſculis Romanis ſcriptus, vulgo *Sitique*. Idem Cathem. Hymn. VII. 156.

Rex ipſe Coos aeſtuantem murices
Lenam revulſa diſſipabat fibula.

ubi male Torrentius, *Coo exaeſtuantem murice*. *aeſtuare aeſtum* in Lucretio non ſemel occurrit. noſter amat id loquendi genus. *fudore praelia*. *defudare peſtem*, *effluere decus*, *deſpumare armas* &c. HEINS. *loricaque curru* Leid. *extuat* Vicetin. Parm. & Ald. Haec ſi legiſſet vir doctiſſimus Marklandus, in Statii loco non repoſuiſſet, *Piſaeque domus non aeſtuat anno*. quum vulgata ſit ſaniſſima. ſenſus eſt, domum obumbra-

Digitized by Google

Aeſtuat, & largo ſatiatur vulnere cornus.
Acrior interea voto, multoque Megaera
Luxuriata malo, maeſtam deprendit in arce
Juſtitiam, diroque prior ſic ore laeceſſit.
En tibi priſca quies, revocataque ſecula rurſus,
Ut rebare, vigent. en noſtra potentia ceſſit.
Nec locus eſt usquam Furiis. huc lumina flecte.
Adſpice barbaricis jaceant quot moenia flammis,
Quas mihi Rufinus ſtrages, quantumque cruoris
Praebeat, & quantis epulentur caedibus hydri.
Linque homines, ſortemque meam: pete ſidera: notis
Autumni te redde plagis, qua vergit in Auſtrum
Signifer. aeſtivo ſedes vicina Leoni
Jam pridem, geminaeque vacant confinia Librae.

At-

bratam, arboribus & fontibus refrigeratam, non aeſtuare annum Piſaeum, id eſt, illum calorem, qui ſolet eſſe Piſis, cum ibi ludi celebrantur. eadem figura, qua dixit Horat. III. Od. 20. *Membin carentem Sithonia nive*, id eſt, frigore, quod ſolet eſſe in Thracia. nam notiſſimus ille mos Poëtarum e regionibus epitheta ſumere, ubi res quaedam ſunt praecipue celebratae, aut quaſi domicilium habent. ſic *Thraces venti* in genere dicuntur, vel etiam Aquilo, ut Horat. I. Od. 25. IV. 12. *Thraces equi*. & mille talia. vid. ad Lucan. VI. 222. & 287. ſic quia calor maximus in magno illo conventu hominum ad ludos Olympiacos ſentiebatur praecipue, eo tempore frigidiſſimam eſſe domum Vopiſci ait Poëta. ita *Pharius amnis* pro fertilitate Aegyptiaca Claudiano noſtro & aliis, qui *magnus amnis* Statio IV. Theb. 710. dicitur. & Lucan. III. 70. & innumera talia jam praecepta a viris doctis. BURM.

353. *Cornus*] *cornus*, vel *comus*, vel *currus* Oxon. *curris* etiam Leid. m. pr. *comus* alter Leid. & ed. Vicetin. *ſanguine cornus* Exc. Voſſ. ſolenni etiam varietate. vid. ad Lucan. IV. 274. BURM.

354. *Multoque Megaera Luxuriata malo*] non *multis malis* ſcripti, ſi primum Vaticanum & excerpta Pomponii excipis. *acrior* etiam *voti* pro *voto* corrigendum puto, quomodo ſaepe Claudianus. Exempla ex aliis ſcriptoribus congeſſit nonnulla Barthius ad v. 377. hujus libri. HEINS. *multoque malo* Exc. Wolf. *cultuque Megaera* marg. Morini, deinde *monſtrum deprendit* eadem. *acrior voti*, ut *acer linguae* Lib. II. in Eutrop. 380.

356. *Diroque prior ſic ore laceſſit*] Ita quatuor veterrimi. vulgati *atque prior dira*. mox *renovataque ſecula rurſum*, non *revocataque rurſus*, primus Vaticanus. HEINS. *atque prior duro*. Leid.

357. *Quies*] *fides* Leid. a m. ſec.

Revocataque] Bentinus *renovataque*. ſatis commode. DELR. *renovare* & *revocare* ſemper fere commutarunt ſcribae. *tempora rurſus* Oxon. Caeterum hic verſus & ſequens margini adſcripti erant in Leidenſi.

360. *Barbaricis*] *Barbaris jacent* Farnes. *taceant* unus Barthii. *quot millia* Leid. & Exc. Wolf. a m. ſec.

361. *Strages*] *clades* Pulm. Cod. & Leid. qui & mox *epulantur*. vid. ad Conſ. Olybr. 110.

363 *Sidera: notis*] *pete ſidera noctis* marg. Iſingr.

364. *Qua vergit in Auſtrum Signifer*] eadem verba reperies in Manl. Theodori Conſulatu vs. 119. CLAVER. Zodiacus circulus ſignifer a ſignis duodecim nomen habet. Plin. Lib. II. cap. 4. & cap. 16. *hinc connexa latitudinum ſigniferi obliquitatisque cauſſa eſt*. & cap. 77. *poſitio ſigniferi circa media fui obliquior eſt*. Tullius ex Arato Lib. I. de Divinat. Serv. ad Georg. I. 230.

Obliquus qua ſe ſignorum flecteret ordo.

noſter de Sphaera Archimedis Epigr. XVIII.

Percurrit varium mentitus ſignifer annum.

Lib. I. de laud. Stilic. 145. *nec dubiis titubavit ſignifer aſtris*. DEMPST.

366. *Gelidae ceſſant confinia Librae*] Juſtitiam etenim qui vel pingunt, vel ſcalpunt, vel fingunt, ei τὰ ζυγὰ καὶ τὰ καλμὰ addunt, indicantes cuncta illam hominum facta cogitationesque ζυγοστατεῖν καὶ ζυγοστατεῖν. Sed quare *gelidae*? an quia autumnale ſignum & idcirco frigidum eſt? ſolus Vicetinus codex *geminae*. quod ſi veteribus libris confirmare-

tur,

Digitized by Google

Atque utinam per magna ſequi convexa liceret!
Diva refert; non ulterius bacchabere demens.
Jam poenas tuus iſte dabit: jam debitus ultor
Inminet: & terras qui nunc ipſumque fatigat
Aethera, nec vili moriens condetur arena.
Jamque aderit laeto promiſſus Honorius aevo;
Nec forti genitore minor, nec fratre coruſco:
Qui ſubigat Medos, qui cuſpide proterat Indos.
Sub juga venturi reges. calcabitur aſper
Phaſis equo, pontemque pati cogetur Araxes.
Tuque ſimul gravibus ferri religata catenis
Expellere die, debellatasque draconum

Tonſa

tur, non eſſet cur *gelidae* retineremus, propter duas lances a ſtaterae jugo aequaliter dependentes. Non ſum neſcius eo tempore, quo Sol in Librae domo verſatur, diei noctisque vices aequales eſſe. Manilius Lib. II. 242. *aequantem tempora* (ſic, non *tempore*, lego) *libram*. ſed ea re *gemina* vocari nequit. DELR. *Egelidae librae*, alias *Geminae* & *gelidae*. ſed lectio vetus, quae in textu neſcio quid medium ac temperatum, denique juſtitiae adſine repraeſentat. CLAVER. *Jam pridem geminae ceſſant* ed. Vicetin. Gyrald. Patavin. Eccleſ. Cathed. excerpta Pomponii & Claverii codex, qui tamen *egelidae* praefert. Sed docere nos debuiſſet cur *egelida libra* vocetur. vulgati *gelidae*. Lucenſis & Regius *gelidaeque vacant*. Lego, *geminaeque vacant*. ut Lucan. I. 58. *pars aetheris illa ſereni Tota vacet*. ubi plura habes in hanc rem. diſtinctione etiam locum juvimus. Barthianum *ſedeas* pro *ſedes*, quid ſibi velit, non aſſequor. HEINS. *gelidae ceſſant* marg. Morini.

367. *Convexa*] *connexa* Claverii editio, ſed vitioſe.

369. *Tuus iſte dabit*] *dabit iſte tuus* vulgati antea. *iſte tuus* recte notat Barthius ignominioſum eſſe. vid. ad Ovid. I. Amor. VII. 57. & alibi ſaepe. *dabit ille* MS. Pulman. & Farnes. in Vicetina erat, *bacchabere*: *Clemens jam poenas* &c. BURM.

Debitus] a fatis & Diis deſtinatus. vid. ad Val. Flac. V. 21. mox *promiſſus* eodem ſenſu. Val. Flac. II. 486. *auguriis promiſſe & ſorte Deorum*. & ita ille & alii paſſim. conjungit utrumque Albinov. ad Liviam 245.

Hic tibi, mox Veneri Caeſar promiſſus uterque,
Hos debet ſolos Martia Roma deos.

vid. Barth. ad Lib. II. in Rufin. 276. BURM.

370. *Et terras qui*] Exprimere voluit proverbium *coelum terras miſcere*. DELR. Hic locus ſatis obſcurus fuit hactenus, non enim exprimit proverbium illud, *coelum terrae miſcere*: quin potius indicat Rufinum diis & hominibus inviſum, ne viliſſima quidem arena ſepultum iri, ut patet ex libro ſequenti. CLAVER.

371. *Nec vili*] *non ulli* Farnes.

373. *Nec fratre*] *non fratre* Farnes.

374. *Qui ſubiget*] *ſubigat* & *proterat* Lucens. rectius. *qui proteret*, non &, Moreti prior. nervoſe. & ſic Rapheleng. HEINS. *proteret boſtes* Oxon. illa repetitio pronominis ſaepe Criticos impulit, ut loca violarent ſana. ſic Stat. II. Silv. III. 2.

Stat, quae perſpicuas nitidi Melioris opacat
Arbor aquas, complexa lacus, quae robore ab imo
Curvata in nodos redit inde cacumine recto
Ardua.

ubi Heinſius in ora marginis *haec robore*, Marklandus *ea robore*, quod eodem redit. ſed nihil mutandum. conſtructio plana & obvia. Stat arbor, quae complexa lacus (vel *lacum*) opacat, ſed inde, ſcilicet ſiniente illo trunco imo (id eſt ubi in ramos dividi incipit) emittit rectum cacumen, & hoc videtur longe tuentibus, quaſi radices haberet in media aqua. neſcio quid clarius dici poſſit, & quod omnem mutandi libidinem excludat. Ovid. IV. Met. 226.

Ille ego ſum dixit, qui longum metior annum,
Omnia qui video.

& Lib. XII. 428. ubi participium, ut *complexa* in loco Statii, adjunctum eſt,

—— *Qui ſena leonum*
Vinxerat inter ſe connexis vellera nodis
Phaecomes, hominemque ſimul praetectus equumque.
Codice qui miſſo. &c.

ſterum Lib. III. Triſtium 3. II.

Non qui ſoletur, non qui labentia tarde
Tempora narrando fallat.

& V. Eleg. VI. 2.

Qui mihi confugium, qui mihi portus erat. BURM.

379.

Digitized by Google

Tonſa comas imo barathri condere recuſſu.
Tum tellus communis erit: tum limite nullo
Diſcernetur ager: nec vomere ſulcus adunco
Findetur. ſubitis meſſor gaudebit ariſtis.
Rorabunt querceta favis, ſtagnantia paſſim
Vina fluent, oleique lacus: nec murice tinctis
Velleribus quaeretur honos: ſed ſponte rubebunt
Adtonito paſtore greges, pontumque per omnem
Ridebunt virides gemmis naſcentibus algae.

379. *Tonſa comas*] Bello ſuperatorum comae tondebantur. Propertius IV. XI. 38. *ſub quorum titulis Africa tonſa jacet.* DELR. *jubas* Oxon. placet. ſic & anguineam Meduſae comam *jubas* Ovidius III. Faſt. 452. vocat. *ſanguineas jubas* anguium habes apud Vigil. II. Aeneid. 206. & apud Plaut. Amphitr. *angues jubatas. condere* etiam pro *claudere* quatuor ſcripti. non male. niſi quod *condetur arena* praeceſſerat. *trudere* ſecundus Vaticanus. de quo Cons. Olybr. VS. III. HEINS. eadem varietas *comarum* & *jubarum* ſupr. V. 352. & infra IV. Conſ. Honor. 201. *comas uno* Leid.

380. *Tum*] *Tunc t. c. e. tunc* Editiones antiquae.

Tum tellus] Omnia haec de ſeculi aurei felicitate tranſlata ſunt ex Ovid. Lib. I. Metam. Fab. III. Tibullo Lib. I. Eleg. III. Senec. Oct. Act. II. Sc. I. vulgata ſunt omnia. DEMPST.

381. *Diſcernetur*] *diſcernentur* Leid.

Adunco] edi velim ex veteri libro *obunco*. Virgil. VI. Aeneid. 597. *roſtroque immanis vultur obunco*, inflexo, incurvo. *ἐπικαμπύλῳ*. Heſiod. DELR. *obunco* Delrii Codex, & ex noſtris nonnulli, cum primo Vaticano & Pomponii excerptis. *Frangetur* etiam pro *Findetur* duo ſcripti, ut apud Alcimum Avitum Lib. III. 162.

Aut ſi frangenti cedens ſuccumbet aratro.

Maro Georg. I. 94. *roſtris glebas qui frangis inertes.* Georg. III. 161.

Et compum horrentem fractis invertere glebis.

HEINS. *ab unco* Voſſ. *obunco* Vicetin. ſed *aduncum aratrum* dicitur etiam Ovid. II. Met. 286. ubi vide. BURM.

382. *Meſſor gaudebit*] *gaudebit meſſor* Exc. Voſſ.

383. *Rorabunt querceta favis*] Virgil. IV. Ecl. 30.

Et durae quercus ſudabant roſcida mella.

DELR. *favos* eleganter unus Mediceus, & pro diverſa lectione primus Vaticanus. Plinius Lib. XVII. cap. 10. *Si roraverit qualemcumque imbrem.* ſic *rorantem ſaxa cruore* Silius Lib. X. modo tamen diverſo. Valer. Flac. Lib. V. 416.

——— *denſaeque ſequuntur*
Pliades, & madidis rorans e crinibus ignes.

qui locus vulgo mendoſus circumfertur, quamquam τὸ *ignes* primi caſus eſſe illic poteſt. Senec. Hippol. VS. 1027. *Summum cacumen roras expulſo ſale Spumas.* ſic & illic ſcribendum, non *Spumat.* Apulejus Met. II. *Licet Venus ipſa fuerit, & toto Cupidinum populo ſtipata, & baltheo ſuo cincta, & cinnama fragrans, & balſama rorans, calva proceſſerit.* Fulgentius initio Mythologiae:

Ubi guttas florulentae mane rorant purpurae.
Humor algens, quem ſerenis aſtra ſudant noctibus.

qui poſterior verſus ad verbum paene deſumptus eſt ex Auctore Pervigilii Veneris,

Humor ille, quem ſerenis aſtra rorant noctibus.

Auſonius in Eclogis:

Quem ſequitur nebulas rorans liquor altus Aquari.

pro irrorantem. ſic & Propertius Lib. IV. El. I.

Quam nebuloſa cavo rorat Mevania campo. ita vetuſtus codex meus. ſic & *manare* cum quarto caſu jungebant. de quo ad Naſon. Met. VI. 312. & *ſudare.* de quo ad Prudentium. HEINS.

384. *oleique*] *olimque* Vicetin.

385. *Velleribus quaeretur honos.*] non *honor* ſcripti. Reg. & Oxon. *ovis*, cum uno Vatic. HEINS. *Ouis* Oxon. & tunc ſenſum putabat fore Heinſius, non quaeretur ovis purpureis lanis, ſed omnes oves ſponte rubebunt: ut reſpiciat ad Virgil. Ecl. IV. 45.

Sponte ſua ſandyx paſcentes veſtiet agnos.

& Juvenal. Sat. XII. 40. & ſeqq. vide & laud. Seren. 73. *ſed ponte* Exc. Wolf. BURM.

386. *Pontumque*] *portumque* Exc. Voſſii.

387. *Algae*] Nam & virides & rubrae ſunt, de quibus itemque caeteris algarum generibus copioſe poſt Theophraſtum & Plinium Amatus Luſit. Comment. in Dioſcoridem. DELR.

Digitized by Google

CL. CLAUDIANI IN RUFINUM

LIBER II.

PRAEFATIO.

PAndite defenſum reduces Helicona ſorores;
Pandite. permiſſis jam licet ire choris.
Nulla per Aonios hoſtilis buccina campos
Carmina mugitu deteriore vetat.
Tu quoque, ſecuris pulſa formidine Delphis,
Floribus ultorem, Delie, cinge tuum.
Nullus Caſtalios latices, & praeſcia fati
Flumina polluto Barbarus ore bibit.
Alpheus late rubuit, Siculumque per aequor
Sanguineas belli retulit unda notas.
Agnovitque novos abſens Arethuſa triumphos;
Et Geticam ſenſit, teſte cruore, necem.
Inmenſis, Stilichon, ſuccedant otia curis,
Et noſtrae patiens corda remitte lyrae.
Nec pudeat longos interrupiſſe labores,
Et tenuem Muſis conſtituiſſe moram.
Fertur & indomitus tandem poſt praelia Mavors;
Laſſa per Odryſias fundere membra nives;
Oblitusque ſui, poſita clementior haſta,
Pieriis aures pacificare modis.

Libri II.] in Leidenſi inſcribebatur. *Rufini mors.* *Praefatio*] Secuti auctoritatem Lucenſis, Gyraldini, & complurium aliorum codicum, praefationem, quae bello Gildonico praefixa hactenus legebatur, huic loco inferendam curavimus. Barthius exiſtimabat ad aliquem ex deperditis libris pertinere. HEINS.

vs. 1. *Defenſum*] *defeſſum* Exc. Wolf.

2. *Permiſtis*] vet. lib. & Vicetin. *permiſſis* DELR. pro *permiſſis choris* perperam *permixtis* ante legebatur contra fidem meliorum codicum. diximus IV. Conſ. Hon. 618. *permiſſis rotis* pro diverſa lectione primus Vaticanus. HEINS. *demiſſis* Leid. *praemiſſis* Colin.

6. *Delie*] *Delia* unus Barthii.

8. *Bibit*] *bibet* Voſſ. & Leid. m. pr. Edit. Vicetin. & Parm.

12. *Gildonis ſenſit*] quidam excud. *Et Geticam ſenſit*, quae lectio, ſi quidem de Bello Gildonico libro haec praefatio ſit praefigenda, prorſus eſt aliena, & intruſa aliunde. DELR. *Et Geticam* optimus codex. at imperiti homines licet alterius ſeculi, cum viderent hunc librum de Gildone agere, nomen *Gildonis* ſubſtituere auſi ſunt, quod fuit in cauſa cur elegans notarum ſcriptor putaverit hoc prooemium non eſſe hujus loci. CLAVER. *Et Geticam ſenſit* cum Claverii libro meliores noſtri, non *Gildonis ſenſit*. unde patet hanc praefationem ad Gildonicum bellum non pertinere. paulo ante pro *mugitu deteriore vetat*, idem primus Vaticanus pro diverſa ſcriptura *canat*. HEINS.

13. *Succedant*] *ſuccedent* unus Barthii liber.

16. *Tenuem Muſis*] *Muſis tenuem* Oxon. *inſtituiſſe* alii.

18. *Odryſias*] *Otbryſias* vel *Otriſias* multae editiones. vide ſupra. *fundere verba* Oxon.

CL.

Digitized by Google

CL. CLAUDIANI
IN RUFINUM
LIBER II.

JAm poſt edomitas Alpes, defenſaque regna
Heſperiae, merita conplexus ſede parentem
Auctior adjecto fulgebat ſidere mundus;
Jamque tuis, Stilichon, Romana potentia curis,
Et rerum commiſſus apex. tibi credita fratrum
Utraque majeſtas, geminaeque exercitus aulae.

Rufinus

vs. 1. *Alpes*] Hic intelligenda eſt Theodoſii victoria de Eugenio Tyranno, qui non alia ratione dici potuit Gallorum rex, niſi quod Galliam Togatam, ſive Inſubres occupaverit. verum ille ſe pro Imperatore geſſit, neque B. Ambroſius ab eodem tacita vi oppreſſus, dubitavit tandem ad eum Epiſtolam mittere, cujus haec inſcriptio: *Clementiſſimo Imp. Eugenio.* quin etiam in veteri nummo haec reperias, DN. EUGENIUS P. F. AUG. Hic vero notare licet obiter viri ſancti mitem ſapientiam utili aſtu, pro re nata, temperatam; qui columbae inſtar ſub aquila ſe dejecerit, eique laudem clementiae tribuerit, quem a ferocia hoſtili volebat divertere. Sic opinor antea Maximus a Gallis noſtris *clemens* dicebatur, quod nomen ejus numisma non praefert. plura ſuo loco dicentur. CLAVER.

2. *Merita*] *media* Leid.

3. *Auctior*] *Altior* Exc. Voſſ. *aptior* Oxon. & Exc. Wolf. a m. pr.

Adjecto ſidere] Notat apotheoſin magni illius Imp. Theodoſii. Hic venit in mentem nummi pulcherrimi, ubi velata Principis effigies cum inſcriptione, DIVUS CONSTANTINUS P. F. AUG. altera facie quatuor equi jugales ſurſum tendunt, ipſe vero videtur ad coelum exſurgere, manum manui coeleſti porrigens. ex quibus comperio etiam orthodoxis Imperatoribus id honoris delatum eſſe. Placet vero locus D. Ambroſii: *Manet in lumine Theodoſius, & ſanctorum coetibus gloriatur, ibi Gratianum complectitur. dies diei eructat verbum.* deinde agens de Maximo & Eugenio ait: *Nox nocti indicat ſcientiam.* CLAVER. Valer. praefat. *paterno avitoque ſideri par videtur*, id eſt Auguſto, Caeſarique jam diis. Theodoſii mortem ſignificat, qui Stilichonem Honorio praepoſuit. *ſidere* autem, ad ritum apotheoſeos, nam principes ſuos bonos malosve, gentiles in Deos referebant. noſter in bello Gildonico 131. *& ſi quos Roma recepit, Aut dedit ipſa Deos.* Serv. ad 1. Georg. fin. Horat. Lib. II. Epiſt. 5.

Romulus & Liber, nec non cum Caſtore Pollux
Poſt ingentia facta, Deorum in templa recepti.

Ovid. III. Amor. Eleg. 8. 51.

—— *Templa Quirinus*
Liber, & Alcides, & modo Caeſar, habent.

Sueton. in Caeſ. cap. LXXXV. Theodoſium ergo Poëta ob inſignem virtutem in Deorum numerum relatum ait; & vere aſcenſum ejus in coelum eleganter deſcribit, de III. Conſ. Honor. in fine. DEMPST.

Mundus] Apud veterem poëtam ait neſcio quis: *Pervade polum ſplendida mundi ſidera, bigis continuis.* & apud Senecam Hercules inquit: *Quis aſtra natus laudibus meruit ſuis. Ex te & noverca? quem tuli, mundum peto.* Item Juno, *mundus puellae ſerta Cnoſſiacae gerit.* hoc eſt coelum. κόσμος καὶ οὐρανὸς Platoni in Timaeo ſunt eadem. DELR.

5. *Commiſſus*] *commiſſus apex, tibi condita fratrum* Ex. Voſſ.

6. *Utraque Majeſtas*] Hac in parte variant Hiſtorici, quod in Graecis aliquot excuſo. nam veriſimile eſt Rufinum hactenus, penes quem rerum ſumma in Oriente, id obtinuiſſe, ut Arcadii tutor crederetur. At Ambroſius, qui mihi inſtar multorum, de Theodoſio ſic: *Nihil habebat novum, quod conderet, qui filiis totum dederat, niſi ut eos praeſenti commenderet Parenti*; ideſt Stilichoni. quae Claudiani minime mendacis dicta plus ſatis confirmant, neque idem Zoſimus auctor elegans dubitavit ſcribere. CLAVER. *Majeſtas* non tantum Deorum ſed & Principum. L. 7. ff. de Captiv. L. in *pluribus* pen. *ff. de Juſt. & Jur.* itaque *majeſtas in*

Digitized by Google

Rufinus (neque enim patiuntur ſaeva quietem
Crimina, pollutaeque negant areſcere fauces)
Infandis iterum terras accendere bellis
Inchoat, & ſolito pacem vexare tumultu.
Haec etiam ſecum: Quanam ratione tuebor
Spem vitae fragilem? qua tot depellere fluctus
Arte queam? premor hinc odiis; hinc milite cingor.
Heu! quid agam? non arma mihi, non Principis ullus
Auxiliatur amor. matura pericula ſurgunt
Undique, & inpoſiti radiant cervicibus enſes.
Quid reſtat, niſi cuncta novo confundere luctu,
Inſontesque meae populos miſcere ruinae?
Everſo juvat orbe mori. ſolatia leto
Exituum commune dabit: nec territus ante
Diſcedam. cum luce ſimul linquenda poteſtas.
Haec fatus, ventis veluti ſi frena remittat

Aeo-

omni imperio eſt. Tull. pro Aulo Cluentio. Quint. Lib. VII. cap. 3. fin. noſter in Eutrop. 1. 423. *tenero tractari pectore neſcit Publica majeſtas.* & de Conſ. Manl. Theod. 36. *nec dignius unquam Majeſtas meminit ſeſe Romana locutam.* Fratres ſunt Arcadius & Honorius Auguſti, filii Theodoſii magni. DEMPST.

Geminaeque exercitus aulae] Gemina aula, id eſt imperium Conſtantinopolitanum ſeu Orientale, & Romanum ſeu Occidentale; nam illa Theodoſius moriens diſtraxit. praeter hiſtoricos noſter de VI. Hon. Conſ. princ. & III. Conſ. fine. & de bello Gildonico v. 60.

Quum ſubito par Roma mihi, diviſaque cepit
Aequales Aurora togas. DEMPST. *exitus* Vicet. edit.

8. *Negant areſcere fauces*] unus Petav. & Med. *manſueſcere.* ſic apud Lucan. 1. 333.

—— *nullius ſemel ore receptus*
Pollutas patitur ſanguis manſueſcere fauces.

hic tamen infra vs. 42. *manſueſcere* denuo ſequitur. HEINS. *avidaeque* vel *avidaſque negant* Oxon. *areſcere* vero proprie de ſiti. vid. ad Lib. 1. 105. & infr. 510. BURM.

9. *Accendere bellis*] *flammis* Oxon. *terris accendere bellis* Leid. duo. *bellis accendere terras* MS. Pulm. & Barth. vid. ad Lucan. II. 534. & Virg. VII. Aeneid. 644. BURM.

10. *Pacem turbare tumultu*] *vexare* plerique ſcripti. probe. jam dictum ſuperiori libro vs. 65. HEINS. *vexare* etiam Exc. Wolf.

Tumultus] Videtur quid gravius quam bellum, quia forte deprehenſis occidit, nulla clarigatione, qualis tumultus Gallicus, qui neminem ſolvebat militia, neque ipſos ſacerdotes, teſte Plutarcho; ait enim in Camillo poſitam legem, ne quis immunis eſſet, ſi Γαλατικὸς πόλεμος ingrueret. CLAVER.

16. *Impoſiti*] *impoſitis* Vicetin. Parm. ſunt. Ald. Colin.

Enſes] *Omnes* Oxon. Leid.

17. *Cuncta confundere*] Tacitus: *Difficile eſt temperare felicitati, qua te non putes diu uſurum.* Statius: *non parcit populis regnum breve.* CLAVER. *quid reſtat mihi cuncta n. c. l.* Barthii liber, ſed tunc diſtinguendum eſſet, *Quid reſtat mihi? cuncta nova* &c. ſed praeſtat vulgata.

19. *Everſo*] *diſtructo* Excerpta Medicea, ut infra, *deſtruximus orbem Te medio.* vid. ad Sueton. Neron. XXXVIII. BURM.

21. *Diſcedam*] *Diſcendam* Leid. m. pr. *deſcendam* poteſt dici & de morte, & de privatione poteſtatis. ſic Lucan. 1. 335.

—— *ex hoc it, improbe, regno*
Ille tuus ſaltem doceat deſcendere Sylla.

ubi etiam *diſcedere* alii, & *decedere*, ſed perperam, ut ibi pluribus oſtendi. uſus hoc verbo Juvenalis X. Sat. 112.

Ad generum Cereris ſine caede & vulnere pauci
Deſcendunt Reges, & ſicca morte Tyranni.

& ſequens *cum luce poteſtas linquenda* utrumque notare hanc vocem hic jubet. *diſcedam* vel *decedam* nimis languidum. BURM.

22. *Si frena remittat*] *reſolvat* Lucens. Gyrald. prim.

Aeolus, abrupto gentes ſic objice fudit,
Laxavitque viam bellis: & ne qua maneret
Inmunis regio, cladem diviſit in orbem,
Diſpoſuitque nefas. alii per terga ferocis
Danubii ſolidata ruunt, expertaque remos
Frangunt ſtagna rotis: alii per Caſpia clauſtra,
Armeniasque nives inopino tramite ducti
Invadunt Orientis opes. jam paſcua fumant
Cappadocum, volucrumque parens Argaeus equorum.

Jam

prim. Vatic. ut nuptiis Honorii v. 330. *nec frena resolvit Gratia.* vulgata tamen lectio etiam proba. Ovid. II. Met. 185. *cui victa remisit Frena ſuus rector.* Triſt. I. El. IV. 14.

Cervicis rigidae frena remittit equo.

noſter VI. Conſ. Honor. 265.

Ergo ubi praecluſae voci laxata remiſit
Frena dolor. paulo ante, *decedam* pro *diſcedam* nonnulli ſcripti. Gloſſae Stephani, *decedit*, ἀποθνήσκει. meliores tamen pro vulgata ſtant. HEINS.

23. *Fudit*] *fundit* marg. Morini.

25. *Cladem diviſit*] Unus codex MS. & Vicetin. *dimiſit*, ceteri *diviſit*, quod Latinum ſit nec ne, aliò properanti non vocat inquirere. non memini me uſpiam ſimile legiſſe. Horat. *dividere foeminis carmina*, & *dividere ſodalibus oſcula* dixit, non *in ſodales*, vel *in foeminas*. nihilominus ſententia, ut ſic legatur, poſtulat. DELR. *cladem diviſit in orbem* vera lectio, quam ſcripti meliores tuentur & Raphelengius. Alii *dimiſit*. vir doctus, qui dubitat an Latinum ſit, *cladem dividere*, craſſa nimis Minerva uſus eſt. noſter de piis fratribus vs. 25.

Diviſit vultus cum pietate faber.

Stat. II. Theb. 589.

Partes pariter diviſus in omnes.

Catullus,

Nos alio mentes, alio diviſimus aures.

Sic *dividere oſcula* Horat. I. Od. 36. noſter infra 362. *diviſo ſtat quisque loco.* quomodo legendum, ut & Lib. III. in Stilich. 45. *ductoribus illis Praeterea diviſus erat favor.* Silius Lib. II. 96.

Ille vagam coelo diviſit ſaepe volucrem.

ut reſto prima editio. *dividere* dixit pro jaculo tranſigere. Adeantur quae notamus ad Lib. III. Metam. Naſonis vs. 380. infra plura. pro *in orbem*, *in urbes* tres antiquiſſimi libri. ſequor. niſi mavis *clades diviſit in orbem.* HEINS. recte vindicat Heinſius *diviſit in orbem*, licet omnia exempla non aeque quadrent. ſic Ovid. IV. Faſt. 292. *Qua ſe Tiberinus in altum Dividit.* ut Suet. Claud. 20. *dividere rivum in lacus.* & Aug. 30. *dividere ſpatium in regiones.* & ita Tacit II. Ann. 67. *Thracia in Rhoemetalcen filium inque liberos Cotyis dividitur.* pro inter. Plaut. Aulul. I. 2. *dividere argenti nummos in viros.* & hinc firmari poſſet lectio MSS. apud Sueton. Caeſ. 54. *ut aurum promercale in Italiam divideret.* ubi vide notas. quare etiam *in orbem* reduxi; non enim urbes, ſed orbis, ſive imperii Romani, regiones recenſet. denique *diviſit* eſſe legendum, recte ex ſequenti *diſpoſuit* illuſtrari notat Barthius. nam in re militari huic verbo uſus, pro ordinare, ſuo omnia loco ponere, ut *diſponere vigilias* & ſimilia. Lucan. VI. 289.

Denſius ut paros diſponeret arma corona.

& VIII. 603.

Diſponis gladios, ne quo non fiat in orbe
Heu facinus civile tibi.

qui locus huic Claudiani non multum diſſimilis. ſic *diſponere vices* eſſe caſtrenſe vocabulum vidimus ad Quintil. Declam. II. 2. & ex Senecae Thyeſte *diſponere ſcelus* laudavimus ad Declam. XII. 1. ubi plura diximus. ceterum *demiſit* Cod. Plant. eadem varietas in his verbis *dividere* & *dimittere* eſt apud Martial. X. Ep. 10. BURM.

28. *Caſpia clauſta*] *luſtra* Marg. Iſingr. ſed male. vid. Lucan. VIII. 222. ubi itidem in Hamb. & Turriano erat *Caſpia luſtra*. vid. ibi Oudendorpii notas eadem etiam variatio de Bell. Getic. 175. *clauſtra* millies hoc ſenſu occurrunt, & Caſpiae *portae*, & Πύλαι a Geographis dictae. BURM.

31. *Argaeus*] Solinus teſtatur Cappadociam, cujus Argaeus eſt mons, aptiſſimam proventui equorum. Cappadocum equorum celeritatem commendat Oppianus. DELR. pro *equorum*, *equarum* ſec. Vatican. Virgiliano exemplo, etiam Oiſelii liber. HEINS. *egenus* Lovan. ſcribendum vero *Argaeus*; Straboni enim Ἀργαῖος dicitur. conſpicitur ille in nummis fere Caeſareae Cappadociae, quae & in illis vocatur πρὸς Ἀργαίῳ. vid. Morelli Specim. rei nummar. p. 97. de equis Cappadocum vid. ad Gratii. Cyneg. v. 507. BURM.

Digitized by Google

Jam rubet altus Halys: nec ſe defendit iniquo
Monte Cilix. Syriae tractus vaſtantur amoeni:
Adſuetumque choris, & laeta plebe canorum,
Proterit inbellem ſonipes hoſtilis Orontem.
Hinc planctus Aſiae: Geticis Europa catervis
Ludibrio praedaeque datur, frondentis adusque
Dalmatiae fines: omnis qua mobile Ponti
Aequor, & Hadriacas tellus interjacet undas,
Squalet inops pecudum, nullis habitata colonis,
Inſtar anhelantis Libyae, quae torrida ſemper
Solibus humano neſcit manſueſcere cultu.
Theſſalus ardet ager. reticet paſtore fugato
Pelion. Emathias ignis populatur ariſtas.
Jam plaga Pannoniae, miſerandaque moenia Thracum,
Arvaque Myſorum, jam nulli flebile damnum,
Sed curſus ſollemnis erat, campusque furori
Expoſitus, ſenſumque malis detraxerat uſus.
Heu heu, quam brevibus pereunt ingentia fatis!
Imperium tanto quaeſitum ſanguine, tanto
Servatum, quod mille ducum peperere labores,
Quod tantis Romana manus contexuit annis,
Proditor unus iners anguſto tempore vertit.
Urbs etiam, magnae quae dicitur aemula Romae,

55. Et

32. *Altus Halys*] *altus alis* Vicetin. *intus alis* Oxon. Leid. Lovan. & alii. *alix* etiam Leidenſis alter. latet aliud vocabulum in illo *intus*. Burm.

Iniquo monte] Tauro, qui aſper eſt & ſalebroſus, exſtantibus undique ſaxis: ἀνώμαλον. Delr.

33. *Syriae tractus*] *Syriae montes* marg. Iſingr.

34. *Canorum*] *ſonorum* Exc. Voſſ. Leid. *phoebe* marg. Morin. & *laetae* Exc. Wolf. a m. prim.

37. *Praedaeque*] *praeddque* Junt. Ald. & Col.

39. *Hadriacas*] *Adriacas* marg. Morini.

38. *Qua*] *quae* Leid. m. s. & ita Barth. qui & *Delmatiae* ſemper ſcribendum cenſet. & ita apud alios paſſim. *Dalmatiae fines omnes* Lovan. *quae mobile* Barth.

41. *Anhelantis*] *hanelantis* Voſſ. Leid. Exc. Wolf. *melantis libros* Barthii codex.

45. *Jam*] *nam* Oxon. Voſſ. Exc. Wolf. *nec non Pannoniae* alter Leid.

46. *Arvaque Myſorum*] *Maeſorum* in nonnullis. Heins. *miſſorum* Voſſ.

48. *Senſumque malis*] *mali* Lovan. Ovid. 1. ex Pont. 11. 32.

Quae poſuit ſenſum ſaxis fallax mali.

ita Heinſius pro *malis* juſſit reponi ex aliis Ovidii locis. Burm.

49. *Ebeu*] *Heu heu*, multi codices, & edd. Vicet. & Parm. *Hebeu* Leid. Ald. vid. ad Virg. 11. Ecl. 58. Burm.

Pereunt ingentia cauſis] *fatis* Lucenſ. & Gyrald. placet. Heins.

51. *Peperere*] *junxere* Oxon.

53. *Anguſto tempore.*] vid. ad Lucan. 1. 98.

54. *Dicitur*] *ducitur* pr. Vatic. Heins.

Urbs etiam &c. *aemula Romae*] Byzantium. idcirco *nova Roma* vocabatur. Zonaras νέαν Ῥώμην τὴν βασιλίδα πόλιν Imperatorum exemplo appellavit, & urbis nomine tam Conſtantinopolim, quam veterem Romam comprehendi ex infinitis Imperatorum conſtitutionibus, cum Theodoſii, tum Juſtiniani Codice exſtantibus, patet. Delr. Auſonius de Conſtantinopoli, quae nova & regnans Roma dicta eſt: *Subit iſta noviſque Excellens meritis veterem perſtringit honorem.* haec prius a Byzante condita, cujus & Phidaliae uxoris ſtatuam fertur in Baſilica poſuiſſe Calliades cum hac inſcriptione: Τὸν πρότερον Βύζαντα τὴν ἰμερτὴν Φειδάλειαν ἐν ἱερῷ κατέθηκε Καλλιάδης. Claver.

55.

Digitized by Google

Et Chalcedonias contra deſpectat arenas.
Jam non finitimo Martis terrore movetur,
Sed propius lucere faces, & rauca ſonare
Cornua, vibratisque peti faſtigia telis
Adſpicit. hi vigili muros ſtatione tueri,
Hi junctis properant portus munire carinis.
Obſeſſa tamen ille ferus laetatur in urbe,
Exſultatque malis. ſummaeque e culmine turris
Impia vicini cernit ſpectacula campi.
Vinctas ire nurus: hunc per vada proxima mergi
Seminecem, hunc ſubito percuſſum vulnere labi,
Dum fugit: hunc animam portis efflare ſub ipſis.
Nec canos prodeſſe ſeni, puerique cruore
Maternos undare ſinus inmenſa voluptas,

55. *Chalcedonias*] *Calcedonias* Ed. Vicet. Ald. Iſingr. & alii.

57. *Propius lucere*] *propius ſonare faces* Leid.

60. *Portus munire*] *portas* Exc. Voſſ. *portus munire* Leid. quod verbum ſi recipiendum eſſet, ex Ennianis illis Lib. VII. Annal. ubi *maeratam ratem* agnoſcunt eruditi, eſt repetitum. vid. Merul. ad Enn. p. 408. & poſterioris aevi ſcriptoribus in uſu fuiſſe docet Barth. ad Stat. VII. Theb. 63. & ad Gulielm. Briton. Philippeid. VII. 460. qui ſi hic in ſuis codicibus id reperiſſet, ſine dubio amplexus fuiſſet magnus archaiſmorum amator. pro *carinis* in curis prioribus ſuſpicatus erat *catenis* ſcribendum. BURM.

62. *Summaque e culmine*] *e culmine* Gyrald. recte, malim etiam *ſummaeque*, quomodo prim. Vatican. in quo & *ex culmine*. HEINS. ita apud Ovid. II. Art. Am. 58. repoſuit, *Territus e ſummo deſpexit in aequora coelo*. Horat. III. Od. 3. *illum ex moenibus hoſticis matrona bellantis Tyranni proſpiciens*. ſed parum referre arbitror. vid. Oudend. & nos ad Lucan. V. 640. eadem vero in *ſummo* & *ſumma* varietas apud Ovidium V. Met. 291.

Seque jacit vecors e ſummae culmine turris.

ut edidit Heinſius ex MS. pro *ſummo*. BURM.

63. *Cernit certamina*] Vet. Lib. melius *ſpectat*, quod eſt hominis non anxii & ſolliciti, ſed otioſi. *cernere* vero & ſubito & inopinato quis poteſt. DELR. *Spectat* Delrii Cod. unus Petav. & Tholoſ. cum duobus Vaticanis. *cernit ſpectacula* Lucens. Iſingr. & prim. Vatic. vulgo *cernit certamina*. HEINS. *ſpectat certamina* marg. Morini.

64. *Ire nurus*] habent MSS. *manus*. hinc cum incuria librariorum *minus* effeciſſet, poſtea *nurus* ediderunt. DELR.

Hunc per vada caerula mergi] *hunc in vada proxima mergi* Lucenſ. & Gyrald. *vaga caerula* prim. & ſec. Vatic. pro *nurus* etiam *manus* nonnulli cum Pomponianis atque Gudianis excerptis. HEINS. *manus* edidit Aldus. & in Suſianis membranis *vinctas ire manus* legi teſtatur Schottus Nod. Cicer. II. cap. 5. ſollemnis haec confuſio. vid. ad Ovid. II. Triſt. 304. IV. Faſt. 162. Valer. Flacc. II. 480. & ad Virg. IV. Georg. 277. *victas* etiam Leid. ita *matres* infr. 191. BURM.

Mergi ſeminecem hunc] diſtinguendum ex Cod. Lovan. *per vada mergi Seminecem, hunc*. & ita Vicet. Parm. Ald. & alii. *per vada* cruentius notare facinus, quam *in vada* cenſet Barth. & certe *per vada* eſt quantum patent. ita *per litora*, Valer. Flacc. IV. 750. ubi vide Bulaeum. & has praepoſitiones permutatas vide apud Sueton. Caeſ. LV. & LVII. BURM.

65. *Percuſſum*] *convulſum* Exc. Voſſ.

66. *Portis efflare ſub ipſis*] *ſpirare* octo ſcripti cum excerptis Pomponii, pro exſpirare, ut apud Val. Flac. IV. 435.

Tunc tenuem ſpirans animam, ſalve ô mihi longum
Expectata manus. nihil muto tamen. HEINS. recte, nam alia ratio eſt in loco Valerii. *exſpirare* hoc ſenſu ſaepe occurrit. vide alium uſum *vũ ſpirare* ad IV. Conſ. Hon. 592. Stat. VIII. Theb. 324. *pugnaces efflare animas*. & X. 439. *Egregias efflant animas*. BURM.

67. *Puerique cruore Maternas undare ſinus*] *puerumque cruore Maternas foedare ſinus* in nonnullis. *undante* Farneſianus, ut fortaſſe ſcripſerit noſter, *puerique cruore Maternas foedante ſinus. puerumque cruore undare* Schedae Gudianae. HEINS. apud Virgil. II. Aeneid. 582. Heinſius tentabat, *Dardanium tacies undarit*

Et riſus plerumque ſubit: dolor adficit unus,
Quod feriat non ipſe manu. videt omnia late
Exceptis incenſa ſuis, & crimine tanto
Lucuriat, carumque ſibi non abnuit hoſtem.
Jactabatque ultro, quod ſoli caſtra paterent
Sermonumque foret vicibus permiſſa facultas,
Egregii quoties exiſſet foederis auctor,
Stipatur ſociis; circumque armata clientum
Agmina privatis ibant famulantia ſignis.
Ipſe inter medios, ne qua de parte relinquat
Barbariem, revocat fulvas in pectora pelles.
Frenaque, & inmanes pharetras, arcusque ſonoros

Adſi-

derit ſanguine litus. ubi vid. & ita *fudare* & *undare* variant in Epithal. Pallad. vs. 5. & ſaepe alibi. ut & *exundare* & *exſudare*. BURM.

69. *Et riſus*] *& rurſus* Leid. *riſus populumque ſubit* Exc. Wolf.

Adficit] *efficit* Oxon. m. s.

71. *Praeceptis incenſa ſuis*] *Exceptis* Lucens. & Gyrald. argute. ſolis Rufini villis parcebatur. Argumentum prope invictum, quo foederis cum hoſte initi convinceretur. Noverat hoc callidiſſimus Imperatorum Hannibal, qui cum flammis omnia late dediſſet, villas Fabii intactas reliquit, quo ſuſpectum Romanis redderet. HEINS.

72. *Non abnegat hoſtem*] Lucens. Gyrald. prim. Vatican. & quatuor alii, *abnuit*. vere. ita Virgilius, Silius, Val. Flaccus, alii ſaepe. alterum gloſſema. noſter Lib. II. de Rapt. 80. *vincique ſuos non abnuit hortas*. VI. Conſ. Hon. 604.

Fucati ſermonis opem mens conſcia laudis
Abnuit. Laude Serenae v. 14.
Inque ſuos migrare virum non abnuit annos.

ubi eodem modo peccant nonnulli codices ita apud Columell. II. 8. ex veteri codice: *Nos quoque non abnuimus in agro temperato, & minime humido ſementem fieri debuiſſe.* vulgo *ambiguimus*. forte, *nos quoque non adnuimus*. Valer. Flacc. III. 678.

— *noſtris ferri comes abnuit actis*. HEINS.

74. *Permiſſa poteſtas*] rectius *facultas* Lucens. & Gyrald. cum prim. Vatic. Lib. II. de Rapt. 93. *cui tanta facultas In me ſaevitiae*. ubi plura. HEINS. ita Statius VII. 764. *nec devitare facultas*. & XII. 37. *nec certa facultas Noſcere, quem miſeri vitent*. parum tamen refert. & *permiſſa poteſtas* occurrit Idyll. de Magnete v. 51. de *vicibus* vid. ad Ovid. I. Met. 626. BURM.

75. *Foederis*] *funeris* marg. Iſingr.

76. *Stipatus ſociis*] Lege *Stipatur* cum Iſingr. prim. Vatic. & duodecim aliis, ut ſuperioribus haec cohaereant. male vulgo diſtinguuntur. HEINS.

78. *Relinquat*] *maneret* Exc. Voſſ.

79. *Revocat fulvas in pectora pelles.*] Rufinus, ut gratiam a Getis ineat, eorum habitum imitatur, ac pelles in pectora revocat. Paulo delicatius eſt illud apud Juvenalem Sat. I. 27. *Criſpinus Tyrias humero revocante lacernas*. alias, *revocat fulvas in pectore pelles*. Ovidius olim dixerat *pellitos Getas*. CLAVER. Barbarorum more, qui crebis utebantur pellibus. unde noſter de Bell. Get. Getarum *curiam pellitam* nuncupat. Sidonius etiam de iisdem, *Pellitus ravum praeconem ſuſcipit boſtis*. &, *in media pelliti principis aula*. &, *Ibant pellitae per claſſica Romula turmae*. DELR. *Pectora* prim. Vatic. prior. Leid. & unus Petav. cum Pomponianis excerptis & Oiſeliano libro. quomodo & Claverius ex ſuo libro, & ex conjectura Barthius. Silius Lib. XII. v. 82. *revocare in pectora Cannas*. cum optimo codice. Statius Theb. I. 110.

Palla, & coerulei redeunt in pectore nodi.

quomodo caſtigatiores membranae, non *pectore*. Idem libro II. 326.

— *cervixque recepto*
Sanguine magna redit, fractaeque in pectora vires.

Lib. V. 72. *nullae redeunt in gaudia noctes*. & 257. *redeuntem in pocula Bacchum*. & 397. *redeunt in pectora ſexus*. Lib. VIII. 606. *cuique ſuae rediere in pectora curae*. Lib. IX. 260.

Oraque & abſciſſae redeunt in pectora dextrae. HEINS.

80. *Pharetras*] Oxon. *phaleras*, quae frenis convenire credebat olim Heinſius. & ſaepe hae voces confuſae. Stat. VI. Theb. 79. *phaleras, brevioraque tela dicarat*. ita Cod. MS. VIII. 560. *tunc aura phaleras, aureaque ſagittas Proſſeras*. vid. ad Val. Flacc.

Digitized by Google

Adſimulat, mentemque palam teſtatur amictu.
Nec pudet Auſonios currus, & jura regentem
Sumere deformes ritus, veſtemque Getarum:
Inſignemque habitum Latii mutare togaeque
Moerent pellito captivae judice leges.
Quis populi tunc vultus erat? quae murmura furtim?
Nam miſeris nec flere quidem, aut lenire dolorem

Collo-

Flacc. 1. 660. ſed pharetra arcubus ſocianda, ut ſaepe. Ovid. III. Met. 156.

—— *Nympharum tradidit usu*
Armigerae jaculum, pharetramque arcusque retenſos.
BURM.

81. *Adſimulat*] ſcripti nonnulli *aſſimilat* cum Barthio. mox *teſtatur amictu*, non *amictus*, Gyrald. & Oxon. quod & Barthius vidit, ſed curis ſecundis damnavit. Lucens. *proclamat amictu*. HEINS. ſed *ſimilare* & *adſimilare* ex Latio exturbavit Gronovius. vid. ad Ovid. III. Met. 158. BURM.

82. *Nec pudet Auſonios currus & jura regentem*] *Jura regentem* utpote Praetorio Praefectum. DELR. *Currus & jura* ſignant Conſulatum & Praefecturam Praetorii; quamvis enim Rufinus in Faſtis hoc anno non deſignetur, tamen credibile eſt id ſibi aſſumpſiſſe, quia Olybrius ac Probinus Conſules erant uterque in Occidente. CLAVER. Licet ſciam eleganter de officio Praefecti Praetorio intelligendum, tamen MS. meus & Guil. Fornerius praeferunt, *Auſonias curas & jura* &c. *Regere jura*, eſt magiſtratum: ſic enim loquitur Lex 2. §. 13. ff. d. Orig. Jur. Sidon. Carm. VII. *praefectus jura regebat*. Horat. Lib. III. Od. 3. *Roma ferox dare jura Medis*. Noſter in Eutrop. Lib. I. fine, *Eunuchi ſi jura daburt*. ad quem locum plura dicturi. DEMPST. *Nil* Oxon. ut Ovid. *Nil pudet hunc*. pro *currus Auſonios regentem* Fornerius reponi velit *Auſonias curas*, minime audiendus. HEINS. *jura regentem* non eſt movendum, licet *tenentem* MS. Pulman. ut etiam de Nupt. Honor. 34. vide II. in Eutrop. 344. ſic *moderari jura* Conſ. Manl. 24. vid. ad Sueton. Caeſ. XLVIII. & ad Grat. Cyneg. 327. alter Leid. etiam *tuentem*. & hoc defendi poteſt. ſupra, *pars diſtis jura tuitur*. ſed *regere* & curribus & juri poteſt adcommodari. Ovid. I. Art. init.

Arte leves currus, arte regendus amor.

In Dempſteri notis priora usque ad *Regere jura*, neſcio unde adſuta; niſi ex notis ad Coripum. certe in ejus editione non leguntur. Barthius tamen citat, ac ſi Dempſterus cum Fornerio ſentiret. BURM.

83. *Veſtemque Getarum*] Rufino vituperium, quod *veſtem patriam aſſernatus, peregrinam induerit*, qua labe notatur ab Hermolao Alexander apud Curtium Lib. VIII. cap. 7. & Tiberius a Sueton. XIII. porro pelliti Getae, quod confirmatur ex Sidonio Apoll. coaetaneo hujus, Lib. I. Ep. 2. *pellitorum turba ſatellitum ne abſit*. & Carm. V. *Pellitus raucum praeconem ſuſcipit boſtis*. & VII.

Ibant pellitae per claſſica Romula turmae.

& Carm. IX.

Expetis in media pelliti Principis aula.

Rutilius Itiner. Lib. II. v. 49.

Ipſa ſatellitibus pellitis Roma patebat.

noſter de bello Getico v. 481. *pellita Getarum Curia*. ad quem locum plura. & de IV. Conſ. Honor. 465.

Caſtra cruore natant, moritur pellita juventus.

ſic tempore Senecae, Scythae pellibus vulpium & murium amiciebantur. Ep. XC. & D. Hieronym. Epitaphio Nepotiani. DEMPST. *veſtesque* Lovan. & Exc. Wolfii.

84. *Latii mutare togaeque*] *coactae* Lucenſis liber, quod ſecuti ſumus: nam de toga ſubintelligitur, quae Romanorum habitus peculiaris. *Latii togati* tamen a Claudiano ſcriptum puto. Cl. Gevartius cenſebat ſcripturae vulgatae controverſiam non eſſe movendam. *moerent mutare*, ut alibi, *dolet ille paterna Bithynos mutaſſe domo*. ſe ſubintelligitur. *mutare Getaeque* Pricaeanus. mox *Moerent pellito captivae* prim. Vatic. HEINS. alii *pollato. mutare Getaeque* Exc. Voſſ. ſed diſplicet duplex epitheton *coactae* & *captivae*. illud *coactae* adſcriptum a quodam, qui deſiderari hoc credebat, ut eſſet *coactae mutare*. BURM.

87. *Nam miſeris*] *Dant miſeri* Leidenſis, & duo alii Codices, unde poſſet legi, *quae murmura furtim Dant miſeri?* ſimiliter fere Maſſilienſes apud Lucanum III. 313. —— *lacrimas civilibus armis, Secretumque damus*. mox *dolores* multi editi, ſed *dolorem* ſcripti libri plerique. & Aldus. & *dirae* pro *duras* tres ſcripti. licet Heinſius *dirae* efficacius exiſtimaſſet, tamen poſtea reſtituit in textu *duras*. ſic *dura ſors* Ovid. II. Triſt. 429. vid. ad Valer. Flacc. VI. 624. *duras nec terminus* Lovan. *mortis erat* Vicetin. ſollemni etiam varietate. BURM.

Colloquiis inpune licet. quonam usque feremus
Exitiale jugum? durae quis terminus umquam
Sortis erit? quis non funeſto turbine rerum
Aut tantis ſolvet lacrimis, quos Barbarus illinc
Hinc Rufinus agit: quibus arva fretumque negatur?
Magna quidem per rura lues; ſed major oberrat
Intra tecta timor. tandem ſuccurre ruenti
Heu patriae, Stilichon. dilecta hic pignora certe;
Hic domus; hic thalamis primum genialibus omen.
Hic tibi felices erexit regia taedas.
Vel ſolus ſperate veni. te proelia viſo
Langueſcent, avidique cadet dementia monſtri.
Talibus urguetur diſcors Aurora procellis.

At Sti-

89. *Jugum*] *malum* Exc. Wolf.

91. *Aut tantis ſolvet*] *A tantis* multi codices, forte pro *ab*. nam olim ſine adſpiratione ſcribebant. meliores tamen *aut*. opinor *Heu*. mox *negantur* pro *negatur* iidem recte. HEINS. pro *funeſto turbine* multi codices, ut Oxon. Leid. & Exc. Wolfii *funeſto in turbine*. non ſequor. *nos in tanto turbine*. Leid. alter. *agunt* etiam Heinſius adſcripſerat codici, ſed ſcripti & editi *agit*. ut & *negatur*. vid. ad 1. in Rufin. 53. *a tantis* Exc. Wolf. BURM.

92. *Arva*] *Arma fretumque* Lovan.

94. *Intra*] *infra* Exc. Voſſ. *inter* Vicetin.

95. *Patriae*] Num Stilichonis patria fuit Thracia aut Conſtantinopolis? vix credo, ſed haec valent ad ſuadendum. Orientales enim ipſum, quem antea neglexere, poenitentia ducti implorant hoc modo: hic certe tua eſt patria, quandoquidem apud nos uxorem duxiſti, ex ea liberos ſuſcepiſti, denique domum hic habes, ac paene domicilium. CLAVER. ſed patria eſt Conſtantinopolis dicta, ut ſaepe Roma omnium civium vocatur. quod notiſſimum. BURM.

Dilecta] *delecta* Leid.

96. *Primum genialibus omen*] ita recte, non *proprium* ſcripti meliores. quomodo legendum Barthius & Gronovius jam viderunt. Adi hujus Diatriben Statianam cap. XLIV. Ille curis poſterioribus immerito fluctuavit dubius verae ac genuinae lectionis. videantur quae infra annotamus Epiſtola ad Serenam. Sequenti verſu *Hic* pro *Haec* bene ſcripti: HEINS. *Hic thalami* Vicetin. *hic thalamus* Oxon. Ald. *genitalibus* idem & Barthii liber & Lovan. *omne* etiam Oxon. pro varia lectione. *gentilibus* Exc. Voſſ. m. prim. apud Senecam initio Medeae, *tuque genialis tori Lucina cuſtos*. forte etiam *primum genialibus*. vide de commutatione harum vocum ad Ovid. 1. Faſt. 137. & IX. Met. 20. BURM.

97. *Hic tibi*] ita editiones antiquae, & Ald. Colin. *Haec* recentiores. *hic ubi* Exc. Wolf.

98. *Vel ſolus ſperate veni*] *ſuperare* uterque Oxon. ac Regius, eleganti Graecismo, quo & alludit quartus Vaticanus, qui *ſperare* exhibet. Statius Theb. II. 720.

Seu Pandionis noſtras inviſere caedes
Monte venis.

fruſtra alii *velis*. Lib. V. 20.

——— *cui gloria tanta*
Veninus innumeras fatum debere cohortes.

Lib. VII. 282.

Vos etiam noſtris Heliconia turba venitis
Addere rebus opem.

ſic *eo fateri* apud eumdem Theb. I.

Seu fortuna fuit, ſeu, quod pudet ire fateri,
Vis invicta viri.

ita veterrimus Cantabrigienſis, vere, non *ore*, aut *ira*. mox dicet,

——— *vobis ventura, atque omne quod ultra eſt,*
Pandere moeſtus eo.

de quo alibi. Martialis Lib. IV. Ep. 78.

Tunc ego non oculos, ſed ventrem paſcere veni.

B. Eugenius,

Ut cum flamma vorax veniet combiurere terras,

ſic *miſit agitare* Ovid. V. Met. 660. ut illic dicemus. *ſubit torquere* noſter Conſ. Manl. 46. & *ruit animare* Lib. III. de Rapt. 386. ubi plura diximus. In hoc tamen loco nil temere mutarim, cum praeſtantiores libri pro recepta ſcriptura ſtent. HEINS.

99. *Monſtri*] *veſtri* Exc. Voſſ.

161.

Digitized by Google

At Stilichon, Zephyris quum primum bruma remitti,
Et juga diffusis nudari coepta pruinis,
Partibus Italiae tranquilla in pace locatis,
Utraque castra movens, Phoebi properabat ad ortus,
Gallica discretis Eoaque robora turmis
Conplexus, numquam tantae ditione sub una
Convenere manus, nec tot discrimina vocum.
Illinc Armeniae vibratis crinibus alae
Herbida collectae facili velamina nodo:
Inde truces flavo comitantur vertice Galli,
Quos Rhodanus velox, Araris quos tardior ambit.

101. *At*] *Ast* Exc. Voss.

102. *Coepta*] *capta* Exc. Voss.

103. *Tranquilla in pace locatis*] *tuta sub pace relictis* Lucens. & Gyrald. *tranquilla in pace relictis* Isingr. & prim. Vatic. HEINS. infra 159. *tranquilla pace fruatur*. Lucan. I. 171.

Non erat is populus, quem pax tranquilla juvaret.

qui & *tutam* dixit II. 348. & X. 352. quo magis hostes videtur respicere, a quibus tutos praestat, sed *tranquilla* ab intestinis & civilibus motibus, de quibus infra v. 117. quietem redditam dicit. BURM.

104. *Ad ortus*] *ad ortum* Exc. Voss. *solus p. a. ortus* Cod. Barth. pro *solis*.

106. *Numquam tantae ditione*] *tantae numquam statione sub una* Exc. Voss. ita & IV. Conf. Hon. 213. variant *ditio* & *statio*. & *statio* hic potest sumi de loco, in quem copiae convenire jussae. ut ita Lucano I. 420. & alibi. BURM.

108. *Illic Armeniae*] *Illinc* alii nonnulli. versu proximo pro *Fervida*, *Herbida* ex Isingrini libro Raphelengius, & ex suo Claverius. optime. nec aliter ex nostris Lucens. Putean. & Bononiensis. prim. Vaticanus *Ferbida*, ut & Helmaestadiensis. Patavin. *Findia*, mendose. & in margine *Florida*. unus Ambros. *Rubea* vel *Tenuia*. quod postremum elegans etiam, qualia multa apud Statium occurrunt. Adi notata a nobis ad Nasonem Met. IV. 221. curis alteris. *Herbida velamina*, quomodo apud Martialem Lib. v. Ep. 24.

Herbarum fueras indutus, Basse, colores.

Statius in Silvis, Epicedio Glauciae, *Herbas imitantem finum* dixit, quae loca Barthio quoque animadversa, qui *Pervida velamina* insigni nugamento hic nobis non debebat obtrudere. HEINS. *Ferbida* Exc. Wolf. a m. prim.

Vibratis] *vibratae* Exc. Voss. Wolf. & Lovan. Leid. duo Oxon. & Ed. Vicetin.

109. *Herbida velamina*] Hic locus librariorum inscitia fuerat corruptus, quod indigne tuli, itaque reposui veterem lectionem. herbidi coloris meminit Plinius. eiique Epigramma apud Martialem Lib. v. ubi *Herbarum fueras indutus, Basse, colores, Jura theatralis cum siluere fori*. viridem sane & floreum colorem fuisse quidam conjiciunt ex illo versu Claud. in Paneg. Olybr. *Te variis pingent in floribus herbae*. at ego virore, sed nobili, sum contentus, idque facit Papinius in Silvis de Vestibus Glauciae: *Enormes non ille sinus, sed semper ad annos Texta legens modo punicea velabat amictu Nunc herbas imitante sinu*. Alii codices habuere *Fervida*, quod absurdum nimis. CLAVER. Adde Dempster. de Etruria Regali Lib. II. cap. 53.

110. *Flavo vertice Galli*] Flavi Galli. Serv. ad VIII. Aeneid. fine. *Aurea caesaries ollis*. Galli autem a candore corporis sic dicti. nam γάλα lac significat. Isid. Lib. XIV. cap. IV. quae appellatio comprehendit quosvis Septentrionis populos, praesertim Germanos, a quibus crines sumebant matronae Romanae, ut speciosiores apparerent. Juvenal. Sat. VI. Ovid. I. Amor. Eleg. 14. Martial. V. Ep. 69. quod alibi dicam fuse. nunc tantum locus Silii II Lib. IV. ponendus,

Colla viri fulvo radiabant lactea torque. DEMPST.

111. *Araris quo* &c.] Galliam Lugdunensem notat. ea enim alluitur, imo secatur Rhodano, rapidissimo amne, nisi Arar infusus vires relentaret. Mela Lib. II. cap. 5. Plin. Lib. III. cap. 4. *fertilissimus amnis Rhodanus, rapiens se ex Alpibus per Lemanum lacum, segnemque deferens Ararim*. Seneca in Apocolocyntosi, ubi Rhodanus,

Ingens amne praerapido fluit,
Ararque dubitans quo suos cursus agat.

Silius Lib. III. *Spumanti Rhodanus proscindit gurgite campos, Auget opes, flumi similis, tacitoque liquore Mixtus Arar*. Lib. XV. *quorum serpit Arar per rura pigerrimus amnis*. Lucan. I. *quo Rhodanus raptum velocibus undis In mare fert Ararim*. & Lib. VI. sen-

Digitized by Google

Et quos naſcentes explorat gurgite Rhenus;
Quosque rigat retro pernicior unda Garumnae,
Oceani pleno quoties inpellitur aeſtu.
Mens eadem cunctis, animique recentia ponunt
Vulnera. non odit victus, victorve ſuperbit.
Et quamvis praeſens tumor, & civilia nuper
Claſſica, bellatrixque etiam nunc ira caleret,
In ducis eximium conſpiravere favorem.
Haud aliter Xerxen toto ſimul orbe ſecutus
Narratur rapuiſſe vagos exercitus amnes,

Et

ſu contrario: *Rhodanumque morantem Praecipitavit Arar.* noſter Lib. II. in Eutrop. *Qua Rhodano ſtimulatus Arar.* Idem de Conſ. Manl. Theod. princ. *Lentus Arar, Rhodanusque celer.* nec te moveat, quod Iſidor. Lib. XXV. cap. 4. dicat, Ararim fluvium eſſe Germaniae ex Marone Eclog. I. nam olim confundebantur Burgundi cum Germanis vicinis. DEMPST.

112. *Rhenus*] Id ipſum de Celtis Auctor epigrammatis, quod in Graecorum Epigrammatum opere exſtat Lib. I. & Ariſtoteles VIII. Politicorum. de Germanis Tacitus, de Italis Maro, de Thracibus Sidonius prodiderunt. DELR. Gallos, opinor, intelligit, quos Celtas promiſcue vocant Graeci; nam Germania prima & ſecunda fuere ſub P. F. P. Galliarum. hunc vero morem Italis forte tribuit Maro: *Natos ad flumina primum Deferimus.* ſed vix credo explorandi cauſa. verius id tangit Tacitus de Mor. Germ. in hanc rem vide Graecum epigramma, & Juliani Imp. Epiſtolas. CLAVER. *Rhenis* Vicetin.

113. *Quosque rigat*] Giſanius in Epiſtola ad me ſcripta legit *ligat*, pro arcuit, ambit, amplectitur. ut paulo poſt, *quidquid ligat ultima Thetys.* & infra eodem hoc libro, *Sic ligat immenſa vindex indagine ſilvas.* PULMAN. *Ligat* ſec. Vaticanus & novem alii ex noſtris. quomodo Giphanium caſtigare Pulmannus in ora Codicis ſui annotarat. ſed fruſtra. nam quod infra vs. 148. legitur, *quidquid ligat ultima Thetys*, illic prim. Vaticanus exhibebat *rigat.* perperam tamen, ut opinor. Avienus deſcript. orbis, *totum hoc circumlatrat aeſtus, Et maris infeſti moles ligat.* Statius Achill. primo, *quaeque ordine gentes Litora Abyſſeni maris alligat unda ſuperni.* & Lucan. X. 255.

Rumor ab Oceano qui terras alligat omnes.

noſter Conſ. Manlii v. 200. *Prima Padum Tiberimque ligat. ligare ſaltus indagine* pro cingere, infra hoc ipſo poëmate. HEINS.

115. *Mens eadem cunctis*] Id praecipuum in exercitu; nam nihil praeſtare hoſti Fortuna majus poteſt, quam hoſtium diſcordiam, auctore Tacito. denique nulla, quamvis minima, natio poteſt ab adverſariis perdeleri, niſi propriis ſimultatibus ſe ipſam conſumpſerit, ait Vegetius. CLAVER. Virgil. III. Aeneid. 60. *Omnibus idem animus.* BURM.

Garumnae] *Garinna* marg. Morini.

117. *Praeſens tumor*] *petulans animis civilia* marg. Iſingr.

118. *Bellatrixque*] *bellatrix* Oxon. & Leid. *bellatrixque etiam natura* Exc. Wolfii.

119. *In ducis eximium conſpiravere favorem*] *In ducis eximii* duo Vaticani, & quatuor alii. ut infra v. 223.

Inſignemque ducem populus defendit uterque. HEINS.

120. *Xerxen*] *Xerſen* Leid. duo.

121. *Rapuiſſe vagos amnes*] Xerxis tam numerofae copiae, ut integros amnes epotarent. Juvenal. Sat. X. *Epotaque flumina Medo Prandente.* Herodot. Lib. VII. numerat fluvios Scamandrum, & Onochonum in Theſſalia, Simoënta in Phrygia, Chydorum in Baeotia, Lyſum in Samothracia: & in alio loco ejusdem libri nominat Epidanum maximum flumen in Achaia; & lacum triginta ſtadiorum in finn Perſico a jumentis exſiccatum: & nonnihil ſuper ea re Diod. Sicul. Lib. XII. ſed & illud magis mirandum, tantum exercitum magnificis epulis a Pythio Bithyno exceptum & frumento adjutum, veſtibusque. Juſtin. Lib. II. Herodot. Lib. VII. Oroſ. Lib. IV. cap. I. *teſtum* autem *aequor*, pro Helleſponto, quem navibus texit Xerxes, vincula Neptuno minatus. DEMPT. *potaſſe* Excerpta Pomponiana. HEINS. hoc gloſſema eſt in animo habentis illud Juvenalis *epotaque flumina Medo.* & noſtri I. in Laud. Stilich. 172.

Arebant tantis epoſi millibus amnes.

ſed longe efficacius eſt *rapuiſſe*, quod aviditatem bibendi notat ſingularem. ſupra I. 307.

Raptum Tyrios ibi vellera furos. BURM.

122.

Et telis umbraſſe diem, quum claſſibus iret
Per ſcopulos, tectumque pedes contemneret aequor.
Vix Alpes transgreſſus erat, nec jam amplius errat
Barbarus, adventumque tremens, ſe cogit in unam
Planitiem, tutoque includit paſcua gyro.
Tum duplicem foſſam, non exſuperabile vallum
Aſperat alternis ſudibus, murique locata
In ſpeciem caeſis obtendit plauſtra juvencis.
At procul exſanguis Rufinum perculit horror:
Infectae pallore genae. ſtetit ore gelato

In-

122. *Umbraſſe*] Malo hoc cum pluribus, quamvis quidam vulgati & unus MS. ſervent *vibraſſe*. DELR. Nihil vulgatius eſt, & in quo Poëtae magis luxuriarunt, quam in hac Xerxis ſtultitia, & jactatione potentiae. vid. Val. Max. III. II. & III. VII. Ex. 8. & alios. *umbrare* vero eſt tegere, familiare verbum Statio, ut VII. 309. ſimilis vero diverſitas in Nupt. Honor. 149.

Umbratura Deum retro ſinuatur in arcu
Bellua.

& ibi *vibratura* Codices alii. *dies* hic ſol eſt, ut ſaepe. Catal. Pith. pag. 57. *ſolem texere ſagittae.* vid. & I. de Laud. Stilich. 257. BURM.

123. *Per ſcopulos*] per medium Atho, quem CIↃↃ. paſſibus abſciſſum navigationi aptavit. DELR.

Contemneret] *contexeret* Oxon. & Putean. quod olim placebat Heinſio, ita Statius v. Theb. 484.

——— *laſſavit euntes*
Lux oculos, longumque polo contexere viſa eſt
Aequor.

vid. ad II. in Eutrop. 451. & Bell. Get. 178. pro vulgata faciunt, quae notat vir illuſtris ad VI. Conſ. Honor. 146. Livius XXXVII. 40. *nondum adeo contempto hiberno mari, ut trajicere auderet.* Tibull. I. III. 37.

Nondum caeruleas pinus contemſerat undas.

& ita *contemnere ventos* dixit Virg. II. Georg. 360. & III. Aeneid. 76. de illis quae inmota & inconcuſſa ſtant. & *contemnimus* omnia, a quibus nihil periculi timemus, ſed quae audacter adgredimur & tentamus. vid & Bell. Gildon. 501. BURM.

124. *Vix Alpes transgreſſus erat*] Lucenſ. *egreſſus.* HEINS.

125. *Adventumque tremens*] *timens* nonnulli ſcripti, quod perperam ſecutus Raphelengius. ſupra Lib. I. 291.

Hoc monſtrum non una palus, non una tremebat
Inſula. Lib. II. in Eutrop. 520. *mortem poenasque tremebam*, atque ita ſaepe. HEINS. Eadem diverſitas Bell. Gildon. 304. & Getic. 64. & alibi. *adductumque tremens* Exc. Voſſ. BURM.

126. *Includit*] *excludit* Leidenſ. & unus Barthii, qui & *totoque.*

127. *Tum duplicem foſſam*] Haec noſtri milites impavidi olim non obſervarunt. nunc vero mos ille inolevit. Sodonius: *Nec te foſſa patens, nec hiſpidarum objectu ſudium coronat agger.* At omnino ad rem Tibullus Lib. IV. Carm. I.

Qua decet tutam caſtris educere foſſam.

inde *Foſſatum* reperias. CLAVER. *duplicem foſſam*, non *duplici foſſa*, prim. Vatic. eleganter. vide notas Bell. Gildon. vs. 139. pro *tutoque*, Oxon. *tortoque.* alii nonnulli *totoque. locata* etiam cum ſcriptis melioribus bene Raphelengius, non *locatum.* vidit id Barthius etiam. HEINS.

129. *In ſpeciem*] *in ſpecie* Leid. duo & Oxon. *eſtendit* etiam Leidenſ. alter. *clauſtra* etiam Vicetin.

Plauſtra] Hic locus viro militari perplaceat, eſtque haec barbara ſed egregia muri ſpecies: neque vero ſoli Getae bobus & plauſtris uſi ſunt; nam idoneus auctor ſcribit Carolum Magnum vehiculo ſuo junxiſſe boves ſeu bubalos. vide veterem Francorum picturam apud Lazium. CLAVER. ſed *caeſae juvencae* hic ſunt coria, quibus, ut ſcutis homines, ita carrago haec muniebatur. vid. Barth. BURM.

130. *Horror*] Manuſc. meus *error*, & poſtea *terrore & fugatus*, pro *pallore & ſubaſtus.* DELR. *error* Ex. Voſſ. & hoc ſollemne librariis. vid. ad Val. Flac. VI. 277. pro *exſanguis*, *exſanguem* Dempſterus ex MSS. ad Roſin. Lib. I. cap. 13. legebat. BURM.

131. *Pallore*] ſic apud Plinium nequam ille Regulas notabiliter expalluit. Statio *vultus pallore notati.* CLAVER. *terrore* nonnulli cum Gudianis excerptis. puto pro *torpore.* HEINS. *terrore* Exc. Wolf. *infeſtae* Leid.

Ore gelato] Statius, *ſic fata gelatis vultibus*, & alibi, *gelat era paver.* CLAVER.

Incertus peteretne fugam, veniamne ſubactus
Poſceret, an fidos ſeſe transferret in hoſtes.
Quid nunc divitiae, quid fulvi vaſta metalli
Congeries, quid purpureis effulta columnis
Atria, prolataeve juvant ad ſidera moles?
Audit iter, numeratque dies, ſpatioque viarum
Metitur vitam. torquetur pace futura,
Nec recipit ſomnos, & ſaepe cubilibus amens
Excutitur, poenamque luit formidine poenae.
Sed redit in rabiem, ſcelerumque inmane reſumit
Ingenium, ſacrasque fores praedivitis aulae
Intrat, & Arcadium mixto terrore precatur.
Per fratris regale jubar, per facta parentis
Aetherii, floremque tui te deprecor aevi,
Eripe me gladiis. liceat Stilichonis iniquas
Evitare minas, in noſtram Gallia caedem
Conjurata venit. quidquid ligat ultima Tethys,

Ex-

132. *Peteretne fugam*] De hac locutione vid. ad Ovid. Epiſt. VI. 158. *veniamque* Oxon. *veniamve* alter. & editiones pleraeque Aldo recentiores. BURM.

133. *Tantos ſeſe transferret in hoſtes*] *Fidos* alter Leid. Patavin. & Gevart. cum primo Vaticano. argute *fidos hoſtes* vocat Getas, quos occulto foedere Rufinus ſibi ſociarat. Inſiceti interpolatores non intellexere argutum dictum. ſic apud Paulinum Natali Felicis quinto,

Fraude bona fallax animo mentita fideli.

vide Barthium infra hoc libro v. 226. mox pro *purpureis columnis* excerpta Pompejana *porphireis*. HEINS. *earum hoſtem* dixit eodem ſenſu ſupr. v. 72. *purpureis effulta metallis* Vicetin. *perfulta* Exc. Voſſ. unde Heinſius conjiciebat *praefulta. effulta metallis* Oxon. duo & Leid. *effultis* Aldus. An, *quid nunc Phrygiis effulta columnis*? vid. Heinſii notas ad Ovid. III. Faſt. 529. BURM.

136. *Atria* &c.] Haec non de porticu illa inſigni, quam in urbe Antiochia ad placandos cives excitavit, teſte Zoſimo, accipienda ſunt; ſed de Byzantino opere ſtructurae admirabilis. Anthologia libro IV. memoratur, Ῥυφίνου ἄλσος, καὶ φατρὸς ἄγαλμα. CLAVER.

137. *Audit iter*] Olim conjecerat Barthius *auget*. ſed *audit iter* Stilichonis verſus Conſtantinopolin. *numeratque vias* Leid. BURM.

138. *Peſte futura*] *pace* Lucenſ. quam Stilicho Orienti eſſet redditurus. HEINS.

139. *Recipit*] an pro ſimplici *capit*? an vero, ubi paululum acquieverat, evigilans recuperare ſomnum (ut de Auguſto Sueton. cap. LXXVIII.) non poterat? elige lector. BURM.

141. *Sed redit in rabiem*] ſic Iſingr. Gyrald. prim. Vaticanus, & ſeptem ex noſtris. Caeteri cum vulgatis *faciem*, niſi quod Regius *facinus*. etiam bene. vulgatam ſcripturam ſi quis invitis melioribus membranis amplectendam cenſet, adeat pro ea non infeliciter digladiantem Barthium. HEINS. Vid. ad IV. Conſ. Honor. 84. *redire in faciem* dixit Ovid. IV. Met. 231. & I. Faſt. 112. ubi agit de forma corporis antea mutati. & Lucan. II. 729. *plauſtra Bootae In faciem puri redeunt languentia coeli*. ſed hic tamen *rabiem* praeferrem, quam antea timore videbatur depoſuiſſe. Lucan. IV. 240. *redeunt rabiesque furorque*. nam hic durius eſſet dictum *in faciem redire* pro in ſcelus antiquum. BURM.

142. *Praedivitis*] Recte judicare mihi videtur Barthius epitheton hoc otioſum hic eſſe. forte ſcripſerit *praefervidus*, ſcilicet ira & ſcelere fervens. BURM.

143. *Mixto terrore*] *immixto* Oxon. Ald. Colin. forte pro *immiſſo*, ut precibus minas addere viſus ſit, ut patet ex vs. 165. & ſeqq. & ut Jupiter apud Ovid. II. Met. 397. *precibusque minas regaliter addit*. BURM.

144. *Per facta parentis*] ſic ſcripti omnes, non *fata*. HEINS. ita & Exc. Wolf.

147. *Evitare manus*] *Minas* Lucenſ. Gyrald. prim. Vatican. placet. mox *rigat* pro *ligat* idem prim. Vatican. HEINS. ſic apud Lucan. VIII. 838. *Si ſecula prima Victoris timuere minas*. & ibi *manus* in MSS. eſt. vid. ad Ovid. I. Amor. VII. 46.

148. *Ligat*] vid. ſupr. vs. 113.

149.

Digitized by Google

Extremos ultra volitat gens ſi qua Britannos,
Mota mihi. tantis capiendi credimur armis?
Tot ſignis unum petitur caput? unde cruoris
Iſta ſitis? geminum coeli ſibi vindicat axem,
Et nullum vult eſſe parem. ſuccumbere poſcit
Cuncta ſibi. regit Italiam, Libyenque coërcet:
Hiſpanis Gallisque jubet. non orbita Solis,
Non illum Natura capit. quaſcumque paravit
Hic Auguſtus opes, &, quas poſt bella recepit,
Solus habet. poſſeſſa ſemel non reddere curat.
Scilicet ille quidem tranquilla pace fruatur:
Nos premat obſidio? quid partem invadere tentat?
Deſerat Illyricos fines; Eoa remittat
Agmina; fraternas ex aequo dividat haſtas;
Nec

149. *Extremos ultra*] Vetus codex meus,

Extremos volitat gens ultra ſi qua Britannos
Mota mihi. digni capiendis credimur armis?

ſententia eſt expedita. eligat quisque quod volet. DELR.

Volitat] de vaga & erratica gente capit Barthius. ſed & *volitare* dicuntur, qui ſine metu hoſtium & ſecuri vagantur, ut ex Floro & aliis vidimus ad Valer. Flacc. IV. 607. BURM.

150. *Mota*] *Nata* Junt. Ald. Colin.

Tantis capiendi credimur armis] Aldus *digni capiendi*. ſcriptorum major pars *dignis capiendi*. Patav. Eccleſ. Cath. *digni capiendis*. quomodo Barthius conjiciebat. ut forte ſcripſerit, *tantis cur digni credimur armis?* quomodo apud Statium Theb. II. 495.

Malle animi, tantis dignus qui crederis armis.

ſed vulgata proba eſt, modo interrogatione erigatur. *credimur* pro tradimur dixit, quod verbum noſter eo ſenſu amat, ſequenti verſu pro *petitur*, *petimur* Ambroſ. venuſte. HEINS. *tradimur armis* Oxon. a m. 8. *dignis* Exc. Wolf. forte *tantis capiendi quaerimur armis*. ita *credere* & *quaerere* confundi vidimus ad Ovid. II. Amor. XI. 22. *tantis armis* more ſuo, pro tot in me armatis, infr. 310. *tantisque ſimul ſpoliavimus armis*. BURM.

154. *Coercet*] liber Barthii *pererrat*. *Libyemque* Oxon. Leid. & Exc. Wolf.

158. *Poſſeſſa ſemel*] *Poſſeſſa ſibi non reddere curae*, Schedae Gudianae. HEINS.

Curat] Illuſtravit uſum verbi *curare* ex poſteriori aevi ſcriptoribus Barthius; ſed melioris vid. ad Ovid. II. Amor. XIX. 7. & III. Art. 257. & alibi. *partem* non movendum, eadem enim dicit, quae Alicio apud Terent. Adelp. I. II. 50. *Curemus aequam uterque partem*. & ita intellexiſſe Cujacium puto, qui *ἴσον*, id eſt, aequam partem adſcripſit. *qui partem* Oxon. & Leid. BURM.

159. *Pace*] *in pace* Cod. Barthii. interpolatum credo ex vs. 103. *fruatur* MSS. Leidenſes & Pulman. BURM.

160. *Quid partem*] Recte id quidem. ſed vetus codex habuit *parem*, quod non neglexit Cujacius, nam in ora ſui libri excuſi *ἴσον*. interpretatus eſt, unde colligas quantum manuſcriptis tribuerit; non enim neſciebat primam ſyllabam corripi. CLAVER. Verſum unum alterumque excidiſſe puto. Claverianus *parem*. Iſingrinianus *ſpartem*. paullo ante Barthius interrogationis notam tollendam cenſet, & pro *ſcilicet* reponit *ſi licet*. quomodo ex noſtris Rottendorpianus. pro *fruatur* plerique ſcripti *fruetur*, & pro *premat* iidem *premet*. HEINS. *qui partem* Oxon. *premit* Ed. Iſingr. & Gryph.

161. *Illyricos fines*] Quaeſtionis eſt, utrum Orienti an Occidenti adjudicari debeat Illyricum? ego ſane Honorii potius quam Arcadii ſeu Rufini cauſae ſubſcribo, quia in Notitia Imperii praefecto Italiae magnam ejus partem ſubjectam reperio, de qua tantum hic agitur. CLAVER.

Eoa] *Aegea* Exc. Voſſ.

163. *Haſtas*] Exercitus. DELR. Id eſt exercitum a Theodoſio relictum. at Stilicho, ut erat minime ſtolidus, & excors, diviſit quidem exercitum haereditarium, ſed Aſianos & minus ſtrenuos, ſeu mavis rejiculos, ut par erat, a ſe dimiſit, ſi Zoſimo creditur. neque enim id elicias ex hoc poëta, niſi quod veriſimile eſt Gallicum exercitum, qui robuſtiſſimus, Italiae addictum fuiſſe, nulla ſane injuria fit hac in parte Orientalibus, cum ſuos milites & conterraneos in patriam reduces excipiant. CLAVER. *Haſta* hic eſt ſceptrum ad

tem-

Digitized by Google

Nec ſceptri tantum fueris, ſed militis, heres.
Quod ſi diſſimulas noſtrae ſuccurrere morti,
Nec prohibere paras: Manes & ſidera teſtor,
Haec cervix non ſola cadet. miſcebitur alter
Sanguis, nec Stygias ferar incomitatus ad umbras,
Nec mea ſecurus ridebit funera victor.
Haec ubi: dictatur facinus; miſſusque repente,
Qui ferat extortas invito Principe voces.
Interea Stilichon jam laetior hoſte propinquo,
Nec multo ſpatii diſtantibus aequore vallis,
Pugnandi cupidas accendit voce cohortes.
Armeniis frons laeva datur; per cornua Gallos
Dexteriora locat. ſpumis igneſcere frena,
Pulveris extolli nimbos, lateque videres
Surgere purpureis undantes anguibus haſtas,

Ser-

tempora priſca alluſum. nam Juſtin. Lib. XLIII. *per ea adhuc tempora reges haſtas pro diademate habebant, quas Graeci σκῆπτρα vocant.* & de ſceptro Latini, Maro XII. Aeneid. ex Homerico Achille Iliad. I. & Valer. Flacc. Lib. III. id ipſum expreſſit. quare & *haſtae Deorum ſimulacris additae ad auctoritatem exprimendam.* Turneb. Lib. XXII. cap. XII. Serv. ad illud I. Aeneid. *Hic iilius arma, hic currus fuit.* DEMPST.

163. *Sceptri*] *cepti* Exc. Voſſ. ita & Lib. I. 308. *fueris tantum* Ead. & Oxon. & Leid. & Edit. Vicet. Parm. Junt. & Colin.

167. *Stygias umbras*] primus Vaticanus *undas.* HEINS.

169. *Dictatur*] *hic ubi vitatur* Vicetin. *hic ubi dictatur* Parm, verſ. ſeq. *qui feras exertas* Vicetin. *inviſo* Cod. Barth. BURM.

172. *Vallis*] *valli* Lib. Barthii, cui ſuſpectus hic verſus.

174. *Frons laeva*] *pars* Lovan.

177. *Surgere purpureis*] Forte rectius *fervere.* ut IV. Conſ. Honor. 544. *ferventesque tumens poſt terga dracones.* Cave audias libros, in quibus *coelum fervire* pro *ſaevire.* ſunt enim pauci numero & notae deterioris, quibus nolim auſcultaſſe Barthium. *atque videres* Schedae Gudianae. HEINS. *fugere purpureis* Leid. *fervire* & *ſaevire* confuderunt etiam librarii apud Val. Flac. II. 157. & Lucan. V. 773. BURM.

Undantes haſtas] Signa prima Romanorum *manipuli foeni* erant. Ovid. I. Faſt. deinde *Aquila, Lupus, Minotaurus, Equus, Aper.* Plin. Lib. X. c. 4. Feſt. Lib. XI. licet idem Lib. XIV. *porcum* inter ſigna reponat. ſed forte idem eſt porcus & aper. tertio *dracones* geſtari coepti, ſed ſerius. Ammian. Lib. XVII. Sidon. Carm. II. 232.

Ut primum veſtras Aquilas provincia vidit,
Deſiit hoſtiles confeſtim horrere Dracones.

Idem Carm. V. 402.

—— jam textilis anguis
Diſcurrit per utramque aciem, cui guttur adacti
Turgeſcit Zephyris: paulo mentitur hiatu
Iratam pictura famem.

quae pulchra videri poſſent, niſi noſter diciſſet de III. Conſ. Honor. 138.

—— Hi picta Draconum
Colla levant, multusque tumet per nubila ſerpens
Iratus ſtimulante noto, vivitque receptis
Flatibus, & vario mentitur ſibila tractu.

Ex quibus apparet non fuiſſe ex auro argentove, ut Aquilam, ſed aſſutam intextamve panno effigiem. expreſſe noſter de eodem infr. vs. 364. *ſpirisque remiſſis Manſueſcunt varii vento ceſſante Dracones.* & de IV. Conſ. Hon. 544. *ferventesque tumens poſt terga Dracones.* Imo una cum Aquila in eodem exercitu Draco. noſter de Nupt. Honor. & Mar. 193.

Stent bellatrices Aquilae, ſaevique Dracones.

Denique ubi Aquilae a Conſtantino crux ſuffecta, Dracones retenti. Prudentius Lib. II. in Symmach.

—— prima haſta dracones
Percurris, quae Chriſti apicem ſublimior effert.
DRAKENB.

Au-

Digitized by Google

Serpentumque vago coelum ſaevire volatu.
Inplet Theſſaliam ferri nitor, antraque docti
Cornipedis, teneroque amnis reptatus Achilli,
Et nemus Oetaeum radiat: clamore nivalis
Oſſa tonat, pulſoque fragor geminatur Olympo.
Intumuit virtus, & lucis prodigus arſit
Impetus. haud illos rupes, haud alta vetarent
Flumina. praecipiti ſtraviſſent omnia curſu.
Si tunc his animis acies collata fuiſſet,
Prodita non tantas vidiſſet Graecia caedes:
Oppida ſemoto Pelopeïa Marte vigerent:
Starent Arcadiae, ſtarent Lacedaemonis arces:
Non mare fumaſſet geminum, flagrante Corintho,

Nec

Anguibus] Draconibus, quorum infra frequenter noſter meminit. Sollius quoque Sidonius,

——— *jam textilis anguis*
Diſcurrit per utramque aciem, cui guttur adactis
Turgeſcit Zephyris: paulo mentitur hiatu
Iratam pictura famem, ponmoque fruorem
Aura facit, quotiens craſſatur (hoc eſt impletur. nec enim audiendi ſunt qui legunt *criſſatur*, quod in obſcoenis eſt) *vertile tergus*
Flatibus, & nimium jam non capit alvus inane.

DELR. *Purpureas angues* vocat ad colorem ſignificandum; nam peditum vexilla *roſea*, equitum *caerulea*. Serv. ad princ. VIII. Aeneid. quod *is color ſit aquae*, ſeu *Neptuni*, qui equum bellicis uſibus adhibuit. quare M. Agrippa caeruleo vexillo ab Auguſto donatus. Suet. Aug. XXVIII. *purpuren* autem, *quod ſanguineus color Marti conveniat*. Iſid. Lib. XVIII. cap. 41. lego tamen aureum fuiſſe colorem Draconum. Ammian. Lib. XVI. *alios*, ait, *purpureis ſubtegminibus texti, circumdedere Dracones, haſtarum aureis gemmatisque ſummitatibus illigatos; hiatu vaſto perflatiles, & veluti ira perciti ſibilantes, caudarumque volumina relinquentes in ventum*. Val. Flacc. Lib. VI. princ. *Inſuper auratos collegerat ipſe Dracones*. DEMPST.

178. *Saevire*] meus codex *ſervire*. DELR.

180. *Cornipedis*] Chironis Centauri. DELR.

Amnis] Sperchius forte. Achilles equidem apud Papinium Lib. III. Ach. 232. *Quaeriſne meos*, ait, *Sperchie, natatus*. DELR.

181. *Et nemus Oetaeum radiat*] Ita legunt haec & diſtinguunt ſcripti. vulgo *reſonat*. HEINS. *nemus aetbereum* Oxon. *Aetneum* Leid. *radiat* Vicetin. Parm.

182. *Oſſa tonat*] *ſonat* Oxon. & Leid. vid. II. de Rapt. 173.

184. *Haud alta vetarent*] *haud ulla*. Oxon. *aut illos rupes aut alta* Barthii & Leid. *vetarunt* idem.

185. *Straviſſent omnia curſu*] *aequora curſu* Leid. & Gevart. ita Virgil. VIII. Aen. 89. *Sterneret aequor aquis*. & Ovid. Heroid. XIX. 160.

Sternet & aequoreas aequore nata vias.

ſupra 123. *contexere aequora*, quidam ſcripti. nihil tamen temere mutandum. BURM.

186. *Si tunc bis*] *quod ſi tunc animis* Lib. Barthii. *bis ſi tunc animis* Vatican. *collecta fuiſſent* Exc. Wolf.

187. *Graecia*] Stilicho, ut ſuccurreret Achajae, in Peloponneſum adpulit, fugavitque barbaros in Pholoen, ſed nihilominus ſpatium datur Alaricho in Epirum tranſeundi. Corinthus proditione Gerontii periit. Athenae longo tempore obſeſſae, nec tamen captae, ſed matronas Athenienſes in vinculis exhibet poëta, niſi Atticae ſines intelligas. denique Sparta, viris & armis deſtituta, capitur. Ruſinus autem Alarichum, offenſum alioquin, ſollicitaverat, ut cum ſuis accederet, occupaturus, nemine repugnante, omnia. Zoſimus haec nos docuit. CLAVER.

Graecia clades] *caedes* Lucens. Gyrald. prim. Vatican. nam *cladibus* mox ſequitur vs. 193. & mox pro *Lacedaemonis arces*, *agri* ſcriptorum protior pars. pro *oppida vigerent* malim *virerent*. etſi & vulgatum defendi poſſet, praeſertim pro eo ſtantibus membranis. HEINS. *fuiſſent* liber Barthii. *virerent* tuetur Heinſ. ad I. Rapt. 236. *agri* plurimi & Exc. Wolf. ſed *arces* non debet moveri. imitatur enim Virgilium II. Aeneid. 56.

Trojaque nunc ſtares, Priamique arx alta maneres.

& *agri* an recte *ſtare* dicantur dubito. *arces* autem pro urbibus poni vulgatum. BURM.

Digitized by Google

Nec fera Cecropias traxiſſent vincula matres.
Illa dies potuit noſtris inponere finem
Cladibus, & ſceleris cauſſas auferre futuri.
Invida, prô, quantum rapuit Fortuna triumphum!
Inter equos, interque tubas mandata feruntur
Regia, & armati veniunt ductoris ad aures.
Obſtupuit. ſimul ira virum, ſimul obruit ingens
Moeror: & ignavo tantum licuiſſe nocenti
Miratur. dubios anceps ſententia volvit
Eventus, peragat pugnas, an fortia coeptâ
Deſerat. Illyricis ardet ſuccurrere damnis:
Praeceptis obſtare timet. reverentia frangit
Virtutis ſtimulos. hinc publica commoda ſuadent,
Hinc metus invidiae. tandem indignatus ad aſtra
Extollit palmas, & ab imo pectore fatur:
Numina Romanis necdum ſatiata ruinis,
Si juvat imperium penitus de ſtirpe revelli,

Uno

190. *Flagrante*] *fumante* Oxon. forte librarius in animo habuit illa Virgil. III. Aeneid. 3.

Et omnis hume fumat Neptunia Troja.

ſed geminari has voces in uno verſu non elegans videtur. BURM.

191. *Nec fera*] *Non fera* Oxon.

193. *Futuri*] *futuris* Exc. Voſſ. *futuras* liber Barthii, quod illi diſplicebat.

194. *Raputt*] *removet* Oxon.

196. *Regia*] *Regis* Iſingr. Gryph. & Pulman. codices. *armenti* Leidenſ.

197. *Obſtupuit*] Veteres quidam *obſtipuit*, quomodo paſſim in antiquiſſimis codicibus id verbum ſcribitur. HEINS. pro *virum*, *ducem* Patavinus. *aera virum* Exc. Voſſ.

198. *Nocenti*] *tonanti* Leid. *mirantur* Cod. Barth.

199. *Dubios*] *dubiosque* Exc. Voſſ.

200. *Fortia coepta Deſerat*] *Differat* Thuan. quod placet. ſic infra,

—— *deſiſtite, quaeſo,*
Atque avidam differte manum.

Conſ. Manl. 297. *caedis ſitientem differat arcum.* ubi plura. neque aliter Rottendorpianus. qui non minus eleganter pro diverſa lectione *coepta Definat.* de quo loquendi modo multa nos congeſſimus ad vs. 725. Lib. II. Art. Amat. Naſonis. HEINS. ſed *deſerat* praeferendum. ita *deſerere bellum* Juſtin II. 8. & 12. v. II. & IX. 2. aliter Ovid. III. ex Ponto I. 139. *Differ tua coepta. fortia facta* lib. Barth. BURM.

201. *Ardet ſuccurrere damnis*] Stilicho, principis Honorii ſocer futurus, pupilli ſui jus tueri cupit, atque Illyricum, ſub ditione Rufini ab Alaricho vi armata poſitum, recuperare. ne quis vero putet hoc injurium; duplex fuit Illyricum; ſed Occidentale has habuit provincias; Dalmatiam, Pannoniam primam ac ſecundam, Saviam, Valeriam & Noricum duplex. CLAVER.

205. *Extollit palmas*] Palmas tendere, geſtus precantium. Livius I. Decad. Lib. IV. *ſupinas manus ad coelum & Deos tendentes.* Horat. Lib. III. od. 23. Ovid. III. Faſt. *Jam bene Dis notas ſuſtulit ille manus.* Virgil. III. Aeneid. *paſſis de litore palmis Numina magna vocat.* & alibi, *tendoque ſupinas Ad coelum cum voce manus.* unde id ſumptum, explicat Serv. ad I. Aeneid. vs. 487.

Tendentemque manus Priamum conſpexit inermem.

aut ſine ſceptro, aut ſupplices: ut, *dextras tendamus inermes. Quod tractum eſt de hiſtoria. qui enim victi ſe dedunt, dextras tendunt, & inermes ſupplicant.* Virgil. II. Aeneid. 153.

Suſtulit exutas vinclis ad ſidera palmas.

quem imitatus noſter. DEMPST.

206. *Numina*] Martialis

Damnavit multo ſaturum jam ſanguine Martem.

vide Horatii Odas. CLAVER. Petron. bello civili cap. 123.

—— *Tuque ingenti ſatiata ruina*
Tiſiphone. vid. ad Lib. I. 194. *necdum* ex Lucenſi & Moreti libro pro *nondum* repoſuit Heinſius. BURM.

207. *Penitus de ſtirpe*] *Penita* Barthius. aliter codices vetuſti. quod ſi velimus hujusmodi archaismos

Digitized by Google

Uno ſi placuit deleri ſecula lapſu,
Si piget humani generis; prorumpat in arva
Libertas effrena maris, vel limite nullo
Divius errantes Phaëthon confundat habenas.
Cur per Rufinum geritur? procumbere mundum
Hoc auctore pudet. mediis revocamur ab armis,
(Pro dolor!) & ſtrictos deponere cogimur enſes.
Vos, arſurae urbes, perituraque moenia, teſtor:
Cedo equidem, & miſerum permitto caſibus orbem.
Flectite ſigna, duces. redeat jam miles Eois.
Parendum eſt. taceant litui. prohibete ſagittas,
Parcite contiguo, Rufinus praecipit, hoſti.
His dictis, omnes una fremuere manipli:
Quantum non Italo percuſſa Ceraunia fluctu:
Quantum non madidis eliſa tonitrua Coris:
Secernique negant, ereptaque proelia poſcunt;
Inſignemque ducem populus defendit uterque,
Et ſibi quisque trahit. magno certatur amore,

Al-

mos paſſim revocare, mille ad minimum optimorum ſcriptorum loca erunt interpolanda, in quibus *penitus* pari ſignificatione occurrit. HEINS.

208. *Secula lapſu*] *ſidera* Lovan. a m. prim. *de tuo* vid. ad. II. in Eutrop. 285.

210. *Libertas effrena maris*] *Tempeſtas vaeſana* prim. Vatican. & pro *limite nullo*, *juſto* idem cum Gyrald. Lucens. & duobus Florent. ac tribus aliis. optime. *juſtum limitem* praeſcriptum vocat. ſic Lib. I. de Rapt. 242. *cum ſemina juſtis Diſceſſere locis.* quomodo illic idem Vaticanus, non *juſſis*. ſic *juſtam temperiem* Nuptiis Honor. 268. & *juſtum diſcrimen* Ibid. 267.

Quam juſto leviter ſeſe diſcrimine confert
Umbra ſupercilii.

ita enim Iſingrini codex. HEINS. Ovid. X. Met. 36.

Haec quoque cum juſtos matura peregerit annos.

ita *juſta ſtatura* Sueton. Tiber. 68. *juſta aetas* & *forma* apud Spartianum. conjecerat & Heinſius *limite inuſto*. ſed vulgata mihi ſatis placet, *limite nullo*, id eſt, extra limitem ſoli conſuetum, non coercitus limite ordinario ſolis. & *juſto* credo a gloſſatore profectum. BURM.

211. *Phaethon*] Notatu dignum videtur, quod Plutarchus ἐφεῖ τ ἐπὶ τῷ θείῳ βραδίας τιμωρουμένων ſcribit, ſua aetate Phaethontis luctum Eridani accolas nigris indui veſtibus conſueviſſe. Plato tamen in Timaeo cuncta ea per fabulam dici arbitratur. DELR.

212. *Procumbere mundum*] quidam MSS. *confundere*. DELR.

213. *Mediis revocamur ab armis Pro dolor*] Primus Vaticanus, *revocatus ab armis Ardor*, & *adſtrictos*. HEINS. *prob dolor! aſtrictos* Leid. & *ſtrictos depellere* Lovan.

216. *Cedo equidem*] Virgilianum ex Lib. II. Aeneid. 704. BURM.

Permitto cladibus orbem] *caſibus* Lucens. bene. Gyrald. & marg. Iſingr. *caſibus boſtem*. Statius Theb. v. *villam projecit caſibus artem*. mox pro *Eous*, *Eois* ſcripti meliores, ut Barthio ſcrupulus jam ſit exemptus ſuper hoc loco. & *Parcere* pro *Parcite* Lucens. HEINS.

220. *Fremuere*] *infremuere* Exc. Voſſ. ſic apud Lucan. VII. 45. Heinſius legebat, *quam mixto murmure turba Caſtrorum infremuit*. BURM.

222. *Eliſa tonitrua Coris*] non *illiſa* Lucens. & Gyrald. ſic *eliſa unda* ex optimis membranis ſupra Lib. I. vs. 274. habuimus. HEINS. Recte *eliſa tonitrua* dici puto, ſed de unda melius *illiſa*. Virgil. III. Georg. 261. *Scopulis illiſa reclamant Aequora*. vid. ad Lucan. VI. 691. quem forte noſter ante oculos habuit. BURM.

223. *Secernique*] *Secretumque* Moreti cum Gloſſa, *id eſt receſſum*. in editione Vicetina hic verſus deſideratur. BURM.

225. *Amore*] *honore* Oxon. Leid. Exc. Voſſ. & Lovan. *ſibi quisque petit*, unus pro varia lectione.

Alternamque fidem non inlaudata laceſſit
Seditio, talique ſimul clamore queruntur.
Quis mihi nudatos enſes, quis tela lacertis
Excutit, & ſolvi curvatos imperat arcus?
Quisnam audet leges vibrato inponere ferro?
Inflammata ſemel neſcit miteſcere virtus.
Jam mihi barbaricos ſitientia pila cruores
Sponte volant, ultrixque manus mucrone furenti
Ducitur, & ſiccum gladium vagina recuſat.
Num patiar? ſemperne Getis diſcordia noſtra
Proderit? en iterum belli civilis imago!
Quid conſanguineas acies, quid dividis olim
Concordes aquilas? non diſſociabile corpus,
Conjunctumque ſumus. te, quo libet ire, ſequemur.

Te

mox *Alternantque fidem non illaudata quieſcit* Vicetin. Parm. Colin.

227. *Clamore moventur*] *queruntur* Lucens. & Gyrald. cum excerptis Pomponii. ſcripti caeteri *movetur*. prim. Vatican. *moventur*. HEINS. *moventur* Vicet. & Parm. *movetur* Exc. Wolf. Ald. Junt. & Colin.

228. *Nudatos*] *laudatos* Exc. Wolf. *tela* Oxon. Pulm. Exc. Wolf. marg. Iſing. & liber Barthii, & ed. Vicet. vulgo *pila*.

230. *Audet leges vibrato imponere ferro*] Hoc pacto Lugdun. Beringorum, alii duo in eadem urbe excuſi, *quiſnam audet leges ſtricto*. Beringis conſentiunt MS. unus, & vetus Germanica editio cum Baſileenſi. at alter MS. Vicetin. *quisnam audet ſtricto leges*. DELR. *Leges vibrato imponere ferro* cum Iſingrino Claverius & Raphelengius, quod confirmant Lucens. & prim. Vatic. Caeteri cum vulgatis *ſtricto leges imponere ferro*. utrumque probum. illud tamen malo, quia *ſtrictos deponere cogimur enſes* jam praeceſſit. HEINS. *vibratos clypeos* dixit VI. Conſ. Honor. 628.

232. *Jam jam barbaricos*] *Jam mihi* Aldus & ſcripti plerique. pro *ultroque* Ed. Parm. aliaeque pro *ultroque* Ed. Parm. aliaeque nonnullae, ac Puteanus, *ultrixque*, quod Raphelengius ſecutus, ſubſcribente & Barthio. ſed quod vir ille doctiſſimus affirmat, univerſum Belgicorum codicum gregem τὸ *ultrix* agnoſcere, aliter res ſeſe habet. Illi enim *ultro* conſtanter exhibent, ut videre eſt in Iſingriniana editione cum libris ſcriptis a Pulmanno collata, quam a Barthio redemit, ac mihi munus eſſe voluit, elegantis vir ingenii & mihi amiciſſimus Lucas Langermannus. HEINS. *mihi* etiam Lovan.

Manus ducitur] Reſpicit ad illud Homeri Odyſſ. Π. ἀυτὸς γὰρ ἰφίλατσα ἀνὴρ οἰδῆρος. quod Valer. Flacc. V. 541. vertit *Famque virum trahit ipſe chalybs. ruenti* Ed. Delph. *ruente* Ed. Elzev. 1677. *ultroque m. m. furenti* marg. Morini, Iſingr. & Exc. Voſſ. BURM.

235. *Num*] *Non* Exc. Voſſ. Ald. Iſing. Colin. Gryph. & aliae. *Nun* Heinſius ex Parmenſi editione & codice Vaticano. ſed in Vicetin. & Parm. eſt *Nun patiar*. BURM.

235. *Semperne Getis proderit.*] Getae pro Scythis paſſim, ex quibus oriundi Gothi, qui ob id Getae dicuntur. Oroſ. Lib. I. cap. XVI. Paulus Diacon. in vita Leonis Imp. Spartian. in Carac. & in Geta. D. Hieronym. in Praefat. ad Galatas. Sidon. Carm. II. *a genitrice Getbes* Carm. V. *qui dictat modo jura Getis.* noſter de bello Getico, *Geticas avertere fauces*. Ibid. *ſtirpemque abolere Getarum*, & poſt, *pellita Getarum curia*. de bello Gildon. princ. *lugenda Getis & flenda Suedis bauſimus*, & de III. Honor. Conſ. *Getico fuedavimus Hebrum ſanguine*. DEMST. *ſemperque* Exc. Voſſ.

238. *dividis olim Concordes aquilas*] Ex hoc loco placet conjicere, Aquilam Imperialem non ab ratione duplicem aut bicipitem effingi; indicat enim duorum Impp. Orientis ſcilicet & Occidentis (quales fuere Arcadius & Honorius fratres) concordiam. unde merito B. Rhenanus ridet quendam tenebrionem, qui Maximiliano I. Imp. perſuadere voluit, ut duplicem Aquilam vel aere vel marmore, vel pictura exprimi, tanquam monſtrum aliquod, edicto vetaret. CLAVER.

239. *Corpus conjunctum*] Miratus ſum olim apud Auſonium almae Trinitati conferri tres unanimes Imperatores, nempe Valentinianum, Valentem & Gratianum, hoc modo:

Tale & terrenis ſpecimen ſpectatur in oris
Auguſtus geniter.

dein-

Digitized by Google

Te vel Hyperboreo damnatam ſidere Thulen,
Te vel ad incenſas Libyae comitabor arenas.
Indorum ſi ſtagna petas, rubrique receſſus
Aequoris, auriferum veniam poturus Hydaſpen.
Si calcare Notum, ſecretaque litora Nili
Naſcentis jubeas, mundum poſt terga relinquam.
Et quocumque loco Stilichon tentoria figet,
Hic patria eſt. Dux inde vetat: deſiſtite, quaeſo,
Atque avidam differte manum. cadat iſte minacis
Invidiae cumulus. non eſt victoria tanti,
Ut videar viciſſe mihi. vos, fida juventus,

Ita

deinde,

Qui fratrem natumque amplexus utrimque
Numine, partitur regnum, neque dividit unum,
Omnia ſolus habens, atque omnia dilargitus. CLAVER.

Sequemur] *ſequamur* Exc. Voſſ. Edit. Vicetin. *qualibet* etiam Oxonienſis. Leidenſis, Lovan. Exc. Wolf. & ed. Ald. & probat ex ſuo codice Barthius. vid. ad Petron cap. XVIII.

Hoc amo, quod poſſim, qua libet, ire via. BURM.

240. *Thulen*] *Tylen* Leidenſes. *Thilen* Lovan. *damnatum* Ed. Vicetin. *hyperboricо* marg. Morinl. *Hyperboream* Exc. Wolf.

241. *Comitabor*] *comitamur* Exc. Voſſ. *Te vel in incenſos*, Leid.

242. *Rubrique receſſus Litoris*] *Aequoris* prior Moreti inter optimos bene. alterum ferri non poteſt, quia ſequitur *ſecretaque littora Nili*. quod & Barthius vidit; niſi illic cum altero Moreti & prim. Vaticano legas *noſcere Nili*, ut *ſecreta Nili* dixerit, quomodo *clauſa rerum*, & ſimilia, quorum noſter plenus. vulgatam tamen lectionem tuentur, quae notamus ſupra Lib. I. vs. 186. HEINS. Sic *aequora rubra* III. de Laud. Stil. 362. & Lib. I. in Rufin. 280. & *rubrum mare* & *profundum* ſaepius confunduntur. ſaepe etiam *litora* & *aequora*. vid. III. Conſ. Hon. 209. & alibi. an *ſecretaque vijere Nili*. vid. ad Nemes. Cyneg. 68. BURM.

244. *Secretaque litora*] Alibi dixit, *Arcanos Nili deprendit fontes*, quippe quos nemo norit, cum de iis tot ſint ſententiae, quot capita. quod qui ſcire cupit, verum ſit nec ne, legat Herodotum in Euterp. Ariſtotelem I. περὶ κοσμου. Diodor. Lib. I. Strabonem, Ptolomaeum, aliosque Graecos. inter noſtros Lucretium Lib. VI. Tibullum Lib. I. Horatium Lib. IV. Carm. Lucanum Lib. X. Senecam Lib. IV. Natur. Quaeſt. Plinium Lib. V. cap. 60. Vitruvium Lib. VIII. Solinum cap. XXXV. Pomponium Melam Lib. I. cap. IX. DELR. De Nili fonte dubitatum etiam ab ipſis Aegypti regibus, quod ſuſe alibi ex Graecis Latinisque dicam. DEMPST.

245. *Mundum poſt terga relinquam*] *Annum* Lucens. placet. Virgil. VI. Aeneid. 796.

—— *patet extra ſidera tellus,*
Extra anni ſolisque vias.

Nec diſſimile illud Pedonis Albinovani:

Jam pridem poſt terga diem ſolemque relictum.

mox *Haec patria eſt*, non *Hic*, prim. Vatican HEINS.

Poſt terga relinquam] Ammian. Lib. XXI. *ſecuritate fundata, terrore nullo, relicto poſt terga quem formidaret.* Spartian. in Severo, *quas poſt tergum relinquebat provincias.* Sidon. IV. Ep. 13. *poſt terga cum relinquis.* Lib. I. Ep. 88. *fama belli poſt terga relicta, judicium affectaſſe victoriae.* Plin. in Paneg. *relictaque poſt tergum totius generis humani ſecuritate, moveret.* & poëtae. Prudent. Caſſiano,

Et poſt terga domum dubia ſub ſorte relictam.

& in Hamartig. *poſt terga tenebras liquerunt.* Juvenal. Sat. XIII. 17. *qui jam poſt terga reliquit Sexaginta annos.* DEMPST.

246. *Figet*] *ponet* Cod. Barth.

248. *Atque avidam*] *atque quidem* Vicetin. *avidus* abſolute pro avidus belli, caedis & ſanguinis. Horat. III. Od. 4. *hinc avidus fletit Vulcanus.* ſic *avidas tigres* dixit Lucanus VI. 487. ubi nihil opus *rabidas* legere. *avidus Preſter* Lib. IX. 722. & ita ſaepe Ovidius leones, lupos &c. *avidos* vocat. apud quem Lib. III. Triſt. XI. 11. pro *avidis urſis* MSS. *rapidis* dant perperam. ſic *avida belli mens* apud Lucan. VI. 29. ubi vide. BURM.

Minacis] *minantis* Leid. m. pr.

249. *Cumulus*] *Stimulus* Oxon.

Non eſt victoria tanti] Senec. II. de Benef. cap. 5. *Nihil eſt tanti, malo mihi jam neges.* Lib. II. de Clementia cap. IX. *Non eſt tanti vita, ut ſi ego non pervenam, tam multa perdenda ſint.* Ovid. X. Met. 310. *tanti nova non fuit arbor.* II. Amor. El. V. princ. *Nullus amor tanti eſt.* III. Art. 610. *Ne tanti noctes, non putet eſſe tuas.* Auſonius de Caeſaribus in Do-

Ite mei quondam ſocii. nec plura locutus,
Flectit iter; vacuo qualis diſcedit hiatu
Inpatiens remeare leo, quem plurima cuſpis
Et paſtorales pepulerunt igne catervae;
Inclinatque jubas, demiſſaque lumina velat,
Et trepidas moeſto rimatur murmure ſilvas.
Ut ſeſe legio vidit disjuncta relinqui,
Ingentem tollit gemitum, galeasque ſolutis
Humectant lacrimis. preſſamque morantia vocem
Thoracum validos pulſant ſuſpiria nexus.
Tradimur, heu, tantumque ſequi prohibemur amorem,
Exclamant, ſpernisne tuas, Dux optime, dextras,
Quas tibi victrices toties Bellona probavit?
Nos adeo viles? adeo felicior axis
Heſperius, meruit qui te rectore teneri?
Quid nobis patriam, quid clara reviſere tandem
Pignora, dilectosve juvat coluiſſe penates?
Te ſine dulce nihil. jam formidata tyranni

Tem-

mitiano, *vix tanti eſt habuiſſe duos*. Tull. VI. Verr. *fuit tanti, mihi crede*. DEMPST.

251. *Ite mei quondam ſocii.*] Blandae ducum voces, milites *ſocios* vocantium. Lucan. I. 299. *Bellorum ſocii*. Caeſar ad milites & alii paſſim. DEMPST.

252. *Flexit iter*] *Flectit* rectius prim. Vatic. & duo alii. HEINS.

Diſcedit] *deſcendit* Leid. & quatuor alii. ſed *diſcedit* ſervandum. imitatur enim Sil. VII. 722. qui de Lupo, *vacuo fugit aeger hiatu*. vid. infr. II. in Eutrop. 431. ſic apud Valer. Flacc. III. 738. loco corrupto, *terga dedit Leo*, ubi antea Hercules Leoni comparatus, *negat decedere ſilvis*. & deinde Valerius Leonis *jubam manare ſordido luctu* addit, quod noſter *inclinare jubas* dixit, quas in ira erigit. vid. Barth. BURM.

253. *Leo*] bella comparatio, de qua Scaliger Senior: *Fruſtratum praeda Leonem non ignobili carmine delineat Claudianus*, de igne Lucret. *Nam fovea atque igni prius eſt venarier*. CLAVER.

254. *Pepulerunt*] *repulerunt* Oxon. Leid. & Cod. Barthii.

256. *Silvas*] *ripas* Oxon. Leid.

257. *Legio vidit*] *vidit legio* Ald. Leid. qui & *conjuncta*.

258. *Galeasque ſolutis*] Forte *volutis*, ut in illo, *lacrymae volvuntur inanes*. vel *ſolutas*, quod ex Palatino probavit Barthius. ſic apud Statium Theb. VIII. 163.

—— *poſtquam permiſſa gemendi*
Copia, qui fletus galeis cecidere ſolutis!

HEINS. ſic *laxata caſſis* Bell. Gildon. 24. vid. ad Ovid. Epiſt. XIII. 147. BURM.

259. *Humectat*] MS. & Vicetin. *humectant*, quod ſcioli temere commutarunt, aurea videlicet aeneis. ſic Maro, *pars in fruſta ſecant*. DELR. vid. infr. v. 317. & licet *tollit* praecedat, poteſt tamen *humectant* ſequi. vid. ad Virg. II. Aen. ſed in Vicet. eſt *humectat*. BURM.

260. *Thoracum validos* &c.] Pulchre videtur exprimere cordati militis ſingultus. Statius, *crepat ſingultibus aurum*. id eſt, ut alibi, arma ſub auro, ſeu inaurata. confer Lucanum I. 359. ubi Laelius primipilus iisdem paene verbis Caeſarem adloquitur, quibus hic milites Stilichonem CLAVER. *Thoracis* Pulm. & Barth. Codd. unus etiam *Thorace*, & ita Oxon.

261. *Prodimur heu*] ſic prior Moreti. *prodimur*, *deſerimur*. is eſt uſus cum aliis multis ejus verbi. Claverii editio *ſperninur*. vulgatum certe *Tradimur* ferri non poteſt, quia ſequitur, *tradisne tuas, Dux optime, dextras?* niſi illic cum Lucenſ. Gyrald. prim. Vatic. & altero Moreti, *ſpernisne* legendum, quod verum arbitror. HEINS. *ſpernesne* marg. Iſingr.

262. *Dextras*] *turmas* Oxon.

263. *Probavit*] *probarit* marg. Mor.

265. *Meruit*] *metuit* Exc. Voſſ.

267. *Dilectosve*] *dilectosque* MS. Pulm. *dilectosne* Oxon.

270.

Digitized by Google

Tempeſtas ſubeunda mihi: qui forte nefandas
Jam parat inſidias: qui nos aut turpibus Hunnis,
Aut inpacatis famulos praeſtabit Alanis.
Quamquam non adeo robur defecerit omne,
Tantave geſtandi fuerit penuria ferri.
Tu licet occiduo maneas ſub cardine Solis,
Tu mihi dux ſemper, Stilichon; noſtramque vel abſens
Experiere fidem. dabitur tibi debita pridem
Victima: promiſſis longe placabere ſacris.
Triſtior Haemoniis miles digreſſus ab oris
Tangebat Macetum fines, murosque ſubibat,
Theſſalonica, tuos. ſenſu dolor haeret in alto
Abditus, & tacitas vindictae praeſtruit iras:
Spectaturque favens odiis locus, aptaque leto
Tempora. nec quisquam tanta de plebe repertus,

Pro-

270. *Turpibus Hunnis*] Supra de Hunnis aliquid attigimus, de quibus fabulas narrare videtur Miſcella Hiſtoria, *minutum, tetrum, & exile ſeu animal ſignis ſolis intelligibile; facies pavendae nigredinis, immo oſſa, non facies, babetque magis puncta quam lumina.* Sidonius Carm. II. v. 250. *Fornice non ſpatioſo Magna videns ſpatia.* quem vide. a Valente Imp. excepti ſunt, iisque agri in Thracia adſignati. CLAVER.

271. *Impacatis*] Cum MS. & Vicetin. & Pariſienſis legant *implacatis*, neque ſententia ſit inepta, cur id nos rejiciamus. DELR. Ita & Lovan. Oxon. Leidenſes duo & quatuor Barthii. Ed. Ald. Parm. Colin. ſed *impacatis* ſervat Heinſius. vid. IV. Conſ. Honor. 387. & Virgil. III. Georg. 408.

Atque impacatos a tergo horrebis Iberos. BURM.

Alanis] Amm. Marcell. *Alani ex montium appellatione cognominati, proceri paene omnes, crinibus mediocriter flavis, oculorum temperata torvitate:* judicatur ab iis beatus, qui in praelio animam fudit, quod etiam confirmat Poëta de bello Getico. CLAVER.

273. *Tantave geſtandi*] *geſtati* Lucenſ. qui & ſupra pro *praeſtabit*, *praebebit* cum Gyrald. & prim. Vatic. minus probo. HEINS. *Tantane* Leid. duo. Lovan. Edit. Vicetin. Parm.

274. *Tu licet occiduo*] *occidui* unus Mediceus. concinnius. *coeli* etiam pro *ſolis* Lucenſ. Gyrald. & ſeptem alii. nil muto. noſter Lib. I. in Eutrop. 397. *alio Phoebi de cardine ſurgunt Crimina.* HEINS. *ſub culmine coeli* Ed. Vicetin.

275. *Tu mihi*] deerat hic verſus Leidenſi.

276. *Debita*] vid. Lib. I. 369.

277. *Promiſſis longe*] *Longum* idem Mediceus. non male, id eſt, diu promiſſis. HEINS. Ita apud Stat. II. Theb. 707. *tenerae jam longum oblita juventae.* ubi alii codices *longe*, alii *dudum.* Ovid. X. Met. 65. *nec longum pueri fato laetabere.* ubi *longo* alii. iterum Stat. VII. 300. *nec longum & pulcher Alatbreus editus.* quod plene effert Virgil. II. Georg. 79. *nec longum tempus & ingens exiit arbor.* BURM.

279. *Tangebat Macetum fines*] Non *Macedum*, Lucenſ. prim. Vatic. & duo alii, quod & Barthius vidit, nec aliter in antiquiſſimis libris Prudentii, Silii, Val. Flacci, Statii, Lucani, aliorum poëtarum, ſcribitur. qua de re magnus Scaliger ad Manilium. ſic & Lib. II. in Eutrop. emendavimus. HEINS.

280. *Theſſalonica*] Urbs ampliſſima, Rufino, cladis praeteritae, ni fallor, auctori infenſa. CLAV.

282. *Favens odiis*] *odii* Ald. Colin. *odio* Lovan.

283. *Tanta de plebe repertus*] *Pube* Lucenſ. Gyrald. Vatic. & duo alii. ſic bello Gildon. 416. *praecipuos electa pube maniplos* dixit. vulgata lectio ferri etiam poteſt. *vulgus* enim mox eosdem milites vocat. mox *corda minacia* Pricaeanus, non *minantia. micantia* prim. Vatican. HEINS. Ego hic *plebe* retinendum puto. nihil enim miri, ſi duces & honeſtioris ordinis militantes, qui etiam *pubis* nomine poſſunt intelligi, potuerint corde ſuo premere verba minantia, ſed inter manipulares nullum repertum, cui incauto exciderent verba talia, hoc mirandum maxime. variatio vero illa librariis centies excidit. ut Bell. Gildon. 185. 416. apud Val. Flacc. v. 386. vid. Drakenb. ad Sil. VIII. 371. & alios. jam vero milites gregarios *vulgus* & *plebem* dici, nemo hu-

ma-

Proderet incautis qui corda minantia verbis.
Quae non poſteritas, quae non mirabitur aetas
Tanti conſilium vulgi potuiſſe taceri,
Aut facinus tam grande tegi? mentisque calorem
Non ſermone viae, non inter pocula rumpi?
Aequalis tantam tenuit conſtantia turbam:
Et fuit arcanum populo. percurritur Hebrus,
Deſeritur Rhodope, Thracumque per ardua tendunt,
Donec ad Herculei perventum nominis urbem.
Ut ceſſiſſe ducem, propius veniſſe cohortes,
Cognita Rufino: magna cervice triumphat,
Omnia tuta ratus, ſceptrumque capeſſere fervet,
Et conjuratos accendit voce clientes.
Vicimus, expulimus. facilis jam copia regni.
Nullus ab hoſte timor. quid enim? quem poſcere ſolum

Hor-

manior ignorat. & ita mox vocat *vulgus*. hinc in loco de Bell. Gild. *electam pubem* recte dicit, ubi *electa plebs* ineptum eſſet. hic vero *tanta de plebe* omnem multitudinem gregalium militum intelligit. BURM.

284. *Proderet*] *Proderit* Ed. Vicetin.

287. *Mentisque calorem*] *mortisque* Cod. Barth.

288. *Non ſermone*] *nec ſermone* Lovan. illud *rumpi* merito ſuſpectum Barthio. an *fundi*? ut ita *fundere* & *rumpere queſtus* Lib. II. de Rapt. 249. certe *rumpi* admodum dure *calori* jungi, vidit jam Barthius. niſi Claudiano haec ſint ignoſcenda. BURM.

289. *Tantam turbam*] *turmam* Pricaeanus. *mentem* tertius Vatic. forte *gentem*. HEINS. ſic infr. V. 343. & VI. Conſ. Honor. 253.

290. *Hebrus*] *Haemus* Gyrald. Lucenſ. & Medic. ſequentia confirmant. de montibus enim ſermo. HEINS. nec *percurritur* recte fluvius dicitur.

292. *Hercule*] Thraciae Heracleam accipio. Stephanus: Ἡράκλεια πόλις Θρᾴκης, ὁ τῷ πόντῳ διάπλους &c. varias enim eo nomine civitates recenſet. DELR. Quidam vir inſignis urbem Heracleam explicat: non bene, quamvis ea ſit πόλις τῆς θράκης. Herculeum vero nomen Byzantem indicat. Ammianus tradit Herculem comitis ſui Bizantis memoriae dedicaſſe urbem, quae nunc Conſtantinopolis. CLAVER. in Gloſſa Leidenſi explicatur *Tyrinthem*.

295. *Ratus*] *intus* Ed. Vicetin.

296. *Conjuratos clientes*] *conjuratas cohortes* multi ex ſcriptis, ſed male. ſupra, *circumque armata clientum agmina*. pro *hortatur*, *oſtendit* novem ſcripti. tres *affatur*. *accendit* uterque Oxon. & pro diverſa lectione primus Vaticanus. quod verum, ut apud Virgilium, *Martem accendere cantu* tubicen dicitur. ſupra Lib. I. 302.

Eruit, inſlauras: accendit proelia, vincis.

& hoc ipſo libro vs. 173.

Pugnandi cupidas accendit voce cohortes.

Silius Lib. XII. 350.

Isque ubi Torquatum raptim properata ferentem
Signa videt, pugnaeque avidas accendere dextras.

ita prima editio. Lib. XVII. 293.

Dux vetus armorum ſcitusque accendere corda
Laudibus.

atque hoc modo ille ſaepe. HEINS. *affatur* Barthii Cod. *conjuratas cohortes* Exc. Wolf.

298. *Vincere ſolum*] vet. German. *poſcere*. id ſi manuſcripti cujusdam auctoritate niteretur, meritiſſimo maximi facerem. nam *poſcere* ſignificat provocare, ut vult Marcellus. DELR. Lucenſ. Gyrald. Iſingr. *poſcere*, quod quid ni ſequamur? apud Virgil. VIII. 614.

Aut acrem dubites in proelia poſcere Turnum.

& XII. 466.

—— *ſolum denſa in caligine Turnum*
Veſtigat luſtrans, ſolum in certamina poſcit.

Lucan. Lib. IV. 466.

—— *qui vincula ferro*
Rumpere conatus poſcit ſpe proelia nulla.

Statius Theb. VIII. 393. de equis, *proelia poſcunt*
Himitu, tolluntque armos. Silius I. 420.
Tum ductorem avido clamore in proelia poſcit.

amat hoc verbum noſter. quandoque tamen ſumit pro

Horruit, hunc tanto munitum milite vincat?
Quis ferat armatum, quem non ſuperavit inermem?
I nunc, exitium nobis meditare remotus
Incaſſum, Stilichon: dum nos longiſſima tellus
Dividat, & mediis Nereus interſtrepat undis.
Alpinas tranſire tibi, me ſoſpite, rupes
Haud dabitur. jaculis illinc me figere tenta.
Quaere ferox enſem, qui noſtra ad moenia tendi
Poſſit ab Italia. non te documenta priorum,
Non exempla vetant? quis par conatus adire
Has jactat vitaſſe manus? detruſimus orbe

pro deſiderare, aut libenter adire, vel etiam requirere, Lib. III. de Rapt. 387.

—— Cadmi ſeu moenia poſcat,
Sive Thyeſteis properet ſaevire Mycenis.

& ſupra Lib. I. 120. *Phlegethonta ſonorum Poſcit.* Nuptiis Celerinae v. 29.

—— iterque ſuorum
Agmen & innumeros Hymenaeum poſcit amores.

ut illic meliores libri legunt, non *quaerit. poſcere ſpectacula* Lib. II. in Eutrop. 365. *poſcere verbera* Conſ. Manlii 223. Caeterum nondum integer aut plane ſanatus eſt locus. Legendum videlicet:

—— quid enim, quem poſcere ſolum
Horruit, hunc tanto munitum milite vincat?

perperam *quis enim* in editis ſcriptisque legitur hactenus. quam conjecturam codex V. C. Antonii Oiſelii ab Emerico Bigotio noſtro ad me miſſus confirmat. & paulo poſt pro, *quis ferat armatum* opinor a Claudiano nobis fuiſſe relictum, *Qui ferat*, pro quomodo. eſt enim de Stilichone ſermo, niſi mavis *Quid ferat*. HEINS. *poſcere* in quibusdam ab Heinſio adductis locis pro adire debere capi vidimus ad Lib. I. 120. *quid enim* ſaepe occurrit, etiam a librariis vitiatum. vid. ad Ovid. V. Ep. 69. Horat. I. Sat. I. 9. BURM.

300. *Inermem*] *inertem* Ed. Claverii & Gryph. ita ſaepe variant apud Virgilium codices. & Stat. I. Silv. II. 80. ſed *armatum* poſcit hic *inermem*. BURM.

302. *Incaſſum*] *in caſum* Lib. Barthii, qui ſuſpicatur aliquid aliud delitеſcere. ſed ita fere ſemper librarii variarunt. BURM.

303. *Nereus interſtrepat undis*] *interfluat* prim. Vatic. & marg. Iſingr. Forte *interluat*. HEINS

304. *Me ſoſpite*] *me conſule* marg. Iſingr. & Barthii codex.

305. *Illinc*] *illic* Oxon. Edit. Vicetin. & Parm.

306. *Tendi*] pro porrigi, extendi debet capi. ſed aliquid abſurdi ineſſe videtur. quis enim talem enſem, qui, vel ſi adſideret urbi Stilichon, ad moenia poſſet extendi, umquam fingeret aut ſomniaret. timidus & dubitans conjicerem Claudianum ſcripſiſſe:

Quaere ferax arcum, qui noſtra ad moenia tendi
Poſſit ab Italia.

tendere arcum, *ſagittas*, obvium eſt. ſimilem *enſis* mutationem in *arcum* tentavimus infra I. in Laud. Stilich. 114. ubi vide. BURM.

307. *Monumenta priorum*] Lucens. *documenta*, quod magis placet. IV. Conſ. Hon. 141. *quae tunc documenta futuri*. Conſ. Manl. 47. *rerum documenta*. HEINS. Ovid. III. Metam. 579. *tuaque aliis documenta daturus Morte*. & ibi *monumenta* in ſcriptis erat, in aliis *exempla*. BURM.

308. *Quis nam conatus adire*] *quis par* Vaticanus optimus. & optime quidem. ad paria gladiatorum alluſit. ut Lucan. VII. 695.

—— nam par, quod ſemper habemus,
Libertas & Caeſar erunt.

contra Troilus apud Virgil. I. Aeneid. 475. *impar congreſſus Achilli* dicitur. HEINS. *quisquam* Claverii editio. locus Lucani, ab Heinſio productus, non convenit huic, nec Virgiliano. ibi enim *par* neutrum ſubſtantivum de gladiatoribus duobus oppoſitis intelligi debet. hic adjectivum eſt. niſi per adpoſitionem capiamus *quis par*, ut in Lucano *par libertas & Caeſar*. vid. ad Lucan. X. 382. ſed ex Barthii ſententia diſtingui deberet, *Quis par conatus adire. Has jactat vitaſſe, manus?* ut *adire manus* conjungantur. de qua locutione, deſumta etiam a gladiatoribus, egiſſe ſe notat Barthius in Adverſ. XXIV. 5. vel potius XXIII. 16. & 23. & quam locutionem ſoli Plauto uſurpatam pro circumſcribere, fallere, & *adire* pro *ebire* poſitum explicat ad III. Rapt. Proſerp. 110. ſed alii de gladiatoribus deſumtam putant. BURM.

309. *Has jactat vitaſſe manus*] *vitare* Lucenſ. ſic in-

Digitized by Google

310. Te medio, tantisque ſimul ſpoliavimus armis.
Nunc epulas tempus, ſocii, nunc larga parare
Munera, donandumque novis legionibus aurum.
Opportuna meis oritur lux craſtina votis.
Quod nolit, Rex ipſe velit, jubeatque coactus
315. In partem mihi regna dari. contingat in uno
Privati fugiſſe modum, crimenque tyranni.
Talibus adclamant dictis infame nocentum
Concilium, qui perpetuis crevere rapinis,

Et

infra: *hae Stilicho quem jactas pellere dexta.* pro *pepuliſſe.* HEINS. *vicisse* Exc. Voſſ.

Detruſimus orbe Te medio] Decem ſcripti *deſtruximus orbem Te medio.* & tum *Te medio*, te intercedente, interpretandum. Silius XVI. 222. appoſite,

Haud deformis erit vobis ad foedera verſis
Pacator, mediusque Syphax.

Valer. Flacc. V. 499.

Sed me nuda fides, ſanctique potentia juſti
Huc tulit, & medii ſociatrix gratia Pbryxi.

ubi perperam Carrio ex veteri libro, *atque mei.* Statius ſic ſaepe. Propert. Lib. II. Eleg. VIII. 1.

Non ob regna magis diris cecidere ſub armis.
Thebani, media non ſine matre, duces.

Lucan. Lib. I. 100. *Craſſus erat belli medius mora.* atque ita frequenter Poëtae. noſter Conſ. Manl. 150.

——— *quae diſſona ritu*
Barbaries, medii quam non reverentia frangat?

ita veriſſime reſtituit Cl. Gevartius, qui omnino videndus de hoc vocabulo Elect. Lib. II. cap. 7. confirmat ejus conjecturam Sidonius Appollinaris Narbone, Carm. XXIII. 242.

Pacem te medio darent feroces
Chunus, Sauromates, Getes, Gelonus.

multa horum quoque congeſſit Barthius ad Conſul. Manl. V. 247. ſed quod eodem trahit illa Horatii Lib. II. Od. XIX. *Pacis eras mediusque belli*, vix aſſentior, cum aliter intelligenda ſint. *medius pacis*, quomodo *ſequeſter pacis.* de quo pluribus egi ad Naſon. Faſtor. I. v. 287. Symmach. Lib. IV. Ep. LI. *Hinc mihi ſpes ſuboritur, poſſe ejus cetera incommoda te medio ſanari.* ubi videndus Juretus. hoc tamen loco vulgatam lectionem non prorſus damnarim. HEINS. *detrudimus* marg. Morini. *deſtruximus* Exc. Wolf.

311. *Nunc larga para*] malo *parari.* atque ita ſecundus Vaticanus. HEINS. *ſocils* Oxon. parum vero referre puto, an *parari* an *parare* legas; niſi quod propter unum codicem non facile a vulgato diſcedendum putem. Virgil. I. Georg. 213.

Tempus humo tegere, & jam dudum incumbere aratris.

IX. Aeneid. 12.

Nunc tempus equos, nunc poſcere currus. & Noſter II. in Eutrop. 365. *non haec ſpectacula tempus Poſcere.* & ita ſaepe alii. contra *tempus agi res* apud Virgil. V. Aen. 638. & alios. deinde notanda illa variatio modorum, ut poſt infinitivum ſequatur gerundium *donandum*, pro *donare* vel *donandi.* ſic II. in Eutrop. 309. poſt *errare* & *parari* ſequitur,

Nec duce frangendas jactas, ſed judice vires.

Virgil. III. Aeneid. 234. *ſociis tunc bella capeſſant*
Edico, & dira bellum cum gente gerendum. ubi vide notas. BUNM.

312. *Donandumque*] Militarem largitionem innuit, quam Corn. Tacitus ſaepicule, & Jul. Paullus L. qui excubias D. de re militari, *Donativum* vocant. DELR.

314. *Quod nolit*] *quae nolit* Oxon. Ed. Ald.

Jubeatque coactus] *jubactus* prior Leidenſis longe elegantius. Virgil. IV. Georg. 85.

Aut bos verſa fuga victor dare terga ſubegit.

ſic optimus Mediceus & alii. *Coactus* ex interpretamento irrepſit. ſic & Lib. VI. 567. *ſubigitque fateri* pro cogit. Lib. VIII. 112. *quae cauſa ſubegit Ignotas tentare vias.* Silius Lib. I. 635. *populi ferro patere ſubacti*, ex optimo codice. Noſter III. in Stilich. 193.

——— *quod nullo potuit terrore ſubacta*
Libertas Romana pati.

vulgo & ille locus corruptus. Tacitus ſic ſaepe, & alii ex Hiſtoricis. HEINS. vid. ad Ovid. VI. Met. 496. & alibi paſſim.

315. *Regna dari*] *magna dari* Leid.

317. *Talibus adclamat*] *Acclamant* Pricaei liber. *Concilium acclamant*, ut *vulgus famulantur* Lib. I. de Rapt. 20. nam ſic legendum. *turba ruunt, vicinia celebrant feſtum*, & ſimilia, apud Ovidium, de quibus illic. noſter ſupra 259. *galeasque ſolutis Humectant lacrymis*, ſcilicet *legio.* nam ſic Lucens. unus Petav. & Delrii codex cum quarto Vaticano. vulgo *Humectat.* HEINS. *aſſentit* Leid. *exclamat* Exc. Wolf. Oxon. Lovan. qui & *conſilium. nocentes* marg. Morini.

318. *Crevere*] *nituere* Barthii liber, de quo videndum.

319.

Digitized by Google

Et quos una facit Rufino cauſſa ſodales,
Inlicitum duxiſſe nihil. dilicta fuere
Nexus amicitiae. jam jam connubia laeti
Deſpondent aliena ſibi, fruſtraque viciſſim
Promittunt, quas quisque petat, quas devoret urbes.
Coeperat humanos alto ſopire labores
Nox gremio, pigrasque ſopor diffuderat alas.
Ille, diu curis animum ſtimulantibus aegrum,
Labitur in ſomnos. vix toto corde quierat:
Ecce videt diras adludere protinus umbras,
Quas dedit ipſe neci: quarum, quae clarior, una
Viſa loqui: Pro! ſurge toro. quid plurima volvis

An-

319. *Rufino*] *Rufini ſodalis* Oxon. m. 1.

320. *Duxiſſe*] *dixiſſe* Exc. Voſſ. Ed. Vicetin.

Delicta fuere] *Funeſta iacere* Lucens. quod non capio. & mox, *jamque & connubia*, & *quae quisque petat*. HEINS.

321. *Laeti*] *leſti* Leidenſ.

323. *Promittunt*] *promittit* Exc. Wolf.

325. *Pigrasque ſopor diffuderat alas.*] *Somnum pigrum* recte dici & eleganter haud nego. ſed *alas pigras* minus approbamus. quare *nigras alas* cenſeo reponendas eſſe. atque ita prim. Vaticanus & Palat. apud Maronem VIII. Aen. 369.

Nox ruit, & fuſcis tellurem amplectitur alis.

Hinc & caſtiganda vulgata Tibulli exemplaria Lib. II. Eleg. I. fin.

Poſtque venit tacitus furvis circumdatus alis
Somnus, & incerto ſomnia pigra pede.

fulvis alis & *ſomnia nigra* perperam nunc legitur. apud Horat. Lib. II. Sat. I. *atris nox circumvolat alis*. de Alecto Virgil. VII. 408.

Protinus hinc fuſcis triſtis dea tollitur alis.

& apud Silium Lib. III. 324.

—— *Corus*
In media ora nives fuſcis agit horridus alis.

noſter Bell. Get. v. 201.

Famaque nigrantes ſuccincta pavoribus alas.

HEINS. ita & Barthius in ſuo libro exſtare teſtatus eſt. ſed contra omnes codices talia obtrudere temerarium. nec video rationem, cur non *pigrae alae* ſomno poſſent adſcribi, ut contra *veloces* Mercurio apud Ovid. Epiſt. XVI. 61.

Conſtitit ante oculos actus velocibus alis.

& Perſeo apud eumdem IV. Met. 723.

Ille avidos morſus velocibus effugit alis.

Somno ergo, pigro deo, recte *pigrae alae* dantur, ut ita *pedes lenti*, *pigri*, *pigrae manus* aliis, *veloces*, *celeres* aliis pro ſua cuique natura adtribuuntur. ſic noſter de Megaera, antitheſi non ineleganti, ſupra Lib. I. 123.

Pigraque veloces per Tartara concutit alas.

Torpedini Idyll. III. 17. dat pigra flamina, quia ipſa eſt pigra,

Pigra venenatis effundit flamina venis.

contra *fulvas alas* tribui buboni non patitur Heinſius apud Ovid. V. Met. 546. ubi *ravas* praefert, quum tamen nocturna ſit avis, & ideo recte nigrae ipſi alae adſcribi poſſunt *furvae*, ut ibi in codice MS. eſſe Ciofanus teſtatur, & ut *furvas alas* pro *fulvis* Ovidio VI. Met. 707. reddit Broukh. ad Propert. III. V. 29. & ita Critici ſolent in his epithetis *pigra* & *nigra*, *fulva*, *fuſca*, *furva* judicium variare, & haec mutare illis ut lubitum eſt. vide modo Broukh. notas ad Tibull. II. I. in fine, ubi de Somno alato plena manu agit. BURM.

326. *Ille diu curis*] *Inſtantibus curis*, ait Curtius, *agitant ſaepe per ſomnium ſpecies imminentium rerum*. CLAVER. pro vulgata *aeger*, *aegrum* Aldus & ſcripti fere omnes, quod fruſtra improbant viri docti. ſic Ovid. Rem. Am. 129.

Cum dederis lacrimas, animumque expleveris aegrum.

& appoſite Valer. Flacc. VI. 623.

Talibus aegra movens nequicquam pectora curis.

prior Leidenſis *aegre*, etiam non male. HEINS. *aegre* lib. Barthii & Leid. *ſomulantibus* Exc. Voſſ. *diu a curis* lib. Barth. mihi *aeger* magis placet, cum diu inſomnis jacuiſſet ob curas, tandem labitur in ſomnos. ita mox *anxius*. BURM.

327. *Vix*] *vir* Leid.

328. *Diras*] *duras* Oxon. & Leid. *adludere fortiter* Exc. Voſſ.

329. *Clarior una*] in Palatino *jaevior*. HEINS. ita & Barthii liber.

Digitized by Google

Anxius? haec requiem rebus finemque labori
Adlatura dies. omni jam plebe redibis
Altior, & laeti manibus portabere vulgi.
Has canit ambages. occulto fallitur ille
Omine, nec capitis ſentit praeſagia fixi.
Jam ſummum radiis ſtringebat Lucifer Haemum,
Feſtinamque rotam ſolito properantior urguet,
Tandem Rufini viſurus funera, Titan.
Proſiluit ſtratis, denſaeque capacia turbae
Atria regifico juſſit ſplendere paratu,
Exceptura dapes: &, quod poſt vota daretur,
Inſcribi propius aurum fatale figuris.

Ipſe

331. *Labori*] *Timori* Lucenſ. eadem hic ambiguitas, quae in reſponſo Delphicae Phaemonoes Appio dato apud Lucan. v. 195.

——— *ſolusque quietem*
Euboici vaſta lateris convalle tenebis.

ubi per *quietem* mors, ut & hic, intelligitur. BURM.

333. *Laeti*] *laetis* lib. Barthii.

334. *Occulto*] *acculato* marg. Morinl.

335. *Nec capitis fixi.*] At enim Artemidoro, ſomniantibus quid tale, portenditur diadema. CLAVER. *ſenuit praeſagia fixi* Lucens. Gyrald. & quatuor alii. vulgo *fixi praeſagia ſenſit.* Vatic. *ſenſit praeſagia diri.* nec ſequor tamen. Hoc vult, quod Capitolinus in Pertinace, *caput ejus conto fixum milites in caſtra pertulerunt.* Notus mos ille veterum. noſter ipſe de Rufino infra. HEINS. *non capitis* Ald. *diri* marg. Iſing.

337. *Properantior*] *properantius* Exc. Wolf.

338. *Rufini viſurus*] *viſurus Rufini* Ald. *Rufini flumina* Exc. Wolf.

339. *Proſiluit ſtratis*] *Deſiluit* Lucenſ. non male. Feſcenninis tamen v. 126.

Tum victor madido proſilias toro.

HEINS. editiones priſcae omnes, praeter Claverianam, Blavianam, Elzevirii, & recentiores, non habent diſtinctionem poſt *Titan*, & conjungunt *τῷ proſiluit* &c. ſed male; non enim Titan in ſtratis jacere fingitur, ſed Rufinus. *proſiluit* vero non mutem. nam notat etiam ſimul ex cubiculo progreſſum ad ſocios & domeſticos, quum *deſiliens* poterit in cubiculo ſuo manere. ſic *penetralibus proſilire* VI. Conſ. Honor. 358. & I. in Rufin. 129. *proſilit* & *egreſſa* jungit, & ita paſſim alii. *deſiluit* eſt Gloſſatoris, non capientis vim praepoſitionis *pro*. BURM.

340. *Atria juſſit ſplendere*] Ad morem inſuetum; nam in atriis ſalutationes quidem fiebant, ſed convivia in coenaculo ſeu triclinio; ſed tamen epulae triumphales in atrio Capitolii exhibebantur: ex Zonara Lib. II. Annal. in Camillo', Faber Lib. I. Semeſtr. c. VI. & nonnihil Servius ad illud Maronis III. Aeneid. 353. *Illos porticibus rex accipiebat in amplis.* vide convivium Didus I. Aeneid. in fine. DEMPST. pro *regifico*, *mirifico* Leid. *peractu* etiam alter Leid. man. prim. mox *exceptura dies* Leid. idem. imitatur hic Val. Flacc. VI. 652. *menſaeque paratu regifico.* & Sil. II. 273.

Regifice exſtructis celebrant convivia menſis,

noſter IV. Conſ. Honor. 337.

Neu tibi regificis tentoria larga redundent
Deliciis.

iterum in Bell. Gildon. 181.

Splendet Tartareo furialis menſa paratu.

ſplendere in hac re proprium eſſe verbum diximus ad Phaedrum IV. 24. & ad Virgil. I. Aeneid. 637. ubi *regali luxu*, quem hic *regificum paratum* vocat. de voce *peratus* vid. ad Virgil. II. Aeneid. 61. BURM.

341. *Poſt vota*] id eſt, imperium ſuſceptum, cum vota ſuſcipiebant, quae inde poſt quinquennium, decennium &c. iterabantur. ut ſatis notum ex nummis & Hiſtoria Auguſta. non cepit Delphini interpres, qui explicat *poſt deſideria explicata*, obſcuriſſime. & male Claverius de Praefectura Praetorio capit, refutatus a Barthio, qui de Imperii conſortio recte explicat. BURM.

342. *Inſcribi aurum*] Hic notabis, quanta fuerit praerogativa Praef. Praetor. qui nummos aureos ſua figura cudere, ac donativum militibus, more Imperatorum, dare conſtituerit. CLAVER. *Inſculpi* Lucenſ. Gyrald. & prim. Vatic. non audio. Juvenal. Sat. VI. 205. *ſcripto radiat Germanicus auro.* Mart. XI. Ep. 5.

Scriptus ex aeterno nunc primum Jupiter auro.

Ovid. Epiſt. XIV. 128.

Scriptaque ſint titulo noſtra ſepulchra brevi.

quae ibi vera lectio, non *Sculptaque*. ſic & Statius

Lib.

Digitized by Google

Ipſe ſalutatum reduces poſt proelia turmas
Jam regale tumens, & principe celſior, ibat,
Collaque femineo jactabat mollia geſtu,
Imperii certus: tegeret ceu purpura dudum
Corpus, & ambirent ardentes tempora gemmae.
Urbis ab anguſto tractu, qua vergit in Auſtrum,
Planities vicina patet. nam cetera Pontus
Circuit, exiguo dirimi ſe tramite paſſus.
Hic ultrix acies, ornatu fulgida Martis,
Explicuit cuneos. pedites in parte ſiniſtra
Conſiſtunt: equites illinc poſcentia curſum
Ora reluctantur preſſis ſedare lupatis.
Hinc alii ſaevum criſtato vertice nutant,

Et

Lib. I. Silv. I. 100. *Apelleae cuperent te ſcribere cerae.* HEINS.

345. *Jactabat mollia geſtu*] Ita ſcripti fere omnes & editiones nonnullae. *geſtabat* antea legebatur, quod durum propter τὸ *geſtu*. Ovid. Met. III. 726.

Collaque jactavit, crinemque per aëra movit.

Varro Eumenidibus,

—— *tibi nunc ſemiviri*
Teretem comam volantem jactant tibi Galli.

jacere dixit Catullus de Berecinthia, Carm. LXIV. *capita Maenades uda jaciunt hederigerae.* ſic legendum, non *vi jaciunt*. Tacit. XI. Annal. 31. *Ipſa crine fluxo thyrſum quatiens, juxtaque Silius edera vinctus, gerere cothurnos, jacere caput.* Lucenſis tamen *ſolvebat*. optime. ſic *luxu ſolvi*, quo verbo eleganter effeminatos ac molles Rufini geſtus expreſſit. ſic *molli languore ſolutus* apud Naſonem XI. Met. 648. HEINS. *jactabat* etiam Exc. Wolf.

346. *Purpura*] Martialis, *Non quicumque capit ſaturatas murice veſtes*, ac Praefectura Praet. teſte Eunapio, Βασιλεία ἴση ἀπόῤῥυτος. Sane olim apud nos Major Palatii dici potuit, Ἔπαρχος τῆς Βασιλικῆς αὐλῆς. Cedrenus de Rege Fr. ait, Πάππαν ἴσχει γνώμην ἀντὶ τοῦ τὸν ἔθνους εἰς πάντα πρασσόντα. Quod quidem nihil derogat Monarchiae, ſub cordato principe, qui inſtar eſt ſummi magiſtratus, alter vero judicis dati. CLAVER.

Tegeret ſeu purpura dudum Corpus] *Tutum* Claverius cum Schedis apud me Gudianis. *mundum* Excerpta Pomponiana. tert. Vatican. Palatin. & quatuor alii *nudum*. unus *mundum*. viderint acutiores. HEINS. Nihil video in vulgata lectione quod moretur. ibat faſtu imperatorio, quaſi jam dudum fuiſſet Auguſtus, & purpuram & gemmatam coronam geſſiſſet. *nudum* Vicetin. Colin. *mundum* Parm. mox *alii ardentes ambirent. tegis & ceu* Exc. Wolf. BURM.

347. *Gemmae*] Quaſi imperiali diademate cingeretur. DELR.

348. *Urbis ab anguſto*] Conſtantinopolis tribus partibus mari alluitur, eſtque paeninſula, quam efficiunt Pontus, Boſphorus, Propontis. vide Socratem. CLAVER.

Qua] *quae* Vicetin. Parm. Ald. Colin.

350. *Tramite*] pro *tramite*, *limite* Lucenſ. HEINS. *limite* Exc. Voſſ. *eximio dirimit* Vicetin. idem hic dicit quod Lucanus VI. 25. de Dyrrachio,

Exiguo debet, quod non eſt inſula, colli. BURM.

351. *Fulgida ferri*] Ex veteri libro repoſui *lucida Martis*. agit autem de cataphractis militibus, de quibus poſtea latius. DELR. *Martis* Aldus & plerique ſcripti. placet. *ornatum Martis* arma vocat. *ornatu lucida Martis* Schedae Gudianae. HEINS. *inrida* & *iucida* libri Barthii. *Martis* Exc. Wolf. ſic in *ferro* & *marte* variant libri apud Ovid. VI. Met. 464. & XIII. 255. BURM.

353. *Conſiſtunt*] *conſtituit* Exc. Voſſ. *illic* multi. mox *ora reluctantum* Exc. Voſſ. & *fudare* Iſingr. pro *ſedare*. *fudare* liber Barthii.

355. *Hinc alii ſaevum* &c.] *Hic* Leidenſes, Pulm. & edd. Vicetin. Parm. Ald. Colin. *ſenium criſtato* lib. Barth. & Vicetin. *nudans* Lovan. *ſenium mutant* Vicetin. ſuſpectus locus, nec a librario illud *ſenium mutant* proficiſci potuit. poſſet explicari, ſordes, & incultum horridumque habitum, quem in itinere habuerunt, nunc mutant criſtatis galeis & fulgentibus armis & veſte verſicolore. iter facientes, horrore capitis & comarum ſenes, nunc criſtatis galeis in juventutem rediiſſe videbantur. conferenda illa Rutilii Lib. I. 115. ubi Romam adloquitur,

Erige crinales lauros, ſeniumque ſacrati
Verticis in viridas, Roma, refuge comas.

Et tremulos humeris gaudent vibrare colores,
Quos operit formatque chalybs. conjuncta per artem
Flexilis inductis animatur lamina membris,
Horribilis visu. credas simulacra moveri
Ferrea, cognatoque viros spirare metallo.
Par vestitus equis. ferrata fronte minantur,
Ferratosque levant securi vulneris armos.

Divi-

ubi vide commentatores, & ita serpens positis exuviis juvenescens *Jenium* deponere dicitur. vid. Barth. ad Stat. IV. Theb. 97. BURM.

357. *Quos operit*] Adscribere lubet Marcellini verba (ex Lib. XXV. cap. I.) huic loco multum lucis allatura. sunt haec: *Erant autem omnes catervae ferratae, ita per singula membra densis laminis tectae, ut juncturae rigentes compagibus artuum convenirent. humanorumque vultum simulacra ita capitibus diligenter aptata, ut imbracteatis corporibus solidis, ibi tantum incidentia tela possint* (malo *possent*) *haerere, qua per cavernas minutas & orbibus oculorum adfixas parcius visitur, vel qua per supremitates narium anguSti spiritus emittuntur.* DELR.

Formatque chalybs] Egregia descriptio, cui adjungas locum Ammiani Lib. 25. Livius horridum militem esse vult, non caelatum auro aut argento, sed ferro & animis fretum, ideo forte Plutarchus adserit, non adeo ridiculam fuisse Diomedis & Glauci permutationem. CLAVER. *firmatque* Oxon. *quos* ad *humeros* non *colores* referendum. *format*, id est ipsa membra exprimit. BURM.

Conjuncta] *convicta* Lucens. forte *convincta*. Heins. *per artus* Tholosan.

358. *Hamatur lamina*] Est hoc insignis sciolorum audaciae vestigium, qui cum *animatur*, quod in MSS. & veteribus impressis cernitur, intelligentia non assequerentur, insulse substituerunt *hamatur*, quod nihil geni continet. secus ac *animatur*. membra etenim humana armis, id quod anima corpori, praestant. DELR. Mart. Ant. Delrio in suis notis, & in Senec. Trag. Troade, dum nimis temere & impudenter alios reprehendit, inscitiam suam ostendit. *hamare* enim quid sit non intelligit. *Animatur* legit Delrio, quam, inquit, lectionem Pulmannus in contextum recipere debebat. PULMANN. Quidam malunt *Animatur*. ego lectionem antiquam retinui. *Hamatas ungues* dixit Ovidius Li.bXII. Met. sed Lucretius Lib. II. magis ad rem, *Aut magis hamatis inter se perque plicatis*. quae plane conveniunt loricae nexili sive annulatae. Idem, *junctura horum optima constat*. Est etiam quasi ut annellis, hamisque plicata. Virgilius pulchre III. Aeneid. 467. *Loricam consertam hamis, auroque trilicem*. Ne vero te lateat, in veteri codice non fuit aspiratio. *Animatur* vero non parum habet gratiae, quae cum pulchre eniteat in sequentibus dilata est, non etiam ablata: vide autem nummos veterum Impp. dices nos non falli judicio in loricae descriptione, sive Annellis, sive squamis censeatur. sed figurae Diocletiani & Maximiani id satis indicant, ut alias omittam. CLAVER. Laminarum mentio frequens in loricarum descriptione, ex iis enim consertae erant. Turneb. XXIX. Adverss. 35. Servius ante illum ad v. Aeneid. *Levibus huic hamis consertam, auroque trilicem*. Stat. IV. Theb. *ter insuto servant ingentia ferro pectora*. Virgil. IX. Aeneid. 707. *nec duplici squamma lorica fidelis & auro Sustinuit*. Laminarum sane aliae squamas referebant, aliae hamos. pro squammis puto nostrum dixisse *laminas*. Sidonius: *fusilis illi Circulus impactis loricam texuit hamis*. quaere plura apud Lipsium de Militia Romana Lib. III. Dial. 6. DEMPST. Miror, qui hanc lectionem *hamatur* mordicus tuentur, non adduxisse Silii ista Lib. V. 139.

Loricam induitur, tortos cui nexilis hamos
Ferro squama rudi permixtoque asperat auro.

animatur tamen cum veterrimis libris legendum probavi Lib. III. de Rapt. 386. vidit & curis secundis Barthius, & egregie locis Claudiani prorsus similibus adductis veram lectionem asseruit, qui hoc loco consulendus omnino. HEINS. *Hammatur* Leidens. vid. Rutgers. III. Var. Lect. 3. Schott. II. Observ. 55. sed *animatur*, ut & Exc. Wolf. vera lectio, quia lamina illa videbatur cutis corporis vivi; nam loricae illae flexiles nihil impediebant singulorum membrorum & junctiurarum motum naturalem. BURM.

Cognatoque] *cognatosque* Ald. *cognato* hic est, quasi corpori metallum simul adnatum esset, ut cutis. BURM.

362. *Ferratosque levant armos*] Cataphractos describit, quorum armatura ex solido ferro. de quibus forte noster de III. Honor. Cons. 134.

——— *praestringit aëna*
Lux oculos, nudique seges Mavortia ferri.

& apertius VI. Cons. 569.

Ut chalybe indutos equites, & in aere latentes
Vidit cornipedes; quonam de gente rogabat
Ferrati venere viri?

Ve-

Digitized by Google

Diviſo ſtat quisque loco. metuenda voluptas
Cernenti, pulcherque timor; ſpirisque remiſſis
Manſueſcunt varii vento ceſſante dracones.
Auguſtus veneranda prior vexilla ſalutat.
Rufinus ſequitur, quo fallere cuncta ſolebat
Callidus adfatu, devotaque brachia laudat
Nomine quemque vocans: natosque patresque reverſis

Nun-

Veget. Lib. III. cap. 6. & Propert. III. El. 9.

Ferreus armato nec cataphractus equo.

erant ergo hi equites tantum, quos Livius Lib. V. in fine IV. Decad. *loricatos* vocat. & Lib. VII. *Hiſtria militia*, ait, *peditum loricatorum, cataphractos ipſi vocant, adjunxit.* iidem *cataphractarii* dicuntur a Pollione in Claudio ſecundo: ſed & *Clibanarii* Lampr. in Alex. Severo. videatur Saluſt. Hiſt. Lib. IV. apud Nonium cap. XVIII. & Serv. ad illud Maronis XI. Aeneid. 770. *Spumantemque agitabat equum.* DEMPST. pro *movent, levant* Lucenſ. & Vatic. cum tribus aliis. recte. nam *moveri* jam praeceſſerat, initio Raptus vs. 13. *Colla levant adtrita jugis.* Bell. Getic. 51.

Securas jam Roma levat tranquillior arces.

Stat. III. Theb. 497. *ſic fatur & alto Membra levat ſcopulo.* ut quidem in ſcriptis. HEINS. *vulneris ortus.* Exc. Voſſ.

363. *Et juſſo*] meus MS. *diviſo.* DELR. In ſimulatis belli ludicris ita exercebantur tyrones, ut non magis loco cedere, aut ſtationem deſerere liceret, quam ſi res vera ageretur. Aſconius ad illud II. Catilinariae: *loco ille motus eſt.* deſcruiſſe autem ſtationem in acie capitale. ſed nota haec ſunt. DEMPST. Codices complures *Diviſo ſtat quisque loco.* quod verum videri ſupra jam monuimus vs. 25. vulgo *Et juſto*, unde *Ut juſſo*, vel *juſto* non inconcinne elicias. *Diviſo* tamen malim. Capitolin. Marc. Anton. *Senatus populusque non diviſis locis, ſed in una ſede, propitium Deum dixit.* Corippus Lib. IV.

Diviſum in turmas atque in ſua corpora vulgus.

Noſter Nupt. Honor. 205. *Diviſa properate manu.* III. in Stilich. 275. *Acceleret diviſa manus.* Caeterum in primo Vaticano pro diverſa lectione, *Dimenſo ſtat quisque loco.* eleganter profecto. quomodo apud Virgil. Georg. II. 284.

Omnia ſint paribus numerus dimenſa viarum.

& apud eumdem I. Georg. 231. *orbis certis partibus dimenſus.* Barthius emendat, *Ut juſſo ſtat quisque loco.* HEINS. *Et juſſo* Vicetin. Parm. Ald. Iſingr. Colin. utraque lectio defendi poteſt. ſed tamen librario potius *juſſo* in mentem venire potuiſſe, quam *diviſo* crediderim. ſic *juventus vaſtos ambit diviſa penates* apud Lucan. X. 484. id eſt locis diverſis, non in unum coacta. BURM.

364. *Cernenti*] *Cernendi* Lovan. Exc. Voſſ. Pricaean. *Pulcherque timor*] Elegans locus. Pacatus de Theodoſio: *populus videndi ſtudio blandam tibi faciebat injuriam*; eadem figura, ſi non eodem ſenſu. CLAVER.

365. *Dracones*] Erant ſigna haſtis infixa, ut Aquilae, non ignota Indis, ac Perſis & aliis gentibus. Caeterum puto id Romanos feciſſe in memoriam Aeſculapii, de quo Ovidius in Metam. Plin. Draconem ejusmodi ad ſua tempora tradit propagatum fuiſſe, ſed fraudem detegit Proſper Aquit. cum ait mechanica arte formatum fuiſſe, gladium vero ore geſtabat oculis gemmeo fulgore rutilantibus, cui virgines miſellae ac jamjam in ſpecum inopinato lapſurae devovebantur. Propertius haec fere attingit, ſed hanc machinam religioſus quidam vir Stilichoni ob meritum cognitus, ſubvertit. In epiſtola vero Conſtantini Imp. Euſebium cave credas hunc intelligi Draconem Dei providentia de communi adminiſtratione depulſum; Maxentius enim fuit, atque eo nos traxit Hiſtoriae voluptas, & hic Poëta ad Hiſtoriam pertinet. CLAVER.

366. *Auguſtus vexilla ſalutat*] Arcadius ſcilicet labarum ſalutat venerandum propter crucem, ſive nomen Chriſti. neque enim Dracones veneratur Chriſtianus Imperator, ut Artabanus ille, qui adoravit Aquilas & Caeſarum imagines. inde tamen haud probaveris, Poëtam hunc jam tum fuiſſe orthodoxum, niſi ex parte. Ne vero mireris Dracones cum Labaro miſceri, Prudentium habes auctorem fide dignum, ubi de Honorio & Stilichone ad pugnam euntibus,

—— *Prima haſta Dracones*
Praecurrit, quae Chriſti apicem ſublimior effert.

Labarum autem hic Poëta non recipit ob novitatem dictionis, atque alia mente forte, quam Julianus Imp. CLAVER. *Arcadius* marg. Iſingr. ed. Claver.

367. *Qui fallere cuncta ſolebat*] *Quo* Barthius. confirmat Vaticanus primus. HEINS.

369. *Nomine quemque vocans*] *Vocat* Luc. Gyrald. & prim. Vatic. HEINS.

Natosque patresque &c.] Milites apud Tacitum neque conjugiis ſuſcipiendis, neque liberis alendis aſſue-

Digitized by Google

Nuntiat incolumes. illi, dum plurima ficto
Certatim ſermone petunt, extendere longos
A tergo flexus, inſperatoque ſuprema
Circuitu ſociare parant. decreſcere campus
Incipit, & clypeis in ſe redeuntia junctis
Curvo paullatim ſinuantur cornua ductu.
Sic ligat immenſa virides indagine ſaltus
Venator: ſic adtonitos ad litora piſces
Aequoreus populator agit, rarosqus plagarum
Contrahit anfractus, & hiantes colligit oras.
Excludunt alios. cingi ſe fervidus ille
Néſcit adhuc, graviterque adprenſa veſte morantem
Increpat Auguſtum: ſcandat ſublime tribunal:
Participem ſceptri, ſocium declaret honoris.
Quum ſubito ſtringunt gladios. vox deſuper ingens
Infremuit: Nobis etiam, deterrime, nobis

Spe-

aſſueti. Claudius vero Imperator militibus, quia uxores habere non poterant, jus maritorum ex lege indulſit, ut Dio probat. CLAVER. *notos* Vicetin. Ald. Parm. *natumque patremque* lib. Barthii.

371. *Extendere longos*] Non *intendere* Luc. & Gyrald. iidem pro *amplexus*, *flexus*, quod praefero. HEINS. *extendere* Heinſius in primis editionibus. ſed *intendere* placuit deinde. vid. ad Val. Flacc. VII. 114. ſed *extendere* eſt explicare, evolvere agmen in orbem, quo eum cingerent. BURM.

376. *Virides indagine ſaltus*] ſic Raphelengius ex veſtigiis Iſingriniani libri, quod a Lucenſ. Gyrald. Vatic. & quinque aliis confirmatur. vulgo *virides ſilvas*. noſter III. de Rapt. 203. *nec virides audebat viſere ſaltus*. apud Maronem IV. 122.

Dum trepidant alae, ſaltusque indagine cingunt.

Iſingrinus *Venetos ſaltus*, ut *Venetos montes* Feſcenninis v. 48. dixit. ſic & *Libyci ſaltus* Bell. Gild. 356. & *Calabri ſaltus* apud Silium VII. 365. *immiſſa* etiam *indagine* pro *immenſa* Iſingrinus, quod de nihilo non eſt. etſi *vaſtam indaginem* a Lucano Lib. VI. 42. dici ſciam. ubi male *vaſtas feras*. Idem Lib. III. 426.

Hanc jubet immiſſo ſilvam procumbere ferro.

vide notas Conſ. Manlii vs. 331. HEINS. ſed *immittitur ferrum* & ſimilia, obvia ſunt. ſed indagine cingitur ſaltus. quare *immenſa* praefero. & ſaepe vox in *immiſſam* tranſiit. ut apud Ovid. V. Met. 338. & alibi. *immiſſa Venetos* marg. Marcilii. *ſaltus* etiam Exc. Wolf. BURM.

279. *Hiantes oras*] *biantia colligit ora* Oxon. pro varia lectione.

380. *Excludunt alios*] Haec dependent ex comparatione, ut enim piſcator minuſculos piſces rejicit in aquam, & quaſi excludit, ut opimiorem praedam retineat, ſic militum corona involvit Rufinum hujus rei imprudentem. hic vero lux aliqua per me Claudiano adfulſit, ni fallor. CLAVER. forte *excludens*.

Cingi ſe fervidus ille] *Angi* in quinto Vaticano. HEINS.

381. *Apprenſa*] *appreſſa* Exc. Voſſ.

382. *Arcadium*] Vetus liber habuit aſpirationem, eamque omnes fere Graeci agnoſcunt, quaſi non ab Arcadia, aſinorum nutrice, ſed ἀπὸ τῆς ἀρχῆς deducatur, quod eſt ſane pulchrius. unde in nummo Cujacii haec olim notavimus ΑΡΧΑΔΙΟΣ ΕΥΣΕΒ. At veteres Inſcriptiones, quae Romae, & numi in Italia cuſi, aliter fere ſe habent. utrum malis, elige. CLAVER. pro *Auguſtum* & hic *Arcadium* marg. Iſingr. *ſcandit* & *declarat* Oxon.

384. *Gladios*] *enſes* Exc. Voſſ.

385. *Nobis etiam, deterrime, nobis*] Malo *teterrime*, quod poſtea confirmavit quintus Vaticanus. Ita enim in Codice Theodoſiano Rufinum vocant Arcadius & Honorius A. A. *Ne unius viri illuſtris tantum valeat temporalis offenſio teterrimi judicis inimici.* nam Tatianum Rufinus proſcripſerat. noſter Lib. II. de Rapt. 214. *teterrime fratrum.* ubi ſimiliter peccant quidam codices. neque infrequens ea Ciceroni vox. ſic in Epiſtolis, *vir clariſſimus ab homine teterrimo occiſus eſt*. & Lib. I. Tuſc. Quaeſt. *Ille omnium perditorum ita ſimilis, ut eſſet facile teterrimus.* HEINS. ſic Prudent. Hymn. X. 451. *milites teterrimi.* eadem variatio apud Quintil. Decl. II. 5. & XIV. princ. Horat. I. Sat. III. *teterrima belli cauſa.* BURM.

386. *Fa-*

Digitized by Google

Speraſti famulas inponere poſſe catenas?
Unde redî neſcis? patiarne audire ſatelles,
Qui leges aliis, libertatemque reduxi?
Bis domitum civile nefas: bis rupimus Alpes.
Tot nos bella docent nulli ſervire tyranno.
Diriguit. ſpes nulla fugae. ſeges undique ferri
Circumfuſa micat. dextra laevaque revinctus
Haeſit, & enſiferae ſtupuit mucrone coronae.
Ut fera, quae montes nuper dimiſit avitos,
Altorumque exſul nemorum damnatur arenae
Muneribus, commota ruit: vir murmure contra

Hor-

386. *Famulas catenas*] alludit ad ritum triumphi in quo captivi catenati ducebantur, procul amoto priſtinae dignitatis ſtatu. Tibull. I. El. VII. princ. & Lib. IV. ad Meſſalam, *Libera Romanae ſubjecit colla catenae.* Sidon. Carm. II. in fine. *captivos vincture novos.* Propert. Lib. II. El. II. Ovid. IV. Triſt. Eleg. II. 11. de Pont. El. I. & Lib. II. de Art.

Ibunt ante duces onerati colla catenis.

Author Conſolationis ad Liviam:

Aſpiciam regum livenția colla catenis.

Stat. I. Sil. V. 11. Flor. III. I. in fine de Jugurtha. hinc eſt quod Varro Lib. IV. de Ling. Lat. *victoriam a vinciendo* dictam tradat. & poſt eum Iſidorus Lib. X. in *pervicax*. Rutinum ergo arguit, eadem feritate in cives utentem, qua alii in hoſtes belli jure atque aequo Marte devictos fuiſſent uſi. DEMPST.

387. *Unde redî neſcis*] mens ignora ex Italia, ubi tyrannos debellavi, redire? DELR. pro *redii*. ſic uſus Statius, apud quem etiam *ini* non ſemel pro *inii*. vides quid poſſit una vocula, imo una literula. ſane totus hic locus duxerat caliginem, absque hac monitione fuiſſet. verba ſunt Gainae, quem alii Scytham, alii Celtam perhibent. redibat autem ab Italia, ubi cum Theodoſio anno ſuperiore Alpes fregerat, id eſt Eugenium. Fuit inter primos belli duces in illa expeditione. caetera Stilichoni deditus, & qui Rufini caede ipſum ulciſci non dubitaverit, ut vides. CLAVER. *redii* vero dictum pro *redierim*, ut hodie eo modo uti ſolent. ſed apud Ovid. XV. Ep. 4.

Hoc breve neſcires unde veniret opus?

ut ibi vulgo legitur, nec male. X. Met. 736. *Quod facit ignorat*, ubi nihil mutandum. vid. ad Lucan. I. 126. BURM.

388. *Aliis*] *alias* Leid.

389. *Bis domitum*] Semel contra Eugenium & ſemel contra Maximum. *domitum* MS. vel ſic, vel *domui*. DELR. *domui* prim. Vaticanus & quinque alii. *ſervile nefas* tertius Vatic. HEINS.

394. *Quae nuper montes amiſit*] Ita tres Lugdunenſes, MS. vero cum caeteris *dimiſit*. DELR. *montes nuper dimiſit avitos* primae editiones. ſcripti fere omnes, *nuper montes dimiſit*. vulgo *montes amiſit*. quomodo & prim. Vatic. nos Aldinam lectionem expreſſimus, & libri Oxonienſis. HEINS.

395. *Exſul*] Aliter MS. nempe *jugum*. ut etiam a verbo *dimiſit* dependeat. DELR. *jugum* etiam liber Barthii.

396. *Muneribus commota*] Hoc pacto Baſileen. & tres Lugdun. Vicetin. *vulneribus commota*. Vet. V. German. *verberibus commota*. ego, quod in ſimili variatione facere ſoleo, manuſſ. ſequor, praeſertim ſi nihil mendoſi prae ſe ferant, ut hic, *vulneribus convicta*. DELR. *verberibus* in veteri codice, cum in aliis, *muneribus*, quod eſt ineptum. Stat. Lib. V. de fera quae, *Tardius arma movet, ſtimulisque & verbere crebro In mores negat ire ſuos.* CLAVER. *Munus* proprie ad gladiatores ſpectat, qui liberalitate ſumma magnificentiaque conducti populum recreabant. Iſt. L. liberti §. Lucius ff. de Annuis leg. & Modeſtinus L. 16. ff. de Uſu & Uſufr. Legat. Quod autem de beſtia arenae damnata dicit, adverte matutina ſpectacula, ferarum commiſſiones, meridiana hominum fuiſſe. Martial. *Matutinarum non ultima praeda ferarum.* Ovid. XI. Metam. Fab. I. *Ut matutina cervus perituru arena.* Senec. Epiſt. VII. *mane Leonibus & urſis homines, meridie ſpectatoribus ſuis objiciuntur.* Lib. III. de Ira cap. ult. *videre ſolemus inter matutina arenae ſpectacula, tauri & urſi pugnam inter ſe.* Symmach. Lib. II. Epiſt. 36. arena vero eſt theatrum, cujus ſolum arena ſternebatur, vel ne ſanguis horrorem incuteret, vel ne pugnantes laberentur. DEMPST. *Muneribus* Iſingr. Lucenſ. prim. Vatic. multi alii, *Verberibus*. quidam etiam *Vulneribus*. fruſtra. nos vulgatam veram praeſtamus, quae ab interpretibus ſollicitari non debuit, praeſertim cum a ſcriptis nonnullis confirmetur. Perperam enim damnarunt elegantiſſimam hanc lectionem Claverius & Barthius, hic

Hortatur, nixusque genu venabula tendit.
Illa pavet ſtrepitus, cuneosque erecta theatri
Reſpicit, & tanti miratur ſibila vulgi.
Unus per medios audendi pronior enſe
Proſilit exſerto, dictisque & vulnere torvus.
Hac petit, hac Stilichon, quem jactas pellere, dextra

Te

dum *vulneribus* cum ſcriptis nonnullis legit prava interpunctione deceptus: ille *verberibus*, quomodo & Hingrini codex & Vaticanus cum tribus aliis. ſed nec Delrius audiendus, qui ex ſuo libro *Vulneribus convicta*, ſcribendum ait. nam *commota* non mutandum, ideſt irata, de qua voce dicemus ad Lib. II. in Eutrop. 287. *Munera arenae* ſpectacula vocabantur, ſive quidquid in arena exhibebatur. ita & Lucan. Lib. IV. 708.

——— *veluti fatalis arenae*
Muneribus non ira vetus concurrere cogit
Productos: odere pares.

Manilius Lib. IV. 225.

Nunc caput in Martem vendunt & munus arenae.

quomodo ſcribendum eſſe centeo. nunc legitur *in mortem venduns & fumus arenae.* ſic & *munera* feras ipſas in arena exhibendas noſter vocat, Lib. III. in Stilich. 284.

Pacet muneribus montes, ut legibus urbes.

ita enim verſum corruptiſſimum ſcribendum eſſe ſuo loco monebimus. Prudent. Lib. I. contra Symmach. 263.

Funditur humanus Latiari in munere ſanguis.

Ovid. I. Art. Am. 170. ubi de Circenſibus ſpectaculis,

Saucius ingemuit, telumque volatile ſenſit,
Et pars ſpectati muneris ipſe fuit.

ita optimae membranae, vulgo *ſpectati vulneris.* Heins. *vulneribus commota* Exc. Wolf. a m. prim. Pulm. Cod. & ed. Vicetin. Colin. vid. Doctiſſ. Markl. ad Stat. v. Silv. I. 21.

399. *Diſpicit & tanti*] ſic in veteri codice. alii habent *Deſpicit*, quod ſane arguit merito judicioſus Scaliger Lib. v. Poët. Notabis, inquit, elocutionem: non *deſpicit*, ſed *ſuſpicit*, non contemnit, ſi pavet. *Tanti* non ſatisfacit. Ego vero huic loco medicinam fieri credo unius literae mutatione; nam *diſpicere* ſatis aptum, quoad illud *tanti* videbis eodem plane modo apud idoneos auctores? apud Corippum, *ferae populorum millia circum Suſpiciunt, magnoque metu miteſcere diſcunt.* Claver. *Reſpicit* Lucens. Gyrald. prim. & ſec. Vatic. vulgatum *Deſpicit* merito vapulavit Scaligero libris de Re Poëtica. Claverius ex veteri libro *Diſpicit*, ſed non perſuadet. verbum *reſpicere* pavorem ferae eleganter exprimit. Heins.

Vulgi.] Hic deſignantur ſpectacula Romanorum. Tacitus ait: *Romanos voluptatibus adverſus fulſiſſe valuiſſe, quam armis.* Exſtat vero apud Dionem locus, unde colligas non ſine prudentia & ratione ejusmodi munera eſſe edita: Συμφέρει γὰρ τοῖς τυράννοις τὸ δῆμον διαπεπλῆσθαι. Claver.

400. *Audendi pronior*] Heinſius conjicerat *promptior.* male. vid. infr. 465. ſed & ita Sueton. Galb. 22. *pronior libidinis.* ubi vide quae notavimus. Burm.

Enſe Proſilit exſerto] Non aliter ſcripti meliores, nec audiendi qui vulgatum *erecto* tuentur. Ovid. III. Faſt. 814.

Enſibus exſertis bellica laeta Dea eſt.

Statius, *fulgentemque exſerit enſem* & alibi, *exſertum dimittere dicitur enſem.* Lib. XI. Theb. *ut exſertos enſes & caede recenti Arma rubere notant.* Silius Lib. XI.

Donec ad exſertos enſes fidiſſima tela
Deventum. ita enim ſcribendum, quidquid Dausquejus obloquitur. eodem verſu malim *& lumine torvus*, quam *vulnere* cum Patavino. Heins. *exſerto* Exc. Wolf. a m. ſec. *lumine* etiam Aldus. rectius non enim vulneratus erat. niſi vulnus capias, quod inferre ſtricto enſe Rufino meditabatur. ſed ita *voces* & *vulnus* pro enſe ſumi, ut ita pro telo quocumque, quo vulnus infertur. vid. ad Virgil. II. Aeneid. 436 & 529. *exſerto* neſcio an probandum, nam jam ſtrinxerant vs. 384. nunc ille unus erigit gladium exſertum. mihi *erecto* non diſpliceret. Burm.

402. *Hac petit, hac Stilicho*] Mendoſe haec hactenus legebantur. nos priorem Leidenſem & duos alios ſecuti ſumus. Alii nonnulli, *Impetit*, quos inter primus Vaticanus. Reliqui cum vulgatis *Appetit hac Stilico.* quod frigidum. Neque melius quod in Iſingriniano libro *Appetit heu.* aut Oxonienſi *Impetit hac.* miram vim habet haec repetitio, ut apud Virgilium XII. Aen. *Pallas te hoc vulnere Pallas Immolat.* quod imitatus Statius Lib. IX. Theb. ——— *ſaevoque proterva*
Abſtulit enſe manum. ſimul increpat: hanc tibi Tydeus,
Tydeus ipſe rapit. Seneca Thyeſte v. 916.

Ne parce potu. reſtat etiamnum cruor
Tot boſtiarum. veteris hunc Bacchi color
Abſcondet, hoc, hoc menſa claudatur ſcypho.
Mixtum ſuorum ſanguinem genitor bibat.

Hercule Oetaeo v. 813.

——— *dumque tremebundum manu*
Tenuit cadaver, Hac manu, hac, inquit, ferar
O fata victus? Herculem perimet Lychas?

ſic uterque locus ex optimis membranis Medicaeae Bibliothecae reſtituendus. Heins. *appetit heu Stilicho* marg. Iſingr. *impetit* Exc. Wolf.

430

Te ferit: hoc abſens invadit viſcera ferro.
Sic fatur, meritoque latus transverberat ictu.
Felix illa manus, talem quae prima cruorem
Hauſerit, & feſſi poenam libaverit orbis.
Mox omnes fodiunt haſtis, artusque trementes
Dilaniant. uno tot corpore pila tepeſcunt:
Et non infecto puduit mucrone reverti.
Hi vultus avidos, & adhuc ſpirantia vellunt
Lumina: truncatos alii rapuere lacertos.
Amputat ille pedes, humerum quatit ille ſolutis
Nexibus: hic fracti reſecat curvamina dorſi.
Hic jecur, hic cordis fibras, hic pandit anhelas
Pulmonis latebras. ſpatium non invenit ira.

403. *Te ferit*] Sarcasmos elegans, eadem paene figura Quadratus occultum gladium propere educens ad Commodum Imp. dixit: *Hoc te Senatus donat.* CLAVER.

404. *Sic fatus*] ex veteri libro *fatur.* DELR.

Meritoque] *Meritumque* marg. Iſing⁹. Oxon. & Exc. Wolf.

406. *Poenam orbis feſſi*] Rufinus enim adeo fuit oneri & poenae Orienti, ut *poena* ipſa dici meruerit. ſic Eutropius dicitur *Eoum crimen.* CLAVER.

Liberaverit] MS. cum aliquot excuſis lectio germana huic carmini eſt *libraverit*, longe jaculatus ſit. DELR. *Libaverit* vetus liber, quod Schedae P. Gnoſii viri eximii, & Mirandulae excerpta praeferunt. alias, *libraverit*, & quod nimis ineptum *liberaverit.* eadem figura Virgilius XII. Aeneid. 376. dixit, *deguſtat vulnere corpus. libraverit* tamen defendi poteſt, utcumque non etiam ante ponl. CLAVER. *Libare* eſt deguſtare & leviter attingere. ut velit Claudianus, illam eſſe felicem manum, quae prima levi aliquo vulnere inflicto, vel cutem perſtrinxerit, gravioribus vulneribus exemplum ſubminiſtratura. Sunt qui legant *libraverit*, pro longe ejaculatus erit. DEMPST. *Libaverat orbis* cum Aldino codice & veteri Claverii libro, & ex noſtris Rottendorpiano, legendum. neque aliter pro diverſa lectione Pricaei codex. nec Lucenſis diſſentit, in quo *livaverit.* vidit & veram lectionem Barthius. vulgo inſulſe *libraverit.* ſimiliter Silius corrigendus Lib. IX. 524.

Bisque Dei ſummas libavit vertice criſtas.

nam vetus editio & ſcriptus codex *libravit.* vulgati *vibravit.* Stat. Theb. v. 586.

——— *moti tamen aura cucurrit*
Fulminis, & ſummas libavit vertice criſtas.

non *libravit*, quod in plurimis ſcriptis exſtat. Nec Theb. VIII.

——— *mortemque invenerat haſta:*
Sed probibet, paulumque humeri libare ſiniſtri
Praebuit, & merito parcit Tritonia fratri.

HEINS. *litaverit* lib. Barth. *liberaverit* marg. Marcil. Ceterum nota haec Demſteri, quae in editione Elzeviriana exſtat, non reperitur in Demſteri editione.

408. *Pila*] *tela* Exc. Voſſ. MS. Pulm. & Barth.

409. *Infecto*] *infeſto* Claver.

410. *Hi vultus avidos*] Mirum ſupplicium, inauditaque barbaries, & vix credibilis, niſi fidem faceret Procopius & alii illius ſeculi ſcriptores, ita periiſſe Rufinum. DEMPST. *Rubidos vultus* Lucenſ. & Gyraldi liber. utrumque probum. ſic ſupra libr. I. *rabidum* Rufini *ingenium* vocat, ubi plura diximus. pro *artusque trementes*, ſeptem ſcripti *artusque nefandos.* HEINS. forte *pavidos.* nam ſupra *diriguiſſe* dixit & *haeſiſſe*, & in comparatione de fera *pavet ſtrepitu.* nec veroſimile rabiem practuliſſe in morte Rufinum, ſed pavorem. ſemper enim inertem exhibet. & ita *artus trementes* poſſunt capi. confundi has voces vidimus ad Nemes. Cyneget. 100. *artusque nefandos* etiam Vicetin. BURM.

413. *Hic*] *binc* Leid.

Reſerat curvamina dorſi] *reſecat* legendum videtur. & ſic Moreti alter. *confinia dorſi* etiam membranae Iſingrini. quomodo ſupra *geminae confin'a librae.* mox *anbelas*, non *anbeli*, Aldus & ſcripti omnes. HEINS. ſed Lucan. 1. 622. *pulmonis anbeli fibra patet. banelas* Oxon.

414. *Hic jecur*] Hoc vero eſt *membra articulatim dividere*, ut Cicero loquitur. ad hunc locum pertinet verſus ille Jambicus: Δρυὸς πετρώας πᾶς ἀνὴρ ξυλίνεται. *Ut lapſa quercus omnis banc bomo jecat.* denique mus virum improbum etiam infeſtat, deducto a Graecis proverbio, quod turris non procul a Moguntia in Rheno ſita (ſi fas) indicat. CLAVER.

Nec locus eſt odiis. conſumto funere vix tum
Deſeritur, ſparſumque perit per tela cadaver.
Sic mons Aonius rubuit, quum Penthea ferrent
Maenades, aut ſubito mutatum Actaeona cornu
Traderet inſanis Latonia virgo Moloſſis.
Criminibusne tuis ſperas, Fortuna, mederi?
Et male donatum certas aequare favorem
Suppliciis? una tot millia morte rependis?
Everſis agedum Rufinum divide terris.
Da caput Odryſiis: truncum mereantur Achivi.
Quid reliquis dabitur? nec ſingula membra peremtis
Sufficiunt populis. vacuo plebs obvia muro,

Jam

416. *Conſumto funere vix tum*] Legendum *vixdum*, quomodo apud Statium Theb. VI. 469.

Vix dum coeptus equis labor, & jam pulvere quarto
Campum ineunt. Lucenſis tamen & Iſingrinianus argute, *victor*, quomodo & Vaticanus primus a prima manu. Alii nonnulli, *victum*. unus, *juſtum*. *Victorem* vocat, quod militum furor in cadavere ejus diſcerpendo ſatiari non potuerit. Barthius τὸ *victor* ad militem refert. ſed *vixdum* a Claudiani manu eſſe opinor. Ammianus Lib. XIV. *qui ita eviſceratus eſt, ut cruciatibus membra deeſſent.* Sequenti verſu recte Lucenſ. Iſingr. prim. Vatic. & alii nonnulli *perit*. non *cadit*. Juvenalis iſta Sat. III. 259. imitatus videtur,

Quid ſupereſt de corporibus? quis membra, quis oſſa
Invenit? obtritum vulgi perit omne cadaver.

Euripides Andromacha, quem locum Livinejus quoque vidit, πᾶν δ' ἀνάλωτας δέμας τὸ παλίμορφον τραυμάτων ὑπ' ἀγρίων. Lucretius Lib. V. ſub finem,

Et tamen inter eos diſtractum ſanguine multo
Diſperiiſſe, neque in fructum convertere quiſſe.

quomodo duo veterrimi Voſſianae Bibliothecae codices, non *diſperſiſſe*. Lucan. Lib. II. 119.

—— *vix te ſparſum per viſcera, Raebi,*
Innumeras inter carpentis membra coronae
Diſperiiſſe manus. ita enim corrigendum videtur, cum ſcripti noſtri conſtanter *Diſperſiſſe*. nec damno tamen *Diſceſſiſſe*, quod vir magnus amplexus eſt. Prudentius Pſychomachia v. 724.

Diſciſſum foedis animalibus omne cadaver
Dividitur: ruptis bereſis perit horrida membris.

HEINS. *conſumpto corpore* Oxon. ſed non capio quomodo *conſumpto funere* (id eſt cadavere, ut explicant) perierit cadaver. malim *conſumpto vulnere*, *vixdum* &c. ut ſpatio deficiente, quo vulnera dirigerent in corpus, deinde in membra amputata & ſparſa ſaevierint, eaque telis ſuis fixerint, & circumtulerint, ita ut nihil ex toto cadavere ſuperfuerit videndum, ne trunco quidem reliquo. *vulnus* & *funus* ſexcenties apud Ovidium & alios conmutantur. videtur illa Ovidii in animo habuiſſe ex III. Met. 237. *Jam loca vulneribus deſunt.* BURM.

418. *Mons Aonius*] Cythaeron. Eurip. in Bacchis. DELR.

419. *Cornu*] *cervo* Vicetin.

420. *Latonia virgo*] Lucenſis, *viſa*. placet. ab Actaeone ſcilicet nuda. pro *Traderet* alter Moreti, *proderet*. etiam bene. HEINS.

Moloſſis] *Molofis* Leidenſes duo.

421. *Speras fortuna mederi.*] Aldus & plurimi ex ſcriptis, *credis*, & ſequenti verſu pro *certas*, *ſperas*. *credis aequare* Schedae Gudianae. *rependi* pro *rependis* Helmaeſtadienſis. HEINS. *credis aequare* Barth. lib. Lovan. & Palatin. *credas* Leidenſ. Vicetin. ſequenti verſu, *Et male donatum ſperas fortuna mederi* codex Barth. ego nihil muto. *Sperare* enim idem ſaepe quod *credere*, unde Gloſſatores hoc verbum ſuppoſuere. vid. ad Ovid. VII. Met. 833. *certare* etiam eleganter pro tentare. vid. ad I. Met. 684. *ſperas aequare* tamen Exc. Wolf. BURM.

425. *Odryſiis*] Et hic *Otriſiis* plurimi.

427. *Sufficiunt*] malim *Sufficiam*. HEINS.

Vacuo plebs obvia muro Jam ſecura ruit] Sic quatuor veterrimi, & alii aliquot. vulgo, *undique*. Imitatus ipſe bello Getico v. 462.

——— *portas ſecura per omnes*
Turba ſalutatis effunditur obvia ſignis.

τὸ *effunditur* primi ac tertii Vaticani, & codicis Oiſeliani lectionem confirmat, in illis enim pro *ruit*, *fluit* ſcriptum. bene. nam *ruunt* ſtatim ſequitur. videtur illa Lucani reſpexiſſe Lib. III. 80. *non confluit uſquam Obvia turba duci.* ita enim ab illo relictum eſſe cenſeo; cum nunc legatur minus bene *conſtitit*. τὸ *fluere* plebis ſecuritatem optime exprimit.

Digitized by Google

Jam ſecura, fluit. ſenibus non obſtitit aetas,
Virginibusve pudor. viduae, quibus ille maritos
Abſtulit, orbataeque ruunt ad gaudia matres:
Inſultantque alacres. laceros juvat ire per artus,
Preſſaque calcato veſtigia ſanguine tingui.
Nec minus adſiduis flagrant elidere ſaxis
Prodigiale caput. quod jam de cuſpide ſumma

435. Nu-

mit. ſic & veſtes laxae *fluere* dicuntur. Virgil. XI. Aeneid. 235.

Olli convenere, fluuntque ad regia plenis
Tecta viis.

& Lib. XII. 443.

Antbeusque Mneſtheusque ruunt, omnisque relictis
Turba fluit caſtris.

populis undare penates noſter ſupra dixerat, ut *undam ſalutantum* Virgilius, & *flumen militum* Silius Lib. XII. 184.

Fertur acerba lues diſjectis incita telis,
Effuſaeque ruunt inopino flumine turbae.

ita vere libri ſcripti. vulgo *inopino turbine*. HEINS. Barthii libri omnes & alii *ruunt*. ſed ille offenſus redeunte mox voce legit, *orbatae currunt*, languide nimis in hoc ardore. *fluere* & *ruere* etiam commutantur in ſcriptis apud Virgil. X. 573. *metu verſi retroque ruentes*. ubi alii codices *fluentes*. & XI. 828. *ad terram non ſponte fluens*. alii *ruens*. vid. Cl. Drakenb. ad Sil. XII. 619. *ruunt ad moenia* Lovan. 2 m. prim. non vero quia in aliis locis *effundi* dicitur turba, etiam *fluit* debet ſequi. nam & Virgil. VI. Aeneid. 305.

Hinc omnis turba ad ripas effuſa ruebat. BURM.

431. *Laceros*] Huic voci cenſeo ℓ adſcribendum. nam MSS. egregie habent *vacuos*, hoc eſt inanes artus, & concavos, atque extenuatos, ut truncatorum membrorum λαγαρότης hac voce exprimatur. DELR. Alii habent *vacuos*, id eſt exſangues & inanimes. ſic Statius IX. Theb. 589. *vacuorum terga leonum*. SCHOTT. II. Nod. Cicer. 5. Codices quidam *vacuos*, quod Delrius perperam probat, cum *vacuis manis* paulo ante praeceſſerit. Lucan. II. 177.

Cum laceros artus aequataque vulnera membris
Vidimus. HEINS. *Vacuos* etiam Lovan. duo Oxon. & Leid. omnes Barthii & Exc. Wolf. dubito quaenam lectio ſit praeferenda; nam repetitio ejusdem vocabuli intra paucos verſus non ſemper ſuſpectum facit locum. & repetita poteſt eſſe vox *laceros* ex praecedenti *alacres*, quae ſaepe cum altera commutata. vid. Ovid. I. Epiſt. 36. *vacui artus* poſſunt recte explicari de cadavere, quod exſangue eſt, & ita vacuum ſpiritu & anima. ut Statius IX. Th. 47.

Nudus in egregii vacuum jam corpus amici
Procedit.

Lucan. III. 643.

Tradidit in letum vacuos vitalibus artus.

& Joſeph. Iſcan. IV. de Bell. Troj. 444.

Telephus, ut vacuas ſpirantı ſanguine vultus
Conſpicit.

& recte quidem ita Schottus explicat. ſed in loco Statii *vacui leones*, ſunt pelles carne vacuae, quibus ſe armabant Heroes. ut idem Statius VI. 719. *Tigrin inanem*. & I. Achill. 115. *inania terga ferarum* dixit. & ſimiliter *vacui capitis oſſa* pocula ex cranio dixit Silius XIII. 482. vocem vero rarioris uſus ſaepe per communem magis Gloſſatores reddiderunt. nam *laceri artus* paſſim occurrunt. vid. Ovid. IX. Met. 169. & ita *lacera membra*, *lacerum corpus*, &c. eligat lector utrum velit. BURM.

433. *Certant elidere ſaxis*] *flagrant* Lucenſ. Iſingr. prim. Vatic. & quinque alii. omnino rectius. Stat. Theb. III. 118. *pars viſere flagrant Unius acta viri.* Lib. X. 215. *flagrant comitari & jungere caſus.* ſic *fervent*, *calent*, *ardent*, *aeſtuant*, noſter ſubinde. de quibus Lib. I. vs. 309. HEINS. *tentant* MS. Pulmanni, quae ſollemnis eſt variatio. vid. ad Ovid. III. Met. 663. & infr. ad II. de Rapt. 196. & paſſim hoc ſenſu *certant*, *pugnant*, *tentant*, ſolent dicere poëtae. BURM.

434. *Prodigiale caput*] Immane hoc, ſed tamen frequens, quod exercuit Dolabella in C. Trebonium. Tull. Philip. XI. Auguſtus caput Bruti Romam miſit, ut ſtatuae Caeſaris ſubmitteretur. Sueton. in eo cap. XIII. caput Galbae Aug. lixis calonibusque ab Othone donatum, haſtae affixum, non ſine ludibrio circum caſtra portatum. Suet. in Galb. cap. XX. Silius XVII. 309. *Servili fers ora ducis ſuffixa veruto.* Lucan. II. 160. de Syllae crudelitate:

Colla ducum pilo trepidam geſtata per urbem.

& Lib. IX. 137.

—— *quantum geſtata per urbes*
Ora ducis, quae tranſfixo ſublimia pilo
Vidimus. Lege Senecam Lib. III. Controv. XVII. &

Nutabat, digna rediens ad moenia pompa.
Dextera quin etiam, ludo conceſſa, vagatur
Aera petens, fraudesque animi perſolvit avari
Terribili lucro, vivosque imitata retentus
Cogitur adductis digitos inflectere nervis.
Deſinat elatis quisquam confidere rebus,
Inſtabilesque Deos, ac lubrica Numina diſcat.
Illa manus, quae ſceptra ſibi geſtanda parabat,
Cujus ſe toties ſubmiſit ad oſcula ſupplex
Nobilitas, inhumata diu, miſeroque revulſa
Corpore, feralem quaeſtum poſt fata popoſcit.

Ad-

antiquitatem hujus ritus diſce ex Marone IX. Aeneid. 465. de Euryali & Niſi morte,

Quin ipſi arrectis viſu mirabile in haſtis
Praefigunt capita. Sic ſaeviit in Hippolochum Trojanum Agamemnon. Victor. Lib. XXVIII. Var. Lect. cap. 8. Flor. III. cap. 10. DEMPST.

Quod jam] *quod nunc* Pulm. MS. *nuptabat* Exc. Wolf.

436. *Dextera*] Manum Rufini dextram populus Byzantinus fertur abſcidiſſe, ac per vias urbis circumtuliſſe, ut oſtiatim mendicaret poſt mortem, qui vivus ſingulos argento emunxerat, quod pulchre poëta enuntiavit. qui vero manum illam oſtentabat, haec ſermone patrio quaſi per jocum clamitabat ΔΟΤΕ ΑΠΛΗΚΤΩ. ut habet Graeca hiſtoria. Ceterum iis ſic multum pecuniae ex re ludicra obtigit. B. Hieronymus: *Rufini caput pilo geſtatum, abſciſſa manus dextra, ad dedecus inſatiabilis avaritiae, oſtiatim ſtipem mendicavit.* CLAVER. vid. Jac. Gothofr. ad leg. XIV. Cod. Theod. de Bonis Proſcriptorum.

437. *Poenasque animi perſolvat avari.*] *Fraudesque* Lucenſ. Iſingr. & quinque alii ex melioribus. pro *vivosque imitata retentus*, multi veteres *receptus*, a recipiendis muneribus. quod neſcio an ſatis ſit Latinum. mox *adductos digitis inflectere nervos* primus Vaticanus & Oiſelianus, non cum vulgatis *adductis digitos nervis.* HEINS.

438. *Lucro*] *Luco* Ald. & Leid.

Retentus] excuſus Moguntinus *receptus.* Hoc eſt quod ait D. Hieronymus: *Rufini caput pilo Conſtantinopoli geſtatum, & abſciſſa manus dextera ad dedecus inſatiabilis avaritiae oſtiatim ſtipem mendicavit.* quae num ex his Claudiani deſumta ſint, non habeo affirmare, certe ſunt ἀδέλφα, ut ait Palama, κοὐ ἐμέχεσθαι κοὐ ἐ ἀνδρὸς κεκαμεῖσας. DELR.

439. *Adductis*] intelligit cavam manum, medicantium modo. de quo vid. Caſaub. ad Suet. Aug. XCI. BURM.

440. *Deſinat*] Hunc etiam locum procul dubio imitatur B. Hieronymus; nam haec Poëta ſcripſit ſtatim ab interitu Rufini: hunc vide, ne ſaepius a me citetur. Huc etiam pertinet illud Curtii, *magnae arbores diu creſcunt, una hora exſtirpantur, firmis periculum ab invalido.* Pacatus de alio Tyranno: *Quisquis imponere capiti diadema meditabitur, Maximi caput aſpiciat.* CLAVER.

441. *Ac lubrica*] & MS. Pulmanni. *Ludicra* Exc. Voſſ.

442. *Quae ſceptra*] *qua* Oxon. Leid. & ſex alii cum Excerptis Wolfii. ita ſaepe variatur; ſed elegantius *quae.* Ovid. v. Met. 183. *manus jaculum fatale parabat Mittere.* ubi vide quae diximus. ita III. Amor. VII. 15. *Laeva manus ſcuta tulit.* & III. I. 13.

Laeva manus ſceptrum late regale tenebat.

& quae plura paſſim obvia. BURM.

443. *Submiſit ad oſcula ſupplex*] Nam dextram oſculari, obſequii argumentum. Plutarch. Catone. Plinius Lib. II. cap. 45. *dextra oſculis averſa petitur, in fide porrigitur.* Serv. ad I. Aeneid. *cur dextrae jungere dextram Non datur?* Lucan. Lib. II. *Spes una ſalutis Oſcula pollutae fixiſſe trementia dextrae.* Silius Lib. XVII. de Legatis Carthagenienſium, *dextramque ut numen adorat.* DEMPST.

444. *Inhumata dui*] *inhumata jacet.* Oxon.

445. *Quaeſtum*] ita vocat ſtipem & modicam pecuniam, quam mendicus poſcit. ſupra 437. *aera petere* dixit, ut & Ovid. I. ex Ponto I. 40. *exiguae quis ſtipis aera neget.* vocem vero *quaeſtus* a quaerendo ductam, ut vidimus ſupra Lib. I. 202. de mendicantibus dici, docet Lex 1. Cod. de Mendicantibus validis: *Cunctis, quos in publicum quaeſtum incerta mendicitas vocaverit, inſpectis.* & ita poſſet forte admitti emendatio virorum doctorum ad Phaedr. III. fab. 20.

Galli Cybeles circum in quaeſtus ducere
Afinum ſolebant.

ubi *in quaeſtus* eſſet ad mendicandum. BURM.

446. *Ad-*

Digitized by Google

Adſpiciat, quisquis nimium ſublata ſecundis
Colla gerit. triviis calcandus ſpargitur ecce,
Qui ſibi Pyramidas, qui non cedentia templis
Ornatura ſuos exſtruxit culmina Manes:
Et, qui Sidonio velari creditus oſtro,
Nudus paſcit aves. jacet en, qui poſſidet orbem,
Exiguae telluris inops, & pulvere raro
Per partes tegitur, nusquam totiesque ſepultus.
Senſerunt convexa necem, tellusque nefandum
Amolitur onus. jam reſpirantibus aſtris,

In-

446. *Adſpiciat nequis*] *quisquis* Lucenſ. Iſingr. prim. Vatic. & ſequenti verſu *geris* iidem, non *gerat*. HEINS.

Sublata] *ſtillata* Cod. Barthii.

447. *Ecce*] *iſte* Exc. Voſſ.

448. *Qui ſibi Pyramidas*] Pyramidas exſtruxit antiquitas, non tantum ad ſervandum frumentum, quod Graeci *σιρὸν* vocant, ſed etiam ad regum claudenda cadavera. Strabo Lib. XVI. de his Mela Lib. I. cap. 5. Plin. Lib. XXXVI. cap. 12. Martial. Ep. I. Amphith. & Lib. VIII. Ep. 36. Lucan. VIII. 696.

Ut Ptolemaeorum manes ſeriemque pudendam
Pyramides claudant. vid. Rhodigin. Lib. XXIII. Antiq. Lect. cap. 9. DEMPST.

449. *Culmina manes*] Hic notat ſepulchrum vacuum Rufini, quod ſibi vivens exſtruxerat; id facile ſuperavit, opinor, caetera ſeculi iſtius aevi Mauſolea; in his enim rebus plus ſatis excelluit. ne quis vero templorum ſtructurae minime ceſſurum demiretur, conſtat enim fuiſſe Romae templum Probi viri illuſtris, ſeu potius ſepulchrum, mole ſua & opere admirandum. CLAVER. *culmine* Exc. Voſſ.

450. *velari creditus oſtro*] Non igitur ei purpurae honos contigit, verum pro imperiali veſte, ſeu purpura, mors purpurea, ut ex Homero dicam. CLAVER. *creditus* prior Moreti, Oxon. & Regius cum primo Vaticano atque Oiſeliano. Iſingr. *creditur*. vulgo *credidit*. Dempſterus in Corippum commentario ex Bongarſianis membranis,

Qui ſe Sidonio velandum credidit oſtro.

mox cum Aldo & melioribus ſcriptis *nusquam*, non *nunquam*. quamvis in contraria eat clariſſimus Barthius, & vulgatum tueatur utroque loco. HEINS. *condidit* liber Barthii.

451. *Paſcit aves*] Paſcere aves, eſt, ſepultura carere. hinc Auguſtus cuidam ſepulturam precanti reſpondit: *jam iſtam in volucrum fore poteſtate*. Sueton. cap. XIII. quod a Graecis derivatum eſt. Homer. I. Iliad. princ. Senec. Thyeſt. Act. V. Sc. III. v. 1031.

Utrumne ſaevis pabulum alitibus jacent.

Thebaid. Act. I. Sc. I. vs. 255.

Et in alta nemora pabulum miſit feris,
Avibus & avidis.

ad quem ritum Maro IX. Aeneid. 485. *canibus data praeda Latinis, Alitibusque jaces.* & Pierius Hieroglyph. Lib. XVIII. ex X. Aeneid. 559. *Alitibus liquere feris.* Silius Lib. XII. *Deforme alitibus liquere cadaver Iberis.* Catull. de Nuptiis Thetidis & Pelei, Carm. LXV. vs. 1520. *Pro quo dilaceranda feris dabor alitibusque Praeda, nec injecta tumulabor mortua terra.* & Codrus ad Pompeji cadaver apud Lucan. Lib. VIII. 765. *Ne fera, ne volucris, ne ſaevi Caeſaris ira Audeat.* Flor. IV. cap. 7. DEMPST.

Poſſidet] pro *poſſedit*. DELR.

452. *Pulvere raro Tegitur*] Pulvere tegi hic eſt ſepeliri, licet apud Plinium Lib. VII. cap. 46. ſepultus ſit quoquo modo conditus, humatus, humo contectus, & cadaver terra conditum, eſt ſepulturae mandatum, ex JC. *tit. de ſumptibus & religioſis funerum.* inde illa Palinuri precatio apud Virgil. VI. Aeneid. 365. *Et tu mihi terram Injice* &c. ubi Servius obſervat, *poenam exiſtimatam, carniſſe ſepultura.* vide eumdem ad VI. Aeneid. 176. *Praecipue pius Aeneas.* Catullus de Nuptiis Pelei in querela Ariadnes, *nec injecta tumulabor mortua terra.* Horat. I. Od. XXVIII. *injecto ter pulvere curras.* Statius Lib. V. Silv. III.

Exſere ſemirutas ſubito de pulvere vultus.

agit de exſequiis patris, Idque non Romani, verum etiam Graeci ritus. Valerius Max. V. cap. 3. *poſt obitum nullam Aticae regionis glebulam, quae oſſibus injiceretur, invenit.* de Phocione. DEMPST.

453. *Numquam*] vetus meus liber *nusquam*. DELR. *nunquam τῷ toties* reſpondere videtur, quum *ubique* ſit oppoſitum *τῷ nusquam*, quod habent Vicetin. Parm. Junt. Colin. & aliae editiones. BURM.

455. *Amolitur onus*] Non *Emolitur* prior Leidenſis. quomodo primus quoque & tertius Vaticani pro diverſa lectione. Lucan. V. 355.

Heu quantum fortuna humeris jam pondere feſſis
Amolitur onus. HEINS.

457.

Digitized by Google

Infernos gravat umbra lacus. pater Aeacus horret,
Intrantemque etiam latratu Cerberus urguet.
Tunc animae, quas ille fero ſub jure peremit,
Circumſtant, nigrique trahunt ad judicis urnam,
Infeſto fremitu. veluti paſtoris in ora
Commotae glomerantur apes, qui dulcia raptu
Mella trahit, pennasque cient, & ſpicula tendunt:
Et tenuis ſaxi per propugnacula cinctae
Rimoſam patriam, dilectaque pumicis antra
Defendunt, pronoque favos examine velant.
Eſt locus, infauſtis quo conciliantur in unum

457. *Intrantemque etiam*] *& etiam* mendi ſuſpectum. mox pro *nigri judicis*, malim *Stygii*. forte etiam, *Intrantem triplici latratu*. HEINS. Conjecerat Heinſius *Stygique*, & miratur cur *nigrum* vocet. ſed eo colore omnia apud inferos infecta fingunt poëtae, & *nigrum Deum* Plutonem vocat Ovid. II. Ep. 70. & IV. Met. 438. & quis non? BURM.

Urguet] poteſt ſatis explicari, *arcet* tamen malim. BURM.

458. *Tunc animae*] Imitatur Senecam, qui in Apotheoſi Claudii tale quid tradidit. DELR.

Fero] *ferox* Lovan.

460. *Velut*] Hanc comparationem ex Papinio ſuo deſumpſit, quam habe, ut conferas.

Sic ubi puniceo paſtor rapturus ab antro
Armatas erexit apes, fremit aſpera nubes,
Inque vicem ſeſe ſtridore hortatur & omnes
Hoſtis in ora volant; mox deficientibus alis
Amplexae parvamque domum, captivaque linquunt
Mella, laborantesque premunt ad pectora ceras. CLAV.

Paſtoris in ora] Barthius mallet *praedonis* dixiſſet. *in ora glomerari* neſcio an eleganter dictum, & non melius foret *ab ora*, de quo vid. ad Ovid. VIII. Met. 115. BURM.

Commotae] *collectae* Oxon. Leid. Vicetin. vid. ad II. in Eutrop. 287.

461. *Dulcia raptu*] *dulcia quercu* Barthii Codex & Moreti pro diverſa lectione. *raptim* Exc. Voſſ. illud *quercu* nequaquam a librario fluxiſſe credit Barthius, nam in quercubus & arboribus favos feciſſe apes conſtat. II. de Rapt. 109. *Ilex plena favis.* & ibid. 125. *in fago apes.* vid. ad Phaedr. III. XVI. 6. ſed quia mox de pumice & ſaxo agitur, non videtur quercui hic locus eſſe. quare ego *raptim* praeferrem, ut ita *tractu* & *tractim* ſaepe variatur. vid. ad Grat. Cyneg. 362. *furto* & *furtim*. vid. ad Ovid. VI. Epiſt. 43.

462. *Pennasque cient*] in Aldina editione eſt *bellaque cient*. ſaltem *& bella cient*, vel *pugnasque cient* dediſſet. ſed *ciere* hic eſt movere, ut *citare* in loco Statii adducto ab Heinſio. eleganter vero *ſpicula tendunt*, ut ſagittas quaſi ex arcu mittant, vel ut tela & haſtas protendant, vel, ut alii aiunt, praetendant. vid. ad Ovid. VIII. Met. 341. ſic III. Conſ. Honor. 49. *ſpicula cornu tendere*. eadem metaphora *ſtrictos ungues*, *manus*, & ſimilia dicunt poëtae. vid. ad Ovid. I. Amor. VI. 14. BURM.

Spicula tendunt] *figunt* Schedae Gudianae. HEINS.

463. *Tenuis*] *teneri* Oxon. pro varia lectione, *tenui* Exc. Wolf.

Cinctae] in mei codicis margine adſtituitur *Cinthi*, id eſt, montis. DELR. *Cinctae* defendit Cerda ad Virgil. IV. Georg. 94. ubi alios *cunctae* legere ait, ut eſt in Aldina. *cuntae* Leid. mox *ſpumicis antra* Exc. Wolf. BURM.

465. *Examine velant*] *Vellant* unus Florent. lego *vallant*. Statius Theb. XII. 17.

Intus agunt natos, & foeta cubilia vallant
Unguibus, imbellesque citant ad proelia pennas.

pro *cinctae* in aliis *cunctae*. nonnulli *cintae*. forte *junctae*. HEINS. *vallare* & *velare* centies in ſcriptis variantur. vid. ad II. de laud. Stilic. 189. & ad Ovid. IV. Ep. 159. IV. ex Ponto XIV. 55. & alibi. *velant* Exc. Voſſ. BURM.

466. *Eſt locus*] Apparet fatis poëtae viſum eſſe Platonis Axiochum, unde haec dubio procul mutuatus eſt. CLAVER. de Phlegethonte Mythologi diſſeruere: noſter Lib. I. de Rapt. princ. & de Aponis balneis. at cultiſſime Lib. II. de Rapt. 315. *flagrantibus biſpida nimbis Barba riget, totoque fluunt incendia vultu.* Silius XIII. 564. *turbine anhelo Flammarum reſonans, ſaxoſa incendia torquet.* Seneca Thyeſte Act. I. Sc. I. vs. 72. *alveo medius tuo Phlegethon relinquar, igneo cinctus freto.* Serv. ad VI. Aeneid. 551. Stat. IV. Theb. 523.

Fumidus atra vadis Phlegethon incendia volvit.

& Lib. VIII. Theb. princ. Hunc *Pyriphlegethonta* appellat Tertull. Apol. cap. CL. ad quod alluſit eleganter Sidonius Lib. III. Epiſt. 13. de paraſiti oculis: *Stygiae vice paludis volvunt lacrimas per tenebras.* DEMPST.

467.

Digitized by Google

Cocytos Phlegethonque vadis: inamoenus uterque
Alveus. hic volvit lacrimas: hic igne redundat.
Turris per geminos flammis vicinior amnes.
Porrigitur, ſolidoque rigens adamante ſiniſtrum
Proluit igne latus. dextra Cocytia findit
Aequora, triſte gemens, & fletu concita plangit.
Huc poſt emeritam mortalia ſecula vitam
Deveniunt. ibi nulla manent diſcrimina fati,
Nullus honos: vanoque exutum nomine Regem
Proturbat plebejus egens. quaeſitor in alto
Conſpicuus ſolio pertentat crimina Minos,

Et

467. *Cocytus*] *Cocytos* bene Mazarin. prim. Vatic. & quinque alii, *Cocyton*. ſic & *Scorpion*, *Tityon*, pro *Scorpios*, *Tityos*, ſaepe in antiquis libris. paulo ante *Eſt lacus*, non *Eſt locus*, corrigendum cenſet Barthius. qua caſtigatione non eſt opus. HEINS. vid. Lib. I. de Rapt. 87.

468. *Hic volvit*] quia Κωκυτὸς luctum, φλέγω, unde φλεγέθων, ardeo ſignificat. DELR.

Lacrimas] *lacrimis* Leid. m. s.

469. *Amnes*] *ignes* Exc. Voſſ.

470. *Adamante*] Ex ſolidis & duris adamantem κατ' ἐξοχὴν nominavit, ut hic, ſic alibi, *voces adamante notabat Atropos*. &, *Tunc adamante gravem nodisque rigentibus haſtam*. &, *Nolavitque adamante comam*. innumeris praeterea locis, idque apud varios ſcriptores obſervavi. apud Virgil. Lib. VI. *ſolidoque adamante columnae*. & Horatium, *Martem tunica tectum adamantina*. Item, *ſi figit adamantinos ſummis verticibus dira neceſſitas clavos*. & Manil. Lib. I. *atque adamanteis diſcordia vincta* (male vulgo *victa* legitur) *catenis*. Val. Flacc. Lib. III. *fractoque trabens adamante catenas*. Senecam, *gravia monſtri colla permulcens manu adamante texto vincit*. Apud Pindarum ter, primo Πυθ. Δ. ἔρυτραι ἀδαμάντινοι. deinde, citante Athenaeo, ἐξ ἀδάμαντος ἢ σιδήρου κεχάλκευται μαλάκιναι καρδίαι. &c. poſtremo adducente Strabone ἀδάμαντοστέρνους λέοντας. apud Heſiod. ἀπ' ἀδαμάντος ἔχει κρατερόφρονα θυμόν. item, niſi me fallit memoria, ἰυγμοῖσι τ' ἀδαμάντῳ ἐνὶ φρενὶ θυμὸν ἔχουσαν apud Herodot. Lib. VI. Pythia reſpondet Athenienſibus: Σοὶ γὰρ τὰ δ' ἄντις ἔπος ἐρέω ἀδάμαντι πελάσσας. ſolutae quoque orationis ſcriptores ita hac voce ſunt uſi. Plutarcho tyrannis Dionyſii ἀδαμαντίνη ἀρχὴ dicitur. & eadem de re Aelianus ἀδάμαντι διειργάσθαι φάσκων τὴν ἀρχὴν κεκτῆσθαι. Apulejus Lib IX. Metam. *auroque ſolearis adamantinas etiam perfringi fores*. DELR.

Siniſtrum] *ſiniſtro* MS. Pulman. Lovan. m. prim. Oxon. duo. Exc. Wolf. & Edd. Vicetin. Parm. & diſtinguunt poſt *adamante*.

471. *Cocytia findit aequora*] Primus Vaticanus & quatuor alii *findit*. bene. pro *fletu* Lucenſe & Gyrald. *fluctu*. ut *litora plangere* Virgil. I. Georg. 334. neque aliter Pomponiana Excerpta. & a manu prima primus Vaticanus cum Oiſeliano. ſed fruſtra. Statius Theb. VIII. 29. *aſſiſtunt lacrimis atque igne tumentes Cocytas Phlegethonque*. alluditur enim ad Cocyti nomen. HEINS. *dextraque Cocytia* Ed. Vicet. *dextra concuſſa* Exc. Wolf. *flectu* Parm.

473. *Secula*] vid. ad Lib. II. de Rapt. 311.

474. *Ibi*] *ubi* Edd. Vicetin. Parm. Junt. Iſingr. Colin. Gryph. Raphel. & aliae. *tibi* liber Barthii.

476. *Proturbat*] *perturbat* Oxon. Leid. vid. ad Ovid. III. Met. 80. & infra Bell. Gild. 198. pro *egens* Heinſius in ora codicis *agens* notaverat. & certe ſolere ita loqui vidimus ad Val. Flac. III. 40. nihil tamen temere mutem, nam *egens* Regi melius opponitur. *plebejus egens* Exc. Wolf. BURM.

Quaeſitor] Quaeſtor capitalis, quem poſtea *Quaeſitorem* nominarunt: pro tribunali alto editoque loco ſedebat; judices vero paulo inferius humilioribus in ſubſelliis. Virgil. Lib. VI. *Quaeſitor Minos urnam movet* &c. & ſaepe Seneca. DELR. *Quaeſtores parrici*, vel *parricidi*, ut vult Feſtus Lib. XV. dicebantur, *penes quos cura erat criminis examinandi*. iidem *Triumviri capitales* (de quorum inſtitutione I. Decad. Lib. I.) ſcribente Varrone Lib. IV. de Ling. Lat. ſed & *quaeſtores*, vel *quaeſitores*, ſimpliciter vult vocari praepoſitos & actores judiciorum. Iſid. Lib. XVIII. c. 15. Senec. Herc. Fur. Act. III. Sc. II. vs. 731.

Non unus alta ſede quaeſitor ſedens
Judicia trepidis fera ſortitur reis.

Serv. ad VI. Aeneid. 432. *Quaeſitor Minos urnam movet*. DEMPST.

477. *Pertentat crimina Minos*] *praetentat* quatuor ſcripti. hoc eſt, prius tentat. Lib. I. in Eutrop.

Digitized by Google

Et juſtis dirimit ſontes. quos nolle fateri
Viderit, ad rigidi transmittit verbera fratris.
Nam juxta Rhadamanthus agit. quum geſta ſuperni
Curriculi, totosque diu perſpexerit actus;
Exaequat damnum meritis, & muta ferarum
Cogit vincla pati. truculentos ingerit urſis;
Praedonesque lupis, fallaces vulpibus addit.
At qui deſidia ſemper vinoque gravatus
Indulgens Veneri voluit torpeſcere luxu,
Hunc ſuis inmundae pingues detrudit in artus.
Qui juſto plus eſt loquax, arcanaque ſuevit
Prodere, piſcoſas fertur victurus in undas,
Ut nimiam penſent aeterna ſilentia vocem.
Quos ubi per varias, annis ter mille, figuras

Egit

272. *ſaevi praetentas Pallada campi*, cum membranis. III. Conſ. Honor. 534.

——— *Dircaeaque tela ſolebat*
Praetentare feris, olim domitura Gigantas.

& IV. 346. *tuus ante profundum Praetentet ſonipes.* Stat. Theb. II. 368. *ſedit ſententia fratris Praetentare fidem.* ita ſcripti. prim. Vatic. *pertentat*, vel *permutat*. Barthius *praejentat*, me invito. nec felicius paulo poſt *diribit jontes* pro *dirimit* reponi velit. HEINS. apud Lucan. IX. 397. eadem varietas, *fatoque pericula veſtra Praetentate meo.* vid. ad Ovid. XIV. Metam. 189. & alibi. vid. & III. de Rapt. 362. ſed neque *pertentat*, neque *praetentat* ſatis placet. forte melius foret *perpenſat*, id eſt, examinat, ut praemia & poenas diſpenſet. ita enim *pendere* & *expendere* apud Lucan. VIII. 276. & III. 439. & alios. mox Barthius melius fuiſſe *diribit ſontes* notat. ſed quam incerta ſit ſyllabarum hujus verbi menſura, nec uſitatum ſciam niſi in comitiis, ubi diribebantur tabellae ſuffragiorum. nec *homines diribi* usquam legi. itaque de hoc verbo non ſomniandum puto. vid. ad Lucan. V. 393. BURM.

479. *Ad mala mox transmiſit verbera fratris*] *Ad rigidi* Lucenſ. & Gyrald. omnino rectius. *ad ſaevi* quatuor alii. *ad duri* ſec. Vatic. Thuan. *ad ſaevi mox mittit.* In prim. Vatic. *Ad mala mox . . . . . transmittit.* in Oiſeliano, *Ad mala viderit transmittit.* HEINS. *ad mali mox* Vicetin.

480. *Nam juxta*] Exc. Wolf. Edd. Vicetin. Parm. Iſingr. Colin. Gryph.

Nam juxta Rhadamantus agit congeſta ſuperni
Curriculi.

481. *Totoque diu*] lege, *& totos qui dum*, ut habent membranae. DELR.

Perſpexerit actus] Non *proſpexeris* meliores libri, & cum iis Barthius. HEINS.

482. *Muta*] *multa* Exc. Wolf.

484. *Vulpibus addit*] quidam *abdit* corrigunt. ſcripti non juvant. HEINS.

485. *At qui deſidia ſemper*] *ſomno* Putean. & pro diverſa lectione primus Vaticanus. forte *deſidia ſomni.* vel *deſidia ſenio.* Lib. III. de Raptu 20.

——— *Saturnia poſtquam*
Otia, & ignavi ſenium cognovimus aevi.

de quo alibi. ſequens verſus nihil Claudiani habet. puto interpolatores hic graſſatos. pro *pingues artus*, unus Mediceus, *pigros.* HEINS. *Et qui deſidia* Leidenſes duo.

486. *Torpeſcere*] *compeſcere* Exc. Voſſ.

487. *Immundi*] *immundae* Oxon. Leidenſes duo. Exc. Wolf. edd. Vicetin. Parm. Ald. vide ad Phaedr. IV. fab. ult. *pingues* vero mutari nolim, nam & *ſues* dicuntur homines pingues, ut notavit Colvius ad Sidon. Apoll. III. Ep. 13. & notum illud Catulli Carm. XXXIX.

Aut porcus Umber, aut obeſus Etruſcus. BURM.

489. *In undas*] *ad undas* Oxon. Exc. Wolf.

490. *Vocem*] *mentem* lib. Barth. *nimiam pulſent* Exc. Voſſ.

491. *Per varios annos*] μυρίμφυχῶσιν ſequitur defenſores. mendoſe Vicetin. *varios annes.* DELR. Scribendum cum Lucenſi & Gyrald. *per varias annis ter mille figuras.* quod & Barthio in mentem venit. neque aliter primus Vaticanus a manu prima. niſi quod in eo *per* pro *ter.* tertius Vaticanus, *varios animas per mille*, & emendatum, *varias animas.* miror ſecundis curis Barthium de conjectura ſua dubitaſſe.

Digitized by Google

Egit Lethaeo purgatos flumine; tandem
Rurſus ad humanae revocat primordia formae.
Tum quoque, dum lites Stygiique negotia ſolvit
Dura fori, veteresque reos ex ordine quaerit,
Rufinum procul ecce notat, viſuque ſevero
Luſtrat, & ex imo concuſſa ſede profatur.
Huc ſuperûm labes, huc inſatiabilis auri
Proluvies, pretioque nihil non auſe parato,
Quodque mihi ſummum ſcelus eſt, huc inprobe legum
Venditor. Arctoi ſtimulator perfide Martis,
Cujus ob innumeras ſtrages anguſtus Averni
Jam ſinus, & plena laſſatur portitor alno.
Quid demens manifeſta negas? en pectus inuſtae
Deformant maculae, vitiisque inolevit imago,
Nec ſeſe commiſſa tegunt. genus omne dolorum
In te ferre libet. dubio tibi pendula rupes
Inmineat lapſu. volucer te torqueat axis.
Te refugi fallant latices, atque ore natanti

510. Aref-

ſe. Ad Aegyptiorum Theologiam haec refert in Euterpe Herodotus. Lovanienſis, *per varias, annos poſt mille, figuras.* etiam bene, & ex Virgilii ſententia Lib. VI. 748.

—— *ubi mille rotam volvere per annos,*
Lethaeum ad fluvium Deus evocat.

mille luſtra poſuit Silius Lib. XIII. HEINS.

493. *Revocat*] *renovat* Lovan. a m. prim.

494. *Dum lites*] *cum* Exc. Voſſ.

497. *Ex imo*] *ex imo* Vicetin. ed. & liber Barthii, cui ſuſpectus eſt locus. *eximia concuſſus ſede* Parm.

498. *Huc ſuperum labes*] Haec Papinius VIII. 34.
Quae ſuperum labes inimicum impegit Averno.

CLAVER. *clades* Exc. Voſſ. Vicetin. Ed. de illa ellipſi in hac formula *huc, huc*; vide doctiſſimum Marckland. ad Stat. I. Silv. IV. 62. BUAM.

499. *Parato*] *paracto* Oxon.

500. *Legum venditor*] Facile fuit Praefecto Praetorio leges figere ac refigere. non minus quam Tribuniano Ex quaeſtore Sacri Palatii, de quo Suidas, auctor non adeo ſublimis, indigna protulit. Procopius non item. CLAVER. Leges vendere, ſummum crimen. hinc inter Inferni cruciatus Lib. VI. Aeneid. 622. *Fixit leges pretio atque refixit.* DEMPST. *legis* vel *legum* Leid.

501. *Stimulator*] in Leidenſi ſuperſcriptum *delator*. Barthius *ſimulator* legit & explicat.

504. *Quid demens*] *Quid deinceps* prim. Vatican. HEINS.

En pectus inuſtae] Recte Brodaeus in Miſcellaneis (Lib. I. cap. 4.) haec explicuit. DELR. *an pectus* Exc. Wolf.

505. *Maculae*] Tacitus VI. Annal. 6. *Si tyrannorum mentes recludantur, poſſint adſpici laniatus & ictus, quando ut corpora verberibus, ita ſaevitia, libidine, malis conſultis animus dilaceratur.* inde Lucretio *dilaniata anima* dicitur. ſed vide Platonem in Gorgia. Legimus etiam apud Lucianum σίγματα τῆς ψυχῆς περιφέρει. CLAVER. Lucianus in Tyranno, eorum animis, qui magnis ſe facinoribus, dum vitam agerent, obſtrinxerunt, maculas inuſtas eſſe docet, ἐκείνου ἂν τις ὑμῶν τοιοῦτος ἐργάσηται ἔργα ἢ ἔδη, καὶ ἴσασιν ἀυτῶ ἐμφανῆ σίγματα ἐπὶ ἢ ψυχῆς ἐνόντα. Opinio ergo illa invaluit, criminum notas pectori impreſſas poſt obitum remanere, ut appareret, quomodo quisque ſe geſſiſſet. Brodaeus Lib. I. cap. IV. ex Platone in Gorgia. pium ſane placitum, & Chriſtianae religioni vicinum. DEMPST. pro *deformant*, *conformant* Leid.

Vitiisque inolevit imago] Malim *vitiique*, ſcilicet tergo. pro *in te ferre libet* cave quicquam mutes cum Barthio. vulgatam enim mordicus tuentur ſcripti. HEINS. *in te ſcire* Cod. Barth. unde ille, *in te exire. in te ferre juvat* Lovan.

506. *Dolorum*] *malorum* Leid.

Digitized by Google

Areſcat decepta ſitis; dapibusque relictis
In tua manſurus migret praecordia vultur.
Quamquam omnes alii, quos haec tormenta fatigant,
Pars quota ſunt, Rufine, tui! quid tale vel audax
Fulmine Salmoneus, vel lingua Tantalus egit,
Aut inconceſſo Tityos deliquit amore?
Cunctorum ſi facta ſimul jungantur in unum,
Praecedes numero. cui tanta piacula quisquam
Supplicio conferre valet? quid denique dignum
Omnibus inveniam, vincunt quum ſingula poenas?
Tollite de mediis animarum dedecus umbris.
Adſpexiſſe ſat eſt. oculis jam parcite noſtris,
Et Ditis purgate domos. agitate flagellis
Trans Styga, trans Erebum. vacuo mandate barathro
Infra Titanum tenebras, infraque receſſus
Tartareos, noſtrumque Chaos, qua noctis opacae

Fun-

510. *Areſcat decepta ſitis*] *Accreſcat* Rottendorphianus. HEINS. *tentata ſitis* Leid. *areſcat* non mutem. vid. ad Ovid. Ep. IV. 174. vide & ſupr. L. I. 105. BURM.

513. *Pars quota ſint*] *ſunt* prim. Vaticanus, aliique nonnulli ex melioribus. HEINS. ita ſaepe Ovidius. vid. ad Epiſt. XII. 89.

515. *Aut inconceſſo Tityos deliquit*] Fabulam Tityi explicat. hic enim *ob incontinentiam amoris*, ut ait Horat. Lib. III. Od. 4. apud Inferos *vultures*, ut cum Ennio loquar, *fibris ſemper renaſcentibus*, paſcebat. VI. Aeneid. 598. *Immortale jecur tondens*, & per novem jugera diſtendebatur. Ovid. IV. Metam. Fab. 13. Tibull. I. Eleg. III. Homer. XI. Odyſſ. Idem quidem ait, ſed duos vultures ponit. lege noſtrum Lib. II. de Raptu, in fine. & Ovid. in Ibin vs. 183. *Fugeribusque novem qui ſummus diſtat ab imo, Viſceraque aſſidue debita praebet avi.* quae omnia myſtice a Platone in Gorgia explicantur, & a Macrobio Lib. I. in Somn. Scipion. cap. 10. & utroque poſterior Pierius Hierogl. Lib. XVIII. Ego ſane puto id fictum, quod vultur etiam ultra mare cadavera ſentiat. Iſidor. Lib. XII. cap. VII. Martial. *Cujus vultueris hoc erit cadaver.* Silius Lib. XIII. *paſtusque cadavera vultur.* Adi Pontanum in VI. Aeneid. qui multa congeſſit huc ſpectantia. DEMPST. *Thyos* non *Tityus* ſcripti meliores. quomodo & III. Conſ. Honor. 158. *inconſulto* Gyrald. & Lucenſ. ſic *inconſultus amor* apud Auſonium. nihil tamen muto. ſic *inconceſſi Hymenaei* Virgilio Lib. I. Aeneid. 651. & Ovid. X. Met. 153. *inconceſſique puellae Ignibus attenitae.* Virgil. Ciri v. 243.

Sin conceſſus amor note te macerat igne.

inconceſſi amoris flammae Arnob. Lib. I. HEINS. *Tycius* Vicetin. ita contra *conceſſus amor* pro legitimo. vid. ad Albinov. Eleg. in Druſ. 305.

517. *Piacula.*] vide Codicem Theodoſii, ubi multa de Rufini ſcelere & poena. Symmachus Lib. VI. Ep. 15. *Poenam Rufini ſecuta eſt publicatio facultatum, fides praeſto eſt imperialibus ſignata praeceptis.* poſtea *Praedonem annoſum* vocat. in Codice Theodoſiano Arcadius & Honorius AA. Caeſario PP. *Serenitatis noſtrae proviſione ſolita commonemus, ut ea, quae Rufinus quondam, cum viveret, quoquo pacto poſſedit, in eodem ſtatu maneant, nec quisquam ſibi poſt ejus obitum ſpontaneam vindicandi tribuat poteſtatem. Nam qui tranſacto tempore ſiluit, ac Rufinum tenere conceſſit, Fiſcum quoque noſtrum ſine praejudicio poſſidere patiatur.* De uxore ejus ac filia ſupra diximus. CLAVER. *Cui tanta piacula*, quatuor ſcripti, eleganter. Ovid. Faſt. V. 311.

Longa referre mora eſt collata oblivia damnis.

ſta enim vetus liber. vulgo *collecta. cui* etiam pro diverſa lectione primus Vaticanus. HEINS. *conferre poteſt* Exc. Voſſ.

521. *Noſtris*] *veſtris* Exc. Wolf.

523. *Erebum*] *Hebrum* Exc. Wolf.

525. *Noſtrumque*] Forte *vaſtumque.* BURM.

Quo Ditis opaci] *qua* Gyrald. Lucenſ. & quinque alii. bene. cum iisdem *noctis opacae* ſcribendum, nam

Fundamenta latent: penitusque inmerſus anhelet,
Dum rotet aſtra polus, feriant dum litora venti.

nam *Diis* jam praeceſſerat. HEINS. *qua noctis opaca* Exc. Wolf.

526. *Praecepsque ibi*] *Praeceps ubi* Vicetin. ſubſcribunt membranae, nam habent *penitusque ibi*. DELR. *praecepsque ibi merſus anhelet* Lucenſif. alii, *penitusque ibi*. ſex cum Gudianis Schedis *penitusque immerſus*. placet. ut apud Prudentium Apotheoſi v. 749.

Quod, cum te Chriſtus penitus nigrante profundo
Immerſum vocat.

Idem Lib. I. contra Symmach. 93.

Aſt alias damnaſſe neci, penitusque latenti
Immerſiſſe Chao,

Petron. cap. CXX.

Eſt locus exciſo penitus demerſus hiatu.

Severus in Aetna v. 140.

Cernis & in ſilvis ſpatioſa cubicula retro
Antraque demerſas penitus foliſſe latebras.

quomodo verſus illi ex antiquis membranis legendi. *penitus immerſus* pro diverſa lectione primus Vaticanus & multi alii ex ſcriptis. ſequenti verſu Florentin. S. Marci, *feriant* & *rotet*, quomodo & Raphelengius. vulgo *feriunt* & *rotat*. HEINS. *praeceps ubi*, omnes fere editi, praeter Vicetin. & Parm. qui *penitusque ibi. penitusque immerſus* Exc. Wolf.

527. *Feriant*] *ferunt* Vicetin.

Digitized by Google

CL. CLAUDIANI

DE TERTIO CONSULATU

HONORII AUGUSTI

PRAEFATIO.

PArvos non aquilis fas eſt educere foetus
Ante fidem ſolis, judiciumque poli.
Nam pater, excuſſo ſaluit quum tegmine proles,
Ovaque maternus rupit hiulca tepor,
5. Protinus inplumes convertit ad aethera nidos,

Praefatio elegantiſſima diligenti cura excutitur a Scaligero Seniore, nec dubito quin e muſico Lucani promptuario aliqua effluxerint. ſic enim ille Lib. IX. 902.

Utque Jovis volucer, calido cum protulit ovo
Implumes natos, Solis convertit ad ortus:
Qui potuere pati radios, & lumine recto
Suſtinuere diem, coeli ſervantur in uſus,
Qui Phoebo ceſſere, jacent.

Julianus Imp. ad Libanium ſcribit id Aquilam facere, ut Sole, tamquam Deo teſte, pulli diſcernantur, additque Rheni exemplum, qui ſpurios infantes abſorbet, tanquam adulterii vindex. CLAVER.

1. *Aquilis*] Non quidem Melenaeus, vel Pygargis, vel Anatarus, vel Oripelargis, vel Gneſus, ſed Haliaetis. DELR.

Educere] *deducere* Oxon. *producere* Oxon. primus, & alius pro varia lectione. de quo vid. ad Valer. Flacc. VII. 375. & ita Nemeſ. Cyneg. 187.

Incipe non longo catulos producere curſu.

ſed *educere* hic pro *educare* poteſt ſumi cum Barthio, ut Terentius, Cicero & alii. vel *educere* eodem ſenſu, ut apud Virgil. IV. Georg. 162. de apibus, *Spem gentis adultos Educunt foetus. educere* & *producere* etiam variantur in codicibus Conſ. IV. Honor. 128. *fas eſt contemnere* habebant Exc. Voſſ. non male etiam, quod eſſet abjicere, antequam expertae eſſent. *non eſt fas aquilis* Oxon. Barthius *non fas eſt aquilis* credebat concinnius potuiſſe efferri. ſed nihil mutandum. *non aquilis eſt fas* Oxon. *nunc aquilis* Cod. Barthii. BURM.

3. *Excuſſo ſaliit cum germine proles*] *Tegmine* emendarat in ora codicis ſui ὁ Θαυμάσιος Scaliger. quod Gyraldinus liber confirmat. noſter de Cryſtallo Epigr. XI.

Clauditur immunis convexo tegmine rivus.

corticem ovi dixit Serenus Sammonicus cap. XXIX. *putamen* cap. XL. & *fragmen juglandis* cap. LXV. *ſaluit* etiam Lucenſis, quomodo apud Ovid. Faſt. IV. 805.

Per flammas ſaluiſſe pecus, ſaluiſſe colonos.

quam illic veram eſſe lectionem teſtis Priſcianus. pro *excuſſo* perperam *excuſo* Raphelengius. Si quis vulgatum τὸ *germine* tueri velit, ita licet interpretetur, quomodo noſter Epiſtola ad Serenam *germina* uniones vocat. & Lib. I. de Rapt. 129. cornua,

Nec nova lunatae curvavit germina frontis.

quare & forſan corrigendum *excluſo germine*, vel *excuſo*, quod proprium hac in re verbum. HEINS. *excuſſo* Exc. Wolf. *excuſo* etiam ed. Dempſt. quod proprius ad *tegmen* accedit, quod eſt *veſtis ovi*, ut habere codicem ſuum teſtatur Keuchen. ad Seren. Samon. cap. XXVI. *excuſſo* vero retineri poteſt, nam pullo prodeunti adhaeret fragmen corticis, quo excuſſo ſalit & ingreditur pedibus. eſt vero ὕστερον πρότερον, prius enim rumpit tepor ova, deinde excutit pullus corticis reliqua. BURM.

5. *Inplumes convertit ad aethera nidos*] Duo libri, *natos*, quod Claverio probatum. totidem *pullos*. nihil muta. Avienus ſimiliter Fab. XX.

Sed vox inplumes turbavit credula nidos.

nidos pro *pullis* etiam Virgilius dixit L. IV. Georg. 17.

Ore ferunt dulcem nidis immitibus eſcam.

& Lib. XII. Aeneid. 475.

——— *alta atria luſtrat hirundo,*
Pabula parva legens nidisque loquacibus eſcas.

&

Digitized by Google

Et recto flammas imperat ore pati.
Consulit ardentes radios, & luce magistra
Natorum vires ingeniumque probat.
Degeneres refugo torsit qui lumine visus,
Unguibus hunc saevis ira paterna ferit.
Exploratores oculis qui pertulit ignes,
Sustinuitque acie nobiliore diem;
Nutritur, volucrumque potens, & fulminis heres,
Gesturus summo tela trisulca Jovi.
Me quoque Pieriis tentatum saepius antris
Audet magna suo mittere Roma Deo.
Jam dominas aures, jam regia tecta meremur,
Et chelys Augusto judice nostra sonat.

& Dracontius illa imitatus Hexaem. v. 139.

Silva comis vestita viret, nidosque laquaces
Exhibet. plura ad rem Barthius curis secundis. Virgilii locum observavit quoque Nonius Marcellus. Solinus: *Ales est Ibis, ea serpentum pabulatur ova, gratissimamque ex his escam nidis suis defert.* Glossae veteres Νεοσσὸς, *nidus, pullus.* Naso Medicamine faciei vs. 77.

Adjice de querulo volucrum medicamina nido;
Ore fugant maculas: Halcyonea vocant.

Seneca Hercule Furente v. 146.

Pendet summo stridula ramo
Pennasque novo tradere soli
Gestit querulas inter nidos
Thracia pellex.

paulo post cave audias legentes *Naturam, vires*, euntibus in contraria membranis castigatioribus. vid. ad Ovid. Medic. Fac. vs. 77. mox *degenerem visum* Lucens. & alii aliquot. HEINS. *natos* & *nidos* videas etiam variare apud Virgil. 1. Georg. 414. vid. Barth. ad Stat. v. Theb. 602. obtrudere etiam *nides* pro *natos*, invitis libris voluit Cortius ad Lucan. IX. 903. BURM.

8. *Naturam vires*] Veteres libri, & de meliori nota vulgati, *Naturus vires.* DELR. *naturam* marg. Marcil.

9. *Degeneres*] *Degener & refugo* Insingr. Pulm. Gryph. *degenerem* Exc. Voss. Wolf. & tres Barthii & Pulm. *profugo* etiam Ex. Voss.

Refugo] At humani oculi luce directa & nimia laeduntur, neque ideo viri magni & musaeo suo adfixi sunt degeneres: & vero Cujacius tunc diem non nisi obliquum & quasi per fideicommissum accipiebat, ut ipse loquebatur. CLAVER.

12. *Diem*] *fidem* Exc. Voss. a m. pr. sed *dies* est sol, ut alibi.

14. *Gesturus*] *telluris* Wolf.

17. *Dominas aures*] *arces* marg. Insingr. & liber Barthii, *tecta movemur* Oxon. pro quo *movemus* malebat Heinsius.

18. *Judice*] *principe* Oxon.

Digitized by Google

CL. CLAUDIANI

DE TERTIO CONSULATU

HONORII AUGUSTI

PANEGYRIS.

Tertia Romulei ſumant exordia faſces,
Terque ſuas ducat bellatrix pompa curules.
Feſtior annus eat, cinctusque imitata Gabinos
Dives Hydaſpeis augeſcat purpura gemmis.
Succedant armis trabeae: tentoria lictor
Ambiat, & Latiae redeant ad ſigna ſecures.
Tuque, o, qui patrium curis aequalibus orbem
Eoo cum fratre regis, procede ſecundis
Alitibus, Phoebique novos ordire meatus,

Spes

1. *Tertia*] Haec Panegyris in tertium Honorii Imp. Conſulatum recitata eſt a Claudiano coram ipſo Principe in palatio Mediolanenſi, anno Domini 396. collegam vero habuit, ſed priorem, Arcadium. CLAVER.

2. *Terque ſuas*] Ita vet. exemplar. optime ac vere. nondum enim ad Honorium converſus eſt. alii *tuas*. CLAVER. *ſuas* Claverius, quomodo & Florentinus S. Marci. vulgo *tuas*. *Ter* pro tertium. Forte tamen rectius Oxonienſis, *Et triplices ducat*. HEINS. *Terque tua*, vel *Terque tuas d. b. p. curuli* Oxon.

Bellatrix pompa] ſic vetus liber cum veteri Germ. & tribus Lugdun. ceteri vero *Roma*. DELR. *pompa* pro *Roma* meliores. Ceterum primo Vaticano hic panegyricus manu recenti erat adſcriptus. HEINS. *pompa* etiam VI. Conſ. Hon. 598. ubi *dives pompa*, rectius credo, quam hic *bellatrix*, quae non convenit cinctui Gabino. nec credo, ſi Claudianus *pompa* ſcripſiſſet, librarios inde *Roma* facturos fuiſſe, quum cogitantes de proceſſu conſulari, facile pro *Roma* ſupponere potuerint *pompa*. imitatur vero Naſonem, apud quem Lib. II. Triſt. 321.

Nec mihi materiem bellatrix Roma negabat. BURM.

4. *Augeſcat*] *laceſſat* Oxon. duo, nec male. purpura enim *fulgere*, *ardere* &c. paſſim dicitur. in Oxonienſi erat gloſſa adſcripta *augeſcat*, pro augeatur in paſſiva ſignificatione. ſic Naevius in carmine Belli Punici, *Fames cum augeſcit boſtibus*, pro augetur. qui locus a Priſciano laudatur Lib. V. pag. 647. qui habet *famis acer*. Schottus Lib. II. Obſerv. cap. 45. in Stat. I. Achill. II. legebat, *primis augeſcunt tempora vitiis*, & explicat, majora, auguſtioraque redduntur. vulgo *albeſcunt*. amat vero noſter id verbum hoc ſenſu, ut Lib. II. de laud. Stil. 99.

Hoc quoque majeſtas augeſcit plena Quirini.

& Epigr. XX.

Augeſcit brevitas doni pietate Serenae.

ita *augere* pro auguſtiorem reddere. Valer. Flac. IV. 551.

——— *tam largus honos, tam mira ſenectae*
Majeſtas infuſa, vigor novus auxerat artus. BURM.

6. *Latiae*] *lazae* Oxon. *jactae* Leidenſ.

7. *Tuque o*] *Tu quoque qui* Oxon. & Pulm. *Tuque o qui Latium* marg. Iſingr. vid. Barth. eſt imitatio Virgilii ex Ecl. IV. 17.

Pacatumque reget patriis virtutibus orbem. BURM.

8. *Secundis alitibus*] *fecundis auſpiciis* Barthii liber & gloſſa.

10.

Spes votumque poli, quem primo a limine vitae
Nutrix aula fovet: ſtrictis quem fulgida telis
Inter laurigeros aluerunt caſtra triumphos.
Ardua privatos neſcit Fortuna penates,
Et regnum cum luce dedit. cognata poteſtas
Excepit Tyrio venerabile pignus in oſtro:
Luſtravitque tuos Aquilis victricibus ortus
Miles, & in mediis cunabula praebuit haſtis.
Te naſcente ferox toto Germania Rheno
Intremuit: movitque ſuas formidine ſilvas
Caucaſus: & poſitis numen confeſſa pharetris
Ignavas Meroë traxit de crine ſagittas.
Reptaſti per ſcuta puer, Regumque recentes
Exuviae tibi ludus erant: primusque ſolebas

Af-

10. *Spes votumque poli*] Huic loco plane convenientia legimus in Oratione Commodi, *me vobis, fortiſſimi milites, Fortuna principem defuncto patre, non quidem electum, ſed in palatio natum atque educatum dedit, ut qui nec in plebejis vagi cunabulis; ſimul enim mater me in lucem dedit, veſte imperiali amictus ſum, eodemque momento me Sol hic principem atque hominem vidit.* CLAVER. *Spem* Oxon. duo.

Primo a limine vitae] Malo *primae*. ſic apud Martial. Lib. III. Ep. 5. *primae in limine Tectae*. ita enim ex veſtigiis Vaticani libri corrigebam olim, quod ad Senecam Cl. Gronovius jam occupavit. vulgo *primi tecti*. *Tectam viam* intelligit. HEINS. vide 11. Stilich. 64. & quae diximus ad Ovid. 1. Faſt. 137. & ad Val. Flac. 1. 823. & quae poſtea adjecit Oudendorp. ad Lucan. III. 206. unde patebit nihil mutandum. *a lumine* Oxon. BURM.

11. *Fovet*] *tenet* Exc. Voſſ. *fulgida taedis* Oxon.

12. *Lauriferos*] *laurigeros* Edd. priores. *intra laurigeros* Lovan. *aluerunt fata* Oxon. a m. pr. *clauſtra* Exc. Wolf.

13. *Fortuna*] *Natura* Oxon.

14. *Et regnum*] *Et regimen* edd. Vicetin. Parm. Iſingr. Pulm. Colin. Gryph. ſimilis variatio apud Lucanum IV. 692. *Dum regnum te, Roma, facit.* ubi *regimen* Voſſianus. *Et cum luce dedit regnum* Oxon. *privata poteſtas* etiam Oxon. BURM.

15. *Oſtro*] Herodianus ὁ βασιλικὸς ἐνεδέξατο πόρφυρα. CLAVER.

16. *Aquilis*] Signa Romana intelligit. Sidonius Carm. II. 127.

Multas cinxerunt Aquilae ſubitumque per orbem
Luſit venturas famulatrix turba coronas.

& ſequenti Paneg. *Ambitur ſignis auguſtior infans.* CLAVER. *alis victricibus* Oxon. quod etiam tolerari poſſet.

17. *In mediis cunabula praebuit haſtis*] *praebita caſtris* forte ſcribendum, quanquam alteri ſcripturae controverſiam temere moveri nolim. in nonnullis codicibus inſulſe *venabula praebuit eſcis*. HEINS. *praebuit aſtris* Oxon. *eſcis* Exc. Voſſ. illud *praebuit* obſcurius. in Oxonienſi erat adſcriptum pro gloſſa *id eſt poſuit*. puto indicari infantem, vel ejus cunas in haſtis militum portatas, cum agmen duceretur. cujus moris neſcio ubi aliquid legi. nunc vero non ſuccurrit. BURM.

19. *Intremuit*] *intonuit* Oxon. vid. IV. Conſ. Hon. 148. & ad Sil. IV. 640. *formidine pinnas* Wolf.

20. *Pharetris*] *Sagittis* Oxon. ubique eosdem fere librariorum lapſus deprehendas. ita & apud Ovid. Remed. 705. X. Met. 170. Lucan. VI. 354. & alibi turbatum vidi. praeterea *inunus confeſſa* Vicet. & Wolf.

22. *Reptaſti per ſcuta*] Ita vetus codex. alias *ſigna*. quod verum non puto. Sidonius enim, *Reptabat ſuper arma patris*. dein;

Ludus erat puero raptas ex hoſte ſagittas
Feſtina tractare manu. CLAVER. *ſigna* Iſingr. Vicet. Parm. Junt. Gryph. Colin. Pulm. Exc. Voſſ. *reptatique ſecuta* Wolf.

Regumque recentes] ita multo elegantius MS. cum Vicet. & vet. Germ. quam *feroces*. haec quoque Sidonius in Panegyres ſuas tranſtulit. DELR. Non bene vulgo *ferocer*. nam *ferox* praeceſſerat. quatuor libri *jacentes*. veram lectionem vidit etiam Raphelengius, quam meliores ſcripti tuentur. HEINS. Eſt imitatio Virgilii Lib. IX. 612. *ſemperque recentes Comportare juvat praedas*. BURM.

23. *Exuviae tibi*] *Exuviae mihi* Oxon. *Eximiae* Vicetin.

Aſpera conplecti torvum poſt proelia patrem,
Signa triumphato quoties flexiſſet ab Hiſtro
Arctoa de ſtrage calens, & poſcere partem
De ſpoliis, Scythicosve arcus, aut rapta Gelonis
Cingula, vel jaculum Daci, vel frena Suëvi.
Ille coruſcanti clipeo te ſaepe volentem
Suſtulit arridens, & pectore preſſit anhelo
Intrepidum ferri, galeae nec triſte timentem
Fulgur, & ad ſummas tendentem brachia criſtas.
Tum ſic laetus ait: Rex ô ſtellantis Olympi,
Talis perdomito redeat mihi filius hoſte,
Hyrcanas populatus opes, aut caede ſuperbus
Aſſyria: ſic enſe rubens, ſic flamine crebro

Tur-

25. *Quoties flexiſſet*] *torſiſſet* duo libri. non ſequor. Lib. II. in Rufin. 217. *Flectite ſigna duces.* HEINS.

Ab Hiſtro] Multa & praeclara ſunt Theodoſii geſta contra Getas & Tranſiſtrianos, qui flumine trajecto Macedoniam invaſerant. ſaepe tamen periclitatus eſt, ſed enim Gratianus miſit ei ſubſidio Bautonem & Argobaſten Francos, viros minime imbelles, avaritiae ignaros. CLAVER. *ab auſtro* lib. Barthii.

26. *De ſtrage*] *de caede* Oxon.

Poſcere partem] Vet. Germ. *partem*, quod ſervo. DELR. *De ſpoliis Scbytices arcus* fere omnes editi, unde *Scbyticosve* habeat Heinſius, neſcio. *poſcere ferrum* lib Barthii. *Arctoa de parte* marg. Marc. Duo vero verſus 25 & 26. deerant Oxonienſi. BURM.

28. *Daci*] *Dacis* & *Suëvis* Oxon.

30. *Anbelo*] *bavelo* Wolf.

31. *Triſte timentem*] *trementem* ſcripti duo, quod nervoſius. dictum ſupra. HEINS. *gementem* Oxon. *minantem* Exc. Voſſ.

32. *Criſtas*] *ripas* Wolf a m. prim.

33. *Tunc ſic laetus ait*] Haec omnia ex Homero Iliad Z. ſic enim Hector Aſtyanacta filium amplexatus vs. 476.

Ζεῦ, ἄλλοι τε θεοὶ, δότε δὴ καὶ τόνδε γενέσθαι
Παῖδ' ἐμὸν, ὡς καὶ ἐγώ περ.

At Claudianus audaciorem minusque timidum facit Honorium, quam filium Hectoris, nam ut Heſſus, Poëta nobilis, vertit:

Accepturus erat puerum, fugit ille, ſinumque
Nutricis petit, & gremio ſe abſcondit in alto.
Patris enim faciem galeatam expavit, & aeris
Fulgentes radios ab equinae vertice criſtae.

vide praeterea Valerium Flaccum de Peleo ad Chironem, ubi optat filio, ut *noſtram feſtinet ad haſtam.* CLAVER.

Stellantis] *ſtillantis* Oxon.

36. *Flamine crebro*] Vexillo flammeo, quod rubeum erat. DELR. Hunc locum non aſſecutus eſt Lazius, vir magnus alioquin, & multae lectionis. videtur enim accipere pro Flameo, ſeu Flammeo, aut vexillo, quod Graeci juniores φλάμμλον, ac φλαμμύριον nominant, Labaro vel σημείῳ adſimile, & quod Gallis *auriflammeum*. Quid igitur ſibi vult, Honorius *crebro flamine turbidus?* nihil aliud quam ſuam criſpulam caeſariem, quaſi ventorum contentione agitari. ſequenti Paneg. idem Poëta ſe explicat vs. 55.

Ipſe labor pulvisque decet, confuſaque motu
Caeſaries.

At enim Tibullus (Lib. I. El. 3. 91.)

Tunc mihi qualis eris, longos turbata capillos.

Virgil. I. Aeneid. 319. *dederatque comam diffundere ventis.* Val. Flac. *multa ſpiras coma flexilis aura.* Eſt vero qui *rubro* legat non *crebro*, nulla ratione. virtamen inſignis id amplecti maluit, haec enim addit: *vexillo flammeo, quia rubrum erat.* CLAVER. Barthius de anhelitu & ſpiramine tam ventorum contrariorum, quam ſuo ipſius. *crebro reſp. pulvere* Exc. Voſ. unus Oxon. *turbine belli.* de ventis ſaepe *flumen* ſumi, notum, ut Lib. I. in Rufin. 71. ſed de anhelitu dubito an dicatur, multo minus de vexillo aut flammeo. quare ego capio communi ſenſu de ventis, quos paſſus eſt, turbidus, id eſt habitu ipſo oris & vultus praeferens turbationem, iram & irrequietum animum, ut mare turbidum eſt a ventis. ſimili metaphora Ovidius I. Triſt. XI. 34.

Pectora ſunt ipſo turbidiora mari.

ita *Lunam turbidam Coris* dixit noſter bell. Gild. 495.

Tur-

Turbidus, & grato reſperſus pulvere belli:
Armaque gaviſo referat captiva parenti.
Mox ubi firmaſti recto veſtigia greſſu,
Non tibi deſidias molles, non marcida luxu
Otia, nec ſomnos genitor permiſit inertes:
Sed nova per duros inſtruxit membra labores,
Et cruda teneras exercuit indole vires:
Frigora ſaeva pati, gravibus non cedere nimbis,
Aeſtivum tolerare jubar, tranare ſonoras
Torrentum furias, adſcenſu vincere montes,
Planitiem curſu, valles & concava ſaltu.
Nec non in clipeo vigiles perducere noctes,

In

Turgidus Exc. Voſſ. non aeque bene, licet explicari poſſet, ut infra de ſignis v. 139.

——— *tumet per nubila ſerpens*
Iratus ſtimulante Noto, vivitque receptis
Flatibus. BURM.

37. *Grato reſperſus pulvere*] *crebro* hic etiam Oxon. & alter *turbine.*

38. *Gaviſo*] Nobiliſſimus Caeſar Scaliger lib. Poët. hanc ſententiam profert: *gaviſo* plebejum. *gaudenti* non eſt auſus. *laeto* non explet numerum. CLAVER. *captivo referat gaviſa* Exc. Voſſ. dubitat Barthius an non *gaviſae* ſcribendum, ſcilicet matri. forte *Armaque grandaevo.* BURM.

40. *Nec marcida luxu*] *Non* ſecund. Vatic. Palat. Florent. S. Marc. & unus Ambroſ. HEINS. *nec inertia* Oxon. *nec marcida curſu* Exc. Voſſ.

41. *Permiſit*] *permittit* Exc. Voſſ. *dimiſit* Junian.

42. *Labores*] *lacertos* Junian. nova membra juvenilia interpretatur Barthius, ſed eo ſenſu alium accepiſſe neſcio, niſi quis huc trahere vellet *novam aetatem* apud Ovid. II. Amor. 4. 45. ego, quia de ſomnis praeceſſit, quos non longos & inertes eſſe voluit, ſed tantum ut reficerentur membra, *nova* capio ſomno refecta, ut ſaepe Ovidius, ut Ep. IV. 90.

Quod caret alterna requie, durabile non eſt.
Haec reparat vires, feſſaque membra novat.

ubi vide Heinſium. BURM.

43. *Et cruda*] Theodoſius ſane optimus Campi doctor. Vegetius, *per quotidiana exercitia armorum doctrina demonſtranda eſt, ut miſſile deſtinato ictu, & magnis viribus jaciant: norint tractare ſcutum, & obliquis ictibus venientia tela deflectere.* CLAVER.

45. *Tranſnare*] Ideo campus Martius vicinus Tiberi delectus, in quo juventus poſt exercitium ſudorem pulveremque dilueret, ac laſſitudinem natandi labore deponeret, auctore Vegetio. CLAVER.

tranare optimi codices. *tranare marinas* Oxon.

46. *Adſcenſu vincere montes*] *Adſcenſum montis* Gyrald. Lucenſ. & unus Mediceus. nihil muto. Virgil. II. Aeneid. 312. *ſummi faſtigia tecti Aſcenſu ſupero.* HEINS. *accenſu* Junian *vincere* vero pro ſuperare, vidimus ad Valer. Flacc. III. 482.

47. *Curſu*] Ad curſum adſuefieri milites debent, ut loca opportuna celeriter occupent, ait Vegetius. CLAVER.

Saltu] Veget. ad ſaltum etiam exercendi, quo vel foſſae tranſiliantur. CLAVER.

48. *Perducere*] Sunt qui *producere.* DELR. Ita etiam vetus liber, cui verbo ineſt ſua vis. ſi enim dixiſſet *producere*, ut eſt in altero, minus erat, quamvis Terentius, *paulatim hunc producam diem*, inter pocula ſcilicet. ſed hic, quia res ſeria, *perducere noctes vigiles*, idem eſt, quod pervigilare. vid. Lucan. Lib. IX. CLAVER. membranae fere omnes *producere* non *perducere.* Propertius Lib. I. Eleg. III. v. 39.

O utinam tales producas improbe noctes.

ſic ſcribendum. Statius VIII. Theb. 219. *vario producunt ſidera ludo Ante domos. educere* idem Theb. II. 74.

Inſomnem ludo certatim educere noctem
Suaſerat. aliis *ducere.* ſic & *coenas in lucem producere* noſter bello Gildon. dixit. HEINS. Ego tamen cum Claverio facerem, quia *noctes producere* eſt fere genio indulgentium, qui longiores facere ſtudent. vid. ad Valer. Flacc. I. 251. hic vero in militia *perducebant*, id eſt ad finem uſque in vigiliis manebant, & in clypeo perdurabant. nam vigiles per vices mutabantur. omnia vero compoſita ex *per* & *pro* perpetue variantur in codicibus. *perducere* Vicetin. Parm. Ald. Iſingr. Colin. Gryph. in cujus editione ridiculo errore operarum eſt *perducere doctos.* BURM.

Digitized by Google

In galea potare nives; nunc ſpicula cornu
Tendere, nunc glandes Baleari ſpargere funda.
Quoque magis nimium pugnae inflammaret amorem,
Facta tui numerabat avi, quem litus aduſtae
Horreſcit Lybiae, ratibusque inpervia Thule.
Ille leves Mauros, nec falſo nomine Pictos
Edomuit, Scotumque vago mucrone ſecutus,
Fregit Hyperboreas remis audacibus undas:
Et geminis fulgens utroque ſub axe tropaeis
Tethyos alternae refluas calcavit arenas.

Hos

49. *Portare nives*] Hoc mutare non ſuſtinui, quamvis in veteris codicis ora *potare*, quod rectum puto, inveniam. Ad quid enim portabit nives in galea, capite nudato: niſi forte galericulus praeſto ſit, tum vero glaciem aut nivem duratam forte licebit in galea ſervare, ſi ex regione frigida in tepidam parva mora deſiliatur, ut nix illa reſolvi queat, aut tanta ſint tractus minus irrigui & glacici obnoxii ſpatia, ut illa emetiri uno die aut pluribus non liceat. Sane Albinovanus notat, in more poſitum, ut milites e galea biberent: *Bacche coloratos poſtquam devicimus Indos, Potaſti galea.* Caeterum poëta hic docet Imperatori non decere mollitiem. plus eſt enim facere, quod Hannibal apud Silium: *Femineum putat inventa jacuiſſe ſub umbra. Exercetque fitim & ſpectato fonte recedit.* At Cato Lucani, *Stat dum lixa bibat.* Martialis:

Non potare nivem, ſed aquam potare rigentem,
De nive commenta eſt ingenioſa ſitis.

Apud Gellium aqua ex diluta nive bibitur. CLAVER. pro *portare*, verum eſt *potare*. & ſic Mazarinianus & unus Vaticanus a manu ſecunda. Sidonius Panegyrico Anthemii v. 110.

Indicus Auſonia potetur caſſide Ganges.

noſter Bell. Getico v. 532.

—— *galeiſque Padum victricibus hauſi.*

Statius Theb. III. 663.

Hoſtilem Iſmenon galeis Dircenque bibamus.

Albinovanus de obitu Mecaenatis v. 58.

Potaſti galea dulce jubante merum.

ut veriſſime in Venuſinis Lectionibus, quas luci aliquando daturus ſum, ὁ μακαρίτης Johannes Rutgerſius avunculus meus legendum cenſet. vulgo *jubente. jubantem galeam* dixit, ut *commotum* Virgilius. ſed plus eſt *portare* in galea potandas nives, quam nives *potare*. HEINS. *in galeas* Wolf. eadem varietas in his verbis apud Sueton. Neron. 5. Curt. v. 13. *dum galea hauſtam aquam ſorbet*. vid. ad Lucan. IX 502. *portare* magis eſt militum manipularium, qui e fontibus aquam portant ducibus. vid. Tibull. II. VI. 8. ſed quia credebant librarii dicendum *e galea potare*, non *in*, fecerunt *portare*. ſed vide, quae diximus ad Phaedr. 1. Fab. 25. *in galeis* Oxon. BURM.

50. *Nunc glandes*] *nunc gladios* Lovan.

51. *Nimium pugnae inflammaret amorem*] Malim, *nimio amore flammaret*. Barthius ex ſuis codicibus, qui adeundus. HEINS. Scio hujus aevi ſcriptoribus *nimium* ſaepe pro magno poni ſolere. ſed poſita hac ſignificatione, ſi jam *nimius* amor eſſet, id eſt vehementiſſimus, cui bono *inflammare*? ego conjicio ſcripſiſſe, *Quoque magis juvenem* (vel *puerum*) *pugnae inflammaret amore. flammare* frequens Statio & Valer. Flacco. vid. ad hujus Lib. IV. 665. *quoque magis n. p. infl. amorem* Vicetin. & mox *numerat*. ſed male, ut intelligat *numerare facta avi*, pro narratio, enumeratio illa inflammabat amorem. ſed praeſtat alterum. BURM.

52. *Numerabat*] tres ſcripti *memorabat*. ſed vid. ad Conſ. Olybr. 57. BURM.

Avi] Theodoſii Comitis. de quo infra in Gildonem. Symmach. Ep. 22. Lib. X. ad Theodoſium ſcribens: *Familiae veſtrae & ſtirpis auctorem Africanum quondam & Britannicum ducem, ſtatuis equeſtribus ordo ampliſſimus conſecravit, qui feliciſſimum fidus & imperio ſalutare progenuit.* CLAVER.

54. *Leves Mauros*] *levis Mavors* Vicetin. & Parm.

Nec falſo nomine Pictos] *Nec abeſt*, inquit Iſidorus, *a Pictorum corpora minutis opifex acus punctis. haec expreſſos nativi graminis fucos includit, ut has ad ſui ſpeciem cicatrices ferat, pictis artubus maculoſa nobilitas.* DELR.

55. *Edomuit*] *perdomuit* Exc. Voſſ. nihil opus. vid. II. in Rufin. init. & ſaepe alibi.

Vago mucrone ſecutus] Non *vagum* ſcripti meliores. HEINS. ſic *vagae habenae* II. de Rapt. 168. & *vagos curſus* infra vs. 181. BURM.

56. *Remis audacibus*] Ita Florus IV. 2. *improbam claſſem* Caeſaris in Britanniam trajicientis vocat. BURM.

57. *Fulgens*] *Fungens* Oxon.

58. *Refluas calcavit arenas*] *refugas* prim. Vatic. & Farneſ. HEINS. *adverſae refluas* Junian. ut ita ad-

Digitized by Google

Hos tibi virtutum ſtimulos, haec ſemina laudum,
Haec exempla dabat. non ocius hauſit Achilles
Semiferi praecepta ſenis, ſeu cuſpidis artes,
Sive lyrae cantus, medicas ſeu diſceret herbas.
Interea turbata fides. civilia rurſus
Bella tonant, dubiumque quatit diſcordia mundum.
Prô! crimen Superum! longi prô dedecus aevi!
Barbarus Heſperias exſul poſſederat urbes,
Sceptraque dejecto dederat Romana clienti.
Jam Princeps molitur iter, gentesque remotas
Colligit Aurorae, tumidus quaſcumque pererrat
Euphrates, quas luſtrat Halys, quas ditat Orontes.
Turiferos Arabes ſaltus, vada Caſpia Medi,

Ar-

adverſus amnis Silio IV. 624. vid. ad Valer. Flacc. I. 493. nihil tamen moveo. *calcabat* etiam Exc. Voſſ. *veſtinus* & *vefugus* de Oceano & fluminibus ſemper fere permutantur. vid. ad Lucan. III. 411. & ſupr. ad I. in Rufin. 92. BURM.

59. *Virtutum*] *virtutis* Leid. Wolf. *ſemina laudum* recte explicat Barthius. vid. & ad Ovid. Ep. IX. 43. male *praemia laudum* in Vicetin. BURM.

60. *Non ocius*] *non potius* Leid.

61. *Artes*] *arces* Exc. Voſſ. & mox, *medicas ſeu diſceret artes*. ita variant codices II. in Eutrop. 12. ubi Heinſius *Paeonias artes* praefert. Ovid. V. Ep. V. 145. *medicas mihi tradidit artes*. & ita ille ſaepe. ut & Phaedr. I. 14. ubi vide. eadem variatio apud Tibullum Lib. I. El. 2. 51. ſed tum priori verſu aliud deberet ſubſtitui. nam praecedit *cuſpidis artes*. forte *cuſpidis illius*. ſed tutius nihil novare. per cuſpidem aeque gladius atque haſta poteſt intelligi, ut modo *mucronem* dixit vs. 55. *cuſpidis artem* Ald. BURM.

63. *Fides*] *dies* Leid. a m. pr.

64. *Tonant*] vide ad Ovid. Epiſt. VII. 121. & IV. Conſ. Hon. 320.

66. *Barbarus*] Argobaſtes, dolo interemto Valentiniano, Eugenium nomine conſtituit Imperatorem, revera ipſe cuncta tamquam Imperator geſturus, auſus tandem cum Theodoſio congredi, divina potius ope, quam humanis viribus profligatus, ſuo ſe gladio jugulavit. DELR. Argobaſten intellige, natione Francum, quem in honore olim habuit Gratianus Imperator. Is poſtea Valentiniano Juniori addictus fuit, ſed ita, ut imperium militare ſibi adſumeret, fretus benevolentia exercitus. erat enim ſtrenuus ac liberalis, ſed abuſus eſt facilitate Principis adeo, ut res ad reſtim veniſſe credatur, ſed ei inuſtam femineae mortis infamiam potius reor; nam Argobaſten a Valentiniano acriter habitum fuiſſe ſuſpicor ejus animi fuiſſe, ut eum faſcia ſua ſibi ſuffocaret. Scribunt Hiſtorici, cum adverſus Theodoſium copias Mediolano educeret, clara voce minatum, ſi Eugenius victor e pugna reverteret, Baſilicam Eccleſiae ſtatim everſum iri in uſum ſtabuli, & Clericos fera militiae munera obituros. Caeterum idem (ut fere fit) gentilibus odiis Francos proſecutus eſt, eosque attrivit non ſolum, ſed etiam ſuis ſedibus expulit. quod opinor in cauſa fuit, cur Inſulam, quam vocant Franciae, inſederint. Infra dicitur *inventor ſcelerum*. CLAVER.

Poſſederat urbes] *boras* Oxon. pro varia lectione.

67. *Dejecto clienti*] Eugenio ſcilicet, qui tum verſabatur in aula, honore τῇ Ἀττικυργίᾳ. Idem Rhetorices profeſſione olim ſe probaverat, ac vitae claritudine, velut alter Seneca, bono Reipublicae & imperii natus videbatur. quod impulit forte Argobaſten, ut ei purpura & diademate cederet, niſi ſi propter ancipitem rei eventum aleam tantam ſubire expaverit. Sic Alarichus purpuram, quam urbe capta ſibi ſumere potuit, injecit humeris Attali, ita ut numi tum cuſi fuerint hoc titulo: FL. PRISCUS ATTALUS. P. F. AUG. Neſcio quid ſimile Carolus Martellus in Francia factitavit. de Eugenio ſupra dictum eſt. Vide & Suidam in voce Ὄνωρις. ad eum forte pertinet vetus inſcriptio. CLAVER. *Dejecto*, id eſt vili & ignavo. III. de Rapt. 297. VI. Conſ. Hon. 179. BURM.

Dederat Romana] *dederat Fortuna* Exc. Voſſ. in animo habuit librarius verſum IV. Conſ. Honor. 214. BURM.

70. *Luſtrat*] *Ditat Halys, quas luſtrat Orontes* Junian. *Alii* Vicetin. *luſtrat* eſt ambit. ut II. in Rufin. III. & alibi. BURM.

71. *Arabum*] Codices emendatiores repraeſentent *Arabes*. DELR. *Arabum* Vicet. Parm. Iſingr. Gryph. & aliae, ne tres voces in *s* exeuntes offendant, poſuiſſe videntur. ſed male. *turiferos ſaltus*

Armenii Phaſin, Parthi liquere Niphaten.
Quae tibi tunc Martis rabies, quantusque ſequendi
Ardor erat? quanto flagrabant pectora voto,
Optatas audire tubas, campique cruenta
Tempeſtate frui, truncisque inmergere plantas?
Ut Leo, quem fulvae matris ſpelunca tegebat
Uberibus ſolitum paſci, quum creſcere ſenſit
Ungue pedes, & terga jubis, & dentibus ora;
Jam negat inbelles epulas, & rupe relicta
Gaetulo comes ire patri, ſtabulisque minari
Aeſtuat, & celſi tabo ſordere juvenci.
Ille vetat, rerumque tibi commendat habenas,
Et ſacro meritos ornat diademate crines.
Tantaque ſe rudibus pietas oſtendit in annis,
Sic aetas animo ceſſit, quererentur ut omnes

Im-

Arabes MS. Pulman. & Oxon. ed. Claver. Elzev.

Caſpia] *Caſpida* Lovan.

73. *Quantusque*] *tantusque* Exc. Voſſ. *cum Martis* Wolf.

74. *Quanto flagrabant*] Imitatio Papinii, qui Lib. I. Silv. II. 210. *quanto ſaluerunt pectora voto.* BURM.

76. *Truncisque inmergere plantas*] prim. Vatican. & Farneſ. *injungere.* Palat. *immingere.* an *intinguere?* HEINS. non ſatis capio. an truncis, id eſt cadaveribus, quibus caput eſt abſciſſum, inponere pedem, ut collis, ſolebant domitorum inprimere? vid. IV. Conſ. Honor. 472. & ad Lucan. VII. 748. ſed *inmergere* non mutandum. Silius XI. 247. de Leone Taurum mandente, *inmerſi gravis unguibus haeſit.* BURM.

77. *Ut Leo*] Tota illa comparatio non aliunde, quam ex Papinio videtur petita. conſule igitur Lib. IX. Thebaid. 739. CLAVER.

78. *Senſit*] *Sentit* Junian. Voſſ. Exc. Lovan.

79. *Terga jubis*] Barthius *colla jubis* reponit ex Statii iſtis IX. Theb. 739.

Ut Leo, cui parvo mater Gaetula cruentos
Suggerit ipſa cibos, cum primum creſcere ſenſit
Colla jubis. ſed obſtat membranarum auctoritas. HEINS.

80. *Rupe*] Antea *ſpeluncam* dixerat. vid. Ovid. II. Faſtor. 209. BURM.

82. *Caeſi terga abſorbere juvenci*] τὸ *terga* jam praeceſſerat. amplector igitur Gyrald. & Lucenſ. lectionem, *celſi tabo ſordere juvenci. ſordere tabo* appoſite etiam apud Silium Lib. I. *craſſo ſordida tabo Confundit maculas tigris.* Idem Lib. XI.

——— *veteri ſtat ſordida tabo*
Hirtaque canities & durus ſanguine crinis.

ita enim lego, niſi quis *Atraque canities* malit. Hactenus *utraque* legitur, quod de barba & capillo inſulſe interpretantur. Lib. XII. *& adhuc ſordentia tabo Spicula. celſi* quoque pro *caeſi* unus Petav. & duo Vaticani, qui paulo ante etiam, *Jam fugit imbelles epulas*, non *negat.* HEINS. *celeris terga abſorbere juvenci* Junian. *terga obſorbere* Wolf. ſed *ſordidam ſanguine Bellonam* dixit & II. in Eutrop. 109. & Stat. v. Theb. 635. *ſanguine vultum ſordida.* ut *tabo*, ita *tabenti ſanie gravis pectora* idem IV. Theb. 364. *celſi* illuſtrari poſſet verbis Silii Lib. V. 312. de Leone:

——— *nunc ferus alta*
Surgentes cervice toros, nunc torva ſub hirta
Lumina miratur fronte. vid. Drakenb. ad Sil. XI. 312. BURM.

83. *Habenas*] Theodoſio Auguſto III. & Fl. Habundantio Coſſ. ex ante diem IV. Idus Februarias. DELR.

84. *Diademate*] Sphaera aurea, unde faſcia dependebat. DELR.

85. *Tantaque*] Iſte verſus in veteri libro legitur ita: *Tantaque ſe rudibus pietas oſtendit in annis.* DELR. *Rudibus pietas oſtendit in annis*, ſcripti omnes, praeter prim. Vatic. & Farneſ. in quibus, *pietas rudibus oſtentat.* HEINS. *pietas rudibus oſtentat* Vicet. Parm. Junt. Iſingr. Gryph. Colin. & aliae. *rudibus pietas oſtentat* Ald. de *rudibus annis* vid. ad Quintil. I. I. BURM.

86. *Ceſſit*] *creſcit* Leid. m. pr. *quaerantur* at Junian. *ererentur* Wolf.

87.

Digitized by Google

Imperium tibi ſero datum victoria velox
Auſpiciis effecta tuis. pugnaſtis uterque;
Tu fatis, genitorque manu. te propter & Alpes
Invadi faciles; cauto nec profuit hoſti
Munitis haeſiſſe locis. ſpes irrita valli
Concidit, & ſcopulis patuerunt clauſtra revulſis.
Te propter gelidis Aquilo de monte procellis
Obruit adverſas acies, revolutaque tela
Vertit in auctores, & turbine repulit haſtas.
O nimium dilecte Deo, cui fundit ab antris

Aco-

87. *Imperium*] Inde colligitur Honorium jam Auguſti nomine inſignitum fuiſſe, non tamen reapſe dici potuit Imperator, ſed patri optimo & fatis indulgenti ita placitum eſt, ut ſe vivo neque diu victuro. Id enim forte praeſagiebat, Filii adhuc juvenculi diadema praeſumerent, non etiam habenas imperii. Sed poëtae viſum eſt ita loqui, quia jam obiit Theodoſius, eo talia ſcribente. Plures vero ſolem orientem, quam occidentem adorant, ajebat Auguſtus. CLAVER.

88. *pugnaſtis uterque, Tu fatis, genitorque manu*] Sollius Sidonius in Panegyr. Majoriani, *certatum eſt jure Magiſtri, Auguſti fato.* DELR.

89. *Genitorque manu*] Ergo ſtricto enſe in proelium ivit Theodoſius, neque inglorius ſtetit poſt principia. Sane opus fuit, ut animo praeſenti Martem belli ſuſtineret; nam Arbogaſtes leonis inſtar multa hominum millia ſanguine ſuo opplevit, ita ut ancipiti rerum facie Imperatoris agmina jam labaſcerent. Sed enim coeleſte auxilium adfuit, ubi vis defuit humana. Itaque, Cedreno auctore non adeo futili, Theodoſius pro galea epomidem, pro haſta virgam accipit, ac fide munitus ſuos jam palantes ſiſtere ſatagit, quae ſane pulcherrimum numiſma, poſt illam victoriam incuſum, confirmat, imo plenius explicat. in hoc enim ſpecies epomidis apparet, quae a cucullo ſane differt. gerit Imperator altera manu bacillum, qui in crucem erigitur, altera membranam involutam, quales in Notitia: quae quidem ſignare videtur Euangelium in ea deſcriptum; verſa facie duo ſancti apparent, quid ſimile in manibus habentes. hic vero numus expreſſus eſt in Hiſtoria C. Baronii, ſcriptorum in ſuo genere principis. CLAVER. *Fato* hic eſt auſpiciis. Ovid. II. Triſt. 173. de Tiberio, qui manu pugnabat, & Auguſto, qui auſpicia dabat:

Per quem bella geris, cujus tu corpore pugnas,
Auſpicium cui das grande, Deosque tuos.

ſed impudentior Claudianus, qui puero auſpicia dat, & Theodoſio tantum ductum. BURM.

Te propter & Alpes Invadi faciles] *Invadi* cum primis editionibus & membranis legendum. miror non deprehenſum ab interpretibus mendum. ſic Nuptiis Honorii v. 79. *flecti faciles irae.* Lib. II. in Eutrop. 275. *ſecuras barbarus urbes Invadit facilesque capi.* Lucan. II. 656. *Roma capi facilis.* Noſter Conſulatu Manlii v. 243. *rurſus quae digna petitu Largiri facilis.* ſic enim ſcribendum. Ovidius Amor. II. El. IV.

Haec, quia dulce canit, flectique facillima vocem.

quomodo vetus liber, neque aliter noſter, Silius, Statius, alii paſſim. vidit genuinam hic loci ſcripturam curis ſecundis Barthius. HEINS. vid. Valer. Flacc. IV. & 723. & ad Quintil. Declam. V. 3. *molliri proſperis facilis non accidentibus frangi.* Statius I. Silv. VI. 67. *Huc intrant faciles emi puellae.* Lib. II. IV. 31. *monſtrataque reddere verba, Jam facilis.* & IX. Theb. 396. *facilis ſervire.* Eſt vero improba adulatio, quaſi patri Theodoſio res non ſucceſſiſſet, niſi auſpicia filii pueri adſpiraſſent, nec Alpes potuiſſet ſuperare, niſi fata filii adfuiſſent. minueretur aliquantum foeditas paraſiti aulici, ſi legeretur *invadit*, & Theodoſium, ut filio imperium munitum & ſecurum relinqueret, propter eum & amore ejus, invaſiſſe Alpes, quas natura difficiles, amor ille filio ſuo imperium parans tutum, faciles faciebat. ſic mox, *te propter Aquilo obruit* &c. ſcilicet ut dicit vs. 110. *Ut tibi pacatum praeſenti traderet orbem.* BURM.

90. *Nec profuit*] *non* Oxon.

92. *Clauſtra*] *Caſtra* Exc. Voſſ.

93. *Aquilo*] *Aquilon* Oxon. Leid.

94. *Obruit*] *Terruit* Oxon.

95. *In auctores*] *actores* Leid. Lovan. eadem variatio paſſim, ſed huic ſimilis apud Ovid. VIII. Met. 349.

Auctor telli Pagaſaeus Jaſon.

ubi *actor* plures. vide ibi adnotata. dein *repulit hoſtes* Leid. a m. s. BURM.

96. *O nimium*] D. Auguſtinus, Oroſius & Diaconus, dum hos verſus adducunt, ſic adducunt:

O nimium dilecte Deo, tibi militat aether,
Et conjurati veniunt ad claſſica venti.

non-

Aeolus armatas hiemes; cui militat aether,
Et conjurati veniunt ad classica venti!
Alpinae rubuere nives, & Frigidus amnis
Mutatis fumavit aquis, turbaque cadentum
Staret, ni rapidus juvisset flumina sanguis.
At ferus inventor scelerum trajecerat altum
Non uno mucrone latus, duplexque tepebat
Ensis, & ultrices in se converterat iras
Tandem justa manus. jam libertate reducta,

Quam-

nonnulla verba omittentes, quae cum in omnibus tam scriptis quam impressis codicibus inveniantur, mihi ea rejicere fuit religio. DELR. Hi vero versus a Divo Augustino non sine praefatione citati, hoc hemistichium *cui fundit* &c. & sequens non praeferunt, neque vetus editio Colonienſis, ut retulit L. Vives. Ne tamen ideo credas abundare, sed consulto omissa, quia virum talem forte non decuit Aeoli mentionem facere, quod sane laudo ac suspicio. Memini vero, cum inter supremae curiae Advocatos audirem solennis causae disceptationem, Principi senatus more majorum delatam, ipsum pro re nata, sed mira gravitate, voculam in versu lyrico mutavisse hoc modo: *venator sociae conjugis immemor*, si enim *teneram* dixisset, ipsa eviluisset, ut ita dicam, purpura. CLAVER. Augustinus Lib. v. cap. 26. de Civit. Dei. Orosius Histor. Lib. VII. cap. 35. Paulus Diacon. Hist. Miscell. Lib. XIII. & Abbas Uspergensis in Chronico haec *cui fundit ab antris Aeolus armatas hiemes* omittunt, cum priora & sequentia agnoscant. Gyraldus tamen in codice suo notarat, Divum Thomam commento ad Augustinum, quod Mediolani in Bibliotheca S. Marci extstet, nihil a vulgatis Claudiani exemplaribus discrepare. Vetus quoque Orosii editio Augustana anni MCCCCLXXII. agnoscit, ut & Monachus Altissiodorensis in Chronico. Codex tamen Orosianus, qui penes me est, cum excerptis sex aliorum, omittunt. Offendit, credo, bonos Monachos *Aeoli* mentio facta. plura ad rem Barthius curis secundis. HEINS. *cui fudit* Leid. *quoi fundit* & *quoi militat* Vicetin. Dempst. ad Rosin. Antiq. Lib. II. cap. 3. interpolatos versus ab aliis exhibet,

O nimium dilecte Deo, cui fundit ab astris
Se Jovis armatus, vehemens cui militat aether. BURM.

97. *Armatas hiemes*] *armatas acies* Junian. & Oxon. *armatus* Vicetin.

Aether] Vide Paneg. Nazarii ad Constantinum. sed optime Florus historicorum flosculus de clade Cannensi: *dux, terra, coelum, dies, tota denique rerum natura consensit. Eurus ab Oriente quasi ad constitutum: Hannibal quasi coelum tenens, vento, pulvere, sole pugnabat.* Haec vero nostra B. Augustinus se a militibus, qui aderant, audivisse ait. CLAVER.

99. *Frigidus amnis*] Nomen proprium, Graecis Φρίγιδος. est autem fluvius Antonino inter Aquilejam & Longaticum, neque ausim adfirmare eumdem esse, de quo Tibullus Lib. IV. 8. 4. *Atque Aretino frigidus amnis agro*, quia diversa ibi lectio. CLAVER. Nomen proprium fluvii, ut Barthius bene observat. HEINS. Et ante eos Simlerus in Commentario de Alpibus pag. 109. vide & Suritam in Anton. Itinerar. pag. 290. & Dempster. Etrur. Regali. IV. 5. imitatur vero hic Lucanum Lib. II. 212. & seqq. BURM.

100. *Turbaque*] *casique* Wolf. a m. pr.

101. *Juvisset flumina sanguis*] *pavisset* tres libri. quod elegantius. noster VI. Cons. Honor. 116. *multisque suorum Diras pavit aquas.* sic enim vetus codex, non *avos.* ibidem:

Pavit Iūleos invisō sanguine manes.

apud Silium Lib. IX. 603. *pastusque sonoro Ignis edax vento*, ut recte cum Colonienſi libro Modius. obgannit tamen interpres veterum elegantiarum cum ignarissimis ignarus. Ovid. Trist. IV. Eleg. IV. 64.

——— *ubi Taurica dira*
Caede pharetratae pascitur ara Deae.

quomodo vetus liber. optime. Valer. Flacc. Lib. I. 677. *meritas tibi plurimus aras Pascet bonus.* noster *bonorum commercia pretio pascere* dixit Lib. V. in Stilich. V. 115. ubi plura. sic & *ali* & *nutriri flumina* dicuntur *imbre. meruisset flumina sanguis* Helmaestadienſis. Vulgata tamen scriptura in Claudiano potest ferri. sic Sidonius Apollinaris Carm. XXII.

Arentes vitreis adjuvit fletibus undas.

copiosius nos ad Silium Italicum. HEINS. sine dubio *pavisset* non debetur librario. sic Horat. IV. Od. 2. dicit imbres *aluisse* amnem. *meruisset* Wolff.

102. *inventor scelerum*] ita Virgilio II. Aen. 164. Ulixes dicitur.

103. *Tepebat*] *patebat* lib. Barth. & Exc. Voss.

104. *Ultrices*] *ultricis* Leid.

105. *Reducta*] *recepta* Exc. Voss.

105.

Digitized by Google

Quamvis emeritum peteret Natura reverti
Numen, & auratas aſtrorum panderet arces,
Nutaretque oneri venturo conſcius Atlas,
Diſtulit Auguſtus cupido ſe reddere coelo,
Dum tibi pacatum praeſenti traderet orbem.
Nec mora; Biſtoniis alacer conſurgis ab oris,
Inter Barbaricas auſus tranſire cohortes.
Inpavido vultu linquis Rhodopeïa ſaxa,
Orpheis animata modis: jura diſeris Oetes,
Herculeo damnata rogo: poſt Pelion intras,
Nereis illuſtre toris. te pulcher Enipeus
Celſaque Dodone ſtupuit, rurſusque locutae
In te Chaoniae moverunt carmina quercus.

Illy-

106. *Quamvis*] *quantumvis* Exc. Voſſ. ſed tunc *meritum* quoque legendum eſſet.

107. *Arces*] *artes* Wolff. mox *Nutaretque* idem.

109. *Cupido*] *capto* Junian.

Cupido ſe reddere coelo] *Credere* Delrii codex, & e noſtris novem. Virgil. VI. Aeneid. 15.

Praepetibus pennis auſus ſe credere coelo.

plura de hoc verbo alibi. vulgatam tamen ſcripturam tuetur erudite Barthius; ſed quia *reverti* jam praeceſſerat, *credere* hoc loco amplector, ne bis idem dicatur. HEINS. Sed *credere coelo* in Virgilii loco longe aliud notat. vid. ad Quintil. Declam. XIII. 17. hinc *reditura femina coelo* Valer. Flacc. III. 382. ubi vide. ſi *credere* legas, videretur Poëta indicare, quaſi diffideret Theodoſius, dubiis enim rebus nos credimus, ut in omnibus illis locutionibus *credere ſe mari, coelo, alto, boſti* &c. vid. Sil. VI. 173. IX. 564. infra II. de Rapt. 251. *credere* (ut Heinſius pro *tradere*) *crudelibus umbris.* ſed *reddere* differebat modo ſe cupienti & deſideranti coelo. vid. Barth. *credere* vero & *reddere* confunduntur & Lib. II. in Eutrop. 225. in Juniano erat *ſe condere coelo*, quod etiam defendi poſſet. ſed haec eſt librariorum aberratio, qui haec verba ſaepe confuderunt. vid. Ovid. V. Faſt. 623. IX. Met. 624. & alibi. dicit vero idem quod Horatius I. Od. II. 45. *Serus in coelum redeas.* BURM.

110. *Tibi*] *ſibi* Woff. quod eſſet, a ſe pacatum tibi praeſenti traderet.

Dum tibi traderet] Traditio eſt δόσις εἰς χεῖρας, ait Th. Imo, ut vult Cujacius, traditio eſt datio poſſeſſionis. ergo Honorius, licet pridem Auguſti nomen adeptus, rem ipſam non habuit, fuit in poſſeſſione rei, ſed non poſſedit; non omnino, ne dicam omnino non fuit imperator, niſi ſola nominis umbra. quamvis enim exſtent in Codice Theodoſiano plus quam viginti conſtitutiones hoc modo: *Impp. Theod. Arcad. & Honor. A. A. A.* neuter eorum tamen vivente patre jus habuit imperandi, aut leges condendi; quinimo erant id aetatis, ut iis tutorem Theodoſius in extremis poſitus dare voluerit. Diocletiano & Maximiano eadem mens fuit, quae Theodoſio; ſed iis res erat cum adultis & extraneis, qui nullo ſcrupulo impediti vi armata, contra omnem honeſtatis rationem, licet bono Reipublicae defaevierunt. CLAVER.

111. *Conſurgis*] *conſurgit* Junian. *conſugit* Leid. a m. prim. *conſug. ab oris* Lovan.

113. *Inpavido*] *Inpavidus* Exc. Voſſ. *Intrepide* Oxon. pro *ſaxa*, *ſacra* Exc. Voſſ.

114. *Oetes*] *Oetae* Junian.

115. *Rogo*] *jugo* Exc. Voſſ.

116. *Nereis illuſtre choris*] Imo *toris*, quomodo Gyrald. prior Leid. Florent. S. Marci, & unus Ambroſ. Nuptias Pelei & Thetidis in monte Pelio celebratas tangit. nupſit & hic mater Chironis Philyre. unde φιλύρης γαμφηλὸν locus hic Callimacho dictus hymno in Delum. ſimile mendum apud Valer. Flacc. Lib. V. 239.

Praeterea infernae quae nunc ſacrata Dianae
Fert caſtos Medea toros.

inepte *choros* nunc legitur. Innuptam fuiſſe Medeam deſignat. HEINS.

Enipeus] *Enipheus* multi ſcripti codices & editi. vid. ad Ovid. I. Met. 579. BURM.

117. *Dodone*] *Dodonis* Exc. Voſſ. *Didone* Wolf.

118. *Chaoniae*] *Saloniae* Colin. *moverunt carmina*, id eſt, vates inſpirarunt & loqui verſibus juſſerunt. ita Ovid. X. Met. 147.

Ab Jove, Muſa parens, (cedunt Jovis omnia regno)
Carmina noſtra move. & XIV. 20. *carmen Ore move ſacro. monuerunt* Wolf. BURM.

Digitized by Google

Illyrici legitur plaga litoris: arva teruntur
Delmatiae: Phrygii numerantur ſtagna Timavi.
Gaudent Italiae ſublimibus oppida muris
Adventu ſacrata tuo. ſubmiſſus adorat
Eridanus, blandosque jubet miteſcere fluctus:
Et Phaëthonteas ſolitae deflere ruinas
Roſcida frondoſae revocant electra ſorores.
Quanti tum juvenes, quantae ſprevere pudorem
Spectandi ſtudio matres, puerisque ſeveri
Certavere ſenes, quum tu genitoris amico
Exceptus gremio mediam veherere per urbem,
Velaretque pios communis laurea currus!
Quis non Luciferum roſeo cum Sole videri
Credidit, aut junctum Bromio radiare Tonantem?
Floret criſtatis exercitus undique turmis,
Quisque ſua te voce canens. praeſtringit aëna

135. Lux

113. *Legitur*] De terreſtri itinere capiendum eſt, & imitatur Virgil. VIII. Ecl. 7. *Sive oram Illyrici legis aequoris*, ubi id notavimus, & plenius ad Lucan. V. 512. videtur vero hic Poëta miras itineris ambages properanti Honorio ad patrem morti proximum dediſſe. nam a Rhodope, id eſt Thracia, debuiſſet ſtatim eum recto itinere in Illyricum & Delmatiam, & inde in Italiam ducere; ſed hic Macedoniam, & Theſſaliam, & Epirum, quas minime opus erat tangere, circumducit: & deinde ante ad Oeten perveniſſe, quam Pelion fingit, quum ille mons ante Oeten deberet ex ſitu ejus poni. BURM.

120. *Dalmatiae*] *Delmatiae* Ald.

Numerantur ſtagna] Imitatus videtur Martial. Lib. VIII. Ep. 28.

An tua multifidum numeravit lana Timavum.

certe propter fontes plures. *ſtagna* enim poëtae dicere ſolent etiam de fluminibus. ut Conſ. Olybr. 51. *ſtagna Tagi*. & 1. in Rufin. 102. *Padoli ſtagna*. & ita paſſim. quamquam & lacus ibi fuiſſe patet ex Livio XLI. 4. qui *lacum* Timavi memorat, qui inminet mari. ſed praeſtat prius. *Phrygium* dixit epitheto longius petito, quia *Antenorium* vocat Lucanus VII. 194. ille vero Trojanus. *Stygii* erat in Oxon. BURM.

122. *Adorat*] *Adornat* Leid. prior a m. prim. ut ad fluctus referatur.

123. *Eridanus*] *Enideanus* Wolff.

Jubet] *juvat* Junian.

124. *Phaëtonteas*] *Phetonteas* Lovan. & ita ſemper ille hoc nomen exhibet. mox *renovant* Leid. a m. s. acute, in ornatum ſcilicet tuum. non tamen ſatis caute Poëta hic mentionem electrorum facere videtur, quae nata ex lacrimis Heliadum; ſi enim illa revocant, vel renovant, iterum fleſſe debent fingi. an ergo ante adventum alni non ſtillabant electra, quod nunc renovarunt in honorem Honorii? BURM.

126. *Quanti tum*] *Quam tutum* Wolff.

Frondoſae] *formoſae* Junian. *Roſida* Vicetin. Parm.

130. *Communis laurea currus*] *crines* Pricaeanus. HEINS.

132. *Junctum*] *vinctum* Leid. & Junian. & ed. Vicetin.

133. *Floret criſtatis*] Sic Iſingr. Lucenſ. & tres alii cum Gudianis ſchedis. quidam *Floret* corrupte, vel *Haeret*, vel *Fervet* cum vulgatis. veram lectionem vidit Scaliger, & illum ſecutus Raphelengius. Lib. I. in Stilich. 323.

Armifer & viridi floreret milite ſulcus.

Valer. Flacc. v. 565. *variis floret via diſcolor armis.* ubi perperam Carrio *decolor* edendum curavit. noſter alibi, *diſcolor incedit legio*. Idem Flaccus Lib. VII. 77. *armata floreſcant pube novales*. HEINS. vide & III. de Laud. Stilich. 205. & Boxhorn. ad Vellej. Paterc. I. 13.

134. *Praeſtringit*] *perſtringit* Junian. Oxon. ſollemni variatione, de qua jam ſaepe a multis actum, vid. ad Sil. Italic. I. 358. BURM.

135.

Digitized by Google

Lux oculos, nudique ſeges Mavortia ferri
Ingeminat ſplendore diem. pars nobilis arcu,
Pars longe jaculis, pars comminus horrida contis.
Hi volucres tollunt Aquilas, hi picta Draconum
Colla levant; multusque tumet per nubila ſerpens
Iratus, ſtimulante Noto, vivitque receptis
Flatibus, & vario mentitur ſibila tractu.
Ut ventum ad ſedes; cunctos diſcedere tectis
Dux jubet, & generum conpellat talibus ultro:
Bellipotens Stilichon, cujus mihi robur in armis
Pace probata fides. quid enim per proelia geſſi
Te ſine? quem merui te non ſudante triumphum?
Odryſium pariter Getico foedavimus Hebrum

135. *Ferri*] *belli* Junian. Oxon. Exc. Voſſ. & ed. Colin. *ſepes Mavortia belli* Wolf.

136. *Ingeminat*] *ingeminet* Leid.

137. *Cunctis*] *comptis* Junian. *cunctis* Exc. Voſſ.

138. *Tollunt Aquilas*] *Aquilas tollunt* Junian.

139. *Serpens*] Signa militaria innuit, quae tunc fuere triplicia, nempe Labarum, Aquilae, Draconis, qui & Serpentes. de iis ſupra nonnihil attigi, & plura poſthac ſuo loco dicenda erunt. Exſtat numus Conſtantini, ubi haſta ſeu manubrium labari obterit Draconem, qui, opinor, tyrannum deſignat. CLAVER.

140. *Receptis*] *receptus* Jun. Oxon. Lovan. male. contra dixit 11. in Rufin. 365. *vento ceſſante manſueſcere*. vivit ergo, quum a vento agitatur, manſueſcit, ubi quieſcit. *flamine turbidus* eſt ſupra vs. 36. BURM.

141. *Sibila*] Serpentum ſeu Draconum propria. Nonnus, Ἄσθμα συῶν, μύχημα Βοῶν, σύριγμα δρακόντων. CLAVER. *ſibila tinctu* Leid. a m. prim. vid. Praef. in Rufin. 7.

142. *Sedes*] Nihil aliud intelligi puto quam Palatium, ſeu domum Caeſaream, ubi Imperator conſidebat. Virgil. *Sceptra Palatini, ſedemque petivit Euandri*. hoc vero contigit Mediolani. CLAVER.

Cunctos diſcedere tectis] Ex leg. XIV. & XV. *C. Theod. de Deſertoribus & occultatoribus eorum*, manifeſtum evadit, non licuiſſe tum temporis militibus caſtra egredi, & id feciſſe convictos deſertoris ſupplicio puniri conſueviſſe. Nunc militibus caſtra relinquere, & indulgere genio concedit. quamobrem ſatis laudari nequit vetus lectio, *tuto diſcedere caſtris*. DELR. Secutus ſum veteris codicis ſcripturam *cunctos*, quae & in omnibus excuſis. at Delrius profert aliam, nempe: *Tuto diſcedere caſtris*, adducitque locum Homeri, ubi Agamemnon dimittit populum ad naves. Ego vero facile crediderim, primae notae primique gradus proceres Theodoſio tum adfuiſſe, quos blanda inclinatione a ſe dimiſerit; etſi enim jubet diſcedere, illud tamen non eſt ſemper διατυπωτὸν, ſed quaſi precarium; nam & κελεύειν Graecis φιλικῶς uſurpari notavit manu ſua Cujacius. CLAVER. Libri ſex *tutas*, quatuor *tutos*, tres *cunctis*. Delrii liber *tuto*. latet aliquid mendi. forte *cuneos*. Adi annotata bello Gildonico vs. 468. in Schedis Gudianis *tutos diſcedere caſtris*. HEINS. *Accedere caſtris* etiam Junian. ego *cunctos*, ſcilicet praeter Stilichonem, veram eſſe lectionem puto. niſi vellet quis, *cinctus ſuccedere tectis Dux jubet*, ut milites dimiſerit & domum ire juſſerit. BURM.

143. *Conpellat*] *compellit* Exc. Voſſ.

146. *Te non ſudante*] Non habetur *a* in veteri libro, neque in Vicetino, eſtque ſupervacuum. DELR. *ſudante*. male alii *ſuadente*. Iſingr. & nonnulli ex noſtris, *quod trophaeum*, ut in veteri inſcriptione,

Dum tibi, Roma, decus aeternaque ſudo tropaea,
Iſter pacatis lenior ibat aquis.

pro *Sarmaticas alas*, potior ſcriptorum pars, *Dalmaticas*. ſed fruſtra. rem docet inter alios Ammianus Lib. XXIX. HEINS. ita etiam *ſudare* & *ſuadere* confuderunt apud Quintilianum VIII. 3. ubi vide pag. 683. *non te* multi. *Triumphus* & *Tropaeum* in codicibus Maronis & Naſonis paſſim permutantur. vid. Virg. X. Aeneid. 541. & 775. Ovid. V. Faſtor. 555. & alibi. BURM.

147. *Odryſium*] *Otbriſium* Vicetin. Parm. *Otriſium* Wolf.

Pariter Getico] *Getico pariter* Leid. *ſudavimus Hebrum* Junian.

Sanguine: Sarmaticas pariter proſtravimus alas?
Kiphaeaque ſimul feſſos porreximus artus
In glacie, ſtantemque rota ſulcavimus Hiſtrum.
Ergo age, (me quoniam coeleſtis regia poſcit)
Tu curis ſuccede meis: tu pignora ſolus
Noſtra fove: geminos dextra tu protege fratres.
Per conſanguineos thalamos, noctemque beatam,
Per taedas, quas ipſa tuo Regina levavit
Conjugio, ſociaque nurum produxit ab aula,
Indue mente patrem: creſcentes dilige foetus,
Ut ducis, ut ſoceri. jam jam ſecurus ad aſtra,
Te cuſtode, ferar. rupta ſi mole Typhoeus
Vinclis proſiliat, Tityos ſi membra reſolvat,

Si

148. *Sarmaticas*] Sic ſoli Lugdun. quod unde acceperint, nequeo divinare, caeteri uno ore *Dalmaticas*. DELR.

Proſtravimus] *proſtruximus* Junian. *foedavimus* a m. prim.

149. *Artus*] *Arcus* Junian. *arctus* Oxon.

151. *Ergo age*] *Sic age* Junian. Wolff. & ed. Vicetin.

152. *Tu curis*] *Tu pueris* Ald.

155. *Per taedas*] Plutarchus refert quinque tantum faces in nuptiis praeferri, cauſa, quod mulieres ad quinque pariunt. Julianus enim refert Digeſt. uno partu quinque naſci poſſe ex Ariſtotelis ſententia. CLAVER.

Regina] Flacilla Auguſta, uxor Theodoſii, quam Graeculi pene omnes *Placillam* vocitant, ne vero dicas ſcripturae vitium, non auctorum, invenies apud Suidam ſub littera Π. eam vero quamvis amaret plurimum Theodoſius, non tamen Αὐγοῦσαν ἐπόησε, niſi edito in lucem Archadio. CLAVER.

Levavit] *levabit* Wolf. a m. prim.

156. *Virum*] MS. & Vicetin. *nurum*, videlicet Serenam. DELR. *Nurum* veteres plerique, & Cl. Gronovius noſter Elencho Antidiatribes Statianae. vulgo *virum*. *nurum* pro nupta poſuit aut ſimpliciter pro femina, ut poëtae frequenter. Itaque controverſiam iſti ſcripturae, ab optimis membranis aſſertae, movere non debuit curis ſecundis Barthius. Epithalamio Celerinae, *Aggreditur Cytherea nurum*, ubi perperam *virum* quoque legebatur. ſequenti verſu pro *dilige* Iſingr. & tres noſtri, *dirige*. HEINS. Ita *viri* & *nurus* commiſcuerunt librarii apud Ovid. IV. Faſt. 295. potuit vero *nurum* vocare Serenam Honorii, qui Theodoſii fuit frater, filiam, eodem jure, quo Theodoſius Stilichonem *generum* vocat ſupra v. 143. & mox ſe *ſocerum*, & ſaepe alibi. in primis ſi adoptavit Serenam Theodoſius, ut Barthius ad d. vs. 143. notat, & habitaverit in aula, quod τὸ *ſocia* notat. *virum* ſi legamus, inverſus foret ordo nuptiarum. non enim Stilichonem ex aula produxit Flacilla, ſed Serenam, quam ex aula ab Auguſta productam domum ſuam duxit Stilicho. Barth. ad II. de Laud. Stilich. 75. explicat eo ſenſu, quo ibi dixit *ordiri virum*. *ſocioque nurum* Wolf. *dirigere* vero hoc ſenſu Latinum vix puto, ſed ex poſterioris aevi uſu ſuppoſitum. quare *dilige* retinui. amorem enim in filios ſuos commendat, curam & regimen jam vs. 152. tradiderat. BURM.

160. *Undis proſiliat*] *Vinclis* cum Iſingrini libro recte legendum vidit Raphelengius. quomodo & ex noſtris Lucenſis cum uno Mediceo. de Gigantum vinclis paſſim poëtae. noſter Gigantomach. 28. *Solvite Titanas vinclis*. Statius IV. Theb. 354. *ſolidoque interta adamante Gigantum vincula*. VIII. Theb. 42. *habeo jam quaſſa Gigantum Vincula, & aethereum cupidos exire ſub axem Titanas*. Coeus apud Valer. Flacc. III. 225.

Vincla Jovis fractoque trabens adamante catenas.

noſter Praefat. in VI. Conſ. Honor. 17.

Enceladus mihi carmen erat. vinctusque Typhoeus.

ita enim cum membranis legendum. Lib. I. de Rapt. 153. Enceladus *ſaucia membra revinctus* dicitur. Virgilius Culice vs. 233.

Nam vinctus ſedet immanis ſerpentibus Otos
Devictum moeſtus procul aſpiciens Ephialten.

Lucan. VI. 665. *Vinctî membra gigantes*. pro vulgata tamen ſcriptura digladiatur Barthius. mox *Tityos* & *Arcades* & *cadant*, non *Tityus*, & *Arcadis*, & *cadent* meliores. HEINS. *vinclis* etiam Wolf.

161.

Digitized by Google

Si furor Enceladi projecta mugiat Aetna,
Oppoſito Stilichone cadant. nec plura locutus,
Sicut erat, liquido ſignavit tramite nubes,
Ingrediturque globum Lunae, limenque relinquit
Arcados, & Veneris clementes advolat auras.
Hinc Phoebi permenſus iter, flammamque nocentem
Gradivi, placidumque Jovem, ſtetit arce ſuprema,
Algenti qua zona riget Saturnia tractu.
Machina laxatur coeli, rutilaeque pateſcunt
Sponte fores: Arctoa parat convexa Bootes:
Auſtrales reſerat portas ſuccinctus Orion:
Invitantque novum ſidus, pendentque viciſſim,
Quas partes velit ille ſequi, quibus eſſe ſodalis
Dignetur ſtellis, aut qua regione moveri.

175. O

161. *Mugiat*] *mugiet* Leid. *mugiat Emm* Exc. Voſſ.

164. *Lumenque reliquit Arcados*] *Limenque* Lucenſ. & Aldus cum aliquot ſcriptis. recte. ſic apud Stat. Theb. IV. 776. *rabidi ſub limine Cancri: relinquit* etiam. non *reliquit*, praeſtantiores. Barthius, qui aliter hunc locum diſtinguendum cenſet, minime eſt audiendus. Adeantur, quae ad Maronis ſextum annotamus de *limine* vs. 255. HEINS. *limen* & Wolf. vid. ad Val. Flacc. IV. 18. & infra III. de Laud. Stil. 287.

165. *Pervolat auras*] *Advolat* libri ſeptem. eleganter. Conſ. Olybr. 174.

Dixerat, & velox jam nuncius advolat urbem.

Val. Flacc. IV. 163. *& trucis ultro Advolat ora viri.* mox *qua zona*, non *quo*, iidem. probe. HEINS. *pervolat aures* Lovan. & edd. Vicet. Parm. Junt. Ald. Gryph. Colin. *pervolat alas* Wolff. a m. prim.

166. *Flammamque nocentem Gradivi*] *Gradivum* tertius Vaticanus, Rottendorph. Florent. S. Marci, & ſecundus Mediceus, ut ſit appoſitio. HEINS. *placidique Jovem* Wolff.

167. *Suprema*] *ſuperna* Oxon.

168. *Riget*] *nitet* Leid. *rubet* Oxon. m. prim.

170. *Bootes*] *penates* Exc. Voſſ. in Leidenſi *pēs parat* adſcripta gloſſa *ſperat*. quod non capio, ſed *parat* explicarem recipiendo Theodoſio, ſi illas partes velit ſequi, praeparat, quamquam vehementer dubito, an non ſcripſerit Claudianus *Arctoa aperit convexa Bootes*, ut *a* abſorpta fuerit ab ultima in *Arctoa*. ſimiliter apud Curtium III. X. 5. *omnia victoria paruri*, ubi codices fere omnes *aperiri*. & hoc firmant *laxatur*, *pateſcunt*, & *reſerat*, quibus variavit ſua. Idem Curtius VIII. V. *Hic tum coelum illi aperiebant, arcana petae* Wolf. a m. prim. vid. ad Lucan. Lib. I. 46. ubi defendimus *ſtatione parata* pro *peracta*. BURM.

171. *Auſtrales*] *Auſtralis* Leid.

172. *Invitantque*] *immittantque* marg. Marcil.

173. *Velit ille*] *velit ipſe* Oxon. Leid. & Ald. *pendent* explicuimus ad Conſ. Olybr. vs. 11.

174. *Regione moveri*] *Morari* Gyrald. & quinque noſtri, totidemque Vaticani. unus *teneri*. de ſtellis fixis agit. recte igitur *morari*. paulo ante *quibus ipſe ſodalis*, non *quibus eſſe* nonnulli. tres quatuorve *quibus ille*. HEINS. *moveri* tamen de ortu & occaſu ſtellarum paſſim dici conſtat. & hoc melius convenit ſequentibus, quibus laſſum a motu illo in Hiſpanas undas deſcenſurum dicit. de occaſu ergo certus, dubium relinquit, qua regione oriri velit. ita Flor. IV. III. 8. *ut mota ſidera tonent*, id eſt ad eorum ortum tempeſtates cieantur, ut ex aliis Flori locis conſtat. & hinc *motus ſiderum* de eorum ortu & occaſu centies occurrit. hic vero de ortu agi ſequentia docent, quae occaſum indicant. Oriens Theodoſii ſidus videbit Arcadium, occidens Honorium. alio ſenſu *mota ſidera*, quae pelluntur, fugantur, & quaſi loco moventur a ſole vidimus ad Ovid. I. Amor. XIII. 28. de ortu Pleiadis Valer. Flacc. II. 357.

Pliada lege poli nimboſo movere aſtro
Jupiter.

& V. 305.

Qualiter ex alta cum Jupiter arce coruſcat
Pliadas ille movens.

movet Jupiter, ut imperator ſigna, agmina, caſtra, & legiones, Pleiadas. quare antiquam lectionem reduximus. imitari vero Virgilium, qui in initio Georgicorum ſimili modo adulatur Auguſto, manifeſtum eſt. BURM.

Digitized by Google

O decus aetherium, terrarum gloria quondam,
Te tuus Oceanus natali gurgite laſſum
Excipit, & notis Hiſpania proluit undis.
Fortunate parens, primos quum detegis ortus,
Adſpicis Arcadium: quum te proclivior urgues,
Occiduum viſus remoratur Honorius ignem.
Et quocumque vagos flectas ſub cardine curſus,
Natorum per regna venis, qui mente ſerena,
Maturoque regunt victas moderamine gentes;
Secula qui rurſus formant meliore metallo.
Luget avaritiæ Stygiis innexa catenis,
Cumque ſuo demens expellitur ambitus auro.
Non dominantur opes: non corrumpentia ſenſus
Dona valent. emitur ſola virtute poteſtas.
Unanimi fratres, quorum mare terraque ſatis
Debentur, quodcumque manus evaſit avitas,
Quod ſupereſt patri. vobis jam Mulciber arma
Praeparat, & Sicula Cyclops incude laborat.
Brontes innumeris exaſperat aegida ſignis:
Altum fulminea criſpare in caſſide conum
Feſtinat Steropes; nectit thoraca Pyracmon;
Ignifluisque gemit Lipare fumoſa cavernis.

Vos

176. *Gurgite laſſum*] *lapſum* Iſingrin. & quatuor ex noſtris. ut apud Virgil. III. Aeneid. 515. *tacito labentia ſidera coelo.* & *lapſa ſub terras ſidera* Ovid. I. Faſt. 2. poteſt & vulgata ferri, nam & ſol occidens *laſſus* dici poteſt. HEINS. *Ticiali gurgite* Exc. Voſſ.

178. *Primos*] *primo* Junian. *primus* Vicetin.

179. *Archadium*] De hoc ſuperius dictum eſt, dicam tamen e Cedreno, quae inter caetera memoratu digna reliquerit. *Ἀρχαδίῳ τῷ θρέψαντι εἰκοδομήσας, Ἀρχαδιόπολιν ἐπωνόμασεν, καὶ ἐν τῷ ξυγκλήτῳ καθίσας τιμᾷ.* CLAVER.

Cum te proclivior urgues] Rectius puto *proclinior*, quamquam aliter membranae. Adeantur quae notamus ad Faſtos Naſonianos Lib. III. vs. 793. HEINS.

180. *Viſus*] *viſu* Leid. Iſingr. ed. diſtinguit, *cum te proclivior urges Occiduum: viſus r. H. ignem.* *Ignes* Edd. Vicetin. Parm.

181. *Flectas ſub cardine curſus*] Non *flectis* ſcripti potiores. quidam *currus* pro *curſus* HEINS. *flectas* Wolf.

182. *Serena*] *ſevera* Leid. a m. s.

183. *Junctas moderamine gentes*] *Victas* malo cum octo ſcriptis. *formens* pro *formans* deinde Florentinus S. Marci & tert. Vatic. HEINS.

185. *Stygiis innexa catenis*] *immerſa* ſex veteres. Forte *immerſa cavernis.* vide notas ad vs. ult. Lib. II. in Rufin. HEINS. *Stygiisque* Lovan. *immerſa* Wolf.

187. *Non dominantur*] *Nec dominantur opes, nec corrumpentia* Oxon. & ultimo loco duo Leidenſes.

189. *Unanimi*] *Unanimes* Oxon. Exc. Voſſ. *fatis* Oxon.

190. *Debentur*] *Debetur* Junian. Lovan. vid. ad Lib. I. in Rufin. 53.

Quodcumque manus] *quicumque manus* Lovan. & edd. Vicet. & Parm.

191. *Mulciber*] *Mulcifer* Oxon.

192. *Praeparat*] *Proparat* Oxon.

193. *Exaſperat*] *exaſperet* Edd. Vicet. Parm.

194. *Altum*] *artum* Exc. Voſſ.

195. *Pyracmon*] *Pyragmon* Lovan. Leid. & Edd. Vicet. Parm. Ald. Iſingr. & aliae.

196.

Digitized by Google

Vobis Jonia virides Neptunus in alga
Nutrit equos. qui ſumma freti per caerula poſſint
Ferre viam, ſegetemque levi percurrere motu:
Neſciat ut ſpumas, nec proterat ungula culmos.
Jam video Babylona rapi, Parthumque coactum
Non ficta trepidare fuga: jam Bactra teneri
Legibus, & famulis Gangen palleſcere ripis,
Gemmatosque humilem diſpergere Perſida cultus.
Ite per extremum Tanain, pigrosque Triones:
Ite per ardentem Libyam: ſuperate vapores
Solis, & arcanos Nili deprendite fontes.
Herculeum finem, Bacchi tranſcurrite metas.
Veſtri juris erit, quidquid conplectitur axis.
Vobis rubra dabunt pretioſas aequora conchas,
Indus ebur, ramos Panchaïa, vellera Seres.

195. *Igniſluisque*] *igniferisque* Junian. Oxon. *igniſluus gemit lipate* Wolf.

197. *Nutrit equos*] De quibus Homerus Iliad. v. DELR.

Per caerula] *per nubila* Exc. Voſſ. *poſſint* Oxon.

199. *Spumas*] *Spicas* quidam Heinſii. & ita in Homeri Il. Υ. 227. loco a Barthio adducto. *ariſtas* Virgil. VII. 808. & ad ejus imitationem Calpurn. VI. Ecl. 57. dixit in re ſimili. *ſpumas*, credo, ſuppoſuere, quia Neptuni equis hoc convenire credebant. ſed de lapſu & curſu per mare jam egerat, & inepte inter *ſegetem* & *culmos* poneret ſpumas maris. quae vox, ſi retinenda, deberet capi de equis ita fortibus ad curſum, ut nec ſpumarent, nec anhelarent, & ita ſpumas, quae in ore, collo &c. ſolent naſci, ignorarent. BURM.

200. *Jam video*] *Jamque videt* marg. Iſingr. *Babylona* dixit, ut *Babylonos* Graeco more IV. Conſ. Honor. 651. ubi vide. BURM.

202. *Legibus*] Id eſt imperio ſubjectos. vid. ad Rutil. I. 133. BURM.

203. *Humilem*] *iterum* Oxon. *diſperdere* Oxon. duo Lovan. & Wolf.

205. *Ite per ardentem Libyam*] Malo *arentem*. Lucan. I. 686. *dubiam ſuper aequora Syrtim Arentemque ferox Libyen*. nec me praeterit tamen & *ardentem Libyam* poſſe dici. HEINS. vid. ſupr. I. in Rufin. 104. ſed licet haec verba ſaepe confundantur, & utraque Africae conveniant, non tamen ſine MSS. temere haec vel illa mutanda. nam & *plaga ardens* dicitur I. in Eutrop. 179. noſter III. de Laud. Stil. 333. *pererratis Libyae flagrantibus oris*. & mox IV. Conſ. Hon. 28. *Libyae aeſtus* dixit. *flammigeras arenas* utrumque indicans, dat Libyae Rutil. I. 59. Sed quid adtinet obvia Poëtarum loca cumulare? BURM.

Vapores] *calores* Junian.

206. *Deprendite*] *dependite* Leid.

207. *Bacchi tranſcurrite metas*] Q. Curtius: *Tranſierant jam Liberi patris terminos, quorum monumenta lapides erant crebris intervallis diſpoſiti, arboresque procerae, quarum ſtipites hedera contexerat.* Dionyſius de ſitu orbis: (v. 623.) Ἐνθά τε καὶ γαῖαι Θυβαιγενέος Διονύσου Ἔστασαν μνημάτιον ἐϋδμητόν περ ἐόντα Ὠκεανοῖο, ἰδὲ ὑσπλήτοιο θαλάσσης Ἐνθά τε Γάγγης Λευκὸν ὕδωρ Νυσαῖον ἐπὶ πλατανῶνα κυλίνδει. turpiſſime Colinaeus *Bactri*. DELR. Dicuntur αἱ γαῖαι τοῦ Διονύσου, ut Protei columnae Virgil. vide ſitum orbis Dionyſ. de iis Q. Curtius, *Tranſierant Liberi patris terminos*. verum haec e Delrio commodius petentur. alias *Bactri*. ſed male, quia ſupra dixit, *Bactra teneri*. CLAVER. *Bactri* Leid. Lovan. a m. prim. Wolf. ed. Colin.

209. *Aequora*] *litora* Junian. vid. II. in Rufin. 243. *rura daburit* Wolf.

CL.

Digitized by Google

CL. CLAUDIANI

DE QUARTO CONSULATU

HONORII AUGUSTI

PANEGYRIS.

AUſpiciis iterum ſeſe regalibus annus
Induit, & nota fruitur jactantior aula.
Limina nec paſſi circum privata morari
Exſultant reduces, Auguſto Conſule, faſces.
5. Cernis, ut armorum proceres, legumque potentes

Pa-

Etiam hic Panegyricus manu recentiori in primo Vaticano adſcriptus. HEINS. Citantur verſus ex hoc Panegyrico in Chronico Anonymi Tom. I. Scriptorum Auſtriacorum pag. 846. & 857. ubi ad Theodoſium eſſe ſcriptum perperam dicitur. BURM.

1. *Auſpiciis*] Hic Honorii conſulatus incidit in annum 398. collega ejus fuit Eutychianus, quem & Praefectura Praetorii boneſtavit. ſub idem fere tempus Gildo Magiſter utriusque militiae per Africam vere ineunte extinctus eſt, poſtquam Honorius duxiſſet Mariam Stilichonis filiam. Caeterum a Pentecoſte ad hoc tempus numerat Auguſtinus 365. annos, unde ſequeretur Chriſtum *ἐπὶ τῷ πάθει* vix 34. annum impleviſſe. CLAVER.

Annis] Tanta eſt Conſulatus dignitas, ut vel ipſi Imperatores eam ambierint, ſed diverſo Concilio. Caſſiodorus, *viciſtis felicitate principes, qui honores ſummos geritis, & dominationis taedia non habetis.* Lucan. v. 44. *exhauſto jus clauditur anno.* CLAVER. *regalibus arvis* Exc. Voſſ.

3. *Paſſi*] Unus MS. & vet. Germanic. *paſſim.* DELR. *paſſim* Oxon. & Leid. duo. Wolf. marg. Iſingr. & Pulman. ſcripti. *morati* etiam Oxon. & Leid. Junianus vero totum verſum ignorat. ſed *paſſi morari* ſunt, qui quaſi inviti caruerunt conſule imperatore, & qui coacti in privatis domibus morari. de *τῷ pati* multa Barth. ad 11. in Eutrop. 459. & ad Rutil. 11. 1. cum infinitivo conſtruxit & Horat. III. Od. 9. *pro quo bis patiar mori.* noſter Conſ. Mall. 184. *in dubium patiar deponere famam.* alia dabit hic Barthius. BURM.

4. *Auguſto Conſule*] Qui primus Imperator & Conſul fuerit, ex Lucano diſcere eſt. Lib. v. vs. 386.

——— *Haec primum reperit aetas*
Qua ſibi ne ferri jus ullum Caeſar abeſſet,
Auſonias voluit gladiis miſcere ſecures;
Addidit & faſces Aquilis, & nomen inane
Imperii rapiens figuravit tempora digna
Maeſta nota.

quae ſane ad Claudiani locutionem faciunt, at Imperator bonus fere dici queat Conſul PP. CLAVER.

5. *Armorum proceres*] Ita loquitur Prudentius. ſed hic etiam chiasmos deprehenditur, ut ad Lib. 1. in Eutr. notavimus. verius enim eſt dicere *armorum potentes, legum proceres.* ſed figura illa ſpecie vitii decora eſt. Fortunus: *legibus arma regis, & leges dirigis armis.* CLAVER.

Legumque] *longumque potentes* Junian. ſed *legum potentes* debent Senatores intelligi, qui ducibus militaribus opponuntur. ſed videtur tamen ſolos milites tares intelligere, qui nunc depoſitis veſtibus militaribus, civilibus & ſenatoriis induti, comitantur procedentem Conſulem. Barthius Stilichonem intelligi putat. ad declinandam ergo invidiam dixit plurali numero, pro *potentem.* quaſi eſſet arbiter juris civilis & rei militaris. nam conſtruendum *proceres potentes armorum legumque*, quamvis & *armorum proceres* poſſent dici, ut *caſtrorum proceres* Lucano VII. 69. Sed in Vicetin. Ed. legitur, *regumque potentes*, ut ſint, qui armis & virtute reges ſubjecerint imperio. ita quidam apud Rutil. 1. 555. *regum reſſores* capiunt de Romanis principibus ex Senatu, qui rege

Digitized by Google

Patricios ſumunt habitus, & more Gabino
Diſcolor incedit legio, poſitisque parumper
Bellorum ſignis, ſequitur vexilla Quirini?
Lictori cedunt Aquilae, ridetque togatus
Miles, & in mediis effulget Curia caſtris?
Ipſa Palatino circumvallata Senatu
Jam trabeam Bellona gerit, parmamque removit,
Et galeam, ſacras humeris vectura curules.
Nec te laurigeras pudeat, Gradive, ſecures
Pacata geſtare manu, Latiaque micantem
Loricam mutare toga, dum ferreus haeret
Currus, & Eridani ludunt per prata jugales.
Haud indigna coli, nec nuper cognita Marti,
Ulpia progenies, &, quae diademata mundo
Sparſit, Hibera domus: nec tantae vilior unda

Pro-

ges ſubjecerant. quamvis nos ibi *rerum* praetulerimus. ita apud Ovid. II. Met. 259.

Cuique fuit rerum promiſſa potentia Tybrin.

ubi Leidenſis codex *regum*. apud Lucanum quoque VII. 584. turbant codices,

Corvinaque ſimul, Torquataque nomina, Regum
Saepe duces. ubi alii *legum*, alii *rerum*. & ita alibi ſaepe. ad quae loca ſemper Critici diſſidebunt, & unusquisque pro ſuo judicio hanc vel illam lectionem, adductis variis locis, firmabunt. BURM.

6. *Sumunt*] ita conſtanter codices, & *incedit, ſequitur* &c. poſtulant indicativum, pro quo nunc ſubjunctivo uti ſolent. vid. ad Calpurn. VI. Ecl. 37. & 40. & ad Virg. II. Ecl. 66. & centies alibi. BURM.

8. *Vexilla Quirini*] Animadvertunt & alii vexillum Senatus, nam de illo loquitur, argenteum fuiſſe, & in comitiis paſſim & pompis Senatui praeferri conſueviſſe. DELR. De vexillo hoc obſcurum eſt. vellem hunc morem illuſtratum clarius videre. dubitavi olim, an, quia agitur de auſpiciis novi anni, quem aperiebat Janus, per Quirinum ille intelligi debeat. Janum enim *Quirinum* Horatius & alii vocant. in Juniano erat *Quiritum*, ut illi opponantur militibus. ut notum ex Caeſaris facto, qui milites exauctorans, *Quirites* eos vocavit. Suet. Caeſ. 70. ego hic vexilla non proprie ſumi puto, ſed milites habitu civili ſequi conſulis auſpicia & pompam, ut ita *ſigna alicujus ſequi* dici ſolet, & ſimilia. BURM.

9. *Cedunt*] *credunt* Wolf. a m. prim.

Ridetque] *gaudetque* Junian.

Aquilae] Romanae aves Tacito, quae argenteae, propterea quod argentum longius emicat videturque, quam aurum Perſis olim uſitatum. Xenophon Ἀετὸς χρυσῦς ἐπὶ δόρατος. CLAVER.

10. *Miles*] De cuſtodibus etiam imperatoris loquitur, cujus latera objecti circumfuſique defendebant, vel ornamenti cauſa habebantur, aut utilitati, aut, ſi auxilium res poſceret, haud procul acciri poſſent, ut Tacitus retulit. CLAVER.

11. *Senatu*] *tumultu* Vicet. quod non de nihilo. nam pro turba ponit & noſter I. in Stilic. 162.

Parmamque] Nonius. *Parma eſt ſcutum breve.* Saluſtius Lib. IV. *Hi locorum perigniari & ſolliti nectere ex viminibus vaſa agreſtia; ibi tum, quod inopia ſcutorum erat, ea arte ſe quisque in formam parmae equeſtris armabat.* Virgil. Lib. IX. *Enſe levis nudo parmaque inglorius alba.* haec Nonii ſunt verba, aliquot a me locis ex Manuſcripto libro D. Amandi, quod Nerviorum eſt Monaſterium, auctoritate purgata. DELR.

12. *Petit*] membranae vel *geris* vel *trabit* DELR.

13. *Sacras*] *ſacris* Junian. qui ſequenti verſu deficitur, ut & duo Oxon. & Leid. duo, & Lovan.

14. *Laurigeras*] Cum Conſules vel Imperatores praeclaram aliquam victoriam erant conſequuti, tum eos lictores laureati, faſces laureatos geſtantes, praecedebant. DELR. hic verſus deerat Wolf.

15. *Pacata*] Vid. ad II. de Rapt. 147.

16. *Loricam*] Sic omnino Lyricus, Lib. I. Od. 29. v. 51. *Libros Panaeti, Socraticam & domum, mutare loricis Iberis.* CLAVER.

17. *Currus*] *Conus* Oxon. a m. prim.

18. *Cognita Marti*] *cognita mundo* Junian. quod ex ſequenti verſu irrepſit, ut mox etiam vs. 31.

19. *Ulpia*] *Vulpia* Lovan.

20. *Nec tantae vilior unda*] Sic unus Mediceus & Junianus. non *tantum*. nonnulli *tandem*. praeterea

Promeruit gentis ſeriem: cunabula fovit
Oceanus. terrae dominos pelagique futuros
Inmenſo decuit rerum de principe naſci.
Hinc proceſſit avus: cui poſt Arctoa frementi
Claſſica Maſſylas adnexuit Africa lauros.
Ille, Caledoniis poſuit qui caſtra pruinis,
Qui medios Libyae ſub caſſide pertulit aeſtus,
Terribils Mauro, debellatorque Britanni
Litoris, ac pariter Boreae vaſtator & Auſtri.
Quid rigor aeternus coeli, quid ſidera proſunt,
Ignotumque fretum? maduerunt Saxone fuſo
Orcades: incaluit Pictorum ſanguine Thule:

Iſingrini liber *aula*. quod perperam ſecutus Raphelengius. ſequentia pro nobis ſtant. ſupra III. Conſul. 176.

Te tuus Oceanus natali gurgite laſſum
Excipit, & notis Hiſpania protuit undis.

infra hoc ipſo libro vs. 127. *Hiſpania patrem Auriferis produxit aquis.* & in Feſcenninis v. 70.

Caeſareum flumineo
Stemma recurrit avo.

ut recte legunt viri docti. HEINS. *aula* Wolf.

21. *Gentis*] *ſeriem gentis* Leid. Lucan. IV. 823. *Caeſareae domus ſeriem* dixit. vid. I. in Eutrop. 357. BURM.

22. *Oceanus*] Hic *verum princeps* a Claudiano dicitur Auſonius extulit. *Mileſius Thales fuit, aquam qui principem rebus creandis dixi.* Pindarus ἄριστον μὲν ὕδωρ. vid. Orphei Hymnos. CLAVER.

24. *Avus*] De hoc multa ſuperius. Fuit autem Theodoſius Comes & Magiſter equitum, vir omnium ſua aetate fortiſſimus. Hunc Drepanius vocat Saxonicum, Britannicum; Alamanicum, aitque: *Sarmatica caede ſanguineus Iſter, attrita Batavia pedeſtribus praeliis, Saxo conſumptus bellis navalibus, redactus ad paludes ſuas Scetis, compulſus in ſolitudines avias omnis Alamanus, & uterque Maurus.* Hunc ſane auctorem legerat Claudianus. quare idem Pac. a *me exemplum Poëtica, a me fidem ſumet hiſtoria.* CLAVER.

Qui poſt] *qui poſt* Junian. *quo* Vicetin. ſine dubio pro *quoi*, ut ſaepe illa editio pro *cui*.

25. *Maſſylas* | *Maſſylios* Jun. Leid. *Maſſylias* Exc. Voſſ. *Maſſirias* Leid. *Maſſilas* Ald. & aliae edd. *maxilias* Vicet. *maxylas* Wolf. *advexit* etiam Junian. idem quoque *Africa Maures*.

26. *Caledoniis*] *Calydoniis* Vicet.

27. *Qui medios*] Caſtiga ex veteri libro & Vicetin. *medios*, quam emendationem ſpero perplacuram iis, qui explorata aure, non ſurda, fuerint vel jacenti, quemadmodum ille ajebat. DELR. *medios* ſcripti omnes, ut mirer quid magnus Scaliger & Raphelengius *medio* maluerint amplecti Lib. II. de Rapt. 106. & *medio brumam ſibi vindicat aeſtu*, quae vera lectio Bell. Gildon. 317. *Solis medios objeceris aeſtus.* Epith. Palladii v. 47. *quid medio tecum meditaveris in aeſtu.* HEINS. *medio* Junt. Ald. Gryph. Colin. & plures.

29. *Ac pariter*] & Junian. & Oxon. niſi quod *Boreae pariter* Junian.

30. *Coeli quid frigora proſunt*] *fidera* primae editiones cum uno Vaticano & Farneſiano. quam lectionem veram probavit Gronovius noſter Lib. III. cap. 15. Obſervationum. unus Medic. tert. Vatic. & Rottendorph. *littera. τὸ fidera* ex Drepanio, Floro & Plinii Panegyrico recte etiam aſſeruit Barthius. noſter denuo VI. Conſ. Honor. v. 444.

——— *quo gentibus illis*
Sidere conſueti fovet inclementia coeli.

ubi vide quae annotamus. HEINS. Idem ſaepe Ovidio accidit, vid. ad Lib. V. Met. 281. & IV. Triſt. IV. 62. *fidera poſſunt* Junian. duo Leidens. *poſſint* Oxon. in Lovan. *Quid rigor aeternus, coeli quid frigora proſunt.* & ita Vicetin. Parm. Junt. Ald. Iſingr. Gryph. & aliae. *fidera* etiam Barthius & Vlitius ad Nemes. Cyneg. 211. explicant. BURM.

31. *Saxone fuſo*] *ſanguine fuſo* Oxon. & hoc ex ſequenti verſu ortum. *Arcades* pro *Orcades* Junian. Oxon. & Wolf. *Thyle* idem.

32. *Pictonum*] Diſconveniens eſt haec lectio, quare corrige *Pictorum*, quos Britanniam invadentes profligarat Comes Theodoſius. *Pictones* autem & penultimam corripiunt, & Ptolemaeo, Caeſari, Plinio, Aquitaniae populi ſunt DELR. *Pictorum* vetus liber non *Pictonum*. Hic vero ſuccurrunt verſus

Digitized by Google

Scotorum cumulos flevit glacialis Ierne.
Quid calor obſiſtit forti? per vaſta cucurrit
Aethiopum, cinxitque novis Atlanta maniplis.
Virgineum Tritona bibit, ſparſosque venenis
Gorgoneis vidit thalamos, & vile virentes
Heſperidum riſit, quos ditat fabula, ramos.
Arx incenſa Jubae: rabies Mauruſia ferro
Ceſſit: & antiqui peneralia diruta Bocchi.
Sed laudes genitor longe transgreſſus avitas,
Subdidit Oceanum ſceptris, & margine coeli
Clauſit opes: quantum diſtant a Tigride Gades,
Inter ſe Tanais quantum Nilusque relinquunt.
Haec tamen innumeris per ſe quaeſita tropaeis
Non generis dono, non ambitione potitus.

Di-

ſus quatuor a Cujacio inſerti Lucani Lib. I. v. 436. poſt *Gebennas*.

Pictonus immunis ſubigit ſua rura, nec ultra
Inſtabiles Turones circumfita caſtra coercent
In nebulis, Meduana, tuis, marcere peroſus
Andus, jam placida Ligeris recreatur ab unda.

CLAVER. *Pictonum* etiam quidam codices & editi, ſed perperam, & contra metrum, ut jam docuit Vinetus ad Auſonii Profeſſores carm. XI. *Pictum* vocat II. de Laud. Stil. 254. ubi & cum Saxone jungit. BURM.

33. *Ferne*] Duobus MSS. haec fulcitur lectio, neque opinor aliter ſcripſit hic poëta, quamvis ad Hibernum aërem, qui glacialis aut frigidus, videatur alludere, quod ea mente non extulit. Hibernia quidem apud Caeſarem legitur. ſed Juvenalis dixit *Littora Juvernae*, quod propius accedit, unde Ptolomaeus Ἰουερνία. Et vero Stephano & Straboni Ἴερνα dicitur, quos Apulejus libro de Mundo ſecutus eſt. CLAVER. *Hiberne* Oxon. duo Leid. Lovan. *Hyberne* Ed. Parm. Iſingr. & Gryph. vitioſius Aldus & Colineus *Hybernae*, & Vicet. *hibernas*. *Hiberus* Oxon. alter. *Iverne* Voſſian. *flexit glacialis Hyberne* Excerpt. Voſſ. *tumulos* etiam Oxon. & Voſſ. ſed *cumuli* hic poſſunt capi de acervis caeſorum, ut apud Lucan. VI. 180. & VII. 790. vid. ad III. Rapt. 342. BURM.

34. *Quis calor obſiſtit*] *Obſiſtat* vel ſine libris lego. vel *obſtiterit*. nam prim. Vatic. & Farnes. *obſtituit*. Lucenſ. *Quid calor*. quomodo & alii duodecim. HEINS. *obſiſtat* in notis Barthii. *quid* Wolf.

35. *Atlanta*] *Aethna* Wolf.

36. *Bibit*] *fubit* Leid.

37. *Gorgoneis*] Non *Gorgoneos*. ita legendum olim conjeceram. confirmant tres ſcripti. HEINS.

38. *Ditat*] Nam aureos fingunt. meus manuſcr. *ditiat*. DELR. *ditat fabula* Lovan. Wolf. a m. prim. Leid. *ditat, quas riſit fabula* Exc. Voſſ. vid. Epithal. Honor. 71.

39. *Arx incenſa Jubae*] Jubae regia igne vaſtata fuit. caeterum vetus liber, *Arx intenſa Jubae*, ut a verbo *ceſſit* dependeat, eritque ſenſus, ceſſiſſe Theodoſio fraudes Maurorum, in quas tamen omnes cogitationes intenderant. Per *Jubam* accipio Firmum, Gildonis fratrem. DELR. *Arx immenſa* Lovan. Leid. Oxon. a m. prim. *ars intenſa* Wolf. *inuſta* Oxon. alter a m. prim. non Firmum intelligere, qui Boccho & Jubae male ſociaretur puto, ſed Jubam antiquum, cujus regia fuit Julia Caeſarea, teſte Mela Lib. I. cap. 6. BURM.

Rabies Mauruſia] Firmi ſcilicet, qui frater Gildonis, ei ad tyrannidem januam parum felicitur aperuit. Ammianus: *Theodoſius comes contra Maurum, qui ab imperii ditione deſcivit, cum auxilio Comitatenſis militis mittitur, proinde ab Arelate ſecundis digreditur auſpiciis, nullo de ſe rumore ſparſo.* Si plura cupis, vel de bello Britannico, & aliis ab eodem confectis, lege inſignem Marcellinum Lib. XXIX. c. 5. CLAVER.

40. *Bocchi*] *Bocci* Oxon. *Bochi* Leid. *Bachi* Junian.

41. *Laudes genitor longe*] *longe Genitor laudes* Voſſ. Exc. *genito* Wolf.

42. *Sceptris*] *regnis* Exc. Voſſ. *coeptis* Leid.

44. *Tanais quantum*] *quantum Danaus Nilumque* Junian. *relinquis* Oxon. & Exc. Voſſ.

45. *Innumeris*] *inmeritis* Junian.

46. *Non ambitione*] Theodoſius enim Imperator Comitis filius, patre adempto, ſuaeque ipſius ſaluti

Digna legi virtus. ultro ſe purpura ſupplex
Obtulit, & ſolus meruit regnare rogatus.
Nam quum barbaries penitus conmota gementem
Inrueret Rhodopen, & mixto turbine gentis
Jam deſerta ſuas in nos transfunderet Arctos,
Danubii totae vomerent quum proelia ripae,
Quum Geticis ingens premeretur Myſia plauſtris,
Flavaque Biſtonios operirent agmina campos:
Omnibus adflictis, & vel labentibus ictu,

conſulens, in Hiſpaniam ſe recipit, ubi ἀμαχὶ ad privati modum ſe redigit. ſed, Deo dante, Theodoſius tandem a Gratiano accitus eſt; poſtquam Valens, ei infenſus, non equidem fato, ſed merita morte periit. Praeclarum vero eſt illud L. Pacati ad Theodoſium, qui habenas imperii viſus erat recuſare: *Tam tibi nolle non licet, quam velle non licuit.* B. Ambroſius, *Portavit jugum grave Theodoſius a juventute, quando ei inſidiabantur, qui patrem ejus triumphatorem occiderant.* CLAVER. Pro *potitur* alii *potitur*, quod perperam ſecutus Raphelengius. male etiam haec diſtinguebantur. Fors etiam caſtigandum, *generis nodo*, cognationis jure ac vinculo. ut *nodus amicitiae.* de quo Lib. II. de laud. Stilich. v. 156. Epithal. Honor. v. 261.

——— *fac nulla ſubeſſe*
Vincula cognatae: quamvis aliena fuiſſes
Principibus, regnum poteras hoc ore mereri.

de *vinculis* vide annotata bello Getico vs. 311. HEINS. Sed *donum generis* eſt dictum, ut *munera* & *dona fortunae.* ut Ovid. IV. Triſt. X. 8. *fortunae munere factus eques.* ita *virtute genus augetur* apud Ovid. I. ex Pont. VIII. 17. *fatorum dona* vocat Pacatus cap. VIII. vid. infr. vs. 214. BURM.

Potitus] *petitus* Vicet. *potitur* Wolf.

47. *Digna legi virtus*] Non dubito, quin Auſonius, vir probus & illuſtris, qui tunc temporis conſul erat cum Olybrio, ſuaſerit diſcipulo ſuo, ut tantum virum ſibi aſciſceret, quare Theodoſius ipſum, ni fallor, parentem vocavit. ejusque ſcripta cum affectu & admiratione perlegit. Latinus Pacatus: *Orat ecce te Dominus meus, Orat ecce te Dominus adhuc tuus, & qui poſſet cogere, manuis impetrare.* Αἰρετὸς dicitur electus a Siracide, unde Cujac. Et hoc ſenſu hunc regem fateor eſſe αἱρετικὸν. CLAVER.

48. *Rogatus*] *togatus* Exc. Voſſ. male. de Tiberio idem Ovid. IV. ex Pont. XIII. 27. ut in quibusdam codicibus,

——— *qui frena rogatus*
Saepe recuſati ſuſcipit imperii,

apud Lucan. VII. 549.

Ferramque manus movere rogatae.

ubi eadem varietate codices quidam *togatae*, alii *coactae.* vid. infr. VI. Conſ. Honor. 109. & hoc carmine v. 453. Ita *rogantes trabeas* dixit II. Stilich. 3. BURM.

49. *Barbaries*] Habes horum barbarorum nomina apud Sidonium in Panegyrico Majoriani, ſed vereor ne corrupta. DELR.

50. *Mixto turbine gentis*] Sic Lucenſ. & undecim alii, quomodo ſcribendum ſenſus poſtulat. vulgo *gentes.* HEINS.

51. *Suas*] *ſuas* Oxon. *transfuderat* Junian. *Jam referta* Vicetin.

52. *Vomerent cum*] *tremuerunt* Oxon. pro varia lectione.

53. *Quum Geticis ingens premeretur Myſia*] Putabam *lugens.* quamvis libri non juvent. ſic *gementem Rhodopen* ante dixerat, *mille gementis Italiae clades* Bell. Gild. 88. Bell. Getic. 146.

Suſtinuit toto moerens Oenotria luſtro.

& alibi, *fractis lugerent cornibus amnes.* atque ita paſſim. Statius Theb. I. 654.

——— *ignique datis cultoribus omnis*
Luget ager. ita ſcripti. HEINS. *Nurſia* Oxon. m. pr. *Meſia* Lovan. non abſurda Heinſii ſcribentis *lugens* conjectura. ita & apud Lucan. I. 186.

Ingens viſa duci patriae trepidantis imago,

emendabat *lugens.* quia tamen conſtat ſatis ratio voci *ingens*, contra ſcriptos codices nihil mutem. *ingens Myſia* eſt tota, omnis, qua patet, nulla parte excepta. Valer. Flac. IV. 210. *ingens Aſiae plaga.* BURM.

54. *Reperirent*] Meliores libri *operirent.* DELR. ita Vicet. Ald. & ex ſcriptis Schott. II. Obſerv. 55.

55. *Omnibus adflictis*] *afflatis* Junianus liber, tamquam de fulminis ictu agat. ſuperiori verſu recte *operirent* ſcripti, non *reperirent*, quod aliis jam deprehenſum. & mox *agrisque colonos*, pro *agrisque colonis.* Bello Getic. v. 42.

——— *tellisque ſuis redduntur & agris*
Damnati fato populi. Stat. Theb. XI. *Redde avois dominisque viros.* noſter VI. Conſ. Honor. 159. *nymphasque choris jam redde ſorores.* HEINS. *& jam labentibus* Oxon.

56.

Digitized by Google

Vel prope caſuris, unus tot funera contra
Reſtitit, extinxitque faces, agrisque colonos
Reddidit, & leti rapuit de faucibus urbes.
Nulla relicta foret Romani nominis umbra,
Ni pater ille tuus jamjam ruitura ſubiſſet
Pondera, turbatamque ratem; certaque levaſſet
Naufragium commune manu. velut ordine rupto
Quum procul inſanae traherent Phaëthonta quadrigae,
Saeviretque dies, terramque & ſtagna propinqui
Haurirent radii, ſolito cum murmure torvis
Sol occurrit equis: qui poſtquam rurſus heriles
Agnovere ſonos; rediit meliore magiſtro
Machina, concentusque poli, currusque recepit
Imperium, flammaeque modum. ſic traditus illi,
Servatusque Oriens. at non pars altera rerum
Tradita, bis poſſeſſa manu, bis parta periclis.
Per varium gemini ſcelus erupere tyranni
Tractibus occiduis. hunc ſaeva Britannia fudit,

Hunc

56. *Tot funera*] *tot millia* Leid. duo. a m. s. Heinſius olim conjecerat, *tot fulgura contra Reſtitit*. praeterea *Conſtitit* Exc. Voſſ. quod proprie de illis qui proeliantes gradu ſtant fortiter. vide ad Petron. illud *re* protelt ex ſequentis verſus *Reddidit* irrepſiſſe. ſed & *reſtare* pro reſiſtere poni obvium. BURM.

57. *Reſtitit*] *Reſtitit, & leti rapuit de faucibus urbes* Junian omiſſis mediis. *extinxitque phares* Oxon. *tectii rapuit* Wolf. a m pr.

63. *Traherent*] *ruerent* Junian. forte bene. excuſſus enim fuit curru; non tractus. vid. ad Ovid. III. Triſt. XI. 23. & alibi paſſim. mallent etiam forte aliqui *inſanum Phaëtonta* dixiſſet. ſed *inſanae quadrigae* de conſternatis equis Solis poſſunt capi. BURM.

64. *Dies*] Pro Sole recte capit Barthius. vid. ad Valer. Flacc. VII. 229. & alibi ſaepe.

Terramque] *terras & ſtagna profundi* Leid. *terrasque &* Exc. Voſſ. Oxon.

65. *Solito cum murmure torvis*] ita, non *torvus* meliores libri cum Raphelengio. Imitatus in Magnete v. 47. *Sole feris occurrit equis. torvos jugales* Lib. I. de Rapt. 277. *& torvos hydras* II. de laud. Stilich. 137. dixit. HEINS.

68. *Poli*] *polis* malebat Barthius ex ſuo codice.

Currusque recepit Imperium] Ita cum Illingrino Raphelengius. probant vetuſtiores noſtri vulgo *rurſusque*. vidit & veram ſcripturam curis ſecundis Barthius. mox deinde *traditus* & *ſervatus*, non *traditur & ſervatur*, iidem. mox *irrupere*. non *erupere*, prim. Med. ſec. Vatic. & Palat. ut Bell. Get. v. 278.

Non ſi perfidia nacti memorabile tempus
Irrupere Getae. HEINS. *curſusque* etiam legi poſſe cenſet Barthius, & ita Wolff.

69. *Modum*] *modus* Junian. *traditus illis* Wolff.

70. *Servatusque Oriens*] *Servatur mundus* Oxon. a m. pr. *pars ultima* Oxon. a m. pr.

Pars altera] Occidens. DELR.

72. *Per varium*] *per gemini varium* Exc. Voſſ. mox *Partibus occiduis.*

Tractibus] *partibus* Oxon. *Tracibus.* Vicetin.

73. *Hunc ſaeva Britannia fudit*] Maximum DELR. Neſcio quo fato, aut qua ratione hujus aevi ſcriptores & alii Britanniae adſcribant natalem non modo Conſtantini, qui Bithynus fuit, ſed & Maximi tyranni. Sane Maximum fudit Britannia, cum inde exercitum educeret, non etiam genuit. neque alia de cauſa dixit Auſonius *Ruſpinum latronem*. vides quid peccet lector minus intelligens, & quantum praejudicet bonis auctoribus, atque hiſtoriae ipſi vel unica vox male accepta. Fuit ergo Hiſpanus, ut liquido conſtat ex oratione Drepanii Proconſulis qui hominem ſatis noverat. ſic enim ad Theodoſium: *An ſuſtinere te coram, & ſolum oculorum tuorum ferre conjectum ille quondam domus tuae negligentiſſimus vernula, menſulaeque ſervilium ſtaturius lixa potuiſſet?* Fuit ergo Maximus verna domus Theodoſianae, quae Hiſpa-

Hunc ſibi Germanus famulum delegerat exſul;
Auſus uterque nefas, domini reſperſus uterque
Inſontis jugulo. novitas audere priori
Suadebat, cautumque dabant exempla ſequentem.
Hic nova moliri praeceps: hic quaerere tuta
Providus. hic fuſis, collectis viribus ille.
Hic vagus, excurrens: hic intra clauſtra reductus.
Diſſimiles; ſed morte pares. evadere neutri
Dedecus, aut mixtis licuit procumbere telis.

Amiſ-

na, verna autem eſt ἐνογενὴς, ſeu domi natus, ut eſt in Gloſſis. Is vero cum dominorum benignitate ad quosdam gradus militiae perveniſſet, ſplendore adſcititio ſe in tantum exſeruit, ut Gallias e Britannia ingreſſus Theodoſii adfinem ſe diceret, quo eſſet noſtratibus acceptior. unde idem auctor; *Carnifex purpuratus tua ſe adfinitate jactans, qui ei credidere, nefas fecerunt adfectu innocentium.* Praeſtat etiam auſcultare Zoſimo Exadvocato fiſci, qui Maximum Hiſpanum, ac Theodoſii aemulum nuncupat. habuit fratrem Marcellinum, filium vero Victorem, quem Gallis Imperii titulo, Alpes tranſiturus, reliquit. unde numisma FL. VICTOR P. P. AUG. Uxor ejus B. Martinum adeo reverenter habuit, ut vel pedes ipſius lacrymis irrigaret. vide Severum & Ambroſii Epiſtolas, unde plus doctrinae ac veritatis haurire eſt, quam ex quadriga aliqua Hiſtoricorum. Numi cuſi temporibus Maximi ſic ſe habent. DN. MAG. MAXIMUS. P. F. AUG. neſcio vero cur idem Trevirenſis dicatur a viro docto. CLAVER. *Fudit* induxit in errorem interpretes, quod verbum de partu paſſim occurrere vidimus ad Phaedr. III. Fab. 15. ſed *fudit* hic eſt pro effudit, cum exercitu & vi emiſit Britannia, & inmiſit imperio Romano. Lucan. II. 51.

Fundat ab extremo flavos Aquilone Suevos.

nec abſimili ſenſu Valer. Flacc. III. 498.

——— *Atque ipſe citis Gradivus habenis*
Fundit equos. id eſt inmittit. ubi vide. BURM.

74. *Germanus*] Argobaſtes. *Famulum*, Eugenium, qua de re vide, ne ſingula ſit opus indicare, Paul. Oroſium lib. ult. DELR.

75. *Nefas*] *ſcelus* Exc. Voſſ.

Domini] Gratianum & Valentinianum ejus fratrem optimos Impp. intellige. Sane Gratianus nefarie ab Andragathio, in lectica ſpecie Fl. Maximae Conſtantiae Aug. latenti, occiſus eſt. eum quidem fuderat jam Maximus, ſed a ſuis derelictum; unde B. Ambroſius ad eum legatus a Valentiniano, *Vereris*, inquit, *ne exuviarum reditu renovetur dolor militibus, hoc enim allegas. cui Ambroſius, ſed fierine poteſt, ut quem viventem deſeruerunt, eum deſiderent peremtum.* CLAVER.

Uterque] Maximus & Eugenius. hic vero Arbogaſtis, ille Andragathi manu uſus eſt in parricidio. ſed uterque ſceleris miniſter ſibi vitam ademit. CLAVER.

77. *Suadebat*] *Suadebam* Lovan. & Vicetin.

Cautumque] *tantumque* Voſſ. m. prim.

Tantumque dabant exempla ſequenti] *ſequentem* ſcripti fere omnes. *d. e. ſequentem* Lucenſ. & ſeptem alii. *cautumque d. e. ſequentem.* optime. vulgata lectio ſenſum non habet. ſupra initio hujus libri, *cauto nec profuit boſti Munitis haeſiſſe locis.* ita & curis ſecundis divinavit Barthius. quamquam *cautumque* apud illum legitur typographi errore, ut opinor. HEINS. Moreti liber *tutumque.* vid. I. in Eutrop. 420. *ſequentem* Wolf. exerpta Voſſii habuiſſe *cautoque dabant exempla ſequentem* notavit Heins. *dabunt* Junii alter codex. *dare* eſt hic facere, reddere. ut ſaepe. BURM.

78. *Praeceps*] *princeps* Jun. *quaerere vita* Wolf. a m. prim.

79. *Ille*] *iſte* Oxon.

80. *Hic vagus excurrens*] An non *Hic vagus & currens*? vel diſtingue *Hic vagus, excurrens.*

Intra clauſtra reductus] Non *inter* Lucenſ. & aliquot alii. HEINS. vid. Gronov. ad Liv. XXXV. II. dubitabat olim Heinſius, an non etiam *redactus* legendum. ſed redigitur quis ab alio. *reductus* eſt latens, retrocedens, remotus, non in apertum campum dans copiam pugnandi. ſic Bell. Gildon. 299. *turba reductus* pro a turba. non abludunt omnino illa Statii VI. Theb. 368.

Haud procul Herculeam Nemeen clamore reductus
Adſpicis. ubi Schol. Barthii explicat reducebat ſe, id eſt retro inclinabatur. & ita *reducta vallis*, de qua idem Barth. ad eumdem librum vs. 255. & *reducere* pro retro trahere poni vidimus ad Quintil. X. de Inſt. Orat. 3. p. 931. BURM.

82. *Mixtis*] *miſſis* cogitabat Barthius. ſed melius explicabat *in acie.*

83.

Digitized by Google

Amiſſa ſpecie, raptis inſignibus, ambo
In vultus rediere ſuos, manibusque revinctis
Oblati gladiis ſubmittunt colla paratis:
Et vitam veniamque rogant. pro damna pudoris!
Qui modo tam denſas nutu movere cohortes,
In quos jam dubius ſeſe libraverat orbis,
Non hoſtes victore cadunt, ſed judice fontes.
Damnat voce reos, petiit quos Marte tyrannos.
Amborum periere duces. hic ſponte carina
Decidit in fluctus: illum ſuus abſtulit enſis.
Hunc Alpes, hunc pontus habet. ſolatia caeſis
Fratribus haec ultor tribuit. necis auctor uterque
Labitur: Auguſtas par victima mitigat umbras.
Has dedit inferias tumulis, juvenumque duorum
Purpureos merito placavit ſanguine Manes.
Illi juſtitiam confirmavere triumphi;

Prae-

83. *Amiſſa ſpecie*] *amiſſam ſpeciem raptis* Junian. *raptis* etiam multi. non *raptisque. admiſſa* Wolf. *ſpecies* eſt externa illa pompa & ſplendor, qui in oculos incurrit, & unde agnoſcitur aliquis Imperator Conſul &c. vid. Heins. ad Vell. Paterc. II. 10. Graev. ad Cic. 1. de Offic. 40. BURM.

84. *In vultus rediere*] vid. 11. in Rufin. 141.

86. *Vitam veniamque*] Vellej. Paterc. II. 85. *citius vitam veniamque Caeſar promiſit, quam illis, ut ea precarentur, perſuaſum eſt.* vid. ad Virgil. 11. Aeneid. 145.

87. *Qui modo*] *Qua modo* Leid.

88. *Libraverat*] *ſe jam vibraverat* Oxon. *ſeſe libraverit.* Oxon. *dubiis* Wolf.

90. *Quos Marte tyrannos*] Ita ſcripti. male *qui* Raphelengius. perperam etiam diſtinguunt vulgo. HEINS. *orte* marg. Iſing. *damnant* etiam Oxon. a m. prim.

91. *Amborum periere duces*] Sic conſtanter veteres libri, & recte. Andragathium Maximi ducem intelligit, & Eugenii Arbogaſtem. de quorum morte Marcellinus in Chronico, aliique eadem narrant. nulla hic difficultas. Virum igitur maximum. *Ambo rei periere duces*, emendaſſe, idque ſecutum Raphelengium, miror. *τὸ reus* jam praeceſſerat ſuperiori verſu, ut vel ob hoc unum ferri non poſſit ea conjectura. HEINS.

93. *Hunc Alpes*] ignorat hunc verſum Junian. *habens* Tholoſanus. vid. 1. in Rufin. 53.

94. *Auctor*] *Alter* Barth. Cod.

94. *Auguſtas*] *anguſtas* Oxon.

96. *Tumulis*] *thalamis* Junian. *tumulis* Oxon. primus a m. prim. & alter.

Juvenum duorum] At Caſſiodorus ait, Arcadio & Rufino Coſſ. Valentinianum juniorem taedio vitae apud Viennam laqueo periiſſe, idemque alii Hiſtorici tradunt. Zoſimus vero aſſeverat ab impio Arbogaſte interfectum. idem Sidonius tradit. B. Ambroſius in oratione funebri ejusdem Imperatoris, id videtur annuere, cum ait de utroque, *inſeparabiles in vita, in morte non eſſe ſeparatos.* deinde hos, velut oculos ſibi effoſſos dolet, additque, *nolite tangere Chriſtos meos.* Rufinus ſcribit cauſis latentibus vitam finiiſſe, quosdam Arbogaſtis factum dicere, alios abſolvere. *Fuere*, inquit, *nonnulli Sacerdotum, qui immunem eſſe ducem a mortis ſcelere Theodoſio teſtarentur.* Sic forte M. Antonius in Philippicis arguitur de S. Sulpicio, quem non interemit, ſed in cauſa fuit; quod paululum differt. CLAVER.

98. *Confirmavere triumpho*] MS. Vicet. & Pariſienſe *triumphi.* DELR. *triumphi*, non *triumpho* ſcripti. probe. fuit cum legendum putarem, *juſtitiae confirmatrice triumphi*, ut cum ſequentibus haec cohaereant. Barthius, *juſtitiae confirmatore triumpho.* HEINS. *juſtitiam dum firmavere triumphi Praeſentes* conjecerat etiam Heinſius. *victricem* Wolf. *triumphis* Oxon. ſed correctum *triumphi.*

Docuere Deos] Docuerunt omnibus noſtris actionibus Deum intereſſe. Menander, *τὸ θεὸν βλέπειν πλησίον παρών.* DELR.

101.

Praeſentes docuere Deos. hinc ſecula diſcant
Indomitum nihil eſſe pio, tutumve nocenti
Nuntius ipſe ſui longas incognitus egit,
Praevento rumore, vias. inopinus utrumque
Perculit, & clauſos montes, ut plana, reliquit.
Exſtruite inmanes ſcopulos, adtollite turres,
Cingite vos fluviis, vaſtas opponite ſilvas:
Garganum Alpinis, Apenninumque nivalem
Permixtis ſociate jugis, & rupibus Haemum
Addite Caucaſiis, involvite Pelion Oſſae:
Non dabitis murum ſceleri. qui vindicet, ibit.
Omnia ſubſident meliori pervia cauſſae.
Nec tamen, oblitus civem, cedentibus atrox
Partibus infremuit. non inſultare jacenti
Malebat. mitis precibus, pietatis abundans,
Poenae parcus erat: paci non intulit iram.
Poſt acies odiis idem, qui terminus armis.
Profuit hoc vincente capi: multosque ſubactos
Proſpera laturae commendavere catenae.

Ma-

101. *Ipſe ſui*] *ſibi* marg. Iſing. *ſui* Lovan. Vicet. Ald. & Raphel. Caeterum hic Suetonium expreſſiſſe videtur, qui de Julio Caeſare cap. 59. *longiſſimas vias incredibili celeritate confecit, expeditus &c. ut perſaepe nuntios de ſe praeveniret.* vid. Bell. Gildon. 13. *agere vias* illuſtravimus ad Ovid. II. Metam. 417. BURM.

Praevento] *Praeventas* Wolf.

102. *Utrumque*] *uterque* Junian.

103. *Perculit*] *perculti* vitioſe Colineus. de verbo *relinquere* vid. ad Virgil. VIII. Aeneid. 216. BURM.

Montes] Alpes Julias. Drepanius Rhetor. *& ſuperatis Alpibus Cottiis Julia quoque clauſtra laxaret.* DELR.

107. *Permixtis ſociate jugis*] Lucenſ. *permitto.* Helmaeſtadienſis *permittes.* unus Petav. *permites.* tres *permixtos.* ſex *pernices.* codices Schoti *pernicem.* Palat. *pernici.* opinor *Pyrenes* legendum. Barthius *Apenninoque Niphaten* volebat. ſatis ingenioſe. ſed *Caucaſum* quoque *nivalem* in Feſcenninis v. 31. dixit, & *ſcopulos Haemi nivales* Lib. II. in Rufin. 340. Deinde cum Garganum, Alpes, Apenninum tres Italiae montes conjungat, aut Italiae proximos, Niphates jure optimo nimis longe quaeſitus videri poſſit, quod is Armeniae mons ſit. Quapropter vir idem doctiſſimus curis ſecundis eandem conjecturam amplexus eſt de *Pyrenes fugis.* quam ego haſtenus ſequor. cum tamen nec ille meam, nec ejus ego ſententiam ſuper hoc loco exploratam haberemus. Quo fit, ut a ſententia, quam prioribus curis videbar ſequi, ne nunc quidem temere deſiſtam; nam & Pyrenei montes Italiae vicini. *Permices* certe in duobus quoque Suſianis inveniſſe ſe teſtatur Andreas Schottus Nodis Ciceronianis Lib. II. cap. v. pro *nivalem* Oiſelianus a manu prima *nivales.* Habeo tamen in promtu, quod pro recepta lectione proferam in medium. videri nimirum Claudianum alluſiſſe ad proverbium Graecum ὄρος ὄρει ἐ μίγνυται. HEINS. *Permittes ſociare* Wolf.

109. *Qui vindicet, ibit*] *Vindicet* Lucenſ. & duo alii. haeret & hic aqua. HEINS.

110. *Subſident*] *ſubſidunt* Oxon. Leid. a m. prim. & Exc. Voſſ. *meliorum* Wolf.

111. *Nec tamen*] *Non tamen* Junian. *cives* Leid.

115. *Armis*] *annis* Junian. *Iram poſt acies: odiis idem qui.* Lovan.

117. *Aſpera laturae*] Imo *proſpera* cum prima editione, priori Leid. Pricaeano ſcribendum, & Thuaneo, id eſt, proſperam fortunam allaturae. ſenſus hoc requirit. infra v. 214.

Si tibi Parthorum ſolium fortuna tuliſſet.

pro attuliſſet. quomodo Iſingr. liber. & mox, *olim domitura gigantes, Et pacem laturа polo.* pro allatu-

12.

Digitized by Google

Magnarum largitor opum, largitor honorum:
Pronus, & in melius gaudens convertere fata.
Hinc amor, hinc validum, devoto milite, robur.
Hinc natis manſura fides. hoc nobilis ortu
Naſceris, aequaeva cum majeſtate creatus,
Nullâque privatae paſſus contagia ſortis.
Omnibus acceptis, ultro te Regia ſolum
Protulit: & patrio felix adoleſcis in oſtro;
Membraque, veſtitu numquam temerata profano,
In ſacros cecidere ſinus. Hiſpania patrem
Auriferis eduxit aquis: te gaudet alumno
Boſporus. Heſperio de limine ſurgit origo:
Sed nutrix Aurora tibi. pro pignore tanto

ra. atque ita ſaepe noſter. quandoque & *ferre* pro auferre ponit. ut Lib. I. de Rapt. 94. *Sic nobis naxia vires Cum coelo fortuna tulit?* bene igitur *Proſpera laturae.* nam ante dixerat *Profuit hoc vincente capi.* quod ex illo Ovidii Epiſt. Briſeid. videtur hauſiſſe:

Utile dicebas ipſe fuiſſe capi.

Rutilius Itiner. Lib. I. 63.

Feciſti patriam diverſis gentibus unam,
Profuit invitis te dominante capi.

ſic ſcribo, vulgo, *invictis te dominante capi.* Heins. Ita *aſpera* & *proſpera* variantur infr. v. 619. *commendavere catervae* marg. Iſingr. *aſpera fati ſors tuleris* dixit VI. Conſ. Hon. 282. Barthius *aſpera laturae* explicat, ſine hoc vindice laturae fuiſſent. Burm.

118. *Honorum*] Vicetin. diſtinguit aliter: *largitor bonorum Pronus, & in.* quod ſecutus Barthius, Aldus, Iſingr. Gryph. Colin. & alii.

119. *In melius*] pro in meliora. vid. ad Lucan. IV. 60.

120. *Hinc validum*] *hinc odium* Vicetin. *hinc voti tum* Wolf.

121. *Hoc nobilis*] *hinc nobilis* Junian. *ſed nobilis* Wolf.

123. *Contagia*] Manuſ. meus *commercia*, ſed in lineali annotatione, id eſt *contagia*, quod huc usque omnes ſunt amplexi. Delr. Sic *commercia coeli* dixit Ovid. III. Art. 549. nihil tamen muto, & eſt imitatio Lucani VI. 741. *Quae te contagia paſſum Noluerit revocare Ceres. pateris* erat in Junian. Burm.

124. *Omnibus acceptis*] *exceptis* Aldus. malc. ſenſus eſt, reliquos extrinſecus accepit aula, ſed te ſolum ex ſinu ſuo dedit & protulit. nihil hic vidit Barthius, nec ejus ſcrinia compilans editor in uſum Delphini. illi *omnibus* ab *omnia* deduxerunt, & ornamenta intelligunt, cum *omnes* debeant capi. ſic *ſacra non accipienda* Ovid. IV. Met. 2. ſunt externa, quae cenſet Alcithoe non admittenda, patriorum Deorum cultu contenta. & ita *recipere* noſter Bell. Gild. 130. *Et ſi quos Roma recepit Vel dedit ipſa Deos.* id eſt peregrinos. & patrios vel indigenas. imitatur vero Valer. Maximum, qui Lib. I. Praefat. *Deos reliquos accepimus, Caeſares dedimus.* Burm.

Te regia] *ſe* Wolf.

126. *Temerata*] *violata* Jun. Oxon. marg. Iſing. & Lovan. a m. s. parum refert, & ſolent illa verba commutari. vid. ad Ovid. II. ex Pont. II. 27. Idem. Epiſt. XVIII. 1.

Nunc oculos tua cum violari epiſtola noſtros.

Noſter bell. Getic. 101.

——— *ſedemque Quirini*
Barbaries oculis ſaltem temerare profanis
Poſſit.

pro *profano* habet *ſiniſtro* Junian. vid. I. in Rufin. 29.

127. *Hiſpania*] Theodoſius natione Hiſpanus. Cedrenus. Θεοδόσιος τῷ γένει μὲν Ἰβὴρ τὴν ἀνδρομὴν ἔτι καὶ μᾶλλον ἄμεμπτος ἀπὸ ποδὸς ἕως κεφαλῆς ὑπάρχος τῷ προσώπῳ ξανθὴν ἔχων τὴν τρίχα τὴν γένυν λεπτὴν καὶ ἐπίγρυπον. tradunt eum Trajano fuiſſe perſimilem, a quo & originem duxit. ille enim etiam fuit Hiſpanus. Hunc vero locum inſignem deſumſit Claudianus ex L. Pacato: *Cedat his terris terra Cretenſis, parvi Jovis gloriata cunabulis, Delosque geminis reptata numinibus, Thebae alumno Herculi nobiles.* Claver.

128. *Eduxit*] *produxit* Oxon. pro varia lectione. vid. Praefat. III. Conſ. Honor. I. *equis* Wolf.

129. *De limine ſurgit origo*] Malo *limite*, quod Petavianus unus confirmat. ſic *Orientalis limes*, *Africanus*, *Rhoeticus*, *Illyricianus*, *Scythicus*, *Thracicus*, & ſimilia apud poſterioris aevi hiſtoricos. *Gallum limitem* noſter infra vs. 459. dixit Lucan. I. 216.

——— *Gallica certus*
Limes ab Auſoniis diſterminat arva colonis.

Certatur: geminus te civem vindicat axis.
Herculis & Bromii ſuſtentat gloria Thebas:
Haeſit Apollineo Delos Latonia partu:
Cretaque ſe jactat tenero reptata Tonanti:
Sed melior Delo, Dictaeis clarior oris,
Quae dedit hoc Numen regio. non litora noſtro
Sufficerent anguſta Deo: nec inhoſpita Cynthi
Saxa tuos artus duro laeſere cubili.
Acclinis genetrix auro, circumflua gemmis,
In Tyrios enixa toros. ululata verendis
Aula puerperiis. quae tunc documenta futuri?
Quae voces avium, quanti per inane volatus?
Quis vatum diſcurſus erat? tibi corniger Hammon;
Et dudum taciti rupere ſilentia Delphi.
Te Perſae cecinere Magi; te ſenſit Etruſcus
Augur, & inſpectis Babylonius horruit aſtris.
Chaldaei ſtupuere ſenes, Cumanaque rurſus
Intonuit rupes rabidae delubra Sibyllae.

Nec

prior Moreti *littore*, quam lectionem confirmant quae ſupra vs. 20. diximus. HEINS. *ſurgit de ſemine origo* Exc. Voſſ. *Olympo* Junian. vid. ad II. in Laud. Stilich. 186. ſed hic non tam agitur de limite imperii (opponi enim deberent duo diverſi limites, ſed Boſporus Orientis limen non erat) quam de ortu Solis & occaſu. a limine Heſperio eſt ubi Sol occidit; & quia Soli dantur domus, atria, januae &c. ita *limina* duo ortus & occaſus. vid. ad Ovid. II. Amor. VI. princ. & ad III. Conſ. Honor. 164. II. Stilich. 301. & alibi. Hae voces vero perpetuo permutatae, & utraque exemplis inluſtrari aequo jure poſſunt. BURM.

131. *Te civem*] *civem te* Leid. & editi olim. *civem ſic* Aldus, unde Heinſius conjiciebat *civem ſibi*. *Cenatur geminus* Wolf.

132. *Suſtentat*] *ſuſtentant* Junian.

133. *Apollineo*] *Apollinee* Leid.

134. *Reptata*] *raptata* Voſſ. a m. prim.

135. *Dictaeis*] *Cretaeis* Leid. *clarior annis* Flor. unde olim Heinſius *antris*. Jovem in antro nutritum conſtat. vid. Meurſii Cretam Lib. II. cap. 3. Virgil. IV. Georg. 152. *Dictaeo coeli regem pavere ſub antro*. vide mox vs. 197. BURM.

137. *Anguſta*] *Auguſta* Oxon. Leid.

138. *Artus*] *altus* Wolf.

Laeſere cubili] *Laeſura* ſec. Vatic. & Palat. pro *Acclinis auro*, quod in melioribus ſcriptis eſt, non *Acclivis*, Barthius *Acclini* malit. HEINS. *Acclivi* Pulman. *Acclivis* alii. vid. ad Valer. Flacc. I. 147. & II. 92. & infr. ad Idyll. I. 90. & hic Barthium. BURM.

139. *Circumflua gemmis*] Mirabar hanc phraſin, priusquam vidiſſem numisma Cujacii, ubi Fl. Eudoxia Arcadii uxor tribus baccarum lineis a ſumma fronte in papillas pene defluis expreſſa erat; ſed & elenchi magni ſeu grandes uniones, vel *μαργαρίται μεγάλοι* auribus penduli & veſtis gemmata. ſcias vero hic Flaccillam deſignari, quae Honorium, jam Auguſta, peperit, unde inſignior natalis ejus, quam Arcadii, quare dixit, *Omnibus acceptis*, id eſt a Patre & matre juxta nobilitatus es, nihilque tibi defuit ad ſummam gloriam, & perfectum originis decus. CLAVER. vide Barthii notas.

140. *In Tyrios enixa toros*] Vetus liber & Vicetin. & Pariſienſes *in Tyriis enixa toris*. DELR. *in Tyriis toris* Vicet. Parm. Junt. Col.

Ululata] Haec de fauſta adclamatione. Lucan. VI. 261. *Laetis ululare triumphis*. CLAVER. Verbum hoc & in gaudio & in dolore uſurpari docet Barth. ad Stat. I. Theb. 328. & Bernartius notat Lib. IX. 178. *victorque ululatus inerrat auribus*, de gaudio poni. BURM.

142. *Quanti*] *quantus* Junian.

144. *Et dudum*] *Et dubium* Vicetin.

146. *Babylonius horruit*] *ſtupuit Babylonius* Ald. ſed ſequitur.

148. *Rabidae*] *rapidae* Voſſ. Junian. Oxon. Leid. Lovan. male, *rabidae* eſt furore & rabie inſtinctae

&

Digitized by Google

Nec te progenitum Cybeleïus aere ſonoro
Luſtravit Corybas. exercitus undique fulgens
Adſtitit: ambitur ſignis auguſtior infans.
Sentit adorantes galeas, redditque ferocem
Vagitum lituis. vitam tibi contulit idem
Imperiumque dies. inter cunabula Conſul
Proveheris. ſignas, poſito modo nomine, faſtos;
Donaturque tibi, qui te produxerat, annus.
Ipſa Quirinali parvum te cinxit amictu
Mater, & ad primas docuit reptare curules.
Uberibus ſanctis, inmortalique Dearum
Creſcis adoratus gremio. tibi ſaepe Diana
Maenalios arcus venatricesque pharetras
Suſpendit, puerile decus. tu ſaepe Minervae
Luſiſti clipeo, fulvamque impune pererrans
Aegida, tractaſti blandos interritus angues.
Saepe tuas etiam, jam tum gaudente marito,
Velavit Regina comas, feſtinaque voti
Praeſumtum diadema dedit. tum lenibus ulnis

Su-

& accenſae. vid. Barth. ſic *rabidae matres* Valer. Flacc. II. 133. *rabie ora calent* idem III. 216. vide & ad I. in Rufin. 44. BURM.

149. *Aere ſonoro*] *ore* Junian. Oxon. Leid.

151. *Ambitus ignis*] Non *ambitur* Oxon. ut cum ſequentibus haec cohaereant. *ſentit* etiam pro *ſenſit* bene Lucenſ. & prior Leid. HEINS. *anguſtior* Lovan.

152. *Adorantes*] *odorantes* Wolf.

155. *Proveheris*] *Perveheris* Ed. Vicet. Parm. *Eveheris* Barth. in notis.

Signans poſito modo nomine faſtos] *ſignas* Lucenſ. & duo Vatic. idem Lucenſis *faſtus*. Conſ. Manlii initio, *nec faſtibus ullis Erigitur*. ita ſcripti, ut & Epiſt. ad Probinum v. 15.

Inciplensque tuis a faſtibus omina cepi.

Lib. I. in Eutrop. 478. *Inter Arinthei faſtus*. quomodo ſcripti vetuſtiores. & mox, *contegia faſtibus ara Defendas ignava tuis*, nam & ita codex Tholoſanus exhibebat. ſic & Lucanus. Horatius Lib. III. Od. XVII. *Per memores genus omne faſtus*. & Lib. IV. Od. XIV. *Per titulos memoresque faſtus*. quomodo utrumque locum Petavianus codex exhibet. atque ita ſuo quoque tempore in nonnullis membranis exaratum fuiſſe teſtatur Priſcianus. Ovid. initio Faſt.

Quaeque ferunt illi pictos ſignantia faſtus.

ex auctoritate veterrimi libri Vaticani. Silius Lib. II. 10.

Auſonios atavo ducebat conſule faſtus.

non *faſces* duo ſcripti. Plura ad Naſonem Faſt. Lib. I. 11. videatur & Voſſius de Analogia Lib. II. cap. 20. HEINS. *poſitos* Junian. *poſito nomine* hic pro inpoſito, dato nomine, capiendum. Ovid. II. Faſt. 499.

Sive ſuum Regi nomen poſuere Quirites.

& ita ille ſaepius. vid. ad Lib. V. Faſt. 73. & recte refutat doctiſſimus Daviſius Urſinum, qui apud Ciceron. III. Tuſcul. 5. *qui haec rebus nomina poſuerunt, impoſuerunt* praetulit. & ita idem Cicero alibi. BURM.

156. *Produxerat*] *produxit* Junian. in Hiſtoriam hic peccare optime notavit Barthius.

159. *Immortalique Deorum*] *Dearum* Lucenſ. & ſeptem alii. bene. HEINS.

160. *Adoratus*] *odoratus* Lucens. Heinſius olim *adornatus* legebat, quia ſequuntur arcus, pharetrae &c.

162. *Suſpendit puerile decus*] Auſonius ſimiliter, *Corrupit totum qui puerile decus*. fruſtra *ſecus* a viro maximo reſcribitur. mox *jam nunc* pro *jam tum* Lucenſ. & prior Leid. HEINS.

163. *Luſiſti*] *juſſiſti* Wolf.

164. *Blandos*] *blandosque* Junian.

166. *Velavit*] hic verſus deerat Junian.

167. *Praeſumtum*] Solinus: *ut jam invenirl non poſſit*

Suſtulit, & magno porrexit ad oſcula patri.
Nec dilatus honos. mutatus Principe Caeſar
Protinus aequaris fratri: nec certius umquam
Hortati Superi: nullis praeſentior aether
Adfuit ominibus. tenebris involverat atra
Lumen hiems, denſosque Notus collegerat imbres;
Sed mox, quum ſolita miles te voce levaſſet,
Nubila diſſolvit Phoebus; pariterque dabantur
Sceptra tibi, mundoque dies. caligine liber
Boſporus adverſam patitur Chalcedona cerni.
Nec tantum vicina nitent: ſed tota repulſis
Nubibus exſtitur Thrace. Pangaea renident,
Inſuetosque palus radios Maeotia vibrat.

poſſit, quod veterum auctorum praeſumpſerit diligentia. Item Jornandes: *ſed non diu tenens regnum praeſumtum.* Idem. *plus praeſumtione quam electione Caeſar effectus. praeſumtum* dixere, quemadmodum Jureconſulti *praeceptum.* & Sidon. in Paneg. Majoriani, *praefunctus*, niſi ſit ibi *perfunctus* legendum. DELR. Elegans & propria dictio de eo, qui haud dubie Imperii ſucceſſor futurus ſit, aut qui ſuus haeres, ut ita dicam. *Pravae aliorum ſpes cohibentur*, (ait Tacitus III. Ann. 56) *ſi ſucceſſor non in incerto.* ac (1. Hiſtor. 56,) *minori diſcrimine princeps ſumitur, quam quaeritur.* CLAVER.

Laevibus ulnis] *lenibus* plurimi veteres, nihilo deterius. HEINS. in Voſſ. erat gloſſa, id eſt *planis*, quibus *leves* explicabat. *cum levibus* etiam habebat ut & Junian. & Oxon.

168. *Et magno*] *& puerum* Jun. & *parvum* Oxon. pro var. lect.

169. *Mutatus Principe Caeſar*] Honorius ante nobilis puer, aut Princeps juventutis, poſtmodo factus eſt nobiliſſimus Caeſar, deinde Auguſtus. qua in re aequatus eſt fratri Arcadio. Patre jam jam ituro contra Eugenium, ac gemellis conſortibus in Oriente relictis, ſi quid ei humanitus contigiſſet. CLAVER. *mutatur* Oxon. Lovan. & duo Leid. & Pulm. cum edit. Ald. *mutato* Jun. Barthius explicat antea Caeſar, ſis Princeps, id eſt Auguſtus. nec recte idem Barth. ad Epith. Honor. 187. percepiſſe uſum verbi *mutare* videtur. Idem notat Delrium hic deleviſſe verſum, quod repefire nequii. vid. ad Ovid. VII. Met. 60. infr. Praef. Epith. 7. *mutantur* & mox *portantur* Wolf. BURM.

170. *Protinus aequaris fratri*] *aequari* primus Mediceus & Palatinus. concinne. niſi quod vocabulum proxime ſubſequens in eamdem literam deſinit. amat has locutiones noſter. Similes naevos in Statio non ſemel deprehendi. ut Theb. III. 564. *nos debile vulgus Scrutamur ſuperos.* veteres libri *ſcrutati* pro *ſcrutari.* mox *Hortari*, non *Hortati* ſcripti novem. HEINS.

Nec certius] *non* Oxon. & Leid.

171. *Nullis*] *nullus* Jun. & Oxon. ego malim. *mihi adfuit aether praeſentior*, ſcilicet tam fauſtis ominibus. ſic *adeſſe* Dii dicuntur hominibus paſſim ſive ad juvandum. ſive ad puniendum. vid. ad Valer. Flacc. IV. 34. BURM.

172. *Atris*] leg. *aſtri*, quia ſic habetur in MSS. & per *παρονομασίαν* ſolem vocat *aſtrum.* DELR. *atra* Lucenſ. Gyrald. & plerique alii. vulgo *atris*: alii *aſtri*, *aſtra*, *auſtri*, *aſtris*. *hiemem* pro tempeſtate dixit. HEINS. *aſtra* Wolf. a m. prim.

174. *Levaſſet*] Quae ad ſolemnitatis hujus explicationem pertinent, pete ex P. Pithoei Ic. Adverſar. Subſec. Lib. II. cap. VI. DELR.

178. *Nec tantum*] *Non* Junian.

180. *Palus radios Maeotica vibrat*] Lucenſis & Mediceus unus *Maeotia*. Lib. II. in Eutrop. 334. *Non freta longinquis Maeotia piſcibus explent.* ſic legendum. ſcripti plerique *Maeotida* utroque loco. quod *ὁλοπαίζει*, ac proinde ferri non poteſt. *Maeotide ripa* noſter recte dixit Bell. Gildon. 243. & *ara Maeotide* Juvenalis. & *hieme Maeotide* Ovidius III. Triſt. XII. 2. *Maeotides paludes* Oroſius Lib. I. cap. II. & *Maeotidas undas* Lucan. III. 277.

Quaque fretum torrens Maeotidas egerit undas,

ſic bene vetuſti codices. Caeterum pro *Maeoticus* in optimis non hujus tantum ſcriptoris, ſed aliorum etiam poëtarum exemplaribus *Maeotius* plerumque legitur, & quidem probe. Ita apud Virgilium in optimo libro Mediceo III. Georg. 349. *Maeotia unda*. & VI. Aeneid. 800. *Maeotia* quoque *terra* apud noſtrum VI. Conſ. Hon. 338. & *Maeotia* Conſ. Olybrii V. 36. abſolute, ut ſcribendum puto. Lucanus Lib. II. 641. *palus Maeotia*, ubi *Maeotida* perperam nonnulli ſcripſi. atque ita exaratum etiam id nomen in optimo Curtii Medicei codice animadverti, Libe VI.

Digitized by Google

Nec Boreas nimbos, aut Sol ardentior egit:
Imperii lux illa fuit. praeſagus obibat
Cuncta nitor: riſitque tuo Natura ſereno.
Viſa etiam medio, populis mirantibus, audax
Stella die, dubitanda nihil, nec crine retuſo
Languida, ſed quantus numeratur nocte Bootes.
Emicuitque plagis alieni temporis hoſpes
Ignis, & adgnoſci potuit, quum Luna lateret.
Sive parens Auguſta fuit, ſeu forte reluxit
Divi ſidus avi, ſeu te properantibus aſtris
Cernere Sol patiens coelum commune remiſit.
Adparet, quid ſigna ferant, ventura poteſtas
Claruit Aſcanio, ſubita quum luce comarum
Innocuus flagraret apex, Phrygioque volutus
Vertice fatalis redimiret tempora candor.
At tua coeleſtes inluſtrant omina flammae.
Talis ab Idaeis primaevus Jupiter antris
Poſſeſſi ſtetit arce poli, famulosque recepit,
Natura tradente, Deos. lanugine nondum
Vernabant vultus, nec adhuc per colla fluebant

Mo-

VI. cap. 4. *Maeotiam paludem in id cadere putent.* HEINS.

181. *Nec Boreas nimbos aut*] *Non* utroque loco Junian. non male. HEINS.

Aut Sol] meus libet MS. *nec Sol.* DELR. ita & Leid.

182. *Imperii lux*] *Natalis imperii* Spartiano. *Imperii ver* Sidonio. CLAVER. hîc verſus poſtponitur ſequenti in Ed. Pulm. *vix* Wolf. a m. prim.

183. *Cuncta*] *certa* Wolf. ſic inf. v. 248.

Tuo natura Sereno] *tuae naturae Serenae* Junian. male. *tuo ſereno* eſt, quod tu faciebas. de *ſereno* vid. ad Val. Flacc. I. 332. & infr. vs. 425.

184. *Populis mirantibus*] *cunctis mirantibus* Oxon.

185. *Crine retuſo*] MS. *recuſo*. Vicetin. *refuſo*. vet. Germ. & Colin. *retuſo*. Lugd. & Baſil. *retruſo*. fortaſſis *refuſo*, id eſt redundante. ſi quis *recuſſo* malit, cum eo non pugnabo. DELR. *retuſo* veram eſſe lectionem monuimus Conſ. Olybr. vs. 23. non audiendi igitur ſcripti libri & Delrius, qui ſollicitant. HEINS. *reſciſſo* Exc. Voſſ.

186. *Nocte*] *luce* Junian.

187. *Emicuitque*] *Enituitque* Exc. Voſſ. ſollemnis haec confuſio. vid. I. de laud. Stilic. 315. Val. Flacc. I. 655. *Emicuit reſerata dies.* BURM.

Alieni] lege Hadr. Junii viri doctiſſimi Adverſ. DELR.

188. *Lateret*] *luceret* marg. Iſing. contra metrum.

190. *Divi ſidus avi ſeu te prop. as.*] Haec Lucenſ. & Gyrald. libro debentur, vulgo, *Divus avus: ſeu te claris properantibus aſtris.* pro *claris* Helmaeſtadienſis *vata.* Pricaeanus *clarus.* Oxon. *natum*, vel *jamjam.* quatuor *caelo.* Patavin. *nitidis* alius *puero.* Rottendorph. *cunctis*, quae varietas locum corruptum ſatis indicabat. in Oiſeliano τὸ *claris* omiſſum. HEINS. *Divus avus, charis dominam properantibus aſtris* Cod. Barth. *auſtris* Exc. Voſſ. *commune coelum* vocat ſtellis & ſoli, ſed per vices lucentibus, commune. quod nunc ſol die pleno remiſit ſtellis, & jus ſuum quaſi illis ceſſit. *reluxit* Wolf. a m. prim. repetitum ex vs. 189. BURM.

192. *Adparet*] *Apparent* Junian. *quod ſigna ferunt* Barth. ed. prim.

193. *Claruit*] Vid. I. de Rapt. 231.

194. *Flagraret apex*] Sic Auguſto Romam adventante ſolis orbis ſuper caput ejus curvatus rotundatusque in colorem arcus conſpectus eſt, in Paneg. Maximiani: *Lux divinum verticem claro orbe complectens.* Sidon. *Sic loquitur natura deos, cunctantis Juli Lambebant teneras incendia blanda capillos.* CLAVER.

Phrygioque volutus Vertice] *fluidoque* prim. Vatic. & Farneſianus. ſed nihil mutandum. HEINS.

196. *Omina*] *Omnia* Voſſ. & edd. Vicet. Ald. Iſing. & Gryph. ſed *omina* jam Junta, Pulmannus & Colinaeus.

200. *Vernabant*] Martiali debetur haec locutio Lib. II. Epigr. 61.

Cum tibi vernarent dubia lanugine malae.

Digitized by Google

Moturae convexa comae. tum ſcindere nubes:
Diſcebat, fulmenque rudi torquere lacerto.
Laetior augurio genitor, natisque ſuperbus
Jam paribus, duplici fultus conſorte redibat,
Splendebatque pio conplexus pignora curru,
Haud aliter ſummo gemini cum patre Lacones,
Progenies Ledaea, ſedent: in utroque relucent
Frater, utroque ſoror. ſimili chlamys effluit auro.
Stellati pariter crines. juvat ipſe Tonantem
Error, & ambiguae placet ignorantia matri.
Eurotas proprios diſcernere neſcit alumnos,
Ut domus excepit reduces, ibi talia tecum
Pro rerum ſtabili fertur ditione locutus.
Si tibi Parthorum ſolium Fortuna dediſſet,

215. Ca-

ubi neſcio cur *dubiam lanuginem* dicat, quae certum adoleſcentis pueri ſignum eſt. forte ſcripſerit *dubiae malae*, id eſt, quae cum leves & glabrae antea eſſent, incertos ſaepe ſpectatores faciebant de ſexu, an puer, an puella eſſes, ut ita centies Poëtae & alii de pueris delicatis & glabris loqui ſolent. BURM.

201. *Moturae convexa Comae*] Reſpexit ad morem poëtarum, qui, dum Jupiter comas movet, coelum ajunt converti & tremere. teſtis Homerus Iliad. A. DELR. *Jubae* Putean. & Patav. quomodo Martial. Lib. I. Epigr. 88. de Encolpo puero,

Dumque decent fuſae lactea colla jubae.

plura nos ad Virgilium. forte

Moturae convexa comae, cum ſcindere nubes.

Tum ſcindere] *tunc* Oxon.

202. *Diſcebat.* HEINS. *jubas* pro *comis* reponi juſſit etiam Heinſius I. in Ruſin. 381. ſed hic potius agnoſco manum librarii ita variare ſolitam, quam ut Jove dignae ſint jubae. *cum ſcindere* eſt in Junian. *tunc* in Leid. BURM.

203. *Laetior augurio*] *Auguriis* unus Medic. puto *auguriis*. ſic ſaepe noſter. infra 394. *laetusque laborum Diſcedam vobis utrumque regentibus axem.* vide hoc loco Barthium. HEINS.

207. *Sedent: in utroque relucent*] *ſedentem utroque* editio Pulman. unde Barthius pr. ed. *ſedentum*. ſed *ſedent*, *in* expuncto, Lib. XV. Adverſ. 14. legit. verum ſolent ſaepe praepoſitionem non geminare & omittere in ſecundo membro. ſic apud Quinctil. VIII. 3. in verbis Ciceronis, *quo ex judicio, velut incendio, nudus effugit.* alii addunt *ex incendio.* vid. ad Suet. Calig. 46. Cicer. Paradox. I. 4. *ut nihil inter ſe atque quadrupedem aliquam putes intereſſe.* ubi codex Voſſii, *atque inter quadrupedem.* Ovid. Remed. Amor. 608.

Laeſe vir a domina, laeſa puella viro.

Gratius Cyneg. 315.

Ad coelum virtus ſummasque tetendit honores.

ut recte Vlitius: & ita in priori membro omitti, addi vero ſecundo, ſaepe in Ovidio vidimus. vid. ad Epiſt. XVI. 141. I Art. 333. & alibi. vid. & Bentlej. ad Horat. III. Od. XXV. 2. BURM.

208. *Similis chlamys effluit auro*] *ſimili* legendum jam monuit Cl. Gronovius Obſervat. lib. II. cap. 7. & curis ſecundis Barthius, qui alteram conjecturam addit, *ſimili aura*, Lucens. & ſex alii ex noſtris confirmant *τὸ ſimili auro*, pro *relucet* ſeptem *relucent*, probe. HEINS. Gevart. I. Lect. Papin. 27. explicat de fulgore aureo, qui emicabat e chlamide. ſed Gronovius *effluere*, pro undare, & de laxa veſte explicat. vid. ad Val. Flacc. I. 429. & VI. 27. & quae nuper ad Lucan. III. 421. notavit Oudendorpius. *affluit* Exc. Voſſ. etiam non male, ut Phaedrus Lib. V. fab. I. BURM.

210. *Error*] vide ad Val. Flacc. I. 368. & Lucan. III. 605. BURM.

211. *Neſcit*] *cernit* Codices Voſſ. Leid. Oxon. Lovan. & Pulman. *populos cernit* Wolff. a m. pr.

212. *Excepit*] *accepit* Lovan. Junian. *talia ſecum* Marg. Iſingr.

213. *Ditione*] *ſtatione* Exc. Voſſ. eadem variatio lib. II. in Rufin. 106. & *ſtatio* de ipſo imperio vel ejus gubernatione poſſet capi, ut apud Ovid. II. Triſt. 219.

Scilicet imperii, princeps, ſtatione relicta. BURM.

214. *Fortuna*] in uno MS. *natura*. ſed in eodem correctum *fortuna*. quemadmodum in ceteris. DELR. Quinque libri *natura* cum ſchedis Gudianis, & ſic ex ſuis Andr. Schottus in Obſervationibus Lib. II. 53. noſter infra v. 39. *noſtro nec debes regna favori, Quae*

sibi

Care puer, terrisque procul venerandus Eois
Barbarus Arsacio consurgeret ore tiaras;
Sufficeret sublime genus, luxuque fluentem
Deside nobilitas posset te sola tueri.
Altera Romanae longe rectoribus aulae
Conditio. virtute decet, non sanguine niti.
Major & utilior fato conjuncta potenti,
Vile latens virtus. quid enim submersa tenebris
Proderit obscuro? veluti sine remige puppis;
Vel lyra, quae reticet; vel, qui non tenditur, arcus.
Hanc tamen haud quisquam, qui non agnoverit ante
Semet, & incertos animi pacaverit aestus,

In-

tibi jam natura dedit. Inprobat tamen Barthius. *tibisset* etiam liber Isingrini. diximus supra vs. 117. nihil tamen temere mutem. mox *Assyrio ore*, non *Arsacio*, duo scripti. HEINS. *Fortuna* retinendum. fortunae enim donum est genus & nascendi sors. vide supr. vs. 46. & hinc *fors* in hac re. vid. ad Ovid. XIII. Met. 907. & alibi. mox *fato* adscribit vs. 221. centies librarii *fortunam* & *naturam* commutarunt. vid. ad Quintil. Decl. IX. 16. & alibi. BURM.

216. *Tiaras*] Per usurpationem dixit pro *tiara*: sicuti & Virgil. *sceptrumque socerque tiaras.* & Seneca: *hoc Phrygius loco fixus tiaras Pelopis.* & Sidonius: *Lunatum tibi flecteret tiaram.* DELR. *cum surgeret* Wolf.

218. *Posset*] *possit.* OXON.

220. *Conditio*] *Condito est.* OXON.

221. *Major & utilior fato*] Non *ulterior facto*, libri fere omnes, & recte. Fatum cum fortuna frequenter poëtae confundunt. ut apud Lucan. x. 385. *Ad scelus ingentis fati fumus*, quae vera ibi lectio. Caeterum Lucensis huic versui praefigit tres sequentes, quorum initium, *Hanc tamen haud quisquam* non incommode. mox distinguendum cum libris, *Proderit obscuro?* id est homini ignoto. Claverius *obscurum remigem* facete interpretatur, sole adustum; decepit illum locus interpolatus. verum vidit Barthius. *tenebris obscuris* schedae Gudii. HEINS. *ulterior facto* Wolff. forte scripserit *Major & uberior fato conjuncta potenti.* vid. ad Ovid. II. Amor. 9. 10. ut ita *rẽ vile* sit melior oppositio. *potens fatum* idem est quod magnum, de quo egimus ad Ovid. I Epist. 28. sic noster VI Cons. Hon. 68. *magnis docuit praeludere fatis.* Scaligerum conjecisse, *conjuncta potentia fato*, notaverat Heinsius. *facto conjuncta potenti* Oxon. *utilior facto conjuncta potenti* Vicet. Parm. Ald. Isingr. BURM.

Facto conjuncta] Hoc dicere voluit: excellentior est, & plus habet emolumenti Principum virtus, quam plebejorum, quia cum omnium oculis illi sint expositi, illa quoque tum facilius elucescit: hancque sententiam confirmant membranae, in quibus continetur *fato.* ex iisdem paulo post restitui *incestos* pro *incertos.* DELR.

223. *Obscuro*] Elegans epitheton, & remigi adprime conveniens: solis enim igneo candori expositi ducunt quasi fuliginem; denique sub dio infuscantur. sic Juvenalis, *Et Mauro obscurior Indus.* at B. Pius, magnus litterator, nescio unde, legit, *edocto*, non ab ratione; nam sic Bell. Getic. de eadem re: *docti jussis parere magistri.* CLAVER. *proderit obscuris* Leid. a man. sec. Claverius erravit propter pravam distinctionem; nam in Vicetin. Ald. Isingr. & aliis est, *Proderit? obscuro velut.* sed Barthius docuit veram distinctionem. BURM.

225. *Haud*] *aut* Wolf.

226. *Incertos animi placaverit aestus*] *Pacaverit* recte Barthius, quod tamen retractavit perperam curis secundis. confirmant Puteanus & Patavinus. infra v. 255.

Hos igitur potuit si quis sedare tumultus.

Cicer. Tusc. Quaest. Lib. v. *Ut maris igitur tranquillitas intelligitur, nulla ne quidem minima aura fluctus commovente, sic animi quietus & pacatus status cernitur, cum perturbatio nulla est, qua moveri queat.* ubi perperam *placatus* etiam vulgo legitur. *incestos* etiam Isingrinus & nonnulli ex nostris, quod Delrio placet, non mihi. Lucan. VIII. 166. *incertos pectoris aestus* dixit & Valer. Flacc. v. 303.

Praecipue Aesoniden varios incerta per aestus
Mens rapit unanimem curis. HEINS. *incestos* etiam Voss. a m. pr. marg. Isingr. male. *pacare* vero rectum a pacato aequore ducta metaphora. perpetua vero illa confusio inter *pacata* & *placata* aequora. vid. ad Ovid. x. Ep. 65. & ad II. Rapt. 197. variatio in *incertum* & *incestum* videtur etiam in Epith. Pallad. 77. ita & apud Tacitum VI. Annal. 5. pro,

Cae-

Digitized by Google

Inveniet. longis illuc ambagibus itur.
Disce orbi, quod quisque sibi, quum conderet artus
Nostros, aetheriis miscens terrena Prometheus,
Sinceram patrio mentem furatus Olympo
Continuit claustris, indignantemque revinxit.
Et quum non aliter possent mortalia fingi,
Adjunxit geminas. illae cum corpore lapsae
Intereunt: haec sola manet, bustoque superstes
Evolat. hanc alta capitis fundavit in arce
Mandatricem operum, prospecturamque labori.
Illas inferius collo, praeceptaque summae
Passuras dominae, digna statione locavit.
Quippe opifex veritus confundere sacra profanis,
Distribuit partes animae, sedesque removit.
Iram sanguinei regio sub pectore cordis
Protegit inbutam flammis, avidamque nocendi,
Praecipitemque sui. rabie succensa tumescit.
Contrahitur tepefacta metu. quumque omnia secum

.245. Du-

Caesarum quasi incestae virilitatis, incertae reposuit Lipsius. apud Livium Lib. I. 4. malim etiam legere, *Martem incestae stirpis patrem nuncupat*, pro *incertae*. Vestalis enim erat, quae incestum commiserat. apud Ovidium etiam Lib. IX. Metam. 629. *incestae tanta est discordia mentis*, quatuor codices pro vulgato *incertae*, quae satis per *discordiam* intelligitur, sed Byblidis *mens incesta*, quia fratris coitum petebat. BURM.

228. *Orbis*] Verus homo est totus teres, atque rotundus, quae forma omnium pulcherrima & aptissima. Ausonius, *Irrequies, mundi instar habens.* Ovidius, *mundi melioris origo.* Manilius, *quod mirum noscere mundum si possint homines, quibus est & mundus in ipsis?* is Microcosmus, neque tamen, mea sententia, idem est omnis creatura, ut quidam volunt. CLAVER. *Orbi* primus legendum vidit Antonius Quaerengus, teste Vincentio Contareno in Variis Lectionibus cap. XXX. ut Gronovius noster Observ. Lib II. c. XXI. jam monuit. nec aliter prior Leid. & quinque alii. vulgo *orbis*, unde mirae conjecturae prognatae. Quae privatus sibimet ipsi, & in suos usus, ea universo orbi discit Imperator. Faciunt huc ista Hadriani apud Spartianum in Aelio Vero cap. IV. *Facile ista dicis tu, qui patrimonii tui non reipublicae quaeris haeredem.* Barthius amplectitur Franciscí Zizaci conjecturam, corrigentis, *Discordes quod quisque sibi.* nolim factum. in Helmaestadiensi, *Disce orbes quod quinque sibi.* HEINS. *quodcumque sibi* Lovan. a m. I. *dum conderet* Junian. vid. & Barth. Adversar. XV. 14.

230. *Sinceram patrio*] Non *patri* cum Isingrino Raphelengius. recte, neque aliter Pricaeanus ex nostris a manu secunda; sic *patriique exspirat Averni Halitus* apud Val. Flacc. IV. 494. HEINS. *patrio* Wolfi.

231. *Claustris*] *ἐν κοίλῃ κάρῃ.* Hesiod. DELR.

232. *Fingi*] *flecti* marg. Isingr.

233. *Geminas*] per *mentem* accipe animum, rationis participem. per *gemina* eum qui sentit & eum qui vegetat. DELR. Virgilius tres animas Herilo tribuit, ut indicaret hominis illius perfectionem, ubi Servius per transitum ostendit Platonis & Aristotelis contentionem, qui dubitant, utrum quatuor an tres animae sint in homine. At Cicero Tuscul. Lib. I. Animam triplicem esse ait, cujus principatus, id est Ratio, in capite sicut in arce, ira in pectore, cupiditas subter praecordia. CLAVER.

236. *Prospecturamque labori*] *prospectricemque laborum* Moreti prior. Junian. quart. Vatican. & Petav. unus. placet. quintus Vatican. *spectatricemque laborum.* HEINS. *prospecturamque laborum* Lovan.

242. *Protegit inbutam flammis*] *inbustam* prior Leid. puto *ambustam.* paulo ante *committere* pro *confundere* Mediceus unus & Palat. dictum alibi. HEINS. Credo in animo habuisse Heinsium notas ad Epigr. IV. 9. ubi eadem discrepantia. *confundere sancta* Leid. & Oxon.

243. *Rabie*] *rabies* Junian.

244. *Contrahitur tepefacta metu*] Primae editiones cum Isingrini libro & septem ex nostris, *stupefacta.*

Duceret, & requiem membris vesana negaret;
Invenit pulmonis opem, madidumque furenti
Praebuit, ut tumidae ruerent in mollia fibrae.
At sibi cuncta petens, nil collatura Cupido,
In jecur & tractus imos conpulsa recessit.
Quae, velut inmanes referat dum bellua rictus,
Expleri pascique nequit: nunc verbere curas
Torquet avaritiae, stimulis nunc flagrat amorum:
Nunc gaudet, nunc moesta dolet: satiataque rursus
Exoritur, caesaque redit pollentius Hydra.
Hos igitur potuit si quis sedare tumultus,
Inconcussa dabit purae sacraria menti:
Tu licet extremos late dominere per Indos,
Te Medus, te mollis Arabs, te Seres adorent:

Si

facta. unus Mediceus *tumefacta*. Reg. & Oxon. *tabefacta* pro *labefacta*. Pricae. *tremefacta*. mox *furenti*, non *fluenti*, bene scripti omnes. *Verteret* etiam pro *Duceret* prior Moreti, non male. recte autem *Contrahitur*. sic apud Marcianum Capellam lib. VI. *Nam cum aestate torremur, illic frigore contrahuntur*. & mox, *quarum una vicinantis plaustri algore crustatur, altera transaustrini halitus defertione contrahitur*. & deinde, *Latitudo autem terrae a Meridiano situ in Septemtrionis caput plurimum minor est; nam utrinque intemperati aevis nimietate contrahitur*. HEINS. de *contrahere* vid. ad Phaedr. IV. 23. *stupefacta* Parm. *Stupefacta manu* vel *metu* Lovan. certe metu magis *stupefieri* quam *tepefieri* credo, & illud etiam magis *rē contrahitur* convenit. Illa verba commutant etiam codices apud Propert. II. X. 7. & *tepere* & *stupere* apud Nemes. I. Ecl. 13. & alibi. Sic *obstupuisse metu* se scribit Paris apud Ovid. Epist. XVI. 67. idem I Fast. 97.

Obstupui, sensique metu riguisse capillos.

& quod idem fere est, *attonitus metu* II. Fast. 541. & Lucan. VII. 134. Excerpt. Voss. *tumfacta*. *tepefacta* tamen de modico frigore posset exponi; nam *tepor* saepe pro frigore, praesertim si calori, ut hic *rabie succensa* praecedit, opponitur. vid. Behot. Apoph. III. 3. & ita *gelidus metus* & *pavor* occurrit. ut apud Lucan. I. 246.

Dirignere metu, gelidus pavor adligat artus.

Ovid. XI. Epist. 82.

Torpueras gelido lingua retenta metu.

ubi, ut Lovaniensis hic, codex Puteaneus *gelida manu*. vides quid pro utraque lectione dici possit, quare elige lector, quod placet. BURM.

246. *Pulmonis*] Huc pertinet, credo, adagium, quod in Athenaeo visitur, *pulmonis vitam vivere*. CLAVER.

Fluenti] Magis arridet vet. lib. *furenti*. ira enim furoris quaedam species & initium insaniae censetur. unde Themistius μανίαν ὀλιγοχρόνιον εἶναι dicit. DELR. *furenti* etiam Lovan.

247. *Tumidae*] *ut timidae* Leid.

248. *Nil collatura*] *fectum latura* Ald. *nil celatura* Vicetin. *certa petens* Wolf. vid. supr. 182.

249. *Conpulsa*] *compressa* Exc. Voss.

251. *Expleri pascique nequit*] *velit* scripti fere omnes. *immanis* etiam & *cum*, pro *immanes* & *dum*, veteres quidam. locus corruptus. Puto scribendum,

Ac velut immanis referatum bellua rictum
Expleri pascique velit.

Elegans Graecismus occasionem loco corrumpendo dedit. Cicero, *animi aegritudinem, tetram & immanem belluam* appellavit Tusc. Quaest. Lib. V. HEINS. *referet* Jun. Leid. Lovan. *referet cum* & *velit* Aldus. *velit* Wolff.

Nunc verbere] *contraris* Lovan. 2 m. s. Vicetina ita distinguebat: *nunc verbere curas Torquet avaritiae: stimulis nunc flagrat amorum*, & ita Barth. Isingr. Gryph. Dempst. Raphel. & Caesii & ipsa Heinsii.

252. *Nunc flagrat*] *dum flagrat* Exc. Voss.

253. *Moesta dolet*] *moesta silet* marg. Isingr. an Ovidii verba ex I. Art. 123. *altera moesta silet* in animo habuerit librarius, nescio. BURM.

254. *Pollentius*] Potentius. *Pollentia*, Plautinum est pro potentia. DELR.

254. *Hydra*] Olim mens prava quorundam B. Ambrosium culpavit, quod Hydraei nominis & Scyllaei littoris comparatione usus esset in libellis de Fide: at pulchre se defendit. CLAVER.

255. *Potuit si quis sedare tumultus*] *poterit* tres codices. HEINS. *Si quis potuit* Junian. *tumultus* hos mentis debet Horatio, qui Lib. II. Od. XVI. 10. *miseros tumultus mentis* dixit. & hunc imitati Lucanus & alii. *foedare* Wolff. BURM.

Digitized by Google

Si metuis, si prava cupis, si duceris ira,
Servitii patiere jugum: tolerabis iniquas
Interius leges. tunc omnia jure tenebis,
Quum poteris rex esse tui. proclivior usus
In pejora datur: suadetque licentia luxum,
Illecebrisque effrena favet. tum vivere caste
Asperius, quum promta Venus. tum durius irae
Consulitur, quum poena patet. sed conprime motus:
Nec tibi quid liceat, sed quid feciſſe decebit,
Occurrat: mentemque domet respectus honesti.
Hoc te praeterea crebro sermone monebo,
Ut te totius medio telluris in ore
Vivere cognoscas, cunctis tua gentibus esse
Facta palam; nec posse dari regalibus usquam
Secretum vitiis. nam lux altissima fati
Occultum nihil esse sinit, latebrasque per omnes
Intrat, & abstrusos explorat fama recessus.

Sis

259. *Si prava cupis*] ex veteri libro leges *prava*, non *parva*. DELR. Ita scripti plerique. insulse *parva* hactenus legitur. pro *servitii*, *si vitii* unus Medic. & *imperii* pro *Interius* Lovan. HEINS. *prava capis* Junian. *patiare* idem & Leid.

Ira] Iram exsecratur Theodosius, ad quam fuit proclivis, vel teste Claudiano de Laude Serenae; sed teste Ambrosio, *Propior erat veniae, quando commotio major.* At in Domitiano *atrocis signum exitus erat Principis lenitas.* celebratur vero lex indulgentiae XXX dierum, quam male acceptam ferunt Theodosio ob facinus Thessalonicense; nam vivente Gratiano scripta est. unum hoc notabis, hunc Imperatorem Symmacho majestatis reo (nam Panegyri magnifica Maximum exceperat) peperciſſe. sic Jo. Pontanus oblitus Domini sui in laudem Caroli VIII. Francorum regis peroravit. CLAVER.

260. *Tolerabis*] *tolerabit* Wolf. *ulterius leges* Vicesin. deinde *jura tenebis* Junian.

264. *Illecebrisque*] *illecebris* Lovan. & pro *tunc*, *tum* hic & mox v. seq. *tum durius* omnes fere.

265. *Promta Venus*] *promta manus* Exc. Voss.

266. *Consulitur*] Ita meliores pro *consulimur*. HEINS. *consuluimus* Vicet. Parm. *consulimur* Exc. Voss. quae & *Tu comprime. poena pati* Junian.

267. *Nec tibi*] *ne tibi* Lovan.

Liceat] *Leges principi nemo scripsit*, ait Plinius, non tamen ei licet, quod libet. ac *minimum decet libere cui nimium licet.* CLAVER.

268 *Occurrat*] *Occurret* Lovan.

Domet] *domat* Jun. Oxon. vid. Lucan VIII. 490.

269. *Monebo*] grave verbum, ut vatis & praeceptoris. quod tribuit etiam patri Anchisae Virgil. III. Aen. 437.

Praedicam, repetensque iterumque iterumque monebo.

Gratius Cyn. v. 357. *tum para monebo Circum labra sequi.*

270. *Telluris in orbe*] Cicero: *Stare omnes debemus tanquam in orbe aliquo. neque vero*, ait ille, *Principi magis quam Soli latere licet.* CLAVER. *in ore* Lucens. & sex alii. optime. Silius Lib. III. 66.

At puer obsessae generatus in ore Sagunti.

cum vetusto libro. Ovid. Epist. X. 126.

Cum steteris urbis celsus in ore tuae.

quomodo scripti meliores, non *turbae celsus honore.* IV. Trist. I. 68.

Illum qui populi semper in ore fuit.

El. IV. 47.

——— *curru victore ferebris*
Purpureas populi rite per ora tui.

& III. El. 14. 24.

In populi quidquam si tamen ore meum est.

noster de Apono sic *populi ora pervolare* dixit vs. 10.

Hunc qui tot populi pervolat ora locum.

ita enim versus inquinatissimus scribendus. ubi plura. HEINS.

272. *Facta*] *fata* Oxon. *umquam* Junian. Exc. Voss. & Wolf.

274. *Nihil*] *nil* Lovan. Leid. duo. edd. Vicet. Ald. Colin.

275. *Abstrusos implorat*] MS. vel *obstrusos explorat*, vel *abstrusos explorat*. prius edi malim. DELR. non *obstru-*

Digitized by Google

Sis pius in primis. nam quum vincamur in omni
Munere, ſola Deos aequat clementia nobis.
Neu dubie ſuſpectus agas: neu falſus amicis,
Rumorumve avidus. qui talia curat, inanes
Horrebit ſtrepitus, nulla non anxius hora.
Non ſic excubiae, non circumſtantia pila,
Quam tutatur amor. non extorquebis amari.
Hoc alterna fides, hoc ſimplex gratia donat.
Nonne vides, operum quo ſe pulcherrimus ille
Mundus amore ligat, nec vi connexa per aevum
Conſpirant elementa ſibi? quod limite Phoebus
Contentus medio, contentus litore pontus?
Et qui perpetuo terras ambitque vehitque,
Nec premat incumbens, oneri nec ceſſerit aër?
Qui terret, plus ipſe timet. ſors iſta tyrannis
Convenit. invideant claris, forteſque trucident:

Mu-

Struſos vel *implorat*, ſed *abſtruſos explorat*, libri meliores. ſic *in abſtruſa rerum ratione morari* Conſ. Maul. 148. *explorat* jam occupatum a Raphelengio. HEINS. *obſcuros* margo Iſingr. ex Cod. Barth. ſic *abſtruſa* & *obſtruſa* variant MSS. in Conſ. Mall. v. 148. *obſtruſos* Oxon. & edd. Vicet. Parm. Ald. Iſingr. Colin. *obſtructos* Oxon. pro var. lect. *explorat* hoc ſenſu Lib. III. de Rapt. 31. BURM.

276. *Sis pius*] Huc pertinet illud Senecae ſub perſona Auguſti: *pietate & juſtitia Principes Dii ſunt*, hoc ſibi adſumebat exemplum Carolus IX. Eſt vero in arcu triumphali Galieni Imperatoris haec bella inſcriptio: *Galieno Clementiſſ. Principi, cujus invicta virtus ſola pietate ſuperata eſt, M. Aurelius Victor dedicatiſſimus numini majeſtatique ejus.* ubi vides pietatem, clementiam, & numen ſibi cohaerentia, ut in textu. CLAVER.

Imprimis] *in primis* recte Leid. & edd. Vicet. Ald. Iſingr. Colin. Gryph. male junctim ſcribi ſolet. *in fatis* Exc. Voſſ.

278. *Neu falſus*] *ne* Jun. Leid. Voſſ. Lovan. *neu dubie* Vicet. & *qui talia curat*. forte melius legeretur,

Neu dubiis ſuſpectus agas, neu falſus amicis.

ut *ſuſpectus* capiatur activo ſenſu, ne nimis ſuſpicax videaris illis, qui dubiae fidei tibi videntur. ſic Poëta Anonymus de Geſtis Caroli Magni Lib. IV. 415.

——— *dum fingere laetos*
Se cupiunt, quo ſuſpectum reperiret in illis
Nil novus Auguſtus.

& ita ex Catonis diſtichis laudant Lexica. BURM.

281. *Excubiae*] Plinius Secundus eleganter: *inexpugnabile munimentum non egere munimento.* Apud Symmachun: *Amor pro bono imperatore agit excubias.* nec enim tunc cives timent ipſum, ſed pro quo, ut recte Bias: *ὑπὲρ ἀνδρὸς, ἀπ' ἀνδρὸς.* CLAVER.

Non circumſtantia pila.) Nervoſius, quam *nec*, ſcripti potiores magno numero. HEINS.

284. *Qui ſe pulcherrimus*] MS. & hic & poſtea, *quod*. huc ſpectantem de mundi aequalitate ſententiam habes apud Eurip. *Φοιν.* Act. II. DELR. *Quod* libri veteres, non *qui*, unde *quo* legendum jam olim vidi, & confirmat unus Mediceus. pro *ipſe*, idem liber *ille*, ut & Putean. & prior Moreti: venuſte. infra v. 420. *velut ille carinae Longaevus rector.* VI. Conſ. Honor. 484. *ſic ille minacem Trajecit Tiberim Cocles.* Bell. Getic. 323. *ſic ille relinquens Jejunas antro catulas leo.* rurſus VI. Conſ. Honor. 565. *cui ſimplex calet ille pudor.* ita enim ſcripti quidam, non *ore*. Val. Flacc. Lib. V. 67.

At velut ille gregis ceſſit cui regia tauro:

plura apud Poëtas occurrunt exempla paſſim. Servius ad Lib. X. Aeneid. 707. *Antiqui* ILLE *vel maginduum vel nobilitati aſſignabant.* Apulejus initio Mileſiorum: *originis maternae noſtrae fundamenta a Plutarcho ille incyto prodita gloriam nobis faciunt.* HEINS. *quod* Voſſ. MS. Pulman. & de τῷ *ille* vid. Canter. Lib. III. Nov. Lect. 26. & quae ad Valer. Flacc. III. 587. & Lucanum notavimus. *ipſi* legit Barthius. BURM.

285. *Liget*] *ligat* & *conſpirent*, non *liget*, *conſpirent*, edd. Vicet. Parm. Junt. Iſingr. Pulm. Ald. Col. Gryph. mutavit Scaliger. quem temere ſecuti recentiores. nam indicativo ſic uti ſolet noſter. vid. ſupr. vs. 5. & ita alii. *convexa* Junian. BURM.

286. *Quod limite*] *qui* multi editi & ſcripti. *qui* Iſingr. (ut & mox *qui perpetuo*) *quo* Junian.

290. *Ipſe timet*] *iſte* Vicetin.

Muniti vivant gladiis, ſeptique venenis:
Ancipites habeant arces, trepidique minentur:
Tu civem patremque geras. tu conſule cunctis,
Non tibi: nec tua te moveant, ſed publica vota.
In commune jubes ſi quid, cenſesve tenendum,
Primus juſſa ſubi. tunc obſervantior aequi
Fit populus, nec ferre negat, quum viderit ipſum
Auctorem parere ſibi. conponitur orbis
Regis ad exemplum: nec ſic inflectere ſenſus
Humanos edicta valent, ut vita regentis.
Mobile mutatur ſemper cum principe vulgus.
His tamen effectis; neu faſtidire minores,
Neu pete praeſcriptos homini tranſcendere fines:
Inquinat egregios adjuncta ſuperbia mores.
Non tibi tradidimus dociles ſervire Sabaeos;
Armeniae dominum non te praefecimus orae;

Non

292. *Srpeique*] *fretique* duo ſcripti. Moreti *fultique*. praeterea, *muniti gladiis juvant*, *ſceptique* Ed. Vicet.

293. *Ancipites habeant arces*] *arcus* correctum perperam a Barthio; *arces* enim proprie tyrannorum. nihil magis obvium apud veteres ſcriptores. noſter ipſe Praefatione libri ſecundi in Eutropium:

Mollis feminea detruditur arce tyrannus.

ubi Barthius perperam *ex arte*, quod in mendoſis exſtat codicibus, eſt amplexus. *ancipites* pro *praecipites* apud Naſonem Metam. XII 337. *ab ancipiti delapſus acumine montis.* Martial. Lib. VII. Ep. XCII.

Narnia, fulphureo quam gurgite candidus amnis
Circuit, ancipiti vix adeunda jugo.

Rutilius Numatianus in Itinerario Lib. I. 315.

Tenditur in medias mons Argentarius undas,
Ancipitique jugo caerula curva premit.

noſter VI Conſ. Honor. 463.

——— *hoc ille locatus*
Ancipiti longum ſocias tardumque putavit
Exſpectare manus. HEINS. vide & Barth. XLIV. Adverſ. 22 qui & varie in prima editione tentat locum, *artes*, *acies*, vel *artus* conjiciendo. ſed vide GRONOV III. Obſ. 21. qui recte explicat. *Ancipitia* vero dici omnia, quae ab utraque parte poſſunt evenire & cadere. docuit idem Gronov. ad Liv. XXX. 33 ita arces poſſunt prodeſſe tyrannis, poſſunt etiam nocere, ſi inde deturbentur. *artes* hic Jun. Voſſ. & Leid. edd Vicet. & Parm. BURM.

294. *Civem*] At Caeſarem, ait Lucanus, *conſſa pudet ire via, civemque fateri.* CLAVER. *patremque feras* Exc. Voſſ.

295. *Non tibi*] *nec* Vicet. Parm. Raphelenq. Colin. Gryph. Iſingr. *plurima falſa* Exc Voſſ. *nota* Wolf.

296. *Cenſesve tenendum*] *tuendum* Gevartianus & unus Ambroſ. mox bene *ferre negat*, non *vetat*, cum ſcriptis melioribus Raphelengius dictum ad Lib. II. in Stilich. 37 HEINS. *cenſesque* editi olim.

297 *Juſſa jubi*] Ante in omnibus fere libris *ſibi*. *Blandiſſime vero Jubetur exemplo*, ait Pacatus, *nec tam imperio opus eſt, quam exemplo.* CLAVER. *Juſſa ſequi* Oxon. man. ſec. in ſola Gryphiana vidi, certo errore operarum.

Obſervantior] Pacatus: *exaſperat homines imperata correctio, blandiſſime jubetur exemplo.* DELR. *ſic obſervantior* Wolf.

299. *Auctorem*] *Actorem* Leid. Vicet. Ald.

301. *Ut vita*] *quam* multi olim editi & ſcripti: *jura regentis* alteri Junian.

303 *Neu faſtidire*] *nec* Voſſ. & editi plures.

304. *Tranſcendere fines*] *Tranſcurrere* Pricaeanus. HEINS. eadem varietas apud Lucan. IV. 175. in Exc. Voſſ. erat *tranſire*, quod ex Gloſſa natum.

305. *Superbia*] *Majores noſtri* (ait Pacatus) *graviorem putaverunt ſervitute contemtum, ac Tarquinium immanem crudelitate vocaverunt ſuperbum, quaſi ſufficeret convitium, & contemtor animus*, ait Tacitus, *& ſuperbia commune nobilitatis malum.* Superbia ſane dici videtur quod vim omnem ac violentiam ſuperet, quod Graeca alluſione ſic exprimas, quaſi ὑπὲρ βίαν. CLAVER.

306. *Non tibi*] *Non te* Oxon. duo & Leid. duo. mox, *nec te praefecimus* editi olim plurimi.

308.

Digitized by Google

Non damus Aſſyriam, tenuit quam femina, gentem.
Romani, qui cuncta diu rexere. regendi:
Qui nec Tarquinii faſtus, nec jura tulere
Caeſaris, annales veterum delicta loquuntur.
Haerebunt maculae. quis non per ſecula damnet
Caeſareae portenta domus? quem dira Neronis
Funera, quem rupes Caprearum taetra latebit,
Inceſto poſſeſſa ſeni? victura feretur
Gloria Trajani; non tam quod Tigride victo
Noſtra triumphati fuerint provincia Parthi,
Alta quod invectus fractis Capitolia Dacis;
Quam patriae quod mitis erat. ne deſine tales,
Nate, ſequi. ſi bella tonant, prius agmina duris

Exer-

308. *Femina*] Semiramis. DELR.

310. *Jura tulerunt.*] Scio *jura* poni pro ſummo imperio, ſed hoc nimis legitimum notat in Caeſare, quem hic ut tyrannum opponit ſuperbo Tarquinio. quare vel *juſſa* vel *regna* malim. ita apud Ovid. III. Amor. VIII. 35.

At cum regna ſenex coeli Saturnus haberet.

ubi Heins. ex MSS. *jura*. alia res eſt in bell. Gildon. vs. 49. ubi Caeſar jura communia in ſe unum tranſtuliſſe dicitur. Barthius hic blandiri Imperatoribus credit Poëtam, qui Caeſaris munere Romae dominabantur. an *nec dura tulerunt Caeſaris*, pro duritiem? non audeo adfirmare. BURM.

311. *Loquuntur*] *loquentur* Leid. mox *Horrebunt* Junian. Oxon. & Leid.

312. *Damnet*] *damnat* multi ſcripti & Parm. quae & mox *quam rupes* habet.

313. *Quem dira*] *quam* Vicet. mox *rupes Capreum* Oxon. alter. *tetra latebrae* Wolf. a m. prim.

314. *Rupes Caprearum*] Tiberius Princeps magnus, ſed nimium triſtis ac ſeverus fuit, ut ait Auſonius, *Caprearum clauſus in antro*: nec ſe crebro videndum exhibuit: ratio haec forte quod ſubditorum indoles facit. ut major e longinquo ſit reverentia, denique continuus aſpectus, auctore Livio, minus verendos magnos homines facit. Reges Franciae olim ſoliti, ait Cedrenus, ſeceſſum colere, κατὰ δὲ τὴν Μαΐου γενεθλίοθαι ἐπὶ πατρὸς Ἔθνος. CLAVER.

315. *Inceſto*] Deerat hic verſus Lov. Voſſ. Jun. Oxon. duobus & Leid. totidem.

Seni] Tiberio. DELR.

316. *Non tam quod*] *non tanquam Tigride victor* Junian. *non tam qui* ed. Vicet. & Colin. *numquam quod* Wolf. a m. pr.

317. *Fuerat provincia Parthi*] *Fuerint* ſcripti fere omnes. optime, niſi *fuerunt* praeferendum cenſes, media ſyllaba correpta; nam in nonnullis *fuerant*. *fuerint* Barthius quoque curis ſecundis amplexus eſt. Propert. Lib. III. Eleg. V. ſimili modo:

Seres & Auſoniis venient provincia virgis.
Adſueſcent Latio Partha tropaea Jovi.

ita omnino ſcribendum, cum vulgo legatur *Sera ſed Auſoniis veniet*. Parthos & Seras etiam conjunxit Martialis XII. Epigr. 8.

Parthorum proceres, ducesque Serum,
Poſſum oſtendere Caeſarem: venite.

HEINS. *fuerint* Vicetin. *fuerat* Ald. Iſingr. poſſis & cum Wolf. legere *fueris provincia*. apud Livium paſſim *Aequi provincia evenit*, *Bruttii*, *Lucani*, *Capuani provincia evenit*. Curtius Lib. III. cap. 1. *Macedonum provincias Bactra & Indos fore*. ita in ſcriptis, vulgo *provincias* perperam omittunt. BURM.

318. *Fractis Capitolia Dacis*] Sic conſtanter libri, vulgo *ſtratis*. VI. Conſ. Honor. 335.

Dacia bellipotens cum fregerat Ulpius arma.

Auctor Epicedii in Druſum V. 452.

Fregerunt ambo Punica bella duces.

Lib. I. in Eutrop. 392. *fracto ſecura Britannia Picto*. atque ita paſſim. HEINS. *fractis* Vicet. & Parm. ſic apud Statium II. Theb. 473.

Jam Telamona ſolo, jam ſtratum Ixiona linquens.

in MSS. Heinſius invenit *fractum*. vid. inf. ad Lib. II. in Stilich. 21. apud Lucan. III. 477. in alia re, *Frangit cuncta ruens*, multi codices *ſternit*. *inventus* pro *invectus* Wolf. BURM.

319. *Ne deſine*] Vulgo olim edebatur, *nec deſine*, ſed ex ſcriptis *ne* repoſuit Heinſius.

320. *Tonat*] pro *tonant* Lucenſ. & multi alii cum Schedis Gudianis. *canent. canent* Heimaeſt. Junian.

Exerce ſtudiis; & ſaevo praeſtrue Marti.
Non brumae requies, non hibernacula ſegnes
Enervent torpore manus. ponenda ſalubri
Caſtra loco: praebenda vigil cuſtodia vallo.
Diſce, ubi denſeri cuneos, ubi cornua tendi
Aequius, aut iterum flecti; quae montibus aptae,
Quae campis acies, quae fraudi commoda vallis:
Quae via difficilis. fidit ſi moenibus hoſtis,
Tum tibi murali libretur machina pulſu,
Saxa rota. praeceps aries, protectaque portas

Tes-

juvant. alter Leid. *fonant.* fruſtra. III. Honor. 63. *civilia rurſus Bella tonant.* diximus ad Conſ. Olybr. v. 208. *tumere* dixit Naſo Epiſt. VII. 120.

Bella tument: bellis peregrina & femina tentor.

ſed tamen cum in nonnullis praeſtantioris notae codicibus legatur *canant*, fortaſſe ſcribendum eſt, *ſi bella vocant.* quomodo apud Statium Lib. v. Silvar. II. 148.

——— *hunc ipſe, vocantibus armis,*
Induit, hunc regi rapuit thoraca Britanno.

ubi perperam circumlatum eſt hactenus *vacantibus armis.* Prudent. Lib. II. contra Symmach.

Nec tremulis, cum bella vocant, capit arma lacertis.

HEINS. *canant* Wolf. poſſet & legi, *ſi bella calent.* ut ita haec verba permutarunt librarii. apud Ovid. IV. Triſt. II. 53. nam *tonant* videtur repetitum ex III. Conſ. Honor. 64. BURM.

321. *Praeſtrue*] Ita Bell. Getic. 285.

——— *nec nota fefellit*
Semita praeſtructum bellis civilibus hoſtem.

utitur & Sueton. Tiber. 45. fere hoc ſenſu. ſed alia vis verbi eſt apud Ovid. II. Art. 21. BURM.

324. *Vigil*] *gravis* Oxon. a m. pr. *jugis* Lovan. a m. prim. quae lectio in metrum peccat.

325. *Denſari cuneos*] *Aequali legitimoque ſpatio*, ait Vegetius, *miles diſtet a milite, neque ultra quam expedit conglobetur agmen, aut laxetur.* Cujacius dicebat ſuis militibus togatis, denſate vos *συνάγεσθε ἑαυτούς*, & pro, *laxate vos*, efferebat, *diſpertimini.* CLAVER. *cuneos* recte Raphelengius & Livinejus. ſcripti plerique, *ubi denſus erit cuneus*, unde *denſeri cuneos* conjeci olim. quod Lucenſis liber confirmat. de eo verbo multa ad Lucretium Giphanius, & nos ad Naſonem. nec aliter pro *denſare* ſcriptum fere offendas in antiquiſſimis Maronis, Ovidii, Statii, Lucani, Silii, Prudentii, aliorum codicibus. Ammianus Lib. XVI. *Quos cum jam prope denſantes ſemet in cuneos noſtrorum conſpexere ductores, ſteterunt veſtigiis fixis.* HEINS. *Diſce, ubi denſus erit cuneus, ubi cornua belli* Junian. *ubi denſus erit* Wolf.

Cuneus] Ejus erat triquetra forma, quare illi *forfex* opponebatur. DELR.

327. *Quae fraudi accommoda vallis*] Scripti plerique *commoda*, ſed perperam. Virgil. XI. 522.

Eſt curvo anfractu vallis: accommoda fraudi,
Armorumque dolis. Stat. Theb. X. 186.

Nox foecunda operum, pulchraeque accommoda fraudi. Theb. VI. 614.

Inde dolum juvenis fraudique accommoda ſenſit
Tempora. Alcimus Avitus Lib. III.
Opportuna dolis, clauſaeque accommoda fraudi.

utuntur eo vocabulo Statius & noſter non raro. Vegetius Lib. III. cap. IX. *Loca, in quibus pugnandum eſt, utrum inimicis, an nobis videantur accommoda.* HEINS. *commoda* Wolf. & ceteri. & ſane *commodus* hoc ſenſu occurrit Conſ. Mallii v. 178. *nemori quae commoda rupes.* II. in Eutrop. 417. *non commoda caſtris Eligitur regio.* & ita Terent. in Hecyr. IV. II. 9. *meae commodum famae arbitror.* quare puto ſemper tutius MSS. ſequi, & recentiores in imitando aliquid in uno vel altero vocabulo mutaſſe veroſimilius. *fraudi quae accommoda* Vicet. Parm. Iſingr. Gryph. Colin. Raphel. & aliae exhibebant. ſed hae omnes editorum ſunt manus qui Virgiliana meminerant. BURM.

328. *Quae via difficilis*] *quae* in nonnullis, etiam in primo Vaticano. HEINS. pro *fidit*, *fidis* Vicet.

329. *Machina*] Baliſta. DELR. Joſ. Caſtal. X. Decad. Obſerv. 4. arietem intelligit, qui ſequenti verſu per expoſitionem apertius explicatur, & arietem dici *ſaxa rotare*, non quaſi emittat, ut ex funda, in muros, ſed quod compagem ſolvendo diſcutiat lapides & diffilire faciat. male. certum eſt machinam hic diverſam ab ariete indicari, quae ſequitur. BURM.

330. *Saxa rotet praeceps aries*] Aries non rotat ſaxa. bene ergo ſcripti quindecim, *Saxa rota. praeceps aries.* niſi mavis fortaſſe, *Saxa rotans*, machina vide-

Digitized by Google

Teſtudo feriat. ruat emerſura juventus
Effoſſi per operta ſoli. ſi longa moretur
Obſidio; tum vota cave ſecura remittas,
Incluſumve putes. multis damnoſa fuere
Gaudia. diſperſi pereunt, ſomnove ſoluti.
Saepius incautae nocuit victoria turbae.
Neu tibi regificis tentoria larga redundent
Deliciis, neve inbelles ad ſigna maniplos
Luxuries armata trahat: neu flantibus Auſtris
Neu pluviis cedas; neu defenſura calorem
Aurea ſubmoveant rapidos umbracula Soles.
Inventis utere cibis: ſolabere partes
Aequali ſudore tuas. ſi collis iniquus,

Pri-

videlicet. adeoque diſtinguendum, *murali libretur machina puſſu Saxa rotans.* Lib. I. in Rufin. 271.

Haud ſecus biberno, tumidus cum vortice torrens
Saxa rotat. Statius Theb. IX. 968.

Arbuſta, anniſasque trabes, ejectaque fundo
Saxa rotat. Lib. X. 528.

Saxaque in adverſos ipſis avulſa rotabant
Moenibus. Quintilianus Milite Mariano, *Ludus fuit rotare jaxa, vibrare jactu fudes, ſaltus agitare velatu.* HEINS *rotat* Wolf.

Protectaque] Egregie vetus codex *projectaque*, de cujus vocabuli vi Macrobius Lib. VI. teſtimoniis ab eo prolatis addatur & Quadrigarius, qui Annali primo ſcripſit: *Gallus ſua diſciplina ſcuto projecto cantabundus.* DELR. Raphelengius *praetentaque*, Iſingrinus, *projectaque*, cum duobus aliis. quidam, *praetectaque.* Florent. S. Marci, *portentaque*, pro *protentaque.* ut *protentum corium* VI. Conſ. Honor. 270. dixit. nihil mutandum videtur. agit de teſtudine arietaria. eam exeruiſſe modo caput, modo occuluiſſe, ac proinde teſtudinem dictam ab ejus animalis ſimilitudine ex Tacticis ſcriptoribus patet. Video & Barthium curis ſecundis pro vulgata ſcriptura pugnare. HEINS. *praetectaque* Junian. & edd. Vicet. Parm. & Colin. *pertectaque* Wolf.

331. *Emerſura*] Vicet. vitioſe *emenſura.*

332. *Soli*] *poli* Exc. Voſſ. *per opaca ſoli* Wolf.

334. *Putes*] *putas* Oxon.

335. *Somnove*] *Somnoque* Oxon. & editi multi praeter Ald.

336. *Saepius incautae*] Vellejus, *nemo celerius opprimitur, quam qui nihil timet.* CLAVER.

338. *Ad ſigna miniſtros*] Rectius prior Moreti cum uno Med. *maniplos*, neque aliter Excerpta Pomponii Laeti. HEINS.

339. *Trabes*] *trabis* Junian. *ne flantibus* Lovan. *nec* Wolf.

340. *Neu pluviis*] *ne pl. c. ne defenſura* Junian. Lovan. *ne* Vicet. *nec pl. c. ne* Wolf.

342. *Utere*] *uare* plurimae editiones. ſed ſcripti & Vicetin. *utere.*

Solabere partes Aequali ſudore tuas] Locum mendoſum puto. in Juniano erat *ſolabere paucis.* in Oxon. *partes* vel *paucis.* deinde *ſudore ruas* Oxon. & Voſſian. a m. prim. Quaenam vero illae partes Imperatoris, quas aequali ſudore ſolari deberet? certe partes militibus inpoſitas deberet ſolari, aequo labore illas agens. duplex mihi conjectura nata, ut lateat vitium in *partes* vel *paucis*, & in *tuas* vel *ruas.* unde conjiciebam *ſolabere pravas Aequali ſudore vias.* ut agat de agmine vel itinere exercitus per loca difficilia & iniqua. & moneat filium, ut ipſe pedes praeſens militum laborem ſoletur. aliud tamen epitheton quum mallem pro *pravas*, quod non ſatis aptum videtur, cogitabam, *ſolabere Martis Aequali ſudore tuos.* ut ſudor Martis ſit bellicus labor, ut centies *ſudor* & *ſudare* apud noſtrum & alios occurrit. vid infr. 525. & apud Statium multis in locis. ſic etiam apud Virgil. VII. 624. *Mars arduus altis*
Pulverulentus equis furit. Ita duo codices vitioſe pro *pars*, quia huic voci *arduus* convenire non credebant librarii. ſed neutrum, ut verum fatear, admodum ſatisfacit, & tamen ex vulgata ſenſum idoneum efficere nequeo. Si epitheton aptius daret codex, inclinarem etiam nunc in *vias* pro *ſuas*, quod mutarunt ſcioli, qui neſciebant *ſolari* non tantum accuſativum perſonae, ſed & rei, amare. ut ita *ſolari vulnera* Epith. Honor. 46. *ſolari aeſtus* Conſ Manl. 196. & ita paſſim alii. vid. ad Ovid. II. Faſt. 821. & Calpurn. IV. Ecl. 32. ſi quis codex *duras*, ut mox 435. *dura viarum*, vel *longas vias* daret, rem factam haberemus. ſed talia confidentioribus Criticis relinquo. BURM.

344.

Digitized by Google

Primus ini. ſilvam ſi caedere provocat uſus,
Sumta ne pudeat quercum ſtraviſſe bipenni.
Calcatur ſi pigra palus, tuus ante profundum
Praetentet ſonipes. fluvios tu protere curſu
Haerentes glacie; liquidos tu ſcinde natatu.
Nunc eques in medias equitum te conſere turmas:
Nunc pedes adſiſtas pediti. tum promtius ibunt
Te ſocio: tum conſpicuus gratusque feretur
Sub te teſte labor. Dicturum plura parentem
Voce ſubis: Equidem, faveant modo Numina coeptis,
Haec effecta dabo: nec me fratrique tibique
Diſſimilem populi commiſſaque regna videbunt.
Sed cur non potius, verbis quae diſſeris, uſu
Experior? gelidas certe nunc tendis in Alpes.
Duc tecum comitem. figant ſine noſtra tyrannum
Spicula: palleſcat noſtro ſine barbarus arcu.

Sub-

344. *Primus ini*] Sidonius: *agmina voce Erigis, exemploque levas, primusque labores Adgrederis, quoscumque jubes, tunc caetera paret Turba libens, propriis ſervit cum legibus auctor.* CLAVER.

345. *Sumta ne pudeat*] *ne pudeat ſumta* olim editi. mutavit Heinſius ex ſcriptis.

Straviſſe] Meus codex *rapuiſſe*. DELR.

347. *Praetentet*] *tentet equus ſonipes* Exc. Voſſ. male. vid. infr. v. 534. & 1. in Eutrop. 272.

Protere curru] Vet. cod. *curſu*, ſed in meo emendatum, ex collatione fortaſſis vulgati cujuspiam, *curru*. DELR. *Curſu* legendum cum Delrii codice, uno Mediceo, Excerptis Pomponianis, & Vaticanis duobus. probat etiam curis ſecundis Barthius. Curſum natatui opponit. *Haerentes* etiam pro *Horrentes* ſcripti, pauciſſimis exceptis, quod recte Raphelengius ſecutus. Scriptor de Laud. Herculis: *ſolidis haererent flumina lymphis. Haerentes ſitu gladii* apud Statium Theb. III. 583. ut recte illic Gronovius. HEINS. *Haerentes* Vicet. Parm. Junt. Iſingr. Colin. ita apud Lucan. IV. 50.

Pigro bruma gelu, ficiſque Aquilonibus haerens.

ubi non capio, quo ſenſu bruma dici poſſit *haerere Aquilonibus*, ut fluvius haeret, torpet, nec curſum ſuum peragit, glacie & gelu conſtrictus, & ita *nubila haerere, nox*, & cetera, quae morantur, & impediuntur decurrere, recte poſſunt dici. ſed *bruma horret Aquilonibus ficcis*, qui frigus & horrorem inducunt, ut exemplis plurimis Heinſius oſtendit ad Ovid. I. Faſt. 495. in Vicetin. erat, *primus tu protere curru*, deinde, *liquido tu ſcinde natatu*. & ita in Parm. ſed *metu* Lovan. a m. prim. BURM.

350. *Nunc pedes*] Huc pertinet Valentiniani Senioris ad Gratianum F. exhortatio: *En*, inquit, *habes, Gratiane, amictus, ut ſperavi; accingere pro rerum urgentium pondere, & aſſueſce impavidus, penetrare cum agminibus peditum gelu pervium Iſtrum, & Rhenum, armatis tuis proximus ſtare; ſanguinem ſpiritumque conſiderate pro his effundere.* vide Ammianum. CLAVER. *nunc pedes adſiſtas. pedites tum promptius* Junian. *proximus ibit* Exc. Voſſ.

Promtius ibunt] Apollinaris.

——— *ſic agmina voce*
Erigis, exemploque levas, primusque labores
Aggrederis, quoſcumque jubes, tum cetera paret
Turba libens, ſervit propriis quia legibus auctor.
DELR.

351. *Gratusque feretur*] Neſcio cur *geretur* malit cum ſcriptis quibusdam Raphelengius. mox pro *ſubit* idem *ſubis*. probe, & confirmant libri noſtri. HEINS. *conſpicuo* Junian. *geretur* Vicet. Parm. *ſubire* vero *aliquem* pro reſpondere, illuſtravit Gronov. II. Obſerv. 4. *foveant equidem* Wolf. BURM.

352. *Sub te teſte*] vid. ad Valer. Flacc. VII. 418. malim vero *te ſub teſte*, quod mollius. BURM.

354. *Haec effecta dabo*] *haec effata* Jun. *nec me* Oxon. *fratrique patrique* alter Oxon.

356. *Diſſeris*] *Dixeris* Junian. male, vid. ad Phaedr. V. prolog. *verbis potius* Exc. Voſſ. *verbis nec* Wolff. a m. prim. *Experiar* Oxon. Leid. *certe gelidas* Junian. *certes nec tendis* Vicet.

358. *Figant*] *fugiant* Jun. *figunt en*. Wolf. a m. prim. *hoc* ſec.

Digitized by Googl

Italiamne feram furiis praedonis acerbi
Subjectam? patiar Romam ſervire clienti?
Usque adeone puer? nec me polluta poteſtas,
Nec pia cognati tanget vindicta cruoris?
Per ſtrages equitare libet. da protinus arma.
Cur annos obicis? pugnae cur arguor inpar?
Aequalis mihi Pyrrhus erat, cum Pergama ſolus
Verteret, & patri non degeneraret Achilli.
Denique ſi Princeps caſtris haerere nequibo,
Vel miles veniam. Delibat dulcia nati
Oſcula, miratusque refert; Laudanda petiſti:
Sed feſtinus amor. veniet robuſtior aetas:
Ne propera. necdum decimas emenſus ariſtas
Adgrederis metuenda viris. veſtigia magnae
Indolis agnoſco. fertur Pellaeus, Eoum
Qui domuit Porum, quum proſpera ſaepe Philippi
Audiret, laetos inter fleviſſe ſodales,
Nil ſibi vincendum patris virtute relinqui.
Hos video motus. fas ſit promittere patri:
Tantus eris. noſtro nec debes regna favori,
Quae tibi jam Natura dedit. ſic mollibus olim
Stridula ducturum pratis examina regem
Naſcentem venerantur apes, & publica mellis
Jura petunt, traduntque favos. ſic paſcua parvus

Vin-

360. *Italiamne*] *Italiamve* Oxon. *furtis praedonis*, vel *ſpoliis* prior. Moreti *furta* praedoni convenire credebat Heinſius. *praedonis iniqui* Oxon. a m. pr.

362. *Usque*] Ab hoc verſu ad 463. deerant omnia in Juniano.

363. *Tanget*] *tangit* Oxon. Leid. Lovan.

367. *Patri non degeneraret*] *pa non dedignaret Achilli* Lovan. vid. Broukh. ad Propert. IV. I. 81. qui *degenerare* cum dativo ſequioris aevi conſuetudini tribuit. BURM.

371. *Amor*] *honor* Vicetin.

Veniet robuſtior aetus] *veniat modo fortior aetas* Exc. Voſſ. potuit librario obverſari verſus Ovidii ex Epiſt I. 107.

Telemacho veniet (*vivat modo*) *fortior aetas.*

venit & robuſtior Oxon. & Leid. unde Heinſius *venit en.* deinde *nec propera* Leid. *neu* Oxon. BURM.

372. *Decimas ariſtas*] Honorius vix dum erat decennis, quum Theodoſius expeditionem paravit in Eugenium, itaque id aetatis impleſſe tantum traditur circa patris obitum. Zonaras, Ὀνώριον δὲ τὸν τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης Βασιλέα ἐτέλει γηάμη ἔτι παῖδα ὑπὸ ἐπίτροπον Στελίχωνα. CLAVER.

375. *Porum*] *Pyrrhum* Vicet. *Porum* Ald. *Portum* Wolf. a m. prim.

Quum proſpera] Sollius Sidonius, *Magnus Alexander patris quem gloria torſit.* DELR.

377. *Patris virtute relinqui*] *patria* rectius legas. HEINS.

378. *Fas ſit*] *ſat ſit* Ald. forte, *ſat ſit promittere patri Quantus eris.* BURM.

379. *Tantus eris*] *tantus eas* Lovan. a m. prim. *regna foveri* Oxon. Leid. & Wolf. a m. prim.

383. *Jura petunt*] Contrarium hoc videtur ſequentibus, *traduntque favos.* forte ſcripſerit *Jura ferunt*, offerunt regi naſcenti. centies vero *ferre* & *petere* a librariis commutata, ut ad Ovidium vidimus Lib. v. Triſt. VIII. 30. & alibi. ſed & vulgata poſſet ferri; nam *jura petere* ab aliquo, eſt proprie eorum, qui alteri ſe ſubjectos ſatentur. ut dicebantur in provinciis urbes & populi *jura petere*, qui conventui certo erant ſubjecti. Plin. II. I. *Turduli jura Cordubam*

Digitized by Google

Vindicat, & necdum firmatis cornibus audax
Jam regit armentum vitulus. sed proelia differ
In juvenem, patiensque meum cum fratre tuere,
Me bellante, locum. vos inpacatus Araxes,
Vos celer Euphrates timeat. sit Nilus ubique
Vester, & emisso quidquid Sol inbuit ortu.
Si pateant Alpes, habeat si causa secundos
Justior eventus, aderis, partesque receptas
Suscipies: animosa tuas ut Gallia leges
Audiat, & nostros aequus modereris Hiberos.

Tunc

petunt. v. 1. *Julia Constantia Tilis, regum ditioni exempta, & jura Baeticam petere jussa.* Ovid. 1. Fast. 516. III. & 62. & ita *reddere jus* & *jura* dicitur Magistratus & Princeps. obscure haec interpretatur Barthius, qui *jura* imperium explicat. nec *tradi* legendum facile adparet; petunt enim apes a rege suo jura mellis, id est leges, secundum quas vivere & mellificare debeant, & tradunt ipsi imperium in favos & alveos. obscurius vero hic locutus est Poëta, nam deest, a quo petunt, & supplendum, & ab eo petunt jura, vel legendum, *quem publica mellis Jura petunt*, ut Ovidius VII. Met. 296. *petit hoc Aeetida munus.* Burm.

Pasua parvis] *pareus* Wolf.

384. *Et necdum*] *& nondum* Exc. Vost. mox *jam tegit* Vicetin.

Traduntque favos] *traditque* Palatinus. an *tradique*? Heins.

385. *Regit*] *redit* Wolf.

Proelia differ in juvenem] Ita Raphelengius ex Scaligeri τῷ πάνυ conjectura. bene. & confirmant aliquot scripti. vulgo *differs*. & in *Venerem* quidam. Valer. Flacc. IV. 62.

In quem alium Alciden, in quaenam tempora differs
Caucasium, rex magne, senem?

nostter Lib. II. Laud. Stilich. 454.

In quem distulimus melioris saecla metalli,
Conjux adest. ita codices aliquot praestantioris notae, non *En cui distulimus.* Plura videantur ad laudem Serenae vs. 1. Heins. *in tempus*, vel *in verem* Oxon. unde corruptionis fons adparet. quia *ver* aetatis juventus vocari solet, quod forte glossator adscripserat, alius *verem*, & alius *venerem*, inde fecit. *Venerem* etiam Vicetin. Burm.

386. *Patiensque meum* &c. *tuere locum*] Haec vix intelligo. nec Glossatoris Barthiani explicationem ex his verbis elicio. An Arcadius & Honorius, patre bella gerente, interim vices ejus subirent, in utraque parte imperii jura reddendo? & hoc sequentia indicare videntur, ut Orientem administrent, bellante Theodosio contra Tyrannos, qui Galliam & Italiam infestabant. *patiens* vero hic est patienter exspectans aetatem militiae aptam. *Te bellante* male Lovan. & Vicetin. Burm.

387. *Inpacatus*] vid. II. in Rusin. 271.

388. *Sit Nilus*] *sic* Pulman. ed. *ubique* notat usque ad fontes etiamnum incognitos. Burm.

389. *Quidquid Sol imbuit ortu*] Lego vel obluctantibus membranis, *ambit ab ortu.* Lib. II. in Stilic. 59.

——— *tantumque reservat*
Depositum terris, quantum sol igneus ambit.

pro *emisso* etiam *emerso* malim. Adeantur quae ad Fastos Nasonianos notamus Lib. III. 367. Heins. *ambiat* pro *imbuit* etiam multi editi & scripti in Cons. Olybr. 274. non ausim tamen hic contra scriptos ire, cum facile *imbuit* possit explicari pro adspergit, prima luce inlustrat, emissa ex Oceano, vel primo limine illo lucis, ut loquuntur poëtae. *imbuere* est primo quasi liquore adspargere, unde Virgil. I. Georg. 288. *sole novo terras inrorat Eous.* sic alibi *adspargere*, respiciens ad rorem matutinum,

Qua Titan ortu terras adspargit Eoo.

ut *spargere novo lumine* Virgil. IV. 584. quia credebatur Sol ex Oceano surgens rorare adhuc. vid. Stat. I. Achil. 243. sic *adflare primus Oriens* respectu ad ignem, eidem Virgil. I. Georg. 250. dicitur. & ita passim Poëtae. elegantiam vero nullam video, si dixisset, *quidquid Sol ambit ab emerso ortu*, quousque vero? ambire, complecti, continere orbem & omnia dicitur Sol centies, ubi de toto ejus cursu agitur; sed hic de solo Oriente agitur, qui opponitur Italiae & Occidenti. *imbuit* vero Sol a primo limine, sive ortu suo emissus Eoas partes, mox pleniorem lucem daturus meridialibus partibus. *imbuit* Barthius interpretatur adolet, calefacit. Burm.

392. *Animosa*] *Animose* Leid. a m. s. qui a m. prim. *suscipias suscipies* Wolf.

Gallia leges] Mirum est hoc in loco tanti fieri Galliam Cisalpinam, ut nomen Italiae obscuret. sane Theodosius amavit praecipue Mediolanum, ac Romae praetulit. nescio an propter D. Ambrosium Episcopum, cujus praesentia delectabatur. Claver.

393. *Hiberos*] *hibernos* Wolf. a m. prim. & ita infra v. 587.

393.

Digitized by Google

Tunc ego ſecurus fati, laetusque laborum
Diſcedam, vobis utrumque regentibus axem.
Interea Muſis, animus dum mollior, inſtes:
Et quae mox imitere, legas; nec deſinat umquam
Tecum Graja loqui, tecum Romana vetuſtas.
Antiquos evolve duces: adſueſce futurae
Militiae: Latium retro te confer in aevum.
Libertas quaeſita placet? mirabere Brutum.
Perfidiam damnas? Metî fatiabere poenis.
Triſte rigor nimius? Torquati deſpue mores.
Mors inpenſa bonum? Decios venerare ruentes.
Vel ſolus quid fortis agat, te ponte ſoluto
Oppoſitus Cocles, Mucî te flamma docebit.
Quid mora perfringat, Fabius: quid rebus in artis
Dux gerat, oſtendat Gallorum ſtrage Camillus.
Diſcitur hinc nullos meritis obſiſtere caſus:
Prorogat aeternam feritas tibi Punica famam,
Regule: ſucceſſus ſuperant adverſa Catonis.
Diſcitur hinc, quantum paupertas ſobria poſſit:
Pauper erat Curius, Reges quum vinceret armis:
Pauper Fabricius, Pyrrhi quum ſperneret aurum.

Sor-

396. *Animus dum mollior inſtes*] *inſtet* Raphelengius. probe. unus Medic. & ſec. Vatic. *inſto*. quod tantundem. Aldus & tres ſcripti, *inſtat*. HEINS.

397. *legas*] *legat* multi ſcripti & Wolf.

401. *Brutum*] Hic fuit Tribunus Celerum, qua auctoritate egit, ne Tarquinius in urbem reciperetur. CLAVER.

402. *Damnas*] *damnes* Oxon. Wolf. & Lovan. a m. ſ. male: *ſi* ſubintelligitur, ut & in praecedentibus, *libertas placet*, & ſequentibus. BURM.

Metî] male *Metii* Vicet. Aldus & alii. prima longa eſt. alii *Mettium* dixere. vid. Claver. Miſcell. cap. 15. & notas ad Virg. VIII. 642. *nec tu ſatiabere* Leid. *meriti* Oxon. pro diverſa lectione. *viĉti* Lovan. a m. ſ. BURM.

403. *Triſte rigor*] *nocet priſcus rigor & nimia ſeveritas, cui jam pares non ſumus*, inquit Tacitus. CLAVER.

Deſpue] vetus liber *deſpice*. DELR. alii *reſpue*, quod etiam ferri poſſet. vid. ad. 11. de Rapt. 213. *diſpice* marg. Oxon.

405. *Vel ſolus*] Haec in principio Panegyr. ad Majorian. Sollius deſumſit. DELR. *Vir ſolus quid* marg. Iſingr. *Vel ſolus qui fortis* Exc. Voſſ. mihi illud *vir* blanditur. ita Flor. 1. 10. *ut ſcias quem virum effugeris. & vir fortis* ſaepe occurrit in Declamationibus. infr. v. 488. *agat* Wolf.

407. *Quid mora perfringat*] Sic cum primis editionibus Iſingrini codex, & ſcripti multi. alii, *profringat*, *perſtringat*, *proſtringat*. vulgo *proficiat*. HEINS. *perſtringat* Wolf. *perficiat* multi editi. *perfringat* puto verum, & reſpici ad illa Flori II. 6. de hac re, *ut Hannibal, quia frangi virtute non poterat, mora comminueretur*. BURM.

Fabius] Qui cunctando Romanis reſtituit rem. Apud Sidonium ſic legitur: *Sylla acie, genio Fabius, pietate Metellus*. Ego vero ibi, conjectura ductus, ut mihi videtur, probabili, repono, *Sedato ingenio Fabius*. DELR.

408. *Oſtendat*] *oſtentat* alii. Livineus, *oſtendet*, ut reſpondeat τῷ *docebit*.

411. *Superant*] *ſuperans* Oxon. m. ſ.

412. *Diſcitur in quantum*] *hinc quantum* eleganti repetitione libri fere omnes; nec alterum tamen damnarim. videantur annotata Munckeri ad Fulgentii Mythologica Lib. III. cap. V. HEINS. *hinc* Wolf. eadem varietas VI. Conſ. Hon. 544. dici vero *in tantum*, *in quantum*, & ſaepe etiam omiſſa praepoſitione, *tantum* & *quantum*, vidimus ad Velleſ. Pat. 1. 13. & II. 53. & ad Rutil. 1. 46. vide hic Barthium. mox, *cum reges vinceret* Exc. Voſſ. Ald. *viceras* Wolf. BURM.

Digitized by Google

Sordida Serranus flexit Dictator aratra:
Luſtratae lictore caſae, faſcesque ſalignis
Poſtibus adfixi: conlectae Conſule meſſes,
Et ſulcata diu trabeato rura colono.
Haec genitor praecepta dabat. velut ille carinae
Longaevus rector, variis quem ſaepe procellis
Exploravit hiems, ponto jam teſſus & annis
Aequoreas alni nato commendat habenas,
Et caſus artesque docet, quo dextra regatur
Sidere, quo fluctus poſſint moderamine falli:
Quae nota nimborum: quae fraus infida ſereni:
Quid Sol occiduus prodat: quo faucia vento
Decolor iratos adtollat Cynthia vultus.
Adſpice nunc, quacumque micas, ſeu circulus Auſtri,
Magne parens, ſeu te gelidi meruere Triones;
Adſpice: conpletur votum. jam natus adaequat
Te meritis, &, quod magis eſt optabile, vincit,
Subnixus Stilichone tuo; quem fratribus ipſe
Diſcedens clipeum defenſoremque dediſti.

Pro

415. *Flexit Serranus*] vetus codex *vertit*. DELR. quid ſi *terſit* legamus? HEINS. *dictator flexit Serranus* Oxon. & Leid.

417. *Collectae*] *collecti* Wolf.

420. *Saepe procellis*] *ſaeva* Oxon. a m. prim. & hoc ſollemne librariis vidimus ad Ovid. Epiſt. XIX. 22. & XIV. Met. 559. & alibi, & certe in *variis* ineſt ſignificatio *vũ ſaepe*. BURM.

421. *Jam feſſus*] *confeſſus* Voſſian. forte pro *confectus*. *& armis* Ed. Vicetin.

423. *Quo dextra regatur ſidere*] Barthius hic explicat, quo bono omine regatur navis, ut ſit dictum, ſicut apud Virgilium, *Aeneas ſe matutinus agebat*. nihil vidi ineptius, & tamen Editor in uſum Delphini, qui *felicem puppim* reddit, ſequitur more ſuo ducem. *dextra* hic proprie de manu dextra capiendum, qua clavum tenet gubernator, quem ille ad ſidera regit. Valer. Flacc. III. 40. *cadit inſcia clavo Dextera*. Lucan. III. 592.

Dirigit hic puppim miſeri quoque dextra Telanis,
Qua nullam melius, pelago turbante, carinae
Audivere manum. vid. ad Lucan. V. 588. *ſidera* vero regunt dextram gubernatoris, quia ad illa curſum debet dirigere. BURM.

Fluctus poſſint] *fluctus poſſit* Exc. Voſſ. Oxon. duo, Leid. & ed. Vicet. & Parm. *poſſit fluctus* Lovan.

425. *Quae fraus*] male *quam frous*, ut infra 515. *quam docta facultas ingenii*. HEINS. ſic contra *certa fides coelo* Bell. Gildon. 499.

Sereni] ἀιθρίας Auctor de Mundo ad Alexandrum, ἔστι γὰρ ἀιθρία μὲν ἁπλῶς ἀὴρ ἀνέφελος· γαλήνη ἀνάμιχλος· ἀντίπνοια ἄπνοια τῇ ὁμίχλῃ. DELR. de ſereno vid. ſupr. v. 183.

427. *Decolor*] *Diſcolor* Lovan. a m. s. ut ſemper haec confundi ſolent. vid. ad Ovid. Epiſt. IX. 4.

429. *Parens ſeu te gelidi*] *Auſtri magne parens gelidi, ſeu te meruere Triones* Ald. & Colin. reliqui vero veteres poſita diſtinctione aliter *parens, gelidi ſeu te*, & ipſe Heinſius in editionibus prioribus.

432. *Subnixus*] Hic verſus meo MS. deeſt, ſed in eo non ita pridem additus videtur. deeſt quoque Vicetin. & Paris. ſed in ceteris habetur & eſt prorſus neceſſarius. DELR. Deeſt & in duobus Leid. Wolf. Lovan. & Oxon. & in Vicet. & Parm.

433. *Diſcedens*] Rectius opinor foret *Decedens*, ut & VI. 395. *Decedam*. *Decedere* e vivis excedere. HEINS. ſed & *diſcedere* hoc ſenſu retinuit Heinſ. II. ad Rufin. 20. ubi nos *deſcendere* praetulimus. BURM.

Defenſorem] Poëtice dixit pro Tutore. *Tutela enim eſt poteſtas in capite libero, ad tuendum eum, qui per aetatem ſe defendere nequit*, ut Serv. Sulpitius definit, & tamen honoris cauſa *defenſor* magis placet hoc loco. CLAVER.

434.

Digitized by Google

Pro nobis nihil ille pati, nullumque recuſat
Diſcrimen tentare ſui: non dura viarum,
Non incerta maris. Libyae ſqualentis arenas
Audebit ſuperare pedes, madidaque cadente
Pliade Gaetulas intrabit navita Syrtes.
Hunc tamen in primis populos levitate feroces,
Et Rhenum pacare jubes. volat ille citatis
Vectus equis, nullaque latus ſtipante caterva,
Aſpera nubiferas qua Rhaetia porrigit Alpes,
Pergit, & hoſtiles (tanta eſt fiducia) ripas
Incomitatus adit. totum properare per amnem
Adtonitos humili Reges cervice videres.
Ante ducem noſtrum flavam ſparſere Sygambri
Caeſariem, pavidoque orantes murmure Franci
Procubuere ſolo. juratur Honorius abſens,
Inploratque tuum ſupplex Alamannia nomen.

450. Ba-

434. *Pro nobis nihil ille pati*] *Pro nobis tentare nihil, nullumque recuſat Diſcrimen tentare ſuum.* Exc. Voſſ.

436. *Libyae ſqualentis arenas*] *Libyes arentis arenas* Helmaeſtadienſis. HEINS. & ita Wolf.

438. *Navita Syrtes*] Ita recte cum Iſingrini libro Raphelengius. confirmant meliores ex noſtris. vulgo *Syrtibus undas*, quod fruſtra tuetur Barthius. HEINS. firmat & Wolf.

439. *Populos lenire feroces*] *levitate feroces* prior Leidenſis, optime. de Gallorum levitate, & rerum novandarum ſtudio nota quae Romani ſcriptores memoriae tradidere. *animoſam Galliam* paulo ante dixerat. Cl. Gevartius pro vulgata lectione ſtabat. HEINS. *Hunc igitur primum* Oxon. a m. prim. mox *Rhenum placare* Leid. *regnum* Oxon. & Leid. prior. *pecare* Wolf.

441. *Caterva*] *corona* Mediceus unus. II. de Rapt. 56. *ſocia ſtipant utrinque corona.* & ibi Leid. *caterva.* apud Ovid. XII. Met. 216. *cinctaque adeſt virgo matrum turmaque caterva.* ubi eadem varietas in ſcriptis. ut & apud Virgil. XI. 478. & Stat. I. Theb. 612. hic vero *caterva* praefero, quia de bello agitur, in aliis pompis rectius *corona.* vid. & Epith. Hon. 171. BURM.

444. *totum amnem*] *agmen* Oxon. pro varia lect. male. ſupra 52. *totae Danubii ripae.* vid. Flor. II. 16. *toto cecidit Alpheo.* infra 11. Stilich. 187. *novo culmine totis Aedificet ripis.* BURM.

445. *Reges humili*] *humili reges* Exc. Voſſ. ſed in Aldina & aliis quibusdam, *videres Ante ducem noſtrum. Flavam ſ. S.* Wolf. *veſtrum*

446. *ſparſere Sycambri*] *fudere Sicambri* in Schedis Gudianis. *Sygambri* optimus Lucenſis. Ptolemaeo quidem Σύγαμβροι ſunt, Straboni Σύγαμβροι. dictum a nobis ad Naſonem 1. Amor. XIV. 49. in optimo Vaticano paſſim *Sycambri* dicuntur. mox *Alamannia* & *Baſtarnae* idem Lucenſis cum aliis melioribus, non *Alemannia* & *Baſternae.* Graecis certe Ἀλαμάννοι καὶ Βαστάρναι. imo & Latinis. vix enim aliter utrumque nomen in antiquiſſimis membranis ſcriptum offendas. ſic REGES BASTARNARUM in veteri inſcriptione apud Gruterum. Valer. Flacco VI. 96. *Baternae* dicuntur. Nummus aureus Conſtantini inter Arſchottanos GAUDIUM ROMANORUM ALAMANNIA. falſus ergo Salmaſius, qui ad Hiſtoriam Auguſtam adfirmat *Baſternas* ac *Alemannos* Latinis, contra quam Graecis, utramque gentem dictam. paulo poſt pro *Cymbrus* idem Lucenſis aliique praeſtantiores *Cymber.* placet. HEINS. *Baſternae* Lovan. *Baſtarnae* Oxon. Leid. *Cymber* an *Cymbrus* ſcribatur, parum intereſſe puto, quum in Praefatione ad Phaedrum viderimus ſimilia nomina utroque modo efferri. *Phaeder* & *Phaedrus.* ſic & *Sygambrus* Lib. II. de Laud. Stil. 221. ut ipſe Heinſius edidit. mox, *pavido orantes murmure* confirmat apud Ovid. VI. Met. 327. lectionem Ciofano & Heinſio probatam. *pavido, faveas mihi, murmure, dixit. murmure fracti* Leid. alter a m. ſec. BURM.

448. *Furatur*] *miratur* marg. Iſingr.

449. *Alamannia*] Hanc gentem validiſſimam non ſine ſanguine & ſudore fudit olim Julianus, & juvenis Gratianus, dein Francorum princeps, ad quem Theodoricus ita ſcribit: *memorabilis triumphus*

Baſtarnae venere truces; venit accola ſilvae
Bructerus Hercyniae: latisque paludibus exit
Cymbrus, & ingentes Albin liquere Cheruſci.
Accipit ille preces varias, tardeque rogatus
Adnuit; & magno pacem pro munere donat.
Nobilitant veteres Germanica foedera Druſos,
Marte ſed ancipiti, ſed multis cladibus emta.
Quis victum meminit ſola formidine Rhenum?
Quod longis alii bellis potuere mereri,
Hoc tibi dat Stilichonis iter. poſt otia Galli
Limitis, hortaris Grajas fulcire ruinas:
Jonium tegitur velis, ventique laborant
Tot curvare ſinus: ſervaturasque Corinthum
Proſequitur facili Neptunus gurgite claſſes.
Et puer Iſthmiaci jam pridem litoris exſul
Secura repetit portus cum matre Palaemon.
Plauſtra cruore natant: metitur pellita juventus.

Pars

phus eſt Alamannum exercitum ſic expaviſſe, ut tibi eum cogas de vitae munere ſupplicare. ſufficiat innumerabilem nationem partim ferre, partim ſervitio ſubjugatam. Caſſiodorus. CLAVER.

450. *Truces*] *duces* Wolf. & edd. Vicet. & Parm. & ita ſolent librarii mutare haec vocabula. Stat. IX. Theb. 171.

Inde legens turbata trucis veſtigia Divae.

ubi *ducis* in aliis. & apud Valer. Flacc. IV. 232. apud quem & eodem libro vs. 109. Heinſius pro *Neptuno trux ipſe parenti*, corrigit *dux*. nihil tamen hic muto. ita & variant infra I. in Eutrop. 452. BURM.

451. *Bructerus*] *Brutberus* Leid. *Buſterus* Vicet. & Parm. *Bructurus* Junt. *Bruterus* Lovan. & mox *Cerubi* Oxon. duo Leid. & Lovan. *Cherubi* Exc. Voſſ. *Ceruci* Vicetin. *Cheruci* Parm. ad hos Claudiani verſus diſſertationem ſcripſit quidam Melchior Got. Clajus, inſcriptam *de Silva Hercynia*, quam Witemb. anno 1717. praeſide Frid. Strunzio publice defendit. BURM.

453. *Tardeque*] *tandemque* Oxon. a m. s. mox *pacem magno pro* Oxon.

456. *Sed ancipiti*] *ſub ancipiti* marg. Marcilii.

457. *Quis victum*] *Quid* Leid.

460. *Fulcire ruinas*] *Sarcire* Mazarin. & Rottendorph. utrumque optimis ſcriptoribus uſitatum. Virgil. Georg. IV. 248.

——— *hoc acrius omnes*
Incumbent generis lapſi ſarcire ruinas.

fulcire ruinas habes apud Maximianum Elegia prima. HEINS. *militis* pro *limitis* marg. Iſingr. apud Virgilium etiam in Moreti fragmento *fulcire ruinas* legitur. Lucan. VIII. 528.

Tu, Ptolemaee, potes Magni fulcire ruinam,

& ita Ovid. I. Triſt. VI. 5.

Te mea, ſuppoſita veluti trabe, fulta ruina eſt.

ubi vide adnotata. BURM.

461. *Jonium*] De hac Stilichonis expeditione in Graeciam vide plane Zoſimum. CLAVER.

Laborant] Videtur hic tumorem illum Flori expreſſiſſe, qui Lib. IV. 11. de Cleopatrae navibus, *non ſine gemitu maris, & labore ventorum ferebantur.* vicit vero utrumque Statius I. Achilleid. 449.

——— *ipſum jam puppibus aequor*
Deficit, & totos conſumunt carbaſa ventos.

quo non abiiſſet horum Poëtarum impetus, ſi noſtri aevi naves vidiſſent? BURM.

462. *Servaturasque*] *ſervaturusque* Oxon. non male, Neptunus enim Corinthi Σώτηρ. *proſequitur facibus Neptuni* Junian. *ſervatasque* & correctum *ſervatasque* Wolf.

464. *Iſthmiaci*] *Hirmiaci* Oxon. *Hiſmiaci* Vicet. *inſimaci* Wolf. mox *portas* Wolf.

465. *Cum matre*] Ino vel Leucothea. Pauſan. Ἀτ]ικ. DALL.

466. *Caſtra cruore natant*] *Plauſtra* Gyraldinus cum Pomponianis excerptis. optime. Plauſtris enim caſtra muniebant ſive carris. hinc *carrago* & καγγὲς Graecis, & *carraginem facere* paſſim apud aevi hujus ſcriptores. noſter ſupra vs. 53.

Cum Geticis ingens premeretur Myſia plauſtris.

Lib.

Digitized by Google

Pars morbo, pars enſe perit; non luſtra Lycei,
Non Erymantheae jam copia ſufficit umbrae,
Innumeris exuſta rogis: nudataque ferro
Sic flagraſſe ſuas laetantur Maenala ſilvas.
Excutiat cineres Ephyre; Spartanus & Arcas
Tutior exſangues pedibus proculcet acervos.
Feſſaque penſatis reſpiret Graecia poenis.
Gens, qua non Sythicos diffuſior ulla Triones
Incoluit, cui parvus Athos, anguſtaque Thrace,
Quum tranſiret, erat: per te, viresque tuorum
Fracta ducum: lugetque ſibi jam rara ſuperſtes.
Et, quorum turbae ſpatium vix praebuit orbis,
Uno colle latent. ſitiens, incluſaque vallo
Ereptas quaeſivit aquas, quas hoſtibus ante
Irriguas alio Stilichon deflexerat actu,

Mi-

Lib. I. in Stilich. 94. *Myſos in plauſtra feroces Repulit.* II. in Rufin. 129. *caeſis obtendit plauſtra juvencis.* ubi ritus ille barbarus muniendi caſtra plauſtris copioſe deſcribitur. mox *metitur* pro *moritur* cum ſcriptis legendum alii jam viderunt. Lib. II. in Eutrop. 144.

——— *quid differs ſtringere falcem*
Qua populus a ſtirpe metas.

atque ita ſaepe Poëtae, quorum princeps Iliad. A. vs. 67. milites ſe mutuo interficientes meſſoribus comparat. HEINS. vid. ad Sil. X. 147. *moritur, metitur*, vel *metuit* Lovan. *metitur* Aldus recepit. *mentitur pelta* Wolf. a m. prim. *metuit pellita* a m. s.

Moritur] Non dubito quin *metitur* ſincera lectio ſit. cum ſic habeant vett. lib. & Silius dixerit, *agmina metuuntur*. DELR.

467. *Pars morbo*] *Jam m.* Wolf.

Lycei] Statius: *multiſque adſpecta per aevum Solibus umbroſi patuere aeſtiva Lycei.* CLAVER.

Pars enſe perit] *cadit* ex Palatino malit Barthius. quomodo ex prim. Medic. ſed nil mutandum. HEINS. Ita apud Lucanum II. III. *in numerum pars magna perit.* & ibi *cadit* & *ruit* MSS.

469. *Exuſta rogis*] *exuta* Exc. Voſſ. Jun. & Barth. Cod. *rogis exutaque ferro* marg. Iſingr. Vicetin. & Parm. ſed *nudata* probum. nam *nudare* idem eſt quod *ſpoliare*. de quo vid. ad Ovid. Epiſt. XVI. 107. & infr. II. de Rapt. 139. & praefat. II. Rapt. 21. de hac hyperbole vid. ad Lucan. VII. 766. BURM.

471. *Ephyre*] *Nephere* Junian.

Spartanus] *Parthanus* Ed. Vicetin.

473. *Penſatis*] *pulſatis* Oxon. a m. s. *penuis* etiam Junian.

475. *Auguſtaque*] aut *grataque* Jun. *Anguſtaque Terrae* Exc. Voſſ. *Athos auguſtaque* Wolf.

476. *Quum tranſiret*] *tranſnaret* Junian. ut infr. 623.

Auſi Danubium quondam tranare Gruthungi.

HEINS. *cum tranſiret Athos* Exc. Voſſ. *tranſnare* fluvium patior, ſed Athon & Thracen *tranſire* rectius puto. BURM.

478. *Spatium vix praebuit orbis*] prior Moreti, *ſufficit*. alter cum quarto Vaticano, *contulit*. cum uno Petaviano Mediceus *invenit*, vel *intulit*. ut Lib. II. in Rufin. 415. *Spatium non invenit ira*, HEINS.

479. *Incluſaque vallo*] *incluſaque colle* Jun. *erectas* Leid.

480. *Hoſtibus ante Contiguas*] Prior Moreti *Irriguas*, quod magis placet, ut apud Tibull. II. I. 44.

Tunc bibit irriguas fertilis hortus aquas.

& apud Naſon. II. Amor. XVI. de Sulmone:

Parva ſed irriguis ora ſalubris aquis.

pro *arcu*, *aſtu* Gyraldinus & duodecim alii. probo. nam *arcus* in aquaeductibus lapideis proprie locum habet. Oxon. *aſtu*. etiam non male. *aſtum aquarum* pro curſu poſuit. HEINS. *aſtu* Wolf. a m. pr. Sidonius Carm. XXII. 184.

Arctus at in thermas longe tenuis altior amnis
Et cadit in montem, patulisque canalibus actus
Circumfert clauſum cava per divortia flumen.

quem locum citat Dempſter. ad Roſin. I. 14. ubi ex Statio locum habet I. Silv. 5 ubi *unda immenſo pendens transmittitur arcu.* ſed hic de foſſis, quibus derivatur flumen, non de aquaeductibus agitur. melli liquido Lucret. III. 193. dat *actum*.

Et pigri lenices magis & cunctantior actus.

id

Mirantemque novas ignota per avia valles
Juſſerat averſo fluvium migrare meatu.
Obvia quid mirum vinci, quum barbarus ultro
Jam cupiat ſervire tibi? tua Sarmata diſcors
Sacramenta petit. projecta pelle Gelonus
Militat: in Latios ritus tranſliſtis Alani.
Ut fortes in Marte viros, animisque paratos,
Sic juſtos in pace legis, longumque tueris
Electos: crebris nec ſuccedentibus urgues.
Judicibus notis regimur, fruimurque quietis
Militiaeque bonis; ceu bellatore Quirino,
Ceu placido moderante Numa. non inminet enſis:
Nullae nobilium caedes: non crimina vulgo
Texuntur: patria moeſtus non truditur exſul,
Inpia continui ceſſant augmenta tributi:
Non infelices tabulae, non haſta refixas
Vendit opes: avida ſector non voce citatur:
Nec tua privatis creſcunt aeraria damnis.

Mu-

id eſt fluxus, ut recte interpretes. ita *agere undas* fluvius & fons dicitur, de quo ad Calpurn. II. Ecl. 58. de voce *irriguus* vid. Broukh. ad d. Tibulli locum. & Comm. ad Calpurn. II. Ecl. 35. pro *deflexerat* etiam *deduxerat* Oxon. quo vocabulo in ſimili re utitur Tacit. I. Annal. 79. *ſi amnis Nar in vivos deductus ſuperſtagnaviſſet.* in *juſſerat* vim elegantem recte notat Barthius, unde *parentem undam* vocat Ovid. II. Amor. XVI. 35. ubi vide. BURM.

483. *Averſo migrare meatu*] codex meus vetus *tranſire.* DELR. *adverſo* Voſſ. Exc. Oxon. Leid. Lovan. Wolf. & edd. Vicet. Parm. Ald. Colin.

486 *Petit*] *petunt* Exc. Voſſ.

Projecta fraude Gelonus] *pelle* bene cum Iſingrino Raphelengius. probant Lucenſ. & Gyrald. Bell. Get. 481. *pellita Getarum Curia.* & Lib. II. in Rufin. 85.

Moerent captivae pellito judice leges. HEINS.

488. *Animisque paratos*] *animisque probatos*, non *paratos*, Patavin. HEINS. Nihil muta. Virg. II. Aeneid. 799. *Convenere animis opibusque parati.* & *paratus* proprie de milite. vide ad Petron. CXXX. ſic in alia re, *vina parant animos* Ovid. I. Art. 237. & Remed. Amor. 801. Salluſt. Catil. LVIII. *vos moneo, ut forti atque parato animo ſitis*, quem ante oculos potuit habere noſter. BURM.

489. *Legis*] *regis* Oxon. & mox pro *regimur* Junian. *gerimur. votis regimur* Oxon. *fruimur regimurque* Oxon. Leid. & Lovan.

491. *Judicibus notis regimur*] Male haec diſtinguebantur. HEINS.

493. *Ceu placido*] Barth. *cum placido* corrigit. *ſeu* in Oxon.

Inminet] *veniet* Wolff.

494. *Non crimina*] *nec crimina* Lov. *non funera* Wolff. a m. pr. & ſequens verſus margini adſcriptus.

497. *Infelices tabulae*] Auctionales, de quibus Ambroſius Epiſt. Lib. II. DELR. Proſcriptiones Syllae & Triumvirorum intelligit. ita *feralem tabulam* dixit Flor. III. 22.

498. *Opes avidas*] Nonnulli vulgati *avidis*. DELR. Vetus liber *avida ſector* praefert. Antonius olim dictus ſector Pompeii, quia bona ejus in ſubhaſtatione redemerat. Cicero dixit *ſectores bonorum & collorum*, vide L. Pacatum de Maximo. in aliis codicibus & excuſis, *Avidas emptor*, quod non adeo malum eſt. CLAVER. *Avida ſector non voce citatur* primus ex ſuo libro Claverius reſtituit, quod Lucenſis ac Gyraldinus confirmant, meritoque ſecutus eſt Raphelengius; quem hoc nomine non debuit exagitare vir doctus. ſed bene, quod palinodiam curis ſecundis cecinit. vulgo *avidis emptor non voce citatur.* HEINS. Edd. veteres, *non haſta refixas Vendit opes avidis. emptor* &c. niſi quod Iſingr. & Gryph. *opes avidas* habeant. *avida* illa vox vix placet. ſi *rabida* legeretur, praeferrem, aut veteri lectioni *avidis* inhaererem. *refixo* Lovan. Wolff. *refixo* Cod. Barth. praeterea *Non cum felices* Wolff.

500.

Digitized by Google

Munificus largi, sed non & prodigus, auri.
Perdurat non emta fides: nec pectora merces
Adligat. ipsa suo pro pignore castra laborant.
Te miles nutritor amat. quae denique Romae
Cura tibi? quam fixa manet reverentia Patrum?
Firmatur senium juris, priscamque resumunt
Canitiem leges, emendanturque vetustae,
Acceduntque novae. talem sensere Solonem
Res Pandioniae. sic armipotens Lacedaemon
Despexit muros rigido munita Lycurgo.
Quae sub te vel caussa brevis, vel judicis error
Negligitur? dubiis quis litibus addere finem

Ju-

500. *Munificus laudis, sed non es prodigus auri*] Si hanc lectionem sequamur, Stilichoni avaritiam exprobraverit Claudianus, quod minime voluit. Isingrinus *largis* pro *laudis*. Id amplexus Raphelengius; quem miror non vidisse *largi* legendum, ut probe Oxon. & Regius, qui etiam *sed non* & cum aliis nonnullis & schedis Gudianis, quod ἐμφατικώτερον. Adi notas nostras ad Lib. IV. Met. Nason. 273. *Munificus largi auri.* probe. puto in quibusdam exemplaribus olim lectum, *lauti auri*, inde *laudis* factum. pro vulgata scriptura nollem staret Barthius. HEINS. *largis* Wolff. illud *largi auri* parum placet. forte, *Munificus, largus, sed non & prodigus auri.* nam & liberales sive *largos*, a *munificis*, sive *beneficis*, quod idem notat, distinguit Cicero & alii. *munifici* enim sunt, qui publice omnibus fere grata faciunt, & prompte opera, virtute, & industria benefici & liberales sunt. ita *munificentiam* Titi Sueton. cap. VII. distinguit a liberalitate, & illam in publice exhibitis spectaculis &c. celebrat, ut & Caesaris cap. X. sic Tiber. 48. *publice munificentiam bis omnino exhibuit.* quia vero *largitas* in vitium facile degenerat, addit, *sed non & prodigus*, respiciens illa Ciceronis II. de Offic. 16. *duo sunt genera largorum, quorum alteri prodigi, alteri liberales.* ubi late de illis virtutibus agit Cicero. posset tamen servari lectio vulgata, sine ullo avaritiae opprobrio, ut nimirum laudes & praemia virtutis non parce congesserit in bene meritos; sed non facile auro & argento illos donaverit. & forte ante oculos habuit Augusti institutum, contrarium Honorii moribus, qui, teste Suetonio cap. XXV. *dona militaria, phaleras & torques, & quidquid auro argentoque constaret, quam vallares ac murales coronas, quae honore praecellerent, dabat. has quam parcissime & sine ambitione, ac saepe etiam caligatis tribuit.* ita ut Honorius facilius laudaret milites, quam donativis sibi eos devinciret. nam, ut recte Livius, *laudibus non minus quam praemiis gaudent milites.* praemia & aurum saepe ambitioni dantur, laudes, quia fortes amant & magni faciunt. male vero Heinsius haec de Stilichone dici censet, quum omnia, quae praecedunt, *servire, militare, judices, proscribere, publicare bona*, &c. Imperatoris sunt partes. BURM.

504. *Quam fixa*] *quae fixa* Junian. *sententia* Oxon. a m. pr.

505. *Firmatur senium juris*] Omnia antiquae consuetudinis momenta servanda, idque melius ac rectius olim provisum, ait ille. CLAVER. *Firmavit* Jun.

506. *Emendanturque*] At non convalescit planta, quae saepius transfertur, ait Seneca, & sunt, qui ut aliquid sui videantur adferre, etiam recta commutant. cavendum est etiam, ne legibus fundata respublica legibus evertatur. CLAVER. *vetustas* Junian. Sueton. Aug. XXXIV. *leges retractavit, quasdam ex integro sanxit.* quo respexisse Claudianum puto. BURM.

509. *Despexit muros*] Carmen istud in MS. Vicetin. & Paris. desideratur. exstat autem in Basil. & cunctis Lugdun. & huic loco non male convenit. DELR. ignorant Wolff. Jun. Oxonienses, Leidenses, & Lovan. & edd. veteres Parm. Ald. & Colin. *respexit* Exc. Voss. *mutata Lycurgo* Exc. Voss.

510. *Quae sub te vel causa gravis*] *brevis* meliores scripti. recte. Quamvis parvam, vel minimi momenti, intellige. *Brevis* enim non magnus, *longus* magnus. Ovidio quoque Epist. VII. 188. *brevis impensa.* in Fastis IV. 692. *rus breve*, & *brevis urna.* & hujus imitatione Symmacho *brevis sumptus.* Lampridio, *breve poculum.* contra *longa dos* apud Apulejum in Apologia. & Graecis μικρὸς ἀνὴρ, μικρὸν πίνειν. sic Lib. I. de laud. Stilich. 42. *Nil breve moliri.* hoc est, nihil parvum aut humile. ubi tamen nonnulli *leve.* potuit & hic *causa levis* a Claudiano nobis esse relicta. *Negligitur* pro *Nec legitur*

Digitized by Google

Juſtior, & merſum latebris educere verum?
Quae pietas, quantusque rigor, tranquillaque magni
Vis animi, nulloque levis terrore moveri;
Nec nova mirari facilis! quam docta facultas
Ingenii, linguaeque modus! reſponſa verentur
Legati, gravibusque latet ſub moribus aetas.
Quantus in ore pater! radiat quam torva voluptas
Frontis, & Auguſti majeſtas grata pudoris!
Jam patrias inples galeas: jam cornus avita
Tentatur vibranda tibi. promittitur ingens
Dextra rudimentis, Romanaque vota moratur.
Quis decor, incedis quoties clipeatus, & auro
Squameus, & rutilus criſtis, & caſſide major!
Sic quum Threïcia primum ſudaret in haſta,
Flumina laverunt puerum Rhodopeïa Martem.
Quae vires jaculis! vel quum Gortynia tendis
Spicula, quam felix arcus, certique petitor
Vulneris, & juſſum mentiri neſcius ictum!

Scis,

ſcribendum in Electis vir politiſſimus Philippus Rubenius vidit, mutata diſtinctione. & ſic Lucenſis cum tribus aliis. *Certior* etiam non *juſtior* prior Moreti & unus Mediceus, quomodo Feſcenninis vs. 2. *Parthus ſagittas tendere certior.* Adeantur annotata Conſul. Olybrii vs. 187. pro *rigor* alii *vigor.* HEINS. *Non legitur* Junian. Leid. a m. s. *brevis* probat etiam Markland. ad Stat. IV. Silv. IX. 34. & habent Wolf. & Vicetin. *cauſſa gravis* Parm. Ald. & aliae. eadem variatio apud Ovid. III. Art. Am. 575. *brevis cauſſa* eſt lis de minima re, quales ſolebant auſpicandi gratia initio anni apud Praefectum urbis Latinarum cauſſa creatum agi. Sueton. Neron. VII. *qui auſpicatus jurisdictionem celeberrimis patronis, non tralaticias, ut adſolet, & breves, ſed maximas plurimasque poſtulationes certatim ingerentibus. terror judicis* dictum, ut apud Phaedr. III. Fab. XI. 41. & IV. IV. 33. *quis judicis error* Leid. alter. a m. s. non male. BURM.

512. *Educere*] *deducere* Junian.

513. *Rigor*] Dictio elegans pro ſeveritate. Vellejus dixit, *mores rigore ac lenitate mitiſſimos.* Caſſiodor. *De rigore principis admonerent.* CLAVER. *vigor* Vicetin. eadem variatio Conſ. Olymbr. 42. vid. ad Ovid. IV. Epiſt. 118. & alibi ſaepe. BURM.

515. *Quam docta facultas*] Non *quae* Lucenſis, Iſingr. & octo alii. ſic infra v. 518. *quam torva voluptas Frontis. radiat* etiam quintus Vatic. HEINS.

517. *Latet*] *timet* Junian.

518. *Quantus in ore pater! radiat*] ita edd. Vicet. Parm. Iſingr. Colin. Gryph. vulgo *quantus in ore pater radiat. quam parva voluptas* marg. Iſing. forte, *quam torva venuſtas frontis*, ut rigorem mixtum placidae fronti velit, ut ſaepe Panegyrici. vid. ad Vellej. II. 98. Statius Lib. I. Sylv. I. 15. de Domitiano, *juvat ora tueri Mixta notis belli, placidamque gerentia pacem.* BURM.

521. *Vibranda*] Vetus liber & Vicetin. *vibrata.* DELR. ita & Exc. Voſſ. Barthii Cod. & ed. Vicet. quae diſtinguit poſt *tentatur. cornus* pro *cornus* Oxon. eleganter vero *promittitur*, quod docet nihil novandum in Valer. Flacc. I. 272. *Pbryxi promittitur abſens Vellus. ingens dextra*, ut Heroibus & Diis datur *magna* & *ingens manus*, de qua vid. ad Abinov. Eleg. in Druſum v. 224. BURM.

522. *Moratur*] *moratus* Leid.

524. *Caſſide major*] Quia caſſis auget ſtaturam. vid. Savar. ad Sidon. Apollon. Carm. II. vs. 5.

526. *Puerum*] *purum* Vicetin.

529. *Juſſum mentiri neſcius ictum*] MS. *viſum*, quod cur non recipiamus? DELR. *viſum* ex ſuo libro Delrius, quomodo & multi noſtrorum cum Gudianis ſchedis. fruſtra. Ovid. Epiſt. XVI. 364.

Figitur in juſſo noſtra ſagitta loco.

paulo ante *tendis*, non *tendit*, probe ſcripti omnes. HEINS. *Corinthia tendis* Lovan. a m. pr. *inviſum* Junian. *viſum* Wolf.

532.

Digitized by Google

Scis, quo more Cydon, qua dirigat arte ſagittas
Armenius; refugo quae ſit fiducia Partho.
Sic Amphioniae pulcher ſudore palaeſtrae
Alcides pharetras, Dircaeaque tela ſolebat
Praetentare feris, olim domitura Gigantas,
Et pacem latura polo: ſemperque cruentus
Ibat, & Alcmenae praedam referebat ovanti.
Caeruleus tali proſtratus Apolline Python
Inplicuit fractis moritura volumina ſilvis.
Quum vectaris equo, ſimulacraque Martia ludis,
Quis molles ſinuare fugas, quis tendere contum
Acrior, aut ſubitos melior flexiſſe recurſus?
Non te Maſſagetae, non gens exercita campo
Theſſala, non ipſi poterunt aequare bimembres.
Vix comites alae, vix te ſuſpenſa ſequuntur
Agmina: ferventesque tument poſt terga dracones.
Utque tuis primum ſonipes calcaribus arſit,
Igneſcunt patulae nares: non ſentit arenas
Ungula, diſcuſſaeque jubae ſparguntur in armos.
Turbantur phalerae; ſpumolis morſibus aurum
Fumat: anhelantes exundant ſanguine gemmae.

Ipſe

532. *Pulcher*] vid. ad Virgil. VII. Aeneid. 657. *pulchrum ſudare* Wolf. a m. prim.

533. *Dircaeaque*] Non inepte vetus liber *Dictaeaque*, hoc eſt *Cretenſia*, quae erant praeſtantiſſima. poteſt tamen vulgata etiam lectio defendi. DELR. Priſci nonnulli *Dictaeaque*, quod perperam arripuit Delrius. Quid enim Herculi Thebano cum Cretenſibus ſagittis? nox *Gigantas* pro *Gigantes* unus Petav. & Bonon. accuſativo Graeco, ut apud Ovidium, Statium, alios poëtas libri meliores. de quo ad Naſonem I. Met. 152. HEINS. *directaque tela* Oxon. a m. s. ſic apud Virgil. VI. Ecl. 56. in Rotterd. Cod. erat *Dircaeae Nymphae*. *Parentare feras* Wolf.

536. *Alcmenae*] *Armeno* Junian.

538. *Fractis*] *factis* Wolf.

Moritura volumina] Malim *moribunda* HEINS.

539. *Ludis*] vid. ad Sueton. Neron. XXXV.

540. *Sinuare*] *ſimulare* marg. Iſingr.

Tendere contum] *curſum* volebat Markland. ad Stat. v. Silv. II. 115. quae cum obvia ſit locutio, de qua egit Heins. ad VI. Conſ. Honor. 291. & nos ad Ovid. II. Met. 547. non veroſimile videtur eam mutatam a librario. *contum tendere* eſt eum emittere in hoſtem, nam ad equi latus contum gerebant loro ligatum, quem emittere & relegere poterant. ita Statius II. Achill. 418.

Quo Macetes ſua geſa citent, quo turbine contum
Sauromates, falcemque Getes, arcumque Geloni
Tenderet. inde *frenator Sarmata conti* Valer. Flacc. VI. 162. ubi plura dixi. ita & *tendere ſagittas* & *ſpicula* modo v. 527. cum proprie arcus tendatur. Horat. I. Od. 29. *doctus ſagittas tendere Sericas Arcu.* Virgil. V. Aeneid. 489. *quo tendant ferrum*, id eſt ſagittam. & 508. *pariterque oculos telumque tetendit.* vid. & Feſcenn. vs. 2. & I. Laud. Stil. 119. BURM.

541. *Acrior*] *Aptior* Lovan. *doctior* Voſſ.

545. *Tument*] *timent* Junian. Wolf. *poſt bella dracones* Exc. Voſſ.

546. *Tuis*] *tuus* Junian. qui & *primus*.

550. *Fumat*] *ſpumat* Junian. Leid. vid. ad Phaedr. III. 6. terga *fumant*, ora & frena *ſpumant*. hic tamen admitti poteſt, quia ſpumans morſibus aurum, id eſt frena fumum edere quemdam & vaporem fingit, ſed inconcinnum *ſpumoſis morſibus ſpumare*. BURM.

Exudant ſanguine gemmae] Vetus liber & vulgati antiquiores, *exundant*. DELR. *Exundant* rectius libri plerique, quam *exſudant*. Lib. III. de Rapt.

Ipſe labor pulvisque decent, confuſaque motu
Caeſaries. veſtis radiato murice Solem
Conbibit: ingeſto criſpatur purpura vento.
Si dominus legeretur equis, tua poſceret ultro
Verbera, Nereïdum ſtabulis nutritus, Arion:
Serviretque tuis, contemto Caſtore, frenis
Cyllarus, & ſlavum Xanthus ſpreviſſet Achillem.
Ipſe tibi famulas praeberet Pegaſus alas,
Portaretque libens: melioraque pondera paſſus
Bellerophonteas indignaretur habenas.
Quin etiam velox Aurorae nuntius Aethon,
Qui fugat hinnitu ſtellas, roſeoque domatur
Lucifero, quoties equitem te cernit ab aſtris,
Invidet, inque tuis mavult ſpumare lupatis.
Nunc quoque quos habitus, quantae miracula pompae
Vidimus, Auſonio cum jam ſuccinctus amictu
Per Ligurum populos ſolito conſpectior ires,
Atque inter niveas alte veherere cohortes:
Obnixisque ſimul pubes electa lacertis
Sidereum geſtaret onus! ſic numina Memphis
In vulgus proferre ſolet. penetralibus exit
Effigies; brevis illa quidem: ſed plurimus infra
Liniger & poſita ſuſpirat veſte ſacerdos,

Te-

127. *exundat ab ubere ſanguis*. ubi plura. mox *Ipſe labor pulvisque decent*, non *decet*, duo Vaticani & Helmaeſtadienſis. HEINS. Difficilis ſaepe dijudicatio inter haec duo verba, quae in ſcriptis codicibus ſemper commutata, quia *exudent* ſcribentes pro *n* virgulam ſaepe ſuper *u* ducebant. vid. Lucan. IX. 619. Stat. X. Theb. 160. ſupra II. in Ruſin. 68. ſic *undare* & *ſudare* confuſa. vid. ad Virgil. I. Georg. 88. *decent* Wolf. BURM.

551. *Confuſaque*] *concuſſaque* Oxon. *confuſaque mundo* Junian.

553. *Combibit*] Sic apud Juven. *bibit contracta cuticula ſolem*. Statius Lib. X. 669.

Fulminis haud citius radiis adflata cupreſſus
Combibit infeſtas & ſtirpe & vertice flammas.

CLAVER. *cum bibit* Wolf.

555. *Arion*] *Orion*. Leid. & Exc. Voſſ.

557. *Flavum*] *rigidum* Oxon. non male. In Lucenſi *ſlavum*, & deinde *u* inter *u* & *l* erat additum *fulvum*. *clarum* Pricaeanus. HEINS. *clarum* etiam Exc. Voſſ.

558. *famulas*] *famulus* Exc. Voſſ.

560. *Habenas*] *barenas* Junian.

561. *Aethon*] *Athon* Jun. Leid. *Aeon* Oxon. *Achon* Lovan. a m. s.

564. *Ab aſtris*] *ab auſtris* Oxon. mox *mallet* Exc. Voſſ.

Mavult] MSS. *mallet* DELR.

565. *Pompae*] *formae* Oxon. duo.

568. *Niveas*] Trebellius *albatas milites* dixit. quia videlicet caſtrenſia veſtimenta erant candida. DELR. Immo quia togas ſumebant in pompa. vid Barth. & inf. Epith. Honor. 295. & ſupr. vs. 9. BURM.

570. *Memphis*] *Nymphis* Vicet. Parm. Iſingr. Colin. *nimphis* Wolf. *vel numina Memphis* Exc. Voſſ. mox *penetrabilis* Colin. vitioſe.

572. *Infra*] *intra* Exc. Voſſ.

573. *Laniger*] Iſidis ſacerdotes non alia quam linea veſte utebantur, unde a Juvenale & Martiale *Linigeri* vocantur. quare mendoſe meus MS. *Laniger*. DELR.

Impoſito ſuſpirat veſte ſacerdos Teſtatus] Ita locum hunc legendum ſagaciſſimus Gronovius ex Lei-

den-

Digitized by Google

Teſtatus ſudore Deum. Nilotica ſiſtris
Ripa ſonat, Phariosque modos Aegyptia ducit
Tibia: ſubmiſſis admugit cornibus Apis.
Omnis nobilitas, omnis tua ſacra frequentant
Thybridis & Latii ſoboles. convênit in unum
Quidquid in orbe fuit procerum: quibus auctor honoris
Vel tu, vel genitor. numeroſo Conſule Conſul
Cingeris, & ſocios gaudes admittere Patres.
Inluſtri te prole Tagus, te Gallia doctis
Civibus, & toto ſtipavit Roma Senatu.
Portatur juvenum cervicibus aurea ſedes,
Ornatuque novo gravior Deus. aſperat Indus
Velamenta lapis, pretioſaque fila ſmaragdis
Ducta virent. amethyſtus ineſt; & fulgor Hiberus
Temperat arcanis hyacinthi caerula flammis.
Nec rudis in tali ſuffecit ſgratia textu:
Auget acus meritum, picturatumque metallis
Vivit opus, multaque ornantur iaſpide cultus,

denſi libro jam monuit Diatribes Statianae cap. 5. quod confirmant alii quinque ex noſtris. idque jam ex parte viderat in Electis Lib. II. cap. 12. politiſſimus Gevartius. vulgo, *impoſita ſuſpirans veſte ſacerdos Teſtatur*. deinde *Pharios* pro *varios* bene ſcripti, quod ab aliis jam animadverſum. in ſchedis Gudianis pro diverſa ſcriptura & Exc. Voſſ. *voce* non *veſte*. HEINS. *Veſtis* & *veſtis* etiam commutata vi. Conſ. Hon. 48. *Laniger* multi ſcripti & ed. Vicet. vid. ad Ovid. II. Amor. II. 25. & I. Art. 47. & Gratium v. 42. *ſuſpirant* Wolf. ſed mihi maxime arridet ſcriptura Codd. Oxon. Voſſ. & Lovan. & edit. Vicetinae, *& poſita ſuſpirat veſte ſacerdos*, ut ſimularint majus vero pondus & onus hi inpoſtores, qui brevem imaginem, ut gravem portabant cum ſudore. *pondus* Diis adſcribi notum. veſtis etiam ſupponitur imagini, aut ſerculo inponi humeris. vid. Barth. *ſuſpirans* Voſſ. Leid. & Edd. veteres. *Pharios* jam Aldus dedit. ita *Pharium* pro *vario* etiam reſtitutum Epith. Honor. 90. BURM.

575. *Variosque modos*] Vetus liber *Phariosque*. quod placet. eo pacto Statius in Epicedio Patris, *Pharios dolores*. DELR. *fractosque* Junian. *turba ſonat* Oxon.

576. *Submiſſis admugit*] *ſubmiſſisque* prior Moreti, graviori ſono. deinde *frequentant*, non *frequentat* novem libri. HEINS. *adjungit* Wolf.

579. *Quidquid in orbe fuit*] *ubique* prior Moreti. ſic ſupra v. 388. *ſit Nilus ubique Veſter*. Lib. I. de Raptu v. 59. *quidquid ubique Gigni materiet*. HEINS. *in ore* Exc. Voſſ. *actor honoris* eadem, ut & ed. Vicet. male. vid. ad I. in Eutrop. 170. BURM.

582. *Gallia*] Togata ſcilicet vel Inſubria, cujus caput Mediolanum, quo in honorem Principis Roma lumina ſui ſenatus miſerat. CLAVER. De doctis circa haec tempora Gallis, ſed tranſalpinis, vid. ad Rutil. I. 209. & hic Barthium eadem fere iterantem. BURM.

586. *Velamenta*] *Veſtimenta* Oxon.

587. *Ducta virent*] *Mixta* Oxon. a m. s. *Buſta* Leid. a m. prim. *nitent* Exc. Voſſ. male, vid. ad Ovid. III. Amor. VI. *bibernus* Wolf. ut & ſupra exhibebat vs. 393. BURM.

589. *Gratia*] *Graecia* Voſſ.

590. *Metallis*] *Metallus* Oxon.

591. *Multaque ornantur Iaſpide cultus*] *cultus* ſcribendum cum priore Moreti, Oxon. Helmaeſtadienſi & uno Mediceo. ita II. de laud. Stilich. 366. *Latii ſederunt pectore cultus*. Mazarin. *oneratur*, quod & placet. ſic VI. Conſ. Hon. 528. *baccis onerat candentibus aures*. Lucenſ. *multa remoruntur*. id quod de nihilo non eſt, praeſertim ſi legas *remoratur*, propter rigorem ſuum ſcilicet, ut mox dicturus. *multa variantur* unus Mediceus. *hortatur* in nonnullis. Forte *animatur*. ſequenti verſu malim *varias ſpirat figuras*, quam *variis figuris*. Bell. Gildon. 285. *verba ſoli ſpiranda virus*. Lib. II. in Stilich. 340. *inſigne Minervae Spirat opus*, quomodo ſcrip-

Et variis ſpirat Nereïa bacca figuris.
Quae tantum potuit digitis mollire rigorem
Ambitioſa colus? vel cujus pectinis arte
Traxerunt ſolidae gemmarum ſtamina telae?
Invia quis calidi ſcrutatus ſtagna profundi
Tethyos invaſit gremium? quis divitis algae
Germina flagrantrs inter quaeſivit arenas?
Quis junxit lapides oſtro? quis miſcuit ignes
Sidonii rubrique maris? tribuere colorem
Phoenices, Seres ſubtemina, pondus Hydaſpes.
Hoc ſi Maeonias cinctu graderere per urbes,
In te pampineos transferret Lydia thyrſos,
In te Nyſa choros. dubitarent orgia Bacchi,
Cui furerent: irent blandae ſub vincula tigres.

Talis

ſcripti. Lib. I. de Rapt. 6. *totum ſpirant praecordia Phoebum.* Idyllio de Phoenice v. 96. *divinos ſpirant varia fumos.* ut & ibi legendum puto. Statius Theb. III. 329. *mens altum ſpirat Lonorem Conſcia factorum.* Idem Pietate Abaſcantii, v. Silv. I. 230.

——— *nil longior aetas*
Carpere, nil alvi poterunt vitiare labores
Siccatam membris, tantas venerabile marmor
Spirat opes. ſic vetuſta editio Parmenſis, vulgati *Sepit opes.* Theb. IV. 410.

Non alacri penna aut verum ſpirantibus exſtis.

ubi male Lindenbrogius reponit *ſalientibus.* noſter Gigantomachia v. 40. ex optimo codice Vaticano:

Hic ſibi promittit Venerem, ſpiratque Dianae
Conjugium. Heins. Ego contra ſcriptos nihil moveo. nam utroque caſu gaudet hoc verbum. & alia ejus generis. vid. ad Valer. Flacc. VI. 157. & Grat. Cyneg. 375. ipſe noſter Epith. Honor. 124. *blando ſpirantem numine ceſton.* illud *animatur* inluſtrari poſſet ex notis ad III. Rapt. 386. pro *ornantur, animantur* probat etiam Markland. ad Stat. I. Silv. I. 21. & ad II. III. 53. *cultus* Wolf. Burm.

593. *Quae tantum*] *Quae potuit tantum* Oxon.

594. *Ambitioſa colus*] *Ingenioſa* Regius. ut Lib. II. de Rapt. 41.

Pectinis ingenio numquam felicior arti
Contigit eventus.

inox *gemmarum flamina*, non *ſtamina*, ſex ſcripti. Heins.

595. *Traxerunt*] *Texerunt* Exc. Voſſ. Lovan. *flamina taedae* Exc. Voſſ.

596. *Scrutatus*] *ſcrutatur* Leid. *Invida quis* Exc. Voſſ. *ſcrutatus regna* Ambroſ. non male. ita apud Ovid. XIV. Met. 331. pro *ſtagnum nemorale Dianae*, ex MSS. reſtitutum *regnum.* Burm.

597. *Invaſit*] *inviſae* Junian. an *inviſit?*

598. *Germina*] *Gramina* Junian.

599. *Quis miſcuit*] *aut quis miſcuit* Junian. forte, *Quis tinxit lapides oſtro.* nam *jungere* lapides purpurae nulla ars eſt. Burm.

601. *Pondus*] *modus* Junian. *pontus* Oxon. *fulvogemina* Wolff.

602. *Hoc ſi Maeonias cinctu*] *vultu* Lucenſis, & multi alii. quod viri docti ſequuntur. ſcripti quidam, *cultu.* nihil mutandum ad Conſ. Olybr. vs. 178. dixi. nam de *cinctu Bacbi*, quod paulo poſt ſequitur, vulgatae ſcripturae controverſiam non eſſe movendam ſatis evincit, quam & primus Vaticanus & ex ſcriptis melioribus complures tuentur. *Maconidas urbes* praeterea tert. Vaticanus & Rottendorph. cum uno Petaviano & Oiſeliano. idem Oiſellanus *cum tu graderere*, pro *compta.* Heins. *vultu* Gronov. Diatr. Stat. pag. 56. & ita Wolff.

603. *Proferret Lydia thyrſus*] *Transferret* Iſingr. Gyrald. Lucenſ. & octo alii. probe. noſter Epigr. v. 1.

Transferat huc liquidos fontes Heliconia Nais.

Ovid. Lib. I. de Remed. Amor. 164. ut quidem cum membranis legendum:

Tranſtulerat vires Graecia tota ſuas.

deinde *dubitaſſent* pro *dubitarent* Lucenſ. & ceteri magna ex parte. Heins. *praeferret* Parm. *dubitaſſent* Wolff.

604. *Nyſa*] *viſa* Vicetin.

605. *Cui furerent*] ex Statio VII. Theb. 678. *ultimam ipſe veniret, Cui furis.*

606.

Digitized by Google

Talis Erythraeis intextus nebrida gemmis
Liber agit currus, & Caſpia flectit eburnis
Colla jugis: Satyri circum, crinemque ſolutae
Maenades adſtringunt hederis victricibus Indos:
Ebrius hoſtili velatur palmite Ganges.
Auſpice mox laetum ſonuit clamore tribunal,
Te faſtos ineunte quater. ſollemnia ludit
Omina libertas. deductum Vindice morem
Lex celebrat, famulusque jugo laxatus herili
Ducitur, & grato remeat ſecurior ictu.
Triſtis conditio pulſata fronte recedit.
In civem rubuere genae: tergoque removit
Verbera permiſſi felix injuria voti.
Proſpera Romuleis ſperantur tempora rebus,
In nomen ventura tuum. permiſſa futuris

Dant

606. *Erythraeis*] *Eritheis* Oxon. Leid. *Eriſtheis* Leid. *Eryſtheis* Wolff. *Ariſtaeis* Exc. Voſſ.

607. *Caſpia flectit*] *Caſpida* Lovan. *nectit* Oxon. *ligare* dixit Conſ. Olybr. 81. & 1. Rapt. 279. & hoc *jugis* melius convenire videtur. BURM.

611. *Auſpice mox laetum*] Non *Aſpice* unus Ambroſ. & Tholoſ. quomodo legendum jam viderunt Clar. Gevartius Elect. Lib. 1. cap. XII. & in Obſervat. Lib. 1. cap. 21. Gronovius noſter. mox *Omina* non *Omnia* cum Delrio, Scaligero, Fabro in Semeſtribus, ac eodem Gronovio corrigendum. Confirmat Lucenſis & duodecim alii, ut fruſtra vulgatam lectionem tucatur Barthius. HEINS.

613. *Omnia libertas*] Legendum *Omina*. Deſcripſerunt multi ſollemnia manumiſſionis, ſed nullus fuſius neque elegantius, quam hic noſter. Idem porro error Sidonii codices invaſit: *Qui maxima regni Omina privatus fugit*. male legebatur *Omnia*. DELR.

Vindice] Hic locus ad jus pertinens citatur a Cujacio in Obſerv. Vindex autem iſte fuit Vitelliorum ſervus, qui, quadam conjuratione pateſacta, libertate ac civitate a Bruto donatus eſt. CLAVER.

614. *Laxatus*] *lapſatus* Lovan. *laſſatus* Oxon. Wolff. *ſervusque* Exc. Voſſ. *benili* Wolff. a m. prim.

616. *Triſtis conditio*] Non tam quia ſervi ſervitutisque vocabulum δουλεία, ut ait Euripides, ἰσῶν νίθεον, quam quia Ulpianus ſervitutem mortalitati comparavit, & Gajus ſervos quadrupedibus tradidit exaequari. DELR.

Pulſata fronte] Servius in VIII. Aeneid. ait, *Feroniam eſſe Nymphan Campaniae libertorum Deam, in cujus templo, raſo capite, pileum accipiebant ſervi.* Sidonius, *quorum gaudentes exſpectant verbera malae.* ita ſacris initiatos Epiſcopus ferit, quod etiam contigit Ducibus Carinthiae. Circumagebatur etiam, inde *Vertigo una Quiritem facit* apud Perſium. CLAVER.

Recedit] *recedit In civem: rubuere genae.* ita diſtinguebant veteres editiones; ſed perperam. vide Barthium. utroque modo poſſe capi docet Gronov. ad Tacit. II. Annal. 17. ubi de uſu eleganti praepoſitionis *in* egregia quaedam producit exempla. BURM.

618. *Permiſſi felix injuria voti*] Sic ſcripti fere omnes cum Aldo, non *promiſſi*. Praefat. Lib. II. in Rufin. 2. *permiſſis jam licet ire choris. permiſſi jocs* Feſcenn. in nupt. Honor. Aug. *permiſſa quies* Valer. Flacc. VIII. 80. Statius parl mendo inquinatus Epithalamio Stellae Lib. II. Silv. II. 31.

Tu tamen attonitus (quamvis data copia tantae
Noctis) adhuc optas, permiſſaque numine dextra
Vota pares. Pone ô dulcis ſuſpiria vates,
Pone. tua eſt.

promiſſa vota ibi legebantur haſtenus. neque aliter ſcribendum Achill. II. 266. *eripitur miſerae permiſſus Achilles*, ut jam vidit Gronovius. habes & *permiſſa vota* apud Sidon. Apollin. Carm. II. v. 23.

Ne vellet collega pius permittere voto
Publica vota tuo. HEINS. vide ad Argum. Metam. Ovid. Lib. 1. fab. 9. & 1. in Eutrop. 173. & alibi haec verba confuſa.

619. *Proſpera*] *Aſpera* Junian. eadem varietas ſupr. v. 117. *ſecula rebus* etiam Ambroſ.

622.

Digitized by Google

Dant exempla fidem. quoties te curſibus aevi
Praefecit, toties acceſſit laurea patri.
Auſi Danubium quondam tranare Gruthungi
In lintres fregere nemus. ter mille ruebant
Per fluvium plenae cuneis inmanibus alni.
Dux Odothaeus erat. tantae conamina claſſis
Incipiens aetas & primus contudit annus.
Submerſae ſedere rates: fluitantia numquam
Largius Arctoos pavere cadavera piſces.
Corporibus premitur Peuce: per quinque recurrens
Oſtia barbaricos vix egerat unda cruores.
Confeſſusque parens Odothaei regis opima
Retulit exuviasque tibi. civile ſecundis

Con-

622. *Curſibus*] *caſibus* Wolff.

623. *Acceſſit*] *ſucceſſit* Exc. Voſſ.

624. *Gothunni*] ex veteri libro *Gruthungi* legendum, de quibus in ſecundo libro in Eutropium. DELR. Tam hic, quam aliis apud poëtam noſtrum locis, *Gothunni* in vulgatis exemplaribus vocabantur, tanquam ex Gothis & Hunnis conflati. Libri ſcripti etſi mire inter ſe diſſentiunt, uno tamen conſenſu editam lectionem non agnoſcunt. *Gruthungos* gentem bellicoſam vocat Ammianus Lib. XXVII. nec aliter Oxonienſis & Leidenſis cum Schedis Gudianis. *Greuthungi* in Faſtis Idatii appellantur. Iſingrin. & prim. Vatican. cum Aldo ac primis editionibus *Grutbunni*. alii codices *Grutongi*, *Gratungi*, *Grutonni*, *Gratunni*, *Grutunni*, *Grutingi*, *Gritongi*, & ſimilia. vir doctiſſimus ad Hiſtor. Aug. *Grothungi* legit. Sequenti verſu recte ſcripti fere omnes *ter mille*, non *tibi. cum mille* Excerpta Gudii. mox pro *cuneis immanibus*, unus Medic. ſec. Vatic. & Palat. *navalibus*, ut alibi, *lituis navalibus arſit Hiſpanum Siculumque fretum.* Barthius *Gothunnos* vulgatam ſcripturam inmerito tuetur. Apud Conſtantinum Porphyrogennetem in Thematibus Γοθῶνοι dicuntur. appoſite de hac ipſa victoria in Faſtis Idatianis a Philippo Labbeo editis, *Honorio nobiliſſimo & Evodio: bis conſulibus victi atque expugnati & in Romania captivi addicti gens Greuthungorum a noſtris Theodoro & Arcadio.* primo enim conſulatu Honorii adhuc pueri id geſtum. HEINS. *tranſnare* Vicet. Ald Iſingr. Colin. Gryph. *Gratunni* Parm. *Graunni* Vicetin.

625. *Plenae*] *penae* Junian.

626. *Odothaeus*] Promotus dux peditum in Thracia Odotheum navigiis adgreſſus, Zoſimo auctore, tantam ſtragem edidit, ut flumen cadaveribus oppleretur. CLAVER. *Edothaeus* Exc. Voſſ. *Othodotus* Lovan.

Claſſis] *fraudis* Oxon.

627. *Incipiens aetas*] Honorius natus eſt Conſtantinopoli anno 384. Septembri, Ricomere & Clearcho Conſſ. ſed tunc verius renuntiatum aut deſignatum arbitror. CLAVER.

Concutit] Docent veteres libri *contudit* reponendum. DELR. *contudit* etiam nonnulli ex noſtris, quomodo Delrius aliique jam emendandum viderunt. vulgo male, *contudit*. bello Getico 602. *tanta nec clade ſuperbum Contudimus Tanain.* Lib. I. in Stilich. 189. *non Marte Suevos Contudimus.* VI. Conſ. Honor. 302. *Rettudit boſtiles animos*, ut illic legendum. apud Silium Lib. I. 33. *conamine primae Contuſo pugnae.* Poſſet & legi *Incipiens aeſtas.* ſequenti verſu pro *ſubmerſae*, unus Pulmanni, *ſuccenſae.* placet, pro incenſae. HEINS. *contudit* edd. Vicet. Ald. Colin. & aliae. *contulit* Wolff. de verbo *contundere* vid. ad Ovid. IV. Faſt. 628. *ſubtractae ſedere* Junian. *cecidere* Cod. Barthii. forte *ſubmerſae ſidere*, ut a *ſido* derivetur, cujus perfectum etiam male quidam *ſedit* faciunt. vide de confuſione horum verborum quae diximus ad Quintil. II. Inſt. Orat. I. & ad Petron. XCVI. & quos ibi laudavi. in conpoſitis magis uſitatum, ita *reſiderat* Ovid. VII. Met. 76. *conſidit* noſter VI. Conſ. Honor. 238. *ſidere* vero proprie de navi in fundum eunte dicitur. vid. Schott. ad Corn. Nepot. Chabr. cap. ult. & Heinſ. inſ. ad bell. Gild. 221. BURM.

629. *Largius*] *longius* Leid. a m. pr.

630. *Quinque*] Hoc loci noſter Herodotum, Ephorum, & Dionyſium ſecutus, Danubio quinque oſtia tribuit, ſed eidem Plinius, Tacitus, Ptolomaeus ſex, & Strabo, Ovidius, Seneca, Statius, Valerius Flaccus, Solinus, Ammianus, Sidonius ſeptem adſcribunt. DELR. *per quinque recurſus* Junian.

633. *Parens*] *pares* Parm.

634. *De-*

Digitized by Google

Conficis auſpiciis bellum. tibi debeat orbis
Fata Gruthungorum, debellatumque tyrannum.
Iſter ſanguineos egit, te Conſule, fluctus.
Sed patriis olim fueras ſucceſſibus auctor,
Nunc eris ipſe tuis. ſemper venere triumphi
Cum trabeis, ſequiturque tuos Victoria faſces.
Sis precor adſiduus Conſul, Mariique relinquas
Et ſenis Auguſti numerum. quae gaudia mundo,
Per tua lanugo quum ſerpere coeperit ora,
Quum tibi prodiderit feſtas nox pronuba taedas!
Quae tali devota toro, quae murice fulgens
Ibit in amplexus tanti Regina mariti?
Quaenam tot Divis veniet nurus, omnibus arvis
Et toto dotanda mari? quantusque feretur
Idem per Zephyri metas Hymenaeus & Euri!

O mihi

634. *Debeat*] *debuit* Lovan.

636. *Iſter ſanguineos egit, te Conſule, montes*] Ita primae editiones & ſcripti omnes. Vulgati duos verſus pro uno nobis obtrudunt:

Iſter ſanguineos egit, te conſule, fluctus.
Alpinos genitor rupit, te conſule, montes.

cujus id liberalitati debeamus, incertum, niſi quod ſuſpectus hic Iſingrinus. Barthius tamen pro vulgatis exemplaribus praefracte pugnat. Quis non videt poſteriorem verſum languere? nam cur *Alpinas rupes* non dixit, ut poëtae loquuntur? *ſanguinei montes*, quomodo Virgil. I. Aeneid. 105 *praeruptus aquae mons*. & apud Ovid. I. Trist. II. 19. *quanti montes volvuntur aquarum*. Cadavera in Iſtrum praecipitata intelligit. *acervos cadaverum* dixit I. in Stilich. 186.

—— *Geticisque tumens Alpheus acervis*
Tardius ad Siculos etiamnum tendit amores.

HEINS. *Montes* dici de aqua tempeſtate vehementi concitata, obvium eſt. ſed de fluvio volvente cadavera, aut ſanguineam aquam, dici inauditum eſt. & certe vox illa repetita ex ultima adulterini ſequentis. deinde *egit* notat currentem fluvium. vid. ſupr. vs. 481. fingunt ſaepe Poëtae flumina ſtipata cadaveribus, & ſanguine adjuta eluctari tamen in mare. vid. Lucan. II 212. & ſeqq. & ibi interpretes. Lib. III. 573 & alibi. ſed *ſanguinei* illi *montes* admodum diſplicent. BURM.

Alpinos genitor] de hoc verſu, quem recentiores vulgati addunt, omittunt cum MSS. antiquiores, quid dicam non ſatis ſcio. in praecedenti, ubi Lugdun. & Baſileens. *fluctus*, MSS. cum ceteris habent *montes*. DELR.

638. *Eris*] *erit* Oxon. *tuus* etiam Oxon. a m. pr. & Wolff.

639. *Tuas*] Miror hic Heinſium non emendaſſe *ſuas*, quid huic loco admodum accommodatum puto BURM.

640. *Sis precor adſiduus Conſul*] Non *aſſidue* ſcripti. Forte, *aſſiduum*. HEINS.

Mariique relinquas] *Matrisque* Oxon. a m. prim. *relinquens* Leid.

641. *Gaudia mundi*] *mundo* Lucenſ. & Medic. unus cum tribus Vaticanis. rectius. HEINS.

642. *Serpere coeperit*] *creſcere coeperat* Junian.

643. *Quum tibi prodiderit*] Iſingr. Gyrald. & alliqui ex noſtris *protuleris*, quod alterius gloſſema. *prodere* enim proferre. Virgil. II. Aeneid. 260. *laetique cavo ſe robore produnt*. quomodo libri veterrimi. Valer. Flacc. VIII. 17.

Condita lethiferis prodit medicamina ciſtis.

ſic Carrionis liber, quod ille non intellexit. Avienus Fabul. XII.

Nunc inventa meis non prodit munera ciſtis.

cum veteri libro Ovid. V. Faſt. 518.

Prodit fumoſo condita vina cado.

ut quidem veterrimi codices. non *promit* cum vulgatis. Lib. IV. Met. 655.

—— *larvaque a parte Meduſae*
Ipſe retroverſus jaculantia prodidit ora.

ubi *protulit* etiam vulgo legitur. Plura ad Naſonem. ſequenti verſu *devota* pro *donata* ſcripti plerique, quod & vidit Raphelengius. HEINS. *feſtas vox* Junian. *pertulerit* Leid.

644. *Donat.*] MS *devot.* DELR. ita Aldus & alii. pro *murice*, *munere* Junian.

647. *Dotanda*] *donanda* Exc. Voſſ. *dotata* Leid.

O mihi si liceat thalamis intendere carmen
Connubiale tuis, si te jam dicere patrem!
Tempus erit, quum tu trans Rheni cornua victor,
Arcadius captae spoliis Babylonos onustus
Communem majore toga signabitis annum,
Crinitusque tuo sudabit fasce Suëvus;
Ultima fraternas horrebunt Bactra secures.

652. *Babyloniis onustus*] *Babylonos* meliores. recte. Nemesianus Cyneg. v. 72.

——— *utque intima frater*
Perfidos, & veteres Babylonos ceperit arces.

Martial. Lib. VIII. Ep. XXVIII.

Non ego praetulerim Babylonos picta superbae

Texta. sic vetustus fratrum Puteanorum liber. vulgo *Babylonica picta superbe. superba Babylon* passim poëtis dicta. noster Lib. I. in Eutrop. 335. *centum portis Babylona superbam.* Lucan. I. 10.

Cumque superba foret Babylon spoliandis trophaeis.

Lib. VIII. 299. *murisque superbam Assyrius Babylona domus.* HEINS. *victae spoliis* Exc. Voss. *Babylonas* vero per Graecismum ut *Babylona* etiam supra III. Cons. Honor. 200 & Propert. III. IX. 21. sic & *Platona* Lucan. X. 181. & noster Epist. ad Olybr. IV. *Cicerona.* vid. H. Steph. de Abusu Ling. Graec. pag. 32.

653. *Majore*] *meliore* Exc. Voss. marg. Isingr.

Annum] Id est Consulatus, ut alibi saepe, qui quidem contigit anno 386. Itaque eum Flaccilla mater docuit ad primas curules reptare, ut poëtae verbis utar. ne vero quis miretur consulem anniculum, id infelix auspicium rei gerendae curavit Theodosius; Deus enim infantium & lactentium praecipue curam gerit, nec dubito, quin Rex magnus filii sui auspiciis idem, si res poscceret, obtineat eventum. CLAVER.

Suevus] *Lyncus* Jun. & edd. Vicet Parm. Ald. Isingr. Gryph. Colin. *Licbus* duo Oxon. & totidem Leid. Exc. Voss. & Wolff. *Licebus* Lovan. *Libeus* Voss.

655. *Horrebunt*] *horrebant* Oxon.

Digitized by Google

CL. CLAUDIANI

EPITHALAMII IN NUPTIAS HONORII AUG. ET MARIAE PRAEFATIO.

SUrgeret in thalamum ducto quum Pelion arcu,
Nec caperet tantos hoſpita terra Deos;
Quum ſocer aequoreus, numeroſaque turba ſororum
Certarent epulis continuare dies;
Praeberetque Jovi communia pocula Chiron,
Molliter obliqua parte refuſus equi;
Peneus gelidos mutaret nectare fontes,
Oetaeis fluerent ſpumea vina jugis.
Terpſichore facilem laſcivo pollice movit
Barbiton, & molles duxit in antra choros.

Ca-

1. *Surgeret*] Ad hujus imitationem compoſita eſt a C. Sollio praefatio Panegyr. Antemii Auguſti. DELR. Haec Pelei & Thetidis nuptias indicant, de quibus alibi. Ut vero haec plenius intelligas, vide Praefationem Sidonii in Epith. Ruricii & Iberiae. imitando enim explicat. CLAVER.

Ducto quum] *cum ducto* Oxon. *Arcum* vero apud veteres hoc ſignificatu non fuiſſe in uſu, ſed *furnicem* ex Scholiaſte Ciceron. ad Act. I. in Verr. 7. obſervavit Spanhem. Diſſert. XIII. de uſu & praeſt. Numiſm. p. 653. addit tamen Suetonio in Claud. I. & XI. Tacito, & aliis ita uſurpatum. Ovidio etiam III. Met. 30. *ducere* vero proprium verbum pro ſtruere. Ovid. III. Met. 160.

Et levibus topbis nativum duxerat arcum.

ubi *ſtruxerat* quidam codices. male. vid. Broukh. ad Propert. I. 7. 1. & Servium ad Virg. I. Aeneid. 423. & Lucan. VI. 39. & ita *ſurgere* hic jungitur apte, ut apud Horat. III. od. 3. *ter ſi reſurgat murus aheneus auctore Phoebo.* ut puto legendum. BURM.

4. *Certarent epulis*] *Certarent thalamis* Lovan.

Epulis continuare dies] *Continuare dapes* prim. Medic. quintus Vatic. & Palat. venuſte. in nonnullis, *diem*. forte pro *dapem*. HEINS. Sic Horat. II. Sat. VI. v. 108. *ſuccinctus curſitat hoſpes Continuatque dapes.* ubi eſt, in longum extrahit, nova fercula ſubminiſtrando. vide de hoc verbo Heinſ. ad Ovid. XIV. Met. 239. ſed hic *dies* praeſtat, quia per plures dies continuatae epulae. ita *continuare ſomnos* Ovid. XV. Epiſt. 30. eſt in multas noctes extendere. *continuare tempora* II. Faſt. 54. BURM.

5. *Praeberetque*] Barthius ed. pr. *Praebiberetque*, quod tolerari poſſet, niſi pincernam feciſſet Chironem, non hoſpitem, ut in ſecunda editione. *praebere* eſt verbum proprium. ut Horat. III. od. XIX. *quo praebente domum.* I. Sat. IV. 88. *praeter eum qui praebet aquam.* & II. Sat. II. 68. *nec ſic ut ſimplex Naevius unctum Convivis praebebis aquam.* & ita ſaepe alii. *communia* pocula opponuntur nectari, quo ſolebant Dii adſpergi. ſic dixit Ceres apud Ovid. VI. Met. 349. *uſus communis aquarum.* vel *communia* cum reliquis convivis, ut ita *communiter* Seren. Samon. XXXIII. BURM.

7. *Peneus*] *Penusque* Wolff.

Mutaret nectare fontes] *nectaris amnes* Putean. & Patav. *mutarat* Lovan. *miſceret* marg. Iſingr. & quatuor alii. ego nihil muto. pro nectare Diis aquam ſuam potandam daret, quae Deorum numine nectaris guſtum dabat. vid. IV. Conſ. Honor. 168. BURM.

8. *Spumea*] *punica* Junian. a m pr.

9. *Facilem*] *gracilem* marg. Iſingr. mox *mollis* Lovan. & edd. Vicet. Parm. Ald. ambigue. *ducit* etiam Exc. Voſſ. de mollibus & duris choris vid. ad Calpurn. Ecl. IV. 129. *placidos* dixit II. Rapt. Praef. 52. ubi vide Heinſium. BURM.

Digitized by Google

Carmina nec Superis, nec displicuere Tonanti,
Quum teneris nossent congrua vota modis.
Centauri Faunique negant. quae flectere Rhaetum,
Quae rigidum poterant plectra movere Pholum?
Septima lux aderat coelo, totiesque renato
Viderat exactos Hesperus igne choros.
Tum Phoebus, quo saxa domat, quo pertrahit ornos,
Pectine tentavit nobiliore lyram.
Venturumque sacris fidibus jam spondet Achillem:
Jam Phrygias caedes, jam Simoënta canit.
Frondoso strepuit felix Hymenaeus Olympo:
Reginam resonant Othrys & Ossa Thetin.

12. *nossent*] *essent* Junian. *cognita vota* Vicetin. an *condita*?

13. *At Saturi*] Sic in veteri codice, cum alias *Centauri* nullo sensu. CLAVER.

Negant] Suspecta mihi est haec vocula; quid tamen ejus loco reponi debeat, ignoro. DELR. In veteri codice *notant*. alii *negant*. quod non percipio. quid sit vero *notare*, docet satis Virgil. in Bucol. Faunorum sane fuit agrestis avena, unde proprie cicuticines dixeris, neque adeo suavi cantilena exultavere, ut Jovi & magnis Diis essent voluptati. satis ergo fuit, si Cantauros Rhoetum & Pholum demulserint, quare Ennius, *Versibus, quos olim Fauni vatesque canebant*. CLAVER. *Notant* perperam Claverius, & illum secutus Raphelengius, cum Barthio, curis secundis: qui juvenilibus notis recte alteram scripturam amplectebatur, ut ad Statii Silvas jam monuit amicissimus Gronovius cap. XLV. vulgatam lectionem scripti nostri constanter tuentur. HEINS. *Notant* Wolf a m. prim. *negant* edd. Vicet. Parm. Ald. & aliae. *negant* scilicet sibi placere hos cantus, nec illis moveri se ostendunt. BURM.

Cratem] Audacter *Cratem* emenda, de quo Laërt. Lib. VI. vetus liber *Cratin*, mendose. DELR. *Rhoetum*. Virgil. *Centauros letho domui Rhoetumque Pholumque*. *Cratem* maluit Delrius, de quo Laërtius. CLAVER. *Rhoeten* Lucens. Gyrald. & quinque alii. quidam *Rhoetum*, Latina terminatione, quomodo Claverius. In plerisque scriptis & vulgatis monstra lectionum invenias. HEINS. *Craten* est in Vicetin. Parm. Ald. Junt. Isingr. Colin. Gryph. *Cracon* Cod. Leid. *Cratbon* vel *Hercbon* Exc. Voss. *Chaon* Wolf.

14. *Poterant*] *poterat* edd. Ald. Isingr. Gryph. Colin. Pulm.

15. *Totiesque renatus*] vetus liber *renato*. DELR. *renato* Lucens. Gyrald. & plerique alii. nonnulli *renatos*. mox *protrahit*, non *pertrahit*, idem Lucens. cum septem nostris. HEINS. *renato igne* rectum est. vide quae ad Valer. Flacc. II. 58. notata sunt. Catullus Carm. V. ad Lesbiam, *Soles occidere & redire possunt*. BURM.

16. *Exactos*] *exhaustos* Wolf.

17. *Achillem*] Aeschylum sequi Claudianus maluit, quam eos, qui Apollinem ab his nuptiis removerunt. DELR.

20. *Caedes*] *sedes* Exc. Voss. *Simoenta* Voss. Cod. *Simoenta*. Wolf.

21. *Strepuit*] *sepuit* Lovan. Wolf.

Digitized by Google

CL. CLAUDIANI

EPITHALAMIUM

HONORII AUG. ET MARIAE

HAuſerat inſolitos promiſſae virginis ignes
Auguſtus, pronoque rudis flagraverat aeſtu.
Nec novus unde calor, nec quid ſuſpiria vellent,
Noverat incipiens, & adhuc ignarus amandi.
Non illi venator equus, non ſpiculae curae:
Non jaculum torquere libet. mens omnis aberrat
In vultus, quos finxit Amor. quam ſaepe medullis
Erupit gemitus! quoties incanduit ore

Con-

Epithalamium &c.] Tria Epithalamia valde bona, ut ait Scaliger Lib. v. Poëtices. Catulli duo, unum Papinii. Feſtivitas in Catullianis multa, & pura Venus e vero Latio. erectior Papinius. Claudianus neque numeris neque inventionibus cedit ipſis. Claver.

1. *Promiſſae*] *progreſſae* Lovan.

2. *Primoque*] MS meus cum Vicetin. *pronoque.* Delr. *pronoque rudis* Lucenſis & caeteri plerique cum primis editionibus, neque aliter prim. Vaticanus & Oiſelianus pro diverſa lectione. quod minime explodi a Barthio debuit. apud Horat. II. Od. 33. *Lycus in aſperam declinat Pholoen.* & apud Naſonem IX. Met. 460. *Paulatim declinat amor.* unde liquet, cur noſter *pronum aeſtum* dixerit. vulgati *primoque.* Heins. vid. ad Virgil. III. Aen. 69.

3. *Nec novus*] Exc. Voſſii ita hos verſus exhibent:

Sed novus unde calor, ſed adhuc ſecurus amandi
Noverat incipiens, nec quid ſuſpiria poſſent.

6. *Aberrat*] *oberrat* Leid. & Lovan. non male.

7. *In vultus quos finxit amor*] ſic vulgati quidam. alii, *in vulnus quod fixit.* vetus vero liber, *in vultus quos pinxit.* Virgil. IV. Aeneid. 4. *Haerent infixi pectore vultus.* Delr. *Finxit amor* optimus liber & excuſi. alias *pinxit*, quod falſi arguitur ex ſequentibus. Claver. *In vultus quos fixit amor.* Gyraldini libri lectionem & magni Scaligeri conjecturam hic expreſſimus. *quos fixit*, quos pectori ejus infixit. breviter dictum. vulgo, *in vulnus quos finxit.* Iſingrin. & ſeptem alii, *in vultus quod fixit.* primus Vaticanus & decem alii cum Gudianis excerptis, *In vultus quos pinxit.* quod impenſe arridet. quatuor, *In vulnus quod pinxit. pinxit* duodecim. *finxit* unus, Barthius, *in vultus quis fixit Amor.* quod ille argutum vocat, mihi inſolens videtur. Vulgata ſcriptura ex illis Venantii Fortunati jam a Barthio adductis defendi poteſt;

Cordis erat requies oculis, animoque recurrens
Ad vultus, quos finxit Amor. niſi & illic ſcribendum: *Ad vulnus quod fixit Amor.* noſter paulo poſt vs. 46. de hoc ipſo Honorio: *tali foletur vulnera queſtu.* appoſite Cupido ipſe ad Venerem apud Statium Epithalamio Stellae Lib. I. Sylv. II. 83.

——— *haud illi vehementior umquam*
Incubui, genetrix, iteratoque vulnera fixi.

Heins. *In vulnus quod pinxit* Wolf. Vicet. Parm. Neſcio, quam ex tot variis lectionibus eligam. vulgata ſenſum optimum facit. *In vultus quos fixit*, durum eſt *fixit* capere pro infixit pectori. in Heinſii lectione *vulnus figere* eſſet explicandum, quod vulnus fixit Honorius in pectore Mariae, ut in loco Statii; quum mihi vulnus infixum Honorio videatur intelligendum. quare praeferrem *in vultus*, (ſcilicet Mariae) *quos finxit Amor*, id eſt pulcherrimam puellam, quaſi a Cupidine fictam. Honorius omiſſa omni militari exercitatione aberrat in vultus Mariae, & ibi haeſit, ut ille apud Ovid. I. Amor. VIII. 14.

Haeſit, & in vultu conſtitit uſque tuo. Burm.

Digitized by Google

Confeſſus ſecreta rubor, nomenque beatum
Injuſſae ſcripſere manus! jam munera nuptae
Praeparat, & pulchros, Mariae ſed luce minores;
Eligit ornatus; quidquid venerabilis olim
Livia, Divorumque nurus geſſere ſuperbae.
Incuſat ſpes aegra moras, longique videntur
Stare dies, ſegnemque rotam non flectere Phoebe.
Scyria ſic tenerum virgo flammabat Achillem,
Fraudis adhuc expers: bellatricesque docebat
Ducere fila manus, &, mox quos horruit Ide,
Theſſalicos roſeo pectebat pollice crines.
Haec etiam queritur ſecum: Quonam usque verendus
Cunctatur mea vota ſocer? quid jungere differt,
Quam pepigit, caſtasque preces inplere recuſat?
Non ego, luxuriem Regum moremque ſecutus,
Quaeſivi vultum tabulis: ut nuntia formae

25. Le-

10. *Injuſſae*] *Inoiſae* Wolf.

11. *Et pulchros*,] & *populos* Jun. pro var. lect. *ſed jure minores* Idem a m. prim.

15. *volvere Phoebe*] MS. meus *flectere*. DELR. *flectere* Lucenſ. & reliqui omnes cum Aldo. HEINS. vid. Sil. VI. 121. *rota volvitur aevi.*

16. *Scyria*] Deidamia. DELR.

18. *Ide*] Optime ex vet. cod. nam *Ida* Achillis pulchre capillati adventu intremuit. alias *idem*, nullo ſenſu. CLAVER. *Ide* Claverius reſtituit. confirmant ſcripti meliores. vulgo *horruit idem*. Raphelengius ex conjectura viri maximi, *torruit idem*, quod non capio. HEINS. vide Barth. hoc loco, & Lib. XVII. Adverſ. cap. 14. *Ida* jam Aldus edidit. eadem varietas apud Valer Flacc. II. 519. *Intremere Ide*, ubi *idem* MSS. & apud Seren. Samon. XXIII. *Deus Idae*. ubi *idem* multi ſcripti & editi. BURM.

19. *Theſſalicos roſeo nectebat pollice crines.*] Variant vulgati. vetus liber *pectebat pollice*. DELR. Mire variant hic libri. veram interim hanc lectionem auſim praeſtare, quam ex Lucenſi, primo Vaticano, & Bononienſi depromptam exhibemus. niſi quod *pectebat* malim cum uno Ambroſiano, ſec. Vaticano & Farneſiano. Lectionum diverſitatem videamus. Iſingr. Putean. Oiſel. & Pricaeanus,

Thaſſalico roſeos nectebat pollice crines.

flectebat pectine Oxon. ut apud Petronium: *Quo enim ſpectant flexae pectine comae, quo facies medicamine atrita?* ſic & *flexi ad pectinem capilli* Spartiano in vita Hadriani. *pectebat pectine* ſeptendecim alii. *pectebat pollice* Delrii codex & Florent. S. Marci. *Theſſalicos roſeo pectebat pectine* Mazarin. Medic. & Ambros. unus. alter Vaticanus, *nectebat pectine. roſeo pollice* eleganter dixit. hinc *ῥοδοδάκτυλος* frequens apud poëtas Graecos epitheton. de Aurora praecipue. Cato in Diris:

Aut roſeis digitis viridem decerpſerit uvam.

Nemeſianus Eclog. II.

Dicite quo prato Donacen, qua forte ſub umbra
Inveniam roſeis ſtringentem lilia palmis.

Muſaeus de Leandro *ῥοδέῃ χειρὶ* quoque dixi, veram lectionem ex parte quoque deprehendit Clar. Barthius, ſed curis ſecundis fluctuat. *pectere pollice*, quomodo apud Statium Coma Earini, III. Silv. IV. 87.

Hunc nova tergemina pectebat Gratia dextra.

noſter Lib. I. in Eutrop. 105. *Eous rector Conſulque futurus Pectebat dominae crines.* HEINS. vid. ad Ovid. III. Amor. I. 7.

Haec] *Hoc* Oxon. duo.

22. *Quam pepigit*] Malo *pepigi*. VI. Conſ. Hon. 305. *tunc mihi tunc letum pepigi.* HEINS.

23. *Luxuriem*] Ita ex ſcriptis edidit Heinſius. veteres editiones habent *luxuriam. morentve* Junian. BURM.

24. *Tabulis*] Hic vero notare licet morem antiquum, qui in hanc aetatem inolevit. miſſa enim Regi maximo Mariae Mediceae, nunc Reginae, effigies. alias *thalamis*. inepte. CLAVER. *tabulis*, non *thalamis*, quod mox ſubſequitur, recte ex ſuo libro Claverius & Moreti codex. *Quaeſierim* etiam concinne Mediceus unus. HEINS. ita *thalami* & *tabulae* confuſa apud Ovid. II. Art. 233. *tabulis* hic Wolff.

25.

Digitized by Google

Lena per innumeros iret pictura penates:
Nec variis dubium thalamis lecturus amorem
Ardua commisi falsae connubia cerae.
Non rapio praeceps alienae foedera tedae,
Sed quae sponsa mihi pridem, patriisque relicta
Mandatis, uno materni sanguinis ortu
Communem partitur avum. fastigia supplex
Deposui, gelidique procum. de limine sacro
Oratum misi proceres, qui proxima nobis
Jura tenent. fateor, Stilichon, non parva poposci:

35. Sed

25. *Laeva*] propium est, quod legitur in membranis, *Lena*, quia pictura ultro citroque missa animos ad amandum inducit. DELR. *Laeva* ex uno vet. cod & excusis interpretari libet imaginem, cui pictor blanditus sit, quaeque penicillo lavorabili sit expressa. nam & *laeva numina* nescio quid favoris indicant. *Difficilis est autem* (ait Panegyricus) *cujusque formae imitatio, quia cum certis sui notis deformitas exprimatur.* similitudo tamen pulchritudinis tam est ardua, quam rara est pulchritudo. In veteri tamen codice non *Laeva*, sed *Lena* (quod profecto Latinum) reperi, sed mihi fuit pudori. etsi Ovidius *maxima lena mora est*. Hoc sane Epithalamium tali dictione facile cariturum est, neque Honorii; adhuc impuberis, verecundiae id conveniat. CLAVER. Pro *Laeva*, *Lena* legendum jam viderunt interpretes. & sic plerique nostri. quomodo *lena juventa* Ausonio Epigr. LXXXIV. Luc. Gyrald prim Vatic. & quinque alii, *Plena*, pluribus pro vera scriptura disputant curae secundae Barthii. HEINS.

Iret pictura] Videtur hic tangere Eutropii scurrilem astutiam; qui, ut Arcadio subitum amoris ignem excitaret, F. Promoti neptim, eximie depictam ei saepius ostentavit. CLAVER. Errat Claverius. non enim Promoti neptis, sed apud Promoti filium educata fuit. filia vero erat Bautonis Franci. vid. Zosim. v. 3. BURM.

26 *Lecturus amorem*] *Lecturus pudorem* unus Medic. & paulo post *patriisque* pro *patrisque* scripti quatuor cum primo Vaticano. sequor. HEINS. Non satis haec intelligo. nec quid *variis thalami* sint satis scio, nisi modo hanc, modo illam praeferens, ut fere Barthius. sed ex Medicei codicis vestigiis legerem:

Nec variis dubium thalamis laesura pudorem
Ardua commisi falsae connubia cerae.

ardua connubia difficilia explicant in eligendo. sed *ardua connubia* possunt summa, Imperatoris, non privati alicujus, intelligi. ut *ardua culmina* proprie Conf. Olybr. 229. & notum est vocem *culmen* saepe de imperio summo sumi. sed hoc nostro sensu in III. Conf. Honor. 13.

Ardua privatos nescit fortuna penates.

sic *ardua promissa* sunt Immensa, summa. II. in Eutrop. 316. *ardua responsa* Imperatoris I. Stilich. 295. & ita saepe noster. *commisi cerae* male etiam Barthius explicat, imagini, quae blandiri & fallere solet, nolui credere mea connubia. Cereas enim imagines intelligit, quales & illae in atriis veterum apud Ovid. I. Amor. VIII. 65 vid. Barth. XXXVII. Adverss. cap. 9. qui & de picturis dici docet. sed nondum mihi satisfacio, & dubito, an non *falsae cerae* possint de tabulis sponsalitiis capi. ut tangat Arcadium qui videtur fluctuasse, & Rufini filiam jam sibi desponsasse, quum subito, & inscio Rufino Bautonis filiam sibi junxerit, ut ita dubius pudorem laeserit variis thalamis. iisque indignis Imperatore. Sed expediant se doctiores, ego haereo. BURM.

28. *Praeceps*] Liber meus *Princeps*. DELR. Ita & Oxon. qui & *foedera mensae*.

31. *Avum*] Quo commodius haec intelligantur, stemma subjiciam:



DELR. In hoc stemmate deest *Maria*, soror Serenae. vid. Barth. ad Epithal. Honor. 39.

33. *Oratum missi*] Non *misi* prior Moreti, & quinque alii. & *reposci* pro *poposci* Oxon. quod efficacius. HEINS. *Stilicho fateor* plurimi, & edd. Vicet. Parm. Isingr. Gryph. Colin. & aliae. Nescio vero, quum praecesserit *gessi*, & sequatur *poposci*, & *mereor*, cur hic mutata forma loquendi *missi* debeat legi. quae geminatio *vv s* solis librariis debetur, ut mil-

lies

Sed certe mereor Princeps, hoc Principe natus,
Qui ſibi te generum fraterna prole revinxit,
Cui Mariam debes. foenus mihi ſolve paternum.
Redde ſuos aulae. mater fortaſſe rogari
Mollior. ô patrui germen, cui nominis heres
Succelli, ſublime decus torrentis Hiberi.
Stirpe ſoror, pietate parens, tibi creditus infans,
Inque tuo crevi gremio, partuque remoto
Tu potius Flaccilla mihi. quid dividis ergo
Pignora? quid juveni natam non tradis alumno?
Optatuſne dies aderit? dabiturne jugalis
Nox umquam? tali ſolatur vulnera queſtu.
Riſit Amor, placidaeque volat trans aequora Matri
Nuntius, & totas jactantior explicat alas.
Mons latus Jonium Cypri praeruptus obumbrat,
Invius humano greſſu, Phariumque cubile

Pro-

lies in ſimilibus vocibus obſervavi in MSS. & efficacius puto, ſi ipſe ſe miſiſſe, quam ſi *miſſos* eſſe dicat Honorius, proceres. *oratum mittere* dixit etiam Phaedr. IV fab. 17. Caeſar. I. de bell. Gall. II. *legatos ad Caeſarem mittunt rogatum auxilium*. ita & VII. 5. & paſſim ille noſter VI. Conſ. Honor. 69. *miſſique rogatum Foedera Perſarum proceres* unde forte huc *miſſi* tranſtulerunt. Virgil. I. Aeneid 114. *Eurypbilum ſcitatum oracula Phoebi Mittimus. rogantes miſerunt* dixit Phaedr. I. fab. 27. in *repoſci* nullam etiam efficaciam video, cum ſine dubio poëta colorem duxerit ex illis Ovid. II. Epiſt. XVI. 19.

Praemia magna quidem, ſed non indebita poſco.

& XIII. Met. 16. *Praemia magna peti fateor.* BURM.

35. *Hoc Principe natus*] Sic ſcripti omnes. vulgo *hic*. Junianus tamen, *ſed Principe*, eleganter etiam. Gyrald *de principe*. mox iidem ad unum omnes, *Cui Mariam debes*, non *differs*, quod & Raphelengius vidit. HEINS. Illud *ſed principe* valde blanditur. vid. ad Ovid. V. Met. 16. & Heinſ. infr. ad III. de Rapt. 409. *de principe* Wolff. BURM.

37. *Differs*] Sic Lugdunenſes. quod eſt ineptum rectius alii omnes, *deles*. DELR.

Foedus mihi ſolve paternum] *Foenus* optime Petaviani duo cum primo Vaticano, Pricaeano, & Oiſeliano. ut apud Propertium:

Saepe venit magno foenore tardus amor.

& alibi:

Poſt obitum duplici foenore reddat honor.

In agricultura etiam apud poëtas locum habet ea vox. ut in illo Naſonis. I. Faſtor. 694.

Hordeaque ingenti foenore ſolvat ager. HEINS.

39. *Patrui germen*] *patrium* Junian. forte *patruum*. ut *patruae verbera linguae* apud Horat. Ovid Faſt. IV. 54. *Enſe cadit patruo Lauſus*. ſic optimus liber. VI. Conſ. Hon. 98. *Reſtituit ſceptris patruis*. ita legendum videtur, cum ſcripti nonnulli *patriis* exhibeant. Adeantur quae ad Naſonem congeſſi Amor. III. El. VI. 49. HEINS.

40 *Decus torrentis Hiberi*] Ex Lucano mutuatus hoc epitheton, qui Lib. VII. 15. *gentes, quas torrens ambit Hiberus* dixit, qui & *Nilum torrentem* vocat IX. 156. BURM.

41. *Parens*] *potens* Junian. *tibi creditur*. Oxon. *mihi creditus* Wolff.

42. *Crevi*] *crevit* Oxon. *partumque* alter. *partu remoto* eſt illo excepto. vid ad Lucan. IX. 594.

43. *Flaccilla*] *Placilla* vel *Facilla* Oxon. *Faſcilla* alter. *Flacilla* Vicet. Parm.

44. *Quid juveni natam non tradis alumno*] *non reddis* prim. Vatic. & ſeptem alii. unus Medic. & duo Suſiani *credis*, quod placeret, niſi praeceſſiſſet paulo ante *creditus infans* ſed & *Redde ſuos aulae* jam dixerat. HEINS. *non reddis* Cod. Barthii, Leid. *reddit* Junian. mihi vulgata ſatis placet, quae in Vicet. Ald. & veteribus eſt. BURM.

45. *Dabiturne*] *dabiturque* Lovan.

47. *Placidaeque*] *placitusque* Oxon.

48. *Alas*] *boras* Lovan Wolff. a m. pr.

49. *Cypriae rupis*] Diſſentiunt inter ſe vulgati, nec ullus veram lectionem aſſequitur, quae eſt in vete-

Proteos, & ſeptem deſpectat cornua Nili.
Hunc neque canentes audent veſtire pruinae;
Hunc venti pulſare timent, hunc laedere nimbi.
Luxuriae Venerique vacat. pars acrior anni
Exſulat: aeterni patet indulgentia veris.
In campum ſe fundit apex. hunc aurea ſepes
Circuit, & fulvo defendit prata metallo.
Mulciber, ut perhibent, his oſcula conjugis emit
Moenibus, & tales uxorius obtulit arces.
Intus rura micant, manibus quae ſubdita nullis
Perpetuum florent, Zephyro contenta colono:
Umbroſumque nemus, quo non admittitur ales,
Ni probet ante ſuos Diva ſub judice cantus.
Quae placuit, fruitur ramis: quae victa, recedit.
Vivunt in Venerem frondes, omnisque viciſſim
Felix arbor amat. nutant ad mutua palmae

Foe-

veteri libro *Cypri praeruptus*. DELR. *Jonium*, non *Eoum* meliores praeter primum Vaticanum. deinde *Cypri praeruptus*, non *Cypreae rupis*, cum eodem Vaticano, Iſingr. Pulmanni, Delrii codice, & tribus noſtris legendum, quod Raphelengius jam occupavit. *Jonium latus*, quia veteres Geographi eam maris Mediterranei partem, quae Aegyptum verſus tendit, Jonium dictam volunt, quod ſequentia apud Noſtrum, quae de Protei cubili & Nilo ſubjunguntur, confirmant. *Pharitique cubile Proteos*, non *Phariumque*, Pricaeanus. peſſime vulgati plerique *variumque cubile*. HEINS. *Tonium Cypree ruppis* Wolff. *abundat* etiam Oxon. a m. pr. *vorium* non vidi, niſi in Claveriana editione. ſed Barthius in ſuis Codicibus invenit. vid. IV. Conſ. Honor. 574.

51. *Deſpectat cornua Nili*] Sic Lucenſ. prim. Vatic. & ſex alii, non *deſpectans*. HEINS.

52. *Candentes pruinae*] Lucenſis & quintus Vaticanus *caedentes*, quod quid ſibi velit neſcio. malim *canentes*, quod poſtea confirmatum inveni in primo Vaticano, Pricaeano, & Pomponianis excerptis, in Oiſeliano quoque. *cana pruina* paſſim apud poëtas. paulo ante *humano generi*, non *greſſu*, primus Vaticanus. HEINS. vid. infr. Epiſt. III. 15. & ad Ovid. II. Art. 440. ceterum hos verſus duos felliciſſime ex Homeri Od. Z. 43. ubi Olympum deſcribit, expreſſos, notaverat in ora libri Gyraldus. pro *veſtire* erat *ſpectare*. in Junian. a m. pr. *ſperare* ab altera, quod & Junianus habet. BURM.

54. *Venerique*] *ventique* Oxon. duo. ed. Vicet. ſimilis diverſitas III. in Eutrop. 329. ubi *qui ventrem invitant pretio*. & firmari poſſet haec lectio ex Senec. de brevit. vit. cap. 6. *qui nulli rei niſi vino ac libidini vacant*, & mox, *in ventrem ac libidinem projecti*. ubi in aliis eſſe *Venerem* patet ex Gruteri notis. & ex Senecae illis credo apud Sulpit. Sever. Hiſt. Sacr. Lib. I. 9. *cui cum populus, domini immemor, boſtias obtuliſſet, vinoque ſe & Veneri dediſſet*. cum vulgo legatur *ventri*. *luxuriam* vero pro libidine tunc capere debemus. ſed ſi *Veneri* legamus, *luxuria* eſt adparatus magnificus epularum, ludorum & ſimilium. male interpres Delphinicus voluptati & Veneri, quae in idem concidunt. vid. ad Phaedr. IV. 4. 44. & Petron. cap. XI. BURM.

56. *In campum ſe fundit apex*] *defidit* unus Ambroſ. eleganter etiam. HEINS.

57. *Fulvo*] Excuſi quidam cum veteri libro *flavo*. Maro, *flavo Argentum Pariusque lapis circundatur auro*. DELR. *flavo* ſchedae Gudianae. HEINS. Ita & Oxon. Leid. Lovan. Wolff. ed. Vicet. *ſe fudit* Lovan.

58. *Mulciber*] *Mulcifer* Oxon.

60. *Intus rura micant.*] Scripti quidam *prata*, quod amplexus Raphelengius. mihi non probatur, quia jam praeceſſerat. *rura* tres melioris notae Vaticani, aliique complures diſertim exhibent. HEINS.

Manibus] *maribus* Oxon. a m. pr. *morbis quae* Oxon. alt. a m. pr. mox *perpetuus* Junian.

63. *Diva ſub*] *ſub Diva* Voſſ.

65. *Vivunt*] an *Fervent*?

66. *Felix arbor*] Apud Marcell. quidam *Hilaria verbenas felicis arboris geſtitat*. vid. Horat. CLAVER.

Nutant] *nitant* Vicetin. *nitantque* Junian.

Foedera: populeo ſuſpirat populus ictu;
Et platani platanis, alnoque adſibilat alnus.
Labuntur gemini fontes: hic dulcis, amarus
Alter, & infuſis corrumpit mella venenis,
Unde Cupidineas armavit Fama ſagittas.
Mille pharetrati ludunt in margine fratres,
Ore pares, ſimiles habitu, gens mollis Amorum.
Hos Nymphae pariunt: illum Venus aurea ſolum
Edidit. ille Deos coelumque & ſidera cornu
Temperat, & ſummos dignatur figere reges:
Hi plebem feriunt. nec cetera numina deſunt.
Hic habitat nullo conſtricta Licentia nodo,
Et flecti faciles Irae, vinoque madentes
Excubiae, Lacrimaeque rudes, & gratus amantum
Pallor, & in primis titubans Audacia furtis,
Jucundique Metus, & non ſecura Voluptas;
Et laſciva volant levibus Perjuria pennis.

Quos

68. *Et platani platanis*] Primus Vaticanus aliique nonnulli, *Et platano platanus*. quidam, *platanus platanis*. ſunt etiam in quibus, *Et platanus platano*, ut hiatus relinquatur. de quo dictum Lib. III. de Laud. Stilich. 167. HEINS. *almusque adſibilat alno* Junian.

70. *Corrumpunt mella venenis*] Non *corrumpit*, ſcripti meliores. ſequenti verſu pro *armavit* primus Vaticanus aliique nonnulli *armari*. *armarit* ſchedae Gudianae. nihil muta. ſic IV. Conſ. Honor. 38.

Heſperidum viſit, quas ditat fabula, ſilvas.

ubi perperam *dictat* legunt. Lib. I. in Eutrop. 295.

Elevat hunc plumis, ſquamis hunc fabula veſtit.

ſic & argute Lib. I. in Stilich. 105. *fabricata vatibus arma* dixit. HEINS. *corrumpunt* etiam Wolff. Vicet. Parm. Ald. Junt. & Colin. ſed quo referendus ille pluralis, non video, & multo clarior ſenſus exire videtur, ſi ſine diſtinctione legamus; *amarus Alter, & infuſis corrumpit mella venenis*. ut amarum fontem in dulcem influere, & aquas dulces inficere dicat. ſimile de Exampeo fonte, ex quo Hypanis, *adeo amaras aquas accipit, ut ipſe quoque jam ſui diſſimilis, & non dulcis hinc deſluat*, teſte Mela Lib. II. cap. I. *armati* Wolff. BURM.

71. *Unde*] Nam amor & melle & felle ſecundus Πλουτάρχῳ quiddam dicitur hominibus infundere. DELR.

73. *Ore pares, aevo ſimiles*] *habitu ſimiles* prim. Vatic. Putean. Oiſel. & unus Pulmanni. ſeptem alii ex noſtris *ſimiles habitu*. VI. Conſ. Honor. 178. *Hoc Deus effulgens habitu*. Barthius tamen vulgatam ſcripturam praefert. perperam. nos plura in Adverſariis (Lib. II. cap. 12. pag. 302.) HEINS. Nec nobis vulgata diſplicet; in pueris enim ſemper aetas aequalis laudatur.

74. *Pariter*] Videtur debuiſſe dicere *peperere*. ſed nondum deſinere libidinari Nymphas, & quotidie edere pueros indicat, more aliorum poëtarum. de quo vid. ad Ovid. II. Met. 452. BURM.

77. *Numina*] *munera* Oxon. 2 m. pr.

79. *Irae*] Nam Terentius in Andr. *Amantium*, inquit, *irae amoris redintegratio eſt*. DELR.

83. *Levibus Perjuria pennis*] *ventis* potior ſcriptorum pars cum primo Vaticano & Gyrald. non male, ut illa reſpexerit:

Jupiter ex alto perjuria ridet amantum,
Et jubet Aeolios irrita ferre notos.

HEINS. *ventis* etiam Vicet. Parm. Ald. & Colin. ego nihil muto, nam *volare ventis* an recte dicantur perjuria, dubito; ſed pennis levibus fugiunt, ut vana, irrita & pondere carentia, & in ventos recedunt. *leves* vero *pennae* paſſim occurrunt. vid. Ovid. III. Amor. 5. 21. & II. Met. 581. Silius II. 215.

Sicut agit levibus per ſera crepuſcula pennis
E paſtu volucres ad nota cubilia veſper.

poteſt & defendi ex loco Ovid. III. ex Pont. II. 63.

Quam levibus pennis ſub nube per aëra vectam
Creditur bis Phoebe depoſuiſſe locis.

ita enim Francof. ubi vulgati *ventis*. quod licet admittatur, melius certe dicitur *vehi ventis*, quam *volare ventis*. BURM.

84.

Digitized by Google

Quos inter petulans alta cervice Juventas
Excludit Senium luco. procul atria Divae
Permutant radios, ſilvaque obſtante vireſcunt.
Lemnius haec etiam gemmis exſtruxit & auro,
Admiſcens artem pretio, trabibusque zmaragdis
Suppoſuit caeſas hyacinthi rupe columnas.

90. Be-

84. *Juventa*] Quidam *juventus*. vide an ex Livio & Varrone ſit ſcribendum *Juventas*. DELR. *Juventas* bene ex Scaligeri conjectura Raphelengius. nec aliter Gyrald. Lucenſ. prim. Vatic. aliique nonnulli. quidam *juventus*, vulgati *juventa*. Virgil. III. Georg. 63.

Interea gregibus ſuperat dum laeta Juventas.

Lib. v. Aeneid. 398. *ſi nunc foret illa Juventas*. ſic utroque loco optimus Mediceus. nec mirum magis *Juventatem* pro juventute poni, quam Jovem pro coelo, Nereum aut Neptunum, aut Thetin Tethynve aut Amphitriten pro mari, Martem pro bello, Cererem pro frugibus, Palladem pro oliva, Bacchum pro vino, Veſtam & Vulcanum pro igne, Venerem pro coitu, ſimiliaque. Caeterum prim. Vatican. aliique meliores magno numero, *Quos inter*, non *Hos*. de Juventate plura diximus ad Naſonem IV. Met. 17. HEINS.

86. *Permutant*] *Permittunt* Vicetin Heinſius conjecerat olim *permittunt*, ut Stat. v. 10. *transmittunt fulgura ſilvae*. ſed *permutant* eſt fulgorem & colorem ſuum ex auro fiagrantem aliquantulum hebetant & cum ſilva viridi miſcent, ita ut auri fulgor, & viror ſilvarum quaſi inter ſe permixti ſint, & faciant locum ex fulgore & umbra, inter ſe mixtis, nec nimis clarum, nec nimis obſcurum. ita IV. Conſ. Honor. 586. *pretioſaque fila zmaragdis ducta* (vel ut alii *mixta*) *virent*. Gyraldus in ora codicis ſcripſerat, id eſt tepefaciunt, induuntque alteram naturam, cum ſint ſolis radii calidi. BURM.

87. *Extruxit*] *extruſit* Voſſian. *hoc etiam* Wolff.

88. *Smaragdis*] Vide plane Sidonium Imitatorem, cujus ſi furta non illaudata expedire velim, charta haec deficiet. CLAVER. *Trabibusque Smaragdis* legendum primus ex Leidenſi libro in Obſervationibus III. 9. monuit Gronovius noſter, inter harum literarum principes cenſendus. quam ego lectionem ab novem ſcriptis poſtea confirmatam offendi. niſi quod in duobus *ſmaragdi*. *ſtrubibusque ſmaragdis* quoque primus Vaticanus. ne dubites de ſinceritate ejus ſcripturae. vulgo, *gravibusque. beryllo ſplendore* Rufus Feſtus Avienus Orbis deſcriptione v. 1200.

Ipſa debinc tellus, quae circumplectitur urbem,
Et procerarum fluctu ſurgit palmarum,
Et ſplendore procul beryllo ferta renidet.

ita enim codex Ambroſianae Bibliothecae, non *ſplendente*. pro *ferta renidet* opinor etiam *feta* legi oportere. ſic *Columnae Symmades* pro Synnadicis apud Capitolinum Gordiano tertio. *vaſa onycha* pro *onychinis* Lampridio. qualia multa viri docti in illis ſcriptoribus reſtituerunt. nam qui apud Martialem Epigr. I. Spectaculorum, pro *molles Jones*, *moles* reponunt, ſuaviter nugantur. *Mores Jones* dici poſſunt, *moles* non niſi *Jonides* aut *Jades*. *Satyras geſtus* Manilius Lib. v. 479. *heroas ſenſus* Perſius Sat. I. 83. *laticem Lyaeum* Virgil. I. Aeneid. 686. *Bromios remos* noſter III. in Stilich. 365. dixerunt: quibus ſimilia apud auctores infinita exſtant. ita & *mimus ſcurra* Capitolino in Maximinis: *ſed cum Maximinus interrogaret amicos, quid mimus ſcurra dixiſſet*. quod mutandum non eſt. in Peſcennii vita *forma metalla*. apud Statium *turmae boſtes* pro hoſtilibus Lib. XI. Thebaid. 22.

Nec jam boſtes turmae aut ferrum mortale timetur.

ſic optime vetus liber. vulgo,

Nec jam aut boſtiles turmae ferrumve timetur.

Oceanum littus Juvenali Sat. XI. 113. *Littore ab Oceano Gallis venientibus*. ita Leidenſis liber antiquus. paulo ante apud eumdem vs. 94. Pithoeus in ſuis codicibus monuit legi:

Qualis in Oceano fluctu teſtudo nataret.

non *Oceani*. Venantius Fortunatus Lib. III. Ep. XXIII.

Plana procelloſos ructavit pagina fluctus,
Et velut Oceanas fonte refudit aquas.

quomodo vere in membranis. Idem Lib. VII. Carm. XI.

Per loca, per populos mundo ſua fidera praefunt,
Quidquid ab Oceanis circulus ambit aquis.

Avienus Phaenomenis pari modo *Oceanum gurgitem*, & *pelagus* dixit. In Catalectis Pithoei Lib. IV.

Sol oriens, curruſque ſuos e gurgite tollens
Oceano.

Hieronymus Mercurialis Arte Gymnaſtica Lib. I. cap. X. edidit antiquum marmor, quod labrum balneare exprimit, cum hac inſcriptione: LAVACRUM OCEANUM VEL LABRUM. quo lavacrum ingens deſignatur Julianus Epiſt. LXI. Καλχηδόνια πορθμὸν dixit, quem Καλχηδόνιον alibi appellat.

90. Beryllo paries, & jaſpide lubrica ſurgunt
Limina, deſpectusque ſolo calcatur achates.
In medio glaebis redolentibus area dives
Praebet odoratas meſſes. hic mitis amomi,
Hic caſiae matura ſeges, Panchaeaque turguent
95. Cinnama, nec ſicca frondeſcunt vimina coſto,
Tardaque ſudanti prorepunt balſama ligno.

Quo

perperam Καλχηδόνος reſcribunt. Feſtus Avienus Deſcriptione Orbis:

Chalcedon tumulus fluctu circumdatus alto.

pro Chalcedonius. pari modo Πέρσαι ὑφ' ὧν Alcaeus Lib. I. cap. IV. Antholog. Σκύθαι οἶμοι Aeſchylus Prometheo dixerunt. *Scytha* etiam *exercitus* apud noſtrum I. in Eutrop. 508. & *Scytha pontus* apud Statium Theb. XI. *Dalmatae montes* eidem in Silvis. *Aſſur equus* Martiali XIV. Epigr. 199. & *exercitus Aſſur* Silio I. 252. ubi male libri quidam *exterritus*. *Phryx ager* & *Carabter Oceanus* noſtro, & *fugum Veſevum*. *Solo Celtiber* eidem Martiali X. Ep. 20. & *Libys equus* X. Ep. 13. ſed modus exemplorum non eſſet, de quibus alibi. HEINS. In Leidenſi erat *trabibusque maragdis*, pro *maragdinis*. *ſmaragdinis* erat adſcriptum ut Gloſſa in Juniano ſecundo. *trabibusque* Wolf.

91. *Limina*] *Lumina* Wolf.

Calcatur] *calcantur* Helmaeſtadienſis. HEINS.

Achates] Haec ipſa vox reponenda initio Epithalamii Dicti & Deſiderii apud Sidonium, ubi corrupte legitur *Indus*, *Chalcidicus*, *Scbiticus*, *Berillus*, *Achates*. DELR.

93. *Matura*] *nativa* Oxon. a m. prim.

94. *Panchaeaque ſurgunt*] MS. & vet. German. *turgent*. DELR. *Panchaïa* Gyrald. & quatuor alii. non *Parchaeaque*. Ovid. X. Metam. 309.

Thura ferat, floreſque alios Panchaïa tellus,

Virgil. in Culice v. 86.

——— *illi Panchaïa thura*

Floribus agreſtes herbas variantibus adſunt.

ſic utroque loco ſcripti. pro *turgent* etiam perperam *furgunt* vulgati, quod praeceſſerat, idque alii jam viderunt. noſter Lib. II. de Rapt. 90. *omnis in herbas Turget bimus*. Lucan. VI. 109. *nondum turgentibus altam In ſegetem culmis*, cum vetuſtis membranis. HEINS. vide ad Val. Flacc. II. 464.

95. *Nec ſicco frondeſcunt vimina coſto*] *ſicca* ſeptem ſcripti. Ovid. X. Met. 308.

Cinnamaque, coſtumque ſuum ſudataque ligno
Thura ferat. ita ibi quoque libri veteres. Lucan. Lib. IX. 917.

Et tamarix non laeta comis, Eoaque coſtus.

ſic *Achaemenia* & *Aſſyria nardus* Horatio. *nardus Hiquida* Ovidio III. Art. Am. 443. tres alii codices *coſto coſto*. pro *vimina*, *gramina* totidem libri, hoc eſt *germina*. ut Statius Epicedio Pileti Urſi Lib. II. Silv. VI. 88.

Cinnama & Aſſyrio manantes germine ſucco.

ſic legendum. Qui *gramina* amomum interpretantur, vellem nos docuiſſent amomum herbam eſſe. unus praeterea *vulnera*, ut Epith. Palladi. 123.

Niliacus pingui deſudat vulnere cortex.

Caeterum pro *coſto* Gyrald. & Lucens. *acanto*. Virgilius certe Lib. II. Georg. 119. *balſama* & *acantbum* conjunxit, quae noſter reſpexiſſe viſus,

Et quid odorato referam ſudantia ligno
Balſamaque, & baccas ſemper frondentis acanthi.

ubi Scholiaſtes MS. Bibl. Leid. *Acanthi*] *de quo Grifo ſcripſit, quod in ejus flore tincta veſtis acanthia dicitur.* quibus ſimilia apud Iſidorum in Etymologia habes. *vimen acanthi* idem Virgil. IV. Geogr. 123. dixit, quomodo hic noſter, & *flexi vimen acanthi*. Auctor carminis de Phoenice ſimiliter *olentis vimen acanthi*. apud Nemeſianum Eclog. II. *molli gremium compleret acantbo*. ut veram lectionem hanc eſſe nullus dubitem. HEINS.

96. *Balſama ſuco*] MS. meus, *prorumpunt balſama vivo*, & inter lineas *ſucco*, quod mirandum eſt, cum in omnibus ejusdem aetatis MSS. vox ea unico *c* ſcribatur. DELR. *Balſama ligno* duo ſcripti, quomodo Ovidius *ſudataque ligno tura*. & *ſudantia ligno Balſama* Virgilius, locis ſupra adductis. Virgilii locum ex Lib. II. Georg. manifeſte expreſſit noſter tam hic, quam Conſ. Olybr. & Prob. v. 252.

Sudent irriguae ſpirantia balſama venae.

Lucenſis tamen Gyrald. Iſingr. prim. Vaticm. & ſedecim alii *vivo*, quorum auctoritas magni apud me ponderis. noſter Conſ. Olybr. 221.

Cornua temporibus rauco ſudantia rivo.

quamvis alio ſenſu. vulgati etiam *ſucco* non male, ut apud Silium III. 310. *ſucco nobilis arbor*. & apud Statium *Aſſyrio manantes germine ſucci*. Ne quid diſſimulem tamen, prima lectio omnium optima videtur, ut ξυλοβάλσαμον intelligat. *corticem* vocat noſter Epithalamio Palladii. *virgam* Statius Propempt. Metii Celeris III. Silv. II. 111.

Candida felices fudent opobalſama virgae.

ſarculum Prudentius, *Illic & gracili balſama ſarculo*

De-

Digitized by Google

Quo poſtquam dilapſus Amor, longasque peregit
Penna vias; alacer, paſſuque ſuperbior intrat.
Caeſariem tunc forte Venus ſubnixa coruſco
Fingebat ſolio. dextra laevaque ſorores
Stabant Idaliae. largos haec nectaris imbres
Inrigat: haec morſu numeroſi dentis eburno
Multifidum diſcrimen arat: ſed tertia retro
Dat varios nexus, & juſto dividit orbes
Ordine, neglectam partem ſtudioſa relinquens.
Plus error decuit: ſpeculi nec vultus egebat
Judicio. ſimilis tecto monſtratur in omni,
Et rapitur, quocumque videt. dum ſingula cernit,
Seque probat, nati venientis conſpicit umbram;
Ambroſioque ſinu puerum conplexa ferocem,

Quid

Defudata fluunt. Truncum Seneca, Martialis, Auſonius: ut ad Statium Cl. Gronovius jam monuit. Servius ad ſuperiorem Virgilii locum II. Georg. *Balſamum eſt arbor ipſa. Opobalſamum ſuccus collectus ex arbore. nam ὀπὸς dicitur ſuccus, τὸ ξύλον lignum.* ſic illa partim ex antiquis libris, partim ex Iſidoro legenda. Caeterum τὸ *prorepsit* optime τῷ *tarda* reſpondet, pro quo perperam ſcripti nonnulli & Raphelengius *prorumpunt*. etſi Feſtus Avienus Orbis deſcriptione

——— *tellus hic ſemper fragrat odore*
Ceſpite. prorumpit lachrymoſo ſtipite myrrha,
Myrrha furor quondam Cinyreius. hic ladani vim
Vellera defudant.

ita locus ille ex veſtigiis veteris libri conſtituendus, niſi & illic *prorepit* placet reponi. *Guttatim ſtillare* Scholiaſtes Juvenalis MS. dixit ad Sat. II. *Opobalſama, liquor balſami. Eſt enim quoddam genus virgulti, cui cortex inciditur, & de cavernis inciſae corticis liquor balſami ſtillat guttatim.* unde & *ſudandi* verbo ſcriptores plerumque utuntur, ut ex locis jam prolatis quodammodo liquet. HEINS. *praeſudant* Junian. a m. prim. *prorumpunt* Wolf. *prorepunt* primae editiones.

97. *Dilapſus*] *delapſus* Raphel. & MS. Pulmanni. neſcio an male; per coelum enim volans advenit ex alto.

99. *Caeſariem*] Poſtquam Scaliger Lib. v. Poët. contulit Apollonii verſus cum Homericis ex XII. Iliad. Apollonius inquit, ut palmam de Homero tulit, ita de eo Claudianus: quae cum perpenderimus, noſtros nullis numeris nullisque apparatibus cedere Graecorum inventioni conſtabit. CLAVER. de muliebri coma dici *caeſariem* hic probat Barthius, & de Conſ. Olybr. 85.

100. *Fingebat*] *Pectebat* Oxon. a m. prim. male, vid. ad Phaedr. II. fab. 2. vide tamen ſupr. vs. 19. BURM.

Sorores] Jovis ex Eurynome, Oceani gnata, filiae Gratiae: Venus autem ex mari orta fingitur. DELR.

103. *Multifidum*] *Multimodum* Oxon. Wolf. Lovan. edd. Vicet. & Parm. eadem varietas II. de Rapt. 15. qui locus cum hoc conferendus. & ita laudat Pius ad Lucret. III. 869. de diſcrimine vid. ad Ovid. II. Art. 303. *diſcrimen eras* vitioſe Vicet. BURM.

104. *Orbes*] *orbem* Junian.

105. *Studioſa relinquens*] *relinquit* tert. Vaticanus & ſeptem alii. prim. Vatic. cum duobus aliis *reliquit. relinqui* legendum puto, eleganti Graeciſmo. HEINS.

107. *Judicio*] ſic Martialis IX. 17. *Conſilium formae ſpeculum.* CLAVER.

108. *Quodcumque*] Ita vetus liber; ſed Scaligeri ſenioris conjectura praevalet mea ſententia. ille enim *quocumque*. ſed ſi tanta eſt Veneris pulchritudo, ut etiam inanima rapiat, prior lectio manere debuit. *Parietes* ſane *geſtiunt* apud Cicer. CLAVER. *quocumque* Scaliger pater libris de Re Poëtica, Barthius, Aldus, & ſcripti meliores, non *quodcumque*. HEINS. *quicumque* Oxon. etiam non male: quicumque ſpectat, abripitur forma Veneris. *quactunque* alter Oxon. id eſt quacumque parte tecti. *quocumque* eſſet, quocumque genere lapidum, vel gemmarum, quae ſpeculi vicem praebent. ſed cum de ipſa Venere agatur, quae loco ſpeculi utebatur tecti ſui undecumque fulgentis ope, *rapitur* deberet capi de ejus imagine, quam lapides illi rapiunt quaſi, & reddunt iterum. ſimili fere ſenſu *vellera rapere Tyrias fucos* dicit II. in Rufin. 208. neſcio quid praeferam. BURM.

Quid tantum gaviſus, ait? quae proelia ſudas,
Inprobe? quis jacuit telis? iterumne Tonantem
Inter Sidonias cogis mugire juvencas?
An Titana domas? an paſtoralia Lunam
Rurſus in antra vocas? durum magnumque videris
Debellaſſe Deum. ſuſpenſus in oſcula matris
Ille refert. Laetare, parens. inmane tropaeum
Retulimus. noſtrum jam ſentit Honorius arcum.
Scis Mariam, patremque ducem, qui cuſpide Gallos
Italiamque fovet; nec te praeclara Serenae
Fama latet. propera. regalibus adnue votis.
Junge toros. gremio natum Cytherea removit:
Et crines feſtina ligat, peplumque fluentem
Adlevat, & blando ſpirantem numine ceſton
Cingitur, inpulſos pluviis quo mitigat amnes,
Quo mare, quo ventos, irataque fulmina ſolvit.
Ut ſtetit ad litus, parvos adfatur alumnos:

Ec-

111. *Quid tantum gaviſus, ait?*] *Quid gaviſus ait tantum* Cod. Barth. ego malim, *Quid tantum gaviſus ades? ait* ſatis intelligitur, & omitti ſolet, ſaepe intruſum a ſciolis, ut mox ad vs. 127. videbimus. BURM.

112. *Iterumne Tonantem*] *iterumve* Wolff. in codice Voſſiano margini adſcriptum erat:

Mars calet igne meo, Neptunus flagrat in undis,
Penſa dedi Alcidae, feci mugire Tonantem,
Quamvis Liber erat, Bacchum ſervire coëgi.

quod Epigramma a Pithoeo editum pag. 2. in Catalect. ubi legitur, *Sol calet*, & alia diverſa ſunt, ut, ſi Deus vitam dederit, ad ipſa Catalecta videbimus. BURM.

113. *Juvencas*] Hoc ait proper Taurum, quem Jupiter, Europes amore incenſus, induit. DELR.

114. *Titana*] *Titona* Lovan. a m. prim. *an hic paſtoria* Wolf.

115. *Antra*] Latmia ſaxa, deoſculandi Endymionis ergo. DELR.

Durum] Opponi molli notat Barthius, ſed eo ſenſu quo Horatius Lib. IV. od. 1. 6. *durum imperiis mollibus flectere.*

118. *Retulimus*] *Detulimus* Oxon. Leid. *ſenſit* Leid. edd. Vicet. Parm. Junt. Ald. Colin. Iſingr. Gryph.

119. *Scis Mariam*] *Cis Mariam* Wolff.

121. *Fama latet*] an *Forma*. BURM.

Propera. regalibus adnue votis.] Concinnius legas, *propere regalibus annue votis* proximo verſu, *Junge torum*, non *toros*, prim. Vatic. & Pricaeanus. mox cave codices audias, in quorum plerisque *refovit* pro *removit*. Jam enim natum gremio Venus foverat, nunc ſotum removet aliud actura. HEINS.

122. *Toros*] *choros* Oxon. Lovan. & ed. Vicet. *natum gremio* Junian. & Oxon.

Removit] Unus MS. cui Vicentini aſſentiuntur, *refovit*. DELR.

124. *Adlevat*] *colligit* Oxon. pro var. lect.

Ceſton] Conſule Homerum Il. Z. DELR.

125. *Pluviis*] *fluviis* Voſſ. Lovan. Leid. Junian.

126. *Fiumina ſolvit*] Ferri non poteſt haec lectio. *amnium* enim jam meminerat. Lege igitur *fulmina* cum Scaligero & duobus ſcriptis. nec aliter conjecerat in Electis Rubenius. *iracunda fulmina* apud Horatium. HEINS. Ante *flamina* conjecerat Heinſius, ſed *venti* jam praeceſſerant. durius vero dictum *ſolvere fulmina*, & etiam *ventos* & *mare*: neque puto poſſe firmari illo Ovid. IX. 274. *neque adhuc Sthenelejus iras Solverat Euryſtheus*. nam *iras ſolvere* facilius probet quis, quam *irata fulmina*. forte ſcripſerit *mollit*, quod omnibus convenit. ut ita Idyll. V. v. 47. ea verba in ſcriptis commutata videbis. vide & ad Ovid. II. ex Pont. IV. 89. ſed relinquamus Claudiano ſuas ſibi proprias locutiones. BURM.

127. *Parvis haec fatur alumnis*] Vaticanum primum ſecuti ſumus. *parvos affatur alumnos* vulgati. Oiſelianus *parvis affatur alumnos*. deinde pro *Heus quis*, *Ecquis* cum ſcriptis melioribus recte Raphelengius. HEINS. Ita apud Statium VII. 491. *Heus quis monſtraverat boſtem*. ubi MS. *ecquis*. & ita hic quoque, *Heu quis* vel *Et quis* Oxon. *Haec quis* Cod. Barthii. *Heu quis* Wolff. *Et quis* Oxon. & Leid.

Digitized by Google

Ecquis erit, pueri, vitreas qui lapſus in undas
Huc rapidum Tritona vocet, quo vecta per altum
Deferar? haud umquam tanto mihi venerit uſu.
Sacri, quos petimus, thalami. pernicius omnes
Quaerite, ſeu concha Libycum circumtonat aequor,
Aegaeas ſeu frangit aquas. quicumque repertum
Duxerit, aurata donabitur ille pharetra.
Dixerat; & ſparſa diverſi plebe feruntur
Exploratores. pelagi ſub fluctibus ibat
Carpathii Triton, obluctantemque petebat
Cymothoën. timet illa ferum, ſeſeque ſequenti
Subripit, & duris elabitur uda lacertis.
Heus! inquit ſpeculatus Amor: non veſtra ſub imis
Furta tegi potuere vadis. adcingere noſtram

Ve-

Leid. *parvos adfatur alumnos*, quod omnes editi & ſcripti praeferunt, reduximus. nam ſcriba codicis Vaticani, *dicens haec* vel *talia* deſiderari credebat. quum ſexcentis in locis hanc ellipſim inluſtraverint viri docti. vid. ad Vellej. Paterc. II. 92. & Suet. Aug. XLII. pauca addemus, ubi verbum *Adfatur* praecedit. ſic Virgil. II. Aeneid. 700.

Adfaturque Deos, & ſanctum numen adorat.

Jam jam nulla mora eſt. ſcilicet dicens *jam jam.* X. 332. *fidum Aeneas adfatur Achaten: Suggere tela mihi.* IV. Georg. 530. *namque ultro adfata timentem, Nate &c.* & ita paſſim alii. ſaepe occurrere *ita, ſic, his dictis, his verbis adfatur*, non ignoro, ſed non ſemper eodem modo loqui cogendi ſunt veteres poëtae. ſic corruperunt locum Ovidii VI. Faſtor. 503.

—— *inde precando*
Adfamur Veſtam, Quae loca prima tenes.

ſcilicet dicentes *Quae loca.* inſciti librarii nobis dederunt, *Dicimus o Veſta, quae.* ubi vide notas. BURM.

128. *Quo vecta*] Cur Venus, quae fere concha vehi ſolebat, hic Tritona elegerit, vide apud Broukh. ad Tibull. III. III. 34.

131. *Sacri, quos petimus, thalami.*] *magno mihi veneris uſu Sacris, quos petimus, thalamis*, Scaliger. quod Mediceus unus confirmare videtur, in quo *ſacros thalamos. ſacris thalamis* diſertim Oiſelianus. HEINS.

132. *Circumtonat aequor*] *circumſonat* MS. DELR. *circumſonas* ſcripti quidam, quod nollem Raphelengius arripuiſſet. Lib. I. in Rufin. 272.

Spumat & eliſa montem circumtonat unda.

Ovid. I. Metam. 187. ex membranis:

Nunc mihi, qua totum Nereus circumtonat orbem,
Perdendum mortale genus.

Statius VII. Theb. 16. *raucae circumtonat ira Maleae.* Senec. Med vs. 766. *tonuit inſanum mare.* & Hippol. vs. 1008. *tonuit ex alto mare.* ſic utroque loco ſcripti, non *tumuit.* HEINS. vid. ad II. Rapt. 173.

133. *Aegeas*] MSS. & cum iis Vicetini, *Ogygias*, hoc eſt mare Ogygiam alluens, quam incoluit Ἀτλάντιος Συγάτηρ δολόεσσα καλυψώ. DELR. Prima editio, & ſcripti nonnulli *Ogygias*, Barthio damnatum. mox *diverſa parte* pro *plebe*, Raphelengius & multi ex noſtris. primus Vaticanus, *ſparſa diverſi plebe feruntur.* probe. nonnulli *ſparſi diverſa plebe*, vel *parte.* HEINS. Primis editionibus Heinſius *Ogygias* ediderat, & ita Wolff. Oceanum dici vidimus ad Ovid. III Met. 713. Ogygem & Ogenem, qui hic deberet intelligi, ut per Libycum, mediterraneum. ſed *Aegaeas* praefero, quia mox *Carpathii* meminit, quod pars Aegaei maris. deinde *ſparſi diverſa parte*, ut Wolff. non diſplicet. *diverſa plebe* Oxon. BURM.

134. *Donabitur*] *dominabitur* Oxon. a m. pr. ita & infra variant codices v. 281. & Conſ. Olybr. 245.

136. *Exploratores pelagi*] Vulgo & diſtinguebantur haec perperam, & *Carpathius* legebatur. nos ſex ſcriptos ſecuti ſumus. pro *ſequenti* fruſtra *petenti* Claverii codex & unus Mediceus, cum *petebat* jam praeceſſerit. HEINS.

138. *Cymothoën*] *Tymathoën* Wolff.

Ferum] *feram* Oxon.

Sequenti] In codice *petenti*, quod & maluit Cujacius. verum ſibilus iſte habere videtur aliquid gratiae. CLAVER.

139. *Subripit*] *ſubtrahit* Patav. *unda lacertis* Wolff.

142.

Vecturus dominam. pretium non vile laboris
Cymothoën facilem, quae nunc detrectat, habebis.
Hac mercede veni. prorupit gurgite torvus
Semifer. undoſi verrebant brachia crines.
Hiſpida tendebat bifido veſtigia cornu,
Qua priſtis conmiſſa viro. ter pectora movit.
Jam quarto Paphias tractu ſulcabat arenas.
Umbratura Deam retro ſinuatur in arcum
Bellua. tum vivo ſqualentia murice terga
Purpureis mollita roſis. hoc navigat oſtro
Fulta Venus. niveae delibant aequora plantae.
Proſequitur volucrum late comitatus Amorum:
Tranquillumque choris quatitur mare. ſerta per omnem

Nep-

142. *Pretium non vile laboris*] Debet haec Ovidio Epiſt. XVIII. 163.

145. *Semifer*] *Semivir* Douza & Barth.

Undoſi] *humoſi* Cod. Barth. & Wolff.

Bracbia] vetus liber *pectora*. DELR.

146. *Hiſpida tendebat*] Meus vetus liber *Aſpera tentabat*. idem paulo poſt, *vibratura Deam*. & *Proſequitur votis late comitatus amantum*. quae cuncta, uno dicam verbo, rejicio. DELR. *Aſpera* etiam plurimi ſcripti: *Aſpera tendebat humido* Wolff. ſed *Hiſpida frons* Conſ. Olybr. 222. & ſic ſaepe Poëtae hoc vocabulo utantur. vid. Val. Flacc. I. 613. Stat. XII. 679. noſter de Rapt. I. 71. *temptabat* Oxon. *tendebas* Leid. & Lovan. ſed *tendere veſtigia* eſt intendere, ut *tendere iter*, *viam*, *fugam*. VI. Conſ. Honor. 320. vel *tendebat* eſt pro extendebat, ut exierint pedes vel cauda ejus in cornu bifidum. BURM.

147. *Priſtis*] *piſtris* Jun. *piſtrix* Oxon. duo. Leid. Vicet. Parm. Ald. & aliae edd. *per pectora* Parm. vitioſe.

149. *Umbratura*] *Vibratura* Oxon. duo.

In arcum] Virg. III. Aen. *Portus ab Eoo fluctu curvatus in arcum*. CLAVER. *curvatur in arcum* Oxon. vid. Ovid. III. Met. 42.

151. *Toris*] Ita veteres codices; ſed Mariangelo placet *roſis*. ego alterum malui. nam alibi Claud. *furguntque toris majoribus herbae*. & Priſcianus, *Herbarumque toris & gramine lecta virescunt*. CLAVER. Mariangelus Accurſius Diatriba in Ovidii Metamorphoſeis, *roſis* ex veteri libro legit, & ſecutus eſt Raphelengius. quomodo & in primo Vaticano, ac undecim aliis noſtris praeſtantioris notae exſtat. duo *comis*. vulgatam ſcripturam Claverius tuetur. *toros* pro *ſtratis* poſuit, ut in Epigr. XX. 8. de equo Honorii,

Et Tyrio dignum terga rubere toro.

ſic enim ſcripti plerique, non *croco*. *purpureum torum* Ovidius quoque dixit Epiſtola Oenones vs. 88. Roſarum mentionem cum denuo faciat paulo poſt noſter, primo Claverii ſententiam probabam, nihil mutandum eſſe cenſentis. nunc aliter videtur. ſic Epithalamio Palladii vs. 103. de Venere:

Floribus exſtruitur currus: juga floribus halant:
Florea purpureas adnectunt frena columbas.

Idyll. V. vs. 29. de thalamo Veneris, *roſeisque cubilia ſurgunt Floribus*. mox pro eo quod ſequitur, *hoc navigat antro*, perperam idem Raphelengius cum ſcriptis nonnullis, *arcu*. quae vox paulo ante praeceſſerat. *hoc navigas aite* pro diverſa lectione Oiſelianus. Junianus & duo Florentini cum quinto Vaticano, *oſtro*. qua lectione nihil verius. ſic *oſtrum* pro purpureo toro Princeps poëtarum non ſemel poſuit. Omnia in noſtro optime nunc ſe habent. Roſas inſtratas Tritonis tergo oſtrini tori vicem Veneri praetitiſſe deſignat. quid potuit dici elegantius? *Fulta oſtro*, ut bello Gildonico v. 327.

——— *coſtumque cubile*
Ingreditur Tyrio qua fultus Honorius oſtro
Carpebat teneros Maria cum conjuge ſomnos.

ita enim & illic in optimis membranis ſcriptum offendi. tamen primus Vaticanus aliique non pauci *Pulchra Venus*, non *Fulta*. HEINS.

153. *Proſequitur volucrum*] Sic primae editiones & quinque ſcripti. *volucres amores* perpetuo epitheto poëtis dicuntur exemplis nihil opus, quae obvia. vulgo *volucer. votis* ſec. Vatic. HEINS. *Proſequitur votis volucer* com. Lovan. *votis* duo Oxon. Leid. Wolff. *tranquillisque* etiam Lovan.

154. *Per omnem Neptuni diſperſa domum*] Non *omnes domos* prim. Vatic. & novem alii, & mox *Alternas* pro *Aeternis* primae edd. ac ſcripti omnes, ut ad Statium Gronovius, cap. IX. HEINS.

155. *Cad-*

Neptuni diſperſa domum. Cadmeïa ludit
Leucothoe, frenatque roſis delphina Palaemon.
Alternas violis Nereus interſerit algas.
Canitiem Glaucus ligat inmortalibus herbis.
Nec non & variis vectae Nereïdes ibant,
Audito rumore, feris. hanc piſce volutam
Sublevat, Oceani monſtrum Tarteſſia tigris:
Hanc timor Aegaei, rupturus fronte carinas,
Trux Aries. haec caeruleae ſuſpenſa leaenae
Innatat: haec viridem trahitur conplexa juvencum.
Certatimque novis onerant connubia donis.
Cingula Cymothoë, rarum Galatea monile,
Et gravibus Spatale baccis diadema ferebat
Intextum, rubro quas legerat ipſa profundo.
Mergit ſe ſubito, vellitque coralia Doto.
Vimen erat, dum ſtagna ſubit: proceſſerat undis:

Gem-

155. *Cadmeïa*] Ino Cadmi filia. Seneca, *Nereidumque choris Cadmeïs cingitur Ino.* DELR.

157. *Alternis*] Unus vetus liber, *alternas.* idem, *audito rumore*, ubi ceteri, *Tritone.* DELR.

Interſerit] *intexerat* Leid.

160. *Audito rumore*] Sic cum Schotto idem Gronovius in Obſervationibus, & Barthius curis ſecundis. nec aliter ſcripti omnes. VI. Conſ. Honor. 532.

Audito perfecta recens rumore Getarum.

ad rumorem ſeu murmur marinum referebat Gronovius, qui videndus Lib. II. Obſerv. cap. 17. vulgo *Tritone.* mox, *piſce volutas* prim. Vatic. & octo alii non contemnendae notae. Caeterum pro *Tarteſſia tigris* prim. Vatic. a manu ſecunda cum aliis viginti, *Corchefia.* duo *Tarchefia.* totidem *Carthefia.* prim. Oxon. *Tracefia.* tert. Vatic. *Carchela.* ſec. Medic. *Tarchela.* forte *Cartela*, quod fere idem. *Cartela* enim *Tarteſſus* antiquis, vel poſſet & legi, *Carpeſia.* Adeantur notae noſtrae ad Met. XIV. Naſonis v. 416. HEINS. *Tarchefia* Wolff. *volutam* explicarem, delapſam a piſce, quo ante vehebatur, ſublevat Tigris. BURM.

162. *Rapturus fronte carinas*] Vetus liber *rupturus.* DELR. Ita & Lucenſ. prim. Vatic. & alii plerique. quomodo & cum Raphelengio Barthius quatuor *fracturus*, etiam non male. vulgo *rapturus.* mox *caerulea leaena* libri plurimi, ſed meliores *caeruleaea leaenae.* HEINS. *rupturus* Wolff.

165. *Ornant connubia donis*] Non *onerant*, quatuor membranae. ſed nihil mutandum, ut pluribus dicemus ad Val. Flacc. III. 9. mox *carum monile* pro *rarum* unus Petav. Ovid. Art. Am. III. 129.

Vos quoque non caris aures onerate lapillis.

Idem de Pactolo XI. Met. 88. *nec caris erat invidioſus arenis.* noſter Epiſt. II. ad Seren. 14. *rubri germina cara maris.* Pub. Syrus, *quo margarita cara, unibacca, Indica.* Mart. X. Epigr. 38. *Caris litoris Indici lapillis*, pro *Cymothoë* ſec. Vatic. & Helmaeſtad. *Cymodoce.* utrumque marinae Nymphae nomen apud Homerum. *Cymodoce* apud Maronem quoque IV. Georg. 338. occurrit. pro *Doto* plerique *Dote*; ſed perperam. pro *Spatale baccis*, Oiſelianus *Pigmea vacis.* prim. Vatic. a manu prima, *Pigmea bacis.* HEINS. *ſpalate* Junian. *fatale* Oxon. *Cymodoe* Wolf.

169. *Coralia*] Haec vero Graeca licentia propter vocales ancipites. Ovid. ſic & *Coralium.* Sidonius vero: *Lactea puniceo ſimantur colla corallo.* Κοράλλιον Graece; ſed eſt & herbae ſpecies, quae Κοράλλιον a colore rubro dicitur. Κοράλλιον vero Theophraſto eſt Corolium, pro Κορώλλιον, idque confirmat Euſtathius, quaſi ὁπὸ τῆς κόρης ἀλλόμενον dicatur a cruore, qui ex Gorgonis capite diſtillavit. CLAVER. vid. Heinſ. ad Ovid. IV. Met. 750. ubi *coralliis* legit.

Clotho] EX Homero, Heſiodo, Virgilio, Valerio Flacco ſcribe *Doto.* DELR. *Doto* vetus liber, quod & firmat Colinaeus, alias *Clotho* ineptiſſime. Virg. *Nereïa Doto.* Val. Flacc. *Hanc Panopa, Dotoque ſoror, jactataque fluctu Proſequitur nudis pariter Galatea lacertis.* Heſiodus, Δωτώ τε Πρωτώ τε CLAVER. *Lotho* Ald. *Dote* vel *Cote* Jun. *Dote* Leid. Wolff. *Clothe* Vicet. vid. ad Virgil. IX Aeneid. 102.

Gemma fuit, nuda Venerem cinxere caterva:
Plaudentesque ſimul tali cum voce ſequuntur.
Hos Mariae cultus, haec munera noſtra, precamur,
Reginae Regina feras. dic talia numquam
Promeruiſſe Thetin, nec quum ſoror Amphitrite
Noſtro nupta Jovi: devotum ſentiat aequor,
Agnoſcat famulum virgo Stilichonia pontum.
Victricis nos ſpem patriae, claſſemque paternam
Veximus, ad triſtes quum tenderet ultor Achivos.
Jam Ligurum terris ſpumantia pectora Triton
Adpulerat, laſſosque fretis extenderat orbes.
Continuo ſublime volans ad moenia Gallis

Con-

171. *Gemma fuit*] Idem tradit Plinius Lib. XXXII. cap. II, & Ovid. IV. Met. DELR.

Nudae Venerem cinxere catervae] Unus MS. *nuda V. c. caterva.* idem, ubi ceteri, *voce ſequuntur*, habet, *ferantur.* DELR. *Nuda caterva* ſcripti plurimi. quinque *nuda corona.* quod placet. quomodo & prim. Vaticanus pro diverſa lectione. *texere* pro *cinxere* Helmaeſtad. HEINS. Ita *corona* & *caterva* confuſae IV. Conſ. Hon. 441. *texere* vero, ut & Wolf. habet, minus decet Venerem quam Dianam. apud Ovid. III. Met. 181. nuda enim Venus conſpici non verebatur, quare praetuli, *nuda Venerem cinxere corona*, vel *caterva*, ut edd. Vicet. & Parm. BURM.

179. *Atritis cum tenderet ultor Achivis*] Ita Lucens. Gyrald. prim. Vatic. Oiſel. & quatuor alii. duo Florentini & Pricaeanus, *afflictis Achivis.* tert. Vatica. *a victis Achivis.* vulgo, *ad triſtes Achivos.* Amm. Marcell. Lib. XVII. *pari petulantia ruentes in agmina nobilium legionum Quados Sarmatis adjumenta ferentes attrivimus.* paulo ante pro, *Victrices nos ſaepe vates*, in quinque aut ſex ſcriptis, *Victricis nos ſpem patriae.* lege, *Victrices nos nempe vates.* nam *vè ſaepe* hic minus placet; niſi mavis, *Victricis nos vela vatis.* nam in primo Oxon. & Regio, *Victrices nos vela patris.* ſed alterum utique praeſtat. HEINS. *Victricis nos eſſe patris* Wolf. a m. prim. *Victricis nos ſaepe patriae* Leid. a m. prim. *ſaepe vatem* Id. a m. 2. *Victricis nos ſpem patriae* Lovan. quae lectio, ſi *nos* reponatur, ut in edit. Vicetina, non admodum diſplicet. ut unicam patriae ſpem in Stilichone victore repoſitam dicant. quum in altera lectione *vates* & *claſſem* ſit tautologia, & in *victrices vates*, quae obvia eſt locutio, facile librarius mutaverit elegantiorem *Victricis nos ſpem patriae.* Jam vero *ſpes* de ipſo homine, in quo ſpes ſita eſt, centies occurrit. Ita Hero apud Ovid. XIX. Epiſt. 150.

Cujus Leandri, ſpes mea, pendet aqua.

& ita paſſim. In ſequentibus innuit clades a Barbaris & Scythis inlatas Graeciae, de quibus ſaepe mentionem facit. vid. IV. Conſ. Hon. 459. & ſeqq. II. in Rufin. 187. & alibi. Has clades ultus eſt Stilichon. quare neque *adtritis Achivis* placet. non enim Graecia bello adtrita, ut proprietas ejus verbi poſtulat, ſed ſubita incurſione erat vexata, & deſolata, unde triſtitia maxima orta. quare *ad triſtes Achivos* repoſuimus, quos ſublevatum ibat Stilichon: & durum eſt ſimpliciter *tendebat*, non addito, quo tenderet. licet ſciam ita capi poſſe apud Maronem IV. Georg. 534. *Tu munera ſupplex Tende, petens pacem.* ubi vide quae diximus. facilior igitur & elegantior altera lectio, *ad triſtes quum tenderet ultor Achivos*, & eo facit lectio Voſſiani codicis, *ad teſtes contenderet ultor Achivos.* nam millies particula *cum* compoſito verbo adhaeſit, mutata in *con.* Interpres Regius hic eximie ineptit, reddens, quum vindex rediret, Graecis profligatis. quos ille ultus ſublevavit a ſtrage Barbarorum, qui Graeciam vaſtaverant. BURM.

181. *Pectora*] *litora* Jun. ſed tunc legendum eſſet *terras*, & *ſpumantia litora* per appoſitionem intelligenda. ſed *ſpumantia pectora*, quia undas ſecabat pectore, ut navis roſtro, unde ſpumae concitabantur. ut Virgil. I. Aeneid. 35. *ſpumas ſalis aere ruebant*, & ita paſſim. & hinc appellat *pectora*, ut navem. quare male idem Junianus *impulerantque. laſſos* etiam eadem figura, ut navis *feſſa* & *laſſa* poſt curſum longum dicitur, ut eodem Lib. I. Aeneid. 168. *feſſas non vincula navis Ulla tenent.* & ita Ovid. III. Remed. 748. & alibi ſaepe. *extenderat*, ut ſolent laſſi, quum quieſcere volunt, membra extendere, ita ille a natatu. BURM.

182. *Volans*] *volans* Junian.

Ad moenia Gallis Condita lanigeris, ovis oſtentantia pellem] Notum eſt Gallis, dum in Inſubria condendae urbis fundamenta jacerent, mirificum porten-

Condita, lanigeri ſuis oſtentantia pellem,
Pervenit. adventu Veneris ſpiſſata recedunt
Nubila: clareſcunt puris Aquilonibus Alpes.
Laetitiae cauſſas ignorat dicere miles;
Laetaturque tamen. Mavortia ſigna rubeſcunt
Floribus, & ſubitis animantur frondibus haſtae.
Illa ſuum dictis adſatur talibus agmen:
Gradivum, noſtrae comites, arcete parumper;
Ut ſoli vacet aula mihi. procul igneus horror
Thoracum, gladiosque tegat vagina minaces.
Stent bellatrices aquilae, ſaevique dracones.
Fas ſit caſtra meis hodie ſuccumbere ſignis.
Tibia pro lituis, & pro clangore tubarum
Molle lyrae feſtumque canant. epulentur ad ipſas

Excu-

tentum oblatum, ſuem partim lana, partim ſetis tectum: quamobrem, licet omnes libri etiam MSS. in vulgatam illam lectionem conſentirent, tamen ex voce *ovis*, literam *o* tollens, ſic lego: *ad m. G. Condita lanigeri ſuis o. p.* quam conjecturam ſpero, ut ait Attius, probis probatam potius, quam multis fore, quos non moramur. Ceterum frequenter ex hac perverſa litterarum diſpoſitione foediſſime libros maculari, complures annotarunt. mihi unum exemplum ad fidem faciendam adduxiſſe ſuffecerit. magno bonarum literarum fructu paſſim M. Fabii Declamationum opus teritur; in eo, Declamatione ſcilicet CCLXX. cujus inſcriptio eſt, *Rapta e duabus geminis*, vulgo ita legitur: *Dicerem, Luctus confuderat (ſi liceret) dolor ſuadebat; ignoſceret iſtimet: nunc mihi neceſſarium conſilium praeſens injuria dedit.* haec verborum portenta ſic caſtiganda credo: *Si dicerem: luctus confuderat, liceret. dolor ſuadebat? ignoſceretis tamen nunc mihi &c.* quomodo, quae aenigmata plusquam Sphyngea fuerant, ſolis luce clariora redduntur. DELR. *Lanigeri ſuis* vetus codex. alii, *lanigeris ovis*, aut *lanigerae ſuis*. ſed prima lectio firmatur a Sidonio: *Urbs quae lanigero de ſue nomen habet*, hoc eſt Mediolanum. CLAVER. *Lanigeri ſuis* pro *Lanigeris ovis* primus reſtituit Baptiſta Pius ad Sidon. Lib. VI. Epiſtola ad Voluſianum. confirmant optimus Vaticanus & excerpta Pomponiana. Florent. S. Marci *lanigerae ſuis*, ut Raphelengius; ſed non opus. Videndus hoc loco Barthius, qui illa Sidonii quoque de Mediolano protulit,

Et quae lanigero de ſue nomen habet.

paulo ante pro *Ligurum terris*, tertius Vaticanus *campis*. pro *laſſaſque fretis*, prim. Vatic. Palat. prim. Med. & quatuor alii *frequens. ſequens* Pricaeanus. HEINS. *lanigerae* Dempſter. de Etrur. Regali Lib. II. 49. ſed *ſus* maſculino genere Ovidio, Phaedro & aliis paſſim ponitur. *lanigeris ovis* Wolf.

184. *Spiſſata recedunt*] *puſata* Lucenſ. Iſingr. prim. Vatic. & multi alii. pro *puris Aquilonibus* Pricaeanus *nudis*. puto pro *ſudis*. pro *clareſcunt Alpes* in multis veterum *rareſcunt imbres*. HEINS. *rareſcunt* Wolf. Nihil in his mutandum; nam *rō ſpiſſata* reſpondet *clareſcunt*, id eſt conſpicui fieri incipiunt, recedentibus nubilis denſis, ita *ſpiſſa nubes* Ovid. I. Amor. XIII. 30. *puri* Aquilones dicti ſereni, ut *clarus Aquilo* Virg. I. Georg. 459. vid. ad Val. Flacc. II. 56. & Grat. Cyneg. 55. *rareſcunt puris Aquilonibus imbres* Lovan. & edd. Vicet. & Parm. BURM.

186. *Dicere*] *diſcere* OZON. *ignorat* poſitum pro neſcit, nec opus hic commento Barthii, quaſi eſſet tranſpoſitio verborum, pro dicit ſe ignorare. BURM.

189. *Dictis*] *verbis* Leid.

190. *Gradivum noſtri comites*] *noſtrae* ſec. Vatican. ſic de Venere Epithalamio Celerinae v. 8. *Idaliae juxta famulae*. ſupra hoc ipſo poëmate 100. *dextra laevaque ſorores Stabant Idaliae*. HEINS. Illud *noſtri* vitioſum, & *noſtrae* languet. erigeretur ſententia, ſi liceret corrigere *Gradivum (noſtis) comites arcete parumper*, quaſi dubitaret an adulterum recte noviſſent. BURM.

192. *Tegat*] *terat* Wolf.

196. *Molle lyrae feſtumque canant*] *fauſtumque* Lucenſ. Gyrald. aliique nonnulli cum Gudianis Schedis. & ſic ex ſuis Schottus II. Obſerv. 55. probe. *fauſti juvenum plauſus* Epithal. Celerinae v. 22. Lib. II. de Rapt. 347.

Et fauſtas alio ſuccendunt lumine taedas.

pro vulgata tamen ſtant primus Vaticanus & potior reliquorum pars. pro *ſpirent crateres* quintus Vaticanus *ſpument*. quod placeret, ſi ab aliis libris

Excubias. mediis ſpirent crateres in armis.
Laxet terribiles majeſtas regia faſtus,
Et ſociam plebem non indignata poteſtas
Confundat turbae proceres. ſolvantur habenis
Gaudia: nec leges pudeat ridere ſeveras.
Tu feſtas, Hymenaee, faces; tu, Gratia, flores
Elige; tu geminas, Concordia, necte coronas.
Vos, pennata cohors, quocumque vocaverit uſus,

205 Di-

confirmaretur, ſed *ſpirare* pro *ſpumare* poſitum videtur. HEINS. *fauſtum* etiam Wolf. *fauſtus* & *feſtus* paſſim commutantur. vid. ad Ovid. VI. Met. 448. ſed hic *feſtum* retineo, quod proprie nuptiis convenit. nam & *fauſtum canere* in bello fas erat. ſic Ovid. V. Met. 3. *nec conjugialia feſta Qui canat, eſt clamor.* ſic mox v. 202. *feſtae faces*, ut in ipſo loco ex Lib. II. de Rapt. 347. *feſtas taedas* edidit Heinſius. *feſtum carmen* Lib. III. de laud. Stilich. 24. & ſimilia paſſim obvia. deinde *epulemur* Oxon. & Regius, quod nec abſurdum, ut ipſa Venus cum comitatu intelligatur. *ſpirant* habet Oxon. male. *ſpirare* vero abſolute poni ſolet, ut *vada non ſpirant* Virgil. X. Aeneid. 291. & *freta ſpirantia* I. Georg. 327. *thymbra ſpirans* IV. Georg. 31. *flamma ſpirat* Ovid. VIII. Met. 356. male de copia vini explicat Barthius. qui tamen ipſe ad Nemeſ. Eclog. II. 46. *nec laurus ſpirat odores*, verbum hoc recte explicat, & *ſpiritum* pro odore ſumi docuit. *Crateres* vero *ſpirant*, ubi fragrat vinum & odorem ſpargit. & hinc *flos vini*, qui anus naribus objectus apud Plaut. Curcul. I. II. Heinſius olim legebat, *ſpirent crateras*, ut τῷ *epulentur*, ſcilicet *milites*, conveniat. ut Lib. II. in Stilich. 340. *Minervam ſpirat opus.* BURM.

198. *Terribiles*] *Terribilis* ed. Vicetin. pro *Laxet*, *Ignet* Voſſ. a m. pr.

200. *Confundant*] Ex veteri libro reponi debere *Confundat*, judico. DELR. *Confundit* etiam Lovan. & Schottus d. l. & edd. primae usque ad Raphelengianam. *poteſtas* hic de Imperatore ſumi debet, qui ad nuptias proceres cum plebe vocat. ſic pro regno Horat. I. Sat. VI. 9. *ante poteſtatem Tulli.* noſter ſaepe pro ſummo imperio utitur. BURM.

Solvantur habenis Gaudia] Qualis illa fuit libera coena Trimalchionis apud Petron. cap. XXVI.

202. *Tu, Gratia, flores Elige.*] Malim *I lege*, nam *legere flores* pro *carpere* dicebant. HEINS. *Colligе* Moreti liber. olim maluerat Heinſius, *Seligе*. ego nihil muto. ita VI. Conſ. Hon. 370. *Electi candori equi.* ſupra vs. 12. *eligit ornatus.* Idyll. I. *eligit herbas. legere* huc non quadrat pro carpere. carptae enim jam erant, ſed eligendae meliores ad coronam. BURM.

203. *Tu geminas, Concordia, nectе coronas*] Vir ingenio & eruditione florens Marcklandus ad Stat. I. Sylv. II. 240. legebat, *catenas.* ſimilis certe diverſitas eſt apud Ovid. XI. Met. 91. ſed tamen ſine ope ullius codicis talia tentare mihi periculoſum videtur. rogat, quid Concordia cum coronis? quae Gratiarum partes? ſed manifeſte flores diſtinguit ſingulos & ſolutos a coronis. illos Gratia eligere debet, Concordia inde duas coronas nupturis nectere. idem poſſet rogare, quid Suadae cum coronis apud Coluthum, quem adducit Delrio ad Senec. Med. v. 1.

Καὶ σίφων ἀνείρασα γαμήλιον ἅλιθε πείθω.

Poëtis, credo, licet officia illa nuptialia nunc huic, nunc illi Deae, dare. nonne Junoni hoc alii tribuunt, cui *vincla jugalia curae* apud Virgil. IV. Aeneid. 59. ubi Taubmannus notat in vico Jugario fuiſſe aram Jugae Junonis, ubi vinculis nubentes jungebantur. cur Veneri ſaepe hanc provinciam dant alii, ut Homerus in Nuptiis Andromaches Iliad. X. ut notat Paſchalius de Coronis II. 16. ubi plura videbis. & cap. ſeq. de coronis nuptialibus, quae benigna ſatis eſt materia. In loco Statii, quem ante oculos fuiſſe Claudiano cenſet vir acutiſſimus, neſcio an de catenis vel vinculis his agatur, licet Concordiae mentio hoc ſuadere videatur. certe Heinſius legebat,

——— *dat Juno verenda*
Cingula; & inſigni geminat Concordia nodo.

ut *verenda* jungatur τῷ *cingula*, non ſit Junonis epitheton. zonam dat Juno, quam debebat deinde ſolvere novus maritus, ut notum: illam geminabat, vel duplicabat inſigni nodo. quia vero moleſta videtur illa vox *geminat*, an non liceret ſcribere *gemmat*, ut inſignis ille nodus adpareret fulgore gemmae. *gemma* & *gemina* facile & ſaepe confuſa a librariis, ut apud Ovid. I. Amor. II. 41. ubi vid. Heinſ. & apud Statium I. Silv. I. I. & mox vs. 214. & alibi. ſive ergo coronam, ſive zonam, ſive caeſtum intelligas apud Statium per *vincula*, Concordia nodo gemmato illa inſignivit. ut illa *cingula Parthica* Lib. II. de Rapt. 94. gemmis variata. & ita noſter & alii poëtae paſſim. Huic vero loco *catenae* illae minus accommodae, ſed duae coronae ex floribus a Gratiis electis, nectuntur a Concordia ſponſo & ſponſae. BURM.

204. *Vos pennata cohors, quocumque vocaverit uſus*] Scri-

Diviſa properate manu: neu marceat ulla
Segnities. alii funalibus ordine ductis
Plurima venturae ſuſpendite lumina nocti.
Hi noſtra nitidos poſtes obducere myrto
Contendant, pars nectareis adſpergite tecta
Fontibus, & flamma lucos adolete Sabaeos.
Pars infecta croco velamina lutea Serum
Pandite; Sidoniasque ſolo proſternite veſtes.
Aſt alii thalamum docto conponite textu.
Stamine gemmato, picturatisque columnis
Aedificetur apex: qualem non Lydia dives
Erexit Pelopi: nec quem ſtruxere Lyaeo
Indorum ſpoliis & opaco palmite Bacchae.
Illic exuvias omnes cumulate parentum:
Quidquid avus ſenior Mauro vel Saxone victis,
Quidquid ab innumeris, ſocio Stilichone tremendus,
Quaeſivit genitor bellis: quodcumque Gelonus
Armeniusve dedit: quantum crinita ſagittis
Adtulit extremo Meroë circumflua Nilo:
Miſit Achaemenio quidquid de Tigride Medus,
Quum ſupplex emeret Romanam Parthia pacem.
Nobilibus gazis opibusque cubilia ſurgant
Barbaricis: omnes thalamo conferte triumphos.

Sic

Scribendum, *quo quemque vocaverit uſus*, aliter tamen libri. Epithalamio Palladii v. 10.

Pennati paſſim pueri, quo quemque vocavit
Umbra, jacent. HEINS. *pinnata* Oxon.

205. *Neu marceat ulla Segnities*] Nove dictum, quum vulgo homines marcere ſegnitie dicantur. ut *amor deſide cura marcet* laud. Seren. 226. itaque dicendum foret, *nec marceat ullus ſegnitie.* ſed hoc ſine hiatu invenuſto non patitur lex carminis. ſit ergo hoc Claudiano ſingulare. ſimilia vide apud Barth. ad vs. 101. BURM.

207. *Venturae*] *ſacratae ſ. nubila noctí* Oxon. *feſtici ſuſpendite* Voſſ. a m. pr. *funalia* Interpres Regius candelabra reddit, ſed tu vide Barthium. & lychnos ex laquearibus pendentes intelligi patet ex τῷ *ſuſpenſa. fugacibus* erat in Wolff. BURM.

208. *Hi*] *Hic* Wolff.

210. *Fontibus*] Tres, *Floribus.* forte, *Roribus.* Pricaeanus, *Fluſtibus.* mox *adſpergite* & *adolete* meliores ſcripti, non *adſpergere* & *adolere*, quos inter & primus Vaticanus. HEINS. Schottus Lib. II. Obſ. 55. *Contendat p. n. conſpergere. frondibus* Wolff. a m. prim.

212. *Proſternite veſtes*] *Praeſternite* fruſtra Raphelengius contra ſcriptos. HEINS. vid. VI. Conſ. Honor. 468.

213. *Docto*] *docte* lib. Barth. *ducto* Voſſ. a m. pr. vid. ad Val. Flacc. I. 122.

214. *Gemmato*] *ter gemino* Voſſ. a m. s. Leid. & Oxon.

220. *Ab innumeris*] *in innumeris* Jun. a m. s.

221. *Quodcumque*] *quaecumque* Vicetin. Ald. & alii olim editi.

222. *Armeniusve*] *Armeniusque* Oxon.

Crinita ſagittis] De his poſtea leges: *Et gens compoſitis crinem velata ſagittis.* DELR. *ſagittas* prior Moreti. HEINS. *crinata ſagittis* Lovan. *quidquid crinita* Oxon.

227. *Thalamo*] *thalamis* Voſſ.

Triumphos] id eſt ex praeda in triumphis lata. ita Florus II. 2. *claſſem triumpho gravem.* & mox *triumphus periit naufragio.* BURM.

Sic ait: & Sponſae petit inproviſa penates.
Illa autem, ſecura tori, taedasque parari
Neſcia, divinae fruitur ſermone parentis,
Maternosque bibit mores: exemplaque diſcit
Priſca pudicitiae. Latios nec volvere libros
Deſinit aut Grajos, ipſa genetrice magiſtra;
Maeonius quaecumque ſenex, aut Thracius Orpheus,
Aut Mitylenaeo modulatur pectine Sappho.
Sic Triviam Latona monet: ſic mitis in antro
Mnemoſyne docili tradit praecepta Thaliae.
Quum procul augeri nitor, & jucundior aër
Adtonitam luſtrare domum, fundique comarum
Gratus odor. mox vera fides, numenque reſulſit.
Cunctatur ſtupefacta Venus. nunc ora puellae,
Nunc flavam niveo miratur vertice matrem.
Haec modo creſcenti, plenae par altera Lunae.
Adſurgit ceu forte minor ſub matre virenti
Laurus, & ingentes ramos, olimque futuras
Promittit jam parva comas: vel flore ſub uno
Ceu geminae Paeſtana roſae per jugera regnant.
Haec largo matura die, ſaturataque vernis
Roribus indulget ſpatio: latet altera nodo,

250. Nec

228. *Sponſae petit*] *ſponte* Leid. Wolff.
229. *Tori*] *cheri* Vicetin. tu ſupr.
236. *Monet*] *movet* Jun. & Leid.
237. *Mnemoſyne*] Haec a Jove, ſerpentis ſpecie occultato, ut tradit Sidonius, ſubacta, novem Muſas peperit, idque ab Orpheo, Heſiodo, Alcandro, Eumylo, atque Solone proditum eſt, teſte Clemente Στρωμ. Lib. VI. rationem fictionis in Heſiodicis enarrationibus tradit Proclus Diadochus. DELR. *Neumaſie* Oxon. *Heumonie* Leid. *Nemoſine* Vicetin. *Mater caſta piae tradit* Oxon. in voce *mitis* latere nomen montis ſuſpicabatur Barthius.
238. *Jucundior*] *jocundior* Lovan. & edd. Ald. & aliae. *luſtrare* pro *inluſtrare*. vid. ad Grat. Cyneg. 221.
240. *Numenque reſulſit*] *lumenque* prim. Vatic. aliique multi, ut & paulo poſt, *Haec nova creſcenti, non modo*. neutrum placet. HEINS.
242. *Nunc flavam niveo miratur vertice matrem*] Palatinus, *nec flavam prae ſe ferat*. Scribendum opinor, *rutilo vertice*. Adeantur, quae curis ſecundis ad Naſonem notamus. Met. V. vs. 440. *Rutili* enim capilli flavi dicti. Barthius curis ſecundis in hoc loco valde aeſtuavit, dum corrigit:

——— *nunc ora puellae*
Flammea, nunc niveo miratur vertice matrem.

Lucanus X. 129.

——— *pars tam flavos gerit altera crines,*
Ut nullis Rheni Caeſar ſe dicat in arvis,
Tam rutilas vidiſſe comas. HEINS. *vertice crinem* Junianus. forte:

Nunc gnatam niveo miratur vertice matrem.

vide de hac voce Heinſium ad Ovid. V. Triſt. III. 37. vel *flavam nitido*. certe *flavam niveo vertice* jungi vix concoquo, cum *niveus vertex* jam caneſcentes matris comas indicet. Interpres Regius *micantem*, reddidit, neſcio qua auctoritate. praeterea niveo illi vertici non convenit comparatio *lauri virentis*. quare ibi legerem, *vigentis*. mater adhuc plena vigoris, licet jam caneſcere incipiat. videant acutiores. haerent enim hic interpretes. ſcio quidem viridem ſenectutem dici, ut ita lauro virenti comparetur Mariae mater, ſed alterum praeſtare putem. BURM.
243. *Haec modo*] *Haec nova* Colin.
246. *Promittit*] *permittat* Junian.
247. *Paeſtana*] *Paeſſana* Wolff.
249. *Roribus*] *Floribus* Oxon. *jacet altera* Junian.

252.

Digitized by Google

Nec teneris audet foliis admittere ſoles.
Adſtitit, & blande Mariam Cytherea ſalutat.
Salve, ſidereae proles auguſta Serenae,
Magnorum ſoboles Regum, parituraque Reges.
Te propter Paphias ſedes Cyprumque reliqui,
Te propter libuit tantos explere labores,
Et tantum tranaſſe maris: ne vilior ultra
Privatos paterere lares: neu tempore longo
Dilatos juvenis nutriret Honorius ignes.
Accipe fortunam generis: diadema reſume,
Quod tribuas natis, & in haec penetralia rurſus
Unde parens progreſſa, redi. fac nulla ſubeſſe
Vincula cognatae; quamvis aliena fuiſſes
Principibus, regnum poteras hoc ore mereri.
Quae propior ſceptris facies? quis dignior aula
Vultus erat? non labra roſae, non colla pruinae,
Non crines aequant violae, non lumina flammae.
Quam juncto leviter ſeſe diſcrimine confert

Um-

252. *Sidereae*] *divinae* explicat Barthius; ſed ad pulchritudinis laudem referendum, quam praedicare Veneri magis convenit. vid. ad Valer. Flacc. V. 467. & ipſum Barth. ad Feſcenn. pr. BURM.

254. *Te propter*] Hi duo verſus in veteri meo libro alio leguntur ordine, ut qui in excuſis praecedit, in eo ſubſequatur. DELR. vid. Virgil. IV. Aeneid. 320.

Paphias ſedes] Non *aedes* prim. Vatic. & ſedecim alii. & *paterere* mox pro *patiare* iidem. *Cypron* Oiſelianus, pro *Cyprum*. HEINS. contra *aedes* tuetur Heinſius ad Lib. I. de Rapt. 201. ſed de Venere Ovid. X. Met. 229. ut in ſcriptis:

Ipſa ſuas ſedes, Opibuſſaque arva parabat
Deſerere alma Venus. ubi vide quae diximus. Virgil. I. Aeneid. 681.

Aut ſuper Idalium ſacrata ſede recondam,
Phaſias aedes Wolff. BURM.

255. *Tantos explere labores*] *Tantum complere laboris* unus Mediceus. quod elegantius. ſuperiori verſu *relinqui* prior Leidenſis & Rottendorph. ut ſequentibus haec connectantur. HEINS. *tantos libuit* Junian. *licuit tantos* Oxon. imitari videtur Statium Lib. I. Silv. II. 41. ubi in veteri editione *licuit*, ſed lege:

Hanc propter libuit Piſaea lege tremendam
Currere. vid. ad Lucan. VI. 118. BURM.

256. *Tranaſſe*] *tranmare* Junian. *tranmaſſe* reliqui cum olim editis. *neu vilior* Jun. Wolff. *nec* Oxon.

258. *Nutriret*] *differret* Oxon. pro varia lectione.

259. *Accipe fortunam generis*] Editiones priſcae aliter diſtinguunt. *Accipe fortunam: generis* &c. ſed licet aliter diſtinguas, an haec Mariae decenter dicantur, dubito, quaſi inferiorem eam agnoſceret genere auguſto, ut nunc acciperet demum fortunam generis. ſi ut *reſume diadema* dixit, ita *recipe* dixiſſet, tolerabile foret. forte ſcripſerit multo rotundiori & elegantiori ſenſu:

Auſpice fortuna generis, diadema reſume,
Quod tribuas natis.

aſpice primo ſcriptum erat, & quia hoc centies cum *accipe* permutatur, hinc & *fortunam* pro *fortuna* repoſuerunt. eodem modo IV. Conſ. Honor. 610. *aſpice* ſcripſerant pro *auſpice* librarii. *Auſpices* vero nuptiis adhibitos nihil opus probari, & ut hic Fortuna generis felicibus, ſic Megaera *auſpex* infauſtis nuptiis I. in Ruſin. 83. BURM.

261. *Redi*] *veni* Oxon.

Nulla ſubeſſe vincula cognatae] *ſubiiſſe* pro diverſa lectione quartus Vaticanus, ut Bell. Gildon. 366. *ſubitae collo ſubiere catenae.* HEINS.

264. *Propior*] *proprior* Oxon.

Sceptris] Vetus liber *regnis*. DELR.

265. *Vultus erat*] Lego *erat* cum tribus ſcriptis: mox *aequent* malo. HEINS.

267. *Vinclo*] Vetus liber *junctio*: praeclare. DELR. Quidam libri *junctis* vel *vinctis*. *junctis* placebat Barthio. alter Moreti, *jugi*. ut *jugis aquas fons*, & *ju-*

ſci

Umbra ſupercilii! miſcet quam juſta ruborem
Temperies! nimio nec ſanguine candor abundat.
Aurorae vincis digitos, humerosque Dianae.
Ipſam jam ſuperas matrem. ſi Bacchus amator
Dotali potuit coelum ſignare Corona,
Cur nullis virgo redimitur pulchrior aſtris?
Jam tibi molitur ſtellantia ſerta Bootes,
Inque decus Mariae jam ſidera parturit aether.
I digno nectenda viro, tantique per orbem
Conſors imperii! jam te venerabitur Hiſter.
Nomen adorabunt populi. jam Rhenus & Albis
Serviet: in medios ibis Regina Sygambros.
Quid numerem gentes, Atlanteosque receſſus
Oceani? toto pariter dotabere mundo.
Dixit; & ornatus, dederant quos nuper ovantes
Nereïdes, collo membrisque micantibus aptat.
Ipſa caput diſtinguit acu, ſubſtringit amictus:
Flammea virgineis accommodat ipſa capillis.

Ante

tei perennes jugis aquae apud Horatium. Martial. Lib. IX. Epigr. 26.

Appetitur poſito jugis olivo lupo.

Ita duo codices antiquiſſimi Vaticanus ac Puteaneus. vulgo, *vilis*. Gloſſae Stephani, *Jugis, διηνεκής*. ſic *juge triennium* pro continuo dixit Eutropius. *juſto diſcrimine* Iſingrini codex, quod ferri non poteſt, quia *juſta temperies* ſequitur. nil temere mutarim. mox pro *pudorem* prim. & quart. Vaticanus pro diverſa lectione. *ruborem*, quomodo & Junianus, & unus ex Suſianis cum Aldo. placet. de ſupercilliis Petronius: *Supercilia usque ad malarum ſtructuram currentia, & rurſus confinio luminum poene permixta.* Ammiano Lib. XXIII. *juncta ſupercilia, caſtrinis oculis torvi, & ſupercilliis in ſemiorbiam ſpeciem curvatis junctique.* Anacreon Od. XXVIII.

Τὸ μεσόφρυον δὲ μὴ μοὶ,
Διάκοπτε μήτε μίσγε.

quem locum egregie illuſtrant, quae ex Claudiano & Petronio jam attuli; nam Henricus Stephanus in ejus interpretatione multum aeſtuat. Ariſtenaetus Epiſtola prima primi libri: ὀφρύς τι μέλαινα, τὸ μέλαν ἄκρατον τὸ ἓν μεσόφρυον ἐμμίτους τὰς ὀφρῦς διορίζει. HEINS. *vincto* Vicetin. Parm. Ald. *junctis* Wolff. hinc *confinia ſupercilii* Ovid. III. Art. Am. 201.

270. *Aurorae digitos*] Nam ait Anacreon Ῥοδοδάκτυλος μὲν Ἠὼς. DELR. Anacreon ex Homero Ῥοδοδάκτυλος μὲν Ἠὼς. Auſon. *Et roſeis manibus fidera diſpulerat.* CLAVER.

271. *Amator*] *amorque* Oxon, a m. pr.

272. *Signare Corona*] *ditare* vel *donare* ſcripti multi. nil muta. VI. Conſ. Honor. 168.

——— *omnia luſtrus*
Argumenta ſui Titan ſignavit Olympo.

ſignire pro diverſa lectione prim. Vatican. forte pro *inſignire*. quartus Vaticanus itidem pro diverſa lectione, *redimire*. HEINS.

273. *Cur nullis*] *cur rutilis* Oxon. a m. pr. *cum nullis* Wolff.

276. *O digno nectenda viro*] *I digno* Gyrald. & Lucenſ. probe. unus Medic. *In digno*, ut & Helmaeſtadienſis. HEINS.

278. *Populi*] Quinam populi? latet hic nomen proprium. quaerant, quibus idem videbitur. ego non reperi. an *Galli*? BURM.

279. *In medios ibis Regina Sygambros*] Statii imitationem notat Barthius, ſed utrique exemplum praebuit Naſo Epiſt. XVI. 331. *Ibis Dardanias ingens Regina per urbes.* BURM.

280. *Atlanteosque receſſus*] Malo *Atlanteique*. HEINS.

281. *Dotabere*] vetus liber, *dominabere*. DELR. *donabere* Leid. & Oxon. pro varia lectione. & marg. Iſingr. ſimilis varietas ſupr. vs. 134.

284. *Ipſa caput diſtinguit acu*] *conſtringit* Lucenſ. & quatuordecim alii. vulgata proba. mox pro *ſubſtrin-*

Digitized by Google

Antè fores jam pompa ſonat, pilentaque ſacram
Praeradiant ductura nurum. calet obvius ire
Jam Princeps, tardumque cupit diſcedere ſolem.
Nobilis haud aliter ſonipes, quem primus amoris
Sollicitavit odor, tumidus quatiensque decoras
Turbata cervice jubas, Pharſalia rura
Pervolat, & notos hinnitu flagitat amnes,
Naribus accenſis. mulcet fecunda magiſtros

Spes

ſtringit, unus Medic. *ſuccingit*. HEINS. *conſtrinxit* Leid. *conſtringit* Wolf. Heinſius olim volebat, *ſubſtringit acu*, *ſuccingit amictus*. ut Lucanus Lib. III. 281. *ſubſtringens*, *Arimaſpe*, *comas*. & VI. 656.

Et coma vipereis ſubſtringitur horrida ſertis.

ſed aliud eſt *ſubſtringere*, aliud *diſtinguere acu*. ut ſupra *di crimen* VS. 103. BURM.

286. *Sacram*] *ſacra* omnes fere ſcripti, & edd. Vicet. Parm. Ald. & Colin. qui vitio operarum, credo, *pilentaque ſacra*.

288. *Tardumque*] *tantumque* Oxon. pro *diſcedere* malim *decedere*. vid. ad Ovid. IV. Met. 91. BURM.

289. *Nobilis*] Scaliger libro V. Poëtices, hanc comparationem longe feliciorem eſſe ait ea, quam Silius Lib. X. dure, neque volantibus numeris dedit, agnoſcitque in hoc Poëta normam Virgilianam. CLAVER. Ego hanc comparationem indignam & indecoram puto. Principes certe hodierni ſe cum libidine concitato & adhinniente equo conferri vix paterentur. praecipue ſi *priſcus odor* legatur, quod in ultima editione Heinſii, neſcio unde, habetur; quum *primus amoris* omnes, quos vidi, ſcripti & editi, etiam Heinſiani priores, exhibeant. certe magis adhuc indecorum foret, juvenem rudem, necdum maturum, comparare equo, quem ſollicitaret equae, cui olim admiſſus eſſet, odor priſcus. Hoc Darii equo rectius conveniret, ut narrant Hiſtorici, & praecipue Valer. Maxim. VII. III. Ext. 1. confert has comparationes cum equo Homeri, Enni, Virgilii, & Claudiani Columna ad Lib. II. Enn. p. 47. vid. Cerdam ad Virg. XI. Aen. 492. BURM.

291. *Curvata cervice jubas*] Lucens. *Turbata*. rectius. IV. Conſ. Honor. 548.

Turbantur phaleras: ſpumoſis morſibus aurum
Fumat.

Tholoſ. *Crinita*. pro *magiſtros*, *magiſtrum* Florent. & Ambroſ. unus. HEINS. *Curvatas* Junian. pro *Pharſalia*, *Pharſalica* Voſſ.

292. *Hinnitu flagitat amnes*] *ignes* duodecim libri, quod & in quinque ſuis Andreas Schottus invenit. nihil muto tamen. appoſite Lucretius initio libri primi, V. 22.

Inde ferae pecudes perſultant pabula laeta,
Ignotos tranant amnes. ubi de amore. & de equabus Virgil. III. Georg. 269.

Illas ducit amor trans Gargara, tranſque ſonantem
Aſcanium: ſuperant montes, & flumina tranant.

Idem ibidem de equis in Venerem ruentibus V. 253.

Non ſcopuli rupesque cavae, atque objecta retardant
Flumina.

Valer. Flacc. Lib. IV. 195.

Qualiter ignotis ſpumantem fronditus amnem
Taurus agius, qui primus init.

Statius Theb. VIII. 435.

Ac velut ignotum ſi quando armenta per amnem
Paſtor agit.

ſed cur *notos amnes*, cum primum incipiat amare? an *ignotosque*, ut apud Virgil. equi generoſi pullus III. Georg. 78.

Audet & ignoto ſeſe committere ponto.

Mazarinianus certe *atque novo*. Palatinus *toro*. pro *primus amoris odor*, in prim. Vatic. Oiſel. & quatuor aliis *priſcus*. quod ſi ſequimur, nihil difficultatis erit in *notis amnibus*. fortaſſis tamen legendum, *privus odor*. *motos* etiam *amnes*, quomodo *moti fluctus* apud Marorem. mox *Naribus accenſus* potior ſcriptorum pars, non *accenſis*. aliter tamen caſtigatiores. HEINS. Preigius ad Lucret. I. 14. culpat Heinſium, ut metri ignarum, qui legerit in Lucretio, *ignotosque tranant amnes*. debuiſſet hanc editionem conſulere, antequam virum, ſi quis umquam, calentiſſimum metri accuſaret. praeterea ipſe non cepit Lucretium, qui neſcit, *quo lepore pecus* capiatur, cum vel Tiro viderit repetendum ἀπὸ τοῦ κοινοῦ *tuo*, ut ſit *capta lepore tuo* & *illecebris tuis*, & hoc verſus 29. docere potuiſſet. ceterum *noti amnes* potuerunt recte dici, licet equus primum incipiat amare, quia antea ad eos paſcua habuit, ſed nunc ex ſtabulis dimiſſus, quibus aliquamdui coercitus fuit, flagitat hinnitu prius ſibi nota flumina. vid. ad Phaedr. I. Fab. II. *totos hinnitu flagitat ignes* Barth. Lib. & Medic. *omnes* Vicet. *accenſus* Cod. Barth. ſed *accenſis* recte. ut IV. Conſ. Honor. 446. *igneſcunt patulae naves*. BURM.

293. *Accenſis*] Excuſi quidam cum veteri libro *accenſus*. DELR.

Spes gregis, & pulchro gaudent armenta marito.
Candidus interea poſitis exercitus armis
Exſultat ſocerum circa; nec ſignifer ullus,
Nec miles pluviae flores diſpergere ritu
Ceſſat, purpureoque ducem perfundere nimbo.
Haec quoque velati lauro myrtoque canebant:
Dive parens, ſeu te conplectitur axis Olympi,
Seu colis Elyſias, animarum praemia, valles,
En promiſſa tibi Stilichon jam vota peregit.
Jam gratae rediere vices. cunabula penſat:
Acceptum reddit thalamum: natoque reponit,
Quod dederas genitor. numquam te, ſancte, pigebit
Judicii. nec te pietas ſuprema fefellit.
Dignus, quem legeres: dignus, cui pignora tanti
Principis, & rerum conmendarentur habenae.
Dicere nunc poſſem, quae proelia geſta ſub Haemo,
Quaeque cruentarint ſumantem Strymona pugnae.
Quam notus clipeo, quanta vi fulminet hoſtem,
Ni prohiberet Hymen. Quae tempeſtiva relatu

Nunc

Magiſtras] Ita omnes, quas vidi, editiones ante Heinſium, qui nec in ſcriptis varietatem ullam notavit, non *magiſtrum*. BURM.

295. *Candidus exercitus*] Ante IV. Conſ. Honor. 567. dixerat *niveas cohortes*, quae ſcilicet in comitatu Principis. legimus vero Domitianum, cum videret generum fratris albatos etiam habere miniſtros, dixiſſe *ὡς ἀγαθὸν πολυκοιρανίη*. Sunt & albati milites apud Trebellium. CLAVER. male. agitur de exercitu. vid. Barth.

296. *Socerum juxta*] MSS. *ſocerum circa*. Idem: *ritu pluviae diſpergere flores*, pro *pluviae flores diſpergere ritu*. DELR. Non *juxta* ſed *circa* libri. vidit Barthius. mox pro *ducem*, ſex ſcripti *diem*, cum primo Vaticano. nihilo deterius. Nil immutandum tamen. Florus II. cap. VII. *quo certavere plauſu! quibi florum in Conſulem profuderunt!* HEINS. *pluviae ritu diſp. flores* Jun. & mox *diffundere nimbo* idem. *pluviaerore* Oxon. pro var. lect. mutuatur haec a Statio I. Silv. II. 21.

Floribus immmeris & olenti ſpargere nimbo.

ubi *thymbra* Gronovius. BURM.

300. *Dive parens*] *Dure* Junian. inſulſe.

301. *Seu colis*] *premis* prim. Vatic. & alii novem. HEINS. *Elyſias ſedes* duo libri.

302. *Promiſſa*] *praemiſſa* Junian.

303. *Gratae*] *jam citae* Wolf.

Connubia penſat] *cunabula* Gyrald. & quatuordecim alii. recte. Educatus enim a Theodoſio Stilichon. pro *Jam gratae rediere vices*, prim. Vatican. cum quinque aliis, *En gratae*. HEINS. & ita Ald. ed.

304. *Reponit*] *rependit* Lovan. non male. vid. ad Phaedr. Lib. III. Praefat. puto tamen ab interpretatione eſſe, nam *reponere* hoc fere ſenſu utitur Virgil. II. Georg. 202. & XII. Aeneid. 878. BURM.

305 *Quod dederat*] *dederas* Barthius. confirmant octo libri. HEINS.

307. *Dignus, quem legeres*] Non *cui leges* Lucenſ. prim. Vatic. & quindecim alii. diximus Conſ. Manl. 147. pro *rerum habenae* prim. Vatic. & octo alii, *tantae habenae*. Junianus, *regni habenae*. HEINS.

309. *Dicere nunc poſſem*] Ita Gyrald. Lucens. & octo alii. bene. Bello Gildon. in oratione militum v. 191.

Quaſſatis cupio telluren figere roſtris.

poterat dixiſſe *cupimus*. Lib. II. in Rufin. 268. pari modo milites,

——— *jam formidata tyranni*
Tempeſtas ſubeunda mihi.

& v. 275. *Tu mihi dux ſemper, Stilichon.* eodem libro v. 387. exercitus,

Unde redi, nejcis? patiarne audire ſatelles,
Qui leges aliis libertatemque reduxi.

HEINS. *Dicere nunc poſſent* Oxon. a m. pr. *Dicere poſſemus* Vicet. Parm. Ald. & alii vulgo.

310. *Cruentarint*] *cruentarunt* Junian.

312. *Quae tempeſtiva relatu*] Junian. *qui*. Mediceus, *quem*. Puto, *quin* vel *cui*. mox *conſilii*, non *concilio*, tert. Vatic. HEINS. *qui conſilio* Junian.

313.

Digitized by Google

Nunc canimus. quis conſilio, quis juris & aequi
Noſſe modum melior? quod ſemper diſſidet, in te
Convenit: ingenio robur, prudentia forti.
Fronte quis aequali? quem ſic Romana decerent
Culmina? ſufficerent tantis quae pectora curis?
Stes licet in populo; clamat, quicumque videbit,
Hic eſt, hic Stilichon. ſic ſe teſtatur & offert
Celſa poteſtatis ſpecies; non voce feroci,
Non alto ſimulata gradu, non inproba geſtu.
Adfectant alii quidquid, fingique laborant,
Hoc donat Natura tibi. pudor emicat una,
Formoſusque rigor: vultusque auctura verendos
Canities feſtina venit. conſorte remota,
Contingunt gravitasque ſenî, viresque juventae.

Con

313. *Juris & aequi*] Locus elegans & valde ſubtilis, de eo, quod eſt medium inter *Jus* & *aequum*. *Jus* eſt, auctore Donato, quod omnia recta & inflexibilia erigit. *Aequitas* eſt, quae ex jure multum remittit. Eſt vero hic κυβερνητικὴ σοφία, ni fallor, quam vocat Juſtinianus. CLAVER. *Noſſe modum* ex Lucano Lib. IX. 190. inluſtrari poteſt.

314. *Diſſidat*] MSS. aſſentior, in quibus *diſſilit*. vulgati non conſtant ſibi. DELR. *diſſilit* etiam Oxon. duo Leid. & Lovan. pro varia lectione. *diſilit* Vicet. Parm. *deſidet* Colin. Gryph. Iſingr. Pulman.

315. *Ingenio*] *ingentio* Markland. ad Stat. II. Silv. VI. 48. ſed nimis tenue videri poteſt, Stilichonem laudare, quod ingenuus fuerit, quod ipſi cum millibus aliis commune. BURM.

Prudentia] *patientia* Junian. forte, *prudentia cordi*, ut ingenio conveniat. cor enim ſedes omnium adfectionum, unde metus, ſpes, conſilium &c. poëtae deducunt. vid. Barth. ad Veſcenn. 26. BURM.

216. *Aequali*] *aequaiis* Junian. a m. prim.

Quem ſic Romana] Poterat taceri hoc, o Claudiane, dum enim Stilichonem tuum plus nimio extollis, naſcitur ſcrupulus, qui multos male habuit. nam, ut ait Poëta; *Non bonor eſt, ſed onus, ſpecies laeſura ferentem*: haec noſtro aevo uſu venere. CLAVER. *quam* Lucens. ut ad frontem referatur. mox pro *clamat*, lego, *clamet*. prior Moreti, *clament quicumque videbunt*. HEINS. *quem ſic Romana decorent* liber Barthii.

317. *Sufficerent*] *ſufficient* Junian.

318. *Stes*] *Sis licet* Junian. *in populo* eſt in plebe, turba. vid. ad Phaedr. III. 9. & Hottom. ad Cicer. Divinat. 16. BURM.

319. *Hic eſt, hic Stilicho, ſeſe teſtatur*] Ita prim. Vatic. & undecim alii cum Gudii ſchedis. vulgo.
Hic ille eſt Stilichon, ſic te teſtatur.
ſed tum rectius legas, *ſic ſe teſtatur*. quomodo pro diverſa lectione prim. Vatic. & ſec. Medic. neque aliter Farneſianus. Virgil. VI. Aeneid. 792. *Hic vir, hic eſt*. notum illud Perſii 1 Sat. 42. *Ac pulchrum eſt digito monſtrari & dicier, Hic eſt*. pro *offert* alter Oxon. *effert*. HEINS. Eadem varietas VI. Conſ. Honor. II. *quem mons Evandrius offert*. ubi in ſcriptis *effert*. de illis *hic hic eſt*, vel *hic ille eſt*, vid. ad Ovid. III. Amor. 1. 20. & infr. 1. in Eutrop. 66. BURM.

321. *Sic ſe*] Lequor meum MS. in quo *ſeſe*. DELR. ita & Leid.

321. *Simulata*] *ſtimulata* Wolf.

323. *Hoc donat*] Ita ſcripti. mendoſe vulgo *Haec*. HEINS.

324. *Vultusque*] *cultus* Junian. *actura* Wolf.

325. *Canities*] Belli duces ac milites celerius canеſcunt propter inſomniam, labores, & alia incommoda. quod in Gallis ducibus etiam locum habuit. Plinius in Panegyr. de Trajano, cui, *non ſine quodam munere Deum feſtinatis ſenectutis inſignibus ornata caeſaries*. Domitianus forti animo ſe ferre dixit comam in adoleſcentia ſeneſcentem, quod ſane ipſi contigit, dum contra montem Dacicum & Sarmatas periclitatur. CLAVER.

Conſorte remota] Conſideret hanc vocem lector. DELR. *Conſorte remota*, id eſt aegritudine, triſtitia, aut languore: nam *multa ſenem circumveniunt incommoda* Virgilius dixit: *ſubeunt morbi triſtisque ſenectus*. Imo *ſenectus ipſa eſt morbus* Terentio. Miserabilis profecto eſt ſenectus ut plurimum, nam habet multas conſortes, unde Senarius, φεῦ τὸ γῆρας ὡς βαρὺ ἔχεται μόνον. CLAVER.

326. *Contingit*] MS. *contingant*. ego *contingunt*. 9. excuſi *en ſorte remota*. *Contingant gravitasque ſenî viresque juventae*. DELR. *Contingunt gravitasque ſenî* vera lectio, quam Aldus, Iſingrini liber, ac nonnulli

Digitized by Google

Utraque te cingit propriis insignibus aetas.
Ornatur Fortuna viro. non ulla nocendi
Tela, nec infecti jugulis civilibus enses.
Non odium terrore moves, nec frena resolvit
Gratia: diligimus pariter, pariterque timemus.
Ipse metus te noster amat. justissime legum
Arbiter, egregiae custos fidissime pacis,
Optime ductorum, fortunatissime patrum,
Plus jam, plus domino cuncti debere fatemur,
Quod gener est, invicte, tuus. vincire corona:
Insere te nostris, contemto jure, choreis.
Sic puer Eucherius superet virtute parentem:
Aurea sic videat similes Thermantia taedas:
Sic uterus crescat Mariae: sic natus in ostro
Parvus Honoriades genibus consîdat avitis.

nulli ex nostris exhibent. vulgo, *Contingit senii gravitas.* prim. Vatic. *Contingit senio gravitas.* quomodo & alii nonnulli. vel *contingunt. seni* pro *senii* dixit, quod non intellectum a librariis loco mutando occasionem dedit. Ausonius Epist. 1. ad Patrem:

Pulchra juventa sibi senium sic jungit, ut aevum,
Quod prius est, maneat: quod modo, ut incipiat.
Et placuisse reor geminis aetatibus, ut se
Non festinato tempore utramque daret.

sic ista emendo. τὸ *consorte remota* ad canitiem referendum, quam senii consortem vocat. sic & Plinius in Paneg. *festinata senectutis insignia* canitiem dixerat, quae noster imitatus. Gyrald. prim. Vatic. & duodecim alii, *cum sorte remota.* sec. & tert. Vaticani, & octo praeterea cum Aldo, *consorte remoto.* quomodo & vir Celeberrimus Gaspar Gevartius censebat scribendum esse, ut Rufinus subintelligatur, qui tutor a Theodosio Magno datus Arcadio, ut Honorio Stilichon. sed mihi intempestiva prorsus Rufini mentio hic loci videtur. nec audiendus Claverius, qui *consortem* interpretabatur aegritudinem, tristitiam, languorem. frigide profecto. Pergamus videre veterem scripturam. *en sorte remota* Codex Isingrini. unus Vatic. *non sorte remota.* Barthius conjicit:

——— *cui sorte remota*
Contingunt senii gravitas viresque juventae.

Lege:

——— *cum sorte remotae*
Contingant senio gravitas virisque juventae.

sorte remotae praeter sortem & cursum naturae. vel quod malim, *consorsque remoti Contingit senii gravitas.* gravitas senectutis consors. fortasse rectius sit tamen *Contingunt senii gravitas.* pro *nocendi* paulo post *nocensi* malim. Heins. Aldus *Contingit graviasque senii. contingunt gravitas senii* Vicetin. *Contingant gravitasque seni* marg. Isingr. *Contingit gravitasque seni* Wolf. Ego explico, *consorte remoto,* id est omni, quicumque ejusdem sortis est vel fuit, in tali dignitate posito. nulli hoc contigit, ut gravitatem senii & vires juventae haberet, praeter tibi. si hoc non velit, fateor me non intelligere hunc locum. de usu τῦ *remoto* vid. supr. vs. 42. Burm.

329. *Infesti*] *infesti* Oxon.

330. *Moves*] *movet* Junian.

333. *Fidissime pacis*] *pacis fidelissime custos* Vicet. & Parm. vitiose. *justissime* Junian.

335. *Plus jam plus domino*] *Plus tibi quam domino,* vel, *plus tibi, plus domino.* Oxonienſis unus. alter priorem tantum lectionem habet. *Plus tibi jam domino* marg. Isingr.

336. *Corona*] *coronam* Vicet. Parm.

337. *Choreis*] *trophaeis* Oxon. a m. prim.

338. *Parentem*] *parentum* Vicet. Parm.

339. *Thermantia*] Illa sane, ut Claudianus praedixit, vidit non similes tedas, sed easdem magno suo malo, ut supra dictum est. Claver. *Terimantia* Oxon.

340. *Uterus*] *proles* Oxon.

Mariae] Fl. Maria Augusta tenella & jugo impar, nupsit Honorio vix puberi. Itaque Princeps belle educatus immitis uvae cupidinem distulit: sed interea nympha delicatula immatura morte praeventa est. Ejus sepulchrum haud ita pridem patuit Romae, ubi non solum ejus peplum imperiale pretiosissimum, sed & pila lusoria ex auro, atque etiam una lapillis micantibus efficta, cum aliis crepundiis, quibus viva oblectabatur, inventa sunt, cum inscriptione Maria Florentissima, additis Angelorum quatuor nominibus. Ibidem postea sepultus est Honorius, nempe in Basilea D. Petri Claver.

341. *Honoriades*] *Honorides* Oxon. *consîdet* Lovan.

CL.

Digitized by Google

CL. CLAUDIANI

IN NUPTIAS

HONORII AUG. ET MARIAE

FESCENNINA.

ALCAICUM.

PRinceps coruſco ſidere pulchrior,
Parthis ſagittas tendere certior,
Eques Gelonis imperioſior,
Quae digna mentis laus erit arduae?
Quae digna formae laus erit igneae?
Te Leda mallet, quam dare Caſtorem.
Praefert Achilli te proprio Thetis:
Victum fatetur Delos Apollinem:
Credit minorem Lydia Liberum.
Tu quum per altas inpiger ilices

Prae-

Feſcennina.] *Feſcennini Nuptiarum Honorii Imp.* titulus erat in veteri codice, ſed *Epithalamii* nomen idem fere verſuum generi a Catullo tribui videtur. non tamen a fide antiqua recedere potuimus; illa enim aetate Auſonius Centones ejusdem fere argumenti ſcripſit in nuptiis Gratiani, & ipſe Valentinianus Imp. unde idem poëta: *Feſcenninos amat celebritas nuptialis, verborumque petulantium natus vetere inſtituto ludus admittit.* CLAVER. *Feſcennina* primus emendavit ex veteri libro Pulmannus, quomodo Lucenſis, excerpta Puteana, & quatuor alii ex noſtris. alia in vulgatis inſcriptio. primi Vaticani inſcriptio, *Epithalamium Honorii & Mariae.* Ceterum in vetuſtis omnibus membranis haec carmina Epithalamio praemittuntur. HEINS. In Voſſiano codice erat, *De Nuptiis Honorii Lib. II.* in altero, *Epithalamium ſuper nuptias Honorii.*

1. *Princeps*] In his nihil praeter haec duo, v. 10. *Tucum.* pro *Tum.* & v. 18. *voles* pro *cubes.* CLAVER.

2. *Sagittas tendere certior*] *mittere certior* duo ex noſtris. *tendere doctior* prim. Vatic. & excerpta Puteana. ſed τὸ *certior* non eſt loco movendum. eadem excerpta cum duobus aliis primo verſu *clarior* non *pulchrior.* verſu quarto Barthius *mentis*, non *mentis* ex Palatino. HEINS. Mirum eſt ita conſpiraſſe ſaepe librarios veteres in easdem variationes certarum vocum. nam & apud Ovid. v. Met. 55.

Figere doctus erat, ſed tendere doctior arcum,

ubi *certior* Gronovii codex. ibi tamen praeſtat vulgata. hic, ſi *mittere* legas, *certior* praeferendum puto. vid. ad Conſul. Olybr. 187. *tendere ſagittas* vindicavimus ad IV. Conſ. Hon. 527. BURM.

6. *Dare*] id eſt edere, parere. vid. ad Nemeſ. Cyneg. vs. 118. & ibi Barth. & ad VI. Conſ. Honor. 136. BURM.

Caſtorem] Ab Oppiano Caſtor inter Νίκαν, Νάρκισσον, Τάκινθον, ceteros formoſos recenſetur. DELR.

7. *Praefert*] *profert* Oxon.

8. *Delos Apollinem*] Hi Dii, ut formae praeſtantes a Poëtis commendantur, praeſertim Oppiano. I. Κύρις. ſunt enim perpetuo adoleſcentes. Callimachus καὶ ἀεὶ καλὸς, καὶ ἀεὶ νέος, & id exprimens Tibullus I. Eleg. IV. 33.

Scitis aeterna eſt Bacchо Phoeboque juventas.
Nam decet intonſus crinis utrumque Deum.

Sidonius Phoebum *Epboebum* vocat, Bacchique *ventrem* Anacreon, noſter alicubi *cellum* laudant. DELR.

10. *Tu cum*] ita meus MS. DELR. *Tum quum* edd.

Praedo citatum cornipedem regis,
Luduntque ventis inſtabiles comae,
Telis jacebunt ſponte tuis ferae,
Gaudensque ſacris vulneribus leo
Admittet haſtam, morte ſuperbior.
Venus reverſum ſpernat Adonidem,
Damnet reductum Cynthia Virbium.
Quum poſt labores, ſub platani voles
Virentis umbra, vel gelido ſpecu,
Torrentiorem fallere Sirium
Et membra ſomno feſſa reſolveris:
O quantus uret tum Dryadas calor?

Quot

edd. Vicet. Parm. Iſingr. Gryph. Colin. *I nunc per altas* Lovan. tumidior vero locutio *ire per altas ilices*, quaſi ſuper arborum cacumina equitaret, cum tantum per ſilvam ilicum altarum equum egiſſe velit dicere. & hinc poſſet firmari conjectura mea in Ovid. Epiſt. IV. 38. *Eſt mihi per ſilvas impetus ire ferat.* ſed quam ipſe abjeci poſtea. tolerabilior eſſet forte lectio per *artas ilices*. licet nec hoc valde elegans. BURM.

11. *Praeda citatum*] *Praedo* Lucenſ. & Gyrald. cum primo Vaticano & Farneſiano. quod verum puto. *Praedonem* vocat, qui praedatur feras. ſic *praedo volucrum* Martiali *accipiter*. & Glaucus Anthedonius Auſonio in Moſella *praedo piſcium*. v. 282.

Inter captivas ſtuitavit praedo catervas.

ſed & Jupiter *praedo* pro raptore Europae in Tragoediis Senecae. neque enim in malam partem ſemper accipitur, ut nec *lenae* vocabulum, quo ſupra uſus eſt in Epithalamio v. 25. *ut nuntia formae Lena per innumeros iret pictura penates.* hoc eſt, conciliatrix amoris. *Praedari* autem verbum venatorium, unde & *praeda*. Martial. I. Ep. 50.

Praeſtabit illic ipſa figendas prope
Veberca praedanti feras.

ſic ex veſtigiis Vaticani libri emendaſſe olim me memini. vulgo, *prudenti*. unde *prendenti* factum. *Altas praedator aprorum* Ovid. XII. Met. 406. quomodo *ferarum vaſtator Amycus* Virg. IX. 771. & *raptor aprorum Neurus* Valerio Flacc. VI. 121. ut videtur illic ſcribendum. Idem Ovid. III. Art. 419.

In multas lupa tendit oves, praedetur ut unam.

apud Juvenalem Sat. XI. 193. *Praedo caballorum praetor fedet.* ſed doctiſſimus Gronovius jam recte monuit ibi legendum eſſe *praeda*. ſic Actaeon *canum ſuorum praeda* poëtis. apud Naſonem Epiſt. IV. 170. in veteri codice legebatur:

Silvaque praedandas praebeat alta feras.

non *perdendas*. ut illic monui. Sidonius Panegyrico Aviti:

Vaſta per adverſas venabula cogere praedas.

Statius Soteriis Rutilii Gallici, Lib. I. Silv. IV. 32. *dites praedae tamen accipit omni Exuvias Diana tholo.* & Lacrimis Etruſci Lib. III. Silv. III. 75. *nulla vivere praeda* Leonem ait, qui manſuefactus erat. *praedari pisces calamo* apud Propertium Lib. IV. Eleg. II. pari modo Auſonius in Moſella v. 126. *Alburnos praedam puerilibus hamis.* Mox *regas* & *ludant*, non *reges & ludent* Lucenſ. Gyrald. & alii aliquot. unus Petav. *Plaudentque*, quod arridet. nil muto tamen. Silius Lib. XVI. 363. & *plurimus idem Ludentis per colla comae.* HEINS. Olim Heinſius etiam conjecerat *Rheda* vel *Freno citatum* &c. *Iudere* ex Virgilio habet, qui Lib. XI. 497. *luduntque jubae per colla. reges* Vicet. Parm. *reges ludentque* Ald. Raphel. Iſingr. & aliae. ego *regis Luduntque* praetuli. *plaudentque* Leid. a m. s. BURM.

15. *Admittet haſtam*] *ſtudium* Oxon. Junian. a m. pr. pro *ſuperbior*, *ſuperior* Wolff. a m. pr. Vicet. Parm.

16. *Spernit Adonidem*] Rectius, *ſpernat*. & *Damnet* Moreti liber & unus Ambros. HEINS. Et Lovan. *Venus adverſum*, & mox *Damnat adductum* Junian. & Excerpt. Voſſ.

18. *Sub platani voles*] Haec vera lectio. alii *jaces*, vel cum vulgatis, *cubes*. quod forte ex *lubet* vel *jubet* natum. *vires* prim. Vatic. & Farneſ. HEINS. *voles* Vicet. Parm. *viles* Excerpt. Voſſ. & Wolff.

20. *Syrium*] Hoc dicam obiter, a Tzetza reprehendi Archilochum, Heſiodum, Aratum, Lycophronem, Varronem, Heſychium, Suidam, non quidem nominatim, ſed tacite, quod Syrium cum canicula confundant. DAIR.

22. *Uret tum*] *iret in* Wolff. a m. pr. *o quantus iret in Dryadas calor* Cod. Barth. *Dryadas* vero optimi quique. deinde *Quo te aeſtuante* Oxon. *Quantum aeſtuantes* Leid. *Quod te aeſtuantes* Vicet. *Qua te* Exc. Voſſ. *Quot te* Parm.

25. *Scy-*

Digitized by Google

Quot aeſtuantes ancipiti gradu
Furtiva carpent oſcula Naïdes?
Quis vero acerbis horridior Scythis?
Quis beluarum corde furentior;
Qui, quum micantem te prope viderit,
Non optet ultro ſervitium pati?
Quis non catenas adripiat libens,
Colloque poſcat vincula libero?
Tu ſi nivalis per juga Caucaſi
Saevas petiſſes pulcher Amazonas,
Peltata pugnas diſereret cohors,
Sexu recepto: patris & inmemor
Inter frementes Hippolyte tubas
Strictam ſecurim languida poneret;
Et feminudo pectore cingulum
Forti negatum ſolveret Herculi,
Bellumque ſolus conficeret decor.
Beata, quae te mox faciet virum,
Primisque ſeſe junget amoribus.

Age cuncta nuptiali
Redimita vere, tellus,
Celebra toros heriles.
Omne nemus cum fluviis

Omne

25. *Scythis*] *Sertis* vel *Gatis* Exc. Voſſ.
26. *Beluarum*] *beſtiarum* Junian. *corde ferocior* Leid. a m. s.
27. *Qui cum*] *Quis cum* Raphel.
29. *Arripiat*] *accipiat* Junian.
32. *Saevas*] *ſaeva* Leid.
Amazonas] de Amazonibus ad Herodoto in Μελπομ. Pauſania in Ἀττικ. Clemente Stromat. β. Strabone Lib. XI. & XII. Dionyſio, Pindaro, denique Plinio, Mela, Juſtino, Servio, Oroſio, plura referuntur, quam hic explicari queant. Delr.
34. *Patris*] Mavortis. Delr. vel *Martis* Voſſ.
37. *Seminudo*] *ſeminudum* Jun.
38. *Solveret*] *traderet* marg. Iſingr. ſed Lib. II. de Rapt. Praef. 37. *ſolvis Amazonios cinctus*. Burm.
40. *Mox faciet virum*] *nox* Gyrald. Lucenſ. & duo alii cum Farneſiano. Heins. Sed tunc non congruit ſequens verſus; *nox* enim non jungeat ſe. vide Martialis loca a Barthio adducta. Burm.
42. *Age cuncta*] Titulum *Epithalamii* non vidimus in veteri codice, ideoque omiſſus eſt. quod vero Delr. notat ex Vicetina editione, ut minime culpo, ita & minime ſequor, quia ſcimus poëtas leges carminum pro arbitrio condidiſſe, & hoc licitum: id ſatis probat Auſonius, Capella, & Sev. Boetius, & alii, itaque ab antiqui exempli fide, quam ſequuntur excuſi, nolui recedere, quamvis non neſciam apud Servium ejusmodi verſum repraeſentari. *Dulciſonae Pierides, veerſifici favete*. Hi vero verſiculi reſtituuntur ex manuſcr. Claver. Duos poſtremos verſus ſingularum ſtropharum hujus Odae in unum coaluiſſe videas in multis antiquis codicibus. Contra ſingulos verſus ode proxima in duos dividunt Claveriani codices. Heins. *Auge* Oxon. pro *Age*.
44. *Celebra*] *celebrat* Jun. *erilis* Leid. *herilis* Vicet.
45. *Omne nemus*] Male in omnibus editionibus praeter Vicetinam hic duo verſus conſtituuntur, cum unus ſit Choriambicus tetrameter Sapphicus, ſcandendus in hunc modum: *omne nemus-vv cum fluviis-vv omne canat-vv profundum-v*, idque usque ad *Solitas gelos* &c. obſervandum eſt, ut poſt tres ſio-

Omne canat profundum.
Ligures favete campi:
Veneti favete montes:
Subitisque ſe roſetis
Veſtiat Alpinus apex:
Et rubeant pruinae.
Atheſis ſtrepat choreis;
Calamisque flexuoſus
Leve Mincius ſuſurret,
Et Padus electriferis
Admoduletur alnis.
Epulisque jam repleto
Reſonet Quirite Thybris:
Dominique laeta votis
Aurea ſeptem geminas
Roma coronet arces.
Procul audiant Iberi;
Fluit unde ſemen aulae:
Ubi plena laurearum,
Imperio foeta domus,
Vix numerat triumphos.
Habet hinc patrem maritus,
Habet hinc puella matrem,
Geminaque parte ductum

70. Cae-

ſingulos verſus (qui Anacreontici ſunt) unus hujuſcemodi choriambicus reponatur. DELR.

Cum fluviis] *cum foliis* Oxon. & duo Pulman. & plures.

46. *Canat*] *canet* Lovan.

53. *Calamisque*] *Calamusque* Jun. *flexuoſis* Lovan. Voſſ. & Barthii liber.

54. *Leve*] ubi antea *Lene*, magno lapſu in tenui re. Virgil. I. Ecl. 56. *Saepe levi ſomnum ſuadebit inire ſuſurro.* CLAVER. *Lene* Parm. Ald. & editiones aliae, ſolita permutatione. *Mitius* Wolf.

58. *Quirine*] bene. vetus liber *Quirite.* DELR. alias *Quirine* nullo ſenſu. Perſius, *una Quiritem vertigo facit.* CLAVER. Vide Schott. II. Obſ. 55. & Dempſt. ad Roſin. I. cap. 2. ita & Lovan.

60. *Septemgeminas*] id eſt ſeptem, ſicut *tergemini* non ſex aut ſenos, ſed tres aut ternos ſignificant. DELR.

63. *Fuit unde*] MS. meus *Fluit.* DELR. Alias *Fuit*, quod eſt frigidulum. CLAVER. *Fluit* legendum jam alii monuerunt, nec diſſentiunt ſcripti noſtri, vulgo, *Fuit.* Laude Serenae v. 56. *ſeries bis fontibus Aelia fluxit.* Statius Theb. II. 436.

——— *tibi larga Pelops, & Tantalus auctor,*
Nobilitas proptiorque fluit de ſanguine junctо
Jupiter. & Lib. I. 226.

Aonias ſanguis fluit hic ab origine Thebas.

& mox v. 667.

Unde genus, quae terra mihi, quis deſluat ordo
Sanguinis antiqui piget inter ſacra fateri.

noſter in Eutrop. II. 540. *geminas inter diſcordia partes Hoc auctore fluit.* quomodo illic videtur ſcribendum. HEINS. *Effluet* Cod. Barth. vid. Quintil. Declam. 258. apud Stat. II. Theb. 613. *demiſſus origine Cadmi*, Scholiaſtes notat, *id eſt fluens.* BURM.

65. *Foeta*] *freta* Jun. Oxon. duo Leid. male. ita apud Stat. IV. Theb. 103. ex MSS. Heinſius legebat,

Foetaque cognatis avibus Meleagria Plevron.

&

Caesareum flumineo
Stemma recurrit ortu.
Decorent vireta Baetin;
Tagus intumescat auro;
Generisque procreator
Sub vitreis Oceanus
Luxurietur antris.
Oriensque, regna fratrum,
Simul Occidensque plaudant.
Placidae jocentur urbes,
Quaeque novo, quaeque nitent
Deficiente Phoebo.
Aquiloniae procellae,
Rabidi tacete Cori:
Taceat sonorus Auster.
Solus ovantem Zephyrus
Perdominetur annum.

Soli-

& apud Prudent. Hymn. IV. 33. in MSS. Heinsius idem vocabulum deprehendit. BURM.

70. *Foemineo*] olim *flammineo*, absurde nimis. CLAVER. *flumineo* cum Barthio Gronovius Observat. III. cap. IX. recte. Claverius *foemineo*, quod διυτίμως φορτικῶς Barthii temere sunt amplexae, minime prioribus hoc loco σοφωτέρα. scripti fere omnes *flammeo*, aut cum vulgatis *flumineo*. diximus ad IV. Consol. Honor. 20. HEINS. *Caesareum, flumine hostem* (vel *flumineo genus* vel *flemina*) *Mare recurrit ortu* Exc. Voss.

72. *Vireta*] *vineta* Wolf. quod probat Schottus II. Obs. 55. contra metrum. *uretta* Oxon. Leid. *Baeten vineta* Jun. *Betbem* Vicet. *Baeten* Oxon. *Betem* Leid. Lovan. *Betbim* Ald. Colin. Isingr. Gryph. *Decorant vireta Betem* Voss.

74. *Generisque*] *generis* Oxon.

76. *Luxurietur undis*] Libri plerique *antris*. & recte. *vitrea* illa *antra* alibi quoque habes. ut VI. Consol. Honor. 147.

Undosa tum forte domo, vitreisque sub antris
Rerum ignarus adhuc ingentes pectore curas
Volvebat pater Eridanus.

Silius Lib. IV. 346. *vitreo quem Fucinus antro Nutrierat.* ubi male libri scripti *viridi*. Virgiliana illa e Lib. VII. Aen. 759. respexit, *vitrea te Fucinus unda*. Idem Silius Lib. VIII. 413.

——— *vitreis se sedibus antri*
Aequorea pelago simul emersere sorores.

sic legendum, ut pluribus ad Ovidii Fastos Lib. III. 367. dicemus. Lib. VIII. 191.

Donec arenoso (*sic fama*) *Numicius illam*
Excepit gremio, vitreisque recondidit antris.

Statius Propemptico Metii Celeris Lib. III. Silv. II. 16.

Surgite de vitreis spumosae Doridos antris
Nereides.

Veram Claudiani loci scripturam vidit ex Palatino codice curis secundis Barthius. Naso Lib. V. Met. 47.

——— *erat Indus Atys, quem flumine Gange*
Edita Limniace vitreis peperisse sub antris
Creditur. quomodo illa ex membranis scribendis. *vitrea sedilia* Maroni dicuntur in Georgicis Lib. IV. 350. ubi Cyrenes antrum describitur. HEINS. vid. Ovid. II. Met. 269. *antris* Aldus jam dedit. & Wolf. habet. eadem varietas in Gigantom. 117. & Epist. I. 35. & saepe apud Virgilium & Ovidium.

78. *Simul Occidensque plaudat*] Concinnius *plaudant* in primo Vaticano & Farnesiano. tres alii *plaudas*. Statius Lacrimis Etruscl Lib. III. Silv. 3. 47.

——— *neque enim dominos de plebe tulisti,*
Sed quibus Occasus pariter famulantur & Ortus. HEINS.

79. *Ferantur urbes*] *Laetentur* erat in omnibus excusis; sed inepte, id est, efferantur gaudio. CLAVER. *jocentur* scripti meliores, quomodo jam legendum Gronovius noster Lib. III. Observ. 21. monuit, & illum secutus curis secundis Barthius. alii *locentur*. Claverius *ferantur*. vulgo *laetentur* contra metrum. mox *quaeque tepent*, non *nitent* Schedae Gudianae. HEINS. *locentur* Vicetin. Parm. & Cod. Barth. *jocentur* Wolf. ita *jocus* & *locus* apud Nasonem, Phaedrum, & alios permutantur.

83. *Rapidi tacete Cori*] *Rabidi* membranae meliores magno numero. Lucan. VI. 27.

Jonioque furens rabido cum tollitur Austro.

Solitas galea fulgere comas,
Stilichon, molli necte corona.
Ceſſent litui, ſaevumque procul
Martem felix taeda releget.
Tractus ab aula rurſus in aulam
Redeat ſanguis patris officiis.
Junge potenti pignora dextra.
Gener Auguſti pridem fueras,
Nunc rurſus eris ſocer Auguſti.
Quae jam rabies livoris erit?
Vel quis datur color invidiae?
Stilichon ſocer eſt; pater eſt Stilichon.

Adtollens thalamis Idalium jubar
Dilectus Veneri naſcitur Heſperus.
Jam nuptae trepidat ſollicitus pudor.
Jam produnt lacrimas flammea ſimplices;
Ne ceſſa, juvenis, cominus adgredi,
Inpacata licet ſaeviat unguibus.
Non quisquam fruitur veris odoribus,
Hyblaeos latebris nec ſpoliat favos,
Si fronti caveat, ſi timeat rubos.

Ar-

ſic & ibi ſcripti. Statius Surrentino Pollii Lib. II. Silv. II. 188. *tum rabidi ponunt flatus.* Rutilius tamen Itiner. Lib. I. 463.

Illic me rapidus conſiſtere Corus adegit.

HEINS. vid. ad Ovid. I. Met. 36.

87. *Solitas galea* &c.] Hi verſiculi media ſui parte diffilierant in v. manuſcr. quod non tuliſſem, niſi elegans Auſonius ejusdem generis metra, bellula quidem & venuſtula, nobis reliquiſſet. Ea ſunt,

O flos juventae,
Spes laeta patris,
Nec certa tuae
Data ſpes patriae.

Sic etiam Claudianus hic,

Solitas galea
Fervere comas
Stilicho molli
Nectle corona. CLAVER.

89. *Saevumque*] *vacuumque* liber Barthii, Voſſ. Wolf. & Oxon. Heinſius conjiciebat *viduumque.*

93. *Pignora dextra*] Cujacius in ſuo codice habuit, *foedera dextra.* ſed *pignora* de Honorio paene puero, & Maria puellula dici non male crediderim. CLAVER. *foedera* etiam Voſſ.

94. *Gener*] Ducta Serena adoptiva Theodoſii filia. DELR. *fueras* Jun. & mox, *rurſus eris* Idem.

95. *Socer*] Data Maria Honorio Aug. DELR.

98. *Stilichon*] *Stilico ſocer eſt, Stilico pater eſt.* Oxon. alter. *Stilico pater eſt, ſocer eſt Stilico* Jun. Oxon. Scaliger volebat, *Stilico ſocer eſt, gener eſt Stilico.*

102. *Lacrimas*] Catullus totum hoc lacrimarum genus fictum & ſimulatum credit. DELR.

103. *Ne ceſſa*] *Nec* Oxon. Voſſ. *propius aggredi* Exc. Wolf.

104. *Jam pacata*] Belle meus codex MS. *impacata.* DELR. vulgati, *Jam pacata.* erit, ſcilicet. CLAVER. Ita & Leid. a m. prim. *ferviat* Wolf.

105. *Non quisquam*] *Non fruitur quisquam* Lovan. *veris coloribus* Oxon. a m. prim.

106. *Spoliat*] *ſpoliet* Oxon. a m. prim. *Hyblaeum favum* Exc. Voſſ.

107. *Rubos*] *jubas* Jun. m. prim.

108.

Digitized by Google

Armat ſpina roſas: mella tegunt apes:
Creſcunt difficili gaudia jurgio:
Accenditque magis, quae refugit, Venus.
Quod flenti tuleris, plus ſapit, oſculum.
Dices o quoties, Haec mihi dulcius,
Quam flavos decies vincere Sarmatas!
Adſpirate novam pectoribus fidem,
Manſuramque facem tradite ſenſibus.
Tam junctis manibus nectite vincula,
Quam frondens edera ſtringitur aeſculus,
Quam lento premitur palmite populus.
Et murmur, querula blandius alite,
Linguis adlidui reddite mutuis.
Et labris animam conciliantibus,
Alternum rapiat ſomnus anhelitum.
Amplexu caleat purpura regio,
Et veſtes Tyrio ſanguine fulgidas
Alter virgineus nobilitet cruor.
Tum victor madido profilias toro,
Nocturni referens vulnera proelii.

Du-

108. *Tegum*] *tegent* Voſſ. a m. prim. *tuentur* a m. s.

110. *Accenditque*] *Acceditque* liber Barth.

112. *Dices*] Haec Propertio debere, notat ejus nuperus editor Vulpius ad Lib. II. XI. 23.
Haec mihi devictis potior victoria Parthis.

115. *Senſibus*] *genibus* Junian. m. prim. *pectoribus facem Manſuramque fidem* Cod. Barth.

116. *Nectite*] *tradite* Lovan. & Voſſ. duo. *Tam victis* Lib. Barth.

118. *Lento*] *laeto* Jun. *plamite* Wolf.

119. *Alite*] Columba. DELR.

120. *Aſſidue*] MS. *aſſidue*. Plaut. Milite: *dum tale facies, quale adhuc aſſiduo edes*. Idem Truculento Act. II. Sc. IV. vs. 67. *Poſt ideo ego tota tecum, mea voluptas, usque ero Aſſiduo. D. I. immo hercle vero accubuo mavelim.* DELR. *adſiduo* ſcripti plerique. malim *adſidui*. ut IV. Conſ. Hon. 639. *Sis precor adſiduus Conſul*. atque ita primus Vaticanus & Farneſianus. Cl. Gronovius in Obſervationibus, *aſſiduis reddite mutui*. quomodo ex noſtris Junianus. quinque alii, *aſſiduis reddite mutuis*, proxime conjecturam noſtram. pro *mutuis* ſeptem etiam, *nunciis*. non male. Sequenti verſu *animam* pro *animum* recte idem Gronovius. vide notas ad Epithal. Pallad. vs. 132. HEINS. *aſſiduo* Vict. & Parm. *nuntiis* Wolf.

122. *Anhelitum*] *hanelitum* Wolf.

123. *Caleat*] Meus MS. *careat*, ut nova Veneris ſtipendia militantes, remotis veſtibus, nudos amori litare jubeat. poteſt nihilominus *caleat* defendi, praeſertim propter ſequentes verſus, *& veſtes Tyrio ſanguine fulgidas Alter virgineus nobilitet cruor*. ex quibus praeterea conſtat in eorum fuiſſe ſententia Claudianum, qui Eugium in muliere ſtatuant: quam membranam (virginal vocant) quidam docent numquam ſic denſari coarctarique, ut nullo temone, neque roboraſcente ramo, nedum retrito aliquo rutabulo, perrumpi poſſit. atque hoc vitio laborantem mulierem ab Ulpian. Leg. XIV. §. IV. de Aedil. Edict. arbitror indicari. talem quoque Gracchoni matrem fuiſſe Solinus perhibet. *vulnera proelii* ex Catullo: *Dulcia nocturnae referens veſtigia rixae. jocis*, Feſcenninis. DELR. *careat* Lovan. Jun. Oxon. Leid. Exc. Voſſ. & edd. Vicet. Parm. *rubeat* Ald.

125. *Alter virgineus nobiliter cruor*] In ſignum ſervatae marito virginitatis. ejusmodi ſigna παρθένια dicuntur LXX. Interpr. Deuteron. XXII. 14. in Syria hodieque obſervari haec ſigna ex Syro ſe intellexiſſe refert Blaſius ad Veſling. cap. VII. apud Afros pariter in uſu eſſe refert Leo Africanus Lib.

Digitized by Google

Ducant pervigiles carmina tibiae,
Permiſſisque jocis turba licentior
Exſultet tetricis libera legibus.
Paſſim cum ducibus ludite milites,
Paſſim cum pueris ludite virgines.
Haec vox aetheriis inſonet axibus:
Haec vox per populos, per mare tranſeat:
Formoſus Mariam ducit Honorius.

III. Hiſt. Afr. ut & in regionibus Italiae Hiſpaniaeque, ubi matronae quaedam primo die poſt concubitum ſtrata tori nuptialis ante feneſtras apertas oſtendentes, clamant haec verba: *Viergen la tenemos*. DELR. Cave cum viro docto *alte* reponas, vulgatum recte tuetur Barthius. HEINS.

133. *Inſonet axibus*] *Intonet* unus Mediceus, quatuordecim ſcripti, *auribus*. HEINS. Ego *intonet* non ſatis laetis cantibus & ſonibus convenire puto. BURM.

135. *Ducit*] *duxit* Jun. Leid. *Formoſum Mariam* Lovan. m. 1.

Digitized by Google

CL. CLAUDIANI

DE

BELLO GILDONICO

LIBER.

REdditus imperiis Auſter, ſubjectaque rurſum
Alterius convexa poli. rectore ſub uno
Conſpirat geminus frenis communibus orbis.
Junximus Europen Libyae. concordia Fratrum
Plena redit. patriis quod ſolum defuit armis,
Tertius occubuit nati virtute tyrannus.

Hor-

Praefatio, quae vulgo praefigitur, ad Stilichonem ſe convertit, qui antea ciaſſe armata in Achajam a Getis paene ſpoliatam ac direptam vindex properavit; ac Muſarum fontes, ipſiusque Phoebi ſedem belli metu exemit, quae tamen expeditio minus feliciter ceſſiſſe traditur illi regioni, quae jam plus ſatis afflicta numeroſum tanti ducis exercitum neque alere neque ſuſtinere valuit, quare penitus exhauſtae non parvo ſtetit ſua libertas, vide Zoſimum. & IV. Conſ. Honorii. Ceterum hic liber in Gildonem videtur ſcriptus fuiſſe Honorio IV. Conſule cum Eutychiano, poſtquam ei nupſit Maria, Anno 398. CLAVER.

Excerpta Pomponii Laeti huic libro praefigunt praefationem, quae in vulgatis exemplaribus Lib. II. in Rufinum praemittitur, addita hac inſcriptione, *Belli civilis liber tertius*: pari modo & ſecundus Vaticanus. Reliqui quoque codices praefationem hoc loco agnoſcunt cum primo Gyraldino. primus Vaticanus aliter, ut ſuo loco diximus. Ex Lucenſi codice nullae variae Lectiones erant notatae in hoc poëma. Oiſelianus *Librum de bello Gildonis* inſcribit. HEINS. In Leidenſi inſcribitur, *Liber tertius in Rufinum.* & ſic in marg. Voſſiani Codicis legebatur, nonnullos hunc librum inſcribere tertium in Rufinum.

1. *Redditus*] Inde ſatis conjicitur pro comperto habitum, ut Africa pars Europae eſſet; ſed enim Theodoritus ait, Gratianum, qui patre defuncto Europam tenuerit, poſt Valentis patrui obitum Aſiae Libyaeque, id eſt Africae, regnum ſuſcepiſſe. Paulinus: *Europen Aſiamque duo vel maxima Terrae membra*, quibus Libyam dubie Salluſtius addit Europae adjunctam. Is vero in Bell. Jugurt. *Plerique in parte tertia Africam poſuere, pauci tantummodo Aſiam & Europam eſſe; ſed Africam in Europe.* vid. Lucan. Lib. IX. Inde nobiliſſima & magni momenti oritur quaeſtio: utrum Africa principi Arcadio, an Honorio adjudicanda ſit. Sed hic habemus Gildonem, qui rem, qua de agitur ac diſceptatur, in ſe tranſmoveat, impulſu Eunuchi neſarii, qui tunc Orientis regulus. At credo optime judicatum iri, ſi pars Africae Occidenti proprior Honorio accedat; quae vero Aegyptum reſpicit, Arcadio relinquatur. Libya ſane ſuperior ac inferior eſt ſub Praefecto Praetorio Orientis in Notitia, Africa vero, cujus VII. Provinciae, ſub Praefecto Praetorio Italiae; differunt enim Libya & Africa. CLAVER. De Gildone vid. Jacob. Gothof. ad L. VII. Cod. Theod. de Metatis, & L. XIX. de Poenis, & hic Barthium. BURM.

2. *Alterni convexa poli*] Non *Alterius* prior Moreti. *Alterni* pro utriusque. III. Conſ. Hon. 58.

Et geminis fulgens utroque ſub axe tropaeis
Telbyos alternas reſluas calcavit arenas.

ſic alibi noſter. *alternum puppis latus* habes apud Juvenal. Sat. XII. 31. male etiam haec vulgo diſtinguebantur. HEINS. Vid. Barth. ad Praefat. Conſ. Mall. vs. 16.

3. *Conſpirat geminus orbis*] ſic prim. Vatic. & Oiſelianus a manu prima. vulgo, *conſpirant gemini orbes. Europen* etiam, non *Europam*, meliores. HEINS.

Frenis communibus] Mens ea fuit Theodoſii, ut fratres illi, velut pro indiviſo Orbem poſſiderent; at Ruinus primo Illyricum invaſit, deinde Eutro-

Digitized by Google

Horret adhuc animus, manifeſtaque gaudia differt,
Dum ſtupet, & tanto cunctatur credere voto.
Necdum Cinyphias exercitus adtigit oras.
Jam domitus Gildon. nullis victoria nodis
Haeſit, non terrae ſpatio, non objice ponti.
Congreſſum, profugum, captum vox nuntiat una,
Rumoremque ſui praevenit laurea belli.
Quo, precor, haec effecta Deo? robuſta vetusque
Tempore tam parvo potuit dementia vinci?
Quem veniens indixit hiems, ver perculit, hoſtem.
Exitii jam Roma timens, & feſſa negatis
Frugibus, ad rapidi limen tendebat Olympi,
Non ſolito vultu, non qualis jura Britannis
Dividit, aut trepidos ſubmittit faſcibus Indos.

Vox

pius Africam, quibus reſtitit Stilicho. ita ut tres tyranni, Gildone addito, opera & conſilio magni illius ducis occubuerint. CLAVER.

5. *Plena*] Vetus liber, *laeta*. DELR. male. Ovid. II. Amor. VI. 13.

Plena fuit vobis omni concordia vita.

vid. ad Grat. Cyneg. 246. & Calp. I. Ecl. 63. & hic Barth. BURM.

Patriis quod ſolum defuit armis] Male alii, *arvis*. Lucani hemiſtichion eſt Lib. IX. 1016.

——— *terrae pelagique labores*
Donat, & Ematiis quod ſolum defuit armis.

ſuperiora quoque ex eodem libro vs. 1097. *Concordia mundo Noſtra perit*. HEINS. *arvis* Vicetin. Parm.

7. *Differt*] *deſinit* lib. Barth.

9. *Necdum*] *Nondum Cinyfeas* Leid.

10. *Gildon*] Ita edidit ex ſcriptis Heinſius, & ita edd. Vicet. Parm. Junt. alii *Gildo*.

12. *Congreſſum, profugum, captum*] Eadem figura illud Caeſaris, *Veni, Vidi, Vici*. Quod pari gratia non potuit referri a Plutarcho. quae trina mihi revocant in memoriam illud Paulini de B. Ambroſio, coelite recenti, *Maſcizeli*, inquit, *deſperanti de ſalute ſua, vel exercitus, quem ducebat contra Gildonem, baculum tenens in viſione noctis apparuit, ac deſignans locum, ubi victoriam adepturus eſſet, haec protulit, Hic, Hic, Hic*. quod Maſcizel ipſe, Paulino audiente, retulit Mediolani. CLAVER.

13. *Laurea*] Hoc eſt literae laureatae. DELR. *Laurea* proprie dictum, nec enim Gildo fuit tanti, ut ipſius cladem triumphus ſequeretur: atque in hoc non ſolum prudentia, ſed modeſtia elucet Honorii. vide Suetonium & Martialem de laurea Dacica. Appianus Τὰ γράμματα διὰφθαρῆναι, ὡς ἴδοις ἂν ἐπὶ νίκαις. Plinius Secundus, *Allata ex Pannonia laurea*. CLAVER. *laurea mundi* vel *voti* Oxon. *mundi* Lovan. *belli* vel *voti* Oxon. alter. Noſter IV. Conſ. Hon. 107.

Nuntius ipſe ſui longas incognitus egit
Praevento numere vias. BURM.

16. *Induxit*] Egregie MS. & Vicetin. *indixit*. DELR. *Indixit* meliores libri, excepto primo Vaticano. quomodo *bellum indicere*, & ſimilia. vulgo *induxit*. Conſ. Manlii v. 129.

——— *quis tenebras ſoli cauſſique meantem*
Defectum indicat numerus.

Laude Serenae v. 128.

——— *tacoque ſeveros*
Indicit mores pelago pudor.

ſic cum libris utroque loco legendum. Ceterum pro *perculit* Gyrald. & Lovan. *proterit*, ut Lib. I. in Rufin. 376. *qui cuſpide proterit Indos*. Silius Lib. XV. 529. *decima jam vertitur aeſtas Ex quo proterimur*: prim. Vatic. pro diverſa lectione *perdidit*. quomodo & Patavinus ex noſtris, & praeterea Iſingrinianus. HEINS. vide de verbo *indicere* quae notavimus ad Quintil. Declam. XIII. 5. ſi *induxit* retinendum, olim conjecerat Heinſius *reppulit* tunc eſſe legendum. ut Bell. Getic. 149.

Hannibalemque ſenem vix ad ſua repulit arva.

perculit dixit II. in Eutrop. 482. *pertulit* Vicet. ſed aliud eſt *indicere bellum*, aliud *hoſtem*, hoc eſt declarare hoſtem per indictionem, populo indicare. BURM.

17. *Exitium jam Roma timens*] *Exitii* octodecim ſcripti. quod longe elegantius. probavit & Barthius curis ſecundis. ſic *metuens leonum* Praef. Lib. II. de Rapt. mox *viſu* pro *vultu* membranae potiores. di-

XI.

Vox tenuis, tardique gradus, oculique latentes
Interius, fugere genae. jejuna lacertos
Exedit macies. humeris vix ſuſtinet aegris
Squalentem clipeum. laxata caſſide prodit
Canitiem, plenamque trahit rubiginis haſtam.
Adtigit ut tandem coelum, genibusque Tonantis
Procubuit, tales orditur maeſta querelas;
Si mea manſuris meruerunt maenia naſci,
Jupiter, auguriis; ſi ſtant inmota Sibyllae
Carmina, Tarpejas ſi necdum reſpuis arces.
Advenio ſupplex, non ut proculcet Araxen
Conſul ovans, noſtraeve premant phraretrata ſecures
Suſa, nec ut rubris Aquilas figamus arenis.
Haec nobis, haec ante dabas. nunc pabula tantum
Roma precor. miſerere tuae, pater optime, gentis.
Extremam defende famem. ſatiavimus iram,

Si

ximus ad Lib. III. de Rapt. vs. 91. *non qualis* etiam nonnulli, pro *nec*. HEINS. *exicii* Leid. a m. prim.

Roma] De Roma in ſpeciem Deae efficta, ejuſque miſerabili deſcriptione videndus Symmachus. At B. Ambroſius & Prudentius aliter. Sidonius Carm. VII. 46.

Pigros prona gradus, curvato cernua collo
Ora ferens. CLAVER.

19. *Vultu*] Unus MS. *viſu*. DELR. *niſu* Oxon. & Wolf. mihi *vultu*, quod omnes editiones priſcae habent non diſplicet. Ovid. IIIa ex Pont. III. 13.

Stabat amor vultu, non quo prius eſſe ſolebat. BURM.

Jura] *iura* marg. Iſingr.

20. *Faſcibus*] Vetus liber, *legibus*. DELR. *legibus* etiam Oxon. & Leid.

21. *Tardique*] *tardusque* Oxon.

Oculique jacentes] Prima editio, Thuan. & Patav. Eccleſ. Cathedr. *oculique latentes Interius. ſedere genae*, quomodo apud Statium I. Theb. 105. *ſedet intus abactis Ferrea lux oculis*. Silius Lib. II. 465. *jam lumina retro Exeſis fugere genis*. Seneca Controv. 1. *venit introrſum conditos oculos vix allevans*. quidam etiam ante rò *fugere* diſtinguunt, caetera vulgatam ſcripturam ſervantes. HEINS. *jacentes oculi* poſſunt languidi explicari. ſic apud Stat. I. Achil. 247. ex MSS.

Cum pueri tremefacta quies, oculique jacentes
Infuſum ſenſere diem.

quamquam & ibi *jacentis* poſſet ſervari. ſic *ſtare genas* contra dixit Lib. V. Silv. IV. 8. & XI. Theb. 674. probo vero *latentes interius*, ut ita *cava lumina* Ovid. VIII. Met. 801. BURM.

25. *Laxata caſſide prodit Canitiem*] *Canities* pro diverſa lectione in primo Vaticano. HEINS. *laſſata* marg. Iſingr. & duo Pulm. Oxon. Lovan. & Barthii libri tres.

27. *Tales*] *talesque* editi olim & ſcripti nonnulli. ſed *tales* praefert Ald. Raphel. & Heinſius.

28. *Meruerunt*] *meruiſſent* Oxon. duo, Voſſ. duo. Lovan. & Wolf. *nomina naſci* Vicetin.

30. *Reſpuis arces*] Sic Gyrald. & ſex alii. etiam primus Vaticanus pro diverſa lectione. vulgo *dedeſpicis*. vide quae notamus Lib. II. de Rapt. 213. HEINS. pro *necdum*, *nondum* Leid. de *reſpicere* vide ad IV. Conſ. Honor. 403.

31. *Oaxem*] Vetus liber *Aaxem*, hinc ego *Araxem*. DELR. *Araxem* vetus codex, quod firmat Sidonius imitator, de Roma etiam,

—— *venio, non ut mihi preſſus Araxes*
Impoſito ſub ponte fluat.

male ergo *Oaxem* in omnibus fere. CLAVER. *Araxem* recte Gyrald. & ſeptem ex noſtris. de *Oaxe* Cretae flumine fruſtra ſunt interpretes. *Oaxen* prim. Vatican. HEINS. *Oraxem* Voſſ. Leid. Lovan. *Oaxem* Oxon. Vicet. Parm. & aliae. eadem diverſitas I in Ruſin. 378. vid. Schott. II. Obſerv. 7. BURM.

32. *Noſtraeve*] *noſtraeque* editio Aldina & pleraeque veteres. *noſtrae ne* Vicetin.

33. *Nec ut rubris*] *in rubris* Oxon. duo. Leid. Lovan. Voſſ. Vicet. & Parm.

33.

Si qua fuit. lugenda Getis, & flenda Suëvis
Hauſimus. ipſa meos exhorret Parthia caſus.
Quid referam morbive luem, tumulosve repletos
Stragibus, & crebras corrupto ſidere mortes?
Aut fluvium per tecta vagum, ſummisque minantem
Collibus? ingentes vexi ſubmerſa carinas,
Remorumque ſonos, & Pyrrhae ſaecula ſenſi.
Hei mihi, quo Latiae vires, Urbisque poteſtas
Decidit? in qualem paullatim fluximus umbram?
Armato quondam populo, Patrumque vigebam
Conſiliis. domui terras, urbesque revinxi
Legibus. ad Solem victrix utrumque cucurri.
Poſtquam jura ferox in ſe communia Caeſar
Tranſtulit, & lapſi mores, deſuetaque priſcis

Arti-

38. *Herreret Parthia caſus*] *horrebat* prima editio. *exhorret* Gyraldi liber, ut I. in Eutrop. 317. *exhorruit animus nostrum*. prior Moreti, *horrescit*, etiam bene. Vatic. prim. a prima manu & duo alii, *horret jam*. HEINS.

39. *Tumulosve repletos*] *cumulos* lege. & ſic unus Medic. dictum Conſ. Olybr. 104. & III. de Rapt. 342. neque aliter a prima ſcriptura prim. Vatic. Mox, *minacem* pro *minantem* Oxon. *minatum* prim. Vatic. HEINS. *tumulosque* Vicet. Ald. Ilingr. Raphel. verum eſt has voces ſemper commutari; ſed an aeque recte *cumuli repleri* dicantur, ac *tumuli*, id eſt ſepulchra, dubito. *cumuli* aggerari, congeri, tolli, creſcere &c. dicuntur, ſed *repleri* inproprie admodum. quare *tumulos* retineo. idem fere eſt, quod Ovid. VII. Met. 613.

Nec locus in tumulos, nec ſufficit arbor in ignes.

*ſtragesponit pro cadaveribus, ut Conſ. Olyb. 110. *Crescunt in cumulum ſtrages*. ubi vide quae diximus. ſi hic dixiſſet valles repletas ſtragibus, idem expreſſiſſet; ſed *tumuli repleti* ſunt bulta, ſepulchra tam plena, ut locus humandis cadaveribus deſit. BURM.

40. *Corrupto ſidere*] Idem dicit, quod *peſtilenti ſidere* Petron. cap. II. Juſtin. XIX. 2. *peſtilentis ſideris vi amiſit exercitum*. BURM.

41. *Aut fluvium*] *An fluvium* prim. Vatic. & Oiſel. HEINS.

44. *Urbisque poteſtas Decidit.*] Quidam, *orbis*, non placet. Romam intellige rerum dominam. *Recidit* quoque pro *Decidit* in Palatino inveni. non male. Cicero VII. in Verrem: *O nomen dulce libertatis! o jus eximium noſtrae civitatis! O lex Porcia legesque Semproniae! Huccine tandem omnia reciderunt*. Seneca Hercul. Furent. 268.

Thebana tellus civitasque Amphionis
Quo recidiſtis?

ſic ex antiquis libris corrigendum. quomodo jam partim Parens meus ex conjectura. Phaedrus Lib. III. *Deloja ne ipſos ad querelam recidat*. Pro vulgata tamen ſcriptura videtur ſtare Gronovius noſter ad Epiſt. LXXV. Senecae, & ejusdem Herculem Furentem vs. 269. atque ita Lucretius nonnumquam. Adeantur quae ad Epiſtolam XIV. Naſonis vs. 46. congeſſimus. HEINS. *procidit* Moreti. perpetua illa verborum cognatorum confuſio. vid. ad Ovid. X. Met. 18. *Decidit* hic praetuli. videtur enim imitatus Senecam in Hercul. Furent. v. 268. quem memoriae nimis fidens male effert Heinſius,

Cadmaea proles, civitasque Amphionis
Quo decidiſtis. ubi Gronovius hoc verbum vindicat. Horat. IV. Od. VII. 14. *Nos ubi decidimus Quo pater Aeneas* &c. vid. ad Ovid. IV. Epiſt. 94. BURM.

45. *Qualem*] *talem* Oxon.

46. *Patriisque vigebam Conſiliis*] Non *patrumque* tres ſcripti. Lib. II. in Stilich. 71. *patriisque gubernes Imperium monitis*. Nupt. Honor. 29. *patriisque relicta Mandatis*, ut utroque loco cum membranis legendum. IV. Conſ. Honor. 229. *patrio Olympo*. quomodo & illic meliores libri. *Armato* etiam *populo* recte Gyraldinus. vulgo, *armatis populis*. infra, *Ille diu miles populus, patrumque Conciliis* prim. Vatic. & Oiſel. bene. imitatio eſt illius Maroniani Lib. II. Aeneid. *Dum ſtabat regno incolumis, regumque vigebat Conciliis*. ita enim illic & codices melioris notae, & Grammatici veteres agnoſcunt. HEINS. Ex quo loco *patrumque* confirmatur. & paſſim populo ſive plebi jungunt Poëtae patres vel procetes. vid. ad Val. Flacc. I. 72. & Bentlej. ad Horat. III. Od. 6. qui legit,

Ar-

Artibus in gremium pacis ſervile receſſi,
Tot mihi pro meritis Libyam Nilumque dedere,
Ut dominam plebem, bellatoremque Senatum
Claſſibus aeſtivis alerent, geminoque viciſſim
Litore diverſi conplerent horrea venti.
Stabat certa ſalus: Memphis ſi forte negaſſet,
Penſabam Pharium Gaetulis meſſibus annum.
Frugiferas certare rates, lateque videbam
Punica Niliacis concurrere carbaſa velis.
Quum ſubiit par Roma mihi, diviſaque ſumſit
Aequales Aurora togas: Aegyptia rura
In partem ceſſere novam. ſpes unica nobis
Reſtabat Libye, quae vix aegreque fovebat
So-

Armatis quondam populi patrumque vigebam
Conciliis. ſed ego hic artes belli & pacis conjungi puto, ut *armatus populus* ſint exercitus, quibus orbem domuit, *patrum conſilia*, quibus jura & leges dedit victis. poteſt & *armatis populis patriisque* retineri, ut & Romanos, & omnes ſub imperio Romano intelligat. ſed prius praefero, ut modo *Latiae vires*, quae ſint armati populi, *Urbis poteſtas*, Senatus & Magiſtratus Romani. ipſe Heinſius in ora codicis *patrumque* reponendum notaverat. mox vero converſum rerum ſtatum indicans *dominam plebem* vocat, cum olim *dominus ſenatus* ſoleret dici (vide Martial. XIV. 1. Sil. Ital. II. 45.) & *bellatorem ſenatum*, cum alias populus bellator & armatus eſſe conſueverat. *conciliis* poteſt defendi ex Val. Flacc. I. 787. *mihi conciliis, mihi cognita bellis Nomina.* ubi vide. ſed ſemper anceps in his verbis electio. BURM.

51. *Servile receſſi*] pro ſerviliter. ſic *ſervile gemens* Infr. 365. malit tamen Barthius *ſervire.* vide quae noto Cons. Olybr. 119. apud Statium Hercule Surrentino *famulare tinnens.* HEINS. *pacis ſenile* Vicet. vitioſe, ſed aliquid vitii latere oſtendit.

52. *Libyam Nilumque dedere*] Sidonius Carm. V. vs. 42. quid quaeque regio ferat recenſens, ait: *Fert Indus ebur, Chaldaeus amomum. Aſſyrius gemmas, Ser vellera, thura Sebaeus;* (ſcribe *Sabaeus*) *Atthis mel, Phoenix palmas, Lacedaemon olivum, Argos equos, Epirus* (corrupte pro *Epirus*) *equas, pecuaria Gallus, Arma Chalybs, frumenta Libes* (legendum exiſtimem, *Libys*; nam & ea quae praeceſſerunt & quae ſequuntur gentium nomina, ſingulari cuncta numero efferuntur) *Campanus Jacchum, Aurum Lydus, Arabs guttam* &c. DELR.

55. *Diverſi*] *diviſi* Leid. Vicet.

56. *Stabat certa ſalus*] Lampridius de Commodo: *Claſſem Africanam inſtituit, quae ſubſidio eſſet, ſi forte Alexandrina frumenta ceſſaſſent.* DELR.

57. *Pharium*] Statius Lib. III. Sylv. de navi, quae, *terris prima Dicarchaeis Pharium gravis intulit annum*, id eſt annonam Aegyptiam. at in textu *parilem* ignarus aliquis ſcribi voluerat. CLAVER. *parilem* marg. Iſingr. *Pharum* ed. Vicet.

58. *Rates*] *vices* Lovan.

60. *Cum ſubiit*] Sic habuit unus codex, alter vero *ſubiit*, quod non diſplicet. nam Auſonius diſerte ait in claris urbibus, Roma & Conſtantinopoli: *Fuit haec, ſubit iſta, novisque Excellens meritis veterem perſtringit honorem.* vulgatam lectionem ſovi ut tolerabilem. CLAVER. *Cum ſubiit* eſt Scaligeri conjectura, quam Claverii codex & alter Moreti confirmant. vulgo *ſubito.* pro *Pharium annum* prim. Vatic. & Iſingr. paulo ante *parilem* etiam Oiſelianus. ſed fruſtra. *diverſaque Aurora* etiam, non *diviſaque*, octo veteres. pro *Aegyptia rura* Palatinus *tura.* ſcribe, *Aegyptia jura In partem ceſſere novam.* atque ita diſerte ſecundus Ambroſianus. infra:

Jus Latium, quod non Meroë rubroque ſolebat
Oceano cingi, Tiberina clauditur unda. &
At nunc Illyrici poſtquam mihi tradita jura.

apud Sil. Ital. initio operis, *patiturque ferox Oenotria jura Carthago*; & Lucan. IX. 1023. *Accipe Niliaci jus gurgitis.* HEINS. ego hic etiam *tura* praefero. non enim de imperio, ſed frumento agitur. *novam partem* vocat, quia nova Roma dicta Byzantium. *ceſſere novae* multi codices. ut Oxon. duo. Leid. Voſſian. duo. non male, ſcilicet Romae. mire haec reddit Regius interpres, *Aegyptii agri fecerunt partem novam.* quae iterum explicanda ſunt. dicit vero Alexandrinam claſſem adſignatam Romae novae, ſive Conſtantinopoli, Africanam veteri urbi, ut mox 114. *tenet altera Nilum.* BURM.

63. *Libyae*] Poetae non ſunt adeo religioſi verborum, quae ſane perite & anxie diſtinguit civilis prudentia. Cujacius dixiſſet Africam non Libyam.

Digitized by Google

Solo ducta Noto: numquam ſecura futuri,
Semper inops, ventique fidem poſcebat & anni.
Hanc quoque nunc Gildon rapuit ſub fine cadentis
Autumni. pavido metimur caerula voto,
Puppis ſi qua venit, ſi quid fortaſſe potenti
Vel pudor extorſit domino, vel praedo reliquit.
Paſcimur arbitrio Mauri. nec debita reddi,
Sed ſua concedi jactat, gaudetque diurnos,
Ut famulae, praebere cibos: vitamque famemque
Librat barbarico faſtu, vulgique ſuperbit
Fletibus, & tantae ſuſpendit fata ruinae.
Romuleas vendit ſegetes, & poſſidet arva
Vulneribus quaeſita meis. ideone tot annos
Flebile cum tumida bellum Carthagine geſſi?
Idcirco voluit contemta luce reverti

Re-

ſupra notavimus differentiam, neque abs re Zozimus tradit Eutropium Gildoni auctorem fuiſſe, ut totius Africae ad Carthaginem pertinentis tractum invaderet; nam Libya erat ſine controverſia ſub dominio Arcadii. Sane propter contentionem Arcadii & Honorii liber Notitiae deſcriptus eſt. CLAVER. *Libye* plerique ſcripti & Aldus. *favebat* etiam Lovan. *ferebat* ed. Vicet. inplicitus his mihi locus videtur, an enim Libye ducebatur Noto? an Libyen pro claſſe Africana poſuit? cum vero in multis ſcriptis & editis ſit *Libyae*, neſcio an non planior ſenſus ſurgeret, ſi legeretur:

——— *ſpes unica nobis*
Reſtabat Libyae (vel *Libye*) *quae vix aegreque ferebat*
Solo ducta Noto. vel *adducta.* quae Libye vix ferebat adducta frumenta & commeatum ſolo Noto, cum aliis ventis adverſis adducere non poſſet annonam. vel ſi *ducta* nominativi caſus ſit, *ſpes* intelligenda, quae ducebatur Noto, ſi flaret, numquam tamen ſecura, ſed ſemper inops ex vento proſpero & proventu annonae pendebat. BURM.

Vix aegreque] Hic locus poſſet patrocinari illis, qui *vix aegreque* legunt apud Macrob. 1. Saturn. 7. ubi alii *vix aegre* dici contendunt, ut *curioſe ſedule, ergo igitur* &c. de quibus minutis obſervationibus ſemper licebit gloriari & multa coacervare. apud Quintil. Declam. VIII. 21. *vix aegre miſero mori licuit.* ubi cum etiam exhibeatur *vix aegro miſero*, ego e gloſſa natum alterum ejiciendum cenſuceram, ſcilicet vel *aegro* vel *miſero*, non *vix*, vel *aegre*, ut nuper quidam oblique mea tangere gaudens, calumniatus eſt. & certe ratio poſtulat disjungi illa *vix* & *aegre*. *vix* enim temporis vel moras rationem notat, *aegre* modum agendi, in quo difficultas quaedam eſt, & opponitur *τῷ facile*. Ita dicimus *vix bene*, ſimul ac aliquid, quod narravimus, factum vel nondum plane peractum fuit. vid. ad Ovid. XIV. Met. 754. & ad Albin. ad Liviam v. 69. & hinc *vix* pro mox ſumi docui ad Val. Flacc. VII. 537. ubi *contingat vix deinde mori.* ex quo Quintiliani loco poſſet aliquid lucis addi. & hinc duplicat hanc particulam *vix vixque* Ovidius 1. Faſtor. 508. & Albinov. Eleg. in Druſ. 168. BURM.

66. *Cadentis*] vel *potentis* Lovan. *tenuit* pro *rapuit* lib. Barthii.

67. *Metimur*] *metitur* Oxon. Leid. & Pulman. male. ſubintelligendum *oculis.* ita Bell. Getic. 46.

Alta nec incertis metimur flumina votis.

vid. ad Quintil. Declam. CCLV. & ad Lucan. VI. 32. BURM.

68. *Si quid*] *ſi qua* Oxon. pr. *ſi quod* alter.

69. *Praeda reliquit*] *Praedo* Aldus optime & decem ſcripti. Gildonem intelligit, de quo & infra 162. *pars tertia mundi Unius praedonis ager.* & poſtea v. 458.

Ite recepturi, praedo quem fuſtulit, axem.

Lib. 1. in Stilich. 358. hunc quoque noſtrum *praedonem lembo profugum* vocat. HEINS.

70. *Reddi*] *reddit* Wolf.

76. *Tot annos*] pene XLIV. DELR. *tot annis* Lovan. Oxon. duo. vid. ad Ovid. 1. Art. 648. eadem diverſitas infra v. 157. vide & 11. in Stilich. 193.

78. *Contempta*] *contenta* Vicet. Parm. Ald. & editiones plurimae.

78.

Regulus? haec damnis, genitor, Cannenſibus emi?
Incaſſum toties lituis navalibus arſit
Hiſpanum Siculumque fretum? vaſtataque tellus,
Totque duces caeſi, ruptaque emiſſus ab Alpe
Poenus, & adtonitae jam proximus Hannibal Urbi?
Scilicet, ut domitis frueretur barbarus Afris,
Muro ſuſtinui Martem, noctesque cruentas
Collina pro turre tuli? Gildonis ad uſum
Carthago ter victa ruit? hoc mille gementis
Italiae clades, inpenſaque ſecula bello;
Hoc Fabius, fortisque mihi Marcellus agebant,
Ut Gildon cumularet opes? haurire venena
Conpulimus dirum Syphacem, fractumque Metello
Traximus inmanem Marii ſub vincla Jugurtham?

Et

79. *Cannenſibus emi*] in MSS. vel ſic, vel *egi*. DELR. Hanc veram lectionem, non quae in aliis, *egi*, dicemus Lib. III. in Stilich. 188. HEINS. *bos damnis gen. Cann. egit* lib. Barth. *haec* Vicet. Parm. Junt. & omnes editiones, quas vidi, praeter Heinſ.

82. *Emiſſus ab Alpe*] Livinejus ſcribit *immiſſus*, ut VS. 641. bell. Getic. *aliasque immiſſa per Alpes*. ſed nil neceſſe. nam & illic Lucenſis *emiſſa*. Lucan. VI. 291.

Cum ſuper e totis emiſit collibus agmen.

ubi ſimilis diverſitas in ſcriptis. *emitti* carceribus equi pari modo dicuntur. HEINS. vide ad Lucan. VII. 524.

83. *Hannibal*] Plinius Lib. XV. Nat. Hiſtor. (cap. 18.) *caſtra Punica ad tertium lapidem vallata, portaeque Collinae adequitans ipſe Hannibal*. DELR.

84. *Scilicet*] *Solis* Wolf. a m. pr.

85. *Muro ſuſtinui Martem*] *Mauro* decem libri. quod fruſtra probant. Imitatus hoc eſt manifeſte Sidonius Panegyrico Aviti, (Carm. VII. vs. 129.)

——— *ſi denique dirum*
Hannibalem, junctis terrae coelique tumultu
Reppulimus, cum caſtra tuis jam proxima muris
Starent, Collina fulmen pro turre cucurrit.

Silius Lib. I. 16.

——— *obſeſſa Palatia vallo*
Poenorum, & muris defendit Roma ſalutem.

Lib. XII. 556.

——— *pubes turres diſperſa per altas,*
Ut jam Roma ſatis credat defendere muros.

HEINS. *Mauro* edd. Vicet. & Colin.

86. *Pro turre*] *ſub turre* Voſſ. non male, quia ibi ſtationes & excubias egerunt. & Livius XXVI. 10. Fulvium caſtra inter Eſquilinam & Collinam portam poſuiſſe ait, & praelium ad portam Collinam factum. *Haec mille* edd. Vicet. Parm. Junt. Gryph. *hae* Iſingr. Raphel. elapſa litera. ſed *hoc* Wolf.

88. *Inpenſaque ſecula bellis*] *bello* prim. Vatic. aliſque non pauci ex melioribus. HEINS. *impreſſaque ſecula bellis* lib. Barth. Oxon. Ald. Colin. Claver.

89. *Hoc Fabius fortisque mihi*] Non *ſimul* Gyrald. prim. Vatic. & decem ex noſtris cum Gudianis ſchedis. Lib. I. in Eutrop. 443.

Hoc mihi Janiculo poſitis Hetruria caſtris
Quaeſiit? paulo ante *hoc mille*, non *haec*, ex membranis legendum. uſus elegans τῷ *mihi* hoc ſenſu, de quo inter alios ad Lib. V. Theb. Statii Gronovius VS. 579. HEINS. vide ad Sil. I. 46. & I. in Eutrop. 443. *agebat* etiam Oxon.

91. *Syphacem*] Sunt qui nomina propria ſine ſcrupulo varient, ſibique in re ſeria parum caute ac moderate indulgeant: ego libens contenderim non niſi magna exempla ſequenda eſſe, imo parce imitanda: quamvis id Servius videatur concedere. Ovidius: *ſuperat Maſaniſſa Syphacem*, at ratio pene exigebat ut corriperet, quae ſane placuit poëtae noſtro. ſic Martialis putavit ſecundam in *Perſena* minus belle produci a Virgilio. ſic *Batavus* variat apud Juvenalem & Lucanum. Olim ſane Claudiano objectum eſt neſcio quid ſimile a quodam, qui forte hunc verſum male metiebatur. vide Epigrammata. CLAVER. *dirum Hannibalem* malit Barthius, ut conſulatur Hiſtoriae. HEINS. *durum Syphacem* Oxon. Leid. Lovan. *Hannibalem* praeferrem, ut ſimul metro conſulatur. Propert. III. IX. 61. corripit primam ſyllabam, *victi monumenta Syphacis*. ubi vid. Broukh. ſecundam nemo corripuit, quod ſciam. *dirum* vero Hannibalem vocat & Horat. II. Od. 12. & III. Od. 6. & alii. BURM.

92. *Sub vincla*] *Marium vinctumque Jug.* marg. Iſingr.

Et Numidae Gildonis erunt? pro funera tanta!
Pro labor! in Bocchi regnum ſudavit uterque
Scipio? Romano viciſtis ſanguine Mauri?
Ille diu miles populus, qui praefuit orbi,
Qui trabeas & ſceptra dabat, quem ſemper in armis
Horribilem gentes, placidum ſenſere ſubactae,
Nunc inhonorus, egens, perfert miſerabile pacis
Supplicium, nulloque palam circumdatus hoſte,
Obſeſſi diſcrimen habet. per ſingula letum
Inpendet momenta mihi, dubitandaque pauci
Praeſcribunt alimenta dies. heu proſpera fata!
Quid mihi ſeptenos montes, turbamque dediſti,
Quae parvo non poſſet ali? felicior eſſem
Anguſtis opibus. mallem tolerare Sabinos,
Et Vejos. brevior duxi ſecurius aevum.
Ipſa nocet moles. utinam remeare liceret
Ad veteres fines, & moenia pauperis Anci!
Sufficerent Etruſca mihi Campanaque culta,
Et Quincti Curiique ſeges, patriaeque petenti

Ru-

93. *Et Numidae Gildonis erunt*] Malim, ſi per libros liceret, *Ut Numidae Gildonis erant*. cum indignationis nota. vide notas ad Epithal. Palladii vs. 137. HEINS.

94. *Pro labor*] Non *dolor*. prim. Vatic. & alii viginti, quod perperam damnavit Barthius. HEINS.

Bocchi] *Boci* Wolf.

95. *Vinciſtis*] *viciſti* Oxon.

96. *Miles populus*] *populis* Voſſ.

97. *Qui ſceptra*] Auctor comment. reip. Roman. inſulſe, ut ſolet, ſceptra magiſtratuum interpretatur; cum non ad magiſtratus ſed ad inſignia potestatis Imperatoriae ſint referenda, quemadmodum Novell. cv. *ὡς νῦν ἡ τῆς βασιλείας ὑπεροχὴ διὰ πάντων ἴσαι ἀκολουθεῖται τοῖς σκήπτροις*. DELR.

98. *Gentes*] Accurate admodum *gentes*, id eſt Barbaros, qui Romano non parebant imperio, a ſubjugatis diſtinxit, ea ratione, qua Juſtinianus Barbaricas gentes in prooemio Juſtitutionum nuncapavit. DELR.

99. *Perfert*] *praefert* Oxon. Lovan. & ed. Parm. *inops* etiam in Voſſium.

Miſerabile.] Hactenus retinebo ex veteri libro *mirabile*. DELR.

100. *Nulloque*] *miſeroque* Leid. a m. s.

101. *Obſeſſi diſcrimen habet*] An *adit*? HEINS. Nihil move. Cicer. VII. ad Famil. 2. *cum omnis reſpub. in meo capite diſcrimen eſſet habitura*. ubi Lambinus etiam *aditura* ex ſuo codice legit, ſed omnes *habitura* praeferre teſtatur Cl. Graevius. ſic *habere crimen*, *inſidias* & alia, de quibus ad Ovid. III. Art. 454. Phaedr. I. 19. & alibi. BURM.

102. *Impendet*] *Impendit* Leid. *monimenta* Wolf.

103. *Heu proſpera fata*] *fati* rectius legas. VI. Conſ. Hon. 548. *in hunc ſibi proſpera fati Gratantur duraſſe diem*. ſic vere ſcripti. de Apono Eidyll. VI. 94.

Inde ſibi fati proſperiora petunt.

quomodo caſtigandum. *proſpera vitae* Lucan. VIII. 631. ex veteri codice, *mutantur proſpera vitae. proſpera belli* idem dixit Lib. V. & *proſpera rerum* Lib. VII. 107. quomodo & Silius Lib. IV. 501. *animos ſtimulabant proſpera rerum* HEINS. ſed in Epiſt. ad Probin. vs. 16. corrigit Heinſius,

Fataque ſe debent proſperiora tibi.

& hoc loco firmat. quare *fata* reduxi ex codicibus & editis. BURM.

104. *Dediſti*] Ita noſtri omnes. ad Jovem, non ad fata referendum. vulgo *dediſtis*. paulo poſt fruſtra *Gabinos* pro *Sabinos* reponit Delrius. aliter noſtri. HEINS. *dediſti* edd Vicet. & Parm.

160. *Anguſtis opibus.*] Horat. Lib. III. od. 2. *Anguſtam, amici, pauperiem pati*, &c.

111. *Petenti*] *potenti* Oxon. Leid. Lovan. tres Pulm. ut *Quinctî* etiam Leid.

112.

Ruſticus inferret proprias Dictator ariſtas.
Nunc quid agam? Libyam Gildon tenet, altera Nilum.
Aſt ego, quae terras humeris pontumque ſubegi,
Deſeror. emeritae jam praemia nulla ſenectae.
Dî, quibus iratis crevi, ſuccurrite tandem:
Exorate patrem? tuque o, quae vecta per altum,
Sponte Palatinis mutaſti collibus Idam,
Praelatoque lavas Phrygios Almone leones,
Maternis precibus natum jam flecte, Cybebe.
Sin prohibent Parcae, falſisque eluſa vetuſtas
Auſpiciis: alio ſaltem proſternite caſu,
Et poenae mutate genus. Porſenna reducat
Tarquinios; renovet ferales Allia pugnas.
Me potius ſaevi manibus permittite Pyrrhi:
Me Senonum furiis, Brenni me reddite flammis.

Cun-

112. *Ruſticus & proprias ferret Dictator*] *Ruſticus inferret* omnium eſt ſcriptorum lectio, quam recte Raphelengius expreſſit. mox pro *humeris* Philippus Rubenius in Electis Lib. II. cap. 33. *numeris* legit, qui videndus. Livinejus *armis*, audacter. quomodo tamen in ora codicis ſui Pomponius quoque Laetus, neſcio an ex membranis. fruſtra locum tentari bene ad Statium cap. XXII. Diatribes Gronovius obſervavit. Barthius primis curis *juvenis*, ſed ſecundis palinodiam cantavit. apud Herodotum Lib. II. cap CVI. Soſoſtris ſtatuae ſubſcriptum: ΕΓΩ ΤΗΝΔΕ ΤΗΝ ΧΩΡΗΝ ΩΜΟΙΣΙ ΤΟΙΣΙ ΕΜΟΙΣΙ ΕΚΤΗΣΑΜΗΝ. quem locum Gronovius jam occupavit unice huc facientem. HEINS. Habet & Barthius hunc Herodoti locum. *humeris ſubigere* inſolentiſſime dictum foret, quare ego a gloſſatore natum puto, qui *armis*, ab *armi*, interpretabatur *humeris*, quum ab *arma* debuiſſet, ideoque *armis* cum Livinejo & Laeto praeferrem. *peregi* Leidenſ. quod etiam explicari poſſit ex illis, quae ad Petronii cap. CXIX. *gravidis fruta preſſa carinis Jam peragebantur*, notata ſunt. BURM.

113. *Nunc quid agam?*] *Heu quid agam?* Schedae Gudianae cum aliis codicibus nonnullis. HEINS. *Nam quid agam* Oxon. duo. Lovan. lib. Barth. & edit. Vicet. *Heu quid* Ald.

Altera] id eſt Aurora ſive Orientis imp. habet ſibi Aegyptum ſubditam. CLAVER. ſubintelligo *Roma* ſc. nova, Conſtantinopolis. vid. ſupr. vs. 61.

117. *Si ſponte vel altum vecta*] *quae vecta per altum ſponte* prim. & tert. Vatic. quatuor alii, *quae ſponte per altum vecta*. HEINS. *per altum* Leid.

118. *Palatinis mutaſti*] Latiſſime hac de re Livius Lib. XXIX. & Herodian. Lib. I. μετὰ μάχην βασιλείας. DELR. *mutaſtis* Oxon.

119. *Praelatoque*] Romano, quem Phrygio Almoni praetuliſti. DELR. *Phrygias* ed. Vicet.

Almone] Hunc verſum legiſſe videtur B. Ambroſius. CLAVER. *Armone* Wolf.

120. *Cybelle*] Legendum *Cybebe*. vid. Gud. ad Phaed. III. Fab. 17. & Heinſ. ad Virgil. III. Æn. III.

122. *Auſpiciis*] *auguriis* MS. Pulmanni. parum refert. vid. Dempſt. ad Roſin. p. 10. vid. ſupr. vs. 29. in Eutrop II. 2. *alios* etiam Wolf. BURM.

124. *Allia caedes*] *pugnas* Gyrald. Iſingr. prim. Vatic. & ſex alii, ſequenti verſu pro *proſternite*, quod jam praeceſſerat, *permittite* legendum cum eodem Iſingr. Vatic. Mazarin. & Florentino S. Marci, etiam Pricaeano atque Oiſeliano. Patavinus *committite*. Statius II Theb. 181. *utinam bis manibus permittere gentes Jupiter aeque velis*. noſter infra 502. *turbinibus mediis permitte carinas*. Lib. II. in Ruſin. 216. *miſerum permitto caſibus orbem*. Laud. Seren. 199. *permittere Martem*, ubi vulgo *committere*. Epiſt. ad Hadr. 2.

Nullus erit finis lacrimis? ſubitiſne favorem
Permittas odiis? ſic libri. Silius Lib. XII. 423. *permiſit flammis atque enſibus urbem*. ſic & *gladio permittere mundum* Lucan. Lib. VII. HEINS. *Gallis* Oxon. Lovan. & Voſſ. *removet Alia* Leid. *Allia tedas* Thuan. *ferialis Acilia pugnas* marg. Iſingr. Gyrald. & Vatic. *ferales* Aldus, Colin. Iſingr. & Gryph. vitioſe. an pro *furiales*? ut infra vs. 181. *permittere* vero eleganter, quia *manibus* additur. eſt enim idem, quod poteſtati alicujus ſe dedere, ut pro arbitrio de eo ſtatuat. Virgil. IV. 103.

——— *liceat Phrygio ſervire marito,*
Dotaleſque tuae Tyrios permittere dextrae.

Cuncta fame leviora mihi. Sic fata, refuſis
Obticuit lacrimis. mater Cytherea, parenſque
Flet Mavors, ſanctaeque memor Tritonia Veſtae.
Nec Cybele, ſicco nec ſtabat lumine Juno.
Maerent Indigetes, & ſi quos Roma recepit,
Aut dedit ipſa Deos. genitor jam corda remitti
Coeperat, & ſacrum dextra ſedare tumultum:
Quum procul inſanis quatiens ululatibus axem,
Et contuſa genas, mediis adparet in aſtris
Africa. reſciſſae veſtes, & ſpicea paſſim
Serta jacent. lacero crinales vertice dentes,
Effractum pendebat ebur, talique ſuperbas

Inru-

Horat. IV. od. 4. de Aquila, *cui Rex Deorum regnum in aves vagas permiſit.* & hinc nihil mutandum apud Ciceron. I. Catil. 2. *ſimili Scto C. Mario & L. Valerio Coſſ. eſt permiſſa reſpublica.* illo enim Scto regia & dictatoria poteſtas dabatur. *committitur* reſpublica fidei & diligentiae magiſtratuum, ſed *permittitur* poteſtati. ut ipſa *poteſtas permittitur* II. in Ruſin. 74. & in Idyl. V. vs. 51. & Laud. Seren. 199. *totum permittere Martem.* ubi male *committere* vulgo. vid. Sylvium ad Ciceron. pro Cluent. 58. & notas ad Argum. Ovidii I. Metam. fab. 9. & ita centies Cicero & alii. BURM.

127. *Fame.*] *Rabida fames* dicitur a Virgilio, quare Druſus tomentum & culcitram tentavit mandere, cum videret ſibi alimenta ſubducta. Ammiano perire fame eſt mortis genus graviſſimum. vid. Plat. & Homer. qui Λιμῷ δ' ὀκτιστον θανέειν. Eſt locus in Inſtit. IV. (tit. III. §. 16.) qui de fame agit, ubi Cujacius *fumo* legendum credidit, ut ſiquis fumum ex ligno viridi neque acapno conflaverit, ut hominem eo loci incluſum necaret. notum enim illud: Fumo pereat, qui fumum vendidit. CLAVER.

130. *Nec Cybele ſicco*] *Nec ſicco Cybele* tres Pulm. Lovan.

131. *Recepit.*] vid. ad. IV. Conſ. Honor. 123.

132. *Corda remiſi.*] Sic major ſcriptorum pars, eleganti Graeciſmo, vulgo *corde.* HEINS. *remittit* Vicet. *corde remiſi* Parm. *corda* Wolf.

135. *Et contuſa genas.*] Scripti plerique, *concuſſa, conſciſſa, diſciſſa, confuſa* & ſimilia. ſed prim. Vatic. aliique nonnulli *contuſa.* bene. Lucan. IX. 105. *planctu contuſa peribit.* Idem Lib. II. 335.

Effuſas laniata comas, contuſaque pectus
Verberibus crebris.

ita meliores ſcripti maximo numero. eodem libro vs. 38. antea praeceſſerat,

Nunc ait, o miſerae contundite pectora matres.
Lib. III. 728.

Non lacrimae cecidere genis, non pectora tundit. Juvenal. Sat. XIII. 128. *plena faciem contundere palma.* Seneca Thyeſte vs. 106.

Pectora illiſo ſoneut contuſa planctu.
ut bene Etruſcus codex. HEINS.

136. *Reſciſſae*] *recijae* Voſſ. Vicetin. *reſciſae* Parm. *ſpicea paſſim* Voſſ. duo Oxon. Leid. & Lovan. & Barthii codices, edd. Ald. Junt. *ſparſim* eſt a manu gloſſatoris. eadem varietas II. in Eutrop. 421. ubi Heinſius *ſparſim* praeferebat. male. *paſſim* eſt ſine ordine, confuſe. vide ad Phaedr. v. I. & ad Quintil. Declam. IV. 13. BURM.

138. *Effractum pendebat ebur.*] Non *Et fractum* ſcripti meliores. eleganter ἐπεξήγησις eſt, quam nunc appoſitionem dicunt. *dentes ebur* pro *dentibus eburnis* ut Idyllio de Nilo loquitur. ſic Lib. II. in Ruſin. 127. *duplicem foſſam, non exſuperabile vallum, Aſperat.* ut recte ibi Vaticanus, pro foſſa vallata. I. in Eutrop. 427. *Auroram ſane, quae talia ferre Gaudeat, aſſuetas ſceptris muliebribus urbes Poſſi leant.* pro *Aurorae urbes.* ſic vetus liber Lib. I. in. Stilich. 450. *ſtabant rutili grex aureus anni.* quomodo legendum. pleni hiſce deliciis poëtae. Virgil. Eclog. III. 3. *Infelix o ſemper oves pecus.* pro *ovinum pecus.* ita meliores libri. Eclog. IX. 9. *uſque ad aquam & veteres jam fracta cacumina fagos.* non *veteris fagi.* Eclog. II. 3. dixerat,

——— *inter denſas umbroſa cacumina fagos*
Aſſidue veniebat.

quae egregie confirmant ſcriptam lectionem ſuperioris loci. initio Aeneidos, *Italiam fato profugus Lavinia venit litora.* non *Lavinaque.* Georg. II. 153. *At rabidae tigres abſunt & ſaeva leones Semina.* non *leonum.* ſic tribus illis locis optimus ac vetuſtiſſimus Mediceus. ſimiles mendas & in Ovidio deprehendimus, de quibus ad illum poëtam. mox *Irrumpit*, non *Irruſit* ſec. Vatic. *ſupernas fores* unus Medic. non *ſuperbas. ſupernas plagas* alibi etiam dixit

Digitized by Google

Inrupit clamore fores. Quid magne moraris
Jupiter, avulſo nexu, pelagique ſolutis
Legibus, iratum populis inmittere fratrem?
Mergi prima peto. veniant praerupta Pachyno
Aequora. laxatis ſubſidant Syrtibus urbes.
Si mihi Gildonem nequeunt abducere fata,
Me rape Gildoni. felicior illa peruſtae
Pars Libyae, nimio quae ſe munita calore
Defendit, tantique vacat ſecura tyranni.
Creſcat zona rubens. medius flagrantis Olympi
Me quoque limes agat. melius deſerta jacebo
Vomeris inpatiens. pulſis dominentur aratris
Dipſades, & ſitiens adtollat gleba ceraſtas.
Quid me temperies juvit? quid mitior aether?
Gildoni fecunda fui. jam Solis habenae
Bis ſenas torquent hiemes, cervicibus ex quo

155. Hae-

dixit pro *ſuperas*. hoc tamen loco nihil temere mutem. Virgil. Aeneid. VIII. 196.

——— *foribuſque affixa ſuperbis*
Ora virum triſti pendebant pallida tabo.

Statius II. Theb. 223. *foribuſque immiſſa ſuperbis*
Unda fremit vulgi. Seneca Hercule Furenti quoques Stat. I. Silv. II. 141. *thalamique egreſſa ſuperbum Limen*. vid. Gronov. ad Senecae Oedip. 804. *Irrupit clamore fores* Statianum hemiſtichium eſt Theb. VI. HEINS. Ita apud Prudent. περὶ Στεφ. Hymn. VI. 9.

Nec non Eulogius ſimul ſuperbum
Chriſti lucidus ad ſedile tendit.

ubi etiam vulgo *ſupernum*. vide & Hymn. XII. 39. & *fractum* etiam Wolff. *irrumpere fores* dixit etiam Lucan. V. 127. BURM.

141. *Legibus*] Vide ad Valer. Flac. I. 231. & II. 357. *iratum terris* Colin. *inmittere freni* Wolff. III. pr.

142. *Veniunt praerupta Pachyno Aequora*] *prorupta* opinor vel invitis membranis, quomodo apud Maronem I. Aeneid. 245.

Unde per ora novem vaſto cum murmure montis
It mare proruptum.

adeantur quae annotamus Lib. II. in Stilich. 462. HEINS *praerepta* Coden Barthii. *Pachynon* Colin.

143. *Laxatis*] *laſſatis* Oxon. edd. Vicet. & Parm.

145. *Illa peruſtae*] *quaeuſtae* prior Leid. & Oiſelianus. ſequenti verſu *medio calore*, non *nimio*, Patavinus Eccleſ. Cathedr. quod ſi ſequimur, mox pro *medius* cum ſcriptis nonnullis *melius flagrantis Olympi* ſit legendum. vide quae noto ad Lib. II. de Rapt. 106. HEINS. *periſtis omnibus* dixit VI. Conſ. Honor. 294. *medio* Vicet. ſed *nimio* rectius. Horat. I. od. 22. *Pone ſub curru nimium propinqui Solis*. infra tamen v. 317. *Solis medios objecerit aeſtus*. ut quaſi munimentum ſit oppoſitum, calor. Solis. *melius flagrantis* Voſſ. & Wolff. BURM.

149. *agat*] vide ad Lib. I. Rapt. 252.

150. *Dominetur aratris*] Vetus liber *ariſtis*. Delr. *ariſtis* bene ſcripti meliores cum ſchedis Gudianis, ne bis idem dicat. primus tamen & tertius Vaticanus *aratris* etiam Oiſelianus. HEINS. Eadem varietas Lib. II. in Eutrop. 566.

Vaſtior expulſis Oriens ſqualebat aratris.

ubi & *ariſtis* in quibuſdam. *puljae* tamen *ariſtae* non aeque placent, atque *aratra expulſa*. credo ex *ceraſtis* natum vicino ſono & ſyllabis fere iiſdem *ariſtis*. mox *Dipſas & ſitiens* marg. Jungr. BURM.

152. *Fuvit*] *vivit* Leid.

153. *Gildoni fecunda fui*] Ovidii XIII. Met. 505. *Aeacidae fecunda fui*. poſtea pro *tot annis* prim. Vatican. *annos*. recte. ſupra v. 76.

——— *ideone tot annos*
Flebile cum tumida bellum Carthagine geſſi.

atque alibi non ſemel. mox *tenetur* pro *teneamur* probe idem Vatic. & tres alii, modo diſtinctio mutetur. *tranſcripſit* quoque pro *tranſcribit* Gyrald. & *Exilis fundi* non *Exigui* Putean. cum Florent. S. Marci. HEINS. Ita *exilis domus* Horat. I. Epiſt. VI. 45. ſed *exiguos agros* idem II. Od. 9. & Virgil. II. Georg. 412. *laudato ingentia rura, Exiguum colito*. ubi vid. Comm. BURM.

155.

Haeret triſte jugum. noſtris jam luctibus ille
Conſenuit, regnumque ſibi tot vindicat annos.
Atque utinam regnum! privato jure tenetur,
Exigui ſpecie fundi, quod Nilus & Atlas
Diſſidet. occiduis quod Gadibus arida Barce,
Quodque Paraetonio ſecedit litore Ganges,
Hoc ſibi tranſcripſit proprium. pars tertia mundi,
Unius praedonis ager. diſtantibus idem
Inter ſe vitiis cinctus: quodcumque profunda
Traxit avaritia, luxu pejore refundit.
Inſtat terribilis vivis, morientibus heres,
Virginibus raptor, thalamis obſcaenus adulter.
Nulla quies: oritur praeda ceſſante libido:
Divitibuſque dies, & nox metuenda maritis.
Quiſquis vel locuples, pulchra vel conjuge notus,
Crimine pulſatur falſo. ſi crimina deſunt,
Accitus conviva perit. mors nulla refugit
Artificem. varios ſucos ſpumaſque requirit
Serpentum virides, & adhuc ignota novercis
Gramina. ſi quiſquam vultu praeſentia damnet,
Liberiuſve gemat, dapibus crudelis in ipſis

Emicat

155. *Noſtris jam luctibus ille Conſenuit*] *Conſuevit* prim. Vatic. pro diverſa lectione. eleganter. HEINS.

157. *Privato*] *privati* Oxon.

158. *Quod Nilus*] pro quantum Barth. *quo* Lovan. vid. ad Conſ. Mall. 57. ſic mox *quocumque* Oxon.

159. *Diſſidet*] *Poſſidet* Leid. *arida Parthe* Oxon. duo, Voſſ. duo, Wolff. & Vicet. ed. *Parce* Lovan.

160. *Ganges*] Suſpectus hic fluvius, qui longe extra Africae fines, & quo uſque Gildonis tyrannis non pertinuit. latet alius in Africa locus, ut ſunt omnia, quae praecedunt. Atlas, Nilus, Barce, Paraetonium, quibus Gangen jungere hic abſonum. & clare mox dicit, *pars tertia mundi* (id eſt Africa) *unius praedonis ager*, non omne & immenſum ſpatium inter Paraetonium & Gangem. forte *Gorge* vel *Tinges*. *Pbaretonio* Vicet. BURM.

165. *Vivis*] *unus* Vicetin. *virginibus raptu* idem.

169. *Pulchra vel*] *vel pulchra* Voſſ. mox, *deſint* duo Oxon. *ſed crimina deſunt* Vicet.

170. *Pulſatur*] *Crimine pulſari* vix Latine dici crederem, niſi eadem locutio foret in Cod. Theod. Lib. XV. CLAVER.

171. *Accitus conviva perit*] *Aſcitus* in Pricaeano & Bononienſi, etiam in Helmaeſtadienſi. nil muta. apud Statium Hercule Surrentino Lib. III. Silv. I. 109.

Qua pater aetherius menſiſque accita Deorum
Turba, & ab excelſo veniat ſoror hoſpita templo.

apud Dictyn Cretenſem Lib. VI. *Qua tempeſtate multi undique reges acciti domum Chironis, inter ipſas epulas novam nuptam magnis laudibus veluti deam celebraverant.* Auſonius Periocha Odyſſeae VII. *accito ad convivium Ulyſſe.* HEINS. eadem varietas apud Virgil. XI. Aeneid. 308. & alibi ſaepe. hic etiam *aſcitus* Wolff.

172. *Artificem*] *Accitos varios fucos* marg. Iſingr. an pro *varios*, *validos*? vid. ad Ovid. VII. Met. 123. ut & *valida medicamenta*, quae juvant. vide ad Gratii Cyneg. 365. BURM.

173. *Serpentum*] *Serpentes* Cod. Barth.

175. *Dapibus crudelis*] Tales fuere boleti olim, deorum cibus. in hanc rem diſtichon a Cujacio tribuitur Martiali: *Defungi fungis hominem, Macrine, negabas: Boleti lethi cauſa fuere tui.* CLAVER. *Crudelis berilem* Reg. & Oxon. placet. mox pro *intentos capiti*, cum primo Vaticano decem alii, *lateri*. & ſex *urget* pro *ardet*. HEINS. *crudelis eiſdem* Oxon. *capiti* non mutandum. II. in Rufin. 16. *impoſiti radiant cervicibus enſes*. BURM.

180.

Emicat ad nutum ſtricto mucrone miniſter.
Fixus quiſque toro tacita formidine libat
Carnifices epulas, incertaque pocula pallens
Haurit, & intentos capiti circumſpicit enſes.
Splendet Tartareo furialis menſa paratu,
Caede madens, atrox gladio, ſuſpecta veneno.
Ut vino calefacta Venus, tum ſaevior ardet
Luxuries: mixtis redolent unguenta coronis.
Crinitos inter famulos, pubemque canoram,
Orbatas jubet ire nurus, nuperque peremtis
Adridere viris. Phalarin tormentaque flammae
Profuit, & Siculi mugitus ferre juvenci,
Quam tales audire choros. nec damna pudoris
Turpia ſufficiunt. Mauris clariſſima quaeque
Faſtidita datur. media Carthagine ductae
Barbara Sidoniae ſubeunt connubia matres.
Aethiopem nobis generum, Naſamona maritum

In-

180. *Furialis*] *feralis* malebat Heinſius. vid. ſupr. 125.

182. *Vino calefacta*] vid. ad Ovid. I. Art. Am. 244. unde potebit *ardet* hic retinendum eſſe. πῦρ enim ἐκ πυρὸς, ignis in igne. BURM.

183. *Redolent*] *redolet* Lovan.

184. *Pubemque canoram*] *decoram* prim. Vatic. & decem alii. *plebemque* tres. HEINS. Ita & variant codices Lib. II. in Rufin. 283. & alibi. ſed hic agitur de pueris ſymphoniacis & cantoribus, de quibus omnia nota, & ad Petronium multa ſunt adnotata, ubi tota familia cantare apud Trimalchionem dicitur. BURM.

186. *Adridere viris.*] Non minus crudele factum Imperatoris illius, qui parentes filiorum ſupplicio intereſſe cogebat. CLAVER. Regius interpres ſupplet, adridere ſibi poſt conjuges modo interfectos. ſed hoc durius. *adridere* hic ponitur abſolute, non Gildoni, ſed inter ſymphoniacos choros hilari & ridenti vultu jubet eſſe. ut III. Conſ. Honor. 30. *fuſtulit adridens.* dubitavi etiam an non *ornatas* legendum pro *orbatas*. nam ex *viris peremtis* ſatis intelliguntur *orbatae*. ſed crudele erat jubere ornatas inter ſymphoniacos ire & ridere, quae lugubria debuiſſent ſumere, & triſtitiam vultu ſuo fateri. BURM.

187. *Profuit.*] *Praeſtitit* unus Ambros. & ſic in margine primi Vaticani manu viri docti erat caſtigatum. non ſequor. τὸ *plus* ſubintelligitur. Lib. II. in Eutrop. 204.

—— *conceſſoque cupit vixiſſe colonus*
Quam dominus rapto.

id eſt magis cupit. ita paſſim ſcriptores. HEINS. *praefuit* Vicet. *audire tyranni* Wolff.

188. *Quam*] Id eſt, potius quam; ſed enim profuit, quod ſupra neſcio quam vim habet. Dixit vero Livius III. 4. *orationem precibus quam jurgio ſimilem.* Tacitus: *pacem quam bellum optabant.* vetus Inſcriptio Lugduni: *Sibi quam parentibus mortem optavit.* Haec vero a me viſa ibidem, neque reperta in Antiquitatibus Lugdunenſibus. quod miror. CLAVER. vid. II. in Eutrop. 205. Gronov. ad Liv. I. 25. V. 21. & alios multos.

Audire choros] *ambire* Mazarin.

Damna pudoris] *pudori* Ambros. male. ſumptum ex Ovidio I. Art. 100.

Ille locus caſti damna pudoris habet. BURM.

189. *Clariſſima quaeque Faſtidita*] A quo vero faſtidita? an a Mauro? ſuſpicor in *quaeque* latere nomen alicujus ordinis comitum Gildonis, a quo faſtiditam clariſſimam & nobiliſſimam matronam dat Mauro Gildon. haeſito. vel legerem, *Mauro clariſſima, cuivis*, vel *cuique, Faſtidita, datur.* vel ſi vulgata ſervanda, faſtidita a Gildone, quam ille non vult tangere, Maurorum libidini objicitur. BURM.

190. *Ductae*] Barthius extractae reddit. ſed hic eſt deductae pompa triumphali, ut *tibi dicitur uxor* Virgil. Ecl. VIII. 29. & paſſim alii. BURM.

Digitized by Google

Ingerit. exterret cunabula diſcolor infans.
His fretus ſociis, ipſo jam Principe major
Incedit. peditum praecurrunt agmina longe.
Circumdant equitum turmae, Regesque clientes,
Quos noſtris ditat ſpoliis. proturbat avita
Quemque domo: veteres detrudit rure colonos.
Exſiliis diſperſa feror. numquamne reverti
Fas erit, errantesque ſolo jam reddere cives?
Iret adhuc in verba dolor, ni Jupiter alto
Coepiſſet ſolio. voces adamante notabat
Atropos, & Lacheſis jungebat ſtamina dictis.
Nec te, Roma, diu, nec te patiemur inultam,
Africa. communem proſternet Honorius hoſtem.
Pergite ſecurae. veſtrum vis nulla tenorem
Separat: & ſoli famulabitur Africa Romae.
Dixit, & adflavit Romam meliore juventa.
Continuo redit ille vigor, ſeniique colorem
Mutavere comae. ſolidatam criſta reſurgens
Erexit galeam, clipeique recanduit orbis,
Et levis excuſſa micuit rubigine cornus.

Hn.

193. *Diſcolor infans*] *degener* Iſingr. prim. Vatic. aliique ſex. HEINS. Conjecerat olim Heinſius *decolor*, ut etiam Lib. II. de Rapt. 193. *decolor* vero eſt niger, ut paſſim *decolor Indus* dicitur. vid. Heinſii notas ad Ovid. Epiſt. IX. 4. mihi *diſcolor* unice probatur, cujus *degener* eſt gloſſa. diverſo colore a matre candida, ſed a Mauro & Aethiope nigrum ferens. BURM.

194. *His*] *Hic* Oxon.

197. *Proturbat avita*] Non *perturbat*, conjectura Raphelengii. confirmant aliquot ex noſtris, etiam primus Vaticanus. HEINS. vide ad Valer. Flacc. VI. 230. ſupra II. in Rufin. 476. & II. in Eutrop. 513. mox *veteres colonos* dixit imitatione Virgilii Eclog. IX. 4. BURM.

200. *Fas erit*] Metuo ne haec turbata ſint. Ambroſ. optimae notae.

Fas erit? ——
Errantesque ſolo natali reddere cives.

in priore verſu hiatus relictus erat. Moreti & ſec. Vatic. *Fas erit atque ſolo natali.* Tholoſ. *Fas erit errantes natali.* Regius, *me reddere.* Medic. & Rottendorphian. *mihi.* latet aliquid. mox, *ni Jupiter*, non *niſi*, praeſtantiores aliquot cum primo Vaticano. Idem Vaticanus pro diverſa lectione paulo poſt, *patiemur inultas*, non ~~inultam~~. HEINS. Forte, *Spes erit?*

Errantesque ſolo] MS. meus, *errantes ſolio.* ſed nihil immuto. DELR.

202. *Notabat*] *notavit* Iſingr. & Raphel. mox, *urgebat ſtamina* Vicet. vix intelligo, quid ſit *ſtamina dictis jungere*, niſi ut verbis Jovis ſtatim ſubjunxerit & addiderit ſtamina. Interpres Regius quid velit, neſcio. qui explicat, nectebat fila ſeu ſtamina ad dicta Jovis ſimul conjungenda. haec non intelligo. an ſcripſerit, *pingebat ſtamina dictis*, ut dicta illa intexuerit ſtaminibus, quae ut pictae veſtes figuris, ita haec verbis illis variabantur: quae poſſent inluſtrari illis, quae Barthius adducit de Parcis, quae Jovi a manu erant, & ejus dicta in tabellas conjiciebant, quarum vice ſtamina fungi poëta fingit. vid. & Livinej. & Scheffer. ad Pacat. Paneg. cap. XVIII. *dicta* ſunt oracula, fata, quae dixit Jupiter. vid. ad Ovid. V. Epiſt. 53. & I. Faſt. 537. ita *dicta Jovis* I. Met. 544. II. Faſt. 488. BURM.

205. *inultam*] *inultas* unus codex.

206. *tenorem*] *cruorem* Oxon. pro varia lectione.

209. *Colorem*] *rigorem* Voſſ. m. pr.

210. *Solidatam*] *ſolidatum* Lovan.

212. *Cornus*] Barth. ad Rutil. I. 117. inhaerens veteribus editionibus legit *cornus*, & ita edidit. ſed tunc bis de galea loqueretur, & ſine hasta Romam fingeret. BURM.

214.

Digitized by Google

Humentis jam Noctis equos, Lethaeaque Somnus
Frena regens, tacito volvebat sidera curru.
Jam duo Divorum proceres, seniorque minorque
Theudosii pacem laturi gentibus ibant:
Qui Jovis arcanos monitus, mandataque ferrent
Fratribus, & geminis sancirent foedera regnis.
Sic quum praecipites artem vicere procellae,
Adsiduoque gemens undarum verbere nutat
Descensura ratis, caeca sub nocte vocati
Naufraga Ledaei sustentant vela Lacones.
Circulus ut patuit Lunae, secuere meatus
Diversos. Italas senior tendebat in oras:
At pater, intrantem Pontum qua Bosporos artat,
Arca-

214. *Regens*] *gerens* marg. Isingr.

Volvebat sidera cursu] *curru* Gyrald. prim. Vatic. & tres alii. sic & Nocti suus apud poëtas currus. unus Ambros. *lapsu.* pro *cornus* prim. Vatic. & sex nostris *cornus* paulo ante. galeae enim jam memnerat. puto scribendum *Levis & excussa*, non *Et levis. leve* enim & rubigine scabrum contraria. Naso in Fastis Lib. IV. 911.

Aspera rubigo parcas Cerealibus herbis
Et tremat in summa leve cacumen humo. HEINS.

215. *Majorque minorque*] Intellige Theodosium Comitem, avum Arcadii & Honorii, qui divinis fere honoribus consecratus est, quia, ut ex Drepanio loquar, debuerat esse Imperator. At Valens, audita aruspicum designatione, super literis Θ. Ε. Ο. Δ. plurimos, quorum nomina ab iis incipiebant, morte mulctavit, inter quos huic Theodosio majori, qui jam invidia similium obterebatur, caput abstulit Carthagine. Fuit autem vir bello strenuus, & cujus laudibus L. Pacati oratio & Ammiani paginae quasi gestiant. Notabis vero A. Victoris & Peucerri, qui eum sequitur, lapsum. Hi enim Honorium quemdam faciunt Theodosii patrem. plura alibi dicenda erunt. vide Symmachi Epistolas. CLAVER. *seniorque* prim. Vatic. & octo alii ex nostris. sic infra v. 224. *Italas senior tendebat in oras.* VI. Cons. Honor. 95. *seniore supernas jam repetente plagas.* HEINS. Barthius etiam Honorium facit patruum Theodosii Imperatoris, & Theodosium majorem fratrem Honorii patruum Theodosii Aug. quem vide hic, & ad IV. Cons. Honor. 24.

216. *Theudosii*] *Thedosii* Ald. Junt. Gryph. Colin. *Theodosii* Oxon. duo, Leid. Lovan. Vicet. Parm. *Theudosius* in lapidibus scribitur.

217. *Mandataque ferrent*] *arcanaque ferrent* Oxon.

218. *Regnis*] *regni* Oxon.

219. *Sic cum praecipites*] Haec comparatio visa est quibusdam nimis frigida & exsanguis. Scaliger senior Lib. v. Poët. ita censet. Tempestas in poëmatio de bello Gildonico haud satis magna cum re, hanc tu examina. CLAVER.

Artem] *arcem* Lovan. m. pr. & Isingr. Vicet. Parm. Ald. Junt. Colin. Gryph. correxit jam Mariang. Accursius in Diatr. ad Ovid. II. Met. 185. BURM.

220. *Verbere nutat*] non *metat* vel *mutat* libri meliores, & sic ex conjectura Raphelengius. pro *Descensura ratis* quartus Vaticanus, *Descessura.* forte *Desessura*, a desidendo, proprio hac in re verbo. Rottendorph. *Defensura. In campum desidit apex* in antiquis membranis habuimus Epith. Honor. v. 56. de navibus IV. Cons. Honor. 628. *succensae sedere rates.* Naso IV. Fastor. 300.

Sedit limoso pressa carina vado.

videantur annotata nostra ad III. Aeneid. Virg. 565. ubi id ipsum verbum revocabimus. HEINS. vide & Graev. ad Cicer. ad Attic. II. 12. *mutat* jam Vicet. Parm. Ald. Colin. Gryph. & aliae editiones. de quo verbo vide infra ad vs. 281. ceterum a *desido* non potest derivari *desessura*; sed a *desideo*, quod huc non convenit. vid. ad Lucan. III. 630. BURM.

221. *Vocati*] *vocari* Vicet. Parm.

222. *Sustentant vela Lacones*] *ostendunt bella dracones* marg. Isingr.

223. *Secuere meatus diversos*] *divisos* Leid. Virgiliana est imitatio, qui *secare viam* dixit, de qua locutione vide Lambin. ad Lucret. VI. 638. sic Quintil. III. 1. *diversae secari coeperunt viae*, ubi vide. unde adparet male hic *divisos* esse in Vossiano. BURM.

224. *Ad oras*] *In oras*, & mox, *simul ac*, non *simul ut* Gyrald. aliique. HEINS.

225. *Pontum*] *portum* Lovan. Oxon. duo. Leid. Ald. *interatum* etiam Leid.

Arcadii thalamis, urbique illapſus Eoae.
Quem ſimul ut vidit natus (nam clara nitebat
Cynthia) permixto tremuerunt gaudia fletu,
Conplexuque fovens, quos non ſperaverat, artus,
O mihi poſt Alpes nunc primum reddite, dixit,
Unde tuis optatus ades? da tangere dextram,
Qua gentes cecidere ferae. quis tale removit
Praeſidium terris? ut te mortalia pridem
Inplorant, lugentque pium, ſortemque requirunt!
Cui pater in tales rupit ſuſpiria voces:
Hoc erat? in fratres medio diſcordia Mauro
Naſcitur: & mundus germanaque diſſidet aula?
Gildonisque ſalus tanti ſit palma furoris?
Scilicet egregius morum, magnoque tuendus,
Et cujus meritis pietas a fratre recedat.
In primo genitore, vide. civile calebat
Diſſidium. dubio ſtabant Romana ſub ictu.
Quis procul Armenius, vel quis Maeotide ripa

Rex

Boſporus] *Boſporos* prim. Vatic. & excerpta Pomponii. HEINS.

226. *Arcadii*] Hic Princeps non adeo fuit laudatus, nam vel a puero neſcio quid ſiniſtri exercuit. de ejus forma haec Cedrenus: *Ἀρκαδίῳ τὸν δίσπυρον σῶμα· οἰδὲ χθίσματος· μέλας τὴν χροιὰν, τὴν ἡλικίαν φαυλότατος, ἐν μόνοις ἴσχων κλεινότητα τὸ παλὸς γράφειν.* Hinc nigella caeſaries, pravaque ejus ſtatura, ſed in pingendo vel ſcribendo mira dexteritas ſaltem deprehenditur. docuerat ipſum vir inſignis Arſenius, quem ille non modo ſprevit, verum etiam in eum dira ſtatuit. CLAVER.

Illapſus] *elapſus* Oxon. Vicet. Ald. mox, *quem ſimul ut vidit* duo Voſſiani & editiones priſcae.

227. *Nam clara*] *jam* Wolff.

230. *Nunc primum*] *nec primum* Vicetin.

233. *Ut te*] *o te* Leid.

234. *Lugentque pium fortemque requirunt.*] *Longeque pium* primus Vatic. & Pricaeanus a manu prima. neque aliter Oiſelianus. pro *longum*. Gigantomachia v. 44.

—— *nec te Proſerpina longe*
Umbroſae tenuere fores.

Infra hoc ipſo libro v. 436. *in foliis longe fiducia telis.* HEINS.

236. *Hoc erat in fratres*] *in fatis* Regius. Pomponii & Gevartii excerpta, quomodo Philippus Rubenius divinabat in Electis Lib. II. cap. 33. Ovidius Triſtib. III. 11. 1.

Ergo erat in fatis Scythiam quoque viſere noſtris.
Lib. 1. Met. 256.

Eſſe quoque in fatis reminiſcitur affore tempus.
Lib. 1. Faſt. 481.

Sic erat in fatis: nec te tua culpa fugavit.

nihil tamen mutandum, paulo aliter ſecundis curis haec diſtinguit Barthius. HEINS. Vide ad Petron. cap. XCIII. & c. vide & Barth. hic & Lib. XLV. Adverſ. cap. 8. Voſſiano codici adſcripta erat gloſſa, *propter quod veni. in fratres* pro in fratribus capit Barthius, & in editione ſignum interrogationis ponit poſt *fratres?* ſed in notis poſt *naſcitur?* prior diſtinctio eſt in antiquis editionibus, ſed vitioſa. poſſet & pro inter fratres ſumi. BURM.

237. *Germanaque*] *germana* Oxon.

238. *Fit palma furoris*] *fit palma* Gyrald. & quatuordecim alii. bene. aſſentiuntur & Gudianae ſchedae. HEINS. *fit palma* Leid. & Wolff.

239. *Tuendus*] *timendus* Vicet. & Parm.

240. *Infracta recedat*] *a fratre* Iſingr. prior Leid. Pricaean. & unus Petav. prim. Vatic cum decem aliis, *in fratre. fraterna* ſcribendum puto. Barthius vulgatam ſcripturam tuetur. HEINS. *a fratre recedit* marg. Iſingr.

241. *Vide*] *vides* Voſſ. a m s.

242. *Diſſidium*] *Diſcidium* prim Vatic. aliique plurimi, ſed fruſtra. paulo ante habuimus, *munitus germanoque diſſidet aula.* HEINS.

Sub ſitu] vid. ad Quintil. Declam. III. princ.

244.

Rex ignotus agit, qui me non juvit euntem?
Auxilio fovere Getae, venere Geloni.
Solus at hic, non puppe data, non milite miſſo,
Subſedit, fluitante fide. ſi ſigna petiſſet
Obvia, detecto ſubmiſſius hoſte dolerem.
Reſtitit in ſpeculis fati, turbaque reductus
Libravit geminas, eventu judice, vires,
Ad rerum momenta cliens, ſeſeque daturus
Victori. fortuna ſimul cum Marte pependit.

Et

244. *Agit*] *erat* marg. Iſingr.

245. *Auxilio favere Getae*] vetus liber, Vicetin. vet. Germ. & Baſil. *favere*. DELR. *fovere* Ald. & ſcripti aliquot cum prim. Vatic. Lucanus VIII. 519. *votis tua fovimus arma*. Barthius tamen pro vulgata ſcriptura digladiatur. ſuperiori verſu, *qui non adjuvit* unus Medic. concinne, ut & Palatinus. *egentem auxilio* praeterea, non *euntem* unus Ambroſ. Naſo I. Triſt. Eleg. IV.

Cauſa mea eſt melior, qui non contraria fovi

Arma. noſter de nuptiis Honorii V. 119. *qui cuſpide Gallos Italiamque fovet*. HEINS. *quis non me* Oxon. *quis me non* Leid. *qui non me* Vicet. Ald. Iſingr. & aliae. de *fovere* vid. ad Lucan. VIII. 519. ſed tamen mihi placeret, *qui me non juvit euntem Auxilio. venere Getae, venere Geloni. juvare auxilio*, ut Val. Flacc. IV. 618.

Ipſe truces illic Colchos hoſtemque juvabo
Auxiliis. vid. ad Ovid. IX. Met. 780. in illa vero repetitione venus quaedam. ſic Lib. I. de laud. Stilich. 207. *videre ſium, videre fidelem*. Virgil. Ecl. X. 19.

Venit & opilio, tardi venere bubulci,
Uvidus hiberna venit de glande Menalcas.

& mox VS. 24.

Venit & agreſti capitis Silvanus honore,
Pan Deus Arcadiae venit.

Stat. III. Silv. V. 62.

Sed veniens, plenis venient connubia taedis.

& IV. Silv. III. 125. *Dicebam veniet, manete campi, Atque amnis, veniet favente coelo*. male Barthius *favere Getae*. BURM.

246. *Puppe data*] *pube data* Oxon. marg. Iſingr. ſed hoc idem eſſet quod *milite*. confundi has voces vidimus ad Val. Flacc. IV. 528. & alibi. *at his* Wolff. a m. pr. BURM.

247. *Si ſigna petiſſet*] *tuliſſet* duo Medic. & Palat. ut lib. II. de Rapt. 256. *ſigna Deis adverſa tuli*. mox *detecto* legendum cum omnibus ſcriptis. niſi quod primus Vaticanus, *defecto*, hoc eſt defectionem molito. minus dolerem, ſi palam a me defeciſſet, ſeque hoſtem meum eſſet profeſſus. Iſingr. *defenſo*. in Oiſeliano etiam *defecto*. ſic *defectores* ſaepe in Epitome librorum Trogi Pompeji, & apud Juſtin. Lib. XVI. cap. I. Raphelengius Delrium ſecutus, *dejecto*. fruſtra. nihil hic difficultatis. detectum hoſtem vocat apertum, non occultum. Lucan. Lib. X.

Invitumque ducem detecto Marte laceſſit.

HEINS. *petiſſet* non mutarem. ſi tranſiviſſet ad hoſtes, hi enim ſigna obvia, id eſt contraria, hoſtilia, ut recte Barthius. vid. ad IV. Conſ. Honor. 484. *ſubmiſſis* Vicet. BURM.

248. *Obvia detecto*] Hoc dicere voluit, ſi debellatis hoſtibus obviam mihi progreſſus, gratam ſibi meam victoriam fuiſſe ſignificaſſet, minus illi ſuccenſerem. quid ſubaudiatur, nemo non videt, quare rectius vetus liber & quidam vulgati *dejecto*. quamquam non deſint, quibus *defenſo* arrideat. DELR. Hoſtem adverſum, teſte Salluſtio, opprimere facile eſt homini ſtrenuo. CLAVER.

249. *Reſtitit*] Medium ſe gerendo, ut ait Livius, haec illave defenſurus, prout invaluiſſent. Arma aperta palam vites, ait Tacitus IV. Hiſtor. 24. fraus & dolus occulta, eoque inevitabilia. CLAVER.

Turbaque reductus] pro a turba ſe removens. vid. ad IV. Conſ. Honor. 80. *turbamque* Wolff. a m. pr.

250. *Eventu judice*] Reſpicit ad illa Flori I. 3. de Fidenatibus: *mediis inter duos expectavere fortunam*. hoc & ſequentia docent de Mettio Fufetio. alia vide apud Barthium. BURM.

252. *Simul cum Marte pependit*] Sic complures e noſtris. *morte* vulgati. *mente* Gyrald. & ſex alii cum excerptis Pomponii Vaticanis, quod damnat Barthius, Philippus Rubenius in Electis Lib. II. cap. 33. amplectitur. *prior cum mente* Mazarin. mox, *Et ſi* pro *O ſi* idem Gyrald. & octodecim ex noſtris. ac primae edd. excerpta Put. *At ſi*. forte, *Quod ſi*, nam quartus Vaticanus, *Ut ſi*. HEINS. *Victorum* liber Barth. & *cum Marte ſimul fortuna pependit* alter ejus, *Sed ſi non* MS. Pulman.

Et ſi non cupidis eſſem praereptus ab aſtris,
Exemplum ſequerer Tullî, laniandaque dumis
Inpia diverſis raptarem membra quadrigis.
Germani nunc uſque tui reſponſa colebat:
En iterum calcat. tali te credere monſtro
Poſt patrem fratremque paras? ſed magna rependit,
Inque tuam ſortem numeroſas tranſtulit urbes.
Ergo fas pretio cedet? mercede placebit
Seditio? taceo, laeſi quod transfuga fratris,
Quod levis ingenio. quamvis diſcrimine ſummo
Proditor adportet ſuſpenſa morte ſalutem,
Nuſquam gratus erit. damnamus luce reperta

265. Per-

253. *Praereptus*] *praeceptus* unus Heinſii. *praeraptus* Vicet. Parm.

255. *Aptarem membra quadrigis*] *Aptandi* verbum in deliciis Claudiano novi, ut in illo, *genibus ludentem aptare paternis*. hic tamen *raptarem* malim, quod Rubenii excerpta confirmant, & prima editio. Virgilii enim illa Lib. VIII. Aeneid. 544. reſpexit,

Raptabatque viri mendacis viſcera Tullus.

Idem de Hectore II. Aeneid. 272. *raptatus bijugis ceu quondam*. vetus poëta apud Ciceronem Lib. I. Tuſcul. Quaeſt.

Vidi, videre quod me paſſa aegerrime,
Hectorem quadrijugo curru raptarier.

noſter Lib. I. in Stilich. 100.

Tu neque veſano raptas venalia curru
Funera. HEINS. Vide ad Ovid. XII. Met. 591. & Virg. I. Aeneid. 483. pro *laniandaque*, *laniataque* duo Oxon. Voſſ. Wolf. & ed. Vicet. *dumis* hic mihi non placet, quod licet Barthius raptum per loca ſenta explicet, magis Hippolyto lacerato convenit, quam Fufetio, qui in conſpectu exercitus quadrigis diſtractus ſtatim expiravit, nec longe tracta membra fuere. quare vel *duris* vel *diris* quadrigis malim, vel inconſiderate nimis Claudianum hic ſcripſiſſe credendum. BURM.

257. *En iterum calcat*] *Nunc iterum* pr. Vatic. & potior ceterorum pars. HEINS. *Num* Aldus vitioſe. *te reddere* Leidenſ.

259. *Numeroſas*] multas, hoc etenim Romanis ea vox ſonat. Plinius Caecilius *numeroſam manum*, Juſtinianus Imp. *numeroſas provincias*. noſter alibi *numeroſam cicatricem*, & *numeroſum equitem* dixerunt. DELR.

263. *Mercede placebit Proditio*] meus MSS. *ſeditio*. Celſanus, negligentiane, an data opera, quod in ſuis membranis non inveniebantur, hunc & ſubſequentem verſum omiſit. DELR. *Seditio* prim. Vatic. pro diverſa ſcriptura. quomodo & ſex alii. forte *Deditio*. ſic & peccatum Lib. II. in Eutrop. praecedentia confirmant. *Proditio* minus hic ferenda, quia *Proditor* paulo poſt ſequitur. HEINS. Ex Lucano I. 37. *ſcelera ipſa nefasque hac mercede placent*. *merces* hic utilitatem notat. vid. ad Phaedr. IV. I. *ſeditio* vero hic notat diſcordiam domeſticam inter duos fratres Arcadium & Honorium, ut apud Terent. Andr. V. I. *filiam darem in ſeditionem atque incertas nuptias*. vid. Graev. ad Cicer. II. ad. Attic. I. ſic Manil. II. 197. *Seditio coelum tenet*. In editione Vicetina, duobus omiſſis verſibus, *mercede placebit Proditor. adportet* &c. quod ob ſimiles fere voces in initio accidit. BURM.

261. *Fratris*] *patris* Oxon. & Leid. m. pr. Voſſ. uterque & alii.

263. *Proditor*] Auguſtus apud Plutarchun ἐγὼ προδοσίαν φιλῶ, προδότας δὲ ἐκπεπῶ. Philippus amabat prodituros non proditores. CLAVER.

Suſpenſa morte ſalutem] *ſuſpenſum* unus Ambros. *nuſquam* pro *nusquam* prior Leid. HEINS. Hunc & ſequentes verſus ſuſpectos habet Barthius.

264. *Gratus*] *juſtus* Wolf.

Damnamus luce reperta] Gyrald. Iſingr. & quatuor alii, *recepta*. neque aliter diverſa ſcriptura pr. Vaticani, quod ſecutus Raphelengius. nihil temere mutem. Virgil. IV. 692.

Quaeſivit coelo lucem, ingemuitque reperta.

ſic *fraude reperta* Lib. I. in Eutrop. 88.

——— *nec fraude reperta*
Cautior eluſi fremitus vitare mariti.

& Lib. II. 589 *hac fraude reperta*. non *arte*, ex antiquis membranis. Statius X. Theb. 388. *ſubitus mox fraude reperta Exclamat*. IV. Theb. 891. *fraude reperta Raptus in excelſum*. de Antaeo. HEINS. Sive *recepta* ſive *reperta* legas, *lucem* non de vita, illa enim amiſſa

Perfidiam: nec nos patimur committere tali
Hoc genus emtori, cives cum moenibus offert?
Hoc vendit patriam. plerique in tempus abuſi
Mox odere tamen. tenuit ſic Graja Philippus
Oppida. Pellaeo libertas concidit auro.
Romani ſcelerum ſemper ſprevere miniſtros.
Noxia pollicitum domino miſcere venena
Fabricius Regi nudata fraude remiſit,
Infeſto quem Marte petît, bellumque negavit
Per famuli patrare nefas: ductosque Camillus
Trans murum pueros obſeſſae reddidit urbi.
Traduntur poenis alii, quum proelia ſolvant;
Hic manet, ut moveat. quod reſpuit alter in hoſtem,
Suſcipis in fratrem. longi pro dedecus aevi!
Cui placet, auſtrales Gildon condonat habenas,
Tantaque mutatos ſequitur provincia mores.
Quaslibet ad partes animus nutaverit anceps:

Trans-

amiſſa recipi nequit, ſed cum Barthio in prioribus curis, de ſalute vel meliori tempore, quae poſt pericula ſumma adparere iterum incipit, interpretamur. ita Horat. v. Od. v. 5.

Lucem redde tuae, dux bone, patriae.

ubi Acron *ſalutem* exponit. de variatione vocum *recepta* & *reperta*, vide ad Ovid. v. Met. 572. & alibi. vide & 1. n Eutrop. 399. *ſaeva corpus de morte receptum* dixit Valer. Flacc. VII. 285. BURM.

265. *Nec nos patimur committere tali Hoc genus emtori*] *nec vos* cum Claveriana editione Barthius, quomodo tertius Vatic. ſec. Ambroſ. & Mazarin. pro *committere* unus Medic. *concurrere*. haec ſana non videntur. HEINS. Senſus eſt, non patimur vos committere hoc genus, id eſt meam poſteritatem Arcadium, tali emptori Gildoni, qui oblata Africa Acadii gratiam inire tentat, & contra Fratrem concitare. de verbo *patimur* vide ſupra. *Hoc genus* διαυτικῶς ut ſaepe. BURM.

266. *Offert*] *affert* Oxon. *aufert* Oxon. Leid. duo Pulm. *ajunt* Lovan.

267. *Hic vendit*] *Hoc* ſcripti fere omnes. probe. HEINS. & ed. Vicet.

268. *Tenuit ſic Graja Philippus Oppida*] in Oſeliano *remuit*. HEINS.

270. *Romani ſcelerum ſemper*] converſo ordine vetus liber *ſemper ſcelerum*. DELR.

Sprevere] *pro lidere* marg. Iſingr.

271. *Noxia*] Val. Antias a noſtro, qui Cl. Quadrigarium ſecutus eſt, diſſentit. vid. Gell. Noct. Attic. Lib. III. c. VIII. DELR.

Domino] *Pyrrho* marg. Iſingr.

273. *Infeſto*] *infauſto* Oxon. Wolf.

275. *Pueros*] Apud Florum narratur haec hiſtoria. CLAVER.

276. *Traduntur*] *Traditur hic poenis, alii quum p. s.* marg. Iſingr. *ſolvere proelia* mihi durius dictum videtur. quare *tollant* non diſpliceret, ut apud Ovid. I. Amor. VIII. 96.

Non bene ſi tollas proelia, durat amor.

& ita apud eumdem II. Art. 460. *tollitur ira*, ubi MS. alius *ſolvitur*. ut haec verba etiam alibi commutari ſolent. BURM.

277. *Hic manet*] *maneat* Vicet. Parm. *Haec manet* Wolff. a m. pr.

Quod reſpuit alter in hoſtem] *quem* Lovan. lego, *quem reſpuat*, vel, *quod reſpuat*. flagitium proditionis. pro *proelia ſolvant* primi Vaticani diſcrepans ſcriptura *tollunt*. HEINS.

279. *Condonat habenas*] *cum tradit* plerique ſcripti. aut, *cum tradat*, *cum donat*, *cum turbat*, *cum prodit*, & ſimilia. in Gudianis excerptis, *contradit*. Puto, *cur tradit*, vel *num tradit*. poſſit &, *cur donat*, vel *num*. HEINS. *contradit* unus Barth. & Pulman. *cum tradit* Wolff.

281. *Animus nutaverit*] MS. cum veteribus editionibus, *animum mutaverit*. DELR. *Nutaverit* legendum cum melioribus libris. Alius & ſcripti nonnulli, *animum mutaverit*. unde *animum mutaverit* olim

Transfundit ſecum Libyam, refluumque malignus
Commodat imperium. Mauri fuit Africa munus.
Tollite Maſſylas fraudes: removete bilingues
Inſidias, & verba ſoli ſpirantia virus.
Ne conſanguineis certetur comminus armis,
Ne, precor. haec trucibus Thebis, haec digna Mycenis;
In Mauros hoc crimen eat. quid noſter iniquum
Molitur Stilichon? quando non ille jubenti
Paruit? an quisquam nobis devotior exſtat?
Ut ſileam varios, mecum quos geſſerit, actus;
Quae vidi poſt fata, loquar. quum Divus abirem,

Res

olim emendandum videbatur, quod Silium ſic locutum exiſtimarem Lib. I. 306.

Stantem pro muro & nutantem membra Caycum.

ſic enim Oxon. liber, non *notantem*, vel *mutantem*. vel cum Colonienſi membrana, *minitantem vana*. vel cum P. Victorio *mutantem verba*. Lib. VI. 233.

Arduus ille ſuper tumidis cervicibus altum
Natat utroque caput.

ſic Colon. optimus. Lib. XVII. 445.

Quos ubi nutantes conſpexit Amilcare cretus
Terga fugae.

quomodo prima editio, non *mutantes*. nunc accuratius loca illa perpendenti, primo verſu *mudantem membra*, & tertio, *nudantes terga*, ſcribendum videtur. Eſt enim Virgilii illa imitatus Aeneid. V. 586.

Et nunc terga fugae nudant, nunc ſpicula vertunt
Inſenſi.

medius verſus diſtinctione poſt τὸ *ſuper* juvandus. Ad Claudianum igitur ut revertamur, cum Lovan. *animis mutaverit* exhibeat, nullus dubito, *animi mutaverit anceps*, legendum. ſic alibi, *Ambiguus vitae jacuit*. & *Ergo animi victus*. & Conſ. Manl. 211.

Sic patiens animi per tanta negotia liber
Emergit.

quomodo vetus liber. nihil magis obvium. apud Apulejum in Metamorph. libris. *Impos animi*, *infirmus*, *aeger*, *faucius*, *vecors animi*, *furens*, *externatus*, *attonitus animi*, *feſtinus*, *recreatus*, *tenellus animi*, & ſimilia. apud Maronem, *fidens animi*, *amens*, *inops*, *infelix animi*, *furens*, *praeceps*, *miſeratus animi*, *egregius & praeſtans animi*. apud Silium, *ardens*, *aeger*, *diſpar*, *erectus*, *furens*, *turbatus animi*. apud Statium, *florens & eximius animi*. apud Catullum, *vanus animi*, Galliambo. apud noſtrum, *victus animi* Lib. I. in Rufin. 171. Lib. II. in Eutrop. *exiguus animi*. HEINS. *nutare* & *mutare* ſupra etiam vs. 220. confuſa vidimus.

282. *Transfundit*] *Tranſtundit* Wolff.

283. *Mauri fuit Africa munus*] Malim, *fuit*, ſi ſuperiori verſu *refugum* pro *refluum* cum Tholoſano legas. Poſſet & ſcribi, *Maurique fit Africa munus*. Barthius vulgatum tuetur. HEINS.

284. *Maſſylas*] *Maſſilias* Voſſ. Oxon. duo. *Maſſalias* Lovan.

285. *Dolos ſpirantia virus*] *ſoli* cum ſcriptis & primis edd. legendum, ut apud Juvenal. Sat. III. 122.

——— *facilem ſtillavit in aurem*
Exiguum de naturae patriaeque veneno.

vidit veram quoque ſcripturam ſecundis curis Barthius. apud Plinium quoque Nat. Hiſt. libro VIII. cap. 21. de Baſiliſco ſcribendum: *Injiciunt bas* (muſtelas nempe) *cavernis facile cognitis*, *ſoli tabe*. non *ſola*, & ſic ſcripti. nimirum vult Plinius, herbas circum Baſiliſcorum cavernas veneno eſſe arefactas ac conſumtas. HEINS. *ſperantia* Vicet. *doli* primum vidi in Iſingr.

286. *Ne conſanguineis*] *nec* Oxon. Lovan Wolf.

287. *Deprecor*] MS. cum Vicet. *Haec precor*. & ubi ceteri *ut fileam*, iidem, *ut taceam*. DELR. *Ne precor* prim. Vatic. & viceni alii. optime. imitatus illa Virgilii VI. Aen. 833.

Ne, pueri, ne tanta animis aſſueſcite bella.

videantur quae notamus ad Epiſt. Heroid. XVI. Naſon. 170. HEINS. *Haec precor* Lovan. a m. 8. Oxon. duo, & alii. *nec conſanguineis* & *Haec precor* edd. Vicet. Parm. confuſio inde nata, quod prima litera verſus H. & N. paene in codicibus eadem figura ſcriberetur, ut vidimus ad Grat. 380. & Nemeſ. I. Ecl. 48. & alibi. BURM.

288. *In Mauros*] *Inſtauras* Wolf.

289. *Molitur*] Malo, *Molitus*. *devotior* pro *devinctior* Ald. & Patav. recte. amat enim vocem eam noſter. HEINS. Convenit etiam magis duci, ſub auſpiciis Imperatoris militanti, qui ſacramento ſe ei devovit. *notis devotior* ed. Parm.

Jubenti] *minanti* Wolf. a m. 8.

291. *Geſſerit*] *quos mecum geſſerit* Lovan. *ut taceam* Oxon.

292. *Loquar.*] *loquor* Voſſ.

293.

Digitized by

Res incompoſitas, fateor, tumidasque reliqui.
Stringebat vetitos etiamnum exercitus enſes
Alpinis odiis, alternaque jurgia victi
Victoresque dabant. vix haec amentia noſtris
Excubiis, nedum puero rectore, quieſſet.
Heu quantum timui vobis, quid libera tanti
Militis auderet moles, quum caeca remoto
Ferveret jam laeta metu. diſſenſus acerbus,
Sed gravior conſenſus erat. tunc ipſe paterna
Succeſſit pietate mihi, tenerumque rudemque
Fovit, & in veros eduxit Principis annos:
Rufinumque tibi, quem tu tremuiſſe fateris,
Depulit. hunc ſolum memorem, ſolumque fidelem
Experior. volui ſi quid, dum vita maneret,
Aut viſus voluiſſe, gerit: venerabilis illi,
Ceu numen praeſensque, vocor. ſi tanta recuſas,
At ſoceri reverere faces, at reſpice fratris
Connubium, pignusque meae regale Serenae.
Debueras etiam fraternis obvius ire
Hoſtibus, ille tuis. quae gens, quis Rhenus & Hiſter

Vos

293. *Tumidas*] *timidas* Vicet. male. Ovid. VII. Ep. 121. *Bella tument*, ubi vide. BURM.

294. *Stringebat*] *Stringebant* in uno Ambroſ. dictum alibi. HEINS. vid. ad Liv. III. 28. VII. 19. & IX. 45. *etiam tum* Lovan. Leid. Ald *jam nunc* Barthii Cod. *etiam tunc* Oxon. marg. Iſingr. *etiam nunc* Vicet. *etiam vetitos exercitus* Wolff.

297. *Reſtore*] *victore* Oxon. *necdum* Wolff.

Quieſcet] Lege, *quieſſet*, ut recte primus Vaticanus & alii aliquot, pro *quieviſſet*. idem videbatur in Electis Philippo Rubenio. ſic *exſtinxem* pro *extinxiſſem* apud Virgil. & ſimilia. Silius Lib. VIII. 619.

Ignoſſet, quamvis avido committere pugnam
Varroni, quicumque ſimul tot tela videret.

inepte vulgo *ignoſcet*. Lib. XI. 458.

Tum Deus ut liquidi diſciſſet ſtagna profundi
Telluriſque globum media tellure locaſſet.

ſic optimus Colonienſis. vulgati, *diſcuſſit* & *ligaſſet*. Lib. XVI. 84.

Vos bodie poſco, ſuperi; protraxtis ad arma
Quod profugos, ſatis eſt.

ita idem codex. perperam nunc legitur, *protractus ad arma Quod profugus*. apud Maronem v. Aeneid. 786. *poenam traxe per omnem* pro *traxiſſe*. *vixet* pro *vixiſſet*, & *juſſo*, pro *juſſero*. in hoc tamen Claudiani loco pr. Vatic. pro diverſa lectione *quievit*, pro *quierit* puto. HEINS. Vide Gronov. ad Liv. XXXVII. 11. & infra ad II. in Eutrop. 526. *nec dum puero rectore quieſcet* Vicet.

298. *Quod libera tanti*] *quid* cum membranis ſcribo. Barthius *ne libera* cum Cujacianis libris, & nonnullis editionibus. HEINS. Ita edidit Claverius.

300. *Jam laeta*] *tam laeta* Voſſ. duo. Oxon. duo. Vicet. Ald. Heinſius volebat, *Ferveret & tam*.

301. *Et gravior*] *Sed* ſcripti quidam. HEINS.

303. *Veros annos*] quibus revera Princeps dici poteſt, & per ſe adminiſtrare imperium. ita *veros annos* puellarum vidimus ad Ovid. III. Art. 61. & *veram puellam* I. Art. 62. ubi vide. BURM.

304. *Tremuiſſe*] *timuiſſe* Voſſ. *remuiſſe* Oxon. a m. pr.

306. *Volui ſi quid*] *Voluit dum ſi quid* Oxon.

308. *Ceu numen praeſensque*] *Ceu praeſens numenque* edd. veteres pleraeque. *Ceu numen vocor praeſens* unus Codex.

Si tanta recuſas] *ſi juſſa* Oxon. non male. ſequenti verſu τὸ *at* bis repetendum cum ſcriptis. perperam vulgo, *aut*. HEINS.

309. *At ſoceri*] *At ſocii r. f. atii* Vicet. Parm. *Aut ſocii r. f. aut* Ald. Iſingr. Gryph. Raphel.

312. *Quis Rhenus*] *qui* edd. pleraeque, praeter Vicet. Parm. & Colin.

Vos opibus junctos, conſpirantesque tuliſſet?
Sed tantum permitte cadat: nil poſcimus ultra.
Ille licet ſeſe praetentis Syrtibus armet,
Oppoſitoque Atlante tegat, licet arva referta
Anguibus, & Solis medios objecerit aeſtus:
Novi conſilium, novi Stilichonis in omnes
Aequalem caſus animum: penetrabit arenas:
Inveniet virtute viam. ſic Divus: & inde
Sic gnatus: Juſſis, genitor, parebitur ultro.
Amplector praecepta lubens. nec carior alter
Cognato Stilichone mihi. commiſſa profanus
Ille luat. redeat jam tutior Africa fratri.
Talia dum longo ſecum ſermone retexunt,
Heſperiam pervenit avus, caſtumque cubile
Ingreditur, Tyrio qua fuſus Honorius oſtro
Carpebat teneros Maria cum conjuge ſomnos.
Adſiſtit capiti. tunc ſic per ſomnia fatur.
Tantane devictis tumuit fiducia Mauris,

Care

313. *Opibus junctos*] *conſpirantis opibus junctoque* Voſſ. Leid. & Oxon. quod facile ferri poſſet, & defendi ex Gudianis ad Phaedr. I. fab. 2. *conſpirantes opibus functoque* Wolff. *conſpirantes opibus junctosque* alter Voſſ. & Leid. pro varia lectione, & Oxon. alter. & Aldus. *conſp. o. victosque* Vicet. Parm.

Tuliſſet] *tuliſſem* rectius prior Leid. duo Vaticani & Pricaeanus. HEINS.

314. *Cadat*] *cadet* Voſſ. duo, Oxon. duo Leid. forte, *Huic* (Stilichoni) *tantum permitte, cadet.* rotundior exiret etiam ſententia, ſi verſus hic rejiceretur poſt tres ſequentes. *Ille licet* &c. *objecerit aeſtus. Huic tantum permitte, cadet n. p. u. Novi* &c. aut illa (*Novi* &c. *animum*) in parentheſi ponenda, ut *ille licet* reſpondeant *penetrabit.* BURM.

316. *Arva*] *arma* Voſſ. a m. pr.

317. *Objecerit aeſtus*] *ictus* Lovan. quod de Solis radiis & calore, ſumi poſſet. vid. Ovid. III. Met. 183. & V. 389. ubi vide adnotata. ſed hic *aeſtus* ſervo. *medios* dicit, ut ſupra vs. 147. vidimus. BURM.

320. *Sic Divus & inde*] Malo, *at inde.* HEINS.

321. *Parebitur*] *parebimus* Voſſ. & duo Oxon. Lovan. Wolff. Vicet. Ald. & Gryph.

324. *Tutior*] *mitior* Ald. ſimiles in aliis Poëtarum locis diſcrepantias vidimus ad Ovid. II. Faſt. 98. ſic apud Lucan. VIII. 452. *mitiſſima ſors eſt Regnorum jub Rege novo.* Thuan. codex habebat, *tutiſſima*, ſed hic *tutior* praeſtat. librarius forte reſpexit vs. 153.

Quid me temperies juvit? quid mitior aetas? BURM.

325. *Sermone volutant*] *retexunt* prim. Vatic. Puteanus. Oiſelianus & Patavin. probe. quo ſenſu ſaepe Prudentius. Statius Theb. III. 338.

—— *multumque & ubique retexens*
Legatum ſeſe Graja de gente petendis
Iſſe ſuper regnis. Lib. IX. 148.
Sed memor Elyſii regis, noxasque retexens

Tydeas. ubi nihil ex ſcriptis mutandum. pro *pervenit* mox idem Vaticanus, *convenit*, & *qua fuſus*, non *quo. qua* pro ubi. HEINS. Sine dubio *volutans* eſt a manu Gloſſatoris, ut enim hic *ſermone retexunt*, ita Ovid. IV. Met. 569. *relegantque ſuos ſermone labores.* & ut paſſim *relegere viam, iter* & ſimilia, de quibus vide ad Ovid. VIII. 173. ſic noſter IV. Conſ. Honor. 132. *turpe retexit iter.* Stat. IX. Theb. 148.

Sed memor Elyſii regis, noxasque retexens.

ubi in codicibus aliis eſt *recenſens.* quod miror amplexum fuiſſe magnum Gronovium. BURM.

327. *Fuſus Honorius*] Vetus liber cum Vicetino *fortis.* at *fuſus* ex margine intruſum eſt. DAL. *Fortis* plerique libri. prior Moreti *fultus*, ut Nuptiis Honor. 151. *hoc navigat oſtro Fulta Venus.* apud Silium Lib. XI.

Nec pudeat picto fultum jacuiſſe cubili.

hinc & *fulcrum.* vide quae notamus Epithalamio Honorii V. 151. Statius Theb. II. 90.

Regis Eclionii ſtratis allapſus, ubi ingens
Fulserat Aſſyriis exſtructa tapetibus alto
Membra toro. HEINS. *fortis* Wolff.

330. *Devictos tenuit fiducia Maurus*] *devictis tumuit fiducia Mauris* Gyrald. Excerpta Laeti, & quin-

Care nepos? iterum poſt me conjurat in arma
Progenies veſana Jubae, bellumque reſumit
Victoris cum ſtirpe ſui? Firmumne jacentem
Obliti, Libyam noſtro ſudore receptam
Rurſus habent? auſus Latio contendere Gildon?
Germani nec fata timet? nunc ire profecto
Nunc vellem, notosque ſenex oſtendere vultus.
Nonne meam fugiet Maurus, quum viderit, umbram?
Quid dubitas? exſurge toris: invade rebellem.
Captivum mihi redde meum. deſiſte morari.
Hoc generi fatale tuo; dum ſanguis in orbe
Noſter erit, ſemper pallebit Regia Bocchi.
Jungantur ſpoliis Firmi Gildonis opima.
Exornet geminos Mauruſia laurea currus.
Una domus toties una de gente triumphet.

Dî

quindecim alii, niſi quod in Regio, *dementia.* noſter Bello Getico 380.

Tantane vox, inquit, Getici fiducia belli
Erigit? hinc animo fruſtra tumuiſtis inani?

Valer. Flacc. I. 198.

Sed non ſponte feror, nec nunc mihi jungere montes
Mens tumet.

quod in *tamen* fruſtra mutant. Lib. II. 103.

—— *nec enim alma videri*
Jam tumet, aut tereti crinem ſubnectitur auro.

ita locum vexatiſſimum corrigendum puto. noſter initio Conſ. Manl. *plauſuve tumet clareſcere vulgi.* quomodo vetus liber. Statius Lib. I. Achill. 348.

—— *veſtesque latentes*
Diducit, ſpirantique tumet componere crimen.

ita teſtatur ſe in vetuſto codice inveniſſe Clar. Gronovius. vulgati, *ſtudet.* ſic & *fremere* cum infinitivo apud eundem Statium Achilleide,

—— *non aſpera praebet*
Ora lupis, dominique fremit captivus inire
Imperia. quomodo vetus exemplar. multi alii, *gemit.* vulgati *negat.* vulgatum *tenuit fiducia Mauros* ex illo Virgiliano poteſt defendi Lib. I. Aeneid. 132.

Tantane vos generis tenuit fiducia veſtri?

HEINS. Et Lib. III. de Rapt. 99. *Tantane te noſtri tenuere oblivia.* in Vicet. erat vitioſe, *deviſtas tumuit fiducia Mauros.* & in Oxon. *deviſtis timuit fiducia Mauris. deviſtis tumuit f. Mauris* Wolff.

333. *Firmumne*] Sic excuſi, quod ut gloſſema ſit vereor idcirco, quia in MS. mei contextu continetur, *fratremne*, & inter lineas, ideſt *Firmumne*, de quo roſius Lib. VII. cap. 30. DELR. Hic tyrannus adeo fidens animi vel impudens fuit, ut purpuram indueret. Exſtat numnus ejus faciem praeferens cum hac inſcriptione: DN. FIRMUS. P F. AUG. hunc Theodoſius Comes debellavit. Hiſtoria eſt ejusmodi ex Marcellino: cum Zama a fratre Firmo peremptus eſſet, Romanus apud Valentianum de vindicta relationem inſtituit. At Maurus, ne ut contumax condemnatus occideretur, ab imperii ditione deſcivit. ad quem abolendum cum Comitarenſi auxilio miſſus eſt hic Theodoſius. Gildo vero Firmi frater, adhaeſit partibus Theodoſi, cum Maſcizel, Dius, & Salmaces dominus Firmo fratri militarent, quibus favit Cyria ſoror, abundans divitiis, quam praecipue veritus Theodoſius, ſtetit intra pudorem cedendi & ardorem pugnandi, ita tamen ut crebritate certaminum hoſtes attriverit. Firmus autem conſulto crapulentus ad mortem ruit voluntariam, cujus caput Theodoſio oblatum eſt. de hac tamen proſapia honorifice ſenſit D. Hieronymus in Epiſt. propter fidem orthodoxam ab iis ſuſceptam in Africa, ubi amplum habuere patrimonium. CLAVER. tres *fratremne.* cum gloſſa, *Firmum.* HEINS.

335. *Rurſus habent*] *avent* corrigit ſecundis curis Barthius. HEINS.

336. *Fata*] *facta* Oxon. Loyan. marg. Iſingr. *ne fata* Vicet. & Parm. *non* Ald.

337. *Senex*] *ſenes* Oxon.

339. *Rebellem*] *rebelles* Oxon. uterque. Leid Lovan. Voſſ. Wolff. Vicet. Parm. Junt. Ald. Colin.

341. *In orbe*] *in urbe* Oxon.

342. *Pallebit*] *parebit* Voſſian. prior & alter a m. ſec. *Bocbi* Lovan. *Bocci* Vicet. *Boci* Parm. *Bacchi* Wolff. a m. pr.

Dî bene; quod tantis interlabentibus annis
Servati Firmusque mihi, fraterque nepoti.
Dixit, & adflatus vicino ſole refugit.
At juvenem ſtimulis inmanibus aemula virtus
Exacuit, jam puppe vehi, jam ſtagna ſecare
Fervet, & abſentes invadere cuſpide Mauros.
Tum jubet acciri ſocerum, dextramque vocato
Conſerit, & quae ſit potior ſententia, quaerit.
Per ſomnos mihi, ſancte pater, jam ſaepe futura
Panduntur, multaeque canunt praeſagia noctes.
Namque procul Libyco venatu cingere ſaltus,
Et juga rimari canibus Gaetula videbar.
Maerebat regio ſaevi vaſtata Leonis
Incurſu. pecudum ſtrages, paſſimque juvenci
Semineces, & adhuc infecta mapalia tabo,
Sparſaque ſanguineis paſtorum funera campis.

Ad-

346. *Annis*] *armis* Lovan.

347. *Servati*] *Servatus* Wolff.

348. *Dixit & afflatus*] *affatus* Livinejus notis in Propertium IV. 7. 91. legi jubet, quomodo & in ora codicis ſui idem notarat. quod Tholoſanus liber confirmat. nihil mutandum tamen. umbra Anchiſae Lib. V. Aeneid. 798.

Jamque vale. torquet mediis nox humida curſus,
Et me ſaevus equis Oriens afflavit anhelis.
Dixerat; & tenues fugit, ceu fumus, in auras.

quae noſter procul dubio reſpexit. Idyllio de Phoenice, *longeque coruſcis Nox afflata rotis.* Statius Theb. X. 323.

Afflatusque fugit curru majore Bootes.

hoc eſt curru ſolari. extremum noctis enim a Statio illic deſcribitur. HEINS.

350. *Puppe*] *quippe* Lovan.

351. *Abſentes*] Vide ad illa Petronii cap. CXXIII. *abſentem telis interficit boſtem.* & ad Val. Flacc. III. 589.

Frangit & abſentem vincuis ſub dentibus boſtem. BURM.

352. *Tum jubet*] *Tunc* editi plerique. quod Barthio olim placebat, peculiari quadam energia. *Cum* Leid.

353. *Potior*] Meus liber, *melior.* DELR. Nihil muta. Horat. Epod. XVI. 17. *Nulla ſit hac potior ſententia.* Virgil. IV. Aeneid. 287.

Haec alternanti potior ſententia viſa eſt.

ita *melius & potius* commutant ſcripti codices apud Valer. Flacc. III. 298. & alibi BURM.

354. *Sancte pater*] *care* Lib. Barth. *tam ſaepe* Wolff.

356. *Namque*] *Jamque* MS. Pulman. & Barthii, qui probavit in priori editione.

Venatu cingere ſaltus] *viſus deſtringere ſaltus* prim. Vatic. Iſingr. & quinque alii ex noſtris. latet aliquid, nam *viſus* ferri non poteſt, cum *videbar* mox ſequatur. an *viſu deſtringere*? ſic & Rutilius caſtigandus Itinerarii libro ſecundo, ſub initium, ubi pari modo *cingere* nunc circumfertur:

Italiam rerum dominam qui ſtringere viſu,
Et totam pariter cernere mente velit.

poſſet & legi, *venatu ſtringere.* noſter infra vs. 371.

—— *quaecumque meo gens barbara nutu*
Stringitur, advenias.

Lib. II. in Stilich. 273.

Tranvebitur Thuſcus, Apenninusque volatu
Stringitur.

VI. Conſ. Honor. 288.

—— *populos complectitur omnes*
Italiae, geminumque latus ſtringentia longe
Utraque perpetuo diſcriminat aequora tractu.

HEINS. Sed nihil video abſurdi in *cingere ſaltus.* ut & loquitur Virgil. IV. 121. & *circumdare* Eclog. X. 57. & I. Georg. 140. indagine nimirum cingebantur ſaltus. ſic & Ovid. VII. Met. 766. *latos indagine cinximus agros. ſtringere* vero *venatu* inauditum, & notaret leviter & quaſi in tranſitu ſilvas pererrare, quod nec τῷ *rimari*, nec ſequentibus, ubi tot ſtrages Leonis memorantur, cujus latebras rimabatur, convenit. BURM.

359. *Juvenci*] *viventi* Vicet. vitioſe.

360. *Et adhuc*] *ſed adhuc infecta* Leid.

363. *Di-*

Digitized by Google

Adgredior latebras monſtri, mirumque relatu
Conſpicio. dilapſus honos: cervice minaces
Defluxere jubae. fractos inglorius armos
Suppoſuit, ſervile gemens, ingeſtaque vincla
Unguibus, & ſubitae collo ſonuere catenae.
Nunc etiam paribus ſecum certare tropaeis
Hortator me cogit avus. quonam usque morati
Cunctamur? decuit pridem conplere biremes,
Et pelagi ſuperare minas. transmittere primus
Ipſe paro. quaecumque meo gens barbara nutu
Stringitur, adveniat. Germania cuncta feratur
Navibus, & ſocia comitentur claſſe Sugambri.
Pallida tranſlatum jam ſentiat Africa Rhenum.
An patiar tot probra ſedens: juvenisque relinquam,
Quae tenui rexique puer? bis noſter ad Alpes
Alterius genitor defenſum regna cucurrit.
Nos praedae faciles inſultandique jacemus?

Fi-

363. *Dilapſus*] *delapſus honor* Oxon.

364. *Fractos*] *fractosque* Lovan. & edd. Parm. Junt. Ald. Colin.

365. *Injectaque vincla Unguibus*] *ingeſtaque* ſeptem ſcripti. bene. IV. Conſ. Honor. 552. *ingeſto criſpatur purpura vento. incenſa* Helmaeſtadienſis. HEINS. parum refert, ſed *injicere vincula* uſitatius. ita Ovid. IX. Met. 77. *& ſummo dignatorum vincula collo Injicit.* & ita Livius, Cicero, & alii paſſim. *incenſaque* Wolf.

366. *Collo ſonuere*] Vicet. *collo ſubire.* vetus liber, *collo ſubiere.* ego, *collum ſubiere.* DELR. *collo ſubiere* duo Oxon. & duo Leid. Lovan. & Wolf. *collo ſubire* Vicetin.

367. *Hortator me cogit*] Vet. cod. *hortatu*, idque Vicetini ſervarunt DELR. Alii, *Hortatu. Hortatu me tangit* prior Leid. venuſte, pro *quonam usque remati*, olim *remiſſi* legebam. ut II. in Eutrop. 202. *me nimium junxere remiſſo Fata viro.* quod confirmavit poſtea Rottendorphianus liber. *poſito remiſſa ludu* apud Statium II. Silv. VII. 39. prior Moreti & Farneſianus, *morati.* paulo poſt *pelagi minas*, non *moras*, ſcripti plerique. Lucan. lib. IV. 454. *nubila nusquam Undarumque minae.* aliter tamen prim. Vatic. HEINS. *minas* etiam Wolf. ita *minax aequor* Ovid. Epiſt. XIX. 85. BURM.

370. *primus*] *pinus* Voſſ.

371. *Quaecumque*] *quaecumque* Lovan. a m. prim. Ald. & MOX, *adveniens* Lovan. *quocumque* Vicet. Parm.

372. *Germania tota feratur*] *cuncta* Gyrald. prim. Vatic. & quatuor alii. ſic alibi *cuncta vaſtatas* & Lib. II. in Eutrop. 478. *unaque cuncta Porta manet generi.* Apulej. Metam. III. *Nam cum fere jam tertia vigilia ſcrupuloſa diligentia cunctae civitatis oſtiatim ſingula conſiderans circumirem.* ita legendum. paulo ante dixerat: *Neque parva res, ſed pacem cunctae civitatis reſpiciens.* Lib. VIII. *Civitas cuncta vocatur ſtudio viſionis.* ita probe veteres libri. ~~ὰ~~ *cuncta* perperam a vulgatis abeſt. HEINS. ita *omnis Italia, omne Latium*, Floro & aliis. ſed rarius hoc ſenſu *cunctus*, ut *cuncta Cyclas* Sil. IV. 247. ita *cuncta tellus* Conſ. Mall. V. 49. BURM.

373. *Comitentur*] *comitantur* Wolff.

374. *Rhenum*] *renum* Lovan. & MOX, *en patior* idem & Vicet.

377. *Ulterius*] Quamquam ſic etiam MS. ego tamen cum quibusdam lego *Alterius*, Valentini videlicet & Gratiani. DELR. Theodoſius Imp. princeps grati animi, & memor Valentianum juniorem fratrem Gratiani (a quo diadema Orientis accepit) vi armata in integrum reſtituit Maximo interfecto, dein ſecundo Alpes fregit ipſius ulciſcendi cauſa, & debellaturus Eugenium. unde Sidonius Carm. V. 354.

Poſtquam Theodoſius communia jura fugato
Reddidit auctoris fratri, cui guttura fregit
Poſt in ſe vertenda manus.

manus illa fuit Arbogaſtis, qui Valentinianum creditur ſtrangulaſſe. CLAVER. *Alterius* Iſingr. & ſeqq.

378. *Nos praedae faciles inſultandique jacemus*] *inſultandaeque* Palatinus. HEINS. *inſultantique* Oxon. duo. Leid. Vicet. Parm. (qui & *praedo*) Junt. Ald. Colin.

Finierat. Stilichon contra cui talia reddit:
Adverſine tubam, Princeps, dignabere Mauri?
An feret ignavus clari ſolatia fati,
Te bellante mori? decernet Honorius inde,
Hinc Gildon? prius aſtra Chaos miſcebit Averno.
Vindictam mandaſſe ſat eſt. plus nominis horror,
Quam tuus enſis aget. minuit praeſentia famam.
Qui ſtetit, aequatur campo, collataque neſcit
Majeſtatem acies. ſed quod magis utile facto,
Atque hoſti gravius, ſenſus adverte, docebo.
Eſt illi patribus, ſed non & moribus, iſdem
Maſcezel; fugiens qui dira piacula fratris,

Spes-

Colin. dubitari poteſt, an *praedae* ſit dativi caſus, ut *faciles praedae* ſint expoſiti praedae, qui facile poſſunt eſſe praedae. vid. ad Val. Flacc. I. 151. an per appoſitionem, *nos, praedae faciles.* quo fere ſenſu dixit Statius II. Achill. 345. *raptori faciles monſtrantur Amyclae.* id eſt inbelles, nec quae reſiſtere poſſunt. ego prius probo, quia ſi hoc voluiſſet, uſitatiori modo debuiſſet eſſe, *nos praeda facilis*, ut loquitur II. in Eutrop. 565. Ovid. VIII. Ep. 66.

Tantalides matres apta rapina fumus.

& mox v. 82.

Ecce Neoptolemo praeda parata fui.

I. Art. 125.

Ducuntur raptae, genialis praeda, puellae.

& ita ille centies. & hinc egregie firmat Codicum MSS. lectionem *caetera opinam praedam fore* apud Curt. IX. I. doctiſſimus Snakenburgius. Ipſe noſter III. in Laud. Stilich. 342. *gaudensque vidi Tantae praeda Deae.* III. de Raptu 145.

Ne furtum pateant homini, neu praeda celubris.

& de uno in ſingulari numero ſacpius. de voce *facilis* vid. ad Valer. Flacc. I. 151. & IV. 6. Burm.

380. *Tubam*] *tubas* Oxon.

381. *Afferet ignavus*] Lego, ſententia flagitante, *Auferet.* poteſt etiam ſic locus reſtitui: *'Afferet ignavo*, ſublata poſt *letbi* nota interrogationis. Sed magis prior emendatio placet. Porro cum non pauca ſint, quibus, ut neceſſariorum mortem, atque adeo noſtrammet, feramus leniter, praeſtatur: tum illud vel maxime, ſi fortium virorum manibus interempti fuerint. qua ratione Lauſum Aeneas ſolatur, *quia Aeneae magni dextra cadat.* legerat quippe Maro, hoc ipſo medicamento Neoptolemi dolorem a Sophocleo Philocteta lenitum; non ab hominibus Achillem interimi potuiſſe, ſed jaculatoris Apollinis ſagitta. quodque *'ἀσγνὸς* foret *ἐπεκτάσει χ' ὁ ἄναξ.* Delr. *Auferet ignavus* Raphelengius cum Iſingr. prim. Vatic. & Putean. vulgo, *Afferet.* Lego, *An feret.* poſſet etiam reponi, *Ut ferat ignavus?* quod indignantis eſt. *fati* etiam pro *letbi* prior Moreti. & *decernet* ſcripti omnes, & *Chaos miſcebis*, non *miſcebit* Palat. Heins. *Ac feret* Scalig. *At ferat* Barthii ed. prim.

382. *Decernet*] *decurret* Vicet. Parm. Ald. Junt. Iſingr. Pulm. & aliae.

383. *Prius*] *poſt* marg. Iſingr.

384. *Vindictam*] Sic, opinor, apud Tacitum raptabat Africam Tacfarinas, minatos bellum inexplicale, hunc vero contemnit Tiberius, ratus indecorum Principi, omiſſa urbe, ex qua in omnia regimen, adverſus minorem hoſtem progredi. Claver.

385. *Minuunt praeſentia famam*] *minuit* Gyrald. aliique complures. *utile facto* etiam non *facto* prim. Vatic. & multi ex melioribus. Heins. Vulgatum *minuunt* poſſet defendi ex Lib. II. in Eutrop. 51. *ſuadentque brevem praeſentia famam.* ſed praeſtat alterum. *agat* Voſſ. Burm.

387. *Facto*] *factu* Vicet. & Ald.

389. *Eſt illi patribus*] Inepte vulgo *paribus*, iisdem parentibus. *idem* pro *iſdem* prim. Vatic. atque nonnulli, & *paternus* pro *patribus.* Heins. Scio *patres* dici de duobus, patre & matre; ſed dubito an non praeſtet *patria.* Afros enim perfidos & bilingues antea egregie deſcripſit. numerus etiam ſuavior erit. Burm.

390. *Macezer*] Alii, *Maſcezer.* vetus liber vel. *Majceber*, vel, *Maſcezes.* Oroſio dicitur *Maſcezil.* Ammiano Marcellino *Maſcizel.* Jornandi *Maſcelzer.* Delr. Praeclarum inventum Stilichonis, qui deſtitutus occaſione belli indicendi, Principis Honorii nomine, quod ſine Arcadii offenſa non poterat, hunc Maurum juſto dolore, ſed privata injuria accenſum in fratrem Gildonem, cum valida manu

quaſi

Digitized by Google

Spesque ſuas vitamque tuo conmiſit aſylo.
Hunc ubi tentatis fruſtra mactare nequivit
Inſidiis, patrias in pignora contulit iras;
Et quos ipſe ſinu parvos geſtaverat, una
Obſtruncat juvenes: inhumataque corpora vulgo
Diſpulit, & tumulo cognatas arcuit umbras:
Naturamque ſimul, fratremque, hominemque cruentus
Exuit, & tenuem caeſis invidit arenam.
Hoc facinus refugo damnavit Sole Mycenas,
Avertitque diem. ſceleri ſed reddidit Atreus
Crimen, & infandas excuſat conjuge menſas.
Hic odium, non poena fuit. te prodita jura,

Te

quaſi ſummiſit: unde victor reverſus eſt. at non multo poſt Maſcizel in ponte quodam ambulans, ſigno a Stilichone dato, in aquam detruſus eſt. quod factum Chriſtiani quidam juſto Dei judicio adſcribunt, Zoſimus invidiae. At Gildo in breve coactus ſibi ipſi manus intulit. hic autem rei ſucceſſus fuit, cujus gloria Stilichoni tribuitur in veteri Inſcriptione, quae ſub ejus ſtatua: *Fl. Stilichoni Illuſtriſſ. Viro, Magiſtro equitum peditumque, Comiti domeſticorum, Tribuno Praetoriano, & ab ineunte aetate per gradus clariſſimae militiae ad columen gloriae ſempiternae & regiae affinitatis evecto, progenero D. Theodoſii, comiti D. Theodoſii in omnibus bellis atque victoriis, & ab eo in affinitatem regiam coptato, itemque ſocero D. N. Honor. Aug. Africa conſiliis ejus & proviſione liberata ex* S. C. CLAVER. *Maſcezel* Gyrald. prim. Vatic. excerpta Laeti, aliique nonnulli cum Aldo. mira diverſitas hujus nominis in ſcriptis. *Maſcetes* in Schedis Gudianis. vulgo *Macezer. Maſcezilem* vocat Oroſius; ſed ſcripti meliores ibi quoque *Maſcezel*, ut hic. & ſic Marcellinus in Chronico. apud Ammian. Lib. XXIX. *Maſcizel* eſt Jornandi & P. Diacono *Maſcelzer. Maſcelzel* Monacho Altiſſiodurenſi. Zoſimo Μασιζήλ corrupte. HEINS. *Maſcelzes*, & in margine, *Maſſacates* Lovan. *Mazelcer* Oxon. *Maſcezes* vel *Maſſagetes* Leid *Maſtezel* eſt in Ald. editione. *Maccizel* Raphel. *Maſſetes* vel *Maſcezes*, *Maccezes* Oxon. alter. *Macezel* Vicet. Parm. & aliae.

Dira] *dura* Oxon. Aldus diſtinguit, *Maſtezal fugiens: qui dira* &c.

391. *Spesque*] *Spemque* Ald.

392. *Tentatis*] *mactatis fruſtra tentares* Voſſ.

394. *Quosque manu pueros parvos*] *Et quos ipſe ſinu parvos* Gyraid. prim. Vatic. & quinque alii. tres itidem, *Et quos ipſe manu*. duo, *Quosque ſinu pueros*. hinc proverbium *in ſinu aliquem geſtare*, & *in ſinu ferre*. pro *Occidit*, recte idem Gyrald. prim. Vatic. & quinque alii, *Obtruncat*, quo verbo frequenter uſus eſt Virgilius. HEINS. de *in ſinu ferre* vide ad Ovid. III. Faſtor. 218. de variatione vero iſta librariorum in *pueros* & *parvos* ad Lib. II. Faſtor. 485. *ima* pro *una* Leid. niſi *pueros* offenderet, vulgata lectio ex Terent. in Adelph. *quem ego puerum tantillum manibus geſtavi meis*, firmari poſſet, quem locum Barthius adducit. vide & Bell. Getic. 494. BURM.

395. *Inhumataque*] Foret per facile ſi λειτολογῶ velim, praeter ea teſtimonia, quae Dion. Lambinus in Comment. Horat. coëgit, infinita ſcriptorum diverſorum loca adducere, quibus doceretur, veteres horribile putaſſe, humanum cadaver inhumatum jacere. DELR.

396. *Arcuit*] *arguit*. Lovan.

400. *Avertitque diem ſceleri*] Seneca Thyeſt. *Hoc eſt quod Deos pudiuit. hoc egit diem Averſum in ortus.* & act. IV. ejusde *O Phoebe patiens fugeris retro licet, Medioque raptum merjeris coelo diem: ſero occidiſti.* in his verſibus *raptum* emendavi ex Thoſ. MS. cum *ruptum* in Gryphii editione contineretur. DELR. *Sceleris* duo Oxon. & totidem Leid. ſed *avertuque diem ſceleri* Lovan. Wolff. Vicet. Parm. Ald. Junt. Iſingr. Colin. Gryph. Raphel. Barth. & aliae. & poteſt recte explicari; nam & *avertere* cum dativo conſtruxit Statius v. Silv. III. 59.

Praecineretn genitum, cui te nec Cerberus omni
Ore, nec Orpheae quirent avertere leges.

dubium an dativo an ablativo junxerit Seneca Phoen. 540. *nefandas moenibus patriis faces averte.* pro a moenibus. *reddere crimen* vero per ſe ſufficit, pro ſcelus ſceleri repoſuit, vel ſcelus vindicavit ſcelere. vide ad Petron. LVIII. ſic Sedulius Lib. II. vs. 20. *culpas ignoſcere promptus, Reddere difficilis.* pro punire, penſare poenis. vide & hic Barthium. BURM.

402. *Hic odium*] Ita ſcripti multi. prim. Vatican. aliique complures, *Hinc*. quidam etiam, *Hoc*. vulgo, *Hic*. Barthius *Huic*. & ſic quintus Vaticanus. HEINS. *Huic* etiam Ald. & Gryph.

Jam

Te pater ultorem, te nudi pulvere Manes,
Te pietas polluta rogat. ſi flentibus aram,
Et proprium miſeris numen ſtatuiſtis Athenae:
Si Pandionias planctu traxere phalanges
Inachides, belloque rogos meruere maritis:
Si maeſtae ſqualore comae, lacrimisque Senatum
In Numidas pulſus ſolio conmovit Adherbal:
Hunc quoque nunc Gildon, tanto quem funere merſit,
Hunc doleat veniſſe ducem, ſeſeque minorem
Supplicibus ſciat eſſe tuis. quem ſede fugavit,
Hunc praeceps fugiat: fregit quem clade, tremiſcat;
Agnoſcatque ſuum, trahitur dum victima, fratrem.
Haec ubi ſederunt genero; notiſſima Marti
Robora, praecipuos electa pube maniplos
Diſponit, portuque rates inſtaurat Etruſco.

Her-

Jura] *vita* Wolff. eadem differentia II. in Eutrop. 555. *perdita jura* Barthius.

404. *Flentibus aram*] Aram miſericordiae, quam Pauſanias ſcribit in foro Athenienſium fuiſſe conſtitutam. Eumenius Rhetor, *inde eſt*, inquit, *quod Athenienſis humanitas aram miſericordiae inſtituit* DELR. Eumenius Rhetor, *Athenienſis humanitas aram miſericordiae inſtituit*. id confirmat Pauſanias. CLAVER.

405. *Numen ſtatuiſtis Athenae*] *numen* recte Barthius, quomodo & ſcripti omnes. *βωμὸς ἱλαὶς* Athenis, cujus Pauſanias, Theophilus ad Inſtitutiones, alii meminerunt. Cicero etiam, teſte Scholiaſte Statii XII. Theb. 481. ſed locus ille vulgo corruptus. *Si proprium numen*, non, *Et*, quintus Vatic. paulo nervoſius. paulo ante, *prodita jura*, non *perdita* alter Moretl. placet. ſic *prodita jura Senatus* Lucan. IV. 801. HEINS. *numen* etiam Wolff. & Vicet.

Inachides] Vide Euripid. *ἰναχίδ'*. DELR. *Inachidae* Wolff.

407. *Rogos meruere maritis*] prior Moreti, *maritis*. Lego *inaritos*, pro maritales. ſic Evadne Ovidio dicta *Auſa maritales vivâ ſubire rogos*. & noſtro Laude Serenae V. 13.

Caſta maritali ſucceſſit Thеſſala buſto.

ibid. v. 166. *curru Piſaea marito Fugit tela Pelops*. ſic enim ſcribendum, non *marino*. *mariti ignes* apud Statium Theb. VIII. quod male codices mutant. & *maritum foedus* Theb. XII. Ovid. Epiſt. XIV. 19.

Quam tu caede putas fungi potuiſſe marita.

ſic legendum, cum veterrimus liber *marito* exhibeat. de quo pluribus ad illum locum. Martial. IV. Epigr. XXXI. 5.

Arſerit Euadne flammis injecta maritis.

nam ita & illic emendandum puto. HEINS.

408. *Si maeſtas ſqualore comas*] Barthius *maeſtae comae*. Aldus & ſcripti plerique, *maeſto ſqualore comae*. Puteaneus, *ſparſae comae*. Lego, *paſſae*. de qua voce pluribus ad Ovidium. poſſet & legi, *maeſta ſqualore coma*, quod Claverianam editionem occupavit. *maeſtas comas* eleganter dici monui ad Maronem Aeneid. XI. 35. *maeſta ſqualore coma* etiam corrigebat Freinshemius ad Flor. III. 1. HEINS. In Aldina mea eſt, *maeſtas ſqualore comae*. ſed Silius Ital. III. 541. *rigidaeque comae ſqualore perenni*. ita ut *comae maeſtae ſqualor* hic etiam poſſit defendi. forte etiam *Numidam* praeſtaret, ut Jugurtha intelligatur. ita Florus III. 1. *Beccbum jure ſanguinis Numidam vindicantem cecidit*. BURM.

409. *Pulſus ſolio*] *pulſus ſocios* Leid. a m. pr. & duo alii.

Adherbal] v. l. Claudiani & Salluſtii, *Atherbal*. DELR.

410. *Nunc*] Meus MS. *Hunc*, non hoc loco tantum, ſed duobus etiam ſequentibus. DELR. *Hunc* primo loco Aldus. *Nunc* ter Vicet. Parm. Junt. Iſingr. & aliae. & codices variant inter ſe. cauſam dixi ſupra vs. 286.

412. *Supplicibus*] *ſuppliciis* Vicet.

413. *Praeceps*] *Princeps* Oxon. a m. 2. *tremeſcat* Vicet. *tumeſcat* Junt. Ald. Colin.

414. *Dum*] *cum* Leid.

416. *Pube*] Meus MS. *plebe*. DELR. *plebe* Voſſ. Lovan. ut ſupra 185.

417. *Diſponit*] *Diſpoſuit* Leid.

418.

Digitized by Google

Herculeam ſuus Alcides, Joviamque cohortem
Rex ducit Superûm: premitur nec ſignifer ullo
Pondere: feſtinant adeo vexilla moveri.
Nervius inſequitur, meritusque vocabula Felix,
Dictaque ab Auguſto legio, nomenque probantes
Invicti, clipeoque animoſi teſte Leones.
Dictis ante tamen Princeps confirmat ituros
Aggere conſpicuus. ſtat circumfuſa juventus
Nixa haſtis, pronasque ferox adcommodat aures:
Gildonem domitura manus, promiſſa minasque
Tempus agi. ſi quid pro me doluiſtis in armis,
Oſtentate mihi. juſto magnoque triumpho
Civiles abolete notas. ſciat orbis Eous,
Sitque palam, Gallos cauſſa, non robore, vinci.
Nec vos, barbariem quamvis collegerit omnem,
Terreat. an Mauri fremitum, raucosque repulſus
Umbonum, & veſtros paſſuri comminus enſes?

435. Non

418. *Herculiam*] Ita vetus Codex, non *Herculeam* aut *Heracleam*. DELR. Hic vero intellige cohortes a Maximiano Herculio, & a Diocletiano Jovio, inſtitutas, alias Herculiani & Joviani milites dici queant. de his vero denominationibus vide veteres Panegyres Imp. P. dictas. CLAVER. *Herculeam* omnes fere ſcripti. *Heracleam* Iſingr. Pulm. Colin. Gryph. *Jovinamque* Oxon. *Joniamque* Vicet. Parm. Iſingr. Colin. Pulm. forte fulminatricem intelligi credebat Barth. & Heinſ. de qua Val. Flacc. VI. 56. BURM.

420. *Feſtinant adeo*] Cum vero non niſi difficulter vexilla movebantur, inſignem aliquam exercitui cladem imminere, ſummi omnium obſervatores Romani credebant, inducti iis quae primum C. Flaminio, poſt M. Craſſo evenerunt. DELR.

421. *Felix*] Ideſt, opinor, Felices Honoriani juniores, de quibus Notitia. CLAVER.

422. *Dictaque ab Auguſto legio*] Nempe Honoriana. DELR. Legio, ni fallor, Flavia Theodoſiana, niſi malis Auguſteos. CLAVER.

423. *Invicti*] *Invicto* Vicet. Parm.

424. *Confirmat*] *informat* Oxon.

428. *Tempus agii*] *agi* Moreti codex cum Schedis Gudianis. vide notas ad Lib. I. de Rapt. 219. deinde *doluiſtis*, non *meruiſtis*, omnes libri. HEINS. *tempus age* Vicet. Parm. Iſingr. Colin. Gryph. vide ad Virgil. V. 638. *ſi quid Romae meruiſtis* marg. Iſingr. *doluiſtis* Wolff.

430. *Civiles abolete*] Honorius Imp. hortatur milites ad praelium futurum, eosque monet, ut notam ſeu dedecus in comitatu Maximi vel Eugenii adquiſitum, fide ac virtute aboleant. ſic Bell. Getic. 562. *Expurgate nefas*. CLAVER. *abolete neces* marg. Iſingr. ſed ita Lib. I. in Eutrop. 486. *Regales averte notas. Imbelles abolete notas* Vicet. quod non de nihilo. BURM.

Sciat orbis] *ſciat omnis Eous* Leid.

431. *Gallos*] De Inalpinis & Subalpinis id accipe, ac vide Livium & Florum. Gallicus exercitus, qui omnium in Occidente fortiſſimus, hic intelligitur. B. Ambroſius in oratione funebri Theodoſii: *Conſtantinopolis exſpectabat totius orbis Imperatorem ſtipatum Gallicano exercitu, & totius orbis ſubnixum viribus; ſed hunc Angelorum caterva deducit, ſanctorum turba proſequitur.* Gallos vero Julianus Imperator praefert Romanis audacia. Sane ſunt, ut qui minime, duplices. Strabo τὸ σῶμα τῶν Γαλάτων ἁπαλὸν. ſed iis facile ob coeli temperiem dentes pruriunt, unde Sulp. Severus, *in Gallis edacitas, in Graecis gula eſt*. quare pigri etiam audiunt apud Servium, quod locum forte habeat a coena. Idem obtigit Cretenſibus. Atqui gens Gallica nulli nationi cedit vel armis, vel arte qualibet. CLAVER.

Cauſſa] Hujus rei ſunt infinita exempla. Ovid. (I. Art. 201.) *Vincuntur Parthi cauſa, vincentur & armis.* Propert. *Frangit & attollit vires in militе cauſa.* ait vero gentem Gallicam invictam eſſe robore, nec niſi cauſa legitima diſtituantur, eſſe domabiles, eſtque haec vere pia ſententia, & apud optimos auctores ſatis obvia. CLAVER.

432. *An Mauri*] *aut Mauri* Vicet. Parm. Junt. Iſingr. Ald. Pulm. & alii editi. *an Mauri fremitum tantaque* Wolff.

434. *Umbonum & noſtros*] *veſtros* Gyrald. prim. Vatic.

Non contra clipeis tectos, galeisve micantes
Ibitis. in ſolis longe fiducia telis.
Exarmatus erit, quum miſſile torſerit, hoſtis.
Dextra movet jaculum. praetentat pallia laeva.
Cetera nudus eques. ſonipes ignarus habenae:
Virga regit. non ulla fides, non agminis ordo.
Arma oneri, fuga praeſidio. connubia mille.
Non ulli generis nexus, non pignora curae;
Sed numero languet pietas. haec copia vulgi.
Umbratus dux ipſe roſis, & marcidus ibit
Unguentis, crudusque cibo, titubansque Lyaeo,
Confectus ſenio, morbis ſtuprisque ſolutus.
Excitet inceſtos turmalis buccina ſomnos,
Inploret citharas, cantatricesque choreas,
Offenſus ſtridore tubae: diſcatque coactus,
Quas vigilat Veneri, caſtris inpendere noctes.
Nonne mori ſatius, vitae quam ferre pudorem?
Nam quae jam regio reſtat, ſi, dedita Mauris
Regibus, Illyricis adceſſerit Africa damnis?
Jus Latium, quod tunc Meroë, rubroque ſolebat
Oceano cingi, Tyrrhena clauditur unda?
Et cui non Nilus, non intulit India metas,

Ro-

Vatic. alii multi. bene. idem Vatic. *fremitum*, non *fremitus*. quod & alii nonnulli confirmant. idem codex, *gladiisque micantes*, non *galeisque*. Palatinus, *galeaque*. Oiſelianus, *radiisque*. HEINS. *Umbrorum* Oxon. a m. pr. *Umbone* Vicet. *gladii* vero & *galeae* ſaepe commutantur. ſic apud Ovid. XII. Met. 466.

Qui clipeo, galeaque, Macedoniaque fariſſa.

ubi alii *gladio*. vide notas. & ad Val. Flacc. VI. 183. BURM.

435. *Clipeis*] *Clipeo* Mediceus, quod mollius. HEINS. *Non etiam clipeis* Wolff. a m. pr.

436. *Longe*] vide ad Lucan. V. 576. male Heinſius ſupra ad vs. 234. pro *longum* cepit. male etiam Barthius *longe tela* ex longinquo utilia. BURM.

438. *Praetentat pallia laeva*] loco clipei. vide ad Petron. cap. LXXX.

440. *Virga regit*] Vide plane Silium (I. 117) & Auſonii gratiarum actionem de Imp. Gratiano equitandi peritiſſimo. CLAVER.

441. *Arma oneri*] Vegetius: *Non de pugna ſed de fuga cogitant, qui in acie nudi exponuntur ad vulnera: neceſſe eſt autem ut dimicandi ſumat audaciam, qui munito capite & pectore non timet vulnus.* CLAVER.

442. *Non illis*] *Non ulli* meliores ſcripti. HEINS. *generis ſexus* Oxon.

443. *Numero languet pietas.*] Ovidius (Remed. 444.) *Alterius vires ſubtrahit alter amor.* CLAVER.

haec copia vulgi] Interpres Regius explicat: haec eſt facultas vulgi. ſed *haec* pro talis, ea, ponitur. talis eſt multitudo, plebs, nunc de duce aget. *copia* etiam ſinguläri numero dici ſolet, ut multi jam docuerunt. BURM.

444. *Dux ipſe*] *Rex* Oxon.

445. *Crudusque*] *nudusque* Vicet.

447. *Inceſtos*] *infeſtos* Oxon. pro varia lectione. *Excitet* Wolff.

448. *Choreas*] *fororeſ* Oxon. a m. pr. *ſaltatricemque cohortem* Medic. de quo cogitandum. *Offenſus* Oxon. *Quas jugulat* Vicetin. vitioſe.

452. *Si dedita*] *non debita* Oxon.

454. *Jus Latium*] Omnis antiquitatis peritus poëta *jus* pro imperio & poteſtate poſuit, quod Juriſconſultis perquam familiare eſt. DELR.

Quod tunc] *quod non* Heinſius in ora codicis. recte, ut mox, *non Nilus* &c. ubi *cui jam Nilus* Oxon.

459.

Romani jam finis erit Trinacria regni?
Ite recepturi, praedo quem ſuſtulit, axem,
Ereptumque Notum. caput inſuperabile rerum
Aut ruet, in veſtris aut ſtabit Roma lacertis.
Tot mihi debetis populos, tot rura, tot urbes
Amiſſas. uno Libyam defendite bello.
Veſtros imperium remos, & veſtra ſequatur
Carbaſa. deſpectas trans aequora ducite leges.
Tertia jam ſolito cervix mucrone rotetur,
Tandem funereis finem poſitura tyrannis.
Omina conveniunt dicto, fulvusque Tonantis
Armiger ad liquidam, cunctis ſpectantibus, aethram
Correptum pedibus curvis innexuit hydrum.
Dumque reluctantem morſu partitur obunco,
Haeſit in ungue caput: truncatus decidit anguis.
Ilicet auguriis alacres per ſaxa citati,
Torrentesque ruunt. non mons, non ſilva retardat.

Pen-

459. *Ereptumque*] *Erectumque* Oxon.

460. *Ruet in veſtris*] *in noſtris* Cod. Barth. vid. ſupr. vs. 434. *ruet*, ut IV. Conſ. Honor. 624.

461. *Tot jura tot urbes*] Vetus liber, & vet. Germ. editio, *tot rura*. DELR. Lege *rura* cum prim. Vatic. aliisque nonnullis. vidit jam Cl. Barthius. HEINS.

463. *Sequatur*] *ſequetur* Leid.

465. *Solito cervix*] *cervix ſolito* editiones priores. *jubito* Oxon.

466. *Tyrannis*] *curamus* Wolff.

467. *Omnia*] ſcribe, *Omina*. DELR.

Fulvusque Tonantis] Vel hinc colligere quis poſſet, verborum ſatis proprium fuiſſe noſtrum. Ceterum haec comparatio vel ex Homeri Iliad. M. vel Ciceronis Mario, vel Virgilii Lib. XI. deſumta eſt. tribus enim illis locis habetur. DELR. *fulvisque* Wolff.

468. *Ad liquidam aethram*] *ab liquido aethra* undecim noſtri. ut Conſ. Manl. 116.

Cum jubito liquida ceſſantem vidit ab aethra.

alludit & Rottendorpianus, in quo, *obliqua aethra*. mox, *pedibus laevis*, non *curvis*, prim. Vatic. aliique nonnulli. Virgiliana imitatio eſt. qui Aeneid. XII. 247.

Namque volans rubra fulvus Jovis ales ab aethra
Litoreas agitabat aves, turbamque ſonantem
Agminis aligeri: jubito cum lapſus ad undas
Cygnum excellentem pedibus rapit improbus uncis.

Collectum pro *Correptum* Helmaeſtadienſis, aliique nonnulli. non male. de quo nos ad Maronem Lib. XII. 862. *Arreptum* ſchedae Gudianae. forte etiam corrigendum, *cuneis ſpectantibus*. ſollemni errore, ut jam alibi a nobis demonſtratum. Lib. II. in Ruſin. 351.

Hic ultrix acies ornatu fulgida Martis
Explicuit cuneos. III. Conſ. Honor. Aug. 142.
Ut ventum ad ſedes, cuneos diſcedere tectis
Dux jubet. Theodoſius Auguſtus enim ab exercitu domum deducebatur, ut praecedentia illic loci ſat evincunt. vulgo *cunctos*, & variant libri ſcripti. IV. Conſ. Honor. 622.

Auſi Danubium quondam tranare Gruthungi
In lintres fregere nemus. ter mille ruebant
Per fluvium plenos cuneis immanibus alni.

vide annotata IV. Conſ. Honor. 31. ubi *denſeri cuneos* habes ex Ammiano Marcellino adſtructum. HEINS. *Collectum* etiam Lovan. & Wolf. magis puto cum Claverio reſpexiſſe ad Virgil. XI. 751. hanc comparationem ex Homero deſumptam conponit cum Virgiliana Macrobius Lib. V. 13. vide & Ovid. IV. Metam. 362. Sil. XII. 55. & Horat. IV. Od. 4. de *cuneis* egit Heinſius ad Sil. Ital. IV. 146. vide infr. Bell. Get. 373. BURM.

469. *Hydrum*] Hoc omen fluxit ex Lib. XI. Aeneid. vel ex Iliad. M. CLAVER.

470. *Obunco*] *adunco* Oxon. Lovan. Voſſ. a m. prim. *abunco* Vicet.

473. *Retardat*] *retardat Pendula*: Ita diſtinguunt libri bonae notae, & Heinſius in edit. prim. ſed male.

Pendula ceu parvis moturae bella colonis
Ingenti clangore grues aestiva relinquunt
Thracia, quum tepido permutant Strymona Nilo.
Ordinibus variis per nubila texitur ales
Litera, pennarumque notis inscribitur aër.
Ut fluctus tetigere maris, tunc acrior arsit
Impetus, adripiunt naves, ipsique rudentes
Expediunt, & vela ligant, & cornua summis
Adsociant malis. quatitur Tyrrhena tumultu
Ora, nec Alpheae capiunt navalia Pisae.
Sic Agamemnoniam vindex quum Graecia classem
Solveret, innumeris fervebat vocibus Aulis.

Non

475. *Clangore*] perperam scripti plerique *clamore*. Stat. Theb. v. 13. de gruibus

——— *iliae clangore fugaci*
Umbra fretis arvisque volant.

& Theb. XII. 517.

Tunc bilari clangore sonant. apud Homerum quoque in simili comparatione κλαγγῇ γεγάασιν. Iliad. γ. Exstat & haec comparatio apud Oppianum Lib. I. Halieut. & Lucanum Lib. V. & Val. Flacc. Lib. III. 359. ubi *Arctos ad patrias* cum veteri libro, non *agros patrios* legendum. *patrium Aquilonem* Statius in hac comparatione dixerat. HEINS. Eadem discrepantia in *clamore* & *clangore* de Bell. Getic. 444. Ovid. XII. Met. 528. & alibi.

Grues] Vide Homeri Iliada de Graecis ac Trojanis sibi obviam euntibus, pugnandi animo. Vegetius: *Arritus non tolli debet, priusquam utraque acies se junxerit.* CLAVER.

477. *Texitur alis*] Durus ablativorum concursus. lege, *ales litera*, quomodo *ales planta* apud Silium VIII. 556. *ales plumbum* IX. 623. & *ales jaculum* Lib. III. & XVII. *ales arundo* apud Prudentium, & similia, pari modo peccatum Lib. II. in Stilich. 408.

——— *jam fama loquacibus alis*
Pervolat Oceanum linguis.

cum *ales* scribendum sit. inepte *alas famae loquaces* dari quis non videt? famam recte alatam fingit. sic ἔπεα πτερόεντα *alata verba* passim apud poëtas Graecos. de gruum litera Sympos. Aenigm. XXVI.

Litera sum coeli penna perscripta volanti.

male vulgo *volantis* Martial. Lib. IX. 14.

Quod penna scribente grues ad sidera tollant.

Idem in Xeniis Lib. XIII. 75.

Turbabis versus, nec litera tota volabit
Unam perdideris si Palamedis avem.

conscribitur etiam, non *inscribitur*, prim. Vatic. & Oiselianus. iidemque paulo ante, *nec mors aut fitus retardat.* HEINS. *inscribitur* non mutandum. vid. ad Virgil. I. Aeneid. 478.

478. *Litera*] Y Pythagoricum. DELR. Barthius Graecanicum Δ intelligit.

480. *adripiunt naves*] ut a terra in mare deducant. Valer. Flacc. I. 185.

481. *Expediunt*] vel *exsolvunt* Lovan.

Et vela legunt] *ligant* undecim scripti. quod placet. vela enim non leguntur, nisi cessante vento, aut post navigationem confectam. neque aliter prim. Vatic. pro diversa lectione. apud Stat. IV. Silv. IV. 89.

Thebais optato collegit carbasa portu.

apud Maronem Aeneid. III. 532.

Vela legunt socii & proras ad litora torquent.

Georg. I. 372.

——— *atque omnis navita ponto*
Humida vela legit.

Lucanus III. 44.

——— ——— *legere rudentes*
Et posito remis petierunt litora malo.

HEINS. Sed *ligantur* etiam vela, quum cessant a navigatione, & subducuntur. hic deduci debent ligata ad antennas & eorum extremitates, id est cornua ligari ad malos. *ligant* & *adsociant malis* idem fere opus nauticum notat, nisi prius intelligatur de infimis veli partibus, quas *pedes* vocant, & *adsociant* de summis. BURM.

483. *Pisae*] Urbs in Tuscia a Pisanis, qui Arcades erant, condita. Florus II. 2. de portu ejus urbis: *Portus ille marmoreus & fons celebratus Arethusae.* CLAVER. Atqui Florus ibi de Syracusis agit, non de Pisa. sed quia Arethusa cum Alpheo dicitur commercium habere, deceptus est vir doctus. BURM.

485. *Solveret*] *Solverat* edidit Raphelengius. sed omnes ante eum *solverat*. recte. in eo erat, ut solveret. BURM.

Vocibus] Clamore nautico. vid. Val. Flacc. I. 186. & Virgil. IV. Aeneid. 411. BURM.

486.

Non illos ſtrepitus, inpendentisque procellae
Signa, nec adventus dubii deterruit Auſtri.
Vellite, proclamant, ſocii, jam vellite funem.
Per vada Gildonem quamvis adverſa petamus.
Ad bellum nos trudat hiems. per devia ponti
Quaſſatis cupio tellurem figere roſtris.
Heu nimium ſegnes, cauta qui mente notatis,
Si revolant mergi, graditur ſi litore cornix.
Ora licet maculis adſperſerit occiduus Sol,
Lunaque conceptis liveſcat turbida Coris,
Et contuſa vagos jaculentur ſidera crines,
Imbribus humeſcant Haedi, nimboſaque Taurum
Ducat Hyas, totusque fretis deſcendat Orion;
Certa fides coeli; ſed major Honorius auctor.
Illius auſpiciis inmenſa per aequora miles,
Non Plauſtris Arctove regor. contemne Booten,
Navita: turbinibus mediis permitte carinas.
Si mihi tempeſtas Libyam ventique negabunt,
Auguſti Fortuna dabit. jam claſſis in altum
Provehitur. dextra Ligures, Etruria laeva
Linquitur, & caecis vitatur Corſica ſaxis.

Hu-

486. *Strepitus*] *trepidus* Wolff.

488. *Aut rumpite funem*] Vetus liber, *abrumpite*, & in unius margine, *aut rumpite*. Dela. Iſingr. & Mazar. *jam vellite*. duo alii, *jam rumpite*. prim. Vatic. & Patavinus cum Oiſeliano:

Vellite, proclamant ſocii, jam vellite funem.

ſane *vè ſolvite* minus concinnum, quia *ſolveret* praeceſſit, quamquam & id Latinis ſcriptoribus uſitatum. Virgil. Lib. III. Aeneid. 639. *fugite, atque a littore funem Rumpite*. idem & *convellere funem a terra* in Georg. I. 457. dixit. Lucan. V. 422.

Rumpite quae retinent felices vincula proras.

Heins. *Solvite jam ſocii clament, aut rumpite funem* Vicetin. & alii, niſi quod *clamant* Colin. quae eſt ſollemnis confuſio etiam apud Ovidium paſſim.

490. *Trudat*] *trudit* Oxon. duo. Leid. duo. Wolff. & ed. Vicet. *per caerula ponti* Patavin.

491. *Cupio tellurem figere roſtris.*] *cupidi tellurem figite* Farneſianus. Heins.

492. *Timida qui*] Vetus liber & Vicet. *cauta*. Dela. *cauta mente* vetus Codex, quod & Cujacius manu ſua notavit. rectiſſime, ni fallor. Claud. in Epigr. XXIV.

Verſiculos fateor non cauta mente notavi.

allas, *capta*, non male. Claver. *Capta* Jun. alt. *captos qui mente vocatis* Wolff. malim, *Heu ſegnes nimium cauta*. Burm.

493. *Si revolant*] *Si volitent* Leid. a m. s. ſed *revolant* eſt ex mari in terram volant, & *ficcum* ament, ut Lucan. V. 553. Burm.

494. *Adſperſerit*] *adſpexerit* Oxon. Leid. Lovan. Wolff. Vicet. *conſpexerit* Leid.

495. *Turbida Coris, Et confuſa*] Vetus liber, *turgida Coris, Et concuſſa*. Dela. Ita & alii, ſed fruſtra. *turbidae* Lunae opponit *puram* Virgilius & Avienus in Prognoſticis. Heins. *choris* Wolff.

496. *Et confuſa vagos*] Gyrald. & plerique ex noſtris cum Gudianis excerptis, *contuſa*. quomodo legendum monui ad vs. 22. Conſ. Olybr. alii, *concuſſa*. *confuſa* Farneſianus. Heins.

499. *Auctor*] *Actor* Wolff.

501. *Arctove*] *Arctoque* editiones priores. *regar* Voſſ. *Booten* Lovan. de *contemnere* vid. ad II. in Ruſin. 123.

504. *Auguſti fortuna*] Tacitus I. Hiſtor. 4. *Parendo potius quam imperia ducum ſcitando res militaris continetur*. Juſſa exſequi, non interpretari, decet. *cetera*, ait Livius, *Diis cura erunt, & Imperatori*. Claver.

506. *Vitatur*] *verſatur* Wolff.

Humanae in ſpeciem plantae ſe magna figurat,
Inſula (Sardoam veteres dixere coloni)
Dives ager frugum. Poenos Italosve petenti
Oportuna ſitu. quae pars vicinior Afris,
Plana ſolo, ratibus clemens: quae reſpicit Arcton,
Inmitis, ſcopuloſa, procax, ſubitisque ſonora
Flatibus. Inſanos infamat navita montes.
Hinc hominum pecudumque lues, hinc peſtifer aër
Saevit, & excluſis regnant Aquilonibus Auſtri.
Quos ubi luctatis procul effugere carinis;
Per diverſa ruunt ſinuoſae litora terrae.
Pars adit antiqua ductos Carthagine Sulcos:
Partem litoreo complectitur Olbia muro.
Urbs Libyam contra Tyrio fundata potenti
Tenditur in longum Caralis, tenuemque per undas

507. *Humanae in ſpeciem*] Ita vetus codex. alii non habebant *in*. Propertius ita locutus eſt. Sardiniam vero Timaeus apud Platonem Sandaliotin vocat ab effigie ſoleae. Salluſtius: *Sardinia in Africo mari facie veſtigii humani*. CLAVER. Scripti plerique, *ſpecie*. Patavin. & Claverii codex, *in ſpeciem*. probe. Conſ. Manlii 325.

Inque chori ſpeciem parcentes ardua flammas
Scena rotet.

Apulej. IV. Metam. *Hae arbores in lauri faciem prolixe foliatae ſunt*. HEINS. Propertii locus, quem Claverius innuit, eſt Lib. II. 23. 3.

Tota erat in ſpeciem Poenis digeſta columnis.

vid. & Conſ. Mall. 325.

508. *Sardiniam veteres dixere Sicani*] *Sandaliam* excerpta Pomponii Lacti. *Sardoniam* Mazarin. & duo Medicei. Lege, *Sardoam*. noſter bell. Get. 218. *Sardoosque habitare ſinus*, ut recte illic Claverius. Virgil. Ecl. VII. 41. *Sardoam herbam*, ubi pari modo *Sardoniam* etiam veterrimi libri agnoſcunt mendoſe. Serenus Sammonicus cap. XXIII. vs. 431.

Ut mihi Sardois videatur proximus herbis.

apud Graecos enim ω eſt Σαρδόνιον. quae littera ſyllabam longam facit. Stephanus, Σαρδὼ, ἡ νῆσος, ὁ κατοικῶν Σαρδόνιος καὶ Σαρδῶος. Rutilius Lib. I. Itiner. 354.

Nec quae Sardoo ceſpite maſſa fluit.

quomodo ſcribendum. *Sardoam fugam* ante dixerat. *Sardoa ora* apud Lucan. III. 64. apud Naſonem Faſt. IV. 289. *Sardoaque regna ſiniſtris Deſpicit a remis. Sardoa gramina* Nemeſiano Ecl. IV. 53. Priſcianus Periegeſi,

—— —— *pulſatur ab undis*
Inter Sardoum pelagus Celtamque refuſis.

Obvia & mox, *Sardoo pelago circumflua tellus*. ſic utroque loco caſtigandum ex vetuſtis membranis. HEINS.

509. *Italosve*] *Italoque* Raphel. *potenti* Vicet.

510. *Vicinior Afris*] *auſtris* Gyrald. codex. quod non placet, quia ſequitur.

511. *Plana*] *Plena ſolo ratibusque* Leid. vitioſe.

512. *Inmitis*] *Immanis* Wolff.

Subitisque ſonora Flatibus.] *Flatibus* plerique codices cum primo Vaticano & ſchedis Gudianis. bene. ſic *procaces Auſtros* Virgil. I. Aeneid. 536. dixerat. HEINS. *Flatibus* Vicet. Parm.

513. *Inſanos montes*] Majuſculum I. pingi debuit, nam Florus: *Sardiniam Gracchus arripuit: nihil illi genium feritas, atque Inſanorum montium, nam ita vocantur, immanitas profuere*. Satis vero conſtat aërem Sardiniae peſtilentem eſſe. Mart. IV. Ep. 60.

Nulla fata loco poſſis excludere, cum mors
Venerit, in medio Tybure Sardinia eſt. CLAVER.

514. *Hinc*] *Hic* bom. *p. l. ſi peſtifer aër* Oxon. *binc peſtis & aër* Wolff.

516. *Quos ubi luctatis*] Gyrald. *jactatis*. HEINS.

Simul effugere] Unus vetus liber *procul*. DELR.

518. *Sulcos*] Ita vetus codex. alii ſcribunt *Solebi*, vel *Sulcbi*. apud Plinium legimus *Sulcbitani*. ſed Stephano Σόλκοι, urbis nomen a Carthagenienſibus conditae. CLAVER. *muros* Oxon. duo. & Leid. duo. & editiones multae. & ita Wolff. ſed jam emendaverat Accurſius in Diatrib. ad Solin. vid. Suritam ad Anton. Itiner. pag. 244. BURM.

519. *Olbia*] Ita vetus liber, in aliis omnibus, quos viderim, eſt *obvia*, nullo ſenſu. eſt vero Sardiniae oppidum Ptolomaeo & Livio, quod & *Ulbia* dicitur Antonino. vide Ammian. Marcellinum. CLAVER. *obvia* multi ſcripti, & Vicetin. Ald. Iſingr. & omnes fere.

521. *Curalis*] Proclive fuit hoc ex *Caralis* efficere.

Digitized by Google

Obvia dimittit fracturum flamina collem.
Efficitur portus medium mare: tutaque ventis
Omnibus ingenti manſuefcunt ſtagna receſſu.
Hanc omni petiere manu, prorisque reductis
Suſpenſa Zephyros exſpectant claſſe faventes.

ficere. Strabo καμπὴν vocat, cum quo ſentit Stephanus, ſi modo Stephani eſt liber περὶ πολέων, qui ejus nomine circumfertur, & non potius epitoma τῶν ἐθνικῶν στοιχείων, ab Hermolao Grammatico Conſtantinopolitano concinnata. DELR. *Calaris* erat in veteri codice. alias *Curalis*, *Caralis*. Ptolomeo, qui mendis ſcatet, Καραλίς. ego *Calaris* retinui, ratus Calagurin Quintiliani patriam, licet in Hiſpania ſitam, habere aliquid ex eo nomine. at *Calaritani* Plinio. dicitur autem haec *urbs urbium* a Floro. Caeterum huic libro, ſi veteri codici creditur, ſuus finis deeſt. mihi vero non ita videtur. non enim plura dicenda erant propter ſimultates, quae inter Impp quamvis Arcadium placaverit Symmachus; ſic enim ille ad Stilichonem: *Lectis Dn. noſtri Honorii literis, quae Gildonis crimina continebant, par bonorum motus erupit. Conſului igitur in Senatus more majorum: unde rei damnatio ſecuta, venies in manus tuas quid pronuntiaverim reperies me fidei hujus aſſertii, juſtitiam, & auſpicia publicae egiſſe concordiae* haec ille. unde minus miror veterem inſcriptionem hanc: IMPP. INVICTISS. FELICISSIMIS D. D. N. N. ARCADIO ET HONORIO FRATRIBUS S. P. Q. R. VINDICATA REBELLIONE, ET AFRICAE RESTITUTIONE LAETIS. eodem vero tempore in gratiam huius operis de Bello Gildonico poëtae noſtro ſtatua erecta eſt cum elogio, qua de re infra plenius diſſeritur. CLAVER. Vid. ad Liv. XXIII. 40.

Tenuemque per undam] *per undas* prim. Vatic. aliique plerique. tertius Vaticanus, *umbras*. pro *Calaris*, in multis veterum *Caralis*, quomodo etiam in veteſtis codicibus Solini & Marciani Capellae ſaepe ſcriptum occurrit, eamque veram eſſe ſcripturam Glareanus ad Livium contendit. Videantur hoc loco Barthii curae ſecundae. HEINS. *per urbes* Lovan. a m. pr. *facturum* Leid. *flumina* Gyrald. & ſeptem alii. ut Lib. II. de Rapt. 310.

— *aut frangit fluctus aut volvit arenas.*

524. *Receſſu*] *recurſu* Oxon. a m. pr.

526. *Faventes*] Videtur finis hujus libri interciſſe, quo exitus expeditionis continebatur, qui petatur ex Paulo Oroſio Lib. VII. Paul. Diacono Lib. XIII. appendici: Freculpho Chronicorum Lib. V. Tom. II. Nauclero Tom. I. Vol. II. Generat. XIV. Maximi momenti fuiſſe hanc victoriam, inde patet, quod monumenta ejus a S. P. Q. R. in foro Romano fuerunt conſtituta, quorum & his temporibus inſcriptiones ſuperſunt. Gildonis poſſeſſiones fiſco fuiſſe adſcriptas declarant Lib. XVI. & XIX. C. Theod. de Bonis Proſcriptorum, eorumque adminiſtrationi praepoſitus a Mariano Comes Gildoniaci patrimonii vocatur. Mariani enim libellum illum Notitiae Orientis & Occidentis cenſeo, licet aliis alii adſcribant. DELR.

CL.

Digitized by Google

CL. CLAUDIANI

IN

FL. MALLII THEODORI V. C.

CONSULATUM

PROLOGUS.

AUdebisne, precor, doctae subjecta catervae
Inter tot proceres, nostra Thalia, loqui?
Nec te fama vetat, vero quam celsius actam
Vel servasse labor, vel minuisse pudor.
An tibi continuis crevit fiducia castris?
Totaque jam vatis pectora miles habet?
Culmina Romani majestatemque Senatus

Et,

Praefatio haec videtur mihi omnium amoenissima, & quadam alacritate commendabilis; quia nimirum laudandus est vir multiplici & varia doctrina conspicuus. CLAVER.

1. *Precor*] *prior* Junian.

3. *Vero quam celsius actam*] *auctam* prim. Vatic. aliique quatuordecim aut quindecim cum Pomponii Laeti exerptis. Idem prim. Vatic. paulo ante, *tantae subjecta catervae*. ita tamen ut & τὸ *doctae* habeat adscriptum. sic idem in fine epigrammatis, *quicquid ubique micat*, addito, *vel*, *in orbe*. *ubique* etiam multi alii, & placet. HEINS. *altam* Wolf. a m. pr. *auctam* a m. 2. *actam* retinendum. ita Grat. Cyneg. 324. *actaque ab illis ad coelum virtus*. ubi itidem *auctа*, vel *alta* malebat Heinsius. & ita lego apud Sallust. Jugurt. 93. *Ilex coaluerat inter saxa*, *paullulum modo prona*, *deinde flexa & acta in altitudinem*. ita in MSS. sic contra *radices agere* Ovid. Rem. 106. *radices altius arbor agit*. vid. ad 11. Met. 583. & IV. 253. *radicibus actis*. ubi etiam *auctis* nonnulli codices. sic *altius egit iter* II. Art. 84. noster Bell. Get. 122. *ferro largius acto*. *celsius acta vero* dictum, ut contra apud Ovid. Epist. XVI. 143. *minor est tua gloria vero*. in Oxon. erat, *Nec vero te fama vetat quam celsius actam*. BURM.

4. *Minuisse*] *meminisse* Oxon. duo Leid. Exc. Voss. *meruisse* Lovan.

5. *An tibi*] *Aut tibi* Jun. *At* Oxon. *Non tibi* alter. Heinsius volebat *Num*.

Crevit] *cernit* Voss. Praef. 1. in Rapt. *praeceps audacia crevit*. & Ovid. VIII. Met. 82. *tenebrisque audacia crevit*.

6. *Miles*] Non solus militavit, Horatius, aut Naso, & ante illos Ennius, sed etiam hic poëta in comitatu Salichonis, qui alter Scipio. CLAVER. Non puto hoc colligi hinc posse, sed hunc panegyricum in castris recitasse, & ideo rogat Musam, an olim *subjecta doctae catervae*, id est, quae Romae habuerat judices doctos, nunc auderet loqui inter duces militum? in castris fuisse, & forte in comitatu Stilichonis, credo; sed an ipse militaverit, nescio. certe ex hac Praefatione non liquet. Miles etiam a Barthio & ejus simia Regio interprete pro militari audacia exponitur, scilicet quam ex usu ducum & militum in castris contraxerat, non militando. Quod vero in lapide dicatur *Tribunus* & *Notarius*, credo Tribunatum illum fuisse diplomaticum, ut aliquo honoris gradu inter militares duces frueretur, sed Notarii munere functus esse potuit apud Stilichonem. Quod vero inter milites etiam referat Nasonem Claverius, aeque verum esse puto, ac Gundelingii, qui Centurionem fuisse commentus est. vide Observationes ad Gundling. Histor. Literar. in Miscell. Observationibus Vol. VI. Tom. I. pag. 252. BURM.

7. *Lumina*] Ita vetus codex. alias *Culmina*, satis bene. sed *Lumina* arrisit magis. Mamertinus in Genethliaco Maximiani Imp. de re simili: *Ipsa gen-*

Digitized by Google

Et, quibus exſultat Gallia, cerne viros.
Omnibus audimur terris, mundique per aures
Ibimus, ah nimius Conſulis urguet amor.
Jupiter, ut perhibent, ſpatium quum diſcere vellet
Naturae, regni neſcius ipſe ſui;
Armigeros utrimque duos aequalibus alis
Miſit ab Eois Occiduisque plagis.
Parnaſus geminos fertur junxiſſe volatus;
Contulit alternas Pythius axis aves.
Princeps non aquilis terram cognoſcere curat.
Certius in nobis aeſtimat imperium.
Hoc ego concilio conlectum metior orbem:
Hoc video coetu, quidquid ubique micat.

mae illi per eos dies Mediolanenſium civitati, ſimilitudinem majeſtatis ſuae libenter impertiens, ut ibi tunc ſedes imperii eſſe videretur. CLAVER. *Culmina* noſtri omnes. Claverius *Lumina* ex ſuis, ſed nulla opus mutatione. HEINS. vid. ad Lib. I. in Ruſin. 22. *majeſtatisque* Exc. Voſſ.

8. *Gallia,*] Id eſt Mediolanum, quae etiam a Gallis condita eam vero Maxim. Imp. Romae vidēntur praetuliſſe. Auſonius, *Et regio Herculii celebris ſub honore lavacri.* Ambroſius: *eſt hic porphyreticum labrum in uſu ſepulcbri* (Valentiniani jun. ſcilicet) *optiſſimum.* nam & Maximianus ſocius Dioclet. ita humatus eſt. ſunt & tabulae porphyreticae pretioſiſſimae, quibus veſtiebatur operculum, quo regales exuviae claudantur. Attila, ut refert Suidas, videns Mediolani Impp. in aureis ſoleis ſedentes, Scythas vero ad eorum pedes depictos, ſe in ſolio ſedentem, Romanos vero Imperatores ſaccos humeris ferentes, & ante pedes ſuos aurum effundentes pingi voluit. CLAVER.

10. *Ibimus, ab*] *Ibimus ba* Exc. Voſſ. Barth. & multi alii codices. *Ivimus* Oxon. *nimium* Jun. *ac nimium* Colin. *urit amor* etiam Oxon. vid. ad Ovid. Amor. I. II. 17. & III. Art. 541. noſter Bell. Get. 405. *Sic ducis urguet amor.* BURM.

11. *Ut perhibent*] Pindarus, Euripides, Strabo, Herodotus, Pauſanias, & Clemens Alexandrinus. DELR.

Quum diſcere] *dum* Exc. Voſſ.

13. *Utrimque*] *utrumque* Wolff.

15. *Parnaſus*] Hic mons a Muſis nobilitatus eſt in terrae medio. Statius *medium coeli* nuncupat. ubi Lutatius: *umbilicus terrae Parnaſus. nam cum Jupiter mundi medium locum vellet agnoſcere, ab ortu ad occaſum duas Aquilas dimiſiſſe fertur.* vide reliqua. unde Lucanus Lib. v.

Heſperio tantum, quantum ſemotus Eoo
Cardine Parnaſus. vide & Strabonem. CLAVER.

Volatus] *volatu* liber Barthii.

16. *Contulit*] Idcirco ter Pindarus γαῖας ὀμφαλὸν vocat, & Pauſanias inquit, τὸ δὲ ὑπὸ Δελφῶν καλούμενον ὀμφαλὸν, &c. & huc ſpectat illud veteris Poëtae, *O ſancte Apollo, qui umbilicum certum terrarum obſides.* DELR.

17. *Terram*] *terras* Leid. prior & Moreti. *mundum* Pateaneus.

18. *Certius in nobis*] *in vobis* prim. Vatic.

19. *Hoc ego concilio*] Vides ut floruerit illo etiam aevo Mediolanum, non ita pridem Galliae regi ſubditum, ubi Parrhaſius etiam Claudianum hunc explicavit. ſane hic fere orbi comparatur. Ibidem Auguſtinus nondum, credo, verae pietatis cultor, Panegyrin in Bautonis conſulatum recitavit Kal. Jan. Anno 385. in magno conventu conſpectuque hominum, ut ipſe loquitur. fuit enim rhetor eximius, de qua arte libellum edidit mirabilem. CLAVER. *conſilio* Leid. *Et video* Voſſ. *in orbe* Oxon. eadem varietas IV. Conſ. Honor. 580. *ubique manet* Oxon.

Digitized by Google

CL. CLAUDIANI

DE CONSULATU

FL. MALLII THEODORI V. C.

PANEGYRIS.

Ipſa quidem virtus pretium ſibi, ſolaque late
Fortunae ſecura nitet: nec faſcibus ullis
Erigitur, plauſuve petit clareſcere vulgi:
Nil opis externae cupiens, nil indiga laudis,
Divitiis animoſa ſuis, inmotaque cunctis
Caſibus, ex alta mortalia deſpicit arce.
Attamen invitam blande veſtigat, & ultro
Ambit Honos. docuit toties a rure profectus
Lictor, & in mediis Conſul quaeſitus aratris.

10. Te

Haec Panegyris recitata eſt anno 399. Eutroplo & Theodoro Coſſ. ſed Eutropii nomen eraſum eſt, μόνῳ Θεοδώσιῳ γεγραμμένου. unde in Cod. Theodoſiano reperias *Theodoro V. C. Conſule.* Fuit autem vir ille in Philoſophia maxime verſatus, & qui Geometriam & Aſtrologiam, vel Uraniam, ut ait poëta, coluerit, ut patet ex quibusdam opuſculis, quae olim vidimus in Bibliotheca Cujacii. ſed enim rebus gerendis minus fuit idoneus, ut fere fit, quare Claudianus in eum ſcripſit paulo poſt Epigramma. Idem evenit B. Auguſtino. *Diſplicet*, inquit, *quod Manlio Theodoro, ad quem librum ſcripſi, quamvis docto & Chriſtiano viro, plus tribui, quam deberem.* Sed hoc anno oraculum quoddam, ſeu figmentum gentile ſparſum eſt, ut ait Auguſtinus, nullam fore religionem Chriſtianam, cum tamen eodem Conſulatu Deorum templa Carthagine everſa ſint a Comitibus Honorii. CLAVER. De hoc Manlio vel Mallio diatriben doctiſſimam Rubenii edidit Clar. Graevius. Mediolanenſem fuiſſe vult Saxius de Studiis literariis Mediolanenſibus cap. v. pag. 60. BURM.

1. *Ipſa fui virtus petitum*] In hunc locum multa collegit Barthius, & nos ad Ovid. II. ex Ponto III. 33. imitatur vero verbis fere iisdem Silium Lib. XIII. 663. BURM.

2. *Secura*] Ita apud Lucan. II. 287. Cato,
quo fata trahunt, virtus ſecura ſequetur.
ubi *ſecreta* Hamburg. BURM.

Faſcibus ullis] *faſtibus* multi ſcripti. dictum ad IV. Conſ. Hon. 155. pro vulgata tamen ſcriptura ſtat primus Vaticanus. mox *viret* pro *nitet* Florentinus S. Marci. venuſte; ut indicamus Lib. I. de Rapt. 236. & *tumet* pro *petit* ſequenti verſu Pricaeanus, & Excerpta Voſſii, etiam eleganter. vid. Bell. Gild. 330. HEINS.

3. *Vulgi*] *Tagi* Barthii liber.

4. *Nil indiga*] *non indiga* Exc. Voſſ. *beſternae* Leid. *exile* Wolff.

7. *Attamen invitam*] Non *Hanc tamen* potior codicum pars. HEINS. *inventam* Exc. Voſſ. *in vitam* diviſis vocibus Junt. & Ald.

Docuit] An *decuit*? HEINS. *dabit* marg. Marcil.

8. *A rure*] *a rupe* Claverii editio. non apte mihi videtur lictor *a rure profectus* jungi conſuli ab aratro; lictoris enim non tanta dignitas, ut eo uteretur poëta ad probanda quae praemiſit. vel legendum *Victor*, vel potius *Dictor*, vel, quod vellem in codice aliquo exſtaret, *docuit toties ad rura profectus Lictor* &c. ut lictor a Senatu miſſus intelligatur, qui ab aratro & ruris opere Conſulem aut Dictatorem arceſſeret. librarius rupem Tarpejam, ſive Capitolium, in quo Senatus haberi ſaepe ſolebat, & inde lictorem miſſum intellexit. ſed quis ſimpliciter *rupem* ita diceret? quare librariis adſcribo. BURM.

9 *Conſul*] *quaeſitus Conſul* Oxon. Leid. *quaeſitus arenis* Exc. Voſſ.

10. *De-*

Digitized by Google

Te quoque Naturae ſacris mundiquè vacantem,
Emeritum pridem, deſudatisque remotum
Judiciis, eadem rurſus conplexa poteſtas
Evehit, & reducem notis inponit habenis.
Accedunt trabeae. nil jam, Theodore, relictum,
Quo virtus animo creſcat, vel ſplendor honore.
Culmen utrumque tenes. talem te protinus anni
Formavere rudes, & dignum vita curuli
Traxit iter, primaeque ſenes ceſſere juventae,
Jam tum canities animi, jam dulce loquendi
Pondus, & adtonitas ſermo qui duceret aures.
Mox undare foro victrix opulentia linguae,
Tutarique reos: ipſa haec ampliſſima ſedes
Orantem ſtupuit, bis laudatura regentem.
Hinc te pars Libyae moderantem jura probavit,
Quae nunc tota probat. longi ſed pignus amoris
Exiguae peperere morae: populumque clientem
Publica manſuris teſtantur vocibus aera.

Inde

11. *Deſudatisque*] *debellatisque* Oxon. *diſſudatis* Wolff. *iudiciis* Ald. Colin. *remotum judiciis* pro a *judiciis*. vid. ad Sueton. Tib. 35. & 42.

13. *Evehit*] *Evebat* Exc. Voſſ. *notis impellit* Wolff.

15. *Honore*] *in ore* Exc. Voſſ.

16. *Protinus*] *proximus* Leid. & *firmavere* Oxon. pro var. lect.

18. *Traxit iter*] Non ſatis placet. forte, *Stravit* a manu Claudiani eſt. ſic *iter ſternere ad gloriam* paſſim in uſu optimis ſcriptoribus. Statius Theb. XII. 822. *tibi fama benignum Stravit iter.* HEINS. forte, *Rexit iter. vita* hic eſt ut apud Phaedr. Praefat. *vitam conſilio monet.* ratio vivendi, conſuetudo optime inſtituta, rexit iter tuum jam dignum curuli. vel ut eſſes dignus curuli. ſic Theſeus filo *rexit iter* teſte Propertio II. 11. 8. BURM.

Ceſſere] *traxere* Exc. Voſſ.

19. *Jam tum*] *Jam tunc* editiones veteres. *Jam nunc* Heinſius in editione prima.

21. *Victrix*] *matrix* Jun.

22. *Ampliſſima ſedes*] Quam *ſacrum* a Symmacho in Epiſt. vocari quidam autumant. DELR. Rubenius in vita Mallii intelligit tribunal Praefecti Praetorii. Barthius Curiam, quod praeferrem. quia *haec* demonſtrat locum, in quo Claudianus hunc Panegyricum pronuntiaſſe videtur. ut ex Praefatione colligitur. licet, quum Mediolani haec acta ſint, forte hic intelligatur locus, in quo & Praefectus Praetorio ſolebat jus reddere, & alii coetus publici cogerentur. ſed quis hoc clara luce inluſtrabit? BURM.

23. *Bis*] Non quod bis Conſul fuerit, ſed bis Praefectus Praetorio per Italiam. vide Ruben. Vit. Mall. pag 49. & Jac. Gothofr. Proſopogr. Cod. Theod. in *Theodoro*. fuiſſe vero ſimul Conſulem, ex illis, quae vs. 14. praecedunt, *Accedunt trabeae*, colligitur. *Trabea* enim hoc tempore veſtis Conſularis, paſſim apud noſtrum & alios. & inde *Culmen utrumque tenes.* BURM.

24. *Pars Libyae*] Proconſulem Africae puto intelligi, aut potius vicarium Africae, virum ſpectabilem, ſub quo Conſulares Bizacii & Numidiae. CLAVER. *Jam te pars* Exc. Voſſ. Rubenius putat fuiſſe conſularem Byzacii, vel Numidiae, vel Tripolitanae vel Mauritaniae Sitifenſis, aut Caeſareae provinciae Praefectum.

27. *Manſuris*] unus MS. & vet. German. *manſuetis*, mendoſe. DELR. *manſuetis* etiam Oxon. Leid. Lovan. & marg. Iſingr. & Wolff. a m. ſec. qui a m. pr. *mens fuerat*. eadem varietas II. in Eutrop. 433. *ora* etiam liber Barthii. ſed *aera* ſive tabulae aereae, ſive tituli publici in ſtatuis, aut aliis monumentis aereis, rectius *manſuras voces* ſervant, quam *publica ora*, id eſt laudes, orationes, epiſtolae in teſtimonium editae. volant voces, manent literae inciſae. unde *aere perennius* Horat. III. Od. 30. monumentum dicit carmina ſua: & ideo, quia voces volant & evaneſcunt, laudat Phoenicas Lucan. III. 220. quod, *miſi Manlurum rudibus vocem figere figuris*, adpoſite Sueton. in Veſpaſ. 1. *manebantque imagines ei poſitae*, ubi vide adnotata. BURM.

Digitized by Google

Inde tibi Macetum tellus, & credita Pellae
Moenia, quae famulus quondam ditavit Hydaſpes.
Tantaque conmiſſae revocaſti gaudia genti
Mitibus arbitriis, quantum bellante Philippo
Floruit, aut nigri cecidit cum regia Pori.
Sed non ulterius te praebuit urbibus aula:
Maluit eſſe ſuum. terris edicta daturus,
Supplicibus reſponſa, venis. oracula Regis
Eloquio crevere tuo: nec dignius umquam
Majeſtas meminit ſeſe Romana locutam.
Hinc ſacrae mandantur opes, orbisque tributa
Poſſeſſi; quidquid fluviis evolvitur auri:
Quidquid luce procul venas rimata ſequaces
Abdita pallentis fodit ſollertia Beſſi.

Ac

28. *Macetum*] Id eſt Macedonum, nam & *Macetia* dicitur Macedonia Stephano. quae quidem fuit ſub Praefecto Praet. Illyrici Orientalis, qualis fuit olim Theodorus. Statius II. Achilleid. *Quo Macetae ſua geſa citent.* non *Magetae.* CLAVER.

Credita Pellae Moenia] Vult Poëta Manlium Macedoniae fuiſſe praepoſitum. Delrio vult Praefectum fuiſſe Praetorio Illyricae, quod totam Graeciam complectebatur. Et ſane recte pro Macedonia *Pella* uſurpatur; eſt enim celeberrima urbs illius Provinciae. DEMPSTER. Non fuiſſe Praefectum Praet. Illyrici, ſed tantum Macedoniae praefuiſſe cenſet Rubenius, quia poſtea factus Quaeſtor & inde Comes ſacrarum Largitionum, quae minores dignitates Praefectura Praetorii gradatim ergo proceſſit.

Credita] Sic membranae pleraeque cum primo Vaticano, quomodo & in ora libri ſui legendum notarat magnus Scaliger. vulgo, *condita.* Tibi Macedonia & Pellae moenia ſunt commiſſa. fruſtra pugnat pro vulgata ſcriptura Barthius, cum ſequentia illa, *conmiſſae revocaſti gaudia genti* ſatis noſtram ſcripturam adſtruant. hujusmodi naevos plures expunximus ad Remed. Amor. Naſon. v. 65. HEINS. *condere* & *credere* ſaepe confundi vidimus ad Ovid. IX. Met. 624. & V. Faſt. 623. ſic *conmiſſus apex* & *credita fratrum majeſtas* junguntur II. in Rufin. 5. ut hoc loco. Ceterum in Vicet. Aldinis, & Colin. legitur *condita pelle Moenia*, quaſi intelligeretur Carthago, quam Dido condidit pelle, id eſt eo ſpatio, quod pellis vel corium bovis tegeret. ita illos editores haec verba cepiſſe ſuſpicor, ſed inepte. BURM.

29. *Ditavit*] *ditaverit* Leid.

30. *Genti*] *gentis* Lovan.

32. *Regia*] Vetus liber ſic, vel *gloria.* DELR. *Gloria* etiam Oxon. & quatuor alii.

35. *Oracula*] Reſcripta principis. ſic l. X. C. de Sacroſ. Eccleſ. *caeleſte oraculum*, & a Jornande, Geticarum rerum ſcriptore, *ſacrum oraculum* uſurpatur. nam cum de Gallia ab Honorio A. regi Gothorum Alarico attributa loquitur, ait, *donatione ſacro oraculo confirmata conſentiunt Gothi.* DELR. Hic deſignatur Quaeſtor, vir illuſtris, ſub quo leges dictandae, & preces. Caſſiodorus *linguae principis vocem & imaginem, theſaurum famae publicae, armarium legum, magiſtrum, eloquentiae* appellat. debuit vero ſcientia juris eſſe inſtructus. CLAVER. *oracula Regum* prim. Medic. & Palat. ut reſcripta Principum intelligat & conſtitutiones. HEINS. *regnis* Oxon.

37. *Romana*] *majora* Jun.

38. *Hinc ſacrae*] *τὰς ἱερὰς* officium Comitis ſacrarum largitionum deſcribit. cujus frequens fit in C. Theodoſ. & C. Juſtin. mentio. Caſſiodorus quoque librum inſcripſit de Comitativa ſacrarum largitionum. Porro ſi de hoc Comite non agit Claudianus, de Comite ſacri patrimonii loquatur neceſſe eſt, qui Caſſiodoro teſte in formulis, patrimonium Principis curabat, gerebatque curam patrimoniorum ſublevandorum. DELR. Haec dignitas Quaeſturam ſequitur in Notitia. eſt autem Comitiva ſacrarum largitionum, ſub qua Praefecti theſaurorum, Comites metallorum & alii. CLAVER. Dubitat Rubenius an Privatarum rerum Comes fuerit, quia tributorum orbis ſit mentio, & ſacrae res ſunt privatae Imp.

Manantur] *moderantur* Oxon. duo.

41. *Pallentes*] *fallacis* Exc. Voſſ.

Beſſi.] Pacatus in Panegyrico: *Parum ille pretioſum putabat aurum, quod de montium venis, aut fluminum glareis quaeſitor Beſſus, ſcrutator Callaicus emiſſet.* DELR. Lat. Pacatus eleganter vocat Beſſum *quaeſitorem*, quod aurum in terrae viſceribus exquirat. CLAVER.

42 *dc*

Digitized by Google

Ac velut exſertus lentandis navita tonſis
Praeficitur lateri cuſtos; hinc ardua prorae
Temperat, & fluctus tempeſtatesque futuras
Edocet: adſiduo quum Dorida vicerit uſu,
Jam clavum totamque ſubit torquere carinam.
Sic quum clara diu rerum documenta dediſſes,
Non te parte ſui, ſed in omni corpore, ſumpſit
Imperium, cunctaque dedit tellure regendos
Rectores. Hiſpana tibi Germanaque Tethys
Paruit, & noſtro diducta Britannia mundo:
Diverſoque tuas coluerunt gurgite voces
Lentus Arar, Rhodanusque ferox, & dives Hiberus.

O quo-

42. *Ac velit exſertus*] Haec veterum librorum lectio. unde *expertus* olim concinnabam, ut apud Statium I. Achilleidos 186.

——— *ſolantia curas*
Fila movet, leviterque expertas pollice chordas
Dat puero. vid. Voſſ. de Analogia Lib. III. cap. VI. Nihil nunc muto. Gloſſa Ambroſiani unius *exſertus, probatus.* vulgo, *excitus.* remigantes exſerebant brachia. hinc bene *exſerti* dicuntur. Statius Theb. IX. 680. de Diana,

——— *notamque tremiſ it*
Silva Deam, ſaevis ubi quondam exſerta ſagittis
Fecundum laſſo Niobem conſumpſerat arcu.

HEINS. *expertus* etiam Barthius conjecerat. *electus* etiam olim Heinſius, nam *erectus* erat in Juniano. ſed *excitus*, ut & Wolfii codex habebat, eſt per delectum navalem e ſedibus ſuis excitus & vocatus ad claſſem. ſic *excita ſigna* II. in Eutrop. 406. Lucan. VIII. 310.

Excitoſque ſuis inmittam ſedibus ortus.

qui ſaepe hoc verbo utitur. & hoc probat tota ſeries orationis. ſic Manlius vacans ſtudiis naturae & mundi, evocatus & extractus in aulam, per gradus venit ad Quaeſturam & Conſulatum, ut remex excitus ad lentandas tonſas provehitur ad magiſterium navis. BURM.

43. *Praeficitur*] *Proficitur* Junian. *ardua prolem* Oxon. *prorae tutela Melantbus* Ovidio dictus III. Met. 617. & *prorae cuſtos* Rutil. I. Itiner. 455. imitatur noſter Statium, qui Lib. X. 176.

Non ſecus amiſſo medium cum praeſide puppis
Pergit iter, ſubit ad vidui moderamina clavi,
Aut laterum cuſtos, aut quem penes obvia ponto
Prora fuit.

unde gradus hos promotionis nauticae ſumſit. Interpres Regius edidit *hic ardua prorae.* quod unde habeat, neſcio. ſed hinc lapſus eſt in ineptam interpretationem; nam confundens munera cuſtodis lateris & tutoris prorae, reddit, *conſtituitur cuſtos lateris, ex hoc loco regit altam proram.* quaſi ex latere regeret proram. quo quid abſurdius fingere potuerit, non video. BURM.

44. *Tempeſtatesque futuras*] *ſonoras* ſex ſcripti, & prim. Vatic. pro diverſa lectione, Virgiliano hemeſtichio. & tum malim *Praedocet* ſequenti verſu. HEINS.

45. *Dorida*] Virgilius etiam in Gallo pro mari hujus Nymphae nomen poſuit, quemadmodum hic noſter. DELR. *aſſiduo concordia* Junian.

46. *Totamque*] *tortamque s. t. carina* Junian.

47. *Rerum documenta*] *Mentis* prim. Vatic. Lucenſ. & unus Medic. HEINS. *dediſſes* Junian.

48. *Sumpſit*] MS. meus, *ſenſit.* ſed in eodem correctum *ſumſit*, idque excuſi nonnulli ſervant. alii, *fudit.* DELR. *parte ſua* omnes fere ſcripti. *ſenſit* Oxon. *tempore ſumſit* Junian. & Wolff. *corpore fudit* Vicetin.

49. *regendos Rectores*] vide Barth. ad Rutil. I. 555.

50. *Hiſpana tibi Germanaque*] Praefecturam Praet. Galliarum accipio, ſub qua Hiſpaniae VII. Provinciae, Galliarum XVII. Prov. Britanniarum V. Pr. ſub Galliis vero Germania prima & ſecunda conſtituitur. CLAVER. Recte intelligit de Praefectura Praet. per Gallias. ſed Gothofred. in Proſopogr. Cod. Theod. in *Theodoro*, eam refert ad Ann. 395. quo anno Mallius ex feceſſu revocatus a Stilichone Praef. Praet. Italiae fuit, ut patet infra ex vs. 198. BURM.

51. *Diducta*] *deducta* Oxon. Leid. poſſet & *noto d. B. mundo.* vid. ad Lucan. I. 465. BURM.

52. *Coluerunt*] *tollunt in gurgite* Voſſ.

53. *Arar, Rhodanus*] Maximam Sequanorum, & Lugdunum intellige urbes praefidatu illo tempore inſignes. CLAVER. *lentus Arax* vel *Arabs* Exc. Voſſ. *Rhodanusque celer*] Sic *Rhodanum praecipitem* non

O quoties doluit Rhenus, qua barbarus ibat,
Quod te non geminis frueretur judice ripis!
Unius ſit cura viri, quodcumque rubeſcit
Occaſu, quodcumque dies devexior ambit.
Tam celer adſiduos explevit curſus honores.
Una poteſtatum ſpatiis interfuit aetas,

60. Tot-

ſemel vocavit Auſonius. ſed *Rhodanus ferox* Lucenſ. prim Vatic. & quinque alii, ut caeſurae conſulatur. Silius IV. 61. *non Pirenen Rhodanumque ferocem Juſſa aſpernatos*. ita veterrimus liber, vulgo, *furentem. feras Rhodani gentes* Lucanus dixit VI. 308. idem Lib. I. 145. *ruerent interga feroces Gallorum populi*. noſter Lib. II. in Stilich. 240 *flava repexo Gallia crine ferox*. IV. Conſ. Hon. 438. *populos levitate feroces* Gallos dixerat. noſter *ferocem Danubium* vocat Lib. II. in Ruſin. 26. *alii per terga ferocis Danubii ſolidata ruunt*. Seneca Hercule Furente V. 1323.

Quis Tanais, aut quis Nilus, aut Rhenus ferox
Abluere dextram poterit?

Lucan. I. 464. *Rhenique feroces Deſeritis ripas*. HEINS. Poſſet & legi, *ferax*, quia II. de Laud. Stilich. 399. *Rhodanus jam donat ariſtas*, notaverat Heinſius. ſed opponitur Arari lento. BURM.

54. *Qua*] *quam* Jun. ed. Ald.

55. *Quod te non*] MS. meus *Quod non te*. DELR. *vindice* pro *judice* malebat Scriverius in ora Martialis ſui ad Lib. X. 7. *Et Romanus eas utraque ripa*.

56. *Unius ſit cura viri*] Neſcio quid hic Barthius de conſulari imperio notet, quod non capio. ſine dubio intelligit Praefecturam Praet. Galliarum, in qua ſolus ſucceſſit Auſonio & Heſperio ejus filio, qui ſimul erant ea dignitate ornati. *cum tibi* Oxon. a m. prim. *ſit cura viri* Voſſ. *cauſſa viri* Wolf. BURM.

57. *Quodcumque rubeſcit Occaſus*] Sic ſcripti fere omnes cum primis editionibus. Lucenſ. *Occaſum. Occaſu* prim. Vatic. & Pomponii Laeti excerpta. prior Moreti & duo alii, *quocumque rubeſcit Occaſus*. noſter locutionem hanc vehementer amat. paulo poſt VS. 64. *Quodcumque recedit Lutibus, incumbit ſtudiis*. bello Gild. 159.

——— *Quod Nilus & Atlas*
Diffidet, occiduis quod Gaditus arida Barce,
Quodque Paraetonio ſecedit litore Ganges,
Hoc ſibi tranſcribit proprium.

Lib. I. in Eutrop. 196.

quidquid ſe Tigris ab Haemo Dividit.

VI. Conſ. Honor. 543.

Omne Palatino quod pons a monte recedit
Mulvius.

Statius Theb. XI. 80.

Hoc quodcumque madent campi, quod ſanguine fumant
Stagna, quod innumero Letbaea examine gaudet
Ripa, meae vires.

Lucan. III. 294.

Quidquid ab occiduis Libye patet arida Mauris.

HEINS. *occaſu* Iſingr. Junt & Raphel. *Occajus* Wolf.

58. *Adſiduos*] *exiguos* Wolf. a m. pr.

59. *Interfuit aetas*] In unius veteris libri margine, *interfluit*. DELR. *interfluit* cum Delrii libro & Juniano legendum. prim. Vatic. pro diverſa lectione *intervenit*, de quo nos copioſe ad Maronem Aeneid. VI. 130. probe etiam Gyraldinus, *aeſtas*, ut Lib. II in Eutrop. 99.

Sed vaga laſcivis fluceret diſcurſibus aeſtas.

HEINS. Non intelligo haec ſatis. nec tetigit hunc locum Rubenius. *unam aetatem* XV. annos interpretatur Barthius, qui fluxere gerendis magiſtratibus. Regius interpres juventutem intelligit, ſed quod addit illam ſufficiſſe tot variis honorum temporibus, multo minus capio. an *intereſſe* vel *interfluere* notat ſufficere? Si vitam Mallii, ut ad Faſtos confecit Rubenius, conſulamus, videbimus eum Anno 381. Praefectura Praetorio in Gallia abiiſſe, & ad privatam vitam feceſſiſſe, & ad Annum 395. manſiſſe, quo anno a Stilichone extractus, Praefetus Praetorio per Italiam creatur. ita ut XIV. anni inter honores priores & poſteriores interfuerint, quae eſt illa aetas, quae interfuit ſpatiis poteſtatum. *unam* forte dixit, quia pueritia quarto decimo anno ſolebat terminari. Poſſet & locus intelligi de ſpatio aetatis inter natales & primum honorem, ſcilicet cum parti Libyae moderandae fuerit miſſus, ſupr. vs. 24 quam provinciam accepit aetatis anno XXIV. meliorem tamen ſententiam credo emergere, ſi legamus *aeſtas*, id eſt. unus annus, ut dicat in curſu celeri honorum ab Anno 374. aetatis XXIV. ad A. 382. unum annum interceſſiſſe, quo nullos honores geſſerit. Sequenti verſu video Regium interpretem reddere, & *aetas*, id eſt *juventus*, dedit aetati juvenili tot gradus felicitatis. an aetas dedit aetati, aut juventus juvenili aetati? quae haec ſtribligo. credo certe *fatum* legendum, & *fatum inuſit*, id eſt ſponte obtulit tot gradus juveni etiamnum. interruptus enim honorum curſus A. 381.

acta-

Digitized by Google

Totque gradus fati juvenilibus intulit annis.
Poſtquam parta quies, & ſummum nacta cacumen,
Jam ſecura petit privatum gloria portum;
Ingenii redeunt fructus, aliique labores,
Et vitae pars nulla perit. quodcumque recedit
Litibus, incumbit ſtudiis, animusque viciſſim
Aut curam inponit populis, aut otia Muſis.
Omnia Cecropiae relegis ſecreta ſenectae,
Diſcutiens quod quisque novum mandaverit aevo,
Quantaque diverſae producant agmina ſectae.
Namque aliis princeps rerum diſponitur aër:
Hic confidit aquis: hic procreat omnia flammis.
Alter, in Aetnaeas caſurus ſponte favillas,
Diſpergit revocatque Deum, rurſumque receptis
Nectit amicitiis, quidquid diſcordia ſolvit.
Corporis hic damnat ſenſus, verumque videri
Pernegat. hic ſemper lapſurae pondera terrae
Conatur rapido coeli fulcire rotatu,
Accenditque diem praerupti turbine ſaxi.

Ille

aetatis XXXI. Mallii. quod hic *fato*, infra v. 147. *fortunae* adſcribit. BURM.

60. *Intulit annis*] *induit* alter Moreti, quomodo VI. Conſ. Honor. 650. *quem non aliena per arva Induit hoſpes honor.* Ibid. 67. *parvumque triumphis induit.* plura de hoc verbo ad Lib. II. de Rapt. 93. HEINS.

62. *Petit*] *tenet* Wolf.

63. *Ingenii redeunt fluctus*] Non *fructus* octo ſcripti. *portus* paulo ante meminerat. perſiſtit in ea locutione. *fructus* vel *fluctus* prim. Vatic. HEINS. *animique labores* duo ſcripti. *ſtudiique* marg. Iſingr.

64. *Quodcumque recedit Litibus, incumbit ſtudiis*] Forte ſcribendum *recidit*, hoc eſt demit. ſic infra 98. *quae pars injuſta recidat.* ubi etiam *recedat* multi veteres. vide tamen quae paulo ante ad vs. 57. pro vulgata ſcriptura diximus. HEINS. Forte ſcripſerit, *quodcumque recidit Litibus, impendit ſtudiis.* ut vox *impendit* migraverit in ſequentem verſum pro *inponit.* quae non mutanda. vid. Barth. ſic Laud. Seren. 112. *ſuis impendit amorem Pignoribus.* I. in Eutrop. 451.

Impenſi ſacris Decii prorumpite buſtis.

animus ſtudiisque viciſſim Exc. Voſſ. BURM.

66. *Aut curam inponit populis, aut otia Muſis*] Sic ſcripti, malim nihilominus, *impendit.* HEINS.

67. *Omnia*] Hic docetur Manlium fuiſſe, ſed plus ſatis, curioſum in diſceptatione Philoſophica. de ſectis ejusmodi vide Ciceronem & Sidonium hujus noſtri aemulum; vanitas enim illa noſtram opellam non requirit. CLAVER.

Secreta] Solus Vicetin. *praecepta.* DELR.

68. *Diſcutiens quod quisque novum*] *quid* prim. Vatic. aliique nonnulli. forte, *quod quisque novi.* HEINS. *novo mandaverat* Jun. *quodcumque* Voſſ. *mandaverat* etiam Lovan.

69. *Agmina*] De multitudine diſcipulorum uniuscujuſque ſectae, qui iterum in ſectas abierunt, interpretatur Barthius. ſed de iis vix ſollicitus fuiſſe videtur Mallius, ſed de diverſis admodum ſectarum ſententiis. quare forte ſcripſerit *dogmata*, quae *decreta* Cicero latine vertere ſolet. & hoc ſequentia firmant, ubi diverſas opiniones recenſet. *perducant* Vicet. BURM.

70. *Namque aliis*] Ne ſingillatim quaeque exponam, quod meum non eſt conſilium, opponatur ex contentione locus hic Ciceronis Academ. Lib. IV. & Sidon. Epithalamio Polemii & Araneolae. DELR.

72. *Confidit*] *conſumlit* Vicet.

72. *In Aetnaeas*] *in Euchenias* Jun.

73. *Revocatque Deum*] vel *diem* prim. Vatic. quod & in multis aliis legitur, minus bene. HEINS. *diem* Wolf. & Voſſ. a m. prim. *rurſumque* non *rurſusque* Codices optimi.

75. *Damnat*] *clamat* Vicet.

77. *Conatur*] *conatu rapido* Exc. Voſſ. Oxon. & Wolf.

81.

Ille ferox, unoque tegi non paſſus Olympo,
Inmenſum per inane volat, finemque peroſus
Parturit innumeros anguſto pectore mundos.
Hi vaga conlidunt caecis primordia plagis.
Numina conſtituunt alii, caſusque relegant.
Grajorum obſcuras Romanis floribus artes
Inradias, vicibus gratis formare loquentes
Suetus, & alterno verum contexere nodo.
Quidquid Socratico manavit ab ordine, quidquid
Docta Cleantheae ſonuerunt atria turbae,
Inventum quodcumque tuo, Chryſippe, receſſu;
Quidquid Democritus riſit, dixitque tacendo
Pythagoras, uno ſe pectore cuncta vetuſtas
Condidit, & major conlectis viribus exit.
Ornantur veteres, & nobiliore magiſtro
In Latium ſpretis Academia migrat Athenis,
Ut tandem propius diſcat, quo fine beatum
Dirigitur; quae norma boni, quis limes honeſti,
Quaenam membra ſui virtus diviſa domandis
Objectet vitiis, quae pars injuſta recidat,
Quae vincat ratione metus, quae frenet amores.
Aut quoties elementa doces, ſemperque fluentis

Mar-

81. *Anguſto*] *auguſto* Oxon. duo. Leid. pro *parturit* Voſſ *concipit.* ſed alterum efficacius. Phaedr. IV. 22. *parturiens mons peperit murem*, ubi ad glorioſos ſcriptores reſpicit. non vero hic, quid quisque ſenſerit ſecum, ſed vulgaverit, enumerat. BURM.

82. *Hi vaga conlidunt*] *Hi vada* Wolff. *concludunt* Leid. *primordia cauſſis* Voſſ. m. pr. alter, *legis.*

84. *Antes*] *arces* Exc. Voſſ. *ſervare loquentes* Vicet.

85. *Inradias*] Ad Theodorum referunt; ſed dubito, an non Ciceronem innuat, converſa ad eum oratione. ſaepe enim hoc Cicero gloriatur, ſe Graecis tradita Latina oratione inluſtraſſe. conſtruenda vero verba hoc modo: tu, Cicero, ſuctus formare loquentes vicibus, id eſt per dialogos, &c. inradias Romanis floribus artes Grajorum. ſi *inradiat* cum Leidenſi legas, de Cicerone loqui non dubitandum, ſed ejus laudes transfert ad Mallium. BURM.

86. *Contexere*] *connectere* Exc. Voſſ.

87. *Socratico*] *ſacra tuo* Junian.

88. *Atria*] *agmina* quatuor ſcripti.

89. *Receſſu*] *recurſu* Cod. Barthii.

90. *Riſit dixitque*] *didicit riſitque* Jun. ſed ἐξόχως illud *dixit tacendo* ſervandum, quia & τὸ σιωπᾶν λέγειν, ut dicit Philoſtrat. de Vit. Apollon. II. ubi videndus Olearius. de oratore ante orationem Ovid. II. ex Pont. 5. 51.

Dumque ſilens adſtat, ſtatus eſt vultusque diſerti,
Spemque decens doctae vocis amictus habet. BURM.

91. *Cuncta vetuſtas*] Junian. *tanta*, etiam non male. HEINS.

93. *Ornantur*] *orantur* Oxon.

94. *Spretis*] *ſumtis* Lovan. vide infr. 213. *In Latiis* Junian.

Academia] Hoc imitatus Sidonius, *Obviet & quamvis totis Academia ſectis.* Cicero tamen, ejusque libertus Laurea, penultimam produxerunt. DELR.

95. *Ut tandem propius diſcat*] *diſcas* codex S. Marci, unus Vaticanus, & Pricael. HEINS.

96. *Quis limes*] *qui* Oxon. Leid.

98. *Objectet*] *Objectat* Oxon. duo Leid. *invicta recidat* Jun. *invicta* Lovan. *recedat* Leid. a m. pr.

99. *Frenet*] *frenat* Junian.

100. *Aut quoties*] *At* MSS fere omnes, Vicetin. Parm. Junt. Ald. Colin. Gryph. Iſingr. Pulm. *fluentis* Oxon. mox, *quamvis animaverit* idem.

103.

Digitized by Google

Materiae cauſſas: quae vis animaverit aſtra,
Inpuleritque choros: quo vivat machina motu.
Sidera cur ſeptem retro nitantur in ortus
Obluctata polo: variisne meatibus idem
Arbiter, an geminae convertant aethera mentes:
Sitne color proprius rerum, lucisne repulſu
Eludant aciem. tumidos quae Luna recurſus
Nutriat Oceani: quo fracta tonitrua vento.
Quid trahat imbriferas nubes: quo ſaxa creentur
Grandinis. unde rigor nivibus: quae flamma per auras
Excutiat rutilos tractus: aut fulmina velox
Torqueat, aut triſtem figat crinita cometen.
Jam tibi conpoſitam fundaverat ancora puppim.
Telluris jam certus eras. fecunda placebant
Otia.

203. *Impleritque choros*] Hoc eſt coelorum ex motu concentum, de quo Apollinaris, *ſolidum princeps quod muſica mundum Temperet & certis concentum reddat ab aſtris.* legitur in MS. *Impuleritque*, quod typographi ceteri mendoſum conſpicientes, *Impleritque* ediderunt. DELR. *Inpuleritque choros* Delrius, Schottus II. Obſerv. cap. 55. & Gronovius III. Obſerv. 21. quomodo & ex noſtris meliores. vulgo, *Impleritque chaos*, perperam. *Choros* pro aſtris poſuit. Valer. Flacc. v. 566.

Qualis ab Oceano nitidum chorus aethera veſtit.

ſic & χόρος ἄστρων paſſim apud Graecos poëtas. Plura exempla congeſſit Paſſeratius ad Propertium, & hoc loco Barthius, qui tamen perperam *Impleritque* tuetur. *Impulerit*, τὸ *animaverit* optime interpretatur. Statius III. Silv. III. 54. *Servis & aſtrorum velox chorus.* Fulgentius Aſtronomico:

At chorus aſtrorum reliquus non tangitur umbris.

HEINS. *Impuleritque chaos* Lovan. a m. prim. & multi alii. *Impuleritque choris* Junian. *Implerentque choros* Vicetin. *Impleritque choros* Parm. Junt. Iſingr. Colin. Gryph. vide Barth. ad Stat. III. Silv. III. 54. & Scalig. ad Manil. I. 669. BURM.

Quo vivat] *quo vincat* Junian.

205. *Convertant*] *cum vergant* Junian.

206. *Lucisque repulſus*] meliores, *lucifve*. lidem paulo ante *variiſne*, quomodo Barthius conjecerat. hoc loco ille malit, *lucifve repulſus Eludant aciem*, quam mutationem minime neceſſariam duco. HEINS.

207. *Eludant*] *Elidant* Livin. *repulſus Eludant* Leid. a m. s. *quae lumina curſus* Junian. Heinſius olim volebat *quo Luna*, ut ad *vento* referatur. ſed *quae Luna* eſt, an plena, an creſcens, aut alia forma. *timidos* Wolf BURM.

208. *Fracta*] *facta* Leid. a m. s. *creantur* Vicet.

209. *Imbriferas*] *umbriferas* Jun. *umbriferos imbres* Wolf.

Quo ſaxa creentur] *creantur* plerique. *ferantur* Aldus & decem ex noſtris. duo, *ferantur*. tres, *ruantur. rotantur* Mazarin. Putean. & Rhemenſis. lege, *rotentur. rotare ſaxa* IV. Conſ. Honor. etiam dixit vs. 330. Lib. I. in Rufin. 269.

Haud ſecus hiberno tumidus cum vortice torrens
Saxa rotat.

ſaxa rotare paſſim apud poëtas. *creentur* tamen pr. Vatic. *qui creentur* codex Claverii. *Quid trahat* etiam, non *quis*, Florentinus S. Marci, & *flabra*, non *flagra* potiores membranae. ita & Lib. I. in Stilich. 123. *pigri flabra Bootae.* Raphelengius cum Claveriano codice, quod & Scaliger probat & Barthius, *flamma excutiat. flagra vel aurae* prim. Vatic. non *per auras.* certe, niſi *flamma excutiat* legas, non video, quomodo haec cum ſequentibus cohaereant. HEINS. *quae flabra p. a. excutiant* Wolf. Vicet. & Parm. *quae flagra* Junt. Ald. Iſingr. ſed *flamma excutiat* retinendum, quia mox *crinita* (ſcilicet flamma) *figat cometen. rutilas ignes* codex Barthii. *flumina* Wolf. a m. prim. BURM.

210. *Quae flagra per auras Excutiat rutilos tractus*] Sic fuit hactenus ex emendatione inter quorumdam MSS. lineas poſita, cum in contextu habeatur: *quae flabra p. a. c. r. fetus.* bene, meo judicio. DELR.

212. *Crinita*] *ſtellata* Leid.

214. *Facunda placebant Otia*] *fecunda* puer olim conjeci. confirmant Barthius & decem ſcripti. *fecunda* vocat *otia*, quod libros parerent. *facunda jacebant* prim. Vatic. male. *fecunda carmina & fecundas Muſas* dixit Porphyrius Panegyrico ad Conſtantium.

Otia. naſcentes ibant in ſaecula libri.
Quum ſubito liquida ceſſantem vidit ab aethra
Juſtitia, & tanto viduatas judice leges.
Continuo frontem nimbo velata pudicam
Deſerit Autumni portas, qua vergit in Auſtrum
Signifer, & noctis reparant diſpendia Chelae.
Pax avibus, quacumque volat: rabiemque frementes
Depoſuere ferae. laetatur terra reverſo
Numine, quod priſci poſt tempora perdidit auri.
Illa per occultum Ligurum ſe moenibus infert,
Et caſtos levibus plantis ingreſſa Penates
Invenit aetherios ſignantem pulvere curſus;
Quos pia ſollicito deprendit pollice Memphis.
Quae moveant momenta polum, quam certus in aſtris
Error. quis tenebras Soli, cauſſisque meantem
Defectum indicat numerus. quae linea Phoeben
Damnet, & excluſo pallentem fratre relinquat.

Ut

tium. apud Papinium Tiburtino Manlii Vopiſci Lib. I. Silv. III. 91.

Hic premitur fecunda quies, virtusque ferena
Fronte gravis. HEINS.

117. *Juſtitia*] *Juſtitiam* Junian. Oxon. malim etiam, *viduatas vindice leges.* paſſim enim in his vocibus aberrarunt librarii. BURM.

118. *Continuo frontem limbo*] Scaliger & Barthius *nimbo*, qui hoc loco videndus. nec aliter Rhemenſis, & opt. Ambroſ. ex Plauto, Arnobio & Iſidoro adſtruit hanc lectionem vir eruditus. quibus adde Papiam, *Nimbus faſciola transverſa ex auro aſſumta* (lege *aſſuta*) *in linteo, quod eſt in fronte dominarum poſitum. Nam & lumen, quod circa angelorum capita pingitur, nimbus vocatur, licet ſit denſitas nubis.* apud Statium tamen Achilleidos primo in optimis membranis legitur, *gemmatis aut nectunt tempora limbis.* non *vittis*, quomodo vulgati codices. *frontem limbis imminutam* dixit Arnobius, ubi *nimbis* tamen reponunt homines eruditi. ſed & *nimbus* pro nube hoc loco poteſt ſumi, ut apud Maronem XII. 416.

Hoc Venus obſcura faciem circumdata nimbo
Detulit. HEINS. eadem diverſitas apud Virgil. II. Aeneid. 616. *nimbo effulgens & Gorgone ſaeva.* ubi unus Moretl, *limbo.* BURM.

119. *Portas*] *partes.* Voſſ. a m. s. & Wolff. & mox *Thelae* a m. prim.

Vergit] *mergit* Jun. vid. I. in Rufin. 364.

121. *Avibus*] *ovibus* editio Gryph. vitioſe. *volant* Junian. ed. Vicet. Parm. *quaecumque* Oxon. *furentes* etiam Junian.

122. *Depoſuere ferae*] *Depoſuere ſuum* Oxon. a m. prim.

124. *Ligurum ſe moenibus infert*] *vaſtis ſe moenibus* prim. Vatic. HEINS. *offert* Oxon.

125. *Levibus plauſtris*] *plantis* MS. & Vet. German. DELR. *plantis*, non *plauſtris*, plerique codices. nec admittendum *clauſtris*, quod Barthius commentus eſt. ſequenti verſu τὸ *in* delendum ex auctoritate eorumdem codicum. HEINS. *plauſtris* vel *pennis* Lovan.

127. *Deprendit*] *deprendit* Oxon. *ſollicito pollice*, ut Ovid. II. ex Pont. III. 18. *ſolliciti ſupputat articulis.* BURM.

128. *Quae moveant momenta polum*] Cum *momenta* a movendo deducantur, durius videtur *moveant momenta*, *foveant* putabam aliquando. HEINS.

129. *Cauſisque meantem* &c.] Mendo nulla carent exemplaria. Vet. Lib. *qui tenebras Solis, cauſſisque meantem Defectum indicat numeris?* Vicetin. *q. t. Soli c. m. Deffectum indicat numerus.* Paris. *q. t. Soli c. m. Defectum inducat numerus.* ceteri, *q. t. Solis c. m. D. videat n.* ſententiam perſpicuam reor, ſi legamus; *quis tenebras Solis, cauſſisque meantem Defectum inducat numerus.* DELR. *Soli*, & mox, *Defectum indicat*, non *videat*, aut *inducat*, cum optimis libris ſcribendum. vide notas ad Bell. Gild. 16. Minucius Felix cap. XVII. *Relinquenda vero Aſtrologis prolixa de ſideribus oratio, vel quod regant curſum navigandi, vel quod arandi metendique tempus indicant.* quae illic vera eſt ſcriptura, adſentientibus veterrimis membranis. quomodo & feſta apud Romanos indicebantur, quae non erant ſtata. male pro

vul-

Ut procul adſpexit fulgentia virginis ora,
Cognovitque Deam: vultus veneratus amicos
Occurrit, ſcriptaeque notas confundit arenae.
Quum ſic Diva prior: Malli, ſincera bonorum
Congeries, in quo veteris veſtigia recti,
Et ductos video mores meliore metallo:
Jam ſatis indultum ſtudiis; Muſaeque tot annos
Eripuere mihi. pridem te jura repoſcunt.
Adgredere, & noſtro rurſum te redde labori.
Nec tibi ſufficiat transmiſſae gloria vitae.
Humanum curare genus, quis terminus umquam
Praeſcripſit? nullas recipit prudentia metas.
Adde, quod haec multis potuit contingere ſedes:
Sed meriti tantum redeunt, actusque priores
Conmendat repetitus honos: virtusque reducit,
Quos Fortuna legit. melius magnoque petendum
Credis, in abſtruſa rerum ratione morari?
Scilicet illa tui patriam praecepta Platonis
Erexere magis, quam qui reſponſa ſecutus
Obruit Eoas claſſes, urbemque carinis

Ve-

vulgata ſcriptura pugnat Barthius. vide quae de hoc loquendi modo ad Senecae Oedipum obſervat exactiſſimus Gronovius v. 17. Arnobius Lib. 1. *Difficiles pluviae fata faciunt emori, & ſterilitatem indicunt terris.* quem locum etiam temere Fulvius Urſinus ſollicitaverat, ubi videndus Elmenhorſtius & Heraldus. Lucenſis, *Defectum ſignet.* paulo poſt, *veneratus*, pro *veneratur*, ſcripti. vidit Raphelengius. HEINS. *caſuſque* Oxon. *Defectum dicat*, vel *dicat*, Florent. S. Marc. Jac. Gronov. ad d. Minuc. locum pro *inducat* pugnat. *indicat* etiam Aldus. de quo verbo ad Quintil. XIII. Decl. 5. & XIX. 10. *inducat* Wolf. *inducat numeris* Vicetin. *Phoebem* etiam Lovan. & Voſſ. *veneranter* cod Barth. BURM.

132. *Fulgentia*] *pallentia* Voſſ. a m. prim.

134. *Occurrit*] *occurrunt* Oxon. *confudit* Leid. *ſcriptoque* Wolff.

135. *Malliî*] *Manli* in melioribus ſcriptis. plerique etiam, *Tion ſic.* Pal. prim. Med. & alter Moreti, *Cum ſic*, quam locutionem Naſoni ſaepe reddidimus ex optimis membranis. HEINS. *malî* Vicetin.

139. *Repoſcunt*] *popoſcunt* Wolf. a m. prim.

140. *Adgredere*] *Egredere* Oxon. a m. prim.

142. *Quis*] *quid* Leid malim, *quis t. u. Praeſcriptus?*

145. *Sed meritis tantum redeunt*] *meriti* probe prim. Vatic. quomodo emendandum clariſſimus ac politiſſimus vir Gaſpar Gevartius jam olim me monuit, cujus eruditos in hoc poëma commentarios avide exſpectamus. Locum merito ut obſcuriorem notat curis ſecundis Barthius, ſed mendoſum eſſe non eſt ſubodoratus. HEINS. Conjecerat etiam, *faſtuſque priores.*

147. *Quos Fortuna regit*] *legit* jam ante annos aliquot ſcribendum vidi, ut teſtis idem mihi Gevartius. Confirmat Rhemenſis liber, cujus excerpta viro ſummo Dionyſio Petavio debemus. Nupt. Honor. 307. *Dignus quem legeres.* IV. Conſ. Hon. 47. *Digna legi virtus.* atque ita paſſim. quomodo & apud Paterculum Lib. II. cap. 103. de Tiberio: *Neque enim quaerendus erat, quem legeret Auguſtus, ſed legendus qui eminebat. Quos fortuna dedit*, vel *gerit*, conjectura eſt Barthiana in uberiori commentario. Alius apud illum malebat, *virtuſque reducis Quis fortuna redit.* Sed nihil verius eſt noſtra lectione. Memini Sidonium quoque Apollinarem ſic non ſemel locutum. HEINS. vide Gronov. ad Liv. XXXIX. 52.

148. *Abſtruſa*] *obſtruſa* Junian. Oxon. *an obſtruſa* Vicet. & Parm.

150. *Qui*] Themiſtocles. DELR.

151. *Urbemque carinis Vexit*] Barthius ex ſcriptis

Vexit, & arſuras Medo ſubduxit Athenas?
Spartanis potuit robur praeſtare Lycurgus
Matribus, & ſexum leges vicere ſeverae:
Civibus & vetitis ignavo credere muro
Tutius objecit nudam Lacedaemona bellis.
At non Pythagorae monitus, annique ſilentes,
Famoſum Oebalii luxum preſſere Tarenti:
Quis vero inſignem tanto ſub Principe curam
Reſpuat? aut quando meritis majora patebunt
Praemia? quis demens adeo, qui jungere ſenſus
Cum Stilichone neget? ſimilem quae protulit aetas
Conſilio vel Marte virum? nunc Brutus amaret
Vivere ſub regno. tali ſuccumberet aulae

165. Fa-

malit legi, *Texit*, neſcio quos dicat ſcriptos, praeter Claverii codicem, qui eam lectionem in coronide profert. nam Pulmanniani, & omnes, quotquot ego inſpexi, pro vulgata ſtant, & recte quidem. HEINS. *urbesque* veteres edd. praeter Aldinam.

152. *Medo*] *medio* Jun. Oxon. a m. prim. *arſuros medio* Wolf.

153. *Praeſtare*] Codex meus ſcriptus *reparare*. DELR.

Lycurgus] *Ligurgus* Lovan. Vicetin.

155. *Civibus*] *curſibus* Leid. *ignaro* alter Leid. *vetitis* Wolff. a m. prim.

157. *Annique ſilentes*] Scripti nonnulli, *animique*. unde vidi, qui *Samii* corrigendum cenſeret, ut Pythagorae diſcipulos intelligat, qui ἀκουστικοὶ propterea dicti. quale mendum & ego ex Martialis Lib. IX. Epigr. 47. delevi. vulgo legitur:

Sic quaſi Pythagorae loqueris ſucceſſor & haeres,
Propendes mento nec tibi barba minor.

Puteanorum fratrum codex, *Praependet tamen*. Vaticanus antiquiſſimus, *Propendetque minor n. t. b. tamen*, vocum ordine turbato. alius ejusdem Bibliothecae, *Dependet ſane*. excerpta Thuanaea optimae notae, *praependet ſane*. Lego,

Propendet Samio nec tibi barba minor.

Eximius vir mihique amiciſſimus Iſiacus Voſſius pulcherrimis ad Pomponium Melam Obſervationibus malit:

Propendet meto nec tibi barba minor.

Seligat lector, quam conjecturam ex duabus potiorem arbitretur. apud noſtrum tamen vulgata lectio non eſt ſollicitanda. per *annos ſilentes* quinquennium intelligit ſilentio a Pythagoraeis devotum. Laërtius in Pythagora: πρὶν ἀντὶ οἱ μαθηταὶ κατατίθοντο τὰς δόξας, ἐις ἴν πειώρησι. πενταετίαν τε ἀνέχειν, φάσκοντες τὸν λόγον κεκλᾶσθαι. meminerunt hujus quoque quinquennii Gellius Noct. Attic. Lib. I. cap. IX. Jamblichus vita Pythagorae; Plutarchus de Curioſitate, Lucianus vitarum Auctione, Hermotimo, & Gallo; Tzetzes in Chiliadibus; alii. Sidonius Apollinaris Carm. XV.

Aſſerit haec Samius poſt docta ſilentia luſtri
Pythagoras.

HEINS. *animi* Vicetin. & Parm. Baylius in Lexico Critico in Pythagora pag. 2316. legit, *An non Pythagorae*, interrogandi modo. refutatur in Miſcell. Obſerv. Critic. Tom. II. Vol. II. pag. 210. BURM.

158. *Preſſere*] *fregere* Mazarin. eleganter, amat enim hoc verbum Claudianus. HEINS. *praeferre* Lovan. a m. prim. qui & *Talenti*, ut & Leid. & Wolf. cum gloſſa: *Alexandrini. Formoſum* etiam Junian.

160. *Aut quando*] *aut quondam* Oxon. *majora deburat* cod. Barth.

162. *Cum Stilichone*] a *Stilichone* Junian.

Pertulit] Vetus liber, *protulit*. DELR. Male vulgo *pertulit*, contra fidem praeſtantiorum codicum, & tamen eam ſcripturam tuetur Barthius. HEINS. *quem protulit* Jun. Leid. & Lovan. vid. Schott. II. Obſerv. 55. *vel marte tuo* Wolff. a m. prim.

164. *Sub regno tali*] Hic locus valde anceps, & lubricus, o Claudiane: videris enim de tuo Stilichone plus nimio gloriari, ſed haec ad laudem Honorii referas licet. CLAVER. *Vivere ſub regno*. ita diſtinguendum cum melioribus membranis, idque vidit Barthius ac monuit. HEINS.

Succumberet] *procumberet* Voſſ. quod forte melius, & ſupplicem fore notat. vid. ad Ovid. IV. Triſt. II. I. & ita noſter aliquoties utitur. non igitur victum Fabricium ſuccubiturum, ſed ſponte aulae tali acceſſurum ſupplicem dicit, & obſecuturum ejus imperiis. BURM.

167.

Fabricius. cuperent ipſi ſervire Catones.
Nonne vides, ut noſtra ſoror, Clementia, triſtes
Obtundat gladios: fratresque amplexa ſerenos
Adſurgat Pietas: fractis ut lugeat armis
Perfidia, & laceris morientes crinibus hydri
Lambant invalido Furiarum vincla veneno?
Exſultat cum Pace Fides. jam ſidera cunctae
Liquimus, & placidas inter diſcurrimus urbes.
Nobiſcum, Theodore, redi. ſubit ille loquentem
Talibus: Agreſtem dudum me, Diva, reverti
Cogis; & infectum longi rubigine ruris
Ad tua ſigna vocas? nam quae mihi cura tot annos
Altera, quam duras ſulcis mollire novales?
Noſſe ſoli vires, nemori quae commoda rupes,
Quis felix oleae tractus, quae gleba faveret
Frugibus, aut quales tegeret vindemia colles?
Terribiles rurſum lituos veteranus adibo,
Et deſueta vetus tentabo caerula vector?
Conlectamque diu, & certis utcumque locatam
Sedibus, in dubium patiar deponere famam?
Nec me, quid valeat Natura fortior uſus,
Praeterit, aut quantum neglectae defluat arti.
Deſidis aurigae non audit verbera currus:

Nec

167. *Fratresque*] *fratres* editiones & ſcripti plurimi, ſed ex Oxon. & Leid. *fratresque* Heinſius protulit & ex Juniano altero.

170. *Vincla veneno*] *colla* prim. Medic. unus Vaticanus & Palatinus. rectius, ſi quid video. delirium certe eam ſcripturam Barthius appellare non debuit. ſequenti verſu malim, *Exſultet*, ut a ſuperioribus oratio dependeat, atque ita Vaticanus chartaceus. HEINS.

171. *jam ſidera*] *comia* Junian.

172. *Liquimus*] *Linquimus* Vicetin. Parm. Iſingr. Gryph. Colin. Raphel. ſed ſcripti & Ald. *Liquimus*.

173. *Nobiſcum Theodore, redi*] *veni* Gyrald. malim & verſu praecedenti *placitas urbes*. HEINS.

176. *Numquam mihi cura tot annis*] *Nam quae mihi* vetuſtiores libri. *annos* etiam Ambroſianus unus. bene. diximus bello Gildon. v. 153. HEINS. *quae tibi* Oxon.

178. *Quae commoda*] *accommoda* malebat Heinſius. vide ad IV. Conſ. Honor. 327.

180. *Quales*] *qualis* Oxon. Leid. forte etiam praeſtaret, *quales legeret vindemia colles*. nam agitur de eligendo ſolo, cuique frugi ſerendae apto. BURM.

183. *Utcumque*] *utrimque* Oxon.

184. *Deponere*] Heinſius conjecerat olim *ſeponere*. Barthius capit pro *deponi*. male. ita II. in Ruſin. 387. *patiarne audire fatelles*. Ovid. XIV. Met. 466. *perpetiar memorare tamen*. plura vide apud Goldaſt. ad Valerjan. p. 35. ubi docet *patiar facere* idem fere eſſe quod *faciam*. vid. & infra 276. & ſupra IV. Conſ. Honor. 2. Bell. Gildon. 266. & ſaepius apud noſtrum. Si *deponere* diſpliceat, poſſet *me ponere* legi, ut *ponere* & *locare* ſint deſumpta a pecunia, quae certis nominibus collocata, deinde relecta ponitur in dubium, id eſt in periculum. Horat. Epod. II. vs. ult.

Omnem relegit Idibus pecuniam,
Quaerit Kalendis ponere. BURM.

185. *Nec me*] *Ne me* Lovan.

187. *Currus*] *curſus* Oxon.

Nec manus agnoſcit, quem non exercuit, arcum.
Eſſe ſed injuſtum fateor, quodcumque negatur
Juſtitiae. tu prima hominem ſilveſtribus antris
Elicis, & foedo detergis ſecula victu.
Te propter colimus leges, animosque ferarum
Exuimus. nitidis quisquis te ſenſibus hauſit,
Inruet intrepidus flammas, hiberna ſecabit
Aequora: confertos hoſtes ſuperabit inermis.
Ille vel Aethiopum pluviis ſolabitur aeſtus:
Illum trans Scythiam vernus comitabitur aër.
Sic fatus, tradente Dea, ſuſcepit habenas
Quatuor, ingenti Juris temone refuſas.
Prima Padum Tiberimque ligat, crebrisque micantem

Ur-

188. *Agnoſcit*] *agnovit* Oxon.

189. *Quodcumque*] *quaecumque negatur* Wolf.

190. *Autris*] *annis* Voſſ. a m. prim.

191. *Detergis*] *deterges* Oxon. Leid. ita & 1. in Eutrop. 268. MSS. & II. 375. vid. Lambin. & Torrent. ad Horat. I. Od. VII. 15. BURM.

192. *Animosque ferarum Exuimus*] Malim *Exuimur*, frequentiſſimo poëtis Graeciſmo. HEINS.

193. *Senſibus*] *mentibus* Oxon. *ſe ſenſibus* Wolff.

194. *Inruet intrepidus flammis*] *flammas* prior Moreti, & optimus Vaticanus a manu ſecunda. quod elegantius. in Epigram. XXVII. 5.

Sic ope ſanctorum ne barbarus irruat Alpes.

Prudentius Apotheoſi vs. 480.

Ecce Geraſenos legio irruit effera porcos.

ubi tamen *ruit* in veterrimis codicibus legitur. Guntherus Ligurini Lib. IV.

Teutonus hoſtilem cum civibus irruit urbem.

& Lib. IX.

Protinus hoſtiles infeſto militе fines
Irruit.

Avienus Deſcriptione Orbis,

——— *viridesque ſulcans terras Achelous*
Irruit Hadriaci tergum maris.

Ammianus Lib. XVII. *Has enim oras Parthiſcus irruens obliquatis meatibus Iſtro miſcetur.* Minucius Felix Octavio, de fulminibus agens, cap. v. *Adeo paſſim cadunt, montes irruunt, arboribus incurrunt, ſine delectu tangunt loca ſacra & profana.* ubi perperam *diruunt* reponitur. Valer. Flacc. III. 148.

——— *gravis irruit Othrys*
Pheretas, & trepido Pollux inpingitur Hebro.

ubi *invenit* perperam nunc circumfertur. ſequenti verſu, *confertos hoſtes*, & *inermis* legendum. ſic *arma conferta*, & *conferta legio* apud Silium. vulgo *conſertos* & *in armis*. HEINS. *conjertos inermis* omnes fere edd. Parm. Junt. Iſing. *conſectos* duo Barthii. *confertas inermis* Wolf. *conſertus* & *conſertus* ſemper fere permutata. ut notavi ad Valer. Fl. III. 274. & ſaepe alibi.

195. *Confertos hoſtes*] Repono ex veteri libro, *confertos*. DELR.

196. *Ille vel*] Vetus liber, *per*. DELR.

Ille vel Aethiopum pluviis ſolabitur aeſtus] Pluvia ſolatur aeſtum, quia temperat ac frangit. Hoc ergo vult, Juſtitiam vice pluviae functuram apud Aethiopas, ac nimios aeſtus mitigaturam. Tacite autem tranquillitatem animi ſubindicat, quae per Juſtitiam acquiritur & comparatur. Aeſtuavit in hoc loco plus quam vellem doctiſſimus Barthius. Libri noſtri manu exarati nihil variant, altero Moretano deterioris notae excepto, qui cum Delriano, *Ille per Aethiopum*, ſed ea non eſt illius codicis praeſtantia, cui multum deferas. HEINS. *Ille per* etiam Oxon. quid ſi legatur, *per Aethiopas*? ſed vitium latere puto in τῷ *pluviis*. nam hoc nihil inſoliti, quum omnes ibi viventes pluviis ſolentur aeſtum. forte, *nec Aethiopum pluviis s. ae.* ſine pluviis etiam aeſtum feret. BURM.

197. *Illum trans Scythiam*] *Tanaim* prim. Mediceus & Palatinus. placet. HEINS.

198. *Habenas*] Hic profecto exprimitur dignitas Praefecti Praet. Occidentis, ſub quo Italia, Illyricum occidentale, Africa, id eſt ejus ſeptem Provinciae, in queis fuit conſtitutus etiam Praefectus Gildoniaci patrimonii. CLAVER.

199. *Juris*] *vires* Oxon.

200. *Prima Padum Tiberimque ligat*] Duos celebriores Italiae fluvios conjungit. Cl. tamen Blondellus *Trebiamque* malit. ſequenti verſu pro *Lydos* Raphelengius ex conjectura Viri illuſtris, *Lybias*. nec diſſentio, quod & Barthius amplectitur. Tentabam olim *Numidas*, ut Bell. Gildon. 93. *Numidae Gildonis erunt?* HEINS.

Mi-

Digitized by Google

Urbibus Italiam: Libyas Poenosque ſecunda
Temperat: Illyrico ſe tertia porrigit orbi:
Ultima Sardiniam, Cyrnon, trifidamque retentat
Sicaniam, & quidquid Tyrrhena tunditur unda,
Vel gemit Jonia. nec te tot limina rerum,
Aut tantum turbavit onus. ſed ut altus Olympi
Vertex, qui ſpatio ventos hiemesque relinquit,
Perpetuum nulla temeratus nube ſerenum,
Cellior exſurgit pluviis, auditque ruentes
Sub pedibus nimbos, & rauca tonitrua calcat:
Sic patiens animus, per tanta negotia liber

Emer-

Micantem] *meantem* Oxon. *meantem* vel *manentem* Lovan.

101. *Lydos*] ſatis conſtat quare *Lydius Tibris* dicatur a Virgilio, cum non ſit in Lydia. Horatius: *Non quia Maecenas Lydorum quidquid Etruſcos*, vide reliqua. CLAVER.

202. *Illyrico orbi*] *Illyricae urbi* Junian. *Illyrica orbi* Oxon.

203. *Cirnon*] ego *Cyrnon* ſcriberem, ἡ δὲ Κύρνος, ait Strabo, ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων καλεῖται Κόρσικα. quae ſub Italiae praetorio continebatur. quare non ſequor eum MS. qui *Syrnum*, praeſertim cum has inſulas ſibi vicinas invicem enumerare conjungereque voluerit. *Trifidam*, τρίσχιστον, ut Lycophron. vel τριπλόαν, ut Oppianus. DELR. Corſicam intelligit. Strabo, Κύρνος ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων καλεῖται Κόρσικα. Caeterum Corſica, Sicilia, Sardinia ſunt tres e XVII. Provinciis Italiae. CLAVER. *Sinumam* Jun. *Smirnam* Oxon. *Smirna* Vicetin. *Syrinum* Lovan. *Sirnum* Leid. *Syrnum* Wolff. a m. prim. *Syrnam* m. s. *trifidamque recepit* Junian.

204. *Tunditur unda*] Et hic Scaligeri conjecturam Raphelengius expreſſerat. quod Puteana excerpta, Rhemenſis, & Ambros. unus confirmant. vulgo *funditur*. Catullus Carm. XI.

Litus ut longe reſonans Eoa
Tunditur unda.

nam ſic ſcribendum, non *reſonante*. Virgil. v. Aeneid. 124.

Eſt procul in pelago ſaxum, ſpumantia contra
Litora, quod tumidis ſubmerſum tunditur olim
Fluctibus.

Tibullus Lib. II. Eleg. IV.

Stare vel infanis cautes obnoxia ventis,
Naufraga quam vaſti tunderet unda maris.

Horatius Epod. XVII.

Non ſaxa nudis ſurdiora navitis
Neptunus alto tundit hybernus ſalo.

Guntherus Ligurini Lib. IV.

Nec mora: Dalmatici qua fluctibus aequoris Ancon
Tunditur.

Priſcianus Periegeſi,

Poſt haec Aeoliae tellus praetenditur oras,
Fluctibus Aegaei primis quae tunditur alti.

Statius IX. Theb. 465.

Spumeus aſſultans fractaque retunditur unda.

Prudentius Cathem. Hymn. VII. vs. 129.

Salſoque candens ſpuma tundit pumices.

unus Medic. *finditur*. alius, *clauditur*, quomodo & Vaticanus ſecundus cum Palatino. qui, *clauditur urna*. forte, *plauditur*. quatuor, *refunditur*. HEINS. *funditur urna* in ora Cod. Moreti. ſed urnam mari qui tribuat, ignoro. BURM.

205. *Vel gemit Jonia*] *Vel genuit Roma* Wolff.

Nec te tot limina rerum] *lumina* Barthius. quomodo complures ex noſtris. inter quos & optimus Vaticanus. tres alii, *tot te limina*. malebam olim, *culmina*. ut Lib. I. in Ruſin. 21. *jam non ad culmina rerum Injuſtas creviſſe queror*. & ſic Claverii editio. ſed cum in quatuor codicibus, *Nec te molimina rerum* offenderim, omnino ſcribendum videtur, *nec tot molimina rerum*. Ovid. XV. Met. 578.

Magna quidem rerum molimina vidit in extis.

& I. ex Pont. II. 75.

Magna tenens illud numen molimina rerum. HEINS.

206. *altus*] *alter* Oxon. & mox *reliquit*. quod & Vicetin. & Parm.

208. *Violatus*] Omnes veteres libri ſcripti & excuſi, *temeratus*. DELR. *violatus* Aldus ſolus ex antiquis. vid. ad Ovid. VII. Metam. 135.

211. *Sic patiens animus*] *animo* tredecim ſcripti. unus *animos*. duo, *animi*. quod verum puto. vide notas bell. Gildon. 281. HEINS. vide ad Ovid. Remed. Amor. 123. hic tamen *animus patiens* retinendum. Ovid. IV. ex Pont. X. 9.

Exemplum eſt animi nimium patientis Ulixes.

& contra *inpatiens animus* Remed. 123. BURM.

112.

Emergit, ſimilisque ſui: juſtique tenorem
Flectere non odium cogit, non gratia ſuadet.
Nam ſpretas quis opes, intactaque pectora lucro
Conmemoret? fuerint aliis haec forte decori:
Nulla poteſt laus eſſe tibi, quae crimina purget.
Servat inoffenſam divina modeſtia vocem.
Temperiem ſervant oculi, nec lumina fervor
Aſperat, aut rabidas ſuffundit ſanguine venas,
Nullaque mutati tempeſtas proditur oris.
Quin etiam fontes expulſa corrigis ira,
Et placidus delicta domas. nec dentibus umquam
Inſtrepis horrendum, fremitu nec verbera poſcis.
Qui fruitur poena, ferus eſt, legumque videtur
Vindictam praeſtare ſibi. quum viſcera felle
Canduerint; ardet ſtimulis, ferturque nocendi
Prodigus, ignarus cauſſae. Dis proximus ille eſt,
Quem ratio, non ira, movet: qui, facta rependens,
Conſilio punire poteſt. mucrone cruento
Se jactent alii, ſtudeant feritate timeri,

Ad-

212. *Tenorem*] *timorem* Jun. an *vigorem*?

214. *Spretas*] *ſumptas* Lovan. ita & ſupra 93. variavit.

215. *Fuerint aliis haec forte decora*] *decori* optimus Vaticanus. Superiora rectius ſic legantur, ſi per libros liceat,

Nam ſpretas quid opes intactaque pectora lucro
Commemorem? HEINS. *fuerunt* Voſſ. *fiunt* Oxon.

217. *Modeſtia*] Hic locus valde notabilis; ſunt enim multi adeo ſtolidi, ut ſi quibusdam virtutibus excellere ſe ſentiant, id quaſi per compita velint publicari. Saltem ea vitia, quibus non urgeri ſe putant, palam deprecantur, quod alienum eſt a modeſtia. ad hunc locum facit Ep. 11. Plin. *Mitto*, inquit, *ut oculos animumque contineat, ſunt haec magna, ſed in alio, in hoc vero minima. ſi cum ceteris virtutibus comparentur.* CLAVER. *potentia meritem* Junian.

219. *Rabidas*] Membranae *rapidas*. DELR. *rapidas* Oxonienſes duo, Lovan. & Pulm. fortaſſe ſcripſerit,

——— *rabies ſuffundit ſanguine venas.*

nam *fervorem* huic etiam verbo non ſatis apte accommodari puto. Valer. Flacc. III. 216. *Et rabie magis ora calent.* ubi ſimilia in notis videbis. *diffundit* Ald. Iſingr. ſed *ſuffundit*, quod & ed. Vicetina habet, unice verum. ſic Statius 1. Theb. 106. *ſuffuſa veneno tenditur.* vid. & ad Sil. Ital. XI. 219. & alibi ſaepe. Virgil. 1. Georg. 430. inſolentius dixit, *ſi virgineum ſuffuderit ore ruborem.* BURM.

Suffundit ſanguine venas] Non *diffundit*, ad Statium Gronovius in Omiſſis Diatrib. p. 401. ex antiquis libris. recte. noſtri propemodum omnes accedunt. HEINS. *ſuffundit* Wolf.

223. *Verbera poſces*] *verba repoſcis* Oxon. duo, Wolf. Leid. Lovan. & MSS. apud Schottum Lib. II. Obſerv. 55. Sed licet *verba* & *verbera* ſaepe confundi ſciam, & ad Sueton. Aug. XIII. notaverim, non tamen hic admittam. de verbo *poſcere* multa Heinſius dedit ad Lib. II. in Rufin. 298. *ſirepitu* etiam Jun. & Oxon. talis ille centurio, *cedo alteram* dictus, qui fracta vite in tergo militis, alteram clara voce, ac rurſus aliam *poſcebat*, teſte Tacito 1. Annal. 23. BURM.

224. *Qui fruitur*] De hac feritate dictum eſt in Rufinum. Seneca, *ferina rabies eſt ſanguine & vulneribus gaudere.* ipſe Nero, ait Tacitus, *ſubtraxit oculos, juſſitque ſcelera, non ſpectavit.* CLAVER. vid. ad Quintil. Declam. VII. 1.

227. *Ignarus cauſſae*] *ignarus curae* Lovan. quod ſatis commodo ſenſu explicari poteſt. & *cura* & *cauſſa* paſſim in ſcriptis commutata. vid. ad Ovid. II. Amor. XII. 17. III. Faſt. 249. & ſaepe apud Virgilium & Lucanum, & noſtrum in Bell. Getic. 302. Laud. Seren. 189. BURM.

230. *Jactent*] *jactant* Junian. *feritate Tyranni* Voſſ. forte, *tumeant feritate tyranni.*

231.

Addictoque hominum cumulent aeraria cenſu.
Lene fluit Nilus, ſed cunctis amnibus exſtat.
Utilior, nullo confeſſus murmure vires.
Acrior ac rapidus tacitas praetermeat ingens

235.

231. *Abductoque*] Hoc loco germanum eſt, *Addictoque*, hoc eſt, damnato adjudicatoque. Plautus: *addicet Praetor familiam totam tibi.* DELR. *Addicto* meliores noſtri, vidit quoque Raphelengius. HEINS. *Abductoque animum* Oxon. *ſimulent* jun. *ſenſu* idem.

232. *Lene fluit*] Teſtatur id Lib. I. Diodorus. DELR. Qua ratione lene fluat, docet Plinius Hiſt. Curtius vero docet, *altiſſima quaeque flumina minimo ſono delabi.* CLAVER.

Exſtat] *exit* duo codices. vid. ad Lucan. X. 216.

233. *Utilior*] Quotannis enim Aegyptum irrigans, ne imbribus ea egeat, aut ulli terrarum foecunditate concedat, efficit. Tibullus: *Te propter nullas tellus tua poſtulat imbres, Arida nec pluvio ſupplicat herba Jovi.* poſterius hemiſtichion Senec. Natur. Quaeſt. Lib. IV. non nominato auctore, ad verbum deſumſit. Illud de Nilo memoria dignum ab Aeliano memoratur, ejus aquam non mulieres modo, quod Ariſtoteles prodidit, ſed pecudes etiam fecundas reddere. quare tantae utilitatis flumen variis Poëtae epithetis decorarunt. a Dionyſio ποιήεντα, ab Oppiano πυιφόρον, a Parmenone Byzantio Αιγύπτιον ζειὸς dicitur. Latini poëtae *fecundum, placidum, fertilem, imbriferum*, nuncuparunt. quin imo Silius *ſacrum* nominavit, quia, Aeliano teſte, Nilum eumdem, quem Oſirim credebant, vel quia Nilum Aegyptii conſecrarunt, auctore Heliodoro in Hiſtor. Aethiop. & Philone, περὶ βίου Μωυσέως. γ. DELR.

Nullas confeſſus] prim. Vatic. *nullo.* rectius. ſuperiori verſu pro *ſed cunctis amnibus*, idem, *cunctis ſed amantibus.* forte, *cunctis ſed & amnibus.* HEINS. *confectus* Wolff.

Murmure] MS. meus *robore*, ſed in margine correctum, ſic ut in aliis. DELR. *robore* MS. Schotti II. Obſ. 55.

234. *Acrior & rapidus*] Ita ſcripti octo. primus Vatic. & multi alii *ac. Acrior ac rapidus tacitas.* duo, *aut.* unus *ut.* Lucenſis *ad.* Cl. Gevartius, *Acrior it* conjiciebat. in Claveriano *Acrior at Rhodanus*, quod perperam arriſit Barthio. duos enim maximos fluvios conjunxit Nilum & Hiſtrum, idque exemplo Lucani ac aliorum. pro *exſtat* Mazarinianus & Junian. *exit.* quod malo. pro *tacitas ripas* fruſtra alii *tactas*, vel *fractas*, vel *tractas*, vel *raptas.* Maronis illa videtur reſpexiſſe IX. Aeneid. 30.

Ceu ſeptem ſurgens ſedatis amnibus altus
Per tacitum Ganges, aut pingui flumine Nilus
Cum refluit campis.

Liris apud Silium Lib. IV. 352. *fonte quieto Praeſtringit tacitas gemmanti gurgite ripas.* Stat. IV. Silv. III. 89.

Qualis Cinyphius tacente ripa
Poenos Bagrada ſerpit inter agros.

de Nilo Lucan. X. 328.

——— *quos inter in alta*
It convalle tacens jam moribus unda receptis.

quam veram illic lectionem eſſe jam alii viderunt. *pigra vado Langia tacenti* apud Statium Theb. IV. 51. & mox,

Una tamen tacitas, ſed juſſu numinis, undas,
Has quoque ſecreta maris Langia ſub umbra.

Lib. III. 259. *tacent exhauſti ſolibus amnes.* Naſo III. Faſt. 652.

Suſtinuit tacitas conſcius amnis aquas.

Pont. IV. Eleg. X.

Et tacite peragens lene Melantius iter.

HEINS. *Acrior at rapidus* Vicetin. Junt. Iſingr. Raphel. *Acrior ac rapidus* Parm. *tractas* Ald. *tactas* Wolff. Non video Barthio probari *Acrior at Rhodanus*, immo ſuſpectam habet hanc lectionem. ipſe in priori editione corrigebat, *Acrior at rapidis*, vel *Acrior ac rapidus.* in altera *Carior at rapidis.* ibi diſtinguens & ad Nilum referens. locus ſine dubio corruptus. ſi enim *Acrior* & *rapidus* ſit, neſcio quid hic adducatur in exemplum clementiae. nec tria epitheta, *Acrior, rapidus, ingens* cumulata placent. ego duarum vocum *rapidus* & *tacitus* alteram eſſe puto corruptam, & mendam natam ex non diſſimili ſono, ut confunderunt illas librarii ad Ovid. XV. Met. 778. praeterea in Juniano erat, *rapidas tacitus.* quod ferri non poteſt, quia minime tacitus ipſe Danubius, qui per vortices & cataracta volutus magnum edit murmur, & a ſonitu nomen adcepiſſe *Timavo* quibusdam perſuaſum fuit. alii *tractas* & *tactas*, teſte Heinſio. forte legi poſſet,

Acrior at tractu tacitas praetermeat ingens
Danubius ripas.

Acrior eſt Danubius Nilo, ſed quia ingens eſt & ſpatioſus, tractu, id eſt non rapiens, ſed licet incitato, aequali tamen tenore labens, praetermeat ripas innoxius, non ſecum ferens arbores, arva &c. ideo vero in verbo *praetermeat* vis eſt, non laedendi ripas, quae idcirco tacitae dicuntur, quia non habent quod querantur. Conjectura Gevartii *Acrior it* poſſet firmari ex Ovid. Remed. 651.

Flumine perpetuo torrens ſolet acrius ire.

235. Danubius ripas, eadem clementia ſani
Gurgitis immenſum deducit in oſtia Gangen.
Torrentes inmane fremant, laſſisque minentur
Pontibus: involvant ſpumoſo vortice ſilvas.
Pax majora decet. peragit tranquilla poteſtas,
240. Quod violenta nequit: mandataque fortius urguet
Imperioſa quies. idem praedurus iniquas
Accepiſſe preces: rurſus, quae digna petitu,
Largiri facilis: nec, quae comitatur honores,
Auſa tuam leviter tentare ſuperbia mentem.
245. Frons privata manet. non ſe meruiſſe fatetur,

Qui

ſed vellem tunc in toto verſu ſenſum rotundum exhiberi. *tacitis* porro his *ripis* non obſtant illa Valer. Flacc. VII. 218.

Torvus ubi & ripa ſemper metuendus utraque
In freta per ſaevos Hiſter deſcendit Alanos.

ibi enim barbarae & feroces gentes ad utramque ripam intelligendae. ut Ovid. IV. ex Pont. IX. 76. *& illo Ripa ferox Iſtri ſub duce tuta fuit.* *tractu* vero reſpicit longitudinem & ſpatium, quo omnes fere fluvios ſuperat, ut Mela & alii Geographi, & ipſa res docet. Sed Claudianum hic veritati non litaſſe clamabit Seneca, qui Lib. III. Natur. Quaeſt. 27. agens de diluviis & fluminum exundationibus, ait, *Quid tu eſſe Rhodanum, quid putas Rhenum, atque Danubium, quibus torrens etiam in canali ſuo curſus eſt, cum ſuperfuſi novas ſibi fecere ripas, ac ſciſſa humo ſimul exceſſere alveos?* & MOX, *Cum Danubius non jam radices ac media montium ſtringit, ſed juga ipſa ſollicitat, ferens ſecum madefacta montium latera, rupeſque dejectas, & magnarum promontoria regionum, quae fundamentis laborantibus a continente receſſerunt.* Neſcio quid dicam, niſi Poëtas, ut naturae & rerum dominos, fingere, non quae vera ſunt, ſed eſſe poſſunt, & ut rei, quam ſub manibus habent, accommodatum illis videtur. ita lentos & rapidos facere ſolere fluvios eosdem vidimus ad Valer. Flacc. V. 180. BURM.

235. *Clementia ſaevi Gurgitis*] *ſani* ſcripti plerique. ſic contra *inſanae aquae* apud Poëtas. aſſecutus etiam eſt elegantiam hujus lectionis Barthius curis poſterioribus. HEINS. *dementia* Junian. & duo Oxon.

236. *Deducit*] Ita Raphelengius & Barthius, quos ſecutus Heinſius. MSS. vero omnes fere & olim editi, *deducit*, niſi quod Iſingr. Gryph. Colin. *deduxit*, quaſi jam deducere deſiiſſet. ſed vera lectio, & decurrenti fluvio propria eſt, *deducit*. Ovid. I. Metam. 582. de amnibus,

In mare deducunt ſeſſas erroribus undas.

Scio quidem Nilum *diſcretum* in oſtia ſeptem & *digeſtum* dici ab Ovid. V. Met. 324. & IX. 773. ſed MSS. ſequendos exiſtimo, non tamen pugnaturus, ſi quis *diducit* praeferat. ſed tunc non convenire mihi videtur epitheton *ſani* flumini huic, quum & ſaevus fluvius uno alveo fluens, cum diducatur in oſtia, placidior fieri debeat, diviſa copia aquarum unius alvei in ſeptem, aut plura oſtia. praeterea Aldus edidit *emenſum*, quaſi jam iter omne & curſum emenſus eſſet. licet vero noſter accuſativum adjungere ſoleat, ut IV. Conſ. Honor. 371. & Epithal. Pallad. 66. tamen *emenſum Gangem* capere poſſumus, ut *emenſas noctes*, *emenſum annum* & ſimilia, quae produxit doctiſſimus Markland. ad Stat. II. Silv. V. 7. magis tamen placet hic vulgatam retinere; majora enim flumina brevioribus torrentibus opponuntur. BURM.

Gangem] Flumen illud magno cum fragore ipſis ſtatim montibus erumpit: dein ubi mollis contigit planities, in quodam lacu hoſpitatur; inde lenis fluit. notum eſt illud: Ἀστρέγιν πολλαπλοῦ μίγαν ῥέος de Euphrate. CLAVER.

237. *Lapſisque minentur Pontibus*] Melior ſcriptorum pars *laſſisque*, quod verum. diximus nonnihil Lib. III. de Rapt. 352. Barthius tamen vulgatam malit. *laſſa procellis ratis* Lib. I. in Rufin. 278. ut illic emendamus. HEINS. *laxique* Oxon. *laxique* Junian. forte, *quaſſisque*.

239. *Decet*] *docet* Vicetin.

240. *Violenta*] *violata* Oxon.

242. *Quae digna*] *quaeque digna* Junian.

243. *Largitor facilis*] Alii, *Largitur*. *Largiri* olim conjiciebam, quod in ſex codicibus poſtea deprehendi, quos inter Palatinus, Barthio quoque inſpectus, nec intellectus hoc loco tamen, unus *Largiris*. egimus de hoc loco ad III. Conſ. Honor. 89. Vaticanus optimus a manu prima, *Largior &*, quae lectio in nonnullis aliis etiam occurrit membranis. HEINS.

244. *Leviter*] *leniter* vitioſe Vicetin.

245. *Frons*] *Mens* Oxon. Leid. *non ſe* editi olim.

nec

Qui creviſſe putat: rigidi ſed plena pudoris
Elucet gravitas, faſtu jucunda modeſto.
Quae non ſeditio, quae non inſania vulgi
Te viſo lenita cadat? quae diſſona ritu
Barbaries, medii quam non reverentia frangat?
Vel quis non ſitiens ſermonis mella politi
Deſerat Orpheos blanda teſtudine cantus?
Qualem te legimus teneri primordia mundi
Scribentem, aut partes animae: per ſingula talem
Cernimus, & ſimiles agnoſcit pagina mores.
Nec dilata tuis, Auguſto judice, merces
Officiis. illumque habitum, quo jungitur aulae
Curia, qui ſocio proceres cum Principe nectit,
Quem quater ipſe gerit, perfecto detulit anno:
Depoſuitque ſuas te ſuccedente curules.
Creſcite virtutes, fecundaque floreat aetas;

Inge-

nec te Wolff. mox, *qui*, *quae*, vel *quod creviſſe* Oxon. *quem creviſſe* Wolff. *putet* Vicetin. *plena cruoris* Junian. a m. pr. qualis diverſitas in ſcriptis apud Stat. IX. Th. 395. *timoris* Wolff. BURM.

246. *Qui*] Vetus liber, *Quod*. ſi varietas, ut fit, lectionis mendum tegit, facile inducor, ut emendem *Quo*, eritque ſententia: fatetur ſe ea dignitate indignum, qua ad altius fortunae & dignitatis faſtigium evectus eſt. DELR.

247. *Jucunda remoto*] *modeſto* Ingr. Aldus, & aliqui ex noſtris membranis, etiam ſchaedae Gudianae. *faſtum modeſtum* eleganter vocat aliquid temperati mediique inter faſtum & modeſtiam. mox pro *inſania*, Pricaeanus *vaeſania*. HEINS. *modeſto* etiam Vicetin. & Parm.

249. *Cadat*] *cadit* Junian. *diſſona ritu* Oxon. an pro *victu*?

250. *Barbaries media*] Locus corruptus. Livinejus, *Media barbaries*. Scaliger, *Barbaries Medo*, unus liber ex noſtris, *medio*, alius, *mediam*, quod Barthio in editione priori placebat. Pricaeanus, *mediis*, vel *mediam*. Ambroſianus optimus, *medii*. vere. quomodo in Electis primus reſtituit Cl. Gevartius. vide notas Lib. II. in Rufin. 309. neque aliter Claverius edidit, haud dubie ex Cujacianis libris, eamque lectionem Barthius quoque pro genuina curis ſecundis eſt amplexus. HEINS.

252. *Deſerat Orpheos*] Locus Barthio mendi ſuſpectus, qui *Deferat* malit. *Diſceret* editio Camertis. Ego nihil temere immutem. Quis, inquit, Orpheos cantus non deferat auditor, tui eloquii melle delinitus? *blanda formidine* optimus Vaticanus a manu prima. HEINS. Sed quo referas *blanda teſtudine*? an *cantus blanda teſtudine* pro *blandae teſtudinis*? ut illae locutiones ſaepe utroque caſu occurrunt. vid. ad Phaedr. II. 5. ſed hoc durius mihi videtur, qui malim, *Orpheos blandos teſtudine cantus*. BURM.

254. *Talem*] *tale* Ald. & pro *Cernimus*, *Credimus* Oxon. & *agnoſcat* alter a m. pr. mutavimus diſtinctionem, *animae: per ſingula talem Cernimus*, ſecuti editiones priores. BURM.

257. *Illumque habitum*] Conſularem togam. DELR. *Jungitur aulae Curia*] *jungimur aulae curis* Wolff. *aula Curis* Leid. *aulae Curis*, Oxon. & Pulm.

258. *Socios proceres cum Principe jungis.*] *ſocio* quatuor ſcripti. concinne. ſic & Barthio judicante. mox *refloruit* pro *fecundaque floreat* quatuor libri. diſtingue, *fecundaque floreat aetas Ingeniis. patuit* etiam & *ſtat* legendum cum melioribus. alii, *pateat* & *ſtet*, quod fruſtra ſecutus Raphelengius. *Stat labor* optimus Vaticanus, & *Creſcant virtutes* paulo ante. Raphelengiana lectio Barthium habet approbatorem. HEINS.

259. *Quater*] *pater* Vicetin. ut & aberrarunt operae Lib. I. in Eutrop. 489. *Quam pater* Jun. *perfecto anno* dixit, ut Mallius eſſet ordinarius, non ſuffectus conſul, & Kal. Jan. iniret magiſtratum. BURM.

260. *Suas*] *tuas* Oxon.

261. *Creſcite*] *Creſcant* manus viri docti in ora edit. Vicetin. & codices Heinſii. & mox *ſurgant*. credebant enim non convenire ſequenti *floreat*. ſed hoc non debet negotium faceſſere viris doctis; variatio enim illa modorum frequens. vid. ad Ru-

Ingeniis patuit campus, certusque merenti
Stat favor: ornatur propriis induſtria donis.
Surgite ſopitae, quas obruit ambitus, artes.
Nil licet invidiae, Stilichon dum proſpicit orbi,
Sidereusque gener. non hîc violata curulis,
Turpia non Latios inceſtant nomina faſtos.
Fortibus haec conceſſa viris, ſolisque gerenda
Patribus, & Romae numquam latura pudorem.
Nuntia votorum, celeri jam Fama volatu
Moverat Aonios, audito Conſule, lucos.
Concinuit felix Helicon, fluxitque Aganippe
Largior, & docti riſerunt floribus amnes.
Uranie redimita comas, qua ſaepe magiſtra
Mallius igniferos radio deſcripſerat axes,
Sic alias hortata Deas: Patimurne, ſorores,
Optato procul eſſe die? nec limina noſtri
Conſulis, & ſemper dilectas viſimus aedes?

No-

till. 1. 155. & ad Lucan. IV. 357. BURM.

Fecundaque floreat &c.] Barthius legit:

fecundaque floreat aetas,
Ingeniis pateat campus, certusque merenti
Stet favor, ornetur &c.

patuit & *ſtat* Wolf. dubium an *ingeniis* cum *floreat*, an *patuit*, jungendum. mihi ultimo videtur cum editionibus priſcis, quia hoc utitur argumento, ut virtutem exerceant, quia campus, id eſt honores olim in campo dari ſoliti, nunc patuit ingeniis, id eſt doctis, & favor ſtat merentibus certus, & hinc firmari etiam poteſt lectio apud Phaedr. Lib. II. Epilog. quam amplexi ſumus,

Aeſopi ingenio ſtatuam poſuere Attici,
Patere honoris ſciant ut cunctis viam.

ſi *pateat* legatur, optantis eſſet, nunc conſule facto tam docto, & ſine ullo ambitu, adparet jam patuiſſe; quare hortatur reliquos, ut ejus veſtigiis inſiſtant. *Creſcite* &c. *Surgite.* male in Oxon. *ingenuis.* malim praeterea ex ſcriptis, qui *reſloruit* habent, *fecunda refloreat aetas, Ingeniis patuit* &c. *que* centies in *re* conmutatum. vid. ad Conſ. Olybr. 7. & 39. BURM.

265. *dum proſpicit orbi*] *cum pr. urbi* Junianus. & mox idem, *violenta curulis.* ut ſupr. v. 240. & fere ſemper variatur.

267. *Turpia*] *Tam pia* Jun. alter.

268. *Conceſſa*] *concuſſa* Jun.

270. *Votorum*] *ventorum* Jun. *fatorum* duo libri & duo Oxon. pro varia lectione.

272. *Concinuit*] *Et cecinit* Jun. *flexitque* Leid.

273. *Riſerunt floribus amnes*] *rubuerunt* optimus Vaticanus, ut Nuptiis Honorii 187. *Mavortia ſigna rubeſcunt Floribus:* ſed nil mutandum. vide quae notavi ad Naſonem Metam. XV. 205. HEINS. vid. Laud. Seren. 71. *Callaecia riſit floribus.*

275. *Mallius*] *Mollius* Jun. pro *Mallius. radios d. axis* Lovan. a m. prim. *ignifero r. d. axis. radios* & *axis* vel *arcus* Oxon. eſt vero imitatio Virgiliana ex Ecl. III. 41. ubi vid. Comm. & VI. Aeneid. 849. BURM.

277. *Limina*] *lumina* Jun. & mox *dilectas* Leid.

278. *Viſimus aedes*] Vetus liber, *arces.* DELR. Poſt hunc verſum in optimo Vaticano, priori Leidenſi, & uno Moreti libro, ſubdebatur verſus ille, *Notior eſt Stilicone domus geſtare curules*, quem ſuo loco inſerendum curavimus. Oxonienſis & Lovanienſis codicum margini etiam adſcriptus erat. qui tamen omnes conſtanter, *Notior eſt Stilichone domus*, nullo ſenſu. quare admittendam cenſui feliciſſimam Gaſparis Gevartii, viri clariſſimi, conjecturam, reponentis, *Notior eſt Helicone domus.* quomodo per literas me nuper monuit eſſe corrigendum. Scriptum videlicet erat ab imperita aut properanti manu, *Notior eſt Stelicone*, duabus poſterioribus literis *ꝛ̃ eſt* perperam repetitis, & omiſſa adſpiratione in *Helicone.* qui errores in vetuſtiſſimis membranis frequentes admodum occurrunt. Dubium mihi non eſt, Lector, quin mecum ſubſcripturus ſis palmariae huic reſtitutioni loci valde perplexi. paulo ante dixerat noſter, *Concinuit felix Helicon*, tanquam Theodoro nequaquam alienus. hinc etiam illud Uraniae paulo ante, ſorores adloquentis,

quin limina noſtri
Conſulis, & ſemper dilectas viſimus aedes.

Non

Notior eſt Helicone domus. geſtare curules,
Et faſces ſubiiſſe libet. miracula plebi
Colligite, & claris nomen celebrate theatris.
Tu Jovis aequorei ſubmerſam fluctibus aulam
Oratum volucres, Erato, jam perge, quadrigas;
A quibus haud umquam palmam rapturus Arion.
Inluſtret Circum ſonipes, quicumque ſuperbo
Perſtrepit hinnitu Baetin, qui ſplendida potat
Stagna Tagi, madidoque jubas adſpergitur auro.
Calliope liquidas Alciden poſce palaeſtras.
Cuncta Palaemoniis manus explorata coronis
Adſit, & Eleo pubes laudata Tonanti.
Tu juga Taygeti, frondoſaque Maenala, Clio
I Triviae ſupplex. non adſpernata rogantem
Amphitheatrali faveat Latonia pompae.

Au-

Non inconcinne etiam legas, *Notior haec Helicone domus*. Haec domus notior eſt nobis ipſo Helicone. ſed in Schedis Gudianis, *dilectas viſimus arces*. HEINS. Verſum hunc Gronovius etiam ediderat in Diatr. Stat. cap. 36. ſed *Stilicone* retento. ubi explicat *curules*, ut reſtituiſſe ſe pro *curule* ait, pro purpureo amictu ſive praetexta. quamquam ego putem Uraniam hic velle, ſe cum ſororibus geſtare ſellam curulem humeris ſuis, & manibus faſces, ut clare docet ſimilis a Gronovio adductus locus ex IV. Conſ. Hon. 13. jam vero notum eſt eo tempore Conſules lectica ſive διφρῳ κατακέλῳ, fuiſſe humeris juvenum geſtatos. vid. IV. Conſ. Honor. 584. ut ex Xiphilini Claudio & aliis dudum docuerunt viri docti. vide ad Sidon. VIII. Ep. 8. ubi *ebora curulia* & *geſtatoria bracteata* vocat. & ad Paneg. in Anth. 208. *ſubire faſces* eſt eos portare lictoris vice ante Conſulem ſellae jam inpoſitum. Nec haec recte viri docti explicuerunt. in Lucenſi erat *En faſces*, quod rectum foret, ſi omitteretur prior verſus. Epiſtola illa Gevartii legitur in Syntagmate noſtro Tom. II. 472. BURM.

280. *Plebi*] *Phaebi* Jun. Oxon. duo, Lovan. a m. s. & Barthii liber. pro *claris* conjecerat in margine libri ſui Heinſius, *Clariis*. *colligit* etiam Leid. & *celebrate Tyaris* Jun.

282. *Jovis aequorei*] Quia Neptunus equeſtris titulo inſignitur, & ejus ara in Circo, neſcio quid equos amoribus utiles, & Amatoria, quae ſcripſit Mallius, huc adferat Regius interpres. An quia Erato Dea amoris?

Aulam] *aivum* Wolf.

283. *Perge*] *ſparge* Leid. mox *aut quibus* Oxon.

285. *Inluſtret*] *Illuſtra*, & ſeq. vers. *Inſtrepit* Jun. *ſplendida potat* Jun. & Oxon. & Leid. a m. prim. *Betbin* Lovan.

Circum ſonipes] Circenſium igitur ludorum pompa depingitur. DELR. Ludos Circenſes deſignat. in Circo fuiſſe δύδεκα δρόμους, ait Cedrenus, quae referant τῷ ζωδιακῷ κύκλῳ ὅτινες δώδεκα, additque per ſolum, Terram univerſam, per Euripum, mare intelligi. Circus a Circe Solis filia dicitur Tertulliano de Spectaculis. Corippus. *Ipſe ingens Circus plenus ſeu Circulus anni*. Miluus eleganter dictus *avis circenſis*, quia circitor eſt & circat. CLAVER.

288. *Alciden poſce*] Ovid. VI. Faſt. 209.

Altera pars Circi cuſtode ſub Hercule tuta eſt.

huc pertinent etiam verſus vulgatiſſimi Archiae poëtae. CLAVER. *poſſe* Wolff.

289. *Cuncta Palaemoniis*] *Uncta* legabam aliquando, ſed vulgata defendi poteſt. HEINS. *explorata theatris* Oxon. a m. prim.

290. *Et Eleo*] *Tbeſeo* Wolff. a m. prim. & mox, *frondoſaque mollida*.

292. *I Triviae*] *Et Triviae* Oxon.

Non adſpernata rogantem] Ex hoc verſu, quo imitatur Statium, doctiſſimus Marklandus corrigit Lib. I. Silv. II. 15.

Illa refert vultu non adſpernata rogantem.

cum vulgo ſit *rogari*. quod tamen rectum puto; gaudebat enim Venus ſe rogari a puero. *non adſpernata* eſt delectata, gaviſa, ut ipſe vir doctus ſimilia magno numero profert ad Silv. I. vs. 82. non ſemper imitantes omnia exprimunt ad verbum. eodem jure poſſet quis hic corrigere *non averſata rogantem*, ut loquitur Ovid. X. Metam. 393. Virgil. III. Georg. 393. *nec tu aſpernata vocantem*. BURM.

293. *Latonia*] Mars & Diana utriusque ludi

Audaces legat ipsa viros, qui colla ferarum
Arte ligent, certoque premant venabula nisu.
Ipsa truces foetus, captivaque ducat ab antris
Prodigia, & caedis sitientem differat arcum.
Conveniant ursi, magna quos mole rudentes
Torva Lycaoniis Helice miretur ab astris:
Perfossique ruant, populo pallente, leones,
Quales Mygdonio curru frenare Cybebe
Optet, & Herculei mallent fregisse lacerti.
Obvia fulminei properent ad vulnera pardi
Semine permixto geniti, cum forte leaenae
Nobiliorem uterum viridis corrupit adulter;
Hi maculis patres referunt, & robore matres.
Quidquid monstriferis nutrit Gaetulia campis,
Alpina quidquid regitur nive, Gallica quidquid
Silva timet, jaceat. largo diteſcat arena

praefules, auctore Tertulliano. ceterum vide Codicem Theodos. de Spectaculis. CLAVER.

294. *Ipsa*] *illa* Oxon.

295. *Arte ligent*] Sic in MSS. & excusis, non *legant*. nam θηρόμαχοι, vel qui operas suas in id locarunt, aut bestiarum jugulum petere, aut pectus venabulo fodere. apud Ovidium legi, *guttura ligare laqueo*. CLAVER. Quomodo haec intelligenda sint, docet ad Silvas Statii Gronovius cap. XXV. & illum hoc loco secutus curis secundis Barthius. faceſſat ergo Marcilii conjectura, *Arte legant*, quum τὸ *legat* proximo versu praecesserit. HEINS. vitiose Vicetin. & Parm. *corda ferarum*.

Premant] Ita & Statius IV. Theb. 327.

Dum premit obnixo venabula communus apro.

vid. ad Lucan. VII. 562. BURM.

297. *Caedis*] *caecis* Jun.

Differat arcum] Sic Vaticanus & multi alii. vulgo, *deferat*. Junianus *desinat*, ut apud Statium, *Titania desine bella*. vera tamen lectio, quam edendam curavimus. III. Laud. Stilich. 272.

Retibus & Clatris dilata morte tenendae
Ducendaeque ferae.

IV. Conſ. Honor. 384. *praelia differ In juvenem*. & sic alibi. vidit Barthius quoque veram lectionem. HEINS. *proferat* Mediceus, & hoc defendi posset. *detegat* Mazar. Lib. II. de laud. Stil. 27. *Cyclopum spicula differt*, in vulgatis, ubi *defert* erat in duobus Vossianis. II. in Rufin. 200. *fortia coepta differat*. BURM.

198. *Mole ruentes*] *rudentes* Aldus, & magna scriptorum pars cum optimo Vaticano. ruditum ursis dat, qui asinarum proprius, ut leonibus Virgil. VII. Aen. 16. & bobus III. Georg. 374. Caco etiam VIII. Aeneid. 248. HEINS. *rudentes* Wolf. sed an *rudere* conveniat magnae moli dubito. sed sequitur *ruant*, nisi ibi *cadant* sollemni mutatione legatur, vel hic *furentes*. BURM.

299. *Ab astris*] *ab antris* Oxon. pro div. lect.

300. *Perfossique*] *perfusique* marg. Marcil.

302. *Optat*] *Optet* cum Aldo scripti, & mox *mallent* unus Mediceus pro *mallent*. HEINS. *frenata* Jun. *optet* & *mallent* Vicet. & Parm.

Fregisse] Vide ad II. de laud. Stil. 21.

305. *Corrupit*] *corrumpit*. Oxon. dubitabam olim an non *vilis adulter* praestaret, ut opponeretur nobiliori. sed *virides pardos* dixisse nostrum III. de laud. Stilich. 345. notavit Barthius. sed *viridis* est, ut *fulvi* leones, lupi, apri passim dicuntur. vid. ad Ovid. II. Amor. VI. 21.

306. *Hi maculis* &c.] Leopardos innuit, qui maculosi, ut & Lynx, quae Maroni I. Aeneid. 323. dicitur maculosa. Juvenal. XV. 160. *parcit Cognatis maculis similis fera*. CLAVER. *referant* in primo Vaticano. Putem legendum, *qui maculis patrem referant*. HEINS.

307. *Nutrit*] *mittit* Oxon. vid. ad Ovid. II. Met. 366.

308. *Quidquid tegitur*] *si quid* Jun. & mox, *Gallica si quid* Jun. Oxon. duo Leid. & editi aliquot. *silva tenet* Voss. a m. pr. pro *diteſcat* Jun. *discedat*. Oxon. a m. s. *distentet*. *arenas* etiam Jun. *larga durescat* Wolf.

309. *Timet*] Vetus liber, *tenet*. DELR.

310. San-

Sanguine. conſumant totos ſpectacula montes.
Nec molles egeant nota dulcedine ludi.
Qui laetis riſum ſalibus moviſſe facetus,
Qui nutu manibusque loquax; cui tibia flatu,
Cui plectro pulſanda chelys; qui pulpita ſocco
Perſonat, aut alte graditur majore cothurno:
Et qui magna levi detrudens murmura tactu
Innumeras voces ſegetis moderatus aënae
Intonet erranti digito, penitusque trabali
Vecte laborantes in carmina concitet undas.
Vel qui more avium ſeſe jaculentur in auras,
Corporaque aedificent, celeri creſcentia nexu,
Quorum conpoſitam puer amentatus in arcem

Emi-

310. *Confument*] Vetus liber, *conſumant*, apte. DELR. olim editi fere omnes *confument* praeter Raphel. *Ludi* pro *Ludii* Barthius malebat.

311. *Noſtra dulcedine ludi*] Sic Martialis I. Ep. 3. *Noſſes jocoſae dulce cum ſacrum Florae.* CLAVER. Malim *nota*, quomodo a Scaligero ad Manilium citari monet Barthius. neque aliter Claverii editio. ſic Lib. II. in Eutrop. 318. *nota dulcedine praedae.* HEINS.

312. *Qui, qui* &c.] Locutio elegans, ut infra in Nilo. intelligit Mimos, qui honeſtiore vocabulo Apollinis perafiti: Citharoedos, tibicines, comicos, tragicos. Mimi autem fuere meo judicio ſubtiliſſimi, qui geſticulatione manuum potuerint animi ſenſa exprimere. unde & Arbiter dixit, *manu puer loquaci.* CLAVER.

313. *Qui nutu*] *nictu* prim. Vaticanus. bene. Ovid. III. Met. 459.

Et quantum nictu formoſi ſuſpicor oris,
Verba refers aures non pervenientia noſtras.

ita enim vetuſtus liber. alii, *nutu*, vulgo, *motu.* HEINS.

314. *Plectro*] *plectris p. c. q. p. ſucco* Wolf.

316. *Tactu*] *tractu* Jun.

317. *Innumeras voces ſegetis moderatus abenae*] Fuit cum *tegetis* ſcribendum opinarer. ſed & *moderatur* legendum ex ſcriptis. HEINS. *avenae* marg. Iſingr. *moderatur* Ald. & Gryph. vid. Sil. XIV. 472.

Moderatus] Vetus liber *modulatus.* DELR.

318. *Intonat*] *Intonet* Lucenſis & praeſtantiſſimus Vaticanus, aliique nonnulli, & mox, *concitet, jaculentur*, & *aedificent.* Barthius aſſentitur neſcio quibus, qui, *pedibusque trabali vecte*, pro *penitusque* legunt. & ſane τὸ *penitus* hic otioſum & ſupervacuum videtur. pro *laborantes undas* poſſis *relabentes* reponere. HEINS. *pedibusque* legit Dempſterus in Etruria Regali Lib. III. cap. 60. *in carmine* Junian.

319. *Undas*] Totus hic locus agit de organo hydraulico. Tertullianus de Anima: *Tot membra, tot partes, tot compagines, tot itinera venae, tot compendia ſonorum, tot commercia modorum, tot acies tibiarum, una moles erunt omnia, ſic & ſpiritus, qui de tormento aquae anhelat, non ideo ſeparabitur in partes, quia per partes adminiſtratur, ſubſtantia quidem ſolidus, opera vero diviſus.* Vide plura apud Athenaeum & Vitruvium. ſed Ammiani ſeculo, *Domus torrentes exundant vocali ſono, & perflatili cantu fidium reſultant, denique organa fabricantur hydraulica.* Merulae vero ſunt hydraularum ſpecies. hujus rei experimentum admirabile viſitur in domo regia S. Germani ſeptimo ab urbe lapide. CLAVER.

321. *Creſcentia*] Tabulata in ſublime creſcentia refert Senec. in Epiſt. CLAVER.

322. *Augmentatus in artem*] *Arcem* conjiciunt Scaliger & Barthius. recte. confirmant potiores ſcripti. Sed qui ſibi vult τὸ *augmentatus?* codices certe nonnulli, *agmentatus. aumentatus* Helmaeſtadienſis. Lego, *amentatus*, quod verbum & in Lucano exſtat, atque ita optimus Vaticanus & Ambroſianus praeſtantiſſimus. ne dubita. paulo ante dixerat *qui ſe jaculantur.* Lucani verſus eſt Lib. VI. 221.

Cum jaculum parvo Libys amentavit habena.

Silius Lib. XIV. 422.

Inde atras alacer paſtoſque bitumine torquet
Amentante nato Poenorum aſtuſtribus ignes.

quomodo in optimo Colonienſi libro ſcriptum eſt, ut Modius jam monuit. obloquitur tamen illi ſolens, ut pertinaciſſimae eſt inſcitiae, Dauſquejus. vulgati, *Adventante noto*, inepte. Poſſet tamen, quod in vetuſto codice inveni ipſe, *Adjutante noto* legi-

Emicet, &, vinctus plantae vel cruribus haerens,
Pendula librato figat veſtigia ſaltu.
Mobile ponderibus deſcendat pegma reductis,
Inque chori ſpeciem ſpargentes ardua flammas

Ad-

legj. Marcianus Capella Lib. v. *In eauſis mihi elatius anhelanti amentatas baſtas crebro & pila plurimum valentia miniſtravit.* apud Vegetium Lib. III. c. 24. in veteri editione Modeſti Scriverius monet legi *amentatas ſariſſas. Amentare ſententiam* Tertull. adverſus Marcion. apud eumdem, *amenta haereticorum venenorum*, & *amentationes* occurrunt. HEINS.

323. *Emicet*] *Eminet* Oxon. Leid. male. juvenibus proprium *emicare.* I. laud. Stil. 315. ubi vide & alibi.

Vel curribus] Mens auctoris poſtulat, ut ex MSS. reponatur, *cum cruribus.* DELR. *vel curribus* MSS. Pulm. & edd. veteres. ſed MSS. reliqui, *cruribus. planta* etiam olim correxerat Heinſius. *junctus* manus docta in ora Vicetin. ſed offendit illud *vinctus & haerens* eodem verſu. forte, *& vinclis plantae vel cruribus haerens*, ut calceos intelligat, ex quibus & cruribus funambulos pendere videmus hodie. Sed fateor me non recte haec intelligere, niſi agat non de funambulo ambulante per extenſum funem, ſed in ſune utraque ex parte ſuſpenſo & laxiore varios motus & ſaltus dante, qui plerumque luſus pueris committitur. ille vero in illum funem, qui altior eſſe ſolet, extenſo ſune, non per ſcalas enititur, ſed per arcem illam conpoſitam & aedificatam corporibus ſibi ſuperpoſitis. ſed quare *amentatus* dicatur, neſcio, niſi quod & viderim pueros in utroque brachio funes, ut amenta habuiſſe. videant acutiores. ego mihi aquam haerere fateor. Barthius putat puerum tot corporibus ſuperſtructis inſtantem ibi ſaltaſſe, fere ut apud Petronium cap. LIII. *puer in ſumma parte ſcalarum edaria ſaltabat.* Dempſter. de Etruria Regali Lib. II. cap. 2. legit, *puer auctoratus in artem.* quae eſt vulgata lectio. Celeberrimus Addiſſon in Itinerario ſuo Venetiis ſimilem hodie luſum exhiberi narrat, & hic *arcem* conjicit legendum. ſed male citat ex Conſulatu Olybrii. BURM.

324. *Pendula*] Id nos docuerint vel hodierni funambuli melius ac certius, quam verbis explicari queat. CLAVER.

Librato] *vibrato* Jun.

325. *Pegma*]. Erat *pegma* machina lignea inſtar domus exaedificata, paulatim per ſe ſurgens, & multis tabulatis in ſublime creſcens, variisque ſtatuis referta. ea in ſcenam pueris inſidentibus, aut alio aliquo ludicro ornatu deducebatur. meminere Hius complures ſcriptores. Pegmata etiam, Feſto Plompejo auctore, ſunt ornamenta marmorea aut aerea, in atriis affixa, fortium virorum gella demonſtrantia, qualia intellexiſſe videtur Juriſconſultus Ulpianus leg. XII. §. 13. D. de Inſtr. vel inſtrum. leg. DELR. Eſt confixum ſeu conſixilis machina Apulejo. *pegma* Vopiſcus memorat, cujus flammis ſcena conflagravit. CLAVER.

Mobile ponderibus deſcendat pegma reductis] Ita conſtanter ſcripti. Opinor tamen *diſcedat pegma*, reductis nimirum tabulis, ni mavis cum Lipſio *defidat* cap. XXII. libri de Amphitheatro, quem vide. HEINS. *peugma* Leid.

326. *Speciem*] *ſpecies* Jun. male. Ovid. III. Met. 685. *Inque chori iudunt ſpeciem.* ſupra bell. Gild. 507. *Humanae in ſpeciem plantae.* BURM.

Spargentes ardua flammas] Non dubito legendum cum veteri libro, *pergentis in ardua.* DELR. Haec corrupta ſunt, nec libri juvant. Lego minima mutatione, *parcentes.* ſequentia confirmant, ubi *fida incendia* hae flammae vocantur. Fiebat enim nonnumquam, niſi caute ac circunſpecte tractarentur haec pegmata, ut incendium excitarent. Vopiſcus in Carino cap. XIX. *pegma praeterea, cujus flammis ſcena conflagravit, quam Dioclctianus poſtea magnificentiorem reddidit.* Scriptum primo fuit, *pargentes*, *e* in *g* mutato, ut ſaepiſſime in antiquis libris. codices certe quidam cum Vaticano optimo *pergentis in ardua.* Silius Lib. XIV. 429.

Qua nondum tamen impulerat vim Dardana lampas
Parcebatque vapor.

ita ſcribe, non *intulerat.* ſic *parcendo ſecare* apud noſtrum Bello Getico v. 122. & VI. Conſ. Honor. 257. *jugulum parcentibus offert.* Papinius Epithalamio Stellae Lib. I. Silv. II. 79.

Aſt illam ſumma leviter (ſic namque jubebas)
Lampade parcentes, & inerti ſtrinximus arcu.

ubi perperam *inermi arcu* nunc circumfertur. non enim vult Statius nulla ſagitta tactam fuiſſe Violantillam, ſed levi ſagitta. ſic Paris apud Naſonem XVI. Ep. 273.

Nec mea ſunt ſumma leviter deſtricta ſagitta
Pectora: deſcendit vulnus ad oſſa meum.

Idem Statius Lacrymis Etruſci Lib. III. Silv. III. 168. *vitiis parcentia foedera Cattis.* I. Achill. 569.

Nunc levibus fertis, lapſis nunc ſponte caniſtris,
Nunc thyrſo parcente ferit.

Theb. III. 130. *pars ſpicula dextra Nequidquam parcente trahunt.* Lib. VII. 13. *propere monitus iramque parentis Ede nihil parcens.* Horat. Lib. III. Od. 19. *Parcentes ego dexteras odi.* Serenus Sammonicus cap. VII, 80.

Sic pavidum corpus dextra parcente foveto.

Au-

Scena rotet: varios effingat Mulciber orbes
Per tabulas inpune vagus, pictaeque citato
Ludant igne trabes, & non permiſſa morari
Fida per innocuas errent incendia turres.
Laſcivae ſubito confligant aequore lembi,
Stagnaque remigibus ſpument inmiſſa canoris.
Conſul per populos, idemque graviſſimus auctor
Eloquii, duplici vita ſubxus in aevum

335. Pro-

Auſonius Epitaphiis Heroum Epiſt. XXI.

Dum parcente manu molle otium excolitur.

HEINS. Simile miraculum in circulis illis ardentibus, quos tranſit apud eumdem Petronium puer illaeſus. *parcentes* ſuppeditavit Gronovius, ut adparet ex Epiſtola ad Heinſium CLXI. Tom. III. Syllog. ſed ſi ita legas, neſcio quo *ardua* referas. an *ſcena ardua*? ſed hoc vix placet. an *parcentes arida flammae Scena rotet*? quod augeret miraculum, ut ne arida quidem ſcena corriperetur igne. ſic apud Virgil. I. Georg. 357. *aridus fragor*, ubi in Cod. eſt *arduus*. apud Ovid. XIV. Met. 510. *& Japygis arida Dauni Arva gener teneo.* ubi multi codices *ardua*. BURM.

327. *Effingat*] *effigat* Oxon. & Woff.

329. *Ludant*] *laudant* margo Marcilii.

331. *Lembi*] Continere me nequeo, quin Fulgentii Planciadis locum emendem: is de priſco ſermone ait: *Celocem dicunt genus naviculae modicum, quod bamplum dicimus.* haec enim eſt libri Plantiniani, a docto viro reſtituti, ſcriptura. penultimum tamen vocabulum penitus eſt prodigioſum. audacter itaque illi Ariſtarchi pugionem infigo, atque loco illius repono, *lembum*, quia in MS. veteriſſimo legitur, *C. d. g. navicellae velociſſimum, quod lumbum dicimus.* Nec eſt quod quis hanc immutationem abſurdam judicet; nam tam lembi, quam celoces, exigua velociaque, & eam ob rem piraticae aptiſſima ſunt navigia, & novum non eſt hujuſcemodi nomina ab illius aetatis ſcriptoribus confundi. DELR. Subitam Naumachiam deſignat. Dio teſtatur Neronem belluis interfectis & venatione exhibita, ſubito aquam induxiſſe, ubi certamen navale exhibuit. verum quid pluribus opus eſt, cum de his ſpectaculis exſtent libri haud exilis operae, quae tamen Claudianus velut futuri providus, quaſi manu in pugnum contracta, haud obſcure demonſtrat, ut inde libellus confici queat. CLAVER. Vaticanus optimus cum uno Petaviano, Mediceo, Ambroſiano, & quatuor aliis, *Laſcivae*, non *Laſcivi*, ut *lembus* foeminino genere ponatur, quomodo *phaſelus* apud poëtas. HEINS. *Piratici lembi* apud Curtium occurrunt Lib. IV. 5. *phaſelum* feminino genere efferre argenteae aetatis ſcriptores maluiſſe, ait Gronovius ad Senec. Hercul. Oet. 695. ſed & Ovidius II. Amor. 5. *variis diſcordibus acta phaſelus.* vide ad Lucan. V. 518. ubi dubia eſt lectio. *lintrem* etiam ſequiori genere extulit Ovidius & alii. vide Heinſ. ad Ovid. II. Faſt. 864. ſed maſculino Vellej. Paterc. II. 107. quare ſemper puto tutius MSS. ſequi. *Laſcivas* vero vocat, quia & *luſoriae* dicebantur. & ita *ludere* cymbae dicuntur Ovidio & aliis. pro *confligant* erat in Voſſ. *concurrant. configant* Wolf. BURM.

332. *Spument inmiſſa canoris*] Hanc veram lectionem puto, quam Lucenſ. Gyrald. prim. Vatican. & plerique alii ex noſtris cum Gudianis ſchedis agnoſcunt. ſeptem, *immerſa*, totidem, *inmenſa*, forte pro *emerſa*. ſed alterum magis arridet. vulgo, *inverſa*, quod Barthius tuetur. *admittere* ſimili de re dixit Spartianus in Alexandro Severo: *Fecit & ſtagna ſtupenda admiſſo mari.* de *immittendi* verbo nonnihil diximus Lib. II. in Ruſin. 376. Vetus Epigramma in Catalectis Pithoei,

Hic, quem cernis, Atlos, immiſſis pervius undis,
Flexibus obliquis circueundus erat.

inmiſti verbum theatrale. Apulejus Met. X. de Amphitheatro: *Quaecumque ad exitium mulieris beſtiis fuiſſet immiſſa.* HEINS. *immiſſa* Wolff.

333. *Auctor*] *actor* Oxon. *idem graviſſimus* Lib. Barthii.

334. *Duplici vita ſubnixus in aevum*] Non ſunt audiendi codices, qui *vitta* aut *mitra* reponunt cum Barthio. pro *mitrâ* tamen, *duplici merito* poſſit legi. unus praeterea ex noſtris, *duplici fama*, ſed fruſtra. Vult aeternitatem duplici nomine Theodoro obtigiſſe, quam & ſcriptis inmortalibus ſit conſecutus & conſulatu, faſtis inſerendus. *vitta* erudite tuetur Gronovius ad Statii Silvas pag. 359. HEINS. *duplici vitio* Wolff. a m. prim. ego *duplici vita*, quod omnes fere editi praeferunt, capio, pro privata in ſtudiis acta, & publica in honoribus. ſic ſupra vs. 17. *dignum vita curuli Traxit iter.* id eſt vivendi modus, dum juvenis erat: & praeceſſerat, *virtus animo, & ſplendor honore creſcens.* vs. 64. *vitae pars mala perit, quodcumque recedit Litibus, incumbit ſtudiis* &c. vide & vs. 141. & alibi. & hoc firmant ſequentia *libris*, quos in ſeceſſu ſcripſit, *ſe-*

Procedat, libris pariter faſtisque legendus.
Accipiat patris exemplum, tribuatque nepoti
Filius, & coeptis ne deſit faſcibus heres.
Decurrat trabeata domus, tradatque ſecures
Mutua poſteritas, ſervatoque ordine fati
Mallia continuo numeretur Conſule proles.

ſtis, quibus magiſtratus gerens inſcriptus legitur. *ſubnexus* erat in Oxon. BURM.

335. *Faſtisque*] *faſtisque* Leid. Lovan. & tres alii. etiam non male. *ſcriptis* in vita privata, *faſtis* in publica. ſed & *faſtis*, qui publici, poſſunt libris a privato ſcriptis opponi. & hoc melius convenit cū *legendus*. BURM.

339. *Servatoque ordine fati*] ex Ovid. 1. Epiſt. 101. *eunibus ordine fatis*. ubi vide. Hic verſus decorat Wolfiano.

Digitized by Google

CL. CLAUDIANI
IN EUTROPIUM
LIBER I.

SEmiferos partus, metuendaque pignora matri,
Moenibus in mediis auditum nocte luporum
Murmur, & adtonito pecudes paſtore locutas,

Et

Hi libri duo in Eutropium tanta arte ſunt compoſiti, ut facile appareat, Claudianum in eodem ludo, ut ita loquar, cum Joanne Chryſoſtomo aut Libanio edoctum ad eloquentiam. ſed enim homines Eutropio ſimiles ſunt valdius expoſiti maledictis & convitio. Lucianus dialogum inſcripſit Eunuchi nomine ſatis feſtivum, ubi Dioctes quidam non pauca ſpargit dicteria, qualia fuevere a Stoicis maximeque a Cynicis, in eos, qui corpore ſunt mutilo & imperfecto. vide mira apud Suidam in dictione Σπαδων. At de Eutropio noſtro plurima in Cod. Theod. huc pertinentia. Is fuit Conſul cum Manlio Theodoro Anno 399. quo haec edidit ſeu recitavit Claudianus. CLAVER. De Eutropio videndus Jac. Gothofr. in Proſopogr. Codicis Theodoſiani, & ad Leg. XVII. de Poenis, ubi multa in hoc poëmate inlutrat. BURM.

In Eutropium] Erat Eutropius ex aemulis Stilichonis, cujus aſtu Senatuſconſulto in inſulam Cyprum relegatus fuit. Sed contra poëtam noſtrum ſtat hiſtorica veritas. DEMPST. In codice Cujaciano notatum erat, librum tertium injuria temporis eſſe amiſſum, & ſane in primo Vaticano ſub finem libri ſecundi habebatur, *In Eutropium liber* III. *explicit. Incipit Epithalamium Laurentii*, quod carmen LXXXVII verſibus conſtans, indignum judicavimus proferri in lucem. HEINS. Notaverat & Heinſius in hoc carminis principio multa mutuatum eſſe Claudianum ex Scipionis oratione apud Livium XXVIII. 27.

1. *Semiferos partus*] De omnibus illis prodigiis conſulendus Romanae hiſtoriae princeps T. Livius, qui nimium quantum ea deſcribit. CLAVER. *Semiferi partus* ſunt humana belluinaque natura coita commixta, quales putabantur olim Satyri, Fauni, Centauri. D. Hieronymus de vita Pauli. vide Plin. Lib. VII. cap. 3. & Lib. XXII. cap. 24. Lucret. Lib. IV. contra opinionem vulgarem multis diſceptantem. monſtruoſi ſane hi partus publicis ceremoniis expiabantur, quia numquam ſine futurae cladis augurio contingebant. hinc Lucan. 1. 563. *matremque ſuus conterruit infans.* DEMPST.

2. *Moenibus in mediis*] *Et mediis* ſcripti. mox pro *viſaque* Aldus & manu exarati quatuordecim, *binaque*. ſed nihil opus. *diras* etiam pro *duras* unus Mediceus. HEINS. *& mediis* Exc. Wolff. ſed, quod omnes olim editi habent, mihi *in* retinendum videtur, ne concurrant duo ablativi *moenibus*, *nocte*. *diras* vero, quamvis omnes fere *duras* dent, rectum puto. lapidibus enim quum pluere diceretur, grando revera erat. jam vero Horat. 1. Od. II. quem noſter ante oculos videtur habuiſſe, inter prodigia recenſet *diram grandinem*, cui jungit *rubentem Jovis dextram*, ut noſter. *binas* etiam Vicet. BURM.

Luporum Murmur] Lupos in urbe viſos inter prodigia habitum. de morte Julii Maro 1. Georg. 486.

Per noctem reſonare lupis ululantibus urbem.

Silius de Cannenſi clade Lib. VIII. 640.

Caſtra quoque & vallum rabidae ſub nocte ſilenti
Irrupere ferae.

Lib. XIII. de everſione Capuae v. 130.

ſubito incurſu ſaevorum agitata luporum.

Ovid. X. Met. 796.

Inque foro circaque domos ac templa Deorum
Nocturnos ululaſſe canes, neque placet de Furiis accipi. Lucanus de civilium bellorum denuntiatione Lib. 1. 559.

——— *ſilvisque feras ſub nocte relictis*
Audaces media poſuiſſe cubilia Roma. DEMPST.

3. *Pecudes locutas*] Armenta olim locuta prodit D. Auguſtinus de Civit. Dei Lib. III. id primum factum Anno Urbis 292. P. Volumnio, Serv. Sulpitio Coſſ. Val. Max. 1. 6. Livius 1. Dec. Lib. III. id vero ſaepius contigiſſe diſces ex Plinio Lib. VIII. cap. 45. ſed maxime ante bella civilia & conjuratio-

Et lapidum diras hyemes, nimboque minacem
Sanguineo rubuiſſe Jovem, puteosque cruore
Mutatos, viſasque polo concurrere Lunas,
Et geminos Soles mirari delinat orbis.
Omnia ceſſerunt, Eunucho Conſule, monſtra.
Heu terrae coelique pudor! trabeata per urbes
Oſtentatur anus, titulumque effeminat anni.
Pandite, Pontifices, Cumanae carmina vatis,
Fulmineos ſollers Etruria conſulat ignes,
Inmerſumque nefas fibris exploret haruſpex.

Quae

tionem Caſſianam. Virgil. I. Georg. fine, *pecudesque locutae.* Tibull. II. Eleg. 6. *Fataque vocales praecinuiſſe boves.* vide noſtrum Lib. II. in Eutrop. princ. & de bello Getic. 223. *Territat aſſiduus Lunae labor* &c. DEMPST.

4. *Lapidum diras hyemes*] Nec minus in portentis, lapidibus e coelo pluiſſe, ut annotavit Julius Obſequens cap. III. XXX. XXXII. quod contigiſſe hiſtorica fide relatum eſt a Plinio Lib. II. cap. 56. ubi non tantum *lapidibus*, ſed & *lateribus coctis pluiſſe.* Tibullus ante eum Lib. II. Eleg. VI.

Multus ut in terras deplueritque lapis.

quod quoties accidebat, Pontifex, vel Praetor Urbanus, novendiale ſacrum offerebat, indicebatque prodigii expiandi & procurandi gratia. Alexand. Neapolit. Gen. Dier. Lib. V. cap. 27. Tiraquell. ibid. DEMPST.

5. *Cruore*] *cruorem* duo Leidenſ. & Exc. Wolff. quod miror praeteriiſſe Heinſium, qui Graecismos ubique captat. ſed recte videtur judicaſſe hic minime locum habere poſſe. BURM.

6. *Concurrere Lunas*] Plures Lunas ſimul viſas, Cn. Domitio, C. Fannio Coſſ. habes ex Plin. Lib. II. cap. 32. Plut. in Marcello in princ. ut & plures Soles cap. 31. ne poëtica vanitate haec dicta exiſtimentur; quae omnia expiari credebantur, cladesque denuntiatas averti, Sacro concepto Jovi prodigiali, hoc eſt, prodigiorum depulſori. Plaut. Amphitr. Act. II. Sc. II. vs. 107.

——— *prodigiali Jovi,*
Aut mole ſalſa bodie, aut thure comprecatum oportuit.

licet ſcrupulum injiciat Tibull. Lib. II. Eleg. VI. his verbis,

——— *ſed tu jam mitis Apollo*
Prodigia indomitis merge ſub aequoribus. DEMPST.

8. *Conſule*] *Conſuli* dicendum foret, ſed pro dativo uſos ablativo hic docet multis Barthius. quamvis abſoluti poſſunt eſſe ablativi per ſyllepſim, ut nuper poſt multos alios docuit Cortius ad Salluſt. Jug. LXVI. BURM.

9. *Terrae coelique pudor*] Vetus liber, *coeli terraeque pudor.* DELR. Ita & Oxon.

Trabeata] O rem ridiculam & ſimul jocoſam! ſic forte olim quaedam foemina plana ac Semiramia decipulam tetendit maximae, neque profanae dignitati. CLAVER. Credo reſpicere fabulam de Joanna Papiſſa.

11. *Cumanae vatis*] Sibyllini libri conſulebantur, quoties grave Reipublicae imminebat periculum, eorumque cura penes Pontificem ſummum erat. quod plene dicam ad illud de Bell. Getic. vs. 232. *cuſtos Ramani carbaſus aevi.* DEMPST. *Cumeae* Exc. Wolff. puto pro *Cumeae.*

12. *Fulmineos ignes*] Non ſolum in Etruria fuerunt ejusmodi aruſpices; Domitianus enim aruſpicem e Germania miſſum de fulgure conſulit. CLAVER. Aruſpicina inventum fuit Hetruſcorum, a quibus ad Romanos migravit. dicam etiam ad illud de IV. Conſ. Honor. 144. *te ſenſit Etruſcus Augur.* & abunde habes apud Tull. Lib. I. Divinat. fulmina autem, quae ad auguralem ſpectare diſciplinam putabantur, erant tredecim: *poſtularia, peſtifera, conſiliaria, monitoria, boſpitalia, regalia, peremptalia, fallacia, deprecaria, atteſtata, auxiliaria, bruta & atterranea.* ex Caecinna Senec. Lib. II. Nat. Quaeſt. cap. 49. in genere tamen *diurna* Jovi, *nocturna* Summano dedicabant. D. Auguſtin. Lib. I. de Civit. Dei cap. 23. quae expiari ſolebant ſolemni religione, fulmine nempe terrae defoſſae mandato, & ara a Pontifice ſtructa, venerato. Feſtus Lib. II. Juvenal. Sat. VI. 587. *qui publica fulmina condit.* Lucan. I. 606.

——— *diſperſos fulminis ignes*
Colligit, & terrae moeſto cum murmure mandat.

Locus autem hic *bidental* vocatus, a bidente vel ove caeſa. Sidon. Carm. IX. v. 189. *Septum numina quaerit ad bidental.* ſed trita omnia. vide Horat. de Arte Poëtica in fine. Perſ. Sat. II. DEMPST.

13. *Immenſumque nefas*] *Inmerſumque* aliquot veteres. HEINS. Ita tentabat vir inluſtris apud Val. Flacc. I. 497. *Immerſamque ratem*, ubi vide notas. vide & ad Conſ. Mall. vs. 236. BURM.

14.

Digitized by Google

Quae nova portendunt Superi! Nilusne meatu
Devius, & noſtri tentat jam transfuga mundi
Se rubro miſcere mari? ruptone Niphate,
Rurſum barbaricis Oriens vaſtabitur armis?
An morbi ventura lues? an nulla colono
Reſponſura ſeges? quae tantas expiet iras
Victima? quo diras jugulo placabimus aras?
Conſule luſtrandi faſces, *ipſoque* litandum
Prodigio. quodcumque parant hoc omine fata;
Eutropius cervice luat. ſic omnia volvis?

Hoc

14. *Portendunt*] *portendant* Voſſ. & ed. Vicetin. Parm. Junt. Ald. Iſingr. Colin. Raph. *Niluve* Oxon. & mox *ruptve*, *rupeque* ed. Vicet. & Parm. & Exc. Wolf.

15. *Tentat jam transfuga mundi*] *Tendat* Oxonienſis & Pricaeanus eleganter. & tum *portendant* ſuperiori verſu cum plerisque ſcriptis amplectendum. vt. Conſ. Hon. 465. *noſtra pericula tendit Poſtbabitis pulſare fuis.* Bell. Get. 166. *nudatum frondibus Haemum Tendit biems veſtire gelu.* infra hoc ipſo libro 300. *cum tenderet artus Exſangues enervare tege.* ſic enim ibi legendum. Ovid. XI. Met. 532.

Pars igitur tendebat adhuc invadere pinum.

quomodo ſcripti aliquot. Val. Flacc. III. 469.

Nutat ab arce ratis remisque obſiſtere tendit.

Lib. IV. 519.

——— *cur tenditis ultra*
In famulas ſaevire Jovis!

Horat. I. Od. 29.

Socraticam domum
Mutare loricis Iberi,
Pollicitus meliora, tendis?

quae vera lectio. Lib. III. Od. IV.

Fratresque tendentes opaco
Pelion impoſuiſſe Olympo.

atque ita Virgilius, Silius, Statius, alii. *tentat* tamen hoc Claudiani loco non eſt temere ſollicitandum. HEINS.

18. *Ventura*] *meliora* Exc. Wolf.

19. *Iras*] *aras* Voſſ.

20. *Quo diras jugulo placabimus aras*] Ita vulgati. membranae, *Quo duram j. pacabimus iram.* ſuſpicor ſcriptum, *Quo divum.* idque ab imperito librario in *duram* mutatum, cum mendoſe *divum* ſcriptum arbitraretur, ſuperiore parte *u* pene concluſa, ita ut *a* videretur. *aras* etiam malo quam *iram*, propter proxime praecedentem verſum. DELR. Vetus codex habuit *Divum.* ſed re bene perſpecta nihil mutare volui, quia verum eſt, hic *diras aras* nihil eſſe aliud quam aras offenſas, figurate, pro Diis ad iram accenſis. Caeterum in hoc verſu & ſuperiore notare licet, quaſi ſimiliter cadentia, quod non eſt vitioſum, niſi quis tertiet. Stat. X. Theb. 335.

Si non dedecuit tua juſſa, tulique prementem,
Saepe veni, ſaepe hanc dignare irrumpere mentem.

CLAVER. in Voſſ. & Leid. *expiet aras* & *placabimus iras, aras placare* explicuimus ad Ovid. X. Met. 574. *diras* vocat, quia ſanguine debebant placari humano. *dirae* enim ſunt ſaevae. BURM.

22. *quodcumque parant*] *canant* tertius Vaticanus cum Iſingrini libro. HEINS. *quaecumque* Oxon. Vicetin. Parm. Junt. Iſingr. Pulm. Colin. Gryph. *quaecumque canant* marg. Iſingr. ita dixit Bell. Gildon. 355. *multaeque canunt praeſagia noctes.* ſed vulgatum retineo. *fata* enim *parare* aliquid dicuntur, quum triſte quid minentur. Virgilium habuit noſter ante oculos, qui Lib. II. Aeneid. 120. *Cui fata parent, quem poſcat Apollo*, ubi ſubintelligendum mortem, exitium. ibi praeceſſit *animaque litandum Argolica*, unde noſter *ipſoque litandum Prodigio. parare* vero cum dativo clades, mala, & ſimilia notare, docuimus poſt alios ad Petron. cap. XX. & Phaedr. II. 4. ceterum eadem varietas apud Virgil. XII. Aeneid. 28. *idque omnes Divique hominesque canebant*, ibi enim in Zulichemiano codice fuit *parabant.* BURM.

23. *Luat*] ſupra aliud voluit agens de Rufino. huc vero pertinet locus D. Auguſtini ſatis elegans: *Melius eſt ut pereat unus quam unitas.* Virg. V. Aeneid. 815. *Unum pro multis dabitur caput.* CLAVER. vide & Virgil. II. Aeneid. 130.

Sic omnia nobis. Haec regni fortuna tenes?] In MS. dubium *omnia* an *omina.* ſed locus, ut ſuſpectus, aſteriſco notatur. fortaſſis legendus hoc pacto: *Sin omnia noſtro Haec regno fortuna tenes, quaenam* &c. DELR. Hic locus multos male habuit. antea enim in omnibus (quos equidem vidi) exemplaribus: *ſic omnia nobis, Haec regni Fortuna tenes.* Delrius, vir meo judicio bonus, neque vulgaris elegantiae, legendum putavit: *ſin omnia noſtro, Haec regno.* at

Hoc regni Fortuna tenes? quaenam iſta jocandi
Saevitia? humanis quantum bacchabere rebus?
Si tibi ſervili placuit foedare curules
Crimine, procedat laxata compede Conſul:
Rupta Quirinales ſumant ergaſtula cinctus.
Da ſaltem quemcumque virum. diſcrimina quaedam
Sunt famulis, ſplendorque ſuus; maculamque minorem

Con-

vetus liber Cujacii non adeo perplexe loquitur. *Sic omnia volvis? Hoc regni Fortuna tenes?* notum eſt ſatis quid ſit *volvere* ex Marone, qui etiam 1. Aeneid. 78. *Tu mihi quodcumque hoc regni eſt.* Si minus hoc placet exemplum, Plinius in Epiſt. Lib. 1. Ep. 7. *Cum mihi hoc regni dederis.* Terentius Adelph. II. 1. *regnum? ne hic tu poſſides.* CLAVER. *Sic omnia volvis* ex veteri libro Claverius. vulgo, *nobis.* Aldus, *omina nobis.* Livinejus, *ſi qua omina.* Barthius, *ſis omnia nobis?* fruſtra. Lib. III. de Rapt 410. *ſic numina fatis Volvimur.* infra hoc ipſo libro V. 141. *tantone libet mortalia viſu Volvere.* ut quidem antiquus codex. Statius XI. Theb. 40. *Quas volvis, Gradive, vices?* Lucani iſta reſpexit Lib. II. 567.

——— non tam caeco trabis omnia curſu,
Teque nihil, Fortuna, pudet.

HEINS. Et hic Virgilii illa Ecl. IX. 5. *Fors omnia verſat* habuit ante oculos. *verſare* enim & *volvere* idem hic notat. Ovid. XIII. Met. 646. *tanta hominum rerum inconſtantia verſat.* & hinc ipſa *Fortuna volubilis* Ovid. V. Triſt. VIII. 15. hinc *ſortis humanae volumina* Plin. VII. 45. & *fati* Gell. VI. 2. vid. Barth. ad Stat. XI. Th. 40. BURM.

24. *Hoc regni*] Haec ſola vera lectio. ita *hoc juris habebat Fortuna* Lucan. VIII. 95. & Ovid. II. Amor. I. 5.

Quis tibi, ſaeve puer, dedit hoc in carmine juris?

vide plura apud Heinſ. ad Ovid. Epiſt. VIII. 104. Livius XXVIII. 14. *hoc in utrisque caſtris ſermonis erat.* Cicer. III. Tuſcul. 27. *maxime declaratur hoc quaſi officii judicio fieri.* quod nulla auctoritate Daviſius in ſecunda editione mutavit in *officium.* ſed *idem officii* adſtruxit Heinſius ad Ovid. II. Faſt. 46. *Hoc animi nox illa dedit* Lucan. X. 68. *id propoſiti* Quinctil. X. 1. & infinita id generis alia. *tenere* vero proprie de regibus, qui poſſident, ditione tenent & regunt, dici docebit Heinſ. ad Ovid. XI. Met. 270. & nos ad Val. Flacc. III. 658. & alii ſaepe. *Haec regni* Vicetin. Parm. Junt. Iſingr. Colin. & alii. *fortuna lues* Cod. Heinſii. BURM.

25. *Saevitia*] Horatio hoc debet, qui Lib. I. Od. 33. de Venere,

——— cui placet impares
Formas atque animo ſub juga aenea
Saevo mittere cum joco.

noſtro vero ita placuit hic jocus, ut *inſanum* iterum vocet in Praefat. Lib. II. vs. 6. de *rebus humanis* egimus ad Petronium cap. LIII. BURM.

27. *Laxata*] *laxato* Oxon. vide veteres interpretes ad Horat. Od. I. XXXIII. BURM.

28. *Ergaſtula*] His non male congruit illud Propertii: *Vera loquor, regnum ipſe tenet, quem ſaepe coëgit Barbara gypſatas ferre cataſta pedes.* vide Pandect. de Barbario Philippo. CLAVER. Ergaſtulum locus in quo ad opus faciendum ſervi vinciuntur, ab ἐργάζομαι, operor. Iſidor. Lib. XV. cap. VI. Suet. Tib. cap. VIII. Tull. pro Cluent. *Qui inter ſicarios damnatus eſt, manus incidit, & apud eum fuit in ergaſtulo.* de ſervis ibi vinctis vetus Scholiaſtes Juvenalis ad illud Sat. XI. 80.

Squallidus in magna faſtidit compede foſſor.

& ad Sat. VI. 191. *ergaſtula tota.* & ad illud Sat. XIV. 24. *inſcripta ergaſtula.* id plerumque extra urbem. Idem Sat. VIII. 180. *in Lucana aut Tuſca ergaſtula mittas.* Florus Lib. III. cap. XIX. *frequentia ergaſtula, catenatique cultores, materiam bello praebuere.* Lucan. II. 94. *Servilia ſolvit Agmina &c.* DAMPST.

29. *Da ſaltem*] *Des alium* marg. Jungr. *Des ſaltem* Exc. Wolff. Vicetin. Parm. Iſingr. Colin. Gryph. Raph. *Das ſaltem* Ald.

Virum] Ovid. II. Amor. III. 1. *Hei mihi quod dominam nec vir nec femina ſervat.* tertium enim hominum genus Eunuchi. CLAVER. *quemcumque*, id eſt, etiam viliſſimum. vid. ad Val. Flacc. III. 64.

Diſcrimina] Famuli quidem ſpecioſum nomen videtur, at pro ſervo accipitur in Cod. Juſtin. Martialis: *Eſſe ſat eſt ſervum, jam nolo vicarius eſſe.* Ulpianus: *Multum intereſt, qualis ſervus ſit, bonae frugis ordinarius, diſpenſator. an vero vulgaris, vel mediaſtinus.* Eutropius autem non fuit frugi, quando quidem ita ſe geſſit, ut plures dominos habuerit, a nullo diu retentus. CLAVER.

30. *Sunt famulis*] Inter ſervos hi priores, poſteriores illi ex Comico. Ariſt. I. Polit. cap. IV. ἐῶλος ἐῶ δοῦλε, δεσπότης ἐῶ δεσπότα. *ſervus ante ſervum, dominus ante dominum.* Eurip. in Helen. ἐγὼ μὲν εἰμὶ καὶ πεφυκ' ὅμως λόγου ὁ τοῦτο γενναῖον ἐρέσσων δούλοισιν. *ego ſum quidem & exiſto tamen ſervus, inter generoſos numeratus ſervos.* & in ca-

d. m

Conditionis habet, domino qui vixerit uni.
Si pelagi fluctus, Libyae ſi diſcis arenas,
Eutropii numerabis heros. quot jura, quot ille
Mutavit tabulas, vel quanta vocabula vertit!
35. Nudatus quoties, medicum dum conſulit emtor,
Ne qua per occultum lateat jactura dolorem!
Omnes poenituit pretii, venumque redibat,
Dum vendi potuit. poſtquam deforme cadaver

Man-

dem Helena, οὐ δουλεύειν τοῖς γενναίοις δόξαι ἐπιθύμησεν θανεῖν. id eſt, *ante dominas generoſis ſervis glorioſiſſimum mori.* Tuli. Paradox. VI. legatur, ubi ſervitutes diſtinguit. Imo eſt & dignitas ſervorum ex ſententia J. C. leg. *ſed & ſi parjuſſicienter* ff. de Uſufr. verba ſunt, *ſecundum ordinem & dignitatem ſervorum.* & ſervus unus reſpectu alterius dicitur dominus. l. *ſi ſervus* ff. de peculio. Plaut. Aſin. Act. II. Sc. IV. princ. DUMPST.

31. *Qui vixerit uno*] *uni* codices decem. paulo ante pro *Des*, prim. Vatic. Lucenſ. & ſex alii, *Da*, &, *Hoc regni*, *Fortuna*, *hues*, Florent. S. Marci, non invenuſte. HEINS.

34. *Mutavit*] *Mutabat* Oxon. haec optime ex Petron. cap. LIII. ubi tabulae recitantur Trimalchioni, tanquam urbis acta, in quibus ſervorum numerus, inluſtrari poſſunt. BURM.

Quanta vocabula] nomina. ſolebant antiqui contexere tabulas accepti & expenſi, articulatim adſcriptis titulis, quod *nomina* vocabant. quotiens igitur Eutropius in alterius manum veniebat, totiens novi & antiqui domini nomina immutabat. DELR. Aeſtuat in his *vocabulis* etiam Barthius. ſed *quanta* capio pro quot, ut ſaepe apud noſtrum, ut mox vs. 60. *quis nomina poſſit Tanta ſequi.* Conſ. Olybr. 53. & II. de Rapt. 308. *vertere* vero idem quod mutare. vid. ad Valer. Flacc. II. 572. quot ergo nomina, quibus apud priores dominos vocabatur, vel Graeca, vel Romana, antequam Eutropius vocaretur, quod cum a τρέπω veniat, auctor noſter *vertit* voluit uti. Eutropius vero Graece bonis & optimis moribus inſtructus ſit, ille vero perverſiſſimis & ſceleratiſſimis Eutropius dici non meruerat; nam hoc nomen liberatus a ſervitute forte adſcivit. Si quis melius divinet, audiam. BURM.

35. *Nudatus*] Ita optime vetus codex, non *Mutatus*, ut notavit, non etiam probavit Cujacius. apud Sueton. legi: *denudare atque perſpicere quaſi mangone vendente.* Lucianus: γυμνὸν οἱ χρὴ ἰδεῖν βάδομαι. At incenſus Gagates lapis, auctore Apulejo, pulchre in vaenalitiis fanitatem aut morbos explorat. CLAVER. *Mutatus* Voſſ. duo pro var. lect. & Leid. & ed. Aldi.

Medicum] Servos igitur venales Medici inſpiciebant nonnumquam. Emptor inſpicit apud Martialem Lib. VI. *Quidam me modo, Rufe, diligenter Inſpectum, velut emtor, aut lanifta.* CLAVER.

36. *Ne qua*] Deerat hic verſus in editione Vicetina.

38. *Cadaver*] Vide hic Barthium, & infra v. 147. & hinc *cadaveroſa facies* in Terent. Hec. III. 4. recte explicatur, nec meretur expelli. non enim agit de ea ſolum parte corporis, quae os vel vultus dici ſolet, ſed de toto corporis habitu, ut *facies* explicat etiam Donat. ad Eun. II. III. 5. vide Graev. ad Cicer. pro Roſc. Comoed. cap. 10. & Broukh. ad Propert. IV. IV. 19. plura adſtruere nil opus. ſic potuit ille hoſpes Myconius rubicundus, magnus, craſſus eſſe, & tamen cadaveroſo totius corporis habitu, potuit eſſe rigore quodam obſtipus, ut cadaver, qualis ille apud Apulejum Apolog. (pag. 424. edit. Delph.) *ritu cadaveris unum & immobilem vultum poſſidens.* vel, ut hic, defluxiſſe totus in rugas, quae in manibus etiam & collo & ceteris partibus ſe oſtendebant, ut in ſenibus effoetis ſolet conſpici. vel ut carne putida videretur, vel alio modo cadaver referret. vel Pamphilus exanimatus ſubita re, & perturbatus, miſcult hic quaedam, non admodum congrua. certe *lenticinoſa* facie fuiſſe, quis, quaeſo, divinus indicavit ea voce delectatum, Terentium aut ita voluiſſe vultum hoſpitis deſignare. Si vero corrigendi libido urat, cur non in *craſſus* ſaevire libeat potius. non audeo *caſſus* reponere, quod tamen egregie conveniret de arido & exſangui, ut *caſſum ſanguine*, *lumine* &c. paſſim occurrit. & ita cadaver *corpus caſſum anima* dixit Lucret. III. 561. & ita *craſſus* & *caſſus* commutantur apud Sil. VII. 698. ubi *caſſa umbra* dicitur tenuis, vana. ut hic *cadaveroſus* vocari ſolet. permutant etiam librarii apud Ovid. VI. Faſt. 406. ſed quia abſolute nondum poſitum de homine offendi hoc vocabulum, abſtineo. hinc tamen Galli ſenem *caſſee* vocant, viribus defectum. quod vero oggeritur Parmenonem aſtutum & callidum debuiſſe haec ſibi contraria videri, *craſſum* & *cadaveroſa facie*, facilis eſt reſponſio, Pamphilum non dediſſe ipſi tempus, ſed praecidiſſe reſponſionem imperioſis verbis *mane*, *curre*. ne, quum incepiſſet obloqui domi-

Manſit, & in rugas totus defluxit aniles;
Jam ſpecie doni certatim limine pellunt,
Et foedum ignaris properant obtrudere munus.
Tot tranſlata jugis ſubmiſit colla vetuſtum
Servitium, ſemperque novum: nec deſtitit umquam;
Saepe tamen coepit. cunabula prima cruentis
Debita ſuppliciis. rapitur caſtrandus ab ipſo
Ubere: ſuſcipiunt, matris poſt viſcera, poenae.
Advolat Armenius certo mucrone reciſos
Edoctus mollire mares, damnoque nefandum
Auctaurus pretium, foecundum corporis ignem

50. Sedi-

domino, de ſuo commodo prius cogitans, ut egregie poëta, & rogans an maneret totum ibi diem, poſtea ne alias inveniret cauſſas, Pamphilus abire & feſtinare jubet. BURM.

39. *In rugas totus defluxit aniles*] *diſluxit* videtur praeſtare, ſed aliter ſcripti. HEINS. Ego *defluxit* retineo, quod notat, vires, formam, & omnem ſpeciem fere periiſſe, & ab antiquo vigore & habitu corpus omne diſſimile evaſiſſe. ſic Saluſt. Jug. 1. *ubi per ſocordiam vires, tempus ingenium defluxere.* ubi vide quae Cortius notavit. BURM.

40. *ſpecie*] vitioſe *ſpem* Vicetin.

41. *Et foedum ignaris*] Quomodo potuerunt neſcire, quum ſervi ex Aedil. edicto geſtarint titulum, ubi quid morbi vitiive eſſet: quis fugitivus, quis noxa non ſolutus. unde Propertius,

Aut quorum titulus per barbara colla pependit.

CLAVER. Sed hic non de venali ſervo, ſed qui dono datur, agitur, qui non inſpiciebatur antea. *ignari* marg. Iſingr.

42. *Jugis*] *locis* marg. Iſingr.

43. *Nec*] *ne* Exc. Wolff.

44. *Saepe*] quidam codices & editiones priores *Coepit ſaepe tamen*, ingratiori ſono.

45. *Debita ſuppliciis*] Vetus liber & Vicetin. *Dedita*. DELR. *Dedita* ſcripti meliores. vere. in primo tamen Vaticano *Debet*. etiam in Oiſeliano. Infra v. 441. *natos hoc dedere poenae Profuit*. Ovid. XIII. Met. 664. *conſortia pectora poenae Dedidit*, ut quidem legendum. ſic & *noxae dedere* Ovid. I. Faſt. 359.

——— *noxae tibi deditus hoſtis*

Spargitur affuſo cornua, Bacche, mero.

Fragmentum de Origine urbis Romae: *Poſtquam rem, ubi acta erat, comperit, ſervum noxae dedit.* Columella Praefat. libr. de Re Ruſtica; *Rem ruſticam peſſimo cuique ſervorum, velut carnifici, noxae dedimus.* ſic Livius quoque, Feſtus, alii. Plura ad Naſon. Metam. XIII. 664. curis ſecundis. HEINS. Nihil muto. vid. Barth. & nos ad Val. Flacc. V. 21. nec deditur infans modo natus noxae, ſed librarius notam locutionem, hic ſapere ſibi viſus, lectori obtruſit. *Dedua* habent Exc. Wolf. edd. Vicet. & Parm.

46. *Ubere*] Martialis:

Jam cunae lenonis erant, ut ab ubere raptus
Sordida vagitu poſceret era puer. CLAVER.

46. *Matris poſt viſcera*] MS. ſic, vel *funera*. utrumque nihil obſtat, quin diverſimode tamen recipiatur. DELR. Sic locutus alibi, id eſt, ab ipſo ortu. eadem omnino ſunt apud Suidam. at Lucianus tradit Euſtuchorum, quam Spadonum, conditionem eſſe viliorem. in Jure promiſcue habentur, eſtque fere generale Spadonis vocabulum. CLAVER. *poſt matris* Voſſ.

48. *Mollire mares*] D. Cyprianus Ep. II. ad Donat. *evirantur mares, omnis honor & vigor ſexus, evirati corporis dedecore mollitur.* Prima vero peſtis inſolitae inventio, ut vult Petronius, Perſarum fuit:

Perſarum ritu male pubeſcentibus annis
Surripuere viros.

licet illud de uſu, non origine, poſſit capi; nam noſter Semiramidi Babylonis conditrici id tribuit, aſſentiente Ammiano Lib. XIV. *Quis*, ait, *videns Spadonum luridam multitudinem, non deteſtatur memoriam Semiramidis reginae illius veteris, quae teneros mares caſtravit omnium prima?* Id autem fiebat aetate. Martial. IX Ep. 9. ut noſter bene dicat raptum Eutropium *ab ubere ad poenas*. Maximus ſane Eunuchorum uſus antiquis, Aſſyriis, Medis, Perſis, Graecis. Curtius & Arrianus paſſim. imo & Romanis, adeo ut neceſſitate exigente id leges permittant. L. 3 & 4. ff. ad L. Cornel. de Sicariis. tamen ne id fieret, edicto cavit Domitianus, in eo non improbus. Xiphilin. in Nerone. Sueton. in Domit cap. VII. Martial. Lib. VI. Ep. II. Lib. IX. Ep. 9. quumque malignitas perſeveraret infantes evirare, poenam capitis caſtrare audentibus Juſtinianus indixit. L. 1. C. de Eunuchis. vide locum & conſidera. DEMPST.

49. *Auctaurus*] Quia Eunuchi tanti fiebant olim, ut ab Imperatore L. 1. C. de comm. ſervo manu-

Digitized by Google

Sedibus exhaurit geminis: unoque ſub ictu
Eripit officiumque patris nomenque mariti.
Ambiguus vitae jacuit, penitusque ſupremum
In cerebrum ſecti traxerunt frigora nervi
Laudemuſne manum, quae vires abſtulit hoſti?
An potius fato cauſſam tribuiſſe queramur?
Profuerat manſiſſe virum. felicior exſtat
Opprobrio. ſerviret adhuc, ſi fortior eſſet.
Inde per Aſſyriae trahitur commercia ripae:

Hinc

numiſſo. & L. III. C. Comm. de Legat. & fidecom. Notariis & Medicis praeferantur, aeſtimenturque ſi minores decennio ſint, triginta ſolidis, ſin majores, ſi quidem nullius artis periti fuerint, quinquaginta, ſin artifices, ſeptuaginta, licet aliorum ſervorum longe impar pretium taxaretur. Non diſſimulabo in meo MS. legi, *Alturus*, quod ipſum fortaſſis ſit recipiendum, cum *agendi* vocabulum, tete Icto in L. XIX. D. de Verb. Signif. generaliſſimum ſit, atque *agere pretium* conſtituere ſignificet, unde auctio quaſi actio dicta eſt. pro *inguen*, vetus liber, *ignem*. DELR.

Pretium] Domitianus Imperator Spadonum, qui reſidui erant apud mangones, pretia moderatus eſt. Juſtinianus vero Lib. VII. Cod. ſanxit, ſervos Eunuchos, qui aliqua arte praediti ſunt, ad ſeptuaginta ſolidos computari, cum ſervi notarii aut medici ad 50 tantum taxari voluerit. CLAVER.

Ignem] alias, *inguen*. Martial. XIII. Ep. 63.

Ne nimis exhauſto macreſceret inguine Gallus,
Amiſit teſtes: nunc mihi Gallus erit.

In optimo codice legi *ignem*, quod libenter admiſi, nam indicat vim, qua virilitas excitatur aut juvatur. CLAVER. *Inguen* Iſingrini codex, quod Gyraldo placebat. quomodo Farneſianus, Pricaeanus & Rottendorphianus ex noſtris pro diverſa lectione. Martial. XIII. Ep. 64.

Ne nimis exhauſto macreſceret inguine Gallus.

mihi vulgata tamen lectio magis arridet. MOX, *officiumque patris*, non *officium* meliores, & *cauſas fato* pro *cauſam*. Cave etiam, *Alturus pretium*, non *Auctarus* cum Delrio legas, aliter ſuadentibus membranis, & ipſo Claudiano. HEINS *Alturus* Oxon. Wolf. & Exc. Voſſ. *ſecum dum* vitioſe Vicetin. *ignem* edd. olim. *inguen* videtur ex vs. 280. infr. repetitum.

50. *Unoque ſub ictu*] *ſub* hic *παρὰ λόγον* notavit Barthius, & Boxhorn. ad Spartian. Hadr. in princ. ſic *ſub acerbo vulnere vitam exhalare* Ovid. V. Met. 62. ubi vide. & ad III. ex Pont. VI. 31 Livius XXXIV. 27. *ſub verberibus acti necantur*. & multiplex hujus praepoſitionis uſus ſaepe notatus viris doctis, & alibi nobis. BURM.

51. *Eripit*] Huic verſui, ni fallor, *χιαστὸς* figura ineſt. hoc modo:

——— *officium patris, nomen mariti.*

vid. Paneg. IV. Honor. ac Pierium in Virgilium. idem notavit Cujacius Inſtit. *legibus armatam, armis decoratam*. dicendum enim erat, *officium mariti ac nomen patris*. ut in Proſerp. ſed ut ait Ovidius, *in vitio decor eſt quaedam male reddere verba*. CLAVER. *officium patris* Vicetin. Iſingr. Gryph. ridiculus & vanus eſt ille *χιαστὸς* Claveril. nec enim eſt hic aliquod in ordine vitium, ut recte Barthius. nam *officium* recte dicitur patris, quod eſt procreare, ut pater poſſit jure dici. maritus dici & nominari non poteſt Eunuchus, quia non meretur hoc nomen exſectis virilibus. forte tamen legi poſſet, *officiumque maris, nomenque mariti*. BURM.

53. *In cerebrum ſecti*] Huc forte pertinet elegans locus Hippocratis libro de Aëre, ubi tradit Eunuchos, quorum ob crebram equitationem apud Scythas ingens, praecipue nobilium, numerus, adorari, iisque venas parotidas ſecari, unde ſteriles fiant. Cujacius vero belle ac venuſte jocabatur, cum diceret de Eunucho: *ille dolet vere, qui ſine teſte dolet*. ſunt enim ab utroque ſexu extorres, ob cladem corporis, vel naturae originem, ut Martinus loquitur. CLAVER.

55. *Fato cauſam*] hic innuit Deos quaſi lege agere, cauſa cognita in mortales. Tacit 1. Hiſtor. 3. *non eſſe aliquando curae Diis ſecuritatem noſtram, eſſe ultionem*. Lucan. IV. 807. *Si libertatis ſuperis tam cura fuiſſet, Quam vindicta placet*. quae quidem ad vivum non ſunt reſecanda; ſunt enim mortalium ſub faſce quaſi laborantium ſolennes querimoniae, ſubita correctione medicabiles; nemo enim adeo furioſus eſt, ut non agnoſcat, dilucido intervallo, genus humanum a Deo non ſolum regi, ſed etiam amari. CLAVER.

56. *Exſtat*] *eſſet* Voſſ.

57. *ſi fortior*] *ſi grandior* marg. Iſingr.

Hinc fora venalis Galata ductore frequentat
Permutatque domos varias. quis nomina poſſit
Tanta ſequi? miles ſtabulis Ptolemaeus in illis
Notior. hic longo laſſatus pellicis uſu
Donat Arinthaeo. neque enim jam dignus haberi
Nec maturus emi. quum faſtiditus abiret,
Quam gemuit! quanto planxit divortia luctu!
Haec erat, haec, Ptolemaee, fides? hoc profuit aetas
In gremio conſumta tuo, lectusque jugalis,
Et ducti toties inter praeſepia ſomni?
Libertas promiſſa perit? viduumne relinquis
Eutropium? tantasque premunt oblivia noctes,

Cru-

60. *Poſſit*] *poſſet* duo Pulman.

61. *Stabulis Ptolemaeus in illis*] *tabulis* quatuor ſcripti cum ſchedis Gudianis, ut conjecerat vir Cl. Albertus Rubenius, quod Claverius quoque in editione ſua expreſſit. ſupra, *quot jura, quot ille Mutavit tabulas.* verior tamen ſcriptura, *miles ſtabuli*, quomodo primus Vaticanus pro diverſa lectione, ut & Farneſianus & Pricaeanus. Confirmant Lucenſis optimus cum uno Medicco. infra vs. 156. quomodo vetuſtus codex, *ab imis Evectus ſtabulis ſummos invaſit honores.* HEINS. Si *ſtabuli* legatur, ſenſus hic debet eſſe, *in illis*, id eſt inter illa nomina, ſive varios dominos Eutropii, fuit notior reliquis Ptolemaeus, miles ſtabuli. ſed quis umquam, quaeſo, *militem ſtabuli* dixit? ſed in illis ſtabulis, id eſt, cauponis, in quibus, per fora venalis circumductus fuit, deverſabantur mangones, fuit quidam Ptolemaeus miles obſcurus, ſed tamen notior reliquis ignobilioribus Eutropii dominis, & ideo illos non nominat. *ſtabula* vero eſſe cauponas ex Petronio cap. VI. & Comm. conſtat. *tabulis* Lovan. a m. p. & ed. Claverii. *Tholomeus* Oxon. Leid. duo, & Lovan. BURM.

63. *Ariſtaeo*] Alii, *Ariſtbaeo.* quidam, *Arutbaeo.* nonnulli, *Arantbeo.* ceteri, *Arentbaeo.* num eſt legendum *Arintbaeo*, cujus Lib. XXVII. meminit Ammianus? quod de hoc loco dixi, idem de aliis, quibus hujus ſit mentio, dictum volo. DELR. Hoc nomen varie legebatur etiam in antiquis codicibus. fuit autem vir togata & armata militia clariſſimus, de quo Ammianus Lib. XXVII. & Graeci Hiſtorici. eſt ſane epiſtola apud Baſilium, ubi ſuam triſtitiam ex Arinthei morte indicat, ſiquidem ab eo non ſolum honore affectus eſt, ſed etiam tota Eccleſia ipſi plurimum debuit: quin imo Armenia omnis periiſſet, ni ejus adventu & occurſu Perſae territi feciſſent fugam. Anno 372. Conſul fuit cum Modeſto. vide Cod. Theod. unde hoc nomen reſtituitur, cum antea *Ariſteo*, *Ariſtbaeo*, *Arantbeo.* CLAVER. *Arintbaeo* Vaticanus cum aliis nonnullis, quomodo apud Ammianum & in Codice Theodoſiano legitur. Chronicon quoque Alexandrinum Ἀριάνθαιος. Arinthaei alterius ſub Conſtantio armaturarum rectoris Ammianus meminit Lib. XV. & ejusdem forte, qui expeditioni Perſicae interfuerit ſub Juliano, & cum Valente in Orientem miſſus ſit a Valentiniano, magiſter peditum. hunc *lectiſſimum ducem* alicubi vocat. Lucenſis, aliique bonae notae, *Arentheo.* vulgo, *Ariſtaeo.* vide curas ſecundas Barthii. HEINS. *Aritbaeo* Parm. Ald. Colin. *Arentheo* Voſſ. Leid. Lov. *Arantbeo* marg. Iſingr.

65. *Quae gemuit*] Ex MS. primus repoſui, *Quam gemuit.* DELR. Lege cum Gyraldino, Schedis Gudianis & duodecim aliis, *Quam gemuit.* Val. Flacc. I. 173.

Quam referem viſas tua per ſuſpiria gentes.

ſic enim vetuſti codices. quod Carrio non intellexit. *quam* pro quantum. Virg. VI. Aen. 694.

Quam metui, ne quid Libyae tibi regna nocerent!

HEINS. vide ad d. Val. Flacc. locum. & ad Ovid. VIII. Met. 64. & Infr. v. 481. ubi etiam *quantum* ſequitur, ut hic. BURM.

66. *Haec erat, heu, Ptolemaee, fides.*] Concinnius primus & tertius Vaticanus cum Oiſeliano: *Haec erat, haec, Ptolemaee, fides.* Statius X. Theb. 807.

Haec erat, haec metuenda manus, ferrumque quod omnes
Ipſa dedi.

Naſo XI. Metam. 694.

Hoc erat, hoc animo quod divinante timebam?

HEINS. Vide ſupra ad Epithal. Honor. 319.

Hoc profuit] *haec profuit* Oxon.

68. *Ducti*] *ductus t. i. p. ſomnus* Oxon.

Praeſepia] Stabula, ni fallor, innuit, de quibus tam

Crudelis? pro fors generis duriſſima noſtri!
Femina quum ſenuit, retinet connubia partu,
Uxorisque decus matris reverentia penſat.
Nos Lucina fugit; nec pignore nitimur ullo.
Cum forma dilapſus amor. defloruit oris
Gratia. qua miſeri ſcapulas tutabimur arte?
Qua placeam ratione ſenex? ſic fatus acutum
Adgreditur lenonis opus. nec ſegnis ad artem
Mens erat, officiique capax, omnesque pudoris
Hauſerat inſidias. cuſtodia nulla tuendo
Fida toro, nulli poterant excludere vectes.
Ille vel aerata Danaën in turre latentem
Eliceret. fletus domini fingebat amantis:
Indomitasque mora, pretio lenibat avaras,

85. Laſ-

tam crebra mentio apud Arbitrum, unde dicitur quaedam Ambroſio *ſtabularia*. Juvenalis, *qui bona donavit praeſepibus*. CLAVER.

71. *Noſtri*] *matri* Exc. Wolff. a m. prim.

72. *Cum ſenuit*] *conſenuit* Vicetin. Parm.

74. *Pignore*] Magnum eſt foecunditatis privilegium, etiam in deportati liberis. C. Theod. ad Eutropium P. F. P. Tacitus: *firma munimenta, quibus inſiſtas, numerus liberorum*. Domitianus uxorem dimiſerat, dein reduxit *favore pignoris*, & eſt qui intercepto communis filii *pignore* ab uxore divorterit. ergo optimum vinculum in conjugiis liberi. Ariſtoteles *συνδεσμὸν* dixit. Juvenal. II. Sat. 138. *partu retinere maritos*. CLAVER.

76. *Scapulas*] Sollicitus eſt Eutropius de ſcapulis ſuis tumore, neſcio quo, incurvatis, quod vitium emendari queat ex ſententia Ovidii III. Art. 273.

Conveniunt tenues ſcapulis anulectidis (ſeu *ameletides*) *altis*
Anguſtum circa faſcia pectus eat.

Humeroſo opponitur is, qui demiſſis humeris. ſed enim hic locus Claudiani forte explicari poteſt de eo, qui timet ſibi a loris vel ſcutica. CLAVER. Ultima explicatio ſola vera. metuebat verbera, ut paſſim in Comoediis ſervi, a quibus tuti erant pueri delicati. Terent. Phorm I. II. 26. *ſeni fidelis dum ſum, ſcapulas perdidi*. vid. infr. vs. 100. *miſeris* Exc. Wolf.

77. *Sic fatus acutum*] Albertus Rubenius poſt *sè acutum* diſtinguit. vox enim Eunuchorum acuta, ut & feminarum. infra vs. 340. *vocis acutae Mollities*. ubi vide Barthium. HEINS. *avitum* marg. Iſingr. quod non abſurdum. nam nec *fati acutum* admodum placet; nec lenonium *opus acutum* vocari videtur admodum elegans, ut Barthius hic explicat. ſed Eutropii parentes & majores jam lenones fuiſſe patet, quia ab ubere ipſo ſectus & venditus, deinde in turpes amores venditus fuit. BURM.

79. *Omnesque*] *omnisque* Voſſ. duo. Lovan. & Exc. Wolff. *pudori* olim Heinſio placebat.

81. *Vectes*] *veſtes* Oxon. intelligit fores ſeris & vectibus munitas. Ovid. II. Amor. XII. 3.

Quam vir, quam cuſtos, quam janua firma (quot boſtes!)
Servabant, ne qua poſſit ab arte capi.

vectes vero hic ſunt ligna vel ferrae, quibus muniebant fores, quum aliter & vectibus effringebant fores. vid. Torrent. ad Horat. III. od. 26. BURM.

82. *Sub turre latentem*] Primus Vatic. *e turre*. Lucenſis & ceteri fere omnes, *in turre*. pro *Eliceret* videtur ſcribendum *Illiceret*, vel *Pelliceret*, ſi vulgatam ſcripturam amplectimur. HEINS. *inturre* Exc. Wolff.

84. *Indomitasque mora*] *mere* Oxon. a m. ſ. quia, ut ait Ovidius, *vina parant animas faciuntque caloribus aptos*. ſed *mora* praeferendum, & *indomitas* non cum Barthii prima expoſitione libidinis effrenae & equinae, ſed quae repugnant amori, nec domari facile poſſunt. has non vi & impetu, ſed mora eſſe leniendas, & ad libidinem corrumpendas noverat. ut ita de Hannibale Florus II. 6. quem Fabius *ſic maceravit, ut qui frangi virtute non poterat, mora conmitteretur*. vide IV Conſ. Honor. 407. *domare* in re amatoria ſaepe occurrit, ut apud Horat. I. od. 27. *quae te cumque domat Venus*. ſic *amor indomitus* eſt effrenis Ovid. II. Faſt. 585. ut *irae indomitae* & ſimilia, de quibus vide ad Ovid. III. Art. 511. ſed *puella indomita* eſt, quae nondum jugum recepit, & ut Horat. II. od. 4. *quae nondum ſubacta cervice jugum fert*. ut paſſim *indomiti* equi dicun-

Digitized by Google

Laſcivasque jocis, non blandior ullus euntis
Ancillae tetigiſſe latus, leviterque reductis
Veſtibus occulto crimen mandaſſe ſuſurro;
Nec furtis quaeſiſſe locum, nec fraude reperta
Cautior eluſi fremitus vitare mariti.
Haud aliter juvenum flammis Ephyreïa Laïs
E gemino dotata mari, quum ſerta refundit

Cani-

dicuntur. Horat. II. Sat. II. 9. & *feri indomita cervice* I. Epiſt. III. 34. ferae igitur & indomitae mulieres mora debent leniri & tractabiles fieri. hoc egregius nequitiae magiſter Naſo docet I. Art. 471. & ſeqq. tempore & mora ipſam Penelopen poſſe vinci. *mora* vero hic legendum evincit Scholiaſtes codicis Voſſiani in Bibliotheca Leidenſi, qui adſcripſerat; *Gutta cavat lapidem, non vi, ſed ſaepe cadendo.* de quo egimus ad Ovid. IV. ex Ponto X. 5. BURM.

85. *nec blandior*] *non blandior* Oxon.

86. *Ancillae tetigiſſe latus*] praecipuum laſciviae argumentum latus tangere. de Galataea Sidon. carm. XI. 38.

——— *latus, quod pollice fixo*
Vellis, & occulto ſpondes connubia tactu.

& nequitiae. Ovid. I. Art. Am. 606.

Inſere te turbae, leviterque admotus euntі
Velle latus digitis, & pede tange pedem.

hinc apud eumdem Lib. I. Amor. VIII. 47.

Penelope vires juvenum tentabat in arcu,
Qui latus argueret, corneus arcus erat.

nec plura addo; ſunt enim quae ſequuntur lenonum verius quam ſtudioſorum. DEMPST. Ultimus hic Ovidii locus nihil ad rem facit. ſed recte Barthius explicat. ita in alia re *fodicare latus* Horat. I. Ep. VI. 51. BURM.

Liviterque reductis] *reductae* malebat Heinſius, quod fere eodem redit, ſed vulgata maneat. *reductis*, id eſt a tergo prehenſis veſtibus, inſuſurrare crimen. *reducere* eſt retro trahere. vid. Heinſ. ad Ovid. VI. Met. 107. ita cape, licet in alia re, Petronii verba illa cap. 100. *tremulis manibus Encolpi laciniam duxi. leniter* Vicetin. BURM.

87. *Mandaſſe*] *mandare* Oxon. Leid. Lovan. dictum vere ut apud Florum III. I. *primum ſcelus mandat infidiis.* Lucan. X. 345.

Nec parat occultae caedem committere fraudi.

vide & Giſan. Indic. Lucret. in *mandare*. BURM.

88. *Reperta*] Malebat Heinſius *rerecta*. ſed ita *fuſta reperta*, pro deprehenſa, ipſe Heinſius egregie adſtruxit ad Ovid. III. Faſt. 816. infra vs. 399. *reperta perfidia* ex MSS. vide ad Bell. Gildon. 264. BURM.

9. *Flammis*] Hae flammae quibusdam hactenus obſcurae. ſupra dixit II. in Rufin. 347. *ardentes gemmas* pro diademate. in Paneg. IV. Honor. 599. *ignes*. haec igitur indicant, Laïda juvenum amantium donis ac muneribus ditatam, ſeu *flammis*, hoc eſt gemmis, quae flammae in ſpeciem rutilant. tales praecipue pyropi. unde Ovid. de Solis regia Lib. II. Met. 2. *Clara micante auro, flammasque imitante pyropo. Geminum* vero pelagus Iſthmon Corinthiacum deſignat, ut eſt in Lib. II. in Rufin. Poteſt etiam intelligi amor flammeus juvenum, eoque caſu verſu ſequenti *& gemino*, non *Egemino*. CLAVER. *Et gemino*, non *E gemino* ſcripti plurimi. vulgata tamen ſuos quoque in codicibus vetuſtis aſſertores habet, recte. ſec. Vaticanus, *De gemino*. Pomponii excerpta, *In gemino*. *dotata* etiam pro *ditata* prior Moreti. optime. ut IV. Conſ. Hon. 647.

Quamvis tot Divis veniet nurus, omnibus arvis
Et toto dotanda mari.

dotata Laïs flammis juvenum e gemino mari, hoc eſt, non tantum amata a juventute Corinthia, ſed ab iis quoque, qui ex inſulis utriusque maris Corinthum confluebant. HEINS. jungenda ergo, *flammis dotata juvenum e gemino mari*. recte quidem, ſed cur *dotata* praeferri debeat non video, cum *ditata* optimum ſenſum habeat. *dotata* rectius virgini pudicae conveniret, ut IV. Conſ. Honor. 647. *& toto dotanda mari*. unde etiam olim Heinſius adſcripſerat, *Et gemino dotata mari*. & ita Exc. Wolff. ſed in priore loco alius ſenſus eſt, nec mari dotata fuit Laïs, ſed ditata ſpoliis juventutis ex utroque mari ad eam adfluentibus. eadem varietas infra de Laude Serenae 43. *Libycis dotata tropaeis*, ubi cod. Voſſ. *ditata*. vide & ad II. de Rapt. 293. ego vero hic *ditata* praefero. ut Ovid. II. Art. Am. 261.

Nec dominam jubeo pretioſo munere dites.

ubi vide quae adnotavimus. de Laïdis vero avaritia & inmani pretio, quod pro nocte pacifcebatur, omnia nota. Claverii ſomnia de gemmis, recte refutavit Barthius. BURM.

91. *Refundit*] Alter Leid. & Moreti, *refutat. refutare* pro recuſare, non novum. Ovid. II. Art. Am. 655.

Ferre novae nares taurorum terga refutant.

ſic

Canities, jam turba procax, noctisque recedit
Ambitus, & raro pulsatur janua tactu;
Seque reformidat speculo damnare senectus.
Stat tamen, atque alias succingit lena ministras;
Dilectumque semel, quamvis longaeva, lupanar
Circuit: & retinent mores, quod perdidit aetas.
Hinc honor Eutropio, quumque omnibus unica virtus
Esset in eunuchis, thalamos servare pudicos,
Solus adulteriis crevit. nec verbera tergo
Cessavere tamen, quoties decepta libido
Irati caluisset heri. frustraque rogantem,

Jactan-

sic vetus liber. Glossae Stephani, *Refutari*, ἀντιλέγεσθαι, ἀποδοκιμάζεσθαι, ἐχθέσθαι. Livinejo tamen *refugit* legendum videbatur, mihi vulgata lectio placet. Statius II. Theb. 220. *& te per colla refusis Intactam, Crenaee, comis.* Ausonius Epist. V.

Caesariem vitilem per candida colla refundes.

Heins. Sed in illis locis *refundere* est spargere, quod huic loco non convenit. quare *refundere* hic est abjicere explicandum. ut Ovid. XI. Met. 488. *aequorque refundit in aequor. refutat* posset ferri, eodem fere sensu, pro non admittit, projicit. vide ad Val. Flacc. VI. 123. *natasque refutat arcus.* ubi alii codices, *refugit.* ut hic Livinejus. Prudent. Hamart. 695.

Nec tamen est virtus, nisi deteriora refutans
Emicet, & meliore viam petat indole rectam.

Idem in Dypticho II. *Accipiens viva & terrena refutans.* vide Lindenbr. ad Amm. Marcell. XVII. 5. & Steph. Steph. ad Saxon. Gramm. Lib. II. pag. 69. *dum ferta refundit Canities, dum turba* est in multis scriptis & edit. Raphel. sed *jam turba* omnes fere scripti & editi. intelligit vero amatores jam insolentes & insultantes, ut apud anum, cum apud puellas juniores sint modesti & supplices. Burm.

93. *Tactu*] *ductu* Schedae Gudianae. Heins. sed *tactibus* etiam exhibent quidam codices in Horatiano loco Lib. I. od. 25. quem sibi proposuit imitandum noster. vide ibi Cl. Bentlejum. *jactu* hic habebat Vossianus. Burm.

94. *Damnante senectus*] *Damnare* scripti meliores. quod & Barthius in Adversariis vidit. Idem tamen frustra est, cum Zinzerlingo obluctatur paulo post pro *retinet mores quos perdidit aetas, retinent* & *quod* scribenti. nititur enim ista emendatio optimorum codicum auctoritate, quam & admittendam sensus postulat. Idque curis posterioribus vidit ipse quoque Barthius. & sunt egregie illustrata a Zinzerlingo Promulsidis Criticae cap. VI. pro, *Dilectumque diu* Isingr. prim. & tert. Vatic. Oisel. Florent. S. Marci, & Mazarin. *semel.* Heins. debuisset dicere, inspicere se reformidat; sed quia anus conscia deformitatis reformidat speculo uti, eleganter & acute dicit *damnare*, id est, quasi damnata esset speculo, ad quod invita accedit. ita *damnasi tenebris* Cons. Olybr. Ovid. II. Art. 387.

Nec mea vos uni damnat censura puellae.

& quae obvia talia sunt. si *damnante* legas, sensus erit, senectutem, id est anum, utentem speculo, se, id est suam formam agnoscere & deformitatem reformidare, etiam non malo sensu. Horat. IV. Od X. 6. *Dices, heu quoties te in speculo videris alterum* &c. Ovid. III. Trist. VII. 37.

Cumque aliquis dicet, fuit haec formosa; dolebis:
Et speculum mendax esse querere tuum. Burm.

95. *Atque alias*] Vetus liber, *ante alias.* Vicetin. & Basileens. *usque.* Dela. In Vicetina editione est *atque. discingit* Excerpt. Wolff.

Lena] *lene* edit. Delrii. credo operarum vitio. *succingit* est quasi in suum locum instruit & formal in artes meretricias. sic *avidae succincta rapinae* est parata, armata, apud Ovid. I. Trist. El. XI. 31. Burm.

99. *Esset in eunuchis*] Puto, *Haec sit*, vel *Esset.* Heins.

Thalamos servare pudicos] Alludit ad nomen. nam eunuchus ἀπὸ τῆ εὐνῆ ἔχειν καὶ ἐπιμελεῖσθαι, a cura cubilium & Gynaeceorum. aut *in vim* ἔχειν, quod bonam habeat mentem, nempe Veneris expers, & ob id idoneus castitatis, pudorisque custos. Ovid. II. Amor. El. 2. quare pretiosior castratione puer dicitur fieri Ulp. L. si fervus ff. ad L. Aquil. sed cum evirati minus fideles viderentur, foeminas etiam castrari placuit. cujus sceleris auctor Andramytes Lydorum Rex, Xanthus apud Athenaeum Lib. XII. Deipnos. cap. 12. Dempst. pro *pudicos, pudoris* Oxon.

102. *Frustraque rogantem*] *negantem* prior. Moreti, hoc est recusantem. Heins.

Jactantemque ſuos tot jam per luſtra labores,
Dotalem genero nutritorique puellae
Tradidit. Eous rector Conſulque futurus
Pectebat dominae crines, & ſaepe lavanti
Nudus in argento lympham geſtabat alumnae.
Et quum ſe rapido feſſam projecerat aeſtu,
Patricius roſeis pavonum ventilat alis.
Jamque aevo laxata cutis, ſulcisque genarum

Cor-

106. *Pectebat dominae crines*] Pectebant dominarum capillos ancillae. ſed non uno modo; nam hae pectebant, illae digerebant; quaedam ornabant; aliae acu, ſeu diſcerniculo diſcriminabant. nota ſunt haec. vide Plaut. in Poenulo ſc. nepotis. Ovid. I. Amor. XI. Lib. II. Eleg. VII. & nequitiae Lib. I. *Hanc matutinos pectens ancilla capillos.* noſtrum Epithal. Pallad. & Seren. *legemque capillo Reddit.* ſed omnium ambitioſiſſime idem officium ancillarum in Epith. Honorii Aug. & Mariae depingit. Et quia huc provecti ſumus, nota, ditiorum capillamenta auro ornari ſueta: nolter de IV. Conſ. Hon. *Subſtringitque comam gemmis.* Ovid. Epiſt. XXI. 89.

Ipſa dedit digitis gemmas & crinibus aurum.

& Epiſt. XV. 75. *nullum eſt in crinibus aurum.* III. Amor. El. XII.

Virginei crines auro gemmaque premuntur.

Valer. Flacc. II. *tereti crinem ſubnectitur auro.* Interdum odores admiſcebant. Propert. Lib. I. El. II. princ. aut pauperes & plebeji ordinis puellae veſica crines involvebant. vide Martial. Lib. VIII. Epigr. 33. de forma ſtruendae comae, coloribusque diverſis alibi. DEMPSTER.

Et ſaepe lavanti] Quam partem laverit alumna ſatis conjicio; puto enim non ſolum poſt opus, ſed & ab urina aquam ſumi, ut ait Martialis Lib. II. 50.

Qua tibi parte opus eſt, Lesbia, ſumis aquam.

deinde Lib. III. 82. *digiti crepantis ſigna novit Eunuchus, Et delicatae ſuſcitator urinae.* CLAVER.

107. *Nudus in argento*] Argentum eſt vas, quo in balneis matronae utebantur. Phaedrus Lib. IV. *mundum muliebrem*, ait, *expoſuit & lavationem argenteam.* adi Lampr. in Commodo. ſcio non ſemper argentea fuiſſe vaſa, ſed ex concha. Vetus interpres Juvenal. ad Sat. III. Plaut. Rudente, *cave tu harum conchas ſpernas.* & puellis gratae erant conchae. Ovid. X. Met. fab. 8. Paulus IC. in L. 3. Sent. Tit. 7. *mundo muliebri legato ea cedunt, per quae mundior lautiorque foemina efficitur, ut ſpeculum & conchae.* noſter Epigr. de Concha. atque haec de privato apparatu. erant etiam in thermis publica lavacra argentea. Stat. I. Silv. V. *argento felix propellitur unda, Argentoque cadit.* qui miniſtrabant lavantibus foeminis, *Aquarioli* dicti. Tertull. Apolog. cap. XLIII. *Lenones, productores, aquarioli.* Feſt. Lib. I. *Aquarioli mulierum impudicarum ſordidi aſſeclae.* Plautus in Poenulo Act. I. ſc. II. vs. 58. *Servolorum ſordidulorum ſcorta diobolaria.* Juvenal. Sat. VI. *veniet conductus aquarius.* atque hinc credibile eſt nomen Gallicum *naquerem* derivatum. Turneb. Lib. XIV. Adverſ. cap. 12. DEMPST. vid. ad Ovid. III. Art. Am. 95. & Petron. XXVI. & XCIV.

109. *Patricius*] Dignitatem ejusmodi primus excogitavit Conſtantinus, ſanxit, ut eſſet ſupra Praefectos Praetorio, ait Zoſimus. Aliud eſt *patricius ſanguis* apud Perſium, & alios antiquiores. Clodoveus & Carolus Magnus fuere Patricii. CLAVER.

Pavonum ventilat alis] *Pavonem* quatuor libri. bene. malim tamen, *roſeas pavonum alas.* ſic *ventilare faces* Ovid. II. Amor. I. 8. *ventilare aurum aeſtivum* Juven. I. Sat. 28. & ſimilia. de *paſſis uvis*, quod ſequitur, ex Priapeis hauſit, *Uvis aridior puella paſſis.* Lucilius apud Nonium, *rugoſi paſſique ſenes.* HEINS. *ventilet* Voſſ. *pavonem* Lovan. a m. pr. de verbo *ventilare* vid. Sanctii Minerv. III. cap. 3. & notas Perizon. pag. 393. ſi *alis* legas, abſolute ponitur, ut apud Sueton. Aug. 82. *ventilans aliquo.* BURM.

110. *Laſſata cutis, ſulcisque genarum Corruerat* &c.] Sic habet quidam vetus liber, & omnes fere excuſi. eſt tamen qui habeat *laxata*, quod Latinum eſſe non abnuerim, nam Juvenalis Sat. VI. 144. *Tres jubeant rugae, vel ſe cutis arida laxet*, ſed hic minus quadrat; nam *laſſata* majori contemtu & odio protulit. dein ſubdit *Corruerat*, quod eſt pecudi quam homini magis proprium, & hic poëta Eutropium ſervilis conditionis hominem acerbiore ſtilo perſequitur; pecudibus enim ſervi quaſi annumerati. unde illud Juven. Sat. IX. 103. *ſervi ut taceant jumenta loquentur.* hanc vero lectionem inſuper tueri juvat ex Virgilio III. Georg. 53. *Et crurum tenus a mento palearia pendent.* quod de ſe non erubuit dicere B. Hieronymus, isque pulchre ac figurate, ut ſolet. *Corruerat* vero non adeo nude accipi debet; hic enim defluere aut delabi ſignificat. ſic ſupra vs. 39. *in rugas defluxit anilis.* ſic apud Virgil. II. Aeneid. 250. *ruit Oceano nox.* ac

III.

Digitized by Google

Corruerat paſſa facies rugoſior uva.
Flava minus preſſo finduntur vomere rura:
Nec vento ſic vela tremunt. miſerabile turpes
Exedere caput tineae; deſerta patebant
Intervalla comae: qualis ſitientibus arvis
Arida jejunae ſeges interlucet ariſtae:
Vel qualis gelidis pluma labente pruinis
Arboris inmoritur trunco brumalis hirundo.

Sci-

111. Georg. 311. *ruit imbriferum ver.* CLAVER. *Aruerat* doctiſſimo Pricaeo ad Apuleji Apologiam videtur ſcribendum, quomodo Guntherus Ligurino Lib. VIII.

——— *miſerandas poſſidet artus*
Foeda ſitu macies: deformia turpis & aeger
Inficit ora color: preſſis cutis arida membris
Inſidet.

Ego vulgatam tueor. ſic *lapſae genae* apud Senecam Hippolyto vs. 364. noſter bello Gildonico v. 22. *Interius ſugere genae.* ſi quid mutandum tamen ſit, vix dubitem a manu Claudiani eſſe:

Marcuerat paſſa facies rugoſior uva.

ut hinc jam intelligamus, quid per *uvas marcentes* intelligat Martialis Lib. V. Ep. 110.

Marcentes tibi porrigentur uvae.

nam aut paſſas innuit, aut certe rugoſas & flaccidas, hoc eſt ollares, & quales in hibernum tempus ſervabantur. licet in alia omnia eant Calderinus & Raderus. apud Statium Saturnalibus Domitiani ſpectaculis, Lib. I. Silv. VI. 33. *Illi marcida vina languintur.* hoc eſt vina vetula & vetuſta. aliter interpretes. Gevartius dicta putat *vina marcida*, quod potantes marcidos, languidosque reddat. male. *promere languidiora vina* apud Horatium, hoc eſt, antiqua vina. & Statium Hercule Epitrapezio Lib. IV. Silv. VI. 56. *tenet haec marcentia Bacchi focula.* nam quod Bacchus ipſe marcidus Statio dictus Lib. IV. Theb. & Senecae in Medea, refer ad marcorem ebrioſis additum. *marcentes potores*, *marcentes coronae* Epith. Pallad. 96. *in rugas marceſcere* dixit Plin. Lib. XV. cap. 14. de pomis. quomodo & caſtigandum in Orientii Commonitorio:

Pendula quae marcent rugis deformibus ora,
Protulerant quantum conſpiciendo decus.

cum *moerent* illic nunc circumferatur, & in pentametro *venum decus*, minus bene. Naſo de liliis Lib. X. Met. 129.

Marcida demittant ſubito caput illa gravatum,
Nec ſe ſuſtineant, ſpectentque cacumine terras.

diffluere in rugas jam ante noſter dixerat de eodem vs. 39. *poſtquam deforme cadaver Manſit, & in rugas totus defluxit anilis.* HEINS. *laxata* moveri non debet. ita Ovid. III. Art. Am. 73.

Quam cito me miſerum laxantur corpora rugis.

ita *laxae genae* infra v. 258. Stat. IV. Theb. 70. ex MS. *laxa cervice.* illud *Marcuerat* vix placet, forte una litera mutata ſcripſerat *Horruerat*, ut mox vs. 122. *horror. horrida* enim omnia aſpera & inaequalia, qualis facies ſulcata rugis. *Corruerat* etiam non male tuetur Barthius. *Aruerant* ex illis Priap. *Uvis aridior puella paſſis*, defendi poſſet, niſi hinc adripuerit Pricaeus. BURM.

113. *Turpes*] *triſtes* Oxon. pro var. lect.

114. *Deſecta*] MS. & Vicetin. *deſerta.* DELR. *deſerta* omnes Heinſii codices & Vicet. *deſecta* Livinejus.

116. *Seges*] *feges & ariſta* Idem mihi notare videtur, ideoque ariſta non interlucet ariſtae. legendum puto,

Arida jejunae gleba interlucet ariſtae.

In capite ejus eſſe intervalla deſerta, id eſt, ſine comis calva, ut in agro conſito, ubi ſiccitate emortuae multae ariſtae, ita ut gleba interluceat. *gleba* locus glaber & calvus, ut *area* apud Petron. CIX. ubi quidam legunt, *Arcaque attritis aret adusta pilis.* vide hic Barth. BURM.

117. *Pluma labente*] *pluvia* Jun. Oxon. Leid. a m. pr. & Excerpt. Wolff. a m. s. ſed ita & Silius IV. 112.

Incertamque fugas, pluma labente, columbam.

& XIV. 598.

——— *nec nubibus atris*
Fluxit deficiens, penna labente, volucris. BURM.

118. *Brumalis hirundo*] Bruma (ut mihi aliquantiſper indulgeam) dici videtur quaſi *prima.* Ovid. I. Faſt. 163. *Bruma novi prima eſt, veteriſque noviſſima ſolis*, vel quaſi *breviſſima*, breviſſimis diebus. vide Plin. Hiſt. ſed quando dicitur *hirundo brumalis*? cum ſcilicet intempeſtive advenit in has regiones. Ovid. II. Faſt. 855.

Saepe tamen Progne, nimium properaſſe quereris
Virque tuo Tereus frigore lactus erit.

ſed quia Eutropium ſcabies mala occupaverat, huc forte

Scilicet ut trabeis injuria creſceret olim,
Has in fronte notas, hoc dedecus addidit oris
Luxuriae Fortuna ſuae. quum pallida nudis
Oſſibus horrorem dominis praeberet imago,
Decolor & macies occurſu laederet omnes,
Aut pueris latura metus, aut taedia menſis,
Aut crimen famulis, aut procedentibus omen:
Et nihil exhauſto caperent in ſtipite lucri:
(Sternere quippe toros, vel caedere ligna culinae,
Membra negant: aurum, veſtes, arcana tueri
Mens infida vetat. quis enim committere vellet
Lenoni thalamum?) tandem ceu funus acerbum,
Infauſtamque ſuis truſere penatibus umbram.
Contemtu jam liber erat. ſic paſtor obeſum
Lacte canem ferroque ligat, paſcitque revinctum,
Dum validus ſervare gregem, vigilique rapaces

135. La-

ſorte reſpicit morbus, qui χελιδὼν vel impetigo. verius tamen & aptius, quod Plinius tradit, hirundines quasdam hibernis menſibus ſequi montium receſſus, ita ut inveniantur jam nudae ac deplumes. ſunt & hirundines brumales, quae ſola carne veſcantur. CLAVER. *arundo* Jun. OXON. duo. *harundo* Leid.

119. *Creſceret*] *conderet* Oxon.

121. *Pallida*] *pallia* Jun.

122. *dominis*] *domini* Voſſ.

123. *Decolor*] *Diſcolor* Jun. *decurſu* Leid. Lovan. Voſſ. Exc. Wolf. & pro varia lectione Oxon.

124. *Pueris latura metus*] Lib. II. de Ira cap. XI. *An timetur a pluribus, ſicut deformis perſona ab infantibus?* inquit Seneca. & lib. in ſapientem non cadit injuria, cap. IV. *more puerorum, quibus metus incutiit umbra, & perſonarum deformitas & depravata facies.* hujusmodi larvam uno nomine apto Gloſſographus μορμολυκεῖον appellat. DEMPST.

125. *Crimen famulis*] Non ſatis intelligo, & turpe quid ſubeſſe ſuſpicor. an quia ſpernentes talem conſervum & frementes a domino caſtigabantur, ut infra vs. 150? ſed ibi de potentia, quam in aula conſecutus eſt, agit, hic de privatis domibus, ubi nullo pretio habebatur. BURM.

Procedentibus omen] Ita omnino Lucianus ait, Bagoam Eunuchum quoddam inauſpicatum & occurſu infauſtum fuiſſe ſpectaculum. Et hoc ſemel expertus ſum, ac mihi neſcio quid ſiniſtri derepente evenit. abſit verbis ſuperſtitio. CLAVER. Vetus opinio etiam doctis, non tantum vulgo approbata, occurſu Aethiopis, vel alterius deformis. iter inceptum redii infauſtum. contra quod differit Brodaeus Lib. IV. Miſcell. cap. I. ex Appiano, & Luciano, quorum verba inde pete. DEMPST.

126. *Stipite*] Vetus meus codex, *ceſpite*, id eſt *ſtipite*, unde gloſſema quod ſit patet. Vicetin. etiam *ceſpite* agnoſcit. DELR. Scripti multi *in ceſpite*. lego *e ſtipite*. MOX, *miſere penatibus* Schedae Gudianae. HEINS. Mutavit praepoſitionem, credo, Heinſius ex communi loquendi ratione, qua dicimus fructum, lucrum capere *ex re* aliqua. ſed tamen & *in* occurri. H. Stephan. Lib. II. Schedias. 24. invehitur in Ciceronianos quosdam, qui captant & conſectantur loquendi genera non ſolum rara, ſed etiam ſuſpecta, & inter ea refert illud Ciceronis I. Fam. 6. *me in ſummo dolore, quem in tuis rebus capio, maxime ſcilices conſolatur ſpes.* ubi alios codices habere *ex tuis rebus* notat. ſed vindicavimus jam ad Ovid. I. Art. 736. *qui nihil* Junian. *in ceſpite* Excerpt. Wolf. BURM.

127. *Vel caedere*] *bn caedere* Jun. unde Heinſius *bene caedere*. etiam *cubili* Jun.

128. *Arcana*] Quaenam illa ſint, tacent interpretes. Regius reddit *ſecreta*, ſed ita ſolet unum mutare alio vocabulo. Credo ſcripſiſſe *arcamque*, in qua pecunia praeſens, obvio ſignificatu. hinc *arcarii* ſervi. vide infra vs. 194. & 421.

129. *Vetat*] Vetus codex, *negat*. & paulo poſt, *miſere*, pro *truſere*, & *dejecit ſordidus* pro *demiſit ſordibus*. DELR. *negat* etiam Voſſ. Oxon. & Pulm. *invita* marg. Iſingr.

131. *Truſere*] *miſere* Oxon. duo Leid. Voſſ. Exc. Wolf. *jam fauſtamque* Jun.

133. *Ligat*] *libat* vitioſe ed. Parm.

134. *Validus*] *validum* Exc. Wolf.

136.

135. Latratu terrere lupos; quum tardior idem
Jam ſcabie laceras dejecit ſordidus aures,
Solvit, & exuto lucratur vincula collo.
Eſt, ubi deſpectus nimius juvat. undique pulſo
Per cunctas licuit fraudes impune vagari,
140. Et fatis aperire viam. pro! quisquis Olympi
Summa tenes, tantone libet mortalia riſu
Vertere? qui ſervi non eſt admiſſus in uſum,
Suſcipitur regnis: & quem privata miniſtrum
Dedignata domus, moderantem ſuſtinet aula.
145. Ut primum vetulam traxere palatia vulpem,

Quis

136. *Demiſit aures*] Sic vetus liber & Gryphius, alias, *dejecit*, non adeo male. ſed Horatius, Lib. 1. Sat. 9. 20. *Demitto auriculas, ut iniquae mentis aſellus.* CLAVER. Manu exarati maxima ex parte, *dejecis ſordidus.* probe, quamvis vulgatum ex Horatio tueatur Claverius. poterat & ex Marone, qui *demiſſas aures* in Georgicis III. 499. dat equo aegrotanti. & leoni Stat. XI. 745. verum Bello Getic. 375. *Frons dejecta malis.* & VI. Conſ. Hon. Aug. 179. *proſpectat euntes Dejecta cervice Getas.* Virgil. III. Aeneid. 320.

Dejecit vultum, & demiſſa voce locuta eſt.

Lib VI. 863.

Sed frons laeta parum & dejecto lumine vultus.

atque ita frequenter Naſo. apud Apulejum in Apologia: *feris & pecudibus os humile & ad pedes dejectum.* apud eumdem Lib. III. Met. *Et quamquam capite ad terram imo ad ipſos Inferos jam dejecto incedebam.* & poſtea: *dejecto & quaſſanti capite in ſtabulum concedo.* mox, quod praecipue ad rem facit, de equo & aſino: *Ut me praeſepio videre proximantem, dejectis auribus jam furentes, infeſtis calcibus inſequuntur.* hoc *remiſſis auribus* idem Lib. VII. dixit, loco prorſus ſimili: *alius binnitu maligno comminatus, remiſſis auribus denſumque cadentium remudatis haſtis totum me commorficat.* ſic ſcripti omnes & primae editiones conſtanter, non *remiſſis auribus*, optime. Lactantius: *& tamen videmus in aliis animantibus quaedam ſigna laetitiae, cum ad luſum geſtiunt, aures demulcent, victum contrahunt, frontem ſerenant:* ubi etiam *remulcent* cenſeo legendum eſſe. Caſſiodorus Variar. Lib. VII. cap. 15. de equis, *criſpatis naribus, ac rotundis & conſtrictis membris, auribuſque remiſſis.* Virgilius de lupo XI. 812. *caudamque remulcens Subjecit pavitantem utero.* HEINS. Parum intereſt an *dejecis* an *demiſit* legas. ſed quia *demittere* magis notum, hoc a Gloſſatore eſt.

138. *Eſt ubi*] Heinſius olim ex Juniano malebat, *Eſt ut deſpectus nimius juvet.* ut apud Horat. III. Od. 1. *Eſt ut vir vires latius ordines Arbuſta ſulcis.* ſed & *Eſt ubi* elegans. Stat. X. Theb. 488. *Eſt ubi dat vires nimius timor.* vide ad Petron. CXXVI. BURM.

139. *Per cunctas licuit*] *Per cunctasque licet* Leid. a m. prim.

140. *Et fatis*] *faſtis* manus docta in ora ed. Vicetinae. & mox, *tanto licuit* Oxon.

141. *Mortalia riſu Vertere*] *Volvere* Tholoſ. dictum ſupra vs. 23. ſed quid eſt *riſu vertere?* ſi ſic locutus eſt Claudianus noſter, parum profecto proprie locutus eſt. Scribo: *tantone libet mortalia niſu Vertere?* quomodo Caeſar apud Lucan. V. 654.

——— *tantuſne evertere, dixit,*
Me Superis labor eſt?

idque primus Vaticanus & ſecundus confirmant. Idem primus cum tertio, *tanto libuit.* etiam Oiſelianus. iidem paulo ante *faſtis aperire viam*, non *fatis.* HEINS. Ego non facile *riſu* mutarem. notat enim *ſaevitiam* jocandi, ut ſupra vs. 25. vocat. & ita Juvenal. III. Sat. 40. *quaties voluit Fortuna jocari, vertere* vero eſt mutare, & vicciſſitudinem rerum humanarum notat. ut ſupra 34. *quanta vocabula vertit.* ſic Horat. 1. Od. 35. *funeribus triumphos vertit Fortuna.* BURM.

142. *In uſum*] *ad uſum* Jun. Oxon. duo. vide ad Ovid. v. Met. III.

144. *Moderantem*] Antea *rectorem* dixit, id eſt Praefectum Praetorio. quod faſtigium qui erat adeptus, tantum non erat imperator. apud Graecos enim Ἐπαρχικὰ erant libri, continentes edicta Praef. Praet. quae vim legis habuere, erantque quaſi Βασιλικά, quia, ut ait Sardianus, dignitas illa erat Βασιλεία, cui nihil praeter purpuram defuit. CLAVER. *moderatum* Jun.

145. *Texere palatia vulpem*] *traxere* Lucenſ. & duodecim alii. notum illud, *trahit ſua quemque voluptas.* noſter de ſene Veronenſi Epig. II. 5.

Illum non vano traxit fortuna tumultu,

& Epigr. XXIV. 7.

Nullo meos traxit petulans audacia ſenſus.

Quis non ingemuit? quis non inrepere ſacris
Obſequiis doluit toties venale cadaver?
Ipſi quin etiam tali conſorte fremebant
Regales famuli, quibus eſt inluſtrior ordo
Servitii, ſociumque ſibi ſprevere ſuperbi.
Cernite, quem Latiis poſcant adnectere faſtis:
Cujus & eunuchos puduit. ſed vilior ante
Obſcurae latuit pars ignotiſſima turbae,
Donec Abundantî furiis (qui rebus Eois
Exitium, primoque ſibi produxit) ab imis
Evectus thalamis ſummos invaſit honores.

Quam

Adeantur tamen annotata Lib. I. in Rufin. 205. Heins. eadem varietas in Lib. III. de Laud. Stilich. 173.

Inſula Paeonium texit Tiberina draconem:

ubi in duobus Voſſianis *traxit*. ſed ibi nihil mutari volebat Heinſius, ſed adſcripſerat Valer. Flacc. II. 380. *me tecum ſolus in aequor Rerum traxit amor.* & Sil. VI. 332. *traxitque virum fax mentis honeſtae Gloria.* Val Flacc. V. 541. *Jamque virum trahit ipſe ebulyhs.* Burm.

146. *Quis non*] *Quos non* Jun.

150. *Servitii ſociumque ſibi*] *Servitiis* Oxonius. pro ſervis. ſic ſupra 43. *vetuſtum Servitium ſemperque novum* Eutropius vocatur. pro *ſibi* prima editio & octo ſcripti, *ſibi*. placet. quomodo & primus Vaticanus pro diverſa lectione. Heins. Sic *ſocius toro* Ovid. XIV. Met. 678. Aurel. Vict. de Vir. Ill. XLII. *ſocius & miles in caſtris patri fuit.* noſter in Bell. Get. 339. *ambo Boreae Martique ſodales.* ut Heinſius pro *Martis* repoſuit ex ſcriptis, ita *comes fratri* Virgil. XII. 881. & apud Martial. II. 18.

Sum comes ipſe tuus, tumidoque anteambulo Regi.

reperi in duobus Voſſianis codicibus. vide & infra Epiſt. I. 52. ita *rector juveni* Tacit. I. Ann. 24. apud Junium etiam Lib. XVIII. 4. *ſocris Herculis; cui jacerdos Acerbas fuerat, repetitis.* MSS. exhibent pro *cujus*. ita *pellex, adulter alicui.* vid. ad Ovid. X. 347. Virg. V. 712. & ſaepius alibi, ubi dativus hic expulſus fuit. Burm.

151. *Poſcant*] *certent* Moreti liber, quod verbum ſaepe extruſum a ſimilibus *tentare, pugnare.* vid. ad II. de Rapt. 196. & Ovid. I. Met. 684. Noſter Praefat. Epith. Honor. 4. *quem rebus Eois* Scaliger corrigebat. Heinſius illa (*qui rebus Eois Exitium primoque ſibi produxit*) in parentheſi ponebat. quod admiſi. Burm.

154. *Abundanti*] in MS. *Habundanti*, ut videntur is, qui Eutropium, tanquam ex vepreculis extractum nitedulam, ad Conſulatum evexit, fuiſſe *Fl. Habundantius*, anni CCCXV. cum Imp. Theodoſio Conſul. Dele. *Habundanti* optime in veteri codice. alias *abundanti*. ſed eſt nomen proprium viri magni, qui anno 393. fuit Conſul cum Theodoſio, idemque Comes & Magiſter utriusque militiae. in C. Theod. deeſt aſpiratio, ſed non ideo rejicimus. Is promoverat Eutropium, futuri incautus, magno ſuo malo atque ingratiis; nam contigit paulo poſt, ut dignitatibus ſpoliatus aula ejiceretur, Arcadii edicto, id agente Eutropio: legimus vero apud D. Hieronymum, Pityunte exulaſſe in ſumma rerum inopia; Sidone autem urbe Phoeniciae obiit, Zoſimo auctore. Claver. *Abundacii* Leid. *Habundatii* alter. *Abbundati* Lovan. *abuclanti* Parm. Livinejus legit *ab undanti*. ut apud Virgil. II. Georg. 437.

Et juvat undantem buxo ſpectare Cytorum.

Inepte Burm.

155. *Exitium*] *Excivit* Jun. *primum* alter. *primumque* Ald. Iſingr. Pulm. *perduxit* edd. Vicet. & Parm.

156. *Evectus thalamis*] *Stabulis* Medic. Maſarin. Palat. ſec. Vatic. & Ambroſ. *Ejectus thalamis.* Excerpt. Putean. *Ejectus ſtabulis.* fortaſſe rurſus legendum *tabulis*, ut tabulae ſerviles faſtis opponantur, quos per ſummum honorem intelligit. *tabulae honorum cunctorum* Epith. Pallad. & Celerinae vs. 85. Vulgata tamen lectio non eſt ſollicitandi temere. Praefectus enim Gynaecii Auguſti fuit Eutropius. Lib. II. 553.

Hic primum thalami clauſtris delicta tegebat,
Clam timideque jubens.

ſupra v. 129.

——— *quis enim committere vellet*
Lenoni thalamum?

Ejectus, quomodo paulo ante,

——— *undique pulſo*
Per cunctas licuit fraudes impune vagari. Heins.

Honores] Revera ἀπὸ ϑυμελικοῦ, ut ait Syneſius, ἐπὶ τὸ ὑπατικὸν ἀξίωμα. Dele.

157.

Quam bene diſpoſitum terris, ut dignus iniqui
Fructus conſilii primis auctoribus inſtet!
Sic multos fluvio vates arente per annos,
Hoſpite qui caeſo monuit placare Tonantem,
Inventas primus Buſiridis inbuit aras,
Et cecidit ſaevi, quod dixerat, hoſtia ſacri.
Sic opifex tauri, tormentorumque repertor,
Qui funeſta novo fabricaverat aera dolori,
Primus inexpertum, Siculo cogente tyranno,
Senſit opus, docuitque ſuum mugire juvencum.
Nullius Eutropius, quam qui ſe protulit, ante
Ereptas poſſedit opes, nullumque priorem
Perculit exſilio: ſolumque hoc rite peregit,
Auctorem damnare ſuum. poſtquam oblitus aevo

Se-

157. *Diſpoſitum*] *diſpoſitum eſt* Jun. *iniquis* etiam alter Jun. mox, *auctoribus obſtet* Leid.

159. *Vates*] Traſeas. Ovid. III. de Art. DELR.

160. *Monuit*] *movit* Jun.

161. *Inventas primus*] Non *primum* ſcripti. & paulo ante *primoque ſibi*, non *primumque*. Ovid. I. Art. 651.

Illi Buſiris, ſies Jovis boſtia primus.

ſequenti verſu, *quod dixerat*, pro *qui* membranae meliores legendum ſuadent. recte. ut Barthius etiam poſterioribus curis monuit. *dicere* proprie vatum. hinc *faſtidici*, *μαντολόγοι*. Ovidius in Ibin 247.

Et ne nulla ſuo praeſagia diceret ore.

Met. XV. 647.

Orrere Deum, qui praeſens funera gentis
Finiat Auſoniae, certas ita dicere ſortes.

quam veram illic lectionem praeſtamus. hinc & *indicere* & *edicere* ſacrum. Adeantur quae notamus ad Naſonem Ep. v. 33. illo loco, qui vulgo mendoſus legebatur,

Illa dies fatum miſerae mihi dixit.

Virgil. VI. 160.

Multa inter ſeſe vario ſermone ferebant,
Quem ſocium exanimum vates, quod corpus humandum
Diceret.

HEINS. *primus* Exc. Wolff. *quo dixerat* Parm. Junt. Ald. Iſingr. Colin. Gryph. in notis Boëſſii ad Ovid. Ibin v. 399. legitur, *qua dixerat*. ſed non video elegantiam multam in *dicere ſacrum*. nec exempla adducta hoc docent; ibi enim praedicere notat. aliud eſt *dicere diem*, *locum* &c. pro ſtatuere, de quo Gronov. ad Liv. XXV. 16. & XXXV. 3. ſed *dicere ſacrum* nondum eo ſenſu legi. forte ſcripſerit, *quod ſtruxerat*. ſcilicet aliis. de quo verbo vide ad Val. Flacc. III. 586. ubi idem eſſe docuimus quod parare. & ut apud Virg. II. Aen. 132. *mihi ſacra parari*. vid. ſupra ad vs. 22. *duxerat* primum erat factum, quod verbum cum *ſtruere* ſaepe confuderunt librarii. vide ad Ovid. III. Met. 160. & Val. Flacc. I. 429. *obvia ſacri* etiam Jun a m. prim. BURM.

163. *Opifex tauri*] Perillus. DELR.

167. *Qui ſe protulit*] Vetus liber, *quam qui ſibi protulit*. quid ſi, *quam qui ſibi profuit*. DELR. Lucenſ. *praetulit*. Delrius, *ſibi profuit*. fruſtra. ſola diſtinctione locus juvandus. *proferre*, promovere, evehere. *ſibi protulit* ſchedae Gudianae. HEINS. Recte Heinſius. ita *producere* modo dixerat v. 155. vid. ad I. in Ruſin. 114. *pertulit* Leid.

Ante] Vetus liber, *arte*, hoc eſt, perite. DELR.

168. *Direptas*] Miror toleraſſe hoc verbum viros doctos. ſic enim *direptae* fuiſſent Abundantii opes, diſtractae & variis praedae ceſſiſſent; ea enim vis τῦ *diripere*, cum plures, ut in tumultibus ſolet, rapere & ferre omnia ſtudent. ut ita Ovid. III. Triſt. El. 10. 58. *Incuſtoditae diripiuntur opes*, quod *dilaniare* dicit I. Epiſt. 90. ſed cum Oxonienſis clare habeat *Ereptas*, auſus fui id reducere, licet animus etiam in *dereptas* inclinaret. Ovid. IV. ex Pont. VII. 26. *ereptis victor habebat opes*. qui alio modo dixit Lib. IV. Ep. 4. 46.

Nec mihi detractas poſſidet alter opes. BURM.

169. *Perculit*] *Pertulit* Vicetin. ſed *perculere* proprium in hac re verbum. vid. ad Suet. Tiber. cap. LV. BURM.

170. *Auctorem damnare ſuum*] Cave *fautorem* legas. Ammianus Lib. XXI. *Auctori tuo reverentiam rogamus*. ſic & Vellejus Paterculus Lib. I. cap. 13. *omnis doctrinae & auctorem & admiratorem* Scipionem dixit. qui locus minime ſollicitandus. ipſum fuiſſe

Semivir excelſam rerum ſublatus in arcem,
Quod nec vota pati, nec fingere ſomnia poſſent,
Vidit ſub pedibus leges, ſubjectaque colla
Nobilium, tantumque ſibi permittere fata,
Qui nihil optaſſet plus libertate mereri,
Jam jam diſſimulat dominos, alteque tumeſcunt
Serviles animi: procerum ſqualore repletur
Carcer, & exſulibus Meroë campique gemiſcunt
Aethiopum; poenis hominum plaga perſonat ardens:
Marmaricus claris violatur caedibus Hammon.
Aſperius nihil eſt humili, quum ſurgit in altum:

Cun-

vult doctiſſimum. plura hoc loco Barthius. HEINS. vide IV. Conſ. Honor. 579. *Aſtorem* Leid.

171. *Semivir ſublatus in arcem*] Alludit ad illud Clearchi apud Athenaeum Lib. I. Eunuchus eſt ἀνὴρ τε καὶ οὐκ ἀνὴρ, *virque & non vir.* Maenander, ἀνὴρ ἀλλ' οὐκ ἄνθρωπος ἐστὶν ἐν τῷ βίῳ. *Eunuchus alia quaedam fera eſt in vita.* quibus perſuaſus Alexander Severus Aug. nec foeminam putabat. ideo omnem uſum viris ademit, & vix matronis conceſſit. Lamprid. in eo. & noſter infra; *nubas ducasque licebit, Numquam mater eris, nunquam pater. Semivir* ergo, id eſt effoeminatus, & ad bella inutilis. IV. Aeneid. 215.

Et nunc ille Paris cum ſemiviro comitatu.

& XII. Aeneid. 98.

Loricamque manu valida lacerare revulſam
Semiviri Phrygis.

Liv. IV. Dec. Lib. III. *Simul errare homines, qui atrocem caedem pertinere ad illos ſemiviros crederent.* tamen Flacc. Argon. Lib. I. *ſimul armiget ibat Semivir,* alio ſenſu, quam de ſacerdotibus matris Deûm dixit Juvenal. Sat. VI. *& ingens Semivir.* DEMPST.

172. *Quod nec vota pati*] Tullius in Manliana non longe a fine: *qui a diis immortalibus tot ac tantas res tacitus auderet optare, quot* &c. Terent. Phorm. Act. V. Sc. I. fine. *Dii veſtram fidem! quam ſaepe forte temere Eveniunt, quae non audeas optare.* Virg. IX. Aeneid. 6. *quod optanti divum promittere nemo Auderet.* Valer. Max. Lib. V. cap. V. *legationem ſupra votum felicem.* DEMPST. *vota ſatis* marg. Iſingr. male. & recte Demſterus, & Barthius. dictum eſt ut apud Juſtinum XXIII. 4. *ſupra vota fluentibus rebus.* & XXV. 4. *ad quod votis perveniendum eſſet.* Quintil. XII. 5. *ſed hoc votum eſt & rara felicitas.* Amm. Marcell. XVI. 12. *quod voti magis quam ſpei fuiſſe fatebitur quilibet.* Infr. Lib. II. 67. *votum, deformibus oſcula rugis Figere,* & ita recte conjecit legendum *ὁ πάνυ* Heinſius apud Stat. I. Silv. I. 41.

Hunc propter votum Piſaea lege trementem
Currere. ubi vulgo *tutum.* alii, *juſtum, verum,* quae nihili ſunt. ita *iuſtum* & *votum* apud Juſtin. IX. 2. confunditur, ubi ille *ſi voto fungi vellet,* & in MS. *ſi tuto.* vide quae diximus ad Ovid. II. Amor. XIV. 43. Martial. IX. Ep. 56. *Demeruiſſe duos votum eſt.* Pomp. Mela II. 2. *ſuper mortuorum virorum corpora interfici, votum eximium habent.* BURM.

173. *Leges*] Heinſius olim malebat *reges,* quia ſequitur *ſubjectaque colla Nobilium.* & ita II. de Rapt. 300.

Sub tua purpurei venient veſtigia regis.

infra vs. 227. demum *legum* meminit.

174. *Permittere*] *promittere* Jun. Lovan. male. vide ſupr. ad IV. Conſ. Hon. 618. mox *optaſſet* Heinſius in ora codicis, & diſtinguit poſt *mereri.*

177. *Repletus*] *repletur* omnes fere Heinſii, & Pulmanni, Voſſii & Lovan.

178. *Meroë campique*] Pacatus de Maximo tyranno: *Impletae fugitivis nobilibus ſolitudines, bona publicata, capita deminuta, exuti trabeis conſulares.* Hic vero eunuchus omnes alicujus momenti ſubmovet, & quaſi de gradu dejicit, praecipue inſignem virum ac ſtrenuum Timaſium, qui cum Promoto Conſul fuerat anno 389. Hieronymus: *Timaſius de altiſſimo gradu praecipitatus evaſiſſe putat, quod Aſſae vivit inglorius.* quae urbs prope Athon montem. denique adeo immanis fuit hic ſemivir, ut legem rogaret, qua vetitum eſſet ad Eccleſiam confugere. quod fecit propter Pentadiam uxorem Timaſii, quam oderat. Sed legem ſuam primus abrogavit, ut patet ex homilia elegantiſſima Jo. Chryſoſtomi, quam procul dubio legerat Claudianus, ut poſtea indicabitur. CLAVER.

180. *Marmaricus*] *Marmoricus* Jun. & Exc. Wolf.

181. *Aſperius nihil eſt humili cum ſurgit in altum*] Plin. in Epiſt. *Macedo ſuperbus dominus & qui ſervuiſſe patrem ſuum parum, imo minimum meminiſſet.* At vere nobiles verique principes perituri potius, quam ſanguinem perdituri. CLAVER. *dum tendit in altum* Jun. *cum ſurgit* Lucenſ. Ceterum hos verſus ſaepe ut locum communem citari a medii aevi ſcriptoribus Barthius notat. & ita leguntur paullum vitiati apud

Cuncta ferit, dum cuncta timet: desaevit in omnes,
Ut se posse putent. nec bellua tetrior ulla
Quam servi rabies in libera terga furentis.
Agnoscit gemitus, & poenae parcere nescit,
Quam subiit, dominique memor, quem verberat, odit.
Adde, quod eunuchus nulla pietate movetur,
Nec generi natisve cavet. clementia cunctis
In similes, animosque ligant consortia damni.
Iste nec eunuchis placidus: sed pejus in aurum
Aestuat. hoc uno fruitur succisa libido.
Quid nervos secuisse juvat? vis nulla cruentam
Castrat avaritiam. parvis exercita furtis,
Quae vastare penum, neglectaque sueverat arcae
Claustra remoliri, nunc uberiore rapina
Peccat in orbe manus. quidquid se Tigris ab Aemo
Dividit, hoc certa proponit merce locandum

Inapud Lerbeccium in Chron. Episc. Mindens. quod edidit Ill. Leibnitius Tom. II. Rer. Brunsv. p. 197.

Asperius nihil est humili, cum surgit in altum,
Cuncta ferit, cum cuncta timet, cunctisque minatur. BURM.

183. *Ulla est*] *est* ignorant Lovan. & alii. *saevior ulla* Jun. quae eadem varietas Lib. I. in Ruf. 27.

184. *Libera colla furentis*] *terga* Isingr. & plerique ex nostris. vere. de verberibus enim, non de morte, agitur, sequentia confirmant. HEINS. Ita & Exc. Wolf. & contra II. Laud. Stil. 274. pro *terga* reposuit *colla* Heinsius.

185. *Et poenae*] *sed poenae* Oxon.

186. *Quem*] *quos* Jun. Oxon.

188. *Nec generi*] *non generi* Leid.

189. *Consortia*] *commercia* Jun.

190. *Ille nec eunuchis*] *Iste* scripti rectius, quod contemptum prae se fert. sic Ajax apud Ovidium, quoties de Ulysse loquitur, fere semper. HEINS.

Pejus] Conjecerat & Heinsius *promus*, ut Lucan. VI. 147. *promus in omne nefas.*

192. *Nervos*] *numeros* Vicetin. quod etsi vitiosum, ostendit sollemnem librariorum ex compendio scripturae lapsum, qui *nos* solebant dare. vide ad Ovid. I. Amor. I. 18. ita Cl. Davisius notat apud Ciceron. II. de Nat. Deor. cap. 8. pro *numerosa* in Elicnsi codice legi *nervosa*. vide & doctissimum Torrenium ad Valer. Max. VIII. III. I. apud Quinctilianum quoque Lib. XII. 2. editiones multae *nervos*, aliae *numeros* exhibent. BURM.

193. *quae parvis excita furtis*] Hic locus erat sine sensu, ni ei codex Cujacii opem tulisset. Alias, *parvis exercita furtis* sed illud *excita* idem est quod *excitata*. CLAVER. Claverius ex suo libro, *quae parvis excita furtis*. frustra. sic *furiis exercita plebis Roma* Bell. Getic. 50. HEINS. *parvis exercita curis* marg. Isingr. *nunc excita* Exc. Wolf. Stat. III. Theb. 178.

Saepe quidem infelix, variosque exercita ludo,
Fatorum gens nostra perit.

XII. Theb. 646. *poenarum exercita Thebis Agmina*, vel, ut Barthius legit, *Thebarum exercita poenis*. BURM.

194. *Arcae*] Vetus liber *arte*, id est perite. DELR. *arte*, *arcbe*, vel *ante* Oxon. *arte* Leid. Pulm. cod. & ed. Claver. & ita Barthius volebat. vel *arcis*, *arce* Ald. Isingr. Gryph. Colin. *neglecta sueverat arte* Vicetin. sed *arcae* Parmensis & aliae editiones. quod verum. vid. supr. vs. 128. BURM.

195. *Nunc uberiore rapina Peccat*] Vera haec veterum librorum lectio. vulgo, *non peccet, liberiore* etiam unus Med. male. HEINS. *uberiore rapina* recte reducta. vide quae notamus ad Ovid. II. Amor. IX. 10. *liberior* & *uberior* facillime commutantur. sic apud Ovid. III. Art. 382. *Materia ludunt uberiore viri*. ubi in Lincoln. erat *liberiore*. vide & I. Met. 42. & quae diximus ad IV. Conf. Honor. 221. *nec uberiore* Vicetin. *non* Ald. & Isingr. qui in margine *nunc* vel *num*. BURM.

196. *Quidquid se*] Eodem modo Statius videtur dixisse, *quanta recusas*, *Quanta vetas*, *flectere tamen*. CLAVER. vide ad Conf. Mall. 57.

Ab Aemo] *Haemo* vel *imo*, vel *Hermo* Oxon. *Hermo* non insepta lectio, ut duos fluvios conjungat. vid. infr. v. 214. licet limites nimis angustos crediderim. BURM.

Inſtitor imperii, caupo famoſus honorum.
Hic Aſiam villa pactus regit; ille redemit
Conjugis ornatu Syriam; dolet ille paterna
Bithynos mutaſſe domo. ſubfixa patenti
Vestibulo pretiis diſtinguit regula gentes.
Tot Galatae, tot Pontus eat, tot Lydia nummis.
Si Lyciam tenuiſſe velis, tot millia ponas:
Si Phrygas, adde; parum. propriae ſolatia ſorti
Communes vult eſſe notas, & venditus ipſe
Vendere cuncta cupit. certantum ſaepe duorum
Diverſum ſuſpendit onus: cum pondere judex
Vergit, & in geminas nutat provincia lances.
Non pudet, heu Superi, populos vaenire ſub haſta?
Vendentis certe pudeat. quid jure ſepultum

Man-

198. *Caupo*] *campo* Oxon.

199. *Aſiam villa*] *Aſia villam* Lovan.

200. *Syriam*] *Tyriam* Oxon. Leid. *Thiriam* Lovan. *paternam B. m. domum* Jun. *domu* Oxon. Leid. Lovan. *Bithinios* Leid. & Vicetin. *Bithynios* Colin.

201. *Patenti*] *potenti* Oxon. Jun. Leid. Lov. Vicetin. marg. Iſingr. *petenti* Lucenſ.

202. *Regula gentes*] Patavin. *cedula* pro *ſchedula*. quod gloſſema. idem mox, *pendas* pro *ponas*. non male. quomodo & Farneſianus pro diverſa lectione. Legendum etiam, *Tot Galatae, tot Pontus eant*. &, *ſolatia ſorti*, non *ſortis*. quod ultimum libri nonnulli jubent. praeterea primus Vaticanus, *Si Phrygas; adde. parum* eſt. non, *adde parum*. HEIN. *ponas* Voſſ. recte. vide ad Petron. cap. 101. & 115. *Pontus erit* Leid. *adde: parum*. recte Heinſius. habuit ante oculos illa Horat. II. Sat. III. 69.

Scribe decem a Nerio: non eſt ſatis, adde Cicutae
Nodoſi tabulas centum: mille adde catenas. BURM.

203. *Galatae*] *Galata* Barth. pr. edit. credebant enim librarii numeros debere convenire. Ald. *Galate*, ut ſit pro *Galatia* regio, ut ſequitur Pontus. vid. infr. II. in Eutrop. 246. Lucan. III. 77. & ſaepe apud Ovidium. ſic mox vs. 220. *Cilices, Judaea. tot Libya nummis* Lovan. *Livia* Voſſ. BURM.

204. *Si Lyciam*] Non aſſentior MS. meo habenti *Siciliam*. Trinacria enim non Orientis imperio, ſed Occidentis ſubjecta fuit. Vicetin. *Ciliciam*. DELR. *Siciliam* Jun. *Silician* Leid. *Si Lituam* Leid. a m. prim.

205. *Propriae*] *duras* Vicet. *Si Stygas* Exc. Wolff.

208. *Onus*] *opus* Voſſ. *cum ponderis index* Scalig. *nutat ſententia* Jun. & duo Oxon. pro varia lectione.

209. *lances*] Cujacius hic, ut pondus, ita judex vergit. Pacatus, *Stabat ipſe purpuratus ad lances, & momenta ponderum, nutusque trutinarum pallens & in-*
bians exigebat. CLAVER.

210. *Non pudet*] *Nec pudet* Leid. *Non pudor* Oxon. *Num pudor* volebat Heinſius.

Vaenire ſub haſta] Haſta ſollemnis in auctionibus: ita Eutropium ſub haſta vaeniſſe, ut ſervum ſignificet. noſter IV. Conſ. Honor. 497. *non haſta refixas Vendit opes*. Juvenal. Sat. III. 33.

Et praebere caput domina venale ſub haſta.

quod in mancipiis factitatum prius: impia civium proſcriptio etiam ad Senatorum praedia opesque diſtrahendas convertit. hinc Seneca Conſol. ad Marciam cap. XX. *haſtam Conſularia ſpolia vendentem*. imo quod in libera civitate magis mirere, etiam ipſi patricii inſtar Cappadocum ſic venundati. Idem Lib. I. de Ira cap. 2. *principum ſub civili haſta venalia capita*. neque haſta figebatur, niſi magiſtratu imperante, imo praeſente. nam *Curius dentatus Conſul Pollionis adoleſcentis bona haſtae ſubjecit*. Valer. Lib. VI. cap. III. ut & *Scipio major Proconſ. captivos* apud eumdem Lib. V. cap. I. Origo, puto, ejus rei inde, quod cenſus annuus exigeretur in foro haſta poſita. Ovid. I. de Ponto Eleg. V. & nonnihil Sueton. Caeſ. 10. forte, quia praecipuum telum haſta. Feſt. Lib. VIII. Et exacto magiſtratu citabantur ad rationem haſtae reddendam, Quaeſtores, Praetores, Conſules. Senecae libr. de Brevit. vitae cap. XI. *infame lucrum haſtae* vocatur. ubi non, ut Lipſius, *jupputaturo*, ſed cum vulgata editione, *jupputato* legendum puto. perpende quae de Cornebulo Praetorio ſcribit Tacitus Lib. III. Annal. DEMPST. Vulgo *veniſſe*. Lucenſis aliique aliquot, *venire*. Lege, *vaenire*. *ſub haſtam* Claverius, & ex noſtris Patavinus. ſequentia etiam male vulgo diſtinguuntur. HEINS.

211. *Jure ſepultum*] hoc eſt mortuum civiliter, ut bi qui in poteſtate domini. in hanc rem opinor ex-

Mancipium tot regna tenet, tot diſtrahit urbes?
Pollentem ſolio Croeſum victoria Cyri
Fregit, ut eunucho fluerent Pactolus & Hermus?
Attalus heredem voluit te, Roma, relinqui;
Reſtitit Antiochus praeſcripto margine Tauri;
Indomitos curru Servilius egit Iſauros;
Et Pharos Auguſto jacuit, vel Creta Metello,
Ne non Eutropio quaeſtus numeroſior eſſet?
In mercem veniunt Cilices, Judaea, Sophene,
Romanusque labor, Pompejanique triumphi.
Quo ſtruis hos auri cumulos? quae pignora tantis
Succedent opibus? nubas ducasve licebit;

exſtat vetus Epigramma ſub nomine Petronii:

Anne etiam famuli cognata fraece ſepulti
In teſta merſae luxurientur opes?
Vilis ſervus habet regni bona: cellaque capti
Deridet feſtam Romuleamque caſam.

CLAVER. *Quid jure ſepultum*, non *quod* Mazarinianus. *jure ſepultum* civiliter mortuum. *quo* prim. Vatic. & excerpta Pomponiana pro *quid*. HEINS. Dura haec expoſitio. cum vero ſaepe in hoc carmine Eutropium dominos mutaſſe, & ab illis expulſum dicat, ut vs. 40. & ſeqq. & alibi, legerem libenter, *quid jure repulſum Mancipium* &c. quae voces & commutantur Lib. II. vs. 137. vide ad Ovid. Remed. 484. *jure potentum* erat in Oxon. a m. pr. *jure* conjungendum cum *tenet*. cogitabam etiam *quid, jure jepulto*. ut jus dicatur ſepultum, ut *fama ſepulta*, & ſimilia, de quibus egi ad Fragmenta Petronii pag. 670. BURM.

212. *Mancipium*] Mancipatus idem eſt quod venditus, & hic ſervilis Eutropius non per metum quidem, ſed per contemptum ſaepe mancipatus eſt. CLAVER.

213. *Pollentem*] *Pollentem* jun. Oxon. *victoria curis* Jun.

214. *Fluerent*] *flueret* Jun Oxon.

215. *Heredem relinqui*] Attalus Philometor Pergami rex, ſcripſit Pop. Rom. ſibi ſucceſſorem. habes teſtamentum apud Florum II. 20. & III. XII. & Patere. Lib. I. *Attalo mortuo, a quo Aſia Pop. Rom. hereditate relicta erat*, quia nempe Aſia bello ſubacta, & Antiocho rapta, a Senatu ei donata eſt. Valer. Lib. IV. cap. 8. Horat. II. od. 18. DEMPST.

216. *Margine Tauri*] L. Scipio Antiochi regnum Tauro monte terminavit, dum Aſiam provinciam faceret. Valer. Lib. IV. cap. 1. fine. Tullius in Orat. pro Sextio: *Antiochum illum magnum majores noſtri, magna belli contentione, terra marique ſuperatum, intra montem Taurum regnare juſſerunt: Aſiam, qua illum multarunt, Attalo, ut is regnaret, condonaverunt*, ob id partem regni illi conceſſam ſcribit Flor. Lib. II. cap. 8. fine. ſumma hujus belli difficultas. nam Paterc. Lib. I. *duobus regibus*, inquit, *Philippo & Antiocho, poſt Carthaginem devictam ſubactis, ſumma imperii ad Pop. Rom. pervenit*. ideo *Taurum* arbitrum nationum vocat Plin. Lib. V. cap. 27. nam *arbiter populi lapis* apud Senec. eſt terminus. hic *frigidus* eſt Tibull. I. Eleg VII. 26. *inhoſpitalis* Senec. Hippolyto act. I. ſc. II. DEMPST.

217. *Servilius*] *Servites* Exc. Wolff.

Egit Iſauros] Iſaurus arx Ciliciae, domita a P. Servilio, qui ob id *Iſauricus* dictus. Flor. III. cap. VI. puto hunc locum integrum effictum ex Senec. I. de Clement. cap. IX. *Paulumne te & Fabius Max. & Coſſi & Servilii ferent, tantumque agmen nobilium, non inania nomina praeferentium: ſed eorum, qui imaginibus ſuis decori ſunt?* ſimillima ſunt his, quae apud noſtrum invenies infr. 421. & ſeqq. & de Servilio Iſaurico adi Plut. in Caeſare. DEMPST.

219. *Quaeſtus*] *quaeſtor* Jun.

220. *In mercem veniunt*] Cn. Pompeji magni geſta adumbrat, quae unico illo elogio continentur, & Africam ultimam provinciarum, meditullium Imperii Romani factam. Plin. Lib. VII. cap. 36. porro hi verſus conſoni ſunt cum illis Lucani Lib. II. 593.

——— *dedita ſacris*
Incerti Judaea Dei, mollisque Sophene:
Armenios, Cilicasque feros, Tauroque ſubegi.

& de Sophenis Iſt. Leg. cum propicia Cod. de Offic. mag. milit. DEMPST. *In lapidem veniunt* Oxon. an *lapidem* intelligit, in quo ſtabat praeco in auctionibus? de quo viri docti ad Plaut. Bacch. IV. VII. 17. cogitandum puto. *In merces* Vicet. Parm. Junt. BURM.

Sophene] *Sophone* Jun. Leid. m. 2. Vicet. *Sophenae* Ald.

221. *Romanusque labor*] vide infr. V. 374.

223. *Succedunt*] Ita olim editi. ſed *ſuccedent* ſcripti, & ita Barth. Pulm. Exc. Wolff. Vicet. & Parm. quae & *ducasne, mater eris* Vicet. Parm. Junt Ald.

224.

Numquam mater eris, numquam pater. hoc tibi ferrum,
Hoc natura negat. te grandibus India gemmis,
Te foliis Arabes ditent, te vellere Seres:
Nullus inops adeo, nullum ſic urguet egeſtas,
Ut velit Eutropii fortunam & membra paciſci.
Jamque oblita ſui, nec ſobria divitiis mens;
In miſeras leges hominumque negotia ludit.
Judicat eunuchus. quid jam de Conſule miror?
Prodigium, quodcumque gerit. quae pagina lites
Femineas meminit? quibus umquam ſecula terris
Eunuchi videre forum? ſed ne qua vacaret
Pars ignominia, neu quid reſtaret inauſum,

Arma

224. *Numquam mater eris*] Votum hoc eſt nuptiarum. vide Cujac. in Decret. Ivon. & etiam Novellam de poena Eunuchorum, qui uxores duxerint. Juvenal. *cum tener uxorem ducat Spado.* CLAVER. Deerat hic verſus Leidenſi.

226. *Te foliis*] *ſpoliis* marg. Iſingr. ſolemni variatione. vid. ad Ovid. II. Art. Am. 744. III. vs. ult. & noſtrum II. de Rapt. 139. *& vellere Seres* Oxon. vide de *foliis* Barthium hic & Lib. II. Adv. 6. BURM.

227. *Urguet*] Hoc gloſſema eſt, quia Vicetin. *cogit*, cum haberetur in veteri libro, *cogat* effecerunt. Vicetinae lectioni ab aliquo adſtitutum fuit, id eſt *urget*: eam vocem deinceps ceteri amplexi ſunt. DELR. Scripti nonnulli *cogit* vel *coget*, ut apud Lucan. Lib. III. 132.

Pacis ad exhauſtae ſpolium nos cogit egeſtas.

Virgilio tamen Lib. I. Georg. 164. *duris urguens in rebus egeſtas.* HEINS. *coget* Vicet. non *cogit*. ſed *urguet* praeſtat. *onus* enim *eſt paupertas miſerum & grave* teſte Terent. Phorm. I. II. 44. *urguet* vero proprie onus, non *cogit*. Ovid. IV. Faſt. 515. *quamvis onus urguet*. ſic *fames urguet* Lib. I. de Laud. Stil. 279. *egens adeo eſt* Junian. BURM.

228. *Eutropii*] *Eunuchi* Aldus, & ſic in Vaticano quoque ſcriptum fuiſſe videtur. HEINS. ſed in Aldina editione eſt *Eunuchii*.

229. *Divitiis*] *de vitiis* Oxon. Heinſius legebat, *deliciis*, quae voces ſaepe permutatae.

230. *Ludit*] pr. edit. & duo ſcripti, *venit*. forte. *jacet*. HEINS.

231. *Quid jam de Conſule miror*] *miror* praeſtiterit, ſi aſſentiantur membranae. HEINS. Culpat hanc loquendi rationem in Valla Franciſcus Theodorus Kohlius, qui nuper Commentationes Criticas edidit Pentadec. loco XVI.

232. *Prodigium eſt quodcumque gerit*] prior Leidenſ. Farnef. & quintus Vaticanus delent τὸ *eſt*. eleganter. ſic apud Ovidium Met. VI. 618. veteres libri,

—— *magnum quodcunque paravi,*
Quid ſit adhuc dubito. HEINS.

233. *Femineas*] Jul. Paulus l. XII. D. ubi quis agere vel conv. debeat, moribus affirmat introductum, *ne mulier judicare poſſit.* Ulpianus eas ab omnibus officiis civilibus & publicis removit. l. feminae D. de Reg. Jur. poſtremo Juſtinianus easdem cujuscumque negotii arbitras conſtitui vetuit. l. ult. C. de Arbitr. DELR. In orbe Romano ſcilicet. nam Jupiter Didoni apud Virgil. I. Aeneid. 522. *urbem condere. Juſtitiaque dedit gentes frenare ſuperbas.* immo Juſtinianus ipſe Theodoram uxorem ad Reipub. conſilia adhibuit. & vero moribus introductum eſt, ne mulier judicet, aut officiis civilibus ſe immiſceat. CLAVER. *Sic actas meminit* Marg. Iſingr. & Vaticanus, & liber Barthii. unde ille conjiciebat: *quae pagina lites Caſtrati meminit?* certe *licet femineas* dicere, ubi femina vel Eunuchus eſt judex, inſolens videtur. ſunt enim lites inter feminas, vel feminarum more clamoribus & jurgiis indecorae. BURM.

234. *Eunuchi videre forum*] Romani enim Eunuchis non permiſerunt judicis partes exſequi. imo anno DCLXXVI. Mam. Aemilius Lepidus Conſ. caſtrato cuidam ſecundum tabulas bonorum poſſeſſionem denegavit, ne obſcoena hujus viri. non viri, praeſentia tribunalia magiſtratuum, ſub ſpecie petendi juris, polluerentur. Moſes quoque Spadoni Eccleſiae ingreſſu interdixit. tradidit hoc Philo περὶ μίσους, & Clemens ὁ τῷ πατρωνύμῳ. DELR.

235. *Ignominia*] Vetus liber *ignominiae*. DELR. *ignominiae* in nonnullis, ut *vacare* ſecundum regat caſum. HEINS. Ego ſervo omnium editorum lectionem. in Lovanienſi erat a manu ſecunda *ignominiae*. in multis etiam *ignominia* conſtruxerunt librarii cum τῷ *pars*. ſed male. Lib. II. 483.

leto

Arma etiam violare parat, portentaque monſtris
Aggerat, & ſecum petulans amentia certat.
Erubuit Mavors, averſaque riſit Enyo
Dedecus Eoum; quoties intenta ſagittis
Et pharetra fulgens anus exercetur Amazon:
Arbiter aut quoties belli pacisque recurrit,
Adloquitur Getas. gaudet, quum viderit, hoſtis,
Et ſentit jam deeſſe viros. incendia fumant:
Muris nulla fides: ſqualent populatibus agri,
Et medio ſpes ſola mari. trans Phaſin aguntur
Cappadocum matres, ſtabulisque abducta paternis
Caucaſias captiva bibunt armenta pruinas,
Et Scythicis mutant Argei pabula ſilvis.
Extra Cimmerias, Taurorum clauſtra, paludes
Flos Syriae ſervit: ſpoliis nec ſufficit atrox

Bar-

leto pars ne qua vacaret. Ovid. v. Triſt. XIII. 4.

Libera tormento pars mihi ne qua vacet.

ubi & cum *libera* poſſet conſtrui, ſed melius ad *vacet* refertur. ſimpliciter *ne qua vacarent Arma* dixit Lucan. VIII. 422. BURM.

Neu quid] *ne quid* Jun. Oxon. Exc. Wolf. *in uſum* Oxon. a m. prim.

236. *Arma etiam violare*] Nam haec duo, Eunuchum eſſe & militarem, eſſe prorſus contraria docet Sidonius Lib. I. Epiſt. 8. & Arrius Menander Lib. I. de Re militari, ſatis indicavit, Eunuchos jure militare nequiviſſe, dum ait: *qui cum uno teſticulo natus eſt, quive amiſit, jure militabit* ſecundum D. Trajani reſcriptum leg. 4. D. de Re milit. ideoque Meſſalina reprehendebatur, quod Poſſid. Eunucho poſt triumphum Britannicum arma inſignia inter viros fortiſſimos, tanquam victoriae participi dediſſet. auctor AUR. VICTOR. DELR. Huc ſpectat illud Horatii Epod. IX. 12. *fert vallum & arma miles, & ſpadonibus Servire rugoſis poteſt.* At Narſes patricius belli dux fuit, quamvis Eunuchus, temporibus Juſtiniani, legum vindicis, ut eſt in veteri inſcriptione. vide tamen leg. 4. D. de Re milit. CLAVER.

237. *Aggregat*] Vetus liber, *Aggerat*. Virgil. XI. 342. *oneret dictis, atque aggerat iras.* DELR. *Aggerat*, id eſt accumulat. ſic ſcripti. vulgo *Aggregat*. infra Lib. II. 439. *cumulis immanibus aggerat undas.* Virgilio quoque uſitatum id verbum. deinde Zinzerlingus Promulſidis Criticae cap. III. *ſecum petulans amentia cernit*, ex vetuſto codice, pro decernit. noſtri omnes pro vulgata ſtant ſcriptura, nec auſim immutare. quamquam Lib. I. de Laud. Stilich. 89.

Felix arbitrii Princeps, qui congrua mundo
Judicat, & primus cenſet, quod cernimus omnes.

plura ad Virgil. XII. Aeneid. 709. ſequenti verſu, *averſa* pro *adverſa* Lucenſ. Gyrald. prim. Vatic. Iſingrin. & undecim ex noſtris. HEINS. *augerat* Junian.

240. *Pharetra*] MS. *pharetris*. DELR. *anus exerceri* Vicetin. *exercet* Parm. *exercere* abſolute poſſet capi, ut apud Sueton. Aug. XCVIII. *exercentes Ephebi*, ubi, vide adnotata. BURM.

242. *Hoſtis*] *boſtes* Jun.

244. *Populatibus*] *populantibus* Oxon. duo, Exc. Wolf. Vicetin. & Parm.

246. *Matres*] *vates* Jun. *ſtabulis abductis* Oxon.

245. *Et medio ſpes ſola mari*] *In medio ſpes nulla*, quidam. forte, *In medio ſpes una mari*. HEINS.

248. *Argei pabula ſilvis*] Lego, *Argeia*. Laud. Serenae v. 191.

——— *delectus equorum,*
Quos Phrygiae matres, Argeaque pabula paſtae,
Semine Cappadocum ſacris praeſepibus edunt.

HEINS. *Argeis* Jun.

249. *Extra Cimmerias*] Vellet ejici hunc verſum Barthius. *ultra Cimm.* Lovan. pro var. lect. *Caurorum* Jun. ſed intelligit incolas Tauricae Cherſoneſi, quos & Lucanus innuit L. II. 594. ubi male Scholiaſtes de monte Tauro exponit. *clauſtra paluſtres* Lovan. BURM.

250. *Syriae fervet ſpoliis, nec*] Mendoſa ſunt haec, quare ex MS. corrige *Syriae fervit: ſpoliis non*, DELR. *Flos Syriae fervis* vera lectio, quam libri meliores exhibent, & Raphelengius ſecutus. vulgo, *Flos Syriae fervet*. prim. Vatican. & alii non pauci, *Aſſyriis fervet ſpoliis*. fruſtra. Juvenal. Sat. V. 52.

——— *tibi pocula curſor*
Gaetulus dabit, aut nigri manus eſſet ſervi.
Flos Aſiae ante ipſum pretio majore paratus,
Quam fuit & Tulit cenſus pugnacis & Auci.

Barbarus. in caedem vertunt faſtidia praedae.
Ille tamen (quid enim ſervum, mollemque pudebit?
Aut quid in hoc vultu poterit flagrare ruboris?)
Pro victore redit. peditum vexilla ſequuntur.
Et turmae ſimiles, eunuchorumque manipli,
Helleſpontiacis legio digniſſima ſignis.
Obvius ire cliens, defenſoremque reverſum
Conplecti. placet ipſe ſibi, laxasque laborat
Diſtendiſſe genas, fictumque inflatus anhelat,
Pulvere reſperſus tineas, & ſolibus ora
Pallidior, verbisque ſonat plorabile quiddam
Ultra nequitiam fractis, & praelia narrat:

Per-

& ſane in primo tertioque Vaticanis ac Oiſeliano pro diverſa lectione, *Flos Aſiae ſervit.* ſic & ἄνθος Graecis. Plura hic Barthius, qui tamen perperam verſum proxime praecedentem ſuſpectum habet. HEINS.

251. *Vertit faſtidia praedae*] *vertunt* Lucenſ. Vatic. & duo alii, pro vertuntur, ut ſaepe optimi Latinitatis auctores. Lib. II. in Stilich. 118. *in legem rapiendi verterat uſus.* quomodo bene codex Pricaeanus, vulgati, *uſum* HEINS. *incedit* Jun. pro *in caedem.*

252. *Servum pudebit*] Servi enim, ut eſt in Cod. Theod. pudoris diſpendium non poſſunt ſuſtinere. CLAVER.

253. *Aut quid in hoc vultu poterit flagrare ruboris?*] Perperam *pudoris* alii, cum *puderes* praeceſſerit. male etiam *ſuperare* pro *flagrare* Gruter. III. Suſpic. I. ex Iſingrini libro contra fidem aliorum omnium. Vulgatam recte tuetur ad Statium p. 400. Gronovius ex illis Valerii Flacci (Lib. VII. 411.)

Flagrantesque genas vidit, maiſerumque pudorem,

apud Maronem Lib. XII. 65.

Accepit lacrimis vocem Lavinia matris
Flagrantes perfuſa genas: cui plurimus ignem
Subjecit rubor, & calefactа per ora cucurrit.

HEINS. *Aut quid in hoc viti potuit vultu flagrare pudoris* Junian. ubi *viti* adſcriptum a Gloſſatore *hoc* explicante. *potuit* etiam Oxon. Lovan. *in hoc potuit vultu* Vicet. Parm. *poterit vultu* Junt. Ald. Iſingr. & aliae. de *flagrare* pro ardere vide ad Rutil. Lib. I. 255. BURM.

254. *Peditum vexilla ſequuntur*] *unum* vex. Lucenſ. & Gyraldinus. Aldus & tredecim ſcripti, *tunc cum*, neque aliter prim. Vaticanus pro diverſa lectione, & excerpta Pomponiana. Junianus cc. an *centum?* vel, *comitum?* Probem etiam *vè unum:* ut *redit* pro *redit* contracte dixerit, quod ſyllabam illam longam facit apud poëtas. exempla paſſim obvia. ſed cum praeter Aldum & codices jam dictos excerpta quoque Pomponii Laeti, & Pricaeanus, *tunc cum* exhibeant, idque ipſum primus Vaticanus quoque pro diverſa lectione praeferat, opinor a Claudiani manu eſſe, *truncum vexilla ſequuntur.* ſic eumdem Eutropium *ſtipitem* quoque appellarat ſupra 126.

Et nihil exhauſto caperens e ſtipite lucri.

truncus etiam, ut alludat ad truncata membra. apud Terent. Heaut. convitia ſimilia occurrunt, *caudex, ſtipes, aſinus, plumbeus.* HEINS.

255. *Manipli*] Suidas tradit Eunuchorum genus adeo creviſſe ſub Eutropio, ut etiam barbatuli una cum teſtibus vitam amiſerint. CLAVER.

259. *Diſtendiſſe genas*] *Contendiſſe* primus tertiusque Vaticani & Oiſelianus. HEINS. *Extendiſſe* Oxon. Lovan. ſed *diſtendiſſe* rectum. ut *diſtendere cutem* Lib. II. 449. Phaedr. I. 24. de rana, *rugoſam inflavit pellem & intendit cutem.* quod huic Eunucho poſſet adcommodari. vide ad Petron. XLVI. & Lucan IX. 792. BURM.

260. *ſolibus ora Pallidior*] Diſtinguit poſt *ora* Colinaeus. pro *tineas*, *tunicas* marg. Iſingr.

261. *Sonat plorabile quiddam*] Ovid. III. Art. 289.

Illa ſonat raucum, quidlamque inamabile ſtridet,

imitatur vero noſter Perſium Sat. I. 33.

——— *votum & plorabile ſi quid*
Eliquat, & tenero ſupplantat verba palato.

quem locum Barthius adduxit. BURM.

262. *Ultra nequitiam fractis*] *fictis* prima ed. Gyraldinus, & unus ex noſtris. male. ſic apud Juvenal. IX. III. *fracta voce loquendi Libertas.* Quinitilian. *non enim puerum feminea vocis exilitate frangi volo.* Apulejus Met. VIII. de cinaedis: *qui flatim exſultantes in gaudium, fracta, rauca, & effeminata voce clamores abſonos intollunt.* Minucius Octavio cap. 2.: *Adhuc annis invercundis & adhuc dimidiata verba tentantibus, loquelam ipſo offenſantis linguae fragmine dulciorem.* Statius quoque Epicedio Glauciae verbo *refringere* de

in-

Perque ſuam tremula teſtatur voce ſororem
Defeciſſe vagas ad publica commoda vires.
Cedere livori, nec ſuſtentare procellas
Invidiae, mergique fretis ſpumantibus orat
Exoretque utinam! dum talia fatur, ineptas
Detergit lacrimas, atque inter ſingula dicta
Flebile ſuſpirat. qualis venit arida ſocrus
Longinquam viſura nurum: vix laſſa reſedit,
Et jam vina petit. quid te, turpiſſima, bellis

In-

infante dixit. *molles & infracti cantus* apud Senecam Epiſt. lxc. Ennodius Epigrammatis:

Improbe, quid fractis confundis ſingula verbis.

D. Hieronymus in Epitaphio Paulae: *Paulam audierat in cunis, & crepitaculis balbutiente lingua allelvia cantare, aviaeque & amitae nomina dimidiatis verbis frangere.* Arnobius Lib. IV. *Crepitaculis obticuit auditis in cunis jacens & vocibus delinitus eſt infractis.* Lucretius Lib. V. 230.

Nec crepitacula eis opus fuit, nec cuiquam adhibenda eſt.
Almae nutricis blanda atque infracta loquela.

ubi forte legendum, *crepitacillis opus eſt.* Marcianus Capella Lib. IX. *Mars eminus conſpicatus teneras cum admirationis obtutu languidiore fractior voce collaudat.* A. Gellius Lib. III. 5. *nam cum vocem ejus infractam capillumque arte compoſitum & oculos ludibundos viderat.* D. Ambroſius de Officiis: *vox ipſa non remiſſa, non fracta nihil femineum ſonant.* Apud Xiphilinum in Heliogabalo *φωνὴ κιναιδικὴ* dicitur. Iſidorus Lib. II. de Officiis cap. XII. *vox lectoris ſimplex erit, plena ſpiritu virili, non fracta, nec tenera, nihilque femineum ſonans.* Sulpitius Servaſtus de Cupiditate in Catalectis Pithoei (Lib. I. pag. 27.)

Romani ſermonis egens, ridendaque verba
Frangit ad horrifices turbida lingua ſonos.

Avienus Fab. XVII. 13.

Illa genens, fracteque loqui vix murmure coepit.

fractum dicebant, quidquid molle. hinc & apud Peſſium *paranti fractus ocello.* Horat. III. Od. 6. 22.

Motus doceri gaudet Ionicos
Matura virgo, & frangitur artubus.

ſic enim optime in vetuſtiſſimis membranis. vulgo, *fingitur artibus.* miror ejus verbi elegantiam interpretibus non intellectam, qua mimicum illum & reſolutum inceſſum expreſſit. Petron. *fractique enervi corpore greſſus.* Prudentius Pſychomach. 364.

Sericaque in fractis fluitent ut pallia membris.

D. Hieronymus ad Ruſticum. *Qui gradum molliter incedendo frangunt, tanquam ferrent ſacra Junonis.* & alibi: *ſolutis genibus fractus inceſſus.* Sulpicius Lupercus in Catalectis Pithoei: *in ventrem propulſo pondere tergum Frangitur.* hinc & *frangere ſexum* pro caſtrare. Statius Coma Earini. Idem Epicedio in Patrem, *lituos audire volentem Aeaciden alio frangebat carmine Chiron.* Cyprianus Epiſt. I. *Evirentur mares, bonor omnis & vigor ſexus enervati corporis dedecore mollitur, plusque illic placet, quisquis virum in feminam fregeris.* Epiſt. LXI. *docens quemadmodum maſculus in foeminam frangatur, & ſexus arte mutetur, & diabolo divinum plaſma maculanti per corrupti atque enervati corporis delicta placeatur.* Plura hic Barthius. ſic & *fractus ardor* apud Ovid. VII. Met. 76. quae vera lectio,

Et jam fortis erat fractusque reſederat ardor.

plura de *frangendi* verbo Epiſt. ad Hadrian. VI. 50. Heins. vide & ad Petron. cap. CXXVIII.

263. *Suam ſororem*] *ſuum dolorem* Jun. *tremula*, qualis ſenis vel anus, cui *trementem vocem* dat Ovid. VI. Faſt. 400. *tremulam & effeminatam vocem* conjungit Quinctil. Lib. XI. Inſt. Orat. cap. 3. agens de ſene & muliere. vide Broukh. ad Tibull. I. 5. 49. ubi hunc quoque locum inluſtrat. Burm.

266. *Mergique fretis ſpumantibus orat*] Livius Lib. XXVI. cap. 29. *Obrui Aetnae ignibus aut mergi fretis ſatius illi infulae eſſe, quam veluti dedi noxae inimico.* In uno Ambroſiano, *fretis ſpirantibus*, de quo nos ad Maronem X. Aeneid. 291. primo Georgicon, *fervetque fretis ſpirantibus aequor.* noſter Epith. Honor. Aug. 197. *mediis ſpirent crateres in armis.* quo loco nihil variant codices vetuſti. Praefat. Lib. I. in Rufin. *Et qui vipereo ſpiravit ſaepe veneno Cephiſſus.* ita illic codex Patavinus. Heins.

268. *Detergit*] *Detergit* Oxon. duo Leid. & Lovan. vid. Conſ. Mall. V. 191. & infr. Lib. II. 375.

270. *Laſſa*] *laxa* Lovan. Exc. Wolf.

271. *Quid te, turpiſſime, bellis*] prior Moreti & duo Florentini cum Palatino & Farneſiano, *turpiſſima.* optime. ſic & de eodem Eutropio Praefat. Lib. II. vetus liber:

Pervigilant vates nec miſeranda tui.
caecam Sibyllam, & vetulam vulpem, & trabeatam anum,
& anum Amazonem eumdem ſic vocat. Pathicos enim aut caſtratos foemineo nomine compellabant igno-

Inſeris, aut ſaevi pertentas Pallada campi?
Tu potes alterius ſtudiis haerere Minervae;
Tu telas, non tela, pati: tu ſtamina noſſe,
Tu ſegnes operum ſollers urguere puellas,
Et niveam dominae penſis involvere lanam.
Vel, ſi ſacra placent, habeas pro Marte Cybeben:
Rauca Celaenaeos ad tympana diſce furores.
Cymbala ferre licet, pectusque inlidere pinu,
Inguinis & reliquum Phrygiis abſcindere cultris.
Arma relinque viris. geminam quid dividis aulam,

Cona-

minioſe. qua de re ad Senecam plura Gronovius. de Gallis Ovidius Epiſt. Oenon. v. 48.

Quaeque ſub Idaeo tympana colle movent.

fruſtra *Quique* reponunt. ubi plura. vide & infra quae notamus hoc libro v. 339. HEINS.

bellis Inſeris] Ovidianum. Lib. III. Met. 117. *nec te civilibus inſere bellis.* BURM.

272. *Saevis campis*] Vetus liber, *ſaevi p. P. campi.* ſic autem vulgati quidam. DELR. *ſaevi campi* in potioribus ſcriptis. vidit Barthius. HEINS. & ita Aldus. *ſaevi p. praelia campi* Oxon. & alter pro varia lect. *mediis p. praelia campis* marg. Iſing. *& ſaevi* Voſſ. *praelia campis* Oxon. a m. prim.

274 *Tu telas*] *Et telas* Jun. Oxon. duo. Lovan. *Tu ſtamina noſſe*] *neſſe* vel ſine libris legendum. Ovid. II. Faſt. 771.

Sic ſedit, ſic culta fuit, ſic ſtamina nevit.

Virgil. in Ciri v. 177.

Nulla colum nevit, eorum nec reſpicit aurum.

ubi pari modo in vulgatis peccatum. nec rectius *nubit* vir maximus. Juſtinus Lib. I. cap. 3. *invenit eum inter ſcortorum greges purpuram colo nentem.* Naſonl verbum illud non uno loco reſtitui. Adeantur quae ſecundis curis notamus in Ibin vs. 74. *tu ſtamina Serum* pro diverſa lectione quintus Vaticanus. HEINS. Nos praetulimus *noſſe* cum ſcriptis & editis. vide ad Ovid. VI. Epiſt. 83. *tu ſtamina noſti* Leid.

275. *Urguere*] vide ad Val. Flacc. II. 137.

276. *Et niveam dominae penſis involvere lanam*] Scripti plerique cum Schedis Gudianis *vinctam*, quomodo & primus Vaticanus pro diverſa lectione. in aliis, *victam* vel *junctam*. Putavi aliquando a Claudiano eſſe, *Atque unctam*. Lanam ungi adhuc in uſu. infra Liv. II. 381.

——— *doctiſſimus artis*
Quaerendam lanificae, moderator pectinis unctis.

ita veterrimi libri, non *unci, pinguia vellera* ibidem vocat. apud Martialem quoque codices minus interpolati conſtanter legunt: (Lib. I. Ep. 54.)

Sic interpoſitus villo contaminat unctis
Urbica Lingonicus Tyrianthina bardocucullus.

unguine enim ſplendorem villo conciliabant, atque ita Tyrianthina adulterata venditabant. Mira illic comminiſcuntur interpretes. Haec olim. Ceterum cum in uno Mediceo, atque Ambroſiano invenerim *tinctam lanam*, idque diverſa ſcriptura alterius Oxonienſis confirmet, cum Pricaeno, vix dubito nunc, id amplectendum eſſe. *bis tinctae murice lanae* paſſim apud poëtas occurrunt. noſter ipſe Lib. II. in Stilich. 333. *tincta ſimul repetito murice fila Contulimus penſis.* poſſis etiam *Tyriam lanam.* ſic *purpuram nere* in Juſtino ſupra. Propertius Lib. IV. Eleg. III.

Noctibus hibernis caſtrenſia penſa labore,
Et Tyria in vadis vellera texta ſuos.

ſed & *vellus niveum* Tibullo Lib. I. Eleg. VI.

Tractaque de niveo vellera dente parat.

HEINS. *& tinctam* etiam Lovan. & Exc. Wolff. *infingere* Jun. *lanam* Oxon. pro var. lect. ego vulgatum in omnibus ſervo. ſic *vellera alba* Ovid. VII. Epiſt. 100. BURM.

277. *Vel ſi ſacra placent*] *Si tela* prim. Vatic. pro diverſa lectione. HEINS.

278. *Celaenaeos*] *Cibeleos* Jun. *Cilenos* Oxon.

279. *Inlidere pinu*] Gyrald. *alliidere*, ut alibi, *In latus alliſis clypeis.* HEINS.

280. *Abſcindere cultris*] *abſcidere* Oiſelianus & decem alli. HEINS. *abſcidere* etiam Vicetin. *abſcindere* Voſſ. de dubia fere ſemper lectione, an *abſcindere* an *abſcidere*, vide ad Vellej. Paterc. Lib. II. 66. & quos ibi laudavi. & ſaepius ad Lucanum. quis vero neſcit lubricas has correctiones, qui in MSS. verſandis exercitatus, tot vocabula invenerit, in quibus litera *n* aut omittatur, aut nota ſola ſuperpoſita indicetur, unde multae variationes ortae. vide ad Ovid. II. Amor. VI. 23. & alibi non ſemel. *reliquum*, ſcilicet pars virilis, quae teſtibus exſectis relicta erat. vid. Lucret. V. 567. BURM.

281. *Arma relinque viris*] Color ductus ex Ovid. Epiſt.

Conarisque pios odiis conmittere fratres?
Te magis, ah demens, veterem si respicis artem,
Conciliare decet. gestis pro talibus annum
Flagitet Eutropius, ne quid non polluat unus;
Dux acies, judex praetoria, tempora Consul.
Nil adeo foedum est, quod non exacta vetustas
Ediderit, longique labor conmiserit aevi.
Oedipodes matrem, natam duxisse Thyestes
Cantantur. peperit fratres Jocasta marito,
Et Pelopea sibi. Thebas ac funera Trojae
Tristis Erechthei deploret scaena theatri.
In volucrem Tereus, Cadmus se vertit in anguem.
Scylla novos mirata canes. hunc arbore figit,
Elevat hunc pluma, squamis hunc fabula vestit,
Hunc solvit fluvio. nusquam spado Consul in orbe,
Nec judex ductorve, fuit. quodcumque virorum
Est decus, eunuchi scelus est. exempla creantur,
Quae socci superent risus, luctusque cothurni.
Quam pulchre conspectus erat, quum tenderet artus

Ex-

Epist. XVII. 254. ubi Helena Paridi:

Bella (vel *Arma*) *gerant fortes, tu, Pari, semper ama.*

283. *Ah demens*] *o demens* Jun. 8a multi.

285. *Flagitet Eutropius*] Non *Flagitat* libri. HEINS.

288. *Aevi*] *aevi* Oxon. vid. ad Val. Flacc. II. 619.

289. *Oedipodes*] vide 1. in Rufin. 85.

290. *Cantantur*] Ita veteres nonnulli. in vulgatis, *Cantatur*. HEINS.

291. *Thebas*] *labes* Exc. Wolf. marg. Ising. Vicetin. Parm. & omnes fere Heinsio inspecti codices. qui olim corruptum locum credebat, & ultimam syllabam in *sibi* bis repetendam, & *lapsae* pro *labes*, ut exiret, *Et Pelopea sibi. bis lapsae* (vel etiam *captae*) *funera Trojae*. sed *Thebas* & *Trojam* saepe conjungunt poëtae. vide ad Ovid. III. Amor. XII. 15. & *funera* Oxon. Lovan. deinde *Aristei* Jun. *Eristei* Oxon. *deplorat coena* Leid. Exc. Wolf. Vicetin.

294. *Mirata*] Non mutandum. id enim verbum saepe ad subita quaedam adtonitis tribuitur & hominibus & rebus. Lib. II. 163.

Cornua cana gelu mirantibus extulit undis
Hebrus.

vide ad Ovid. II. Amor. XI. 1. & ad Val. Flacc. I. 382. BURM.

295. *Elevat hunc pluma*] Sic scripti. vidit Barthius. sequenti versu *nusquam* pro *nunquam* tres codices. & *hunc* pro *hunc* semper Aldus & Florent. S. Marci. pro *arbore figit*, membranae plerasque *fingit*. forte *cingit*. ut apud Ovid. I. Met. 549. *cinguntur tenui praecordia libro*. *eunuchis* pro *eunucho*, ut respondeat τῷ *virorum*, tres libri. *Scylla novos mutatato canes* prim. Vaticanus & Oxon. non *mirata*, etiam Oiselianus. mox, *eunuchi scelus est*, non *eunuchis*, praestantiores. HEINS. *Elevat hunc pluma*, pro *palma* Scaligeri, restitutum recte. Ovid. IV. Met. 410. *non illas pluma levavit*. & VIII. 543. *natisque in corpora pennis Elevat*. ubi alii *Allevat*. BURM.

296. *Hanc solvit*] *Hunc* MS. DELR. *hunc* ubique habent edd. Vicet. Parm. Demst. Caesii, Elzev. Barth. ter *hanc* & quarto loco *hunc* Ald. Junt. Colin. contra ter *hunc* & quarto loco *hanc* Ising. Gryph. Claver. primo vero loco *hunc*, deinde ter *hanc* ed. prim. Heinsii.

297. *Quodcumque*] *quicumque* ed. Vicet. & Parm. & *eunuchi*, ut fere omnes.

299. *Socci*] *Socii superent usus* Jun. *superant* Leid.

300. *Quam pulcher conspectus erat*] hoc est, pulchre conspectus. *pexatus pulchre* Martiali. alibi Claudian. *solito conspectior*. CLAVER. Melius *pulchre* scripti. sequenti versu pro *onerante*, ut Scaliger, legendum, *onerare*, ne bis idem dicat; quod & de simia, quae sequuntur, confirmant. Utrumque in membranis exstat potioribus. *Tenderet ornare* eleganter. vide quae supra noto vs. 13. pro *gravatus*, ex conjectura *gravatos* repono. *artus exsangues* & *circa gravatos* con ungit. *cinctum* etiam probe Junianus.

Exſangues onerare toga; cinctuque gravatus,
Indutoque ſenex obſcaenior iret in auro!
Humani qualis ſimulator ſimius oris,
Quem puer adridens pretioſo ſtamine Serum
Velavit, nudasque nates ac terga reliquit,
Ludibrium menſis. Erecto pectore dives
Ambulat, & claro ſeſe deformat amictu.
Candida pollutos comitatur Curia faſces,
Forſitan & Dominus: praebet miracula lictor
Conſule nobilior, libertatemque daturus,

Quam

duo Gallicani, *cinctus*. minus bene. ſic *gravari tecta* Statio Hercule Surrentino. *moeſtae pedem Terrae gravantur* Senec. Thyeſt. 105. quae vera illic lectio. *abrumpunt vitam lucemque gravantur* Silio Lib. II. 598. Statius Lib. II. Achill. 143.

——— *longa ſagaci*

Nox Itiaco: lucemque cupis, ſomnosque gravatur. male vulgo, *ſomnoque*, & contra ſenſum. Idem Theb. VIII. 317.

Nos tantum portare negas? nos, Divo, gravaris? apud Lucanum Lib. V. 258. *regnorum injuſta gravari.* Lib. VII. 284. *dominos gravari.* ſic apud Graecos τὸ βαρύνεσθαι quartum etiam caſum nonnumquam regit. Adeantur quae ad Statii Silvas, & poſt haec ſcripta ad Senecae Thyeſten vs. 160. erudite, ut ſolet, Gronovius obſervavit. HEINS. *cum tonderet* Jun. *pulchre conſpectus & onerare* etiam edd. Vicet. Parm. & omnes praeter Raphel. Barth. Dempſt. & recentiores. vid. ad Albinov. Epiced. in Druſ. vs. 122. *ornare* Exc. Wolff. BURM.

301. *Onerare toga*] Sic vetus codex, non *ornare*, aut *onerante*. quae tamen bona ſunt. Juven. I. 27.

Criſpinus Tyrias humeros revocante lacernas.

& inde:

Nec ſufferre queat maſoris pondera gemmae.

quae viri delicatuli indicia. infra II. 357. dicit Claudianus *onerique vel ipſa Serica*. Petronius, *onerata veſte cervices*. alibi noſter bello Get. 167. *Tendit hiems veſtire gelu*, ut hic *tenderet onerare*. ſic apud Martialem Argonautae illi juvenes dicuntur *refina ventoque pigriores*, id eſt, refinata juventus, quae ſudat ſub ponderibus lacernarum, atque ob id pigrior eſt. CLAVER.

302. *Induxeque ſenex*] Sic Iſingrin. prim. Vatic. & octo alii. vulgo minus bene, *Indutoque*. de veſtitu enim agit. HEINS. Centies in Ovidio & aliis haec duo verba confunduntur. vid. v. Met. 51. VII. 161. XIV. 262. ad Val. Flacc. II. 109. & alibi. nec, quia de veſtibus agitur, *induere* eſt repudiandum, nam & Lucan. II. 387. *induxiſſe togam* dixit. ſic apud Virgil. II. 275. *exuviis indutus Achilles*, Zulich. & alii codices, *indutus*. XI. 83. *Indutoſque jubet truncos boſtilibus armis*, & ibi *induitos* vidi in ſcriptis. & vs. 487. *thoraca indutus*, ubi & *induitus*. in aliis. & apud Lucan. VIII. 240. *famuli raptos induitus amictus*, ubi quatuor codices *induitus*. quare cum Barthio tantumdem eſſe puto, quo verbo uteris. vid. & infra Lib. II. 182. BURM.

303. *Simius*] Bellula & jocoſa comparatio. huc vero pertinet, quae apud Martialem Lib. XIV. 128. *Corcopitheci parmula*. & illud I. 93. *Dimidiataque nates Gallica palla tegit*. CLAVER. *imitator ſimius* Jun. ita Ovid. II. Amor. VI. I. *imitatrix ales* dicitur pſittacus. ſed & paulo poſt vs. 23.

Non fuit in terris vocum ſimulantior ales.

quare *imitator* hic gloſſatoris eſſe credo. BURM.

304. *Quem puer adridens*] *irridens* puto. HEINS. Nihil muta, nam eſt maligne ridens. BURM.

305. *Ac terga*] *ad terga* Voſſ. *relinquit* Leid.

307. *Amictu*] *in actu* Junian.

309 *Forſitan & dominis*] Ita Gyrald. aliique nonnulli, quomodo & Cl. Gronovius in Obſervationibus Lib. I. cap. 21. legendum conjecit. idem tamen vir ſummi Henrici Valeſii conjecturam nunc praefert, poſt τὸ *dominus*, quae vulgata lectio, diſtinguentis. ſed rectius erit, *Forſitan & domini*. Dominorum enim Eutropii paſſim meminit. & hoc magis ignominioſum. Ptolemaeum & Abundantium & Arinthaeum innuit. Lib. II. 79.

Subter adulantes tituli, nimiaeque leguntur
Vel moribus laudes, claro quod nobilis ortu
Cum vivant domini.

Praefatione Libri II.

In dominos vanas iugat abiiſſe minas.

nec multo poſt:

Innumeri glomerantur heri, ſibi quique petentes
Mancipium ſolis utile ſuppliciis.

HEINS. Neſcio an non Arcadius intelligatur. Imperatores enim ipſi ſaepe proceſſiones Conſulum comi-

Quam nondum meruit, ſcandit ſublime tribunal;
Atque inter proprias laudes Aegyptia jactat
Somnia, proſtratosque canit ſe vate tyrannos.
Scilicet in dubio vindex Bellona pependit,
Dum ſpado Tireſias, enervatusque Melampus
Reptat, ab extremo referens oracula Nilo.
Obſtrepuere avium voces: exhorruit annus
Nomen, & infanum gemino proclamat ab ore;
Eunuchumque vetat faſtis accedere Janus.
Sumeret inlicitos etenim ſi femina faſces,
Eſſet turpe minus. Medis levibusque Sabaeis
Imperat hic ſexus, reginarumque ſub armis
Barbariae pars magna jacet. gens nulla probatur,
Eunuchi quae ſceptra ferat. Tritonia, Phoebe,
Veſta, Ceres, Cybele, Juno, Latona coluntur:
Eunuchi quae templa Dei, quas vidimus aras?
Inde ſacerdotes: haec intrat pectora Phoebus:

In-

comitabantur. exempla videbis apud Auſonium in Conſulatu. & Amm. Marcell. XXII. 7. & Spartian. in Hadriano cap. IX. & alibi ſaepe. BURM.

Litior] *lector* Vicetin.

311. *Nondum*] Ita olim editi. Heinſius ex Oxonienſibus, Leidenſi, Lovanienſi, & aliis edidit *necdum*, ut & eſt in Exc. Wolf. Gronovius d. l. exhibet, *Qui nondum meruit*. ſed ſequamur ſcriptos, ex quibus eadem ſententia exit. *Quem nondum* Vicetin.

316. *Reptet*] Non *Reptat* unus Medic. HEINS. *Raptat* Lovan. Oxon. Leid. *Reflat* Jun. *Raptus* Oxon. pro varia lectione. quod Heinſius *Reptet* mallt, eſt ex dictatis Grammaticorum, qui *dum* pro donec volunt jungi ſubjunctivo. de quo egi ad Phaedr. III. fab. 10. ſed non ſemper id ſervaſſe veteres conſtat. nam Virgil. IV. Aeneid. 52. *cauſſas innectite morandi Dum pelago deſaevit hiems.* & ſimili loco poſt *dubiis*, ut hic, Lucan. I. 207. *Subjectis dubiis totam dum colligit iram.* ubi etiam Heinſius *colligat* corrigebat ex codice Hamburg. & ideo nunc dubito, an apud Ovid. IV. Faſt. 755. praeſtet, *dum degrauidiſſet*. BURM.

Oracula] Priusquam Theodoſius contra Eugenium copias educeret, miſit Eutropium in Aegyptum ad Joannem quemdam virum pium, qui antea cladem Maximi tyranni praedixerat. Is vero declaravit, non ſine multo ſanguine, ac ſudore, victoriam Theodoſio parari, pauloque poſt eum in Italia obiturum, quod & contigit. vide Graecam Hiſt. & B. Auguſt. de Civit. Dei. CLAVER.

317. *Obſtrepuere*] *Obſtupuere* Oxon. Vicet. eadem varietas Lib. II. 285.

318. *Ore*] *orbe* Oxon. a m. prim. & mox, *faſtis accedere tanais* idem & alter Oxon. Leid. Voſſ. *janus accedere faſtis* Ald.

320. *Inlicitos*] *Illiricos* Jun. deinde *mediis* pro *Medis* Ald.

322. *Imperat hic ſexus*] Quin etiam apud Tacitum, exercitui praeeſt Boudicea, ac Britannis ſolitum ductu feminarum beliare. quae ſane virilibus curis feminarum vitia aliquando exuunt. CLAVER. Arrianus Lib. I. 24. νενομισμένου ὡ τῇ Ἀσίᾳ ἤτε ἄνωθεν ἐκ Σεμιράμεως τῆς γυναικὸς ἄρχειν ἀνδρῶν. ubi vertitur: *in Aſia jam inde a Semiramide uſitatum, ut & virorum uxores regnent.* immo, *ut mulieres viris imperent* reddendum. miror hic evaſiſſe manus nulli parcentes Vulcanium, niſi ille Graecismum voluerit exprimere, *regnare* cum genitivo conſtruens, ut Horat. III. Od. ult. *regnavit populorum.* ſed talia in verſione pedeſtri imitari vitioſum puto, nec id voluiſſe Vulcanium ex ordine verborum colligi poſſe credo. BURM.

324. *Eunuchi*] Plinius l. ſb. XIII. Nat. Hiſt. contrarium tradit. DELR. Ariſtoteles apud Lucianum dicitur adeo miratus fuiſſe regem quendam Eunuchum, ut illi perinde atque Diis ſacra faceret. CLAVER.

325. *Veſta*] *Terra* omnes fere ſcripti, & Pulmanni etiam codices.

327. *Haec intrat*] *haec inter* Oxon. *intrat haec* Vicetin.

28.

Inde canunt Delphi. Trojanam ſola Minervam
Virginitas Veſtalis adit, flammasque tuetur.
Hi nullas meriti vittas, ſemperque profani.
Naſcitur ad fructum mulier, prolemque futuram:
Hoc genus inventum eſt, ut ſerviat. Herculis arcu
Concidit Hippolyte: Danai fugere bipennem,
Penthesilea, tuam: claras Carthaginis arces
Creditur, & centum portis Babylona ſuperbam
Femineus ſtruxiſſe labor. quid nobile geſſit
Eunuchus? quae bella tulit? quas condidit urbes?
Illas praeterea rerum natura creavit:
Hos fecere manus. ſeu prima Semiramis aſtu
Aſſyriis mentita virum, ne vocis acutae
Mollities, levesve genae ſe prodere poſſent,
Hos ſibi conjunxit ſimiles: ſeu Parthica ferro
Luxuries vetuit naſci lanuginis umbram,
Servatoque diu puerili flore coëgit
Arte retardatam Veneri ſervire juventam.

Fa-

328. *Trojanam ſola Minervam*] Ex Lucano Lib. I. 597. mutuatus,

Veſtalemque chorum duxit vittata ſacerdos,
Trojanam ſoli cui fas vidiſſe Minervam. Heins.

329. *Adit*] *habet* Ald. rectius *adit*. *Deos* enim *adire* proprie dicebant. vid. Heinſ. ad Albinov. ad Liv. 290.

330. *Profani*] Diocles in Dialogo Luciani ait: Iniquum eſſe, ut Eunuchus Philoſophiae profeſſionem ambiat, cum ab ipſis etiam ſacris, ac vaſis puris eum ſecludi oporteat. Claver.

332. *Hoc genus*] Eunuchi ad ſervitium facti, ſuntque, ut ſaepe, abjectis moribus τὸ ἄῤῥεν ἀγυμναστότερον ait Ariſtot. Claver.

333. *Fugere*] *fregere* Voſſ. a m. s. *pavere* Ambroſ. etiam non male, vel a paſcere, ut *ſanguine paſtus* ſaepe dicitur. ſic Lib. II. in Eutr. 110. Heinſius notat in MSS. legi, *pingues paſcebat ſtragibus Hydras*. vel potius a *pavere*, id eſt timere, quod Quinti Smyrnei locus a Barthio adductus poſſet firmare. Burm.

337. *Condidit urbes*] Sic meliores. probe. nam τὰ *arces* praeceſſit. Heins. Sic & ſupr. vs. 334. *Carthaginis urbes* in uno vel altero erat. & centies commutantur hae voces. in animo habebat librarius Virgilianum illud II. Ecl. 61.

——— *Pallas, quas condidit, arces*
Ipſa colat. Burm.

339. *Hos fecere manus*] Unus Medic. *Has*. eleganter. ſupra vs. 241. diximus, & ſic forte moxlegendum: *Has ſibi conjunxit ſimiles*. Heins. *Hoc* Gyrald.

340. *Vocis*] *lucis* Jun. mox *laevesne* Leid. vulgo, *levesque*. *hos tibi* Vicetin.

342. *Parthica ferro*] Putavi olim germana haec eſſe Claudiani verba, quod Parthos ei ſceleri, cui coërcendo lata fuit lex Scantinia, mirum quantum deditos fuiſſe non ignorarem. verum ut nunc aliud exiſtimem, fecit Stephanus de Urbibus, qui ſcribit: Σπάδα, ὑστάτη κώμη Περσικὴ ἐν ᾗ πρῶτος ἐνυχήσεν γέγονεν. unde legendum videtur, *Perſica ferro*. atque hanc emendationem valde juvat Vicetina editio, in qua ſcribitur, *ſeu percita ferro*. nec non Petronius Arbiter his verſibus: (cap. 119.)

Perſarum ritu male pubeſcentibus annis
Sturipuere viros, exſectaque viſcera ferro
In Venerem fregere, atque ut fuga mobilis aevi
Circumſcripta mora properantes differat annos.

altera autem de Semiramide opinio Ammiani auctoritate aſtruitur. Delr. *Parthia* ſcripti. ſic *Parthia velat Tigris* initio Raptûs unus Mediceus. *Galliae mulieres* Saluſtio apud Nonium, & *Graecia luxuria* Trebellio Pollioni vita Herodis Tyranni, ut quidem veteres libri. *Scythius* pro *Scythicus*, & *Italiae orae* pro *Italicae*, non uno loco apud Naſonem in vetuſtis membranis. Heins. ſed Perſae & Parthi pro eisdem ſaepe ponuntur, etiam a noſtro. IV. Conſ. Honor. 213. II. de Rapt. 94. & paſſim. vid. Barth. *pertica* Leid.

345.

Digitized by Googl

Fama prius falſo ſimilis, vanoque videri
Ficta joco. levior volitare per oppida rumor;
Riderique nefas: veluti nigrantibus alis
Audiretur olor, corvo certante liguſtris.
Atque aliquis gravior morum, Si talibus, inquit,
Creditur, & nimiis turguent mendacia monſtris.
Jam teſtudo volat, profert jam cornua vultur:
Prona petunt retro fluvii juga: Gadibus ortum
Carmani texere diem: jam frugibus aptum

355. Ae-

345. *Aris*] *Ante* Oxon. *Arte retardandam* Lovan. *ſervare* Oxon. a m. 2.

346. *Fama prius falſo ſimilis*] *falſae* lego, quamquam in contraria euntibus membranis. pari modo apud Naſonem in Faſtis II. 291. caſtigavimus, *vita ferae ſimilis*. HEINS. Nos *falſo* vindicavimus ad Ovid. II. Amor. II. 47. & IX. Met. 138. & ad Suet. Caeſ. 81. ubi ſimiliter Heinſius corrigebat loca ſana. & centies *falſum* poni ſolet pro falſo rumore, fama ficta. & ideo dubito an apud Statium v. Silv. I. 52.

——— *falſoque potentes*
Laude carent vera.

reponi debeat vel *falſaeque* cum Heinſio, vel *falſaque* cum Barthio & Marklando: praeſertim cum nullis codicibus nitantur illae conjecturae. BURM.

348. *Velut nigrantibus alis*] *ſicut* ſcripti plerique. puto *ut ſi*. HEINS. *ſicut* Exc. Wolff. & ed. Vicet.

350. *Atque aliquis*] *Utque* ed. Parm. male. ſaepe ita Ovidius, ut IV. Met. 186. IV. Faſt. 929. & alibi. BURM.

353. *Vada*] MS. *juga*, eritque tunc duplex ἀδύνατον. DELR. *juga* meliores membranae conſtanter, quomodo Diatr. ad Statium cap. XXX. Gronovius noſter jam correxerat. Graecum eſt adagium ἄνω ποταμῶν ἰτέον. apud Naſonem Ep. V. 29.

Cum Paris Oenone poterit ſpirare relicta,
Ad fontem Xanthi verſa recurret aqua.

fontes enim fluviorum in montibus, & rerum naturae conveniens eſt omnino, ut proni decurrant ex jugis fluvii, non in juga ex vallibus ſurſum ferantur. HEINS. Sine dubio *juga* reponendum. in animo enim habuit illa Horatii I. Od. 29.

——— *Quis neget arduis*
Pronos relabi poſſe rivos
Montibus.

& ita ſaepe peccatum docuimus ad Ovid. XIII. Met. 954. apud Lucan. Lib. IV. 403. dubia etiamnum ſcriptura de Apennino,

Fontibus hic vaſtis immenſos concipit amnes.

neſcio qui illi *fontes vaſti*, quum omnia fere flumina ex parvis fontibus oriantur. vid. ad Ovid. Remed. 98. *vaſtos* quidem *fontes* dixit idem Lucan. IV. 117. ſed ibi de ipſo flumine jam magno, ut ſaepe poëtae, dicitur, ut ita *quatuor amnes magnis fontibus* IL. in Eutrop. 258. ubi vide. quare dubito an non praeferenda multorum codicum, inter quos Voſſ. & Thuan. lectio, qui *montibus vaſtis* praeferunt, qui reſpondent Horatii *arduis montibus*. & hoc firmat in eodem libro Lucani verſus 485.

Et tu montanis totus nunc fontibus exi.

juga vero & *vada* ſaepe confundi vidimus ad Valer. Flacc. Lib. VI. 140. vide & I. de Laud. Stilich. 174. BURM.

354. *Armenii texere diem*] unus Mediceus & Petavianus, *Carminii*. Rottendorphianus, *Arminii*. Pricaeanus, *Quarmenii*. Lucenſ. *Germani*. ſcribe, *Carmani*. Καρμανία χώρα τῆς Ἰνδικῆς Stephano de Urbibus. Noſter laude Serenae v. 51. ubi Hiſpaniam alloquitur, appoſite:

——— *primo levat aequore ſolem*
India, tu feſſos exacta luce jugales
Proluis. Periegetes optime ad rem,

Ἡ τοι μὲν πρὸς κῦμα τὸ Περσικὸν Ὠκεανοῖο
Καρμανὶς γαῖαν, ὅτ' ἠελίῳ ἀνίοντι.

quae Avienus deſcriptione Orbis ſic vertit,

Sed qua caeruleam ſinus infert Perſicus undam,
Gens Carmanorum late colit. hinc facis ortus
Urit Phoebeae. tanto quoque funditur agro,
Ut ſimul & glauci contingat gurgitis aeſtum,
Et procul internae perreptet jugera terrae.

ubi tamen antiquus codex, *Ut ſinus & glauci*, ut de ſinu Perſico, non Carmanis, duo poſtremi verſus intelligantur. Priſcianus Periegeſi,

Reſpice nunc reliquas Aſiae ſub finibus oras
Perſidis ad pontum, Carmani ſolis ab ortu.

ita diſtingue. Epiſtol. ad Olybrium v. 13.

——— *lucem jam condet Hydaſpes,*
Et Tarteſſiaco, Sol, oriere vado.

Eſt autem Hydaſpes Indiae flumen. *texere* quinque libri. vide quae noto ſupr. vs. 145. *tegere* tamen dixit, ut *condere* Lib. II. 239. *Solem quae condit, Jönas, Quae levat, adsingit Galatas.* & apud

355. Aequor, & advectum silvis delphina videbo:
Jam cochleis homines junctos, & quidquid inane
Nutrit, Judaicis quae pingitur India velis.
Subjicit & mixtis salibus lascivior alter;
Miraris? nihil est, quod non in pectore magnum
360. Concipit Eutropius. semper nova, grandia semper

Di-

Virgil. IX. Ecl. 52. *memini me condere soles.* HEINS. Sed ibi *condere* est finire, ut recte Servius. *Parmenii* Exc. Wolff.

355. *Aequor, & assuetum*] Vetus liber, *advectum.* DELR. Lucens. Gyrald. & viginti alii cum schedis Gudianis & prima editione, *advectum.* prior Leid. *adductum.* Reg. *adductum.* prior Moreti, *adjunctum.* HEINS. *Adjuetum* magis respondet τῷ *aptum.* vid. ad Grat. *advectum* Exc. Wolf.

356. *Cochleis*] Hic te monebo, Cujacium malaisse efferre Pandectas Florentinas, quia dictiones Graecae genus saepe mutent apud Latinos, adducebatque exemplum τῦ, ὁ κοχλίας. CLAVER. *chocleis* Parm. forte *vinctos*, ut tanquam carcere continerentur, & caput inde, ut animalculum illud, e testa proferrent. BURM.

357. *Nutrit, Judaicis quae pingitur India velis*] Olim Romani quasi Dearum cultu pinxere provincias, iisque habitum finxere ex moribus gentis, soli ubertate ac coeli temperie. in Paneg. II. Stilich. non solum Roma, sed Italia, Gallia, Britannia, & Africa depictae sunt. Quod vero *Judaica vela* dixit, puto intelligendum, Indiam esse non tantum lanae, sed & lini, quod Mela scribit, feracem, instar Judaeae. *vela* pro velleribus aut velamine accipi, non novum est. apud Ciceron. *velis amicti non togis.* Caeterum de admirandis Indiae ac piscibus terrenis, multa olim Theophrastus & Plinius. CLAVER. Multa pro hac lectione disputant doctissimus Barthius, & vir summus Joh. Seldenus de Jure naturali secundum Hebraeos Lib. VI. cap. 9. Nec me praeterit *Judaicos* quoque *capsas* pro Orientalibus posuisse Marcellum carmine de Medicina:

Vel quae Judaicis fragrans bene condita capsis,
Thus, costum, folium, myrrham.

Accedo tamen illis potius, qui locum corruptum censent. Hugoni quidem Grotio, cujus viri sancta nobis Batavis esse debet memoria, (Epist 967.) *Lydiacis* legendum videbatur. *texta* enim *Lydia* notissima. mihi *Attalicis* iam olim placuit. nec mediocriter laetatus sum, cum Lilio Gyraldo id ipsum quoque in mentem venisse deprehendi. Sic nimirum scribendum videri in ora codicis sui vir ille praestantissimus designarat, ut vela Alexandrina Claudianus intelligat; quem patriae suae libenter admodum meminisse passim deprehendas; ut vel hinc Aegyptium fuisse suspicari possis, si argumenta validiora nollet, quibus id evincas. Plautinus certe liber, *Indicis*. *Nilum* autem & *Indum* alibi quoque in antiquis codicibus confundi apud nostrum animadverti. Alexandrinos varia monstra, variasque belluas velis suis intexuisse Plauti locus docet Pseudolo Act. I. Sc. II..

Ita ego vestra latera loris faciam ut valde varia sint:
Ut ne peristromata quidem aeque picta sint Campanica,
Neque Alexandrina belluata conchyliata tapetia.

ubi forte *Carmanica* legendum. Martialis,

——— *villa est*
Pestine Niliaco jam Babylonis acus.

Ennodius Epigr. LI.

Omnia Memphitis retinentur saecula textis,
Servivit numquam Laurentius ante Neroni.

ubi lego *Memphiditis.* & Claudianum imitatus videtur. Anastasius in vita Gregorii V. *Immo vero & in Diaconia B. Georgii martyris fecit velum Alexandrinum habens Phasianos duodecim.* apud Apulej. Lib. XI. descriptio est chlamydis pretiosae, *colore vario circumtextis insignita animalibus*, in qua & *Draconet Indici & Gryphes Hyperborei.* Ceterum pro *Niliacis velis* fors fit, ut dederit Claudianus, *telis.* ita enim frequenter poetae pro tapetibus. quamquam & *vela* commode hic loci substituunt. In primo Vaticano *Judaicis* legebatur quidem, sed sic, ut una litera initio vocis videatur erasa esse, spatio brevi relicto. pro prima quoque litera *i* alia litera manu priore exstiterat, ut puto *a.* quintus Vaticanus *Indaicis.* forte

——— *quidquid inane*
Nutrit, in Attalicis quae pingitur India velis.

aulaea Attalica apud Propertium, & *torus Attalicus*, & *vestes Attalicae*, *Attalica peripetasmata* apud Ciceronem VI. Verrina. Sidonius Apollinaris Lib. IX. Ep. XIII. tapetia describit, in quibus Parthicae venationes fuerint expressae. apud Propertium quoque Lib. I. Eleg. 14. videtur scribendum:

Quid prosint Phariis serica textilibus?

etsi *variis* auctoritate Plautini loci defendi possit. *varium* enim versicolor πολύμιτον, Graecis. quod praecellit proxime *coeleis homines junctos* Barthio suspectum est mendi, non mihi. nam & cochleae in peregrinis animalibus, quae ex Africa magna copia Romam perferebantur, teste Statio ritu Saturnalitio ad Plotium Gryphum. HEINS Vide de hoc loco etiam Ampliss. Cuperum de Elephantis Ex. II. cap. II. p. 240. & Voss. ad Catull. p. 197.

359. *Miraris? nihil est*] Malim, si liceat per libros

Diligit, & celeri deguſtat ſingula ſenſu.
Nil timet a tergo: vigilantibus undique curis
Nocte dieque patet: lenis facilisque moveri
Supplicibus, mediaque tamen molliſſimus ira.
Nil negat, & ſeſe vel non poſcentibus offert.
Quidlibet ingenio ſubigit, traditque fruendum.
Quidquid amas, dabit illa manus. communiter omni
Fungitur officio, gaudetque potentia flecti.
Hoc quoque conciliis peperit meritoque laborum:

Ac-

bros veteres, *Mirari nihil eſt &c.* pro nihil magnum, admiratione dignum eſt. HEINS. Mihi vulgata videtur venuſtior & nervoſior. ita Epigr. I. 19.

Miraris, ſi voce feras pacaverit Orpheus,
Cum pronas pecudes Gallica verba regant.

de illo *nihil eſt* videndae notae ad Phaed. Lib. III, 7. unde poſſit legi:

Miraris? nihil eſt. Quid non in p. magni
Concipit Eutropius? BURM.

261. *Diligit*] Meus MS. *dirigit*. mendoſe. *diligit* enim ſtigitat ſententia, quam ut enodem, nec actas nec pudor meus patiuntur. DELR. *ſemper nova gaudia, ſemper Diligit* Jun. Exc. Wolf. a. m. pr. *Dirigit* Oxon. & Leid. *& jcleri* ed. Vicet. & Parm.

262. *Vigilantibus*] Miror Heinſium hic non *vigilacibus* reponi juſſiſſe, ut apud Ovid. II. Met. 779.

Nec fruitur ſomno vigilantibus excita curis.

ubi vide. *patet* ſenſu obvio, pro aditu eſt facilis, ſed in obſcoenum detorquet ſenſum, ut apud Ovid. I. Art. 64. *juvenes tibi mille patebunt*, ubi vide adnotata. & ita haec omnia ambigue dicta debent capi. vide Barthii notas, qui pleraque, quatenus pudor permittebat, explicuit. ſic mox, *communiter omni Fungitur officio*, libidinem notat, ut ſaepe *officium*. vid. ad Petron. cap. CXL. Paſſerat. & Broukh. ad Propert. II. 18. Salmaſ. ad Plaut. Ciſtell. IV. I. 5. *officium cocundi* vocat Serv. ad Virg. IV. Aen. 433. eo ſenſu dixit Seneca Praefat. Lib. IV. Excerpt. Controv. *impudicitia in ingenuo crimen eſt, in ſervo neceſſitas, in liberto officium.* &, *multum & hic in officiis verſati.* ubi vide Fabri notas. Ovid. III. Amor. VII. 24.

Ter Libas officio contigiuata meo.

in bonum ſenſum *officium commune* dixit Ovid. I. Faſt. 673. in *flecti* etiam quid turpitudinis latere puto. BURM.

263. *Lenis*] *lactus* Jun. & Leid. a m. prim. *levis* a m. 2.

264 *Molliſſimus ira*] Haec dictio, etſi clementiam diſignare videtur, tamen aceto diluta eſt. quid enim Eunucho mollius? ut ut ſit, *imperium incboantibus utilis eſt*, ait Tacitus, *elementiae fama, atque initia magiſtratuum fere meliora, ſed finis inclinat ſervitii ingenio, dum adipiſcuntur dominationes, multa charitate ſunt, majore odio, poſtquam adepti.* CLAVER.

266. *Quodlibet ingenio ſubigit*] Symmachus olim ita laudavit Eutropium: *Supervacanei laboris eſt commendare conſticuos, ut ſi in ſole poſitus facem praeferas, & acceſſu luminum claritudinem diei geſtias adjuvare*: vocat etiam alicubi partem antiquam amicorum. CLAVER. *Quidlibet* cum nonnullis ſcriptis. legendum, pro *traditque fruendum*, alii, *traditque nocendum*, vel *nefandum*. Multa in hiſce ſalibus corrupta. *ingenio ſubicit*, non *ſubigit* pr. & tert. Vatic. aliique multi. HEINS. *traditque nocendum* Lov. Leid. *fruendum*. & in margine, *favendum* Voſſ.

267. *Quidquid amas, dabit illa manus*] *dabit ille manus* argute & vere noſter Gronovius. ſic apud Valer. Flacc. Lib. I. 40. ſcribendum,

Hanc mihi militiam, veterum quae pulchrior aetis,
Annue, daque manum.

cum *daque animum* perperam nunc legatur. paulo poſt *meritumque laborum* videtur ſcribendum, non *meritoque*. accipit trabeas meritum laborum. HEINS.

269. *Hoc quoque conſiliis*] V. Cl. Albertus Rubenius optime vidit emendandum *conciliis*, quae ambigua vox, ut lenonias artes Eutropio objiciat. conciliatores enim iidem lenonibus. Gloſſae Stephani *conciliator συμβιβαστής*. noſter ad hunc ipſum Eutropium ſupra vs. 284.

Te magis, ab demens, veterem ſi reſpicis artem,
Conciliare decet.

Ovid. I. Amor. XIII. 42.

Non me nuptiſti cantillante ſene.

Rem. Amor. 524.

En etiam partes concillantis ago.

Lib. I. Met. 710.

Hoc mihi concilium tecum dixiſſe manebit.

ſic corrigendum; nam ſcripti, *conſilium*. vulgo *col-*

370. Accipit & trabeas, argutae praemia dextrae.
Poſtquam vera fides facinus vulgavit Eoum
Gentibus, & Romae jam certius impulit aures:
Eutropiumne etiam noſtra dignabimur ira?
Hic quoque Romani meruit pars eſſe doloris?
375. Sic effata, rapit coeli per inania curſum
Diva potens, unoque Padum tranſlapſa volatu
Caſtra ſui rectoris adit. tum forte decorus
Cum Stilichone gener pacem inplorantibus ultro
Germanis reſponſa dabat, legesque Caücis
380. Arduus & flavis ſignabat jura Suëvis.
His tribuit Reges, his obſide foedera ſancit
Indicto: bellorum alios tranſcribit in uſus,

Mi-

loquium. iis locis, quae mendoſa hactenus circumferebantur, plura: ut & ad Virgil. II. Aeneid. 88. HEINS.

Peperit] MS. *meruit.* ſic *laboris*, ubi vulgati *doloris.* & ubi legitur *tranſlapſa*, idem *tranſlata.* demum *fronte decorus*, pro *forte.* DELR.

370. *Argutae*] *Auguſtae* Lovan. a m. s.

371. *Poſtquam*] Huic loco & ſuperioribus Plinius in Epiſt. v. 21. convenit de Nepote Praetore: *tota*, inquit, *civitate carpitur, laudatur. multi, Quid ante hunc Praetores non fuerunt? alii contra, rectiſſime fecit.* CLAVER.

Vulgavit Eoum] *Vulgarat* Jun. pro *Romani doloris* quatuor ſcripti, *laboris*, ut ſupr. 221.

Romanusque labor Pompejanique triumphi.

HEINS. *Hoc quoque Rom.* Oxon. Lucan. Lib. VIII. 622.

Secula Romanos nunquam tacitura labores. BURM.

372. *Certius*] *conſcius* Oxon. Reg. forte, *nuntius.* HEINS.

373. *Dignabimur*] *dignabitur* Leid. m. pr. Oxon. Ald. Colin. ed. Parm. Jun. *dampnabimus* Jun.

375. *Rapit coeli per inania curſum*] *celerem per inania curſum* rectius pro diverſa lectione primus Vaticanus. ſic apud Naſonem Lib. II. Metam. 506. *celeri raptos per inania vento Inpoſuit coelo.* HEINS.

376. *Tranſlapſa*] *transgreſſa* Jun. Oxon. & duo alii. *tranſlava* Junian. *tranſlata* alii. vid. III. de Rapt. 3. Heinſius videbatur probaſſe *transgreſſa*, quia rarior videtur uſus de volatu. ſic Fama volucri volatu *praegreſſa diem* Stat. v. Silv. I. 106. & Sueton. Aug. XCVII. *Aquila ſaepe cum circumvolavit, transgreſſaque in vicinam aedem ſuper nomen Agrippae ad primam literam ſedit.* ubi eſt pro *transvolare.* quia tamen paſſim hoc vocabulo utebantur de trajectu fluminis vel maris, licet hoc Aſinius Pollio culpaverit in Salluſtio, *tamen auctoritas vetuſtatis liberiorem loquendi uſum dedit*, teſte Nonio p. 452. hinc Livius, Tacitus, Suetonius, & alii ſaepius uſi, ita ut quaſi proprium ſit factum in ea re verbum, ideoque verosimilius *transgreſſa* eſſe a gloſſatore, qui explicabat τὸ *translapſa*, verbum rarum, & quo olim caruerat Theſaurus Fabri, nunc vero novae editioni additum, cum interpretatione *durchwaren.* cum ſit ſuper volare, & volatu trajicere. & deberet verti *bin uber fliegen. lapſus volucrum* dixit & Cicero II. de Nat. Deor. 39. & Harpyis tribuit Virgil. III. Aeneid. 225. ubi Servius ait, celeritatem verbo illo ſignificari. de Fama, quae volucris, Ovid. IV. ex Pont. IV. 16.

Fama per immenſas aëre lapſa vias.

quare hic *tranſlapſa* melius quadrat, quam *transgreſſa. imo volatu tranfilire* dixit & Lib. II. 168. BURM.

377. *Forte decorus*] *fronte* unus Ambroſ. & Florent. mox pro *Coycis*, Scaliger conjiciebat *Cheruſcis.* Gyrald. & Lucenſ. antiquiſſimi *Caucis.* prim. Vatic. aliique multi, *Chaucis*, lege *Caücis*, ſic & *Suëvos* pro *Suevis* dicebant. apud Lucan. I. 463. quoque ſcribendum puto, *crinigeros bellis arcere Caücos.* nam libri veteres *Caycos.* Graecis modo Καΰχοι, modo Καῦκοι. modo etiam Χαῦκοι. apud Latinos etiam ſcripti codices ſibi non conſtant. HEINS.

379. *Coycis*] Iidem ſunt Cauci apud Tacitum. hae vero literae valde mutabiles, etiam in Pandectis. ſic ſupra *Elyſam*, quam *Eluſam* maluit Lucanus,

Et vos crinigeros bellis arcete Coycos

Oppoſiti. CLAVER. *Coccis* Lovan. vid. Schildium de Caucis cap. I. pag. 3.

381. *His tribuit Reges*] Ita jam viri docti ſcribendum monuerunt. priſca exemplaria confirmant. τὸ *leges* praeceſſerat. nummus Hadriani REX PARTHIS

Militet ut noſtris detonſa Sycambria ſignis.
Laeta ſubit Romam pietas, & gaudia paene
Moverunt lacrimas, tantoque exſultat alumno.
Sic armenta ſuo jam defenſante juvenco,
Celſius adſurgunt erectae cornua matri.
Sic jam terribilem ſtabulis, dominumque ferarum,
Creſcere miratur genetrix Maſſyla leonem.
Dimovit nebulam, juvenique adparuit ingens.
Tum ſic orſa loqui: Quantum te Principe poſſim;
Non longinqua docent: domito quod Saxone Tethys
Mitior, aut fracto ſecura Britannia Picto.
Ante pedes humili Franco triſtique Suëvo
Perfruor: & noſtrum video, Germanice, Rhenum.
Sed quid agam? diſcors Oriens felicibus actis
Invidet, atque alio Phoebi de cardine ſurgunt
Crimina, ne toto conſpiret corpore regnum.
Gildonis taceo magna cum laude repertam
Perfidiam, & fretos Eoo robore Mauros.
Quam ſuſpecta fames, quantum diſcriminis Urbi!
Ni tua vel ſoceri numquam non provida virtus
Auſtralem Arctois penſaſſet frugibus annum.
Invectae Rhodani Tiberina per oſtia claſſes,

405. Ci-

THIS DATUS. exempla multa in Hiſtoria Auguſta, alibique. HEINS. *tribuit leges* edd. Vicet. Parm. Ald. & aliae. *ſanxit* Oxon. *obſide inducto* Lovan.

383. *Detonſa Sycambria*] Franci noſtri iſtius gentis fuere quodammodo adfines. inde B. Remigius ad Clodoveum Franciae Regem, *mitis pone colla Sicamber*. habuimus autem crinigeros reges. imo Sidonius, *ſtatuit Celtica nobilitas ſeu patriam dimittere ſeu capillos*. Quidam efferunt *Sygambria*, ego hac in re Graeculis non fido, qui Συγάμβους & Συγάμβρους nobis obtruſere. CLAVER. vide ad Ovid. 1. Faſt. 645. *militet in noſtris*. Oxon.

386. *Defenſante*] *defendente* vel *defenſata* marg. Iſingr. & Pulm. *deceſſante* & emendatum *defendente* Lovan. *deſcendente* Vicetin. & Parm. *ſic armata* Exc. Wolf.

391. *Poſſim*] *poſſum* Oxon. Jun. alt. Vicet. Parm. Junt. Ald. *poſſem* Jun.

392. *Non longinqua*] Gyrald. *Nos.* τὰ *longinqua* cum *Tethys* conſtruendum. HEINS. Voluerat & *Num.* ego *non* retineo, & cum Barthio in ed. pr. res nuper actas explico. *longinquus* enim & de tempore & de loco dicitur, quod ſatis notum. vid. ad Idyll. 1. 27. bella vero & acta, quae ſequuntur, paſſim in Stilichonis laudem ingerit Poëta. *domito jam Saxone* Leid. *Saxone* Jun. quod pro *quae* capiebat Heinſius. deinde *fracto S. B. Brito* Vicetin. ſed Schedae Gudianae & MS. Pulm. *ſtrato Picto*. vid. ad IV. Conſ. Hon. 318. ubi eadem diverſitas, ſequenti verſu pro *Franco*, *fracto* habebat Lovan. Jun. Oxon. Leid. & Exc. Wolf. *triſtive* etiam Jun. BURM.

396. *Actis*] *armis* Oxon.

397. *De cardine*] *de carmine* Jun.

398. *Corpore*] In membranis ſic, vel *ordine*. DELR. *ordine* Jun.

399. *Receptam*] *repertam* Oxon. vid. ſupr. vs. 88. certe jure miram lectionem vocat Barthius *receptam perfidiam*, pro dejecta, ulta. Heinſius tentaverat *repreſſam*, *rejectam*. ſed *repertam* unice verum. centies vero *receptus* & *repertus* commutata. vid. ad Ovid. v. Met. 572. infr. Lib. II. 589. & Bell. Gildon. 264. BURM.

401. *Quae ſuſcepta fames*] Moguntin. *Quae ſuſpecta*. Vetus liber, *Quam ſuſpecta*. DELR. *Quae ſuſpecta* Iſingr. Gyrald. & quindecim alii. totidem, *Quam ſuſpecta*, quod verum. Petav. *Quae ſuſtenta*, etiam bene. *penſaſſent* pro *penſaſſet* Junian. HEINS. vide ſupra v. 65.

Urbi] *Urbis* Jun. Oxon. duo.

404. *Rhodani*] vetus liber, *Rhodano*. DELR. prim. Vatic. & duodecim alii, *Rhodano*. probe. *Rhoda-*

Cinyphiisque ferax Araris ſucceſſit ariſtis.
Teutonicus vomer, Pyrenaeique juvenci
Sudavere mihi. ſegetes mirantur Hiberas
Horrea: nec Libyae ſenſerunt damna rebellis
Jam Tranſalpina contenti meſſe Quirites.
Ille quidem ſolvit meritas (ſcit Tabraca) poenas.
Ut pereat, quicumque tuis conſlixerit armis!
Ecce repens ĩsdem clades a partibus exit,
Terrorisque minus, ſed plus habitura pudoris,
Eutropius Conſul. pridem tolerare fatemur
Hoc genus, Arſacio poſtquam ſe regia faſtu
Suſtulit, & noſtros corrupit Parthia mores.
Praefecti ſed adhuc gemmis, veſtique dabantur
Cuſtodes, ſacroque adhibere ſilentia ſomno.
Militia Eunuchi numquam transgreſſa cubile,
Non vita ſpondente fidem, ſed inertia tutum
Mentis pignus erat. ſecreta monilia ſervent,
Ornatus curent Tyrios: a fronte recedant
Imperii. tenero tractari pectore neſcit
Publica majeſtas. numquam vel in aequore puppim
Vidimus eunuchi clavo parere magiſtri.

Nos

rum Pricaeanus. HEINS. *Rhodanos.* Jun. *Rhodani.* Oxon. a m. s. ſed *Rhodani claſſes* ſunt Gallicae, alia lectio ambiguum facit ſenſum. *Rhodano* Vicet. Parm. vid. III. Stilich. 393. BURM.

405. *Cinyphiisque*] *Ciniferisque* Jun. *Cynipheisque* Vicet. Parm. Junt. Ald. Iſing.

Pyrenaeique] *Pirateique* Exc. Wolf.

410. *Tabraca*] *Tabrica* Leid. & Voſſ. ſed Lovan. utramque lectionem habet. *Trabraca* Vicetin. & Parm. & *meritas ſolvit* ed. Iſingr. Gryph. Raphel.

Ut pereat] *prout pereat* Lovan.

11. *Conſlixerit*] *conſluxerit* Jun.

412. *Ecce recens*] *repens* Gyrald. Lucenſ. & pr. Vatic. ſic *repens clamor* bell. Getic. 460. & *repens fragor* II. de Rap. 152. frequens hoc peccatum apud alios etiam ſcriptores. mox, *clades ab eisdem partibus* unus Mediceus aliquanto rotundius. HEINS. de *recens* & *repens* vid. ad Val. Fl. II. 91.

414. *Tolerare fatemur*] *tolerasſe* Lovan. *fatetur* Jun.

418. *Silentia*] Erant itaque Eunuchi *Silentiarii*, qui ceterorum ſervorum murmur cohibebant, de quibus agitur in tit. Cod. Juſt. de Silentiariis & Decurionibus eorum. DELR.

419. *Militia Eunuchis numquam progreſſa cubile*] Quoniam Eunuchis cubilium ſervandorum cura incumbebat, ait auctor Ethymologiae ἐνοῦχοι ἀπὸ τοῦ τὴν οἰκίαν ἔχειν, οἷον ἐπιτηρεῖν καὶ φυλάττειν. Porro Eunuchos longe aptiores eſſe ad rerum corporisque cuſtodias, quam viros, Xenophon Cyri Παιδείας ζ ſub finem probat. ubi etiam eleganter eos laudat. DELR. Haec innuunt Eutropium fuiſſe πρόεδρον, ut Suidas loquitur. imo fuit Praepoſitus ſacri cubiculi. CLAVER. *progreſſa cubili* Oxon. & ita Barthius, pro egreſſa explicans *progreſſa cubile* alter. Oxon. & duo Leid. Vicet. Parm Junt. Ald. Gryph. Colin. & aliae, ut & marg. Iſingr. & Pulm. *praegreſſa cubile* Raphel. *transgreſſa* ex Mediceo dedit Heinſius. deinde *nec vita* Oxon. *non vita ſplendente fidem* Barthius. ego nihil moveo. BURM.

420. *Sed inertia tantum*] Iſingr. prim. Vatic. & Florent. S. Marci cum Pricaeano, *tutum*, recte. Patavin. Eccleſ. Cathedr. *tantum*. HEINS.

421. *Servent*] *ſervet* Vicet. Parm.

422. *A fronte recedant Imperii*] Vulgati quidam, *a ſorte*. DELR. duo ex noſtris & Delrianus, *a ſortes*. ſic *ſors imperii* apud Ovid. III. Faſt. 379.

Sed memor imperii ſortem conſiſtere in illis. HEINS.

425. *Vidimus Eunuchi clavo parere magiſtri*] *clavo magiſtro* prim. Vatic. HEINS. *Eunucho* Jun. *puppem* vel *claſſem*

Nos adeo ſperni faciles? orbisque carina
Vilior? Auroram ſane, quae talia ferre
Gaudet, & adſuetas ſceptris muliebribus urbes
Poſſideant. quid belliferam communibus urunt
Italiam maculis, nocituraque probra ſeveris
Admiſcent populis? peregrina piacula forti
Pellantur longe Latio, nec tranſeat Alpes
Dedecus. in ſolis, quibus exſtitit, haereat arvis.
Scribat Halys, ſcribat famae contemtor Orontes.
Per te, perque tuos obteſtor, Roma, triumphos,
Neſciat hoc Thybris, numquam poſcentibus olim
Qui dare Dentatis annos Fabiisque ſolebat.
Martius eunuchi repetet ſuffragia campus?
Aemilios inter, ſervatoresque Camillos
Eutropius? jam Chryſogonis tua, Brute, poteſtas,
Narciſſisque datur? natos hoc dedere poenae
Profuit, & miſero civem praeponere patri?
Hoc mihi Janiculo poſitis Etruria caſtris
Quaeſiit, & tantum fluvio Porſenna remotus?
Hoc meruit vel ponte Cocles, vel Mucius igne?
Viſceribus fruſtra caſtum Lucretia ferrum

Mer-

claſſem Oxon. *pendere Tyranni* Jun. forte, *Eunucho clavi parere magiſtro.* BURM.

427. *Auroram*] Herodes a Trebellio dicitur homo omnium delicatiſſimus & prorſus orientalis luxuriae. ad haec Juvenalis, *in Tiberim Syrius defluxit Orontes.* CLAVER.

Aurora certe eſt] Sic vulgo legitur nullo ſenſu. in veteri vero libro, *Aurora ſane quae*, virgula tamen denotans *m* ſupra poſterius *a* in *Aurora* poſita, cultro a quopiam nebulone, ut in meo veterrimo codice facile apparet, eraſa fuit. eam nihilominus ut retineamus, ſententia & mens poëtae exigunt: tuncque hoc modo diſpungam: *Auroram ſane, quae talia ferre Gaudet, & aſſuetas ſceptris muliebribus urbes Poſſideant.* DELR. *Auroram ſane*, cum Claverio & Delrio noſtri potiores. Raphelengius, *Auroram certe*, vulgo *Aurora certe eſt*. Patavin. *Auroram ſaltem*, quomodo & pro diverſa lectione primus Vaticanus. Junianus etiam, *Gaudeat aſſuetas* per appoſitionem. *Auroram urbes*. eleganter. dictum bello Gildon. 136. HEINS. *Aurora ſane* Ald. *Auroram certe eſt* Colin. *ſane* Exc. Wolff.

429. *Quid belliferam*] *qui* Vicetin. & Parm.

430. *Nocturaque*] *nocturnaque* marg. Iſingr. probavit Barthius in priori editione.

431. *Piacula*] vel *pericula* Oxon. vid. ad Ovid. 11. Met. 565. & 11. in Eutrop. 596. BURM.

432. *Nec tranſeat*] *ne* vulgo editi.

433. *Quibus exſtitit*] *exiis* malebat olim Heinſius. *horreat arvis* Oxon.

434. *Scribat famae*] *famae ſcribat* Oxon. Leid. *formae* marg. Iſingr. Leid. m. pr. *Alii* etiam Lovan. & Exc. Wolff. *Orontes* Voſſ.

435. *Roma*] *fama* Oxon. a m. pr.

436. *Neſciat*] vel *Neſciet* Oxon. *poſcentibus* Jun. *nunquid poſcentibus* Lovan. a m. pr.

437. *Annos*] *animos* Exc. Wolff.

438. *Martius Eunuchi repetas*] non *repetit* meliores ſcripti & Ald. deinde cum iisdem legendum, *natos* pro *natis*. Forte etiam emendandum, *quo dedere poenae Profuit*. prior certe Moreti, *quid natos*. etiam bene. HEINS. *repetet* Iſingr. Gryph. Raph. poſt hunc verſum in Vicetin. ſequebantur hoc ordine verſus: vs. 443. 444. 445. 439. 440. 441. 442. *natos hic* Oxon. m. pr. vide ſupr. vs. 45.

439. *Servatoresque*] forte, *bellatoresque*. HEINS.

440. *Chryſogonis*] Chryſogonus Syllae. libertus. DELR.

442. *Patri*] *fratri* Vicetin.

443. *Hoc mihi*] *Num mihi* Oxon. ſequentem verſum ignorat Lovan.

445. *Ponte*] *ſtrage* Leid.

447.

Merſit, & adtonitum tranavit Cloelia Thybrim?
Eutropio faſces adſervabantur ademti
Tarquiniis? quemcumque meae vexere curules,
Laxato veniat ſocium averſatus Averno.
Inpenſi ſacris Decii prorumpite buſtis,
Torquatique truces, animoſaque pauperis umbra
Fabricii: tuque ô, ſi forte inferna piorum
Jugera, & Elyſias ſcindis, Serrane, novales.
Poeno Scipiade, Poeno praeclare Lutati,
Sicania, Marcelle, ferox. gens Claudia ſurgat,
Et Curii ſeries: & qui ſub jure negaſti
Vivere Caeſareo, parvo procede ſepulcro,
Eutropium paſſure, Cato. remeate tenebris
Agmina Brutorum, Corvinorumque catervae.
Eunuchi veſtros habitus, inſignia ſumunt
Ambigui Romana mares. rapuere tremendas
Hannibali Pyrrhoque togas. flabella peroſi
Adſpirant trabeis. jam non umbracula geſtant

Vir-

447. *Merſit*] Junianus *Merſerit*. puto, *Merſerit? adtonitum tranarit Cloelia Tybrin?* *Thybrin* certe Oiſelianus. mox pro *faſces adſervabantur*, tertius Vaticanus, *an ſervabantur. obſervabantur* Oiſellanus, & undecim alii cum Aldo. HEINS. *aſſervabantur* Oxon. m. 2. *obſervabantur* Jun. Exc. Wolff. Vicet. Parm. Junt. *conſervabantur* Voſſ. mox pro *quemcumque*, *quicunque* edd. Vicet. Parm. Junt. Ald. Colin. *quocunque* Jun. *quemcunque* Iſingr.

Cloelia] *Cbaelia* Iſingr. *Coelia* Oxon. duo, Lovan. Exc. Wolff. *Coelya* Voſſiani duo. *Coelia* Vicetin. *Cblaelia* Gryph.

450. *Socii ſpectator Averno*] Vir magnus *ſocci.* nolim factum. primus Vaticanus, *ſocium averſatus.* bene. Mazarin. *ſocii ſpeculator.* HEINS.

451. *Inpenſi*] Cui rei? an ſacris? ſed hoc cum *buſtis* niſi conjungatur, ambiguam facit ſententiam. nec quibus ſacris ſe inpenderint Decii, ſcio. Devoverunt ſe non propter ſacra polluta, aut ſimile quid; ſed ut morte ſua ſervarent patriam. ſorte, *Inpenſi patriae Decii pr. buſtis.* de verbo *inpendere* diximus jam ad Val. Flacc. IV. 581. & ſupr. Conſ. Mall. 66. ubi vide. Lucan. II. 382.

Naturamque ſequi patriaeque inpendere vitam.

Inſenſi Vicetin. BURM.

452. *Trucesl duces* Jun. vid. IV. Cons. Hon. 450.

453. *Piorum*] *priorum* Exc. Wolff.

454. *Elyſias*] *Eliſios* Oxon. *Serane* Ald.

455. *Poeno Scipiade*] *Scipiadae.* quos ſemper conjungit. vid. Conſ. Olybr. 149. 1. de laud. Stilich. 380. & alibi. ceterum tam ex hoc loco quam nummis & ſaxis antiquis patet, fruſtra eos eſſe, qui pro *Lutatio*, *Luſtatium* nobis obtrudunt. Silius VI. 687.

Poſſeſſor pelagi pronaque Lutatius aura
Captivas puppes ad litora victor agebat.

ſic vere prima editio & ſcripti. vulgo *prona Luſtatius.* mox pro *Curii veteres* plerique antiqui codices, *ſeries.* optime. pro familia aut gente. noſter Laude Serenae 56. *ſeries his fontibus Aelia fluxit.* IV. Conſ. Honor. 20. *nec tantae vilior undae Promeruit ſeriem gentis.* apud Lucanum IV. 823. *Caeſareaeque domus ſeries.* atque ita paſſim poëtae. HEINS. In uno Florentino: *Poenos Scipiadae, Poenos praedate Lutati.* Vicetina editio habet etiam *ſeries*, ut & Exc. Wolff.

Lutati] Hic Romanus bellator vix nomen integrum ſervaſſet, niſi ope Claudiani. in hiſtoriis fere *Luſtantium* reperias. videtur autem deduci a *luto.* CLAVER.

457. *Negaſti*] *neganti* Oxon.

458. *Parvo*] Epigramma de ſepulchro Catonis apud Pithoeum Lib. III. pag. 87.

Ne mirere ſacri deformia buſta Catonis:
Viſuntur magni parva ſepulcbra Jovis.

aliud adduxit Barthius. BURM.

462. *Tremendas*] *verendas* marg. Iſingr. ſed intempeſtiva mentio togarum, quum paludati erant imperatores. BURM.

464. *Umbracula geſtant*] MS. meus, *tollunt.* DELR.

Virginibus, Latias auſi vibrare ſecures.
Linquite femineas, infelix turba, latebras,
Alter quos pepulit ſexus, nec ſuſcipit alter.
Exſecti Veneris ſtimulos, & vulnere caſti.
Mixta duplex aetas, inter puerumque ſenemque
Nil medium; falſi conplete ſedilia Patres.
Ite novi proceres, infecundoque Senatu
Eutropium ſtipate ducem. celebrate tribunal
Pro thalamis. verſo jam diſcite more curules,
Non matrum pilenta ſequi. neu priſca revolvam,
Neu numerem, quantis injuria mille per annos
Sit retro ducibus: quanti foedabitur aevi
Canities! unam ſubeant quot ſecula culpam!
Inter Arinthaei faſtus, & nomen herile
Servus erit, dominoque ſuos aequalis honores
Inferet. heu, ſemper Ptolemaei noxia mundo
Mancipia! en alio laedor graviore Pothino.
En patior majus Phario ſcelus. ille cruorem
Conſulis unius Pellaeis enſibus hauſit:

In-

DELR. *tollunt* ſcripti fere omnes, praeter primum & tertium Vaticanos. III. Conſ. Honor. 138. *Pars volucres tollunt aquilas. talli faſces* dixit Conſ. Olybr. 233. HEINS. Pro *adſpirant* Lovan. a m. pr. *aſpiciunt. tollunt* Exc. Wolff.

467. *Quos*] *quo* Jun. *nec ſuſpicit* Voſſian.

468. *Stimulos*] *ſtimulis* Oxon. a m. pr. Exc. Wolff. & manus docta ad Vicetinam editionem. locum corruptum puto, nam *exſecti ſtimulos* eleganter dici dubito. an *Experti V. 1. ſed vulnere caſti?* BURM.

469. *Mixta duplex aetas*] Hic diſtinguendum. deinde *nil medium* conjunge cum τῷ *inter puerumque ſenemque*. inter ſenes enim juvenesque medii viri. eunuchi autem viri non ſunt. vulgata diſtinctio Cl. Barthium decepit. HEINS. *inter juvenemque ſenemque* Voſſ.

470. *Complete*] *complere* Oxon.

472. *Eutropium*] Deerat hic verſus Oxonienſi.

475. *Neu numerem quantis*] Interpunge hoc modo:
Neu numerem; quantis injuria mille per annos,
Sit retro ducibus!
deinde *ſubeunt*, non *ſubeant* ſcripti. mox, *Arinthaei faſtus* a Claverianis libris eſt. noſtri *faſtos*, praeter Gyraldinum, ſec. Mediceum, Patav. & alios duos aut tres, qui *faſtus* cum priſcis editionibus agnoſcunt. infra v. 489. *contagia faſtibus ero Defendas ignaros tuis*, cum veteri libro. ubi plura. adde notas ad Naſon. Faſt. I. II. & ſupra ad IV. Conſ. Honor. 155. HEINS. *nec priſca* Oxon. duo. edd. Vicet. Parm. Junt. Ald. Iſingr. Gryph. Raph. *ne* Lovan. *ne numerem* Jun. *nec numerem* Oxon. mox, *fit retro divitibus* Jun. alter. *tot ſecula* Jun. *quanti ſedabitur* Exc. Wolf.

478. *Arinthaei*] *Arſherii*, *Ariſtei*, *Aristbei*, *Areſtei* codices varie exhibent. *Arintheus* Conſul fuit cum Modeſto A. Chriſti CCCLXIII. BURM.

Faſtus] vetus liber, *faſtos*. ait, ejusdem Eutropii nomen inter ſervos Arinthei, & inter conſules in faſtis conſularibus legetur. DELR. *Faſtus* MS. haec vero antiqua lectio fecit, ut hunc locum vir, hodie religioſi ordinis & adprime eruditus, non facile perciperet, ut ex ipſius notis comperias. At Cujacius manu ſua adſerens hanc vocem, ſubjunxit ex Agroetio probari, citavitque Lucani verſum, ubi accipitur pro Faſtis conſularibus. Ego *faſtos* in altero codice inveni; ſed mutare non ſuſtinui, victus tanti viri auctoritate, & reverentia, cum in excuſis etiam ita legatur. CLAVER.

479. *Aequalis*] *aequabit* marg. Iſing. & mox *Inferit* Pulm. *ſemper P. noxia*, *ſemper* Oxon. *Ptolemaei regia* Lovan.

481. *Laedor*] *laedi* Jun. *Photino* perperam aliae editiones. *Fotino* Vicet.

482. *En patior*] Non *Es* ſeptem libri. pro *Pellaeis* ſequenti verſu Rubenius, & Pomponii Laeti excerpta, *Lageis*. utrumque probum. HEINS.

Inquinat hic omnes. ſi nil privata movebunt,
At tu principibus, noſtrae tu proſpice cauſſae,
Regalesque averte notas. hunc adſpicit unum
Aula magiſtratum: vobis Patribusque recurrit
Hic alternus honos. in crimen euntibus annis
Parce, quater Conſul. contagia faſcibus oro
Defendas ignava tuis: neu tradita libris
Nomina, veſtitusque meos, quibus omne, quod ambit
Oceanus, domui, tanta caligine mergi
Calcarique ſinas. nam quae jam bella geramus
Mollibus auſpiciis? quae jam connubia prolem,
Vel frugem latura ſeges? quid fertile terris,
Quid plenum ſterili poſſit ſub Conſule naſci?
Eunuchi ſi jura dabunt, legesque tenebunt,
Ducant penſa viri, mutatoque ordine rerum
Vivat Amazonio confuſa licentia ritu.

500. Quid

484. *Privata movebunt*] *movebant*. deinde pro *proſpice* quindecim libri, *conſpice*. tres, *circumſpice*. alii Moreti, *conſule*. quod placet. ut bell. Get. 96. *Conſulitur dum Roma tibi*. & Lib. II. de Laud. Stil. 41. *haec longe ſola remotis Conſulit*. *veſtrae* etiam, non *noſtrae* Lucenſis. ſequor. mox *averte*, pro *adverte* legendum ſcripti meliores monent. bell. Gildon. 430. *civiles abolete notas*. bell. Getic. 561.

——— *obſeſſi principis armis*
Excuſate nefas, deploratumque Timavo
Vulnus, & Alpinum gladiis abolete pudorem.

denique *aſpicit* pro *accipit* duo Pulmanniani & ſeptem ex noſtris cum primo Vaticano. HEINS. *manebunt* Vicet. forte pro *manebunt*. *At nunc principibus* Voſſian. porro *conſpice cerae*, vel *proſpice cauſae* Lovan. quod ultimum eſt in Exc. Wolf. illud *cerae* blanditur, ut intelligat tabulas, in quas nomina magiſtratuum referebant. lege modo, *noſtrae tu conſule cerae*. infr. II. in Eutr. 92. in ſcriptis eſt, *huic ceras & clauſa palatia mandat*. mox *tradita libris nomina* dicit. & hic poſtea *Primiceriis. regalisque averte* Vicet. *regalesque notas adverte* Oxon. *accipis* etiam Vicet. Parm. Ald. Iſingr. BURM.

487. *Vobis*] *nobis* Leid. *noſtris* Jun. mox, *obtemus amor* Oxon.

489. *Quater*] *pater* Oxon. a m. prim. Exc. Wolf. & ed. Vicetin. *pace pater* Parm. ſimilis aberratio ſupr. in Conſ. Mall. 259.

Contagia faſcibus oro] Tholoſ. *faſtibus*, quomodo olim conjeceram, ſic *labem faſtis* Varronem vocat Sillus VIII. 256. HEINS.

490. *Tradita libris Omina*] Lege *Nomina* cum priori Leidenſi, & quinque aliis. duo, *Homina*. alii, *Omnia*. Conſules anno nomen dediſſe, quod faſtis inſereretur, quis neſcit? infra praef. Lib. II. 13.

Ablato penitus reſpirant nomine faſti.

IV. Conſ. Honor. 154.

ſignas poſito modo nomine faſtos.

Lucan. II. 645.

At vos qui Latios ſignatis nomine faſtos.

Lib. V. 5.

Inſtabatque dies, qui dat nova nomina faſtis.

plura exempla congerere non foret arduum. mox opinor legi debere:

——— *num quae tam bella geramus*
Mollibus auſpiciis, pro *jam*. HEINS.

492. *Domui tanta*] *tanta dui* Jun.

493. *Bella geramus*] non *feramus*, ſcripti potiores. mox pro *aut quae connubia*, Vatic. *quae jam* cum tribus aliis. deinde, *vel frugem* pro *aut* iidem ſcripti, & *latura ſeges* Iſingr. prim. Vatic. & Mazar. ut ſupra *nulla coloro Reponſura ſeges*. HEINS. *bella geremus* MS. Pulman. *ſequamur* in alio. *& quae connubia* Voſſ.

495. *Latura ſeges*] *laturus ager* Iſingr.

496. *Plenum*] MS. meus, *pulchrum*. DELR. ita & Pulm. ſimilis diſcrepantia apud Ovid. II. Met. 804. BURM.

Poſſit] *poteris* Oxon. a m. 2.

490. *Amazonio confuſa licentia ritu*] Gyrald. & Lucenſ. *fiſtro*. optime. quamquam vulgatam lectio-

500. Quid trahor ulterius! Stilicho, quid vincere differs,
Dum certare pudet? neſcis, quod turpior hoſtis
Laetitia majore cadit? piratica Magnum
Erigit: inluſtrat ſervilis laurea Craſſum.
Adnuis. agnoſco fremitum, quo palluit Eurus,
505. Quo Mauri Gildoque ruit. quid Martia ſigna
Sollicitas? non eſt jaculis haſtisve petendus:
Conſcia ſuccumbent, audito verbere, terga.
Ut Scytha poſt multos rediens exercitus annos,
Cum ſibi ſervilis pro finibus obvia pubes
510. Iret, & arceret dominos tellure reverſos,
Armatam oſtenſis aciem fudere flagellis.
Notus ab inceptis ignobile repulit horror
Vulgus, & adductus ſub verbere torpuit enſis.

ctionem iſta Statiana ex Achill. Lib. I. 352. videntur confirmare,

——— *arcumque animoſa petebat*
Ferre, & Amazonio connubia pellere ritu.

ſed non dubito, quin altera ſcriptura ſit a ſecunda manu ipſius Claudiani. Amazonas fiſtris in bello uſas qui moneat non ſcio, praeter unum Iſidorum Orig. II. cap. 21. *Siſtrum ab inventrice vocatum. Iſis enim Aegyptiorum regina id genus invenisſe perhibetur. Inde & hoc mulieres percutiunt, quia inventrix hujus generis eſt mulier. Unde & apud Amazonas ſiſtro ad bellum feminarum exercitus vocabatur.* Aegyptios quidem ſiſtris in bello uſos notum. hinc illud Maronis VIII. 696. de Cleopatra, *patrio vocat agmina ſiſtro.* Marcianus Capella Lib. IX. *calamos* dat Amazonibus, non *ſiſtra. Quid Amazones? nonne ad calamos arma tractabant. quarum una, quae concipiendi ſtudio venerat, cum Alexandriam ſalutaret, donata tibicine, ut magno munere, gratulata diſceſſit.* Heins. Sed ſi *ſiſtro* recipiendum, malim etiam *conſiſa*, ut ſiſtro plus fidat, quam armis. Burm.

500. *Quid vincere differt*] MS. meus *differs.* Delr. Immo *differs* cum libris. vidit Barthius. ſequenti verſu pro *certare pudet*, prim. Vatic. Oiſel. & Mazar. *fugit.* recte. Rottendorphianus, *fugas.* infra praefat. Lib. II. 44.

Et te nunc inopem dives amare fugit.

ſic ſcriptus. Ovid. Epiſt. IX. 75.

Non fugis, Alcide, victricem mille laborum
Raſilibus calathis impoſuiſſe manum.

quae membranarum lectio. ubi plura. vulgo *pudet.* ſic *fuge quaerere*, & *fuge ſuſpicari*, apud Horat. Heins. *differs* Exc. Wolf.

502. *Cadit*] *cadet* duo Pulm. Oxon. Leid. Lovan. ed. Vicet. & Parm.

503. *Erigit*] *Egerit* Jun.

504. *Adnuis*] *At vix agnoſcit* marg. Iſing. *animus* corrupte Vicet. *fremitu* Leid. *palluit Ebr.* Jun. *Hemus* & emendatum *Hebrus* Oxon. *Hebrus* Oxon. alter. *Eurus* & *Hebrus* ſaepe confuſi. an *Eunus*? qui belli ſervilis dux fuit. vid. Flor. III. 19. Burm.

505. *Gildoque*] *gelidoque* Leid.

509. *Servilis pubes*] Conſule Juſtinum & Florum. ſed enim Lat. Pacatus Drepanius Proconſul in Panegyri habita Romae coram Theodoſio Magno poſt victoriam Maximi tyranni ita loquitur. *Nam ſi olim domini adverſum rebelles ſervos dimicaturi flagra in aciem detulerunt, tantaque vis conſcientiae fuit, ut ab inermibus verterentur armati, & qui obtulerant mortibus pectora, darent terga verberibus, nonne quoque legionibus ocioſis vem totam viſu exiſſes?* Hunc ſane auctorem poëta noſter evolverat, ut infinitis locis olim notavi. Claver.

Finibus] *funibus* marg. Marcilli.

511. *Armatam*] *Autonitam* cod. Barth. *offenſis* Leid.

512. *Ignobile*] *immobile* ed. Vicet. quae & *ſub inceptis.*

513. *Obductus*] Quidam *addictus.* vetus liber, *adductus.* fortaſſis, *eductus.* Delr. *addictus* in optimo ac veteri codice, cum alias *adductus, eductus, obductus.* Eſt vero haec noſtra lectio e juris fontibus petita. nam olim quidam nexi in ſervitutem creditoribus addicebantur. Quintilianus Lib. III. ait, *Aliud eſt ſervum eſſe, aliud ſervire, qualis eſſe quaeſtio in addictis ſolet.* Claver. *Adſtrictus ſub verbere torpuit enſis* tres libri. Ovid. IV. Faſt. 929.

Atque aliquis cupiens vagina ducere ferrum,
Adſtrictum longa ſentiat eſſe mora.

Stat. Theb. III. 446. *motos capulis adſtringeret enſes.* Iſingrini tamen codex & octo alii, *adductus*, etiam

probe. annuente & Barthio. quomodo & primus Vaticanus pro diverſa lectione, qui in ipſo contextu *addictus*, multi *abductus*; Oiſelianus *addicta ſub verbere corruit enſis*. *eductus* fruſtra a Delrio caſtigatur. ſic *adductae habenae* apud poëtas. Ovid. I. Faſt. 575.

——— *adductaque clava trinodis*
Ter quater adverſi ſedit in ore viri.

Claverius *addictus* malit pro ſervili, quod ex noſtris libris multi confirmant. Quintilianus milite Mariano: *Et ille tamen, quemquem hoc flagitium co-natus in addicto ac poenae ſervo & vix libero videbatur. ſub verbera* Gyraldi liber. probe. nondum enim vapulabant. ſic *ſub noctem*, pro imminente nocte, & ſimilia. HEINS. Sed utrumque caſum praepoſitionem promiſcue & eadem ſignificatione regere, vidimus ad Ovid. XIX. Ep. 195. *ſub pulvere* Oxon. *adductus* vero unice verum. ſic *adducta ſecuris* Ovid. VI. Triſt. I. 5. Stat. VII. Theb. 545.

Ter, quater adducto per terga, per ilia ferro
Tranſigit. BURM.

Digitized by Google

CL. CLAUDIANI

LIBRI II

IN EUTROPIUM

PRAEFATIO.

QUi modo ſublimes rerum flectebat habenas
Patricius, rurſum verbera nota timet;
Et ſolitos tardae paſſurus compedis orbes,
In dominos vanas luget abiſſe minas.
Culmine dejectum vitae Fortuna priori

Red-

Praefatio haec mire elegans eſt ac lene fluit, ut facile appareat, quid in Elegis hic poëta valuerit. hic vero acriter inſtat, ut capitis damnetur Eutropius, jam capite minutus: neque Cyprio exſilio tot crimina expiari poſſe contendit. qua in re dicas forſitan, cantu ipſius eloquente, idem pene effectum, quod invectiva Ciceronis in Catilinam, nam Eunuchus tandem periit. quod tamen ex hoc Poëta non didiceris. Quoniam vero quidam literarum Antiſtes civiliter nimis accipit locum Socratis Lib. VI. ubi ait *ὁ βασιλεὺς τῶν κεφαλὴν ἀποτμηθῆναι ἐκέλευσεν*, quae olim apud Zoſimum a me lecta ſunt, paucis expediam. Eutropius igitur, poſtquam Rufini ſpoliis ditatus teſſeram cum Stilichone confregit, Gainam ſtatim nactus eſt inimicum, qui data occaſione Targibilum ſibi clam adjunxit in Phrygia bellum excitaturum, atque ita Orientis imperium lento ac molli regimine debilitatum ad invidiam Eunuchi, terrore ſubito Geta perculit. Quare Gainas vir animoſus, ſed hujus rei conſcius, Arcadio ſignificat Eutropium eſſe totius mali originem, & quaſi noxae dedi poſtulat. Is, re cognita ad Eccleſiam confugit, unde, urgente Gaina, extractus, in Cyprum relegatur, dein quaſi per ludum fide Principis violata, e Cypro revocatus eſt, elque promiſſa ſecuritate in urbe Conſtantinopoli, aſtu maligno Calcedonem delatus eſt. ibique obtruncatus. Sed alii Graeci id ajunt factum Aureliano P. F. P. & aliis illuſtribus viris cognoſcentibus, nec ſine permiſſu Arcadii ab Eudoxia impulſi; non enim illa perpeti contumelias Eunuchi poterat, minati (quia non niſi filias pareret) ſe ipſam ad ſuos reducturum. ut ut ſit, non dubium eſt quin ad fata Eunuchi properandae mandatum principis vel vi vel precario acceſſerit. haec Elegia ſane multa Chryſoſtomo accepta refert, ut & liber primus. Haec vero ſcripta anno 399. CLAVER.

2. *Patricius*] Non ſolum Eunuchus hic fuit Conſul & Praefectus Praetorio, ſed Patricius, id eſt Principis pater, qui honor paternae poteſtatis nexibus exuit, niſi aliter a Principe caveatur, ac uni tantum cedit fulgori, id eſt Conſulatui; ſucceſſoris vero ambitionem non timet. Denique Patriciatus dignitas eſt homini coaeva, vide Caſſiod. & Inſtit. Juris. de Eutropio in Cod. Theod. *Patriciatus dignitate atque omnibus infeſtoribus ſpoliatum ſe eſſe cognoſcat.* vide reliqua. CLAVER.

Rurſum] *rurſus* editiones aliae.

3. *Et ſolitos*] *Et ſolios* Jun.

4. *In dominos*] Alias *Indomitos*. perperam & contra veteres codices. quorum alter habuit, *In domino*, quod forte intelligi queat de Arcadio, cui hic nebulo metum incuſſerit. Virgilius: *Talis in hoſte fuit*, id eſt, in hoſtem. ſed verius eſt dici *dominos* eos, qui olim ſervili monſtro tanquam mancipio uſi, quos omnes, ut conditionis ſuae deleret memoriam, crudelibus dolis infeſtabatur. aut ſi mavis interpretari *dominos*, Stilichonem, & alios iſtius ordinis, cum quibus inimicitias exercuit, viros, non, ut iſte, ad ſervitutem, ſed ad dominationem natos. caeterum, ut ait Theophilus, *φύσει ὁ δῆλος τῶ δεσπότου πολέμιος*. vide & Feſtum. CLAVER. *In domitos* marg. Marcil. *In dominos* variae Lovan.

5. *Priori*] *priorem* Leid. a m. prim. *ſeriato ſuo*

Reddidit, infano jam fatiata joco.
Scindere nunc alia meditatur ligna ſecuri,
Faſcibus & ſedem vapulat ipſe ſuis.
Inlatas Conſul poenas ſe Conſule ſolvit,
Annus qui trabeas, hic dedit exſilium.
Infauſtum populis in ſe quoque vertitur omen.
Saevit in auctorem prodigioſus honos.
Ablato penitus reſpirant nomine faſti,
Maturamque luem ſanior aula vomit.

15. Diſ-

Lovan. 2 m. prim. *infanum jam fatiata joco* vel *loco* Voſſian. vid. Lib. I. 24.

7. *Securi*] Varia & multiplex alluſio in his elegis. CLAVER. vid. ſupr. I. 127.

9. *Illicitas*] Quia forte indignum erat quemquam aut exilio aut alia poena affici inito, nec dum finito conſulatu, quod etiam probatur ex *Paneg.* III. Stilich. ubi quisque poſt conſulatum judicio Senatus ſe ſubjicit, atque, ut idem ait, diſcrimen letale ſubit. Alter codex habuit *Ilatas*, quod ne plane rejicias, facit illud Martialis, *Et delator habet quod dabat exſilium.* CLAVER. *Illatas* Claverius & quinque ex noſtris, vulgo, *Illicitas*. Barthius, *Illicitus*, paulo ante, *vapulat ipſe*, ſcripti, pro *ille*. HEINS.

10. *Exſilium*] Vereor ne quemadmodum Caecias nubes, ſic ego, dum hoc loco a celeberrimis quibusdam viris diſſentio, ad me attraham; ſed tanti eſt veritas, eas cunctas ut parvi faciam, dummodo errorem inveteratum ſuis animis eximi patiantur. Credunt Eutropium in Conſulatu necatum, quod, dicam paucis, eſt ὡς χρυσοῦν, ἀπ' ἀχύρου. noſter enim Poëta, qui ejus tempore vixit, non occiſum, ſed in Cyprum relegatum fuiſſe ſcribit, haud dubie necis genus non praeteriturus ſilentio, ſi viliſſimum hoc mancipium interemptum foret. At, inquies, a Poëta hiſtoricam veritatem non exigi, recte quidem: verum tamen credibile non eſt, quemquam, quae lippis & tonſoribus erant notiſſima, fabularum involucris involuturum, eaque de quibus a quovis mendacii coargui potuiſſet. Deinde ſtat a Claudiani partibus Lex XVII. C. Th. de Poenis, cujus verba non adſcribam, liber in omnium manibus verſatur, qui volet, illum inſpiciat; inveniet, quae dixi, dilucide confirmari. Ne quem vero Socratis Lib. VI. Eccleſ. Hiſtor. cap. 5. locus perturbet, inſcribentis: Εὐτροπίῳ μὲν οὐ πάνυ τὴν ὄνησιν ἀξίαν ἐγχειρίζοντος, διὰ τὴν πλείονα τοῦ Βασιλέως τῶν πράξεων ἀποτυχόντα ἐκδίκησιν. operae pretium eſt, intelligere ei, qui Socratem contemnat, multum abeſſe, quin aſſentiar, cum eo quoque diſceptaturum me, qui Claudiani, imperatorii edicti auctoritatem elevandam cenſeat. Igitur credo ſic conciliari poſſe repugnantes, ut prima facie videtur, gravium ſcriptorum ſententias, ſi dicamus Socratem per τὴν πρᾶξιν famae dignitatisque ſtatum ſignificare, qua ratione dicunt juris auctores *capitis eos pati diminutionem*, qui libertatem vel civitatem vel familiam amittant, toto tit. D. de Capit. minut. deportatis vero, cum civitatem non retineant, caput minui certi juris eſt. §. III. Inſtit. de cap. diminut. deinde in dicta lege 17. cum ajunt Imperatores, *ad Cyprum inſulam perducatur, in qua tua ſublimitas relegatum eſſe cognoſcat*, vocem *relegatum* pro *deportatum* accipio, ſicut Jul. Paulus accepit Leg. V. §. I. D. de Cap. minutis. Hanc meam conjecturam praefatae conſtitut. XVII. initium confirmat, quo Eutropii bona fiſco Principis addicuntur, quod non fieret profecto, ſi non deportatus foret; quia ſimpliciter relegatorum bona minime principis aerario vindicari Marcianus reſpondit Leg. III. D. de Interd. & releg. & deport. DALE.

11. *In ſe quoque vertitur omen*] *in ſe converſum* Junianus. ut apud Lucan. I. 3.

In ſua victrici converſus viſcera ferro.

HEINS. utraque lectio defendi poſſet. Virg. II. 190. *Quod Di prius omen in ipſum Convertant.* contra *vertere in auctores pondera* Ovid. V. Faſtor. 42. BURM.

12. *In auctorem*] *in actorem* Leid. & Lovan.

13. *Ablato nomine*] In Cod. Theod. Arcad. & Honor. AA. Aureliano P. P. *Omnes res Eutropi, qui quondam Praepoſitus ſacri cubiculi fuit, aerarii noſtri calculis adjunxeratis, erepto ſplendore ejus, & conſulatu a tetra inluvie & a commemoratione nominis ejus & coenoſis ſordibus vindicato*, reliqua vide. Cicero in Philippicis ait, *Antonii Conſulatum ex omni monumentorum memoria revulſum.* Tacitus, *Nomen Piſonis radendum faſtis cenſuit.* Inde vero factum eſt, ut in Faſtis non reperiatur nomen Eutropii, nec ſine gratia videas apud Caſſiodorum (niſi id caſu evenerit) Manlio & Theodoro Coſſ. ut olim Julio & Caeſare Coſſ. vide Epigramma apud Sueton. & de

15. Diſſimulant ſocii, conjuratique recedunt;
Procumbunt pariter cum duce tota cohors:
Non acie victi, non obſidione ſubacti,
Ne pereant ritu, quo periere viri.
Concidit exiguae dementia vulnere chartae:
20. Confecit ſaevum litera Martis opus.
Mollis feminea detruditur arce tyrannus,
Et thalamo pulſus perdidit imperium.
Sic juvenis, nutante fide, veterique reducta
Pellice, defletam linquit amica domum.
25. Canitiem largo raram de pulvere turpat,
Et lacrimis rugas inplet, anile gemens:
Suppliciterque pias humilis proſtratus ad aras

Miti-

de Caninio Ciceronis diſcerium. CLAVER. *Oblato* Jun. *ablato* Jun. alter a m. prim.

14. *Senior aulae*] *arca* Oxon. duo. Jun. Lovan. marg. Iſingr. edd. Vicet. Parm. Pulman. *movit* Junian. alter a m. prim.

16. *Procumbit*] recte tres libri *Procumbunt*. HEINS. *Procubuit* Oxon. a m. 2. ſed *Procumbunt* unice verum. vide ad Ovid. 1. Metam. 320. ita & Juſtin. XIV. 6. *filium Alexandri cum matre in arcem Amphipolitanam cuſtodiendos mittit*. Lib. XII. 5. *Parmenion cum Philota filio interficiuntur*. ita in priſcis legitur editionibus, nunc *interficitur*. & ita ille & alii ſaepe. in his enim locutionibus *cum* valet idem quod *&*, *atque* &c. praeterea pro *cum duce*, *judice* erat in Oxon. a m. prim. BURM.

17. *Non ſeditione coacti*] *deditione* quatuor ſcripti. alter Moreti, *ſubacti*. Ald. & Excerpta Puteanea, *obſidione coacti*. Lege, *deditione ſubacti*, vel etiam *obſidione*, ad imitationem Lucani Lib. IX. 272.

——— *meruiſtis judice vitam*
Caeſare, non armis, non obſidione ſubacti.

mox *Nec pereunt* prim. Vatic. aliique nonnulli. HEINS. *nec ſeditione* Oxon. ad. Vicetin. Iſingr. & aliae. mox, *pereunt* Oxon.

19. *Exiguae chartae*] Haec indicant Edictum ejusmodi paucis comprehendi, cujus formula, opinor, exſtat in Juliani Imp. Epiſtola: *Jubemus Anaſtaſium eo die, quo humanitatis noſtrae literas acceperit, urbe excedere*. CLAVER. Ita contra de Tiberio Juvenalis, *verboſa & gravis epiſtola venit a Capreis*. ſed hoc dignius exemplo Regum & J. Caeſaris, qui *brevi ſcriptura utebatur*, teſte Suetonio. BURM.

20. *Confecit*] Meus MS. *perfecit*. idem, *arce* ty *rannus*. DELR. *Et fecit* Leid. *Cum fecit* alt. & Lovan.

21. *Feminea arce*] Eudoxiae Auguſtae opera, quae ab Eutropio offenſa Pulcheriam & Arcadium infantulos in ſinu gerens coram Imperatore, lacrimis obortis queſta eſt de impudentia Eunuchi. ſed in veteri codice legimus, *arce*, quod verius puto, quia ſupr. Lib. 1. ſemivir in arcem rerum ſublatus dicitur, *ut arx feminea* ſit regimen diſcincti & enervis. CLAVER.

22. *Et thalamo pulſus*] *Ut* malit Barthius, qui perperam verſu proxime praecedenti, *feminea arte*, quae depravatorum codicum ſcriptura eſt, tuetur, *arce* enim libri meliores. vere. noſtes IV. Conſ. Hon. 293.

Ancipites habeant arces, trepidique minentur.

ubi *arces* tyrannis proprie aſſigneri monuimus. HEINS.

Perdidit] *prodidit* Junian.

23. *Sic juvenis, nutante fide*] *fluitante* Mazar. & Excerpta Remenſia. bell. Gildon. 247. *ſubjedit fluitante fide*. Tacit. Hiſtor. II. *Unde primum creditur Coetinae fides fluitaſſe*. HEINS. *mutante* Oxon. pro var. lect. An *juvenis amica*? de quo vide ad Phaedr. II. 2. an *juvenis fide mutante* in genitivo? forte recte, ſi legas: *veterique reducta Conjuge*. BURM.

25. *Largo raram*] vel *raram largo* vel *raro largam* duo Oxon. *raram largo* Vicet. Parm. Iſingr. Gryph. Colin. Raphel. & aliae. *largo rarus* Voſſ. pro *turpat* marg. Iſingr. *carpit*. alii, *ſpargit*. vid. ad III. de Rapt. 177. BURM.

de pulvere turpat] vel *de* ſuperfluum eleganter addi multis docet Cl. Barthius. ſed Gyrald. prim. Vatic. & quatuor alii, *jam pulvere*, quod placet. vel *de* in Oiſeliano erat omiſſum. HEINS. *tam pulvere* Oxon. ſed offendit ſonus *raram jam*. Heinſius olim *tum* conjecerat. ego antiquam lectionem reduxi. BURM.

26. *Inplet*] *lavit* nonnulli.

28.

Mitigat iratas voce tremente nurus.
Innumeri glomerantur heri, ſibi quisque petentes
Mancipium ſplis utile ſuppliciis.
Quamvis foedus enim, mentemque obſcoenior ore,
Ira dabit pretium: poena meretur emi.
Quas, ſpado, nunc terras, aut quem tranſibis in axem?
Cingeris hinc odiis, inde receſſit amor.
Utraque te gemino ſub ſidere regia damnat.
Heſperius numquam, jam nec Eous eris.
Miror cur, aliis qui pandere fata ſolebas,
Ad propriam cladem, caeca Sibylla, taces?
Jam tibi nulla videt fallax inſomnia Nilus.
Pervigilant vates nec, miſerande, tui.
Quid ſoror? audebit tecum conſcendere puppem,
Et veniet longum per mare fida comes?
An fortaſſe toros eunuchi pauperis odit,
Et te nunc inopem dives amare negat?
Eunuchi jugulum primus ſecuiſſe fateris:
Sed tamen exemplo non feriere tuo.
Vive pudor fatis. en quem tremuere tot urbes!

En

27. *Proſtratus*] *ſubſtratus* Leid. Voſſ. & pro varia lectione alter Leid. & Oxon. edd. Vicetin. & Parm. *ſubſiſtit ad aras* marg. Iſingr.

30. *Utile ſuppliciis*] *vivere* Schedae Gudianae. HEINS.

32. *Ira dabat pretium*] *dabit* Lucenſ. & octodecim alii. Forte, *Ira addit pretium*. HEINS. *lingua meretur* Vicetin.

33. *Spado*] Licet Eutropio teſtes exſecti fuerint, cum tamen ſpadonum nomen generale ſit, teſte Ulpiano, recte *ſpadonem* nuncupat. DELR.

35. *Damnat*] *damnet* Jun. *Heſperius nusquam* Oxon. a m. s.

37. *Qui*] *quae* Oxon. *ſolebat* Jun. & mox *propriam tabem tecta Sib.* Idem.

39. *Inſomnia*] Hic locus fere indicat Claudianum aliter ſenſiſſe de prophetia, ut ita dicam, Johannis viri devoti, de quo B. Auguſtinus. ſed credo facile rem ei non fuiſſe cognitam, aut eunuchum, ſuppreſſo Johannis nomine, ſibi vaticinandi peritiam, inſtar Sibyllae, adrogaſſe, unde Poëta Lib. I 318. *proſtratosque canit ſe vate tyrannos*. Hunc vero paganum fuiſſe ait Proſper Aquit. plura diximus libro I. mentem auctoris profecto non aſſequitur homo alioquin ſatis perſpicax. CLAVER.

40. *Vates nec*] MS. *vates jam*. vates, inquit, cum nequeant dormire, nulla tibi inſomnia renunciant. DELR. *Nec vigilant vates* Oxon. *vates nunc* Leid. *jam* alter.

41. *Soror*] Vide argutias & jocoſam, pene dixerim, malitiam. imuno vero legitime locutus eſt. nam in Codice reperias: *Eum, qui probabilem ſeculo diſciplinam agit, decolorari conſortio ſororiae adpellationis non decet*. Martialis quaerenti, cur Themiſon uxorem non habeat? *habet ſororem*, inquit Lib. XII. Epigr. 20. CLAVER. De ſorore proprie dicta accipit Gothofred. ad L. XVIII. C. Theod. de Poenis.

Puppem] *puppes* Oxon. *puppim* Claver.

43. *toros*] *choros* Jun. Oxon. ed Claxer.

44. *Amare negat*] *fugit* alter Moreti dictum ſupra Lib. I. 500. & paulo ante, *miſeranda* Moreti prior. acute. ut Lib. I. 271. monuimus. HEINS.

45. *Jugulum primus*] *primus jugulum* Ald.

46. *Exemplo non feriere*] Ait Eutropium, qui multis caput abſtulit, non idem adepturum, eique vitam fore ſupplicio. verum id poſtea evenit. Ovid. IV. ex Pont. XVI. 49.

——— *tantummodo vita relicta eſt,*
Praebeat ut ſenſum materiemque malis.

CLAVER. *Et tamen* MS. Pulman.

47. *Vive pudor fatis*] *faſtis* Scipio Gentilis Lib. II.

En cujus populi ſuſtinuere jugum!
Direptas quid plangis opes, quas natus habebit?
Non aliter poteras Principis eſſe pater.
Inprobe, quid pulſas muliebribus aſtra querelis,
Quod tibi ſub Cypri litore parta quies?
Omnia barbarico per te concuſſa tumultu.
Crede mihi, terra tutius aequor erat.
Jam non Armenios jaculis terrebis & arcu.
Per campos volucrem non agitabis equum.
Dilecto caruit Byzantius ore Senatus.
Curia conſiliis aeſtuat orba tuis.
Emeritam ſuſpende togam, ſuſpende pharetram.
Ad Veneris partes ingeniumque redi.
Non bene Gradivo lenonia dextera ſervit.
Suſcipiet famulum te Cytherea libens.
Inſula laeta choris, blandorum mater amorum,
Nulla pudicitiae cura placere poteſt.
Proſpectant Paphiae celſa de rupe puellae;
Sollicitae, ſalvam dum ferat unda ratem.
Sed vereor, ne te teneant Tritones in alto,
Laſcivas doctum fallere Nereidas:
Aut îdem cupiant pelago te mergere venti,
Gildonis nuper qui tenuere fugam.

In-

II. de Conjurationibus, contra auctoritatem librorum veterum. HEINS.

48. *En cujus*] *Cujus tot populi* marg. Iſingr. *Et cujus* Leid. *populum* Jun. *Eunuchus, populi*. ed. Vicet.

49. *Direptas opes*] Exules & capitali judicio damnati bona amittebant. quibus, ſi poſtea fama reſtituebatur, bona ſua aut parentibus, ut plurimum redibant. quod contigit M. Ann. Melae, patri Lucani, qui hoc a Nerone eſt promeritus. vetus Inſcriptio marmorea, teſte Jo. Sulpicio, Romae viſitur in aede D. Petri. M. ANNEO LUCANO CORDUBENSI POETAE BENEFICIO NERONIS CAESARIS FAMA RESTITUTA. vide Tacitum de hac re. CLAVER. *areptas* Jun. vid. Lib. I. 168. *quid plangis* Parm.

50. *Poteras*] *poteris* Jun.

51. *Pulſas*] Statius, *pulſare querelis Coelicolas*. alibi, *pulſare invidia Superos*. CLAVER.

52. *Quod tibi*] *Quam tibi* Jun. *Quid tibi* Oxon. Pulm. Ald & aliae edit. *Quid ſibi* Iſingr. Gryph.

54. *Terris tutius aequor erat*] *terra* prim. Vatic. *aequor erat*, non *erit*, ſcripti. HEINS. *terra* etiam Oxon. vid. ad Ovid. II. Faſt. 98.

56. *Campos*] *campum* Jun.

59. *Emeritam*] *Et vetitam* Cod. Moreti, ut ſupra Lib. I. 320. *illicitis faſces*. ſed *τῷ ſuſpende* melius convenit *emeritam*. BURM.

62. *Suſcipiet*] *Incipiet* Jun. *Suſcipiat* Voſſ. Lovan.

63. *Inſula laeta choris*] *Inſula blanda choris* Jun. *choris* vel *thoris* Oxon. Heinſius malebat olim *foeta*, ſed *laetus* proprium magis vocabulum. ut *laetus Lydus* Avien. deſcr. Orb. vs. 1009. Livius XXVIII. 22. *ingenia incolarum latrocinio laeta*. Ovid. v. Faſt. 667. *Laete lyras pulſu, nitida quoque laete palaeſtra*. & ita in genere *laeti* opponuntur ſeveris & tetricis. Horat. Lib. III. od. 8. 27. *dona praeſentis rapo laetus horae ac Linque ſevera*. BURM.

65. *De rupe*] *de ſede* marg. Iſingr. *ſe ſede* Jun.

67. *In alto*] *in altum* Lovan. *teneant ne te* Vicet. Parm. Junt. Ald. Iſingr. Colin. Gryph.

69. *Te mergere venti*] *demergere* quintus Vaticanus. HEINS. *fungere* Oxon. a m. prim. *pelago cupiant* Voſſ.

70. *Gildonis nuper qui tenuere fugam*] *fidem* Patav.

Inclyta captivo memoratur Tabraca Mauro.
Naufragio Cyprus ſit memoranda tuo.
Vecturum moriens fruſtra delphina vocabis:
Ad terram ſolos devehit ille viros.
Quisquis adhuc ſimiles eunuchus tendit in actus,
Reſpiciens Cyprum deſinat eſſe ferox.

Gildoni etiam unus Mediceus. forte:

Gildoni nuper qui renuere fidem.

A. Sabinus reſponſione ad Ovidianam Penelopen v. 27.

Nec laudem Danai tanto renuere labori.

Gratius v. 285.

Si renuit cunctas, & mater adultera non eſt.

noſter bello Gildon. 268. ex veteri codice, *renuit ſic Graja Philippus Oppida.* vulgata tamen lectio temere non eſt ſollicitanda. HEINS.

71. *Tabraca*] *Tarbraca* Oxon. *Cyprus ſit* Oxon. duo.

73. *Vecturum*] Meus MS. *Venturum.* porro ad Arionis fabellam alludit, cui ſimilem refert A. Gellius libr. VII. DELR. *Venturum* etiam Lovan. Voſſ. edit. Vicetin.

74. *Devehit ille viros*] *mares* ſchedae Gudianae. HEINS.

75. *Eunuchus*] *Eunuchi* Jun. Oxon. duo Leid. Lovan. & multi alii, & ed. Vicet. *ad actus* olim editi. ſed aliter ſcripti. *tendis* tres Pulmanni.

76. *Cyprum*] Omnia in hac deſcriptione arrident, atque ex voto eveniunt huic poëtae; nam id unum reſtabat, ut mollis homo exilium conveniens, & aptum ſuis moribus ſortiretur, & hoc opportune contigit. C. Th. de Poenis, Eutropius ad Cypri inſulam perductus & relegatus dicitur, quod Reſcriptum cum legerit Claudianus, non miror, ſi multa habeat ſimilia. CLAVER.

Digitized by Google

CL. CLAUDIANI
IN EUTROPIUM
LIBER II.

MYgdonii cineres, & ſi quid reſtat Eoi,
Quod pereat, regni; certae non augure falſo
Prodigii patuere minae: fruſtraque peracto
Vulnere monſtriferi praeſagia diſcitis anni.
Cautior ante tamen violentum navita Corum
Proſpicit, & tumidae ſubducit vela procellae.
Quid juvat errorem merſa jam puppe fateri?
Quid lacrimae delicta levant? ſtant omina veſtri
Conſulis: inmotis haeſere piacula fatis.
Tunc decuit ſentire nefas, tunc ire recentes
Deterſum maculas. veteri poſt obruta morbo
Corpora, Paeonias nequidquam admoveris herbas.
Ulcera poſſeſſis alte ſubfuſa medullis,

Non

1. *Mygdonii*] *Mygdoniae* Jun.

2. *Certe non augure falſo*] *certae*. ſic apud Stat. Lib. v. Sylv. 1. vs. ult. *certae jurant in vota ſorores*. ubi pari modo peccatur, ut & ibid. vs. 207.

Ille etiam certae rupiſſet tempora vitae.

vide Gronovium Diatribes cap. XLVII. & pag. 415. HEINS. *pavere* Jun. *certae minae* vero dicuntur, ut *certa omina* Ovid. IX. Met. 594. *certae ſurti* XV. 647. & paſſim ſimilia obvia. vide & Barth. XII. Adv. 8. Markland. ad Stat. v. Silv. 1. 262. *ferae* legit, ſed quid opus fine ullo codice ſaniſſima mutare? minae prodigii patuere certae non falſo augure, id eſt, eventus conprobavit eas certas fuiſſe, nec augurem falſum. Statius v. Silv. III. 18. *praeſagum aethera certis Auguriis*, ubi non male *Auguribus* legit Cl. Marklandus ex Parmenſi editione. BURM.

4. *Monſtriferi*] *mortiferi* Jun. vid. ad Lucan. v. 620. *ducitis* idem Jun. ſed *diſcitis* vera lectio. vid. ad II. de Rapt. 368. BURM.

5. *Nevita Corum Proſpicit*] *Conſulit* prim. Mediceus, & Palatin. Valer. Flacc. III. 38.

Ipſe diem longe ſolisque cubilia Typhis.
Conſulit, ipſe ratem vento ſtelliſque miniſtrat.

Lucan. v. 571. *ſi murmura ponti Conſulimus*. HEINS. Sed hic *proſpicit* malo, venientem ſcilicet, quem conſulere non poteſt, ſed de futura tempeſtate colligit & conſulit ſigna, ſibi experto fida. illud *Conſulit* ex gloſſa natum, quia idem ſaepe notat, quod *proſpicit*, unde & ſimilis varietas Lib. I. in Eutrop. 485. & ita *fluctus tempeſtatesque futuras Edocet* Conſ. Mall. 43. ut Cicer. IV. ad Famil. 3. *proſpexi tempeſtatem futuram*. deinde imitatur Lucanum Lib. VI. 286.

——— *qui Caeſaris arma*
Segnius haud vidit, quam malo nauta tremente
Omnia Circaeae ſubducit vela procellae.

ubi *vidit* vindicat τὸ *proſpicit*. BURM.

6. *Tumidae*] *timidae* Oxon.

8. *Quid lacrimae delicta levant?*] vel, *Cum lacrimae delicta luunt* primus Vaticanus. HEINS. *delicta juvant* Leid. & Oxon. pro var. lect. *levant* Leid. a pr. & Voſſ. *dilecta* Jun.

Omina] *omnia* Voſſ. Lovan. Ald. *omina noſtri* Vicetin. *omnia veri Conſulis* Parm.

Tunc decuit] ex Virgilio IV. Aen. 598.

Tunc decuit, cum ſceptra darem.

11. *Maculas*] *lacrimas* Oxon. a m. 2. *veteri tunc obruta* Jun. *obluta* Leid. a m. pr. *obrupta* Vicetin.

12. *Admoveris herbas*] *artes* Iſingr. in & Junianus cum Pricaeano. rectius. HEINS. vide ad III. Conſ. Honor. 62. ita *Machaoniae artes* Ovid. I. ex Pont. 2. III. 5. & Ep. XI. 43. *admotis reſtitit infans artibus*. BURM.

13. *Ulcera*] Id opinor e Virgilio humanae divi-

Digitized by Google

Non leviore manu, ferro ſanantur & igni,
Ne noceat fruſtra mox eruptura cicatrix.
Ad vivum penetrant flammae, quo funditus humor
Defluat, & vacuis corrupto ſanguine venis
Areſcat fons ille mali. truncantur & artus,
Ut liceat reliquis ſecurum degere membris.
At vos egregie purgatam creditis aulam,
Eutropium ſi Cypros habet, vindictaque mundi

Se-

nitatis viro defluxit III. Georg. 468.

Continuo culpam ferro compeſce, priusquam
Dira per incautum ſerpant contagia virus.

Ovidius Rem. Am. 229.

Ut corpus redimas, ferrum patieris & ignes.

Varro: *ſcimus digitum praecidi oportere, ſi ob eam rem gangraena non ſit ad brachium ventura.* in his vero exemplis figura eſt a Medicis deſumta. At Claudianus ea mente dixit, qua Cicero Philipp. IX. de Antonio, quae verba infelici nuper augurio notata ſunt, nec libet referre. magis arridet illa ſententia Ciceronis ex Am. *ſalutaris rigor vincit ingratam ſpeciem clementiae.* CLAVER.

Subfuſa] Malebat *ſubfixa* Heinſius olim. certe vox *ſubfuſa* hic mihi ſuſpecta, nec *ulcera ſubfuſa* umquam legi. latere aliquid de *pure* ſuſpicor. *alte ſub pure* vel *alte diffuſa.* BURM.

14. *Leviore manu*] vide ad Quintil. II. de Inſt. Orat. 4. & *igne* Leid.

15. *Ne noceat fruſtra*] Omnino adſentior Cl. Barthio *coeat* legenti vel ſine libris. Ovid.

Vulnera non agites, ſi qua coire velis.

Propert. III. 23. 18.

Vulneraque ad ſanum nunc coïere meum.

atque ita Medici veteres paſſim. quod idem Barthius *irruptura* pro *eruptura* contendit reponi debere, non accedo ejus ſententiae. HEINS. Ovidianum illum verſum non reperi, quamvis ille *coire vulnera* dixerit IV. Triſt. IV. 42. V. 11. & 10. I. ex Pont. III. 87. & *coaleſcere* Seren. Samonic. cap. LXII. non puto tamen tutam corrigendi hanc contra omnes codices licentiam, quum certum ſit nocere maxime vulneribus, ſi nimis cito cicatricem ducant, & ita tabem & pus clauſerit feſtinans medicus. ſub cute ſumma leviter clauſa, ut locus Prudentii a Barthio adductus docet, ſed bene purgari antea vulnera debent, ne non modo coeat vulnus, ſed mox iterum cutem rumpat graviori noxa. quare *nocent* reſtitui cum omnibus ſcriptis & editis, nec *mox eruptura* mutem. quid enim notet *irruptura cicatrix*, neſcio. ſi quid mutandum, malim, *mox ſe ruptura.* & hoc eſt quod Ovidius ait Remed. 623.

Vulnus in antiquum rediit male firma cicatrix.

I. ex Pont. III. 15.

Tempore ducetur longo fortaſſe cicatrix,
Horrent admotas vulnera cruda manus. BURM.

16. *Ad vivum*] *Ad vimen* Leid. *flammae penetrant* Jun. *penetrent* Oxon. *qui funditur* Jun. *quis* Oxon. Leid. duo. Lovan. edd. Vicet. Parm. Junt. *quo* vel *quis* Oxon. *queis* tres Pulm. *quo* Iſingr.

Quo funditus] Et veteres ſcripti & veteres impreſſi *quis.* DELR.

18. *Areſcat fons ille mali*] *Exundet* prim. ac tert. Vatic. & ſex alii. Opinor, *Exſudet. exuberare* ſic in Apono dixit. Virg. I. Georg. 88. *exſudet inutilis humor.* Gratius v. 422.

—— —— *ut omne*
Exſudet vitium, ſubeatque latentibus ultro,
Quae facta eſt medicina malis.

ſic malo, quam *Exudem.* ſequenti verſu *degere* pro *vivere* idem prim. Vatic. & tres ex noſtris. etiam probe. malim & *ſecure.* nam prima editio *ſecure.* de quo videantur quae notamus ad Ovid. Epiſt. XIV. 64. HEINS. Illud *Areſcat* mihi admodum blanditur, quia τῷ *fonti* & *vacuis venis* melius convenire videtur. reliqua a Gloſſatoribus eſſe puto. nam paſſim flumina & fontes *areſcere* & *exareſcere* dicuntur. fontes *exſudant* vel *exundant* in magna aquae copia, ut III. de Rapt. 127. *exundat ab ubere ſanguis*, ubi vide. ita *fons ingenii exundans* Juvenal. Sat X. 119. hic vero *areſcere* dicuntur vulnera, poſt quam defluxit ſundituſ humor. BURM.

19. *Reliquis*] *liquidis* Voſſ. a m. pr.

21. *Vindictaque mundi*] Senſus obſcurior. Paraphraſtes Gallicus. *& ſi Eunuchus, ultio orbis, in exilium eat.* ad quod intelligendum acumine ſingulari opus erit. in expoſitione dicit, de quo totus orbis vindictam ſumere deberet ego explicarem, ſi Eunuchus exſul ſufficit in vindictam totius orbis, ut pro tot ſceleribus poenam nimis levem ſubeat. ut *exſul ſemivir*, ſit, pro exſilium ſemiviri, vel ſemivir punitus exſilio, erit vindicta totius orbis *vindictae* habere ſuum codicem tellatur Barthius.

Digitized by Google

Semivir exſul erit. quis vos luſtrare valebit
Oceanus? tantum facinus quae diluet aetas?
Induerat necdum trabeas; mugitus ab alto
Redditus: infernas rabies arcana cavernas
Vibrat, & alterno confligunt culmina lapſu.
Bacchatus per operta tremor Chalcedona movit;
Pronus & in geminas nutavit Boſporus urbes:
Concurrere freti fauces: radice revulſa
Vitant inſtabilem rurſus Symplegada nautae.
Scilicet haec Stygiae praemittunt ſigna ſorores,
Et ſibi jam tradi populos hoc Conſule gaudent.
Mox oritur diverſa lues. hinc Mulciber ignes
Sparſerat: hinc victa proruperat objice Nereus.
Haec flagrant, haec tecta natant, quam, Numina, poenam

Ser-

thius, reliqui tacent interpretes. an ſcripſerit?
Eutropium ſi Cypros habet, ſi victima mundi
Semivir exſul erit?
ut non exſilio, ſed ultimo ſupplicio, ut pfacularem victimam, adiciendum velit. *ſi* centies repeti neglectum, ut alibi vidimus. ita *Remus prima victima novae urbis fuit* Flor. I. 1. *victima mundi* dictum, ut *victima decipientis* Ovid. III. Amor. III. 22. *victima* vero hic Eutropius, ut de Arbogaſte & Andragathio IV. Conſ. Hon. 94. *Auguſtas par victima mittat umbras.* & de Gildone bell. Gild. 414.
Agnoſcatque ſuum, trahitur dum victima, fratrem.
& denique de ipſo noſtro Eutropio Lib. I. 19.
——— *quae tantas expiet iras*
Victima, quo diras jugulo placabimus aras?
Conſule luſtrandi ſajces, ipſoque litandum
Prodigio.
jugulandum ergo non in exſilium mittendum cenſet & vovet poëta. vide & vs. 39. ubi *pro mundi furiis* Lovan. Haec non obtrudo invitis, ſed ut melius locum conſiderent, & ex vulgata lectione tolerabilem ſententiam eliciant, hortor viros doctos. BURM.

22. *Vos*] *nos* Oxon. Leid. Vicetin. *valebat* Leid. a m. pr.

23. *Oceanus*] Oceanum poſuit noſter, vel quia mare, ut ait Euripides, κλύζει πανταχῆ γ' ἀνθρώπων κακά: vel quia Seneca dixerat in Hippolyt. *Non ipſe toto magnus Oceano pater tantum expiarit ſcelus.* qui Catullum fuit imitatus, cujus vulgo notiſſimi verſus ſunt in Gellium. DELR. Mare apud Euripidem κλύζει πανταχῆ κακά. Propert. *eluere vaſto marl.* quin etiam rabidi Oceano luſtrantur hodie. alia tamen ratio movit olim Celtas, ſeu mavis Germanos, qui, ut alibi traditus, adhuc paene rubentes a matre pueros in ſuo flumine explorant. inde ſane conjicio Rhenum vulgari idiomate a puritate deduci. caeterum de inundatione, quae infra, vide Graecam Hiſtoriam CLAVER.

24. *Necdum*] *nondum* Voſſ. *induerant* Oxon.
Mugitus ab axe] *ab alto* primae editiones, Gyrald. & unus ex noſtris. vere. *altum* enim, quidquid profundum. ſeptem alii *infernas*, ut cum *cavernis* conſtruatur, & id admiſerim. HEINS. qui etiam malebat *ab alto Redditur. Inferno* Vicetin. & Parm.

26. *Culmina*] De montibus capit Gallicus interpres. & *culmina* de montibus dici verum eſt. vide notas ad Ovid. I. Metam. 689. ego de turribus & aedificiis intelligo, propter ſimilem in Lib. II. de Rapt. 152. locum:
Ecce repens mugire fragor, confligere turres,
Pronaque vibratis radicibus oppida verti. BURM.

27. *Bacchatus*] *Bacchatur* Oxon.

28. *Nutavit*] *nutavit* Oxon. & ed. Pulman. *nutabit* Jun. pro *urbes*, etiam *undas* Oxon.

29. *Radice*] *tellure* Oxon. duo a m. 1. MOX. *rurſus* editi olim, non *rurſum*.

31. *Haec Stygiae*] *& Stygiae* Voſſiani duo. Oxon. Leid. duo. Lovan. Exc. Wolff. & edd. Vicet. & Ald.

33. *hinc Mulciber*] *mox* Oxon.

34. *Victo proruperat objice Nereus*] Lucenſ. *victo*. prim. Vatic. & Mazar. cum Oiſeliano, *victo*. quod ſequor. Gyrald. *rapta*. de quo nos ad Maronem Aeneidos X. 75. & ad Ovid. XIV. Met. 780. Aldus & ſcripti nonnulli, *rapto*. quinque, *rupto*. pro *Mulciber* Lucenſ. *Mulcifer*, ut ſaepe in vetuſtis libris ſcribitur, a mulcendo ferro. ſequenti verſu, *Haec flagrans, haec*, non *hinc* ſcripti. bene. HEINS. *victo* Parm.

35. *Quam, Numina,*] *Occultat rerum ſemina Deus* (ait Plin. in Paneg.) *& plerumque bonorum malorumque cauſae ſub diverſa ſpecie latent.* ac, teſte Lucretio, *res humanas vis abdita quaedam obterit.* CLAVER.

Servatis ſceleri? cujus tot cladibus omen
Conſtitit? incumbas utinam, Neptune, tridenti;
Pollutumque ſolum toto cum crimine mergas!
Unam pro mundo Furiis concedimus urbem.
Utque ſemel patuit monſtris iter, omnia tempus
Nacta ſuum properant. naſci tum decolor imber
Infantumque novi vultus, & diſſona partu
Semina. tum lapidum fletus, armentaque vulgo
Auſa loqui, mediisque ferae ſe credere muris.
Tum vates ſine more rapi, lymphataque paſſim
Pectora terrifici ſtimulis igneſcere Phoebi.
Fac nullos ceciniſſe Deos: adeone retuſi
Quisquam cordis erit, dubitet qui partibus illis
Adfore fatalem caſtrati Conſulis annum?
Sed quam caecus ineſt vitiis amor! omne futurum
Deſpicitur, ſuadentque brevem praeſentia fructum,
Et ruit in vetitum damni ſecura libido;
Dum mora ſupplicii lucro, ſerumque, quod inſtat,
Creditur. haud equidem contra tot, ſigna Camillo
Detulerim faſces, ne dum (pro ſexus!) inerti
Mancipio, cui (cuncta licet reſponſa juberent,
Hortantesque licet ſponderent proſpera Divi)
Turpe fuit ceſſiſſe viros. exquirite retro
Crimina, continui lectis annalibus aevi:

60. Priſ-

96. *Scelerі*] *ſceleris* Ald. & Colin. *tot cladibus omnes* Jun.

38. *Tuto cum*] *cum tuto* Oxon. *totum* Oxon. prior.

40. *Omnia*] *omina* nonnulli, & ſequenti verſu *diſcolor* pro *decolor*. HEINS. *Nacta ſuum* Jun. quidam diſtinguunt poſt *properant*, alii poſt *naſci*.

43. *Fletus*] *fluctus* Leid. a m. s.

44. *Auſa*] An non poſtuis *viſa*. non enim armentorum haec erat audacia, ſed inmiſſae a Diis voces auditae ſunt. centies in Obſequente *viſa*, *viſus*, &c. de prodigiis occurrunt. ſed quia *ſe credere* ſequitur, quod audaciae ſignum, nihil temere mutem. BURM.

46. *Pectora fatidici*] *terrifici* exarati fere omnes. idque recte. Statius Theb. III. 667. *terrificique aberit dementia Phoebi*. *terrifici* etiam *vates* apud Virgil. v. Aeneid. 524. HEINS. *terrificis* Junian. ſic *terrificum Jovem* quidam codices in VI. Conſ. Honor. 328. Lucan. v. 128. *Limine terrifico metuens conſiſtere Phoebas*. *facifici* Vicetin. *fatifici* Parmenſis.

47. *Retuſi*] *recuſi* Leid. male. *obtuſa pectora* Virgil. I. Aeneid. 567. alio ſenſu *retuſum cor* dixit Plaut. Pſeud. IV. IV. 8. mox, *dubitet ne partibus* Jun. *dubitat qui* Oxon.

50. *Sed quam*] *ſed quia* Vicetin. Parm.

51. *Deſpicitur*] *Reſpicitur* Leid. a m. pr.

53. *Lucro*] *lucro eſt* MS. Pulm.

55. *Detulerim*] *Detuleram* Ald.

56. *Juberent*] *jubuntur* Junian. illud *jubere* hic abſolute poſitum vix placet, licet ſubintelligas *faſces dari*. forte ſcripſerit *faverent*. BURM.

57. *Divi*] *duri* Junian.

Hortantesque lices] Hunc verſum Barthius delendum cenſet. mihi aliter videtur. conſtabit enim verſui ſua elegantia, ſi pro *licet*, quod minus concinne repetitur, corrigas *ſimul*,

Hortantesque ſimul ſponderent proſpera Divi.

ad *cui* refer ad illa, *Turpe fuit ceſſiſſe viros*. HEINS.

59. *Aevi*] *anni* Oxon. Aldus edidit,

Crimina continui lectis annalibus aevi
Priſca recenſeris. evolvite ſecula faſtis.

evolvite ſcelera faſtis Vicetin.

61.

Digitized by Google

Priſca recenſitis evolvite ſecula faſtis:
Quid ſenis infandi Capreae, quid ſcaena Neronis
Tale ferunt? ſpado Romuleo ſuccinctus amictu
Sedit in Auguſtis laribus. vulgata patebat
Aula ſalutantum ſtudiis: huc plebe Senatus
Permixta, trepidique duces, omnisque poteſtas
Confluit. advolvi genibus, contingere dextram
Ambitus, & votum deformibus oſcula rugis
Figere. praeſidium legum, genitorque vocatur
Principis, & famulum dignatur Regia patrem.
Poſteritas, admitte fidem. monumenta petuntur
Dedecoris, multisque gemunt incudibus aera
Formatura nefas: haec judicis, illa togati,
Haec nitet armati ſpecies: numeroſus ubique
Fulget eques: praefert eunuchi Curia vultus.
Ac veluti caveant, ne quo conſiſtere virtus
Poſſit pura loco, cunctas hoc ore laborant
Inceſtare vias. maneant inmota, precamur,
Certaque perpetui ſint agumenta pudoris.

Su-

61. *Senis*] C. Tiberii Caeſaris. DELR.

Scaena] *caena* Jun. Oxon. marg. Iſingr. & MS. Pulm.

62. *Ferunt*] Vetus liber *refert*. DELR. *refert* MS. Pulm. *fremit* Jun. unde Heinſius faciebat, *fremunt*.

Romuleo] Conſulari trabea. DELR.

64. *Huc plebe*] *ac plebe* Oxon.

66. *Advolvi*] *advolvit* Oxon. Vicetin.

Contingere dextram, &c.] Apud Homerum, Κέοντ δὲ κεφαλὴν καὶ χεῖρας ἀμφοτέρας. Martialis:

Baſcia das aliis, aliis das, Poſtume, dextram.

apud Arrianum ſervile eſt *manum oſculari*, quod plus eſt quam *contingere*. *premſare manum* eſt candidati aut petitoris, apud Ammianum: *Adulatoribus efferunt quidem genua ſuavianda.* Pomponius Secundus pedes Caligulae baſiavit, Dione teſte. CLAVER.

67. *Et votum*] ſummum quod vis optare auderet. vid. ad Lib. I. in Eutrop. 172.

68. *Legum*] *legis* Jun. & Pulm. Cod. mox, *princeps* Jun.

Genitorque vocatur Principis] Suidas auctor eſt, patricios in principio Rom. Reip. populi patres dictos, poſtea Imperatores, ut Senatui adularentur; omnem enim populi poteſtatem dignitatemque in ſe ſuſceperant. patricios quoque ſibi patres elegiſſe; ſed eos tamen patricios, qui majorum gentium vocabantur. meminit hujus rei Juſtinianus in tit. Inſtit. quibus modis jus poteſtatis ſolvitur. DELR.

71. *Dedecoris, multisque gemunt*] *mutisque* alter Leid. deinde *Haec nitet*, non *Hic*, ſcripti potiores. HEINS. Ego malim, *monumenta parantur Dedecoris*. nam *petere* & *parare* paſſim confuderunt liberrii. vide ad bell. Get. 628. & ad Calpurn. Declam. XXV. in VI. Conſ. Hon. 372. *monumenta parabant* eſt in Moreti codice. Ovid. III. Art. 371.

Quaeque ſoror conjuxque ducis monumenta pararunt. intelligit autem ſtatuas & imagines Eutropio poſitas. de quibus & alibi, BURM.

Aera] Id etiam teſtatur Suidas, unde in Codice Theodoſii; *Omnia ſimulacra ejus, tam ex aere, quam ex marmore, ſeu ex fucis, quam ex alia quacumque materie, quae apta eſt effingendis, ab omnibus civitatibus, oppidis, locisque privatis ac publicis praecipimus abraderi, ne tanquam nota noſtri ſeculi obtutus polluat intuentium.* CLAVER.

72. *Haec judicis*] *hic* Vicetin. & mox, *Hic nitet* eadem & Parm. Ald. Iſingr.

73. *Ubique*] *inique* Jun. & *profert* Jun. alter.

76. *Cunctas hoc ore laborant*] non *haec ora*, ſcripti prim. Vatic. *Inſtaurare* vel *Inceſtare*, ut fortaſſe ſcribendum ſit: *cunctis haec ora laborant Inſtaurare viis.* praeterea *tuta* pro *pura* Patav. *pulchra* unus Mo-

Subter adulantes tituli, nimiaeque leguntur
Vel maribus laudes: claro quod nobilis ortu,
(Cum vivant domini) quod maxima proelia ſolus
Inpleat, (& patitur miles?) quod tertius urbis
Conditor: (hoc Byzas, Conſtantinusque vibebunt?)

In-

Medic. & *confidere* pro *conſiſtere*, quomodo & Rottendorphianus. mox *ſubtus* pro *ſubter* tres alii. HEINS. *hoc aere* Voſſ. a m. prim. *haec ora* Vicetin. Parm. Junt. & aliae. mox, *plura loco* Junian.

79. *Nimiaque*] *nimiumque* Jun.

80. *Claro quod*] Ex his quatuor carminibus tot taliaque menda ſuſtuli, ut ſi nihil aliud in hoc poëta praeſtitiſſem, aliquod tamen operae pretium me conſecutum arbitrarer. turpiſſimas tam veteris libri, quam excuſorum ſcripturas refutare piget, adferre pudet. Mea, quae mihi ut nova, ſic vera videtur, haec eſt:

——— *nimiaeque leguntur*
Vel maribus laudes: claro quod nobilis ortu:
Cum vivant domini, quod maxima praelia ſolus
Impleat: hoc patitur miles? quod tertius urbis
Conditor: hoc Byzans Conſtantinusque videbunt? DELR.

81. *Cum vivant domini*] *Conviva & domini* vetus codex. alias, *convivant*, nullo ſenſu. quod impulit virum inſignem, ut ita conjiceret, *Cum vivant domini*, id eſt Imperatores. deinde, *hoc patitur miles?* Ego vero *convivam domini* accipio Eutropium, quem Dn. Arcadius menſae honore dignatus ſit, qui ſummus honor ac praecipuus apud Curtium. unde & Lat. Pacatus: *Ille menſa beatus, ille ejculo conſecratus eſt.* neque Virgilius abs re dixit, *tu das epulis accumbere Divûm.* Statius, *Convivam ducis eſſe gloriatur*, atque appellat *menſae ſacra.* vide quae in Ruſin. Lib. 1. dicta ſunt. Nos vero Chriſtiani ſumus quaſi convivae Domini, unde illud non male, *Tu nos facis commenſales.* ſed haec forte nimia. CLAVER. Haec & ſequentia inquinatiſſima erant, veram lectionem ex ſcriptis libris deprehendit primus Mart. Delrio, ſubſcribente in Electis Rubenio, deinde Cl. Gronovius in Obſervationibus Lib. 1. 21. & poſt illum Barthius curis poſterioribus. cui emendationi caſtigatiores e noſtris membranae adſtipulantur. fruſtra Claverius, *Conviva eſt domini*, quod ſecutus tamen Raphelengius. HEINS. *Convivant* Vicet. Parm. Pulm. Gryph. *Conjurant* Wolf. a m. prim. *Convivat domini* Ald. & Colin. Iſingr. habet; *Convivon eſt*. manus docta in margine Vicetin. *Quod vivant*, deinde, *& pariter miles*, editiones veteres. *& patrum* cod. Barhil. *quod conditor urbis Tertius* MS. Pulm. *orbis* Leid. *certius orbis* Vicetin. Parm. malim, *haec patitur miles?* BURM.

82. *Miles*] Pauci, quos amavit Mars, id nominis conſecuti ſunt. inde Imperator ille commilitones dixit, quia & miles haberi voluit; multi enim duces, pauci milites. Hanc ſane Rex in Europa maximus appellationem non renuebat olim, nec ſine exemplo. exſtat enim vetus Romae inſcriptio, STIL. V. C. ET INLUSTIS, MILITIS ET MAGISTRI UTRIUSQUE MILITIAE. CLAVER.

83. *Conditor*] Id eſt repoſtor, non poſitor, cui non poſitura, ſed reſtauratio urbis debetur. Livius in hanc rem, *Romulus ac parens patriae conditorque alter urbis adpellatus.* CLAVER.

Conſtantinus] Hic Trojam novam molitus, Byzantium, quaſi ad urbis aeternae invidiam, inſedit. ut Conſtantinopolis & *Roma imperans* diceretur. Et pater Conſtantius, Heroi quam homini ſimilior, quem & Graeculi a flore nominitant, & vero juvenis cum eſſet Helenae nymphae, ut ita dicam, eleganti, ſed, teſte divino Ambroſio, ſtabulariae pudoris ſui ſpolia dedicavit; Drepani ſcilicet, quae poſtea Helenopolis. Bithynus ergo fuit hic noſter, in quem prima Conſtantii juventa ſe transfuderat, in cujus ore coeleſtes illius vultus natura ſignaverat, ait Panegyris, neque nobiles fecit Britannias, niſi jam adultus, ac radio Caeſareae dignitatis, quam ſoli primulum ſe exerenti, neque dum orto ad ſimilem dixeris, hi vero ſunt gradus, ni fallor, ad imperium: Nobil. Puer, Princeps juventutis, Caeſar nobiliſſimus, Auguſtus adſcititius, Oriens Imperator, quorum quidam promiſcue. nec neceſſario habiti. Neque inde imperator, ſi fas, ordinarius elicitur; ſunt enim iſta quaſi peculiaria, nec tanslato dominio, ſic fere Seneca fuit, nec fuit Conſul, quinimo Conſtantius ſola dignitate Auguſti cenſitus gubernacula imperii minime rexit, neque plus juris in filium transferre potuit, quam ipſe habuit, vix eſt ſane, ut ullum ipſius Reſcriptum aut legem reperiat, quae faciunt ut in ordinem non venerit; ſed plus fuit mereri, ac Divorum numero adſcribi a funere. Itaque Conſtantius, cum ipſi pater imperium reliquiſſe videretur, Caeſaris adpellatione contentus expectare voluit, ut idem, qui illum declararet Auguſtum, quod non contigit niſi ſalva majeſtate & praerogativa ſeniorum Principum, vel ſolius Maximiani, quo extincto tunc demum reapſe orbis regimen adeptus eſt. Nota vero ſunt illa: *Natalis urbis reſtitutae, ortus Caeſarum, Exercus imperii*, quibus ineſt figura valde inſignis. Sed enim plura olim notavimus ad Panaegyres Imperatorum dictas, quas olim diligenter contulimus cum editione Rhenani, in cujus ora

Digitized by Google

Inter quae tumidus leno producere coenas
In lucem, foetere mero, diſpergere plauſum
Emturas in vulgus opes, totosque theatris
Indulgere dies, alieni prodigus auri.
At ſoror, &, ſi quid portentis creditur, uxor
Mulcebat matres epulis, & more pudicae
Conjugis eunuchi celebrabat vota mariti.
Hanc amat, hanc ſumma de re, vel pace vel armis,
Conſulit; huic curas & clauſa palatia mandat,
Ceu ſtabulum vacuamque domum. ſic magna tueri
Regna nihil? patiensque jugi deluditur orbis?
Mitior alternum Zephyri jam bruma teporem
Senſerat, & primi laxabant germina flores.
Jamque iter in gremio pacis ſollemne parabant
Ad muros, Ancyra, tuos, auctore repertum

Eu-

ora emendationes erant plurimae J. Gulielmii manu, ut audivi, exaratae. diverſa tamen mihi videbatur ſcriptura ab ea, quae in omnia Ciceronis opera exſtabat. CLAVER.

Conſtantinusque videbunt] *videbis* Patavinus. forte *Hoc Byzas, hoc, Conſtantine, videbis?* HEINS.

Tumidus] Forte, *tumidas*. HEINS.

84. *Leno*] Leo ſcilicet, vir obeſus ac mero nimius, & cui conveniat Martialis Epigramma 1. Ep. 29. quod infra imitatur hic poëta:

Nocturno foetere mero qui credit Acerram,
Fallitur, in lucem ſemper Acerra bibit.

huc etiam reſpicit illud Antiphan. poëtae: δεῖ δ' ἀμγέτου, δαψιλῶς βρίχειν. CLAVER.

85. *Foetere mero*] A Martiale in Acerram ſumtum, rationem hujus graveolentiae, eandem quam in gumiis & raponibus, quibus ex ἀδηφαγίᾳ os olet: crediderim jecoris atque pulmonis, ex nimia alimentorum quantitate natam corruptelam. DELR. *foetere* Parm.

Plauſum] *plauſtrum* MS. Pulmanni, marg. Iſingr. Jun. Oxon. Voſſ. Leid. & Lovan. in quo emendatum *plaſſum*. *plauſu* Voſſ. alter.

88. *Si quid*] *ſi quis* Jun. mox, *matris epulas* Oxon. *matres coenis* Jun. *& in ore* Lovan. a m. pr.

91. *Summa de re*] *de re ſumma* Junian.

92. *Huic curas*] *Huic ceras* pro diverſa lectione primus Vaticanus. HEINS.

93. *Vacuamque domum*] Vetus liber eleganter, *viduamque*. vidua enim domus, ſeu, ut ait Heſychius, χηρᾶν οἰκίαν, non cujus patere debet. DELR. *viduamque* Delrii codex, & ſex ex noſtris. Ovid. Epiſt. IX. 35.

Ipſa domo vidua votis operata pudicis
Torqueor. Statius II. Achill. 310. *dilecta ad moenia vultus Declinat viduamque domum.* apud Virgilium tamen Lib. IV. 82.

Sola domo moeret vacua, ſtratisque relictis
Incubat. HEINS.

94. *Regna nihil?*] *Regna niti* Vicetin.

96. *Germina*] *gramina* Oxon. Leid. Lovan. Vicetin.

97. *Jamque iter in gremio pacis*] *e gremio* prim. Vaticanus. etiam Oiſelianus a manu prima. de *gremio pacis* vide hoc loco Barthium. HEINS. *paucis ſolenne* Leid. a m. prim. Heinſius conjecerat olim, *jamque iter ingreſſi paucis ſollemne*, id eſt terreſtre, cum maritimo eſſet uſitatum eo ire. unus etiam *ingenio pacis. gremium* illud *pacis* vix mihi ſe probat, nec tam convenit huic loco, quam in Bell. Gildon. v. 49. forte,

Jamque iter, ut Genio pacis ſollenne, parabant.

non bellicam expeditionem, ſed iter ad delectationem, quaſi Pacis genio dicatum. viderint acutiores. deinde *ſubiret* malim, ſcilicet aetas illa vaga. BURM.

Iter repertum] in Paneg. ad Conſtantinum: *Non ille exerceri armis, non vulverem pati. in Salluſtianas hortos ire peregrinatio putabatur.* Pacatus: *non te diſpoſiti ad temporum vices habuere ſeceſſus.* Eutropius vero in Galatiam navigaturus viam breviorem, ſeu compendium reperit. ſic Magellanus patrum memoria; ſed magna in re. CLAVER.

96. *Ancyra*] Quidam, *Ampbyſa*, alii *Amphiſa*, alii *Amphiſſa*, quidam *Amphyra*. vetus liber, *Anchyra*, ego, *Ancyra*, cum quia infra de nobili hac expeditione loquens, ait, *Ancyranique triumphi*; tum

Eutropio, pelagi ne taedia longa ſubirent,
Sed vaga laſcivis flueret diſcurſibus aetas.
Unde tamen tanta ſublimes mole redibant,
Ceu vinctos traherent Medos, Indumque bibiſſent.
Ecce autem flavis Gradivus ab usque Gelonis
Arva cruentato repetebat Thracia curru.
Subſidunt Pangaea rotis, altaeque ſonoro
Stridunt axe nives. ut vertice conſtitit Haemi,
Femineasque togas preſſis conſpexit habenis,
Subriſit crudele pater, criſtisque micantem
Quaſſabat galeam, tunc inplacabile numen

110. Bel-

quia ſic ſcribi debet. Epitoma Stephani, Ἄγκυρα πόλις Γαλατίας, εἰ δὲ Φρυγίας ἄντιν ἀναγράφουσιν. &c. noſter de Galatiae agit. DELR. *Ancyra* vetus liber, non *Amphyſa*, aut *Aegeira*. Steph. Ἄγκυρα πόλις τῆς Γαλατίας. CLAVER. *Ampbira* plurimi Heinſii codices. *altore* Oxon. Leid. Hunc locum etiam correxit Hier. Surita ad Anton. Itiner. p. 305.

100. *Diſcurſibus aeſtas*] non *aetas*, vere ſcripti meliores, ſequenti verſu pro *laude*, iidem, *mole*, quomodo legendum in Obſervationibus jam monuit Gronovius. Valer. Flacc. Lib. V. 283.

Cernis, ait, Colchos, magna quas mole petamus?

Statius VII. Theb. 676.

Librabat magnâ venturam mole cupreſſum.

Silius Lib. V. 337. *magna vexillum mole ferebat.* Seneca Oedipo v. 829.

Magnum eſſe, magna mole quod petitur, ſcias.

Noſter II. in Stilich. 282.

Quid fugis & ſpernis, tanta quem mole tueris?

Epiſtol. ad Hadrianum v. 34. *Quid tanta dignaris mole clientem?* ſic enim cum membranis legendum. Statius Theb. VI. 157.

——— *quid enim hoc opus, hei mihi, lethi*
Mole fuit?

HEINS. Neſcio an epitheton vaga conveniat aeque *aeſtati*, ut *aetati*, & an non per *vagam aetatem*, juventutem Arcadii intelligat, quem eduxit in hoc iter Eutropius, ut laſcivis diſcurſibus, nihil agendo dignum imperatore, periret ipſi aetas juvenilis. *vaga* vero *aetas* dicitur, quia juvenes vagi, leves, inconſtantes, nec inhaerentes uni rei, ut ſtabilis aetas ſenum. Martial. II. Ep. 90.

Quinctiliane vagae moderator ſumme juventae.

ſic puellas *nimium vagam turbam* vocat Ovid. II. Amor. IX. 53. & *vagas puellas* Propert. I. 5. 7. apud Quinctil. Declam. VIII. 19. vindicavimus, *vagae artis errorem diſcurrentem per omnia*, quia *diſcurrere* & *vaga* ſibi congruunt, ut hoc quoque loco. denique non tantum ſcelus foret pacis tempore aeſtatem delicato itinere inpendere, quam juveniles Imperatoris annos laſcivis diſcurſibus perdere. de altera lectione *mole* pro *laude* etiam dubito. *magna mole* in hoſtes ire, & bellum parare, ſaepe occurrit, ſed quia de reditu, & ut poſtea v. 416. de Ancyrano triumpho agit, *laude* retinerem. illa enim proprie eſt bellica, ob res bene geſtas. vide ad Phaedr. IV. fab. II. ſic Ovid. XIII. Met. 248.

Et jam promiſſa pateram cum laude reverti.

denique *ſublimes* convenit melius *laudi*, quam *moli*. BURM.

101. *Laude*] Vetus liber *mole*. DELR.

102. *Indumque*] Vetus liber & Vicetin. *Nilumque*. fortaſſis ſcripſerat negligens librarius poſt Vicet. *Nidumque*, hinc cetcri, *Indumque*. DELR. *Indum* vel *Nilum* Lovan. & Voſſ. *Nilum* Jun. Leid. *medios* etiam Oxon. *Monedos Nilumque* Vicetin.

103. *Ab usque*] *ad usque* Junian.

104. *Curru*] *curſu* Leid.

105. *Altaeque ſonoro*] lege, *altaeque*. HEINS. ita bell. Get. 325. *per altas incedit nives*. BURM.

106. *ut vertice*] *& vertice* Leid. Lovan. Wolf. Ald.

107. *Preſſis conſpexit*] *preſſis compraſſa* Oxon. *contexit* Lovan. a m. prim.

108. *Triſtisque micantem*] *criſtisque* vere libri meliores. & *Quaſſabat*, non *Quaſſavit*. prior Moreti, *Concuſſat*. ut apud Ovid. II. Met. 50. *Concutiens illuſtre caput*, de Phoebo. HEINS. *ſubſidit crudele* Oxon. *concuſſa cervice* noſter Idyll. I. 56.

109. *Quaſſavit galeam*] Juvenalis ad Martem Sat. II. 130.

Nec galeam quaſſas, nec terram cuſpide pulſas.

apud Livium, *Mavors telum ſuum concuſſit, ſors ita reddita fuit.* CLAVER. *quaſſavit* Claverius ex Raphelengii editione. & ſic Ilingr.

110.

Digitized by Google

Bellonam adloquitur, quae ſanguine ſordida veſtem
Illyricis pingues pectebat ſtragibus hydros:
Necdum mollitiae necdum, Germana, mederi
Poſſumus Eoae? numquam corrupta rigeſcent
Secula? Cappadocum tepidis Argaeus acervis
Aeſtuat: infelix etiamnum pallet Orontes.
Dum pereunt, meminere mali. ſi corda parumper
Reſpirare ſinas, nullo tot funera ſenſu
Praetereunt, tantique levis jactura cruoris:
Adſpicis obſcaenum facinus? quid crinibus ora
Protegis? en quales ſeſe diffundit in actus
Parva quies! quantum nocuerunt otia ferri!
Qui caruit bellis, eunucho traditur, annus.
Actum de trabeis eſſet, ſi partibus una
Mens foret Heſperiis: rueret deriſa vetuſtas,
Nullaque calcati ſtarent veſtigia juris.
Ni memor imperii Stilichon, morumque priorum
Turpe relegaſſet defenſo a Thybride nomen,
Intactamque novo ſervaſſet crimine Romam.
Ille dedit portum, quo ſe pulſata referret
Majeſtas Latii, deformataeque ſecures:
Ille dedit Faſtos, ad quos, Oriente relicto,
Confugeret ſparſum maculis ſervilibus aevum.

Quam

110. *Bellonam*] *Bellona* Jun. & Wolff.

111. *Pectebat cladibus hydros*] Vetus liber, *ſtragibus*. DELR. non *cladibus* ſcripti meliores, ſed *ſtragibus*. pro *pectebat* unus Ambroſ. *pascebat*. prim. Vatic. & Oiſel. *ſpectabat*. forte, *pexabat*. pro *alloquitur*, Mazarin. *aggreditur*. placet infra v. 177. *Tandem Turgibilum aggreditur*, pro alloquitur. ſic & alibi. HEINS. *pectebat vertice crines* Jun. illud *paſcebat* non diſplicet, & convenit τῷ *pingues*. BURM.

112. *Necdum*] *Nondum* Voſſ. *mollicies* Vicet. & Parm. *Germana videri* Jun.

114. *Secula*] *ſcelera* Vicet.

115. *Pallet Orontes*] Sic & ſcripti. malim nihilo minus, *ſqualet*. vide Conſul. Olybr. 212. infra v. 566.

Veſtior expulſis Oriens ſqualebit aratris.

HEINS. *pallet cuntes* Jun. *etiam nunc* Vicet. Ald. & pleraeque edd.

120. *Protegis? en quales*] Scriptos ſequimur. vulgo, *heu quales*. *diffundat* quoque pro *diffundit* unus Petav. *diffundit in artus* nonnulli. mox pro *partibus Heſperiis*, tertius Vaticanus, *patribus*. HEINS. *Protegis heu* Jun. *en qualis* Vicetin. *diffundit* Jun. deinde, *prima quies* Leid. m. 2.

124. *Deriſa*] MS. meus *deluſa*. DELR. *detruſa* Jun.

125. *Veſtigia juris*] Nihil mutandum, etſi *faſtigia juris* frequenter etiam apud noſtrum occurrant. de quibus Conſul. Olybr. 6. HEINS.

127. *Defenſo a Tibride nomen*] τὸ *a* non agnoſcunt libri plerique. agnoſcit prim. & tert. Vatic. HEINS. Carent etiam praepoſitione Vicet. Parm. Ald. Junt. Gryph. & Colin. edd. *defenſa a Tibride* Rapheleng.

129. *Pulſata referret*] *referrent* Oxon. elegantius. mox omnes ſcripti, *faſtos* pro *faſces*. HEINS. vide ad II. de Rapt. 185. ſequenti verſu *deformataque* Voſſ. & ita edidit Iſingr. vitio credo operarum, nam Gryphiana illam ſequi ſolens, *deformataeque*.

133. *Quam ſimiles haec aula viros!*] Livinejus & Barthius curis poſterioribus *habet aula*. ſed perperam. Lucan. Lib VIII. 543. *O ſuperi, Niluſne & barbara Memphis Hos animos?* τὸ *habet* ſubintelligitur. horum & plenus Statius. mox *non* pro *non* bis legendum cum libris melioribus. HEINS. *haec aura* Jun. *ad moenia rtufus* Idem.

Quam ſimiles haec aula viros! (ad moenia viſus
Dirige) num ſaltem tacita formidine muſſant?
Num damnant animo? plaudentem cerne Senatum,
Et Byzantinos proceres Grajosque Quirites.
O Patribus plebes, o digni Conſule Patres!
Quid? quod & armati ceſſant, & nulla virilem
Inter tot gladios ſexum reminiſcitur ira?
Huccine noſtrorum cinctus abiere nepotum?
Sic Bruti deſpectus honos? ignoſce parenti,
Romule, quod ſerus temeratis faſcibus ultor
Advenio. jam jam largis haec gaudia faxo
Conpenſent lacrimis, quid dudum inſtare moraris
Tartaream, Bellona, tubam? quid ſtringere falcem,
Qua populos a ſtirpe metas? molire tumultus:
Excute delicias. Thracum Macetumque ruinae
Taedet, & in gentes iterum ſaevire ſepultas.
Damna minus conſueta movent. trans aequora ſaevas
Verte faces: aliis exordia ſume rapinis.
Non tibi Rhiphaeis hoſtis quaerendus ab oris:
Non per Caucaſias accito turbine valles
Eſt opus. Oſtrogothis colitur mixtisque Gruthungis

Phryx

136. *Quirites*] Caeſar hoc uno vocabulo militum animos depreſſit vel excitavit. Lucan. V. 318.

Tradite veſtra viris ignavi ſigna Quirites.

Conſtantinopolis autem merito Roma dicta eſt; nam & ſeptem montibus excelluit, unde ſepticollis, ſed Ἑπτάλοφος in quodam veteri oraculo dicta eſt. jure Italico inciſis Conſtantinopoli tabulis utebantur, renovato ſub Valentiniano I. Imp. vid. Cod. Theod. Lib. XIV. CLAVER. *Graecosque Quirites* Oxon. eodem modo, ſed non cum nota opprobrii dixit *Eoum Quiritem* Sidonius Paneg. Anthem. 32. ut recte legit & explicat Sirmondus, perperam vero Savaro, *Quirini*, ut Barthius recte inprobat. BURM.

138. *Nulla virilem*] Haec vera lectio, quod & Raphelengius vidit. & ſic quinque ex noſtris. Val. Flacc. Lib. v. 198. *patrias placidus reminiſcere terras.* vulgo, *virilis ſexum. viriles* primus Vaticanus. HEINS. *Quidquid eſt armati* Jun. Vicetin. Parm. & Junt. *virilis ſexus* Lovan. pro var. lect. *virilis ſexum* Parm. *Inter quot gladios* Oxon. etiam non male. vide ad Ovid. Epiſt. VI. 118. Heinſii notas.

142. *Quod ſerus*] *quod ſexus* Oxon. *remeatis faſcibus* Vicetin.

143. *Largus*] vetus liber, *laxis. laxus* aliquando pro longo ſumitur. Proculus in Epiſtolis: *putasne vere me poſſe dicere, arbitratu meo opus effectum non eſſe ante Kal. Junias, cum ipſe arbitrio meo aliam diem operi laxiorem dederim.* leg. CXIII. D. de Verb. Obligat. DELR. *laxis* etiam Jun. ſic apud Lucanum Lib. I. 614. eadem varietas conſpicitur. *compeſcens* etiam Junian. BURM.

146. *Qua populos a ſtirpe metas*] ſic ſex libri, cum primo tertioque Vaticanis. adeantur quae notamus IV. Conſ. Honor. 466. vulgo, *metis.* alii, *meos.* mox, *Macetum* pro *Macedum* iidem libri. vere. paulo poſt, *gentes repulſas*, non *ſepultas* prim. & tert. Vatic. HEINS. vid. ad Lib. I. 211. *ſervire* Oxon. Leid.

152. *Accito turbine*] Forte *excito.* ut infra 406. *excitis iter irremeabile ſignis Adripit.* bello Getico 641. *aliasque excita per Alpes Cimbrica tempeſtas.* HEINS.

153. *Gothunnis*] Vetus liber, *Crotundis.* Vicetin. *Grutunnis.* ſed ego *Grutungis.* hi enim Galliae populi ſunt, quibus a Valentiani Imp. ducibus ſuperatis, agri in Aſia aſſignati fuerunt. de his noſter alibi cecinit: *Legis pridem Romana Grutungi.* (ſic enim ibi in veteri libro legitur) *Jura quibus victis dedimus, quibus arva domuque Praebuimus* &c. DELR.

Ve-

Phryx ager: hos parvae poterunt inpellere cauſſae
In ſcelus: ad mores facilis natura reverti.
Sic eat: in noſtro quando jam milite robur
Torpuit, & molli didicit parere magiſtro;
Vindicet Arctous violatas advena leges:
Barbara Romano ſuccurrant arma pudori.
Sic fatus, clipeo, quantum vix ipſe Deorum
Arbiter, infeſto cum percutit aegida nimbo,
Intonuit. reſponſat Athos, Haemusque remugit:
Ingeminat raucum Rhodope concuſſa fragorem.
Cornua cana gelu mirantibus extulit undis
Hebrus, & exſanguem glacie timor adligat Hiſtrum.

Tunc

Veteres quidam codices nobis obtruſere neſcio quos *Grutungos*, quos in Gallia ſtatuit vir alias acutus. ſunt igitur natio Arctoa, ſic dicta, ut Celtiberi apud Martialem, *Celtae miſcentes nomen Iberis.* Qui poëta fuit Celtiber, unde ait, *nos Celtis genitos & ex Iberis.* Legiones autem Romanorum e diverſis gentibus confiatae, ut Notitia Imperii, & veteres Inſcriptiones docent ubique. Igitur *Gothunni* in hoc Poëta legendum eſt, id vero omnes excuſi libri ſuadent. CLAVER. dictum IV. Conſ. Hon. 623. HEINS. *Grothongis* Voſſ. *Ghutondis* Lovan. *Grutunnis* Jun. *Grotunis* Oxon. *Grudondis* vel *Grutongis* Leid. *Grutundis* Oxon. alt. *Gratodis* Wolff. *Grutbungis* Leid. vulgo *Gothunnis*, quos ex *Gothis* & *Hunnis* mixtam fuiſſe gentem cenſet Barthius. pro *Oſtrogothis* Jun. habebat *Otryſiis*.

154. *Phryx ager*] *Phryx Geticus parvus* Lovan. a m. pr.

156. *Sic erit*] Vetus liber, ſcripti & impreſſi, *erat*. deinde Baſileen. *erat*. poſtremo Lugdun. *erit*. DELR. *eat* ſcripti codices, quos ſecuti ſumus. vidit & veram lectionem Barthius. vulgo, *eras*. Lucan. II. 304.

Sic eat. immites Romana piacula Divi
Plena ferant.

& Lib. V. 217.

Sic eat, ô Superi! quando pietasque pudorque
Deſtituunt.

Noſter bello Getic. 550.

Sic eat, hortatusque ſuos belloque viaeque
Inſtruit.

ita vetus liber. vulgo, *Sic ait*. Livius Lib. I, XXVI. *Sic eat, quaecumque Romana tugebit hoſtem.* HEINS. vide ad Epith. Pallad. 137. *ſic eat. in noſtra quando jam* Oxon. *quando* pro quoniam capiebat Heinſius, quod integrum erat in alio Oxon. & Lovan. ut Heinſius & Barthius legunt, *eat* erat in Vicetin. Parm. & Ald.

160. *Quantum vix*] *quantum vis* Jun.

161. *Percutit aethera nimbo*] Lucenſ. Gyrald. & prim. Vatic. cum Oiſeliano, ac Vaticanae Bibliothecae tertio codice, *aegida*. eleganter. de Jovis aegide plena Graecorum poëtarum ſcripta. tres libri, *aëra*, & *perculit* prior Moretl. HEINS. pro *nimbo* eſt in Leid. *mundo*. ſed quid ſignificat *aegida nimbo percutere?* hoc ego non capio, niſi velis abſoluto caſu, *infeſto nimbo*, explicare tempeſtate infeſta, id eſt, cum eſt tempeſtas. meliori omine *aegida* pro *aethere* repoſuit Heinſius apud Valer. Flacc. III. 54. *nimbus* autem eſt procella, tonitru, fulmina, &c. nam ea ſaepe nimbo comprehenduntur. ut II. de Rapt. 230. *nimbis Hymenem bimulcis Intonat.* ſed nec *percutere aethera* ſatis placet. vitium in *nimbo* latere ſuſpicor, quare non illibenter *aegida* reciperem; nam ut *percutere* noſter, ita *concutere* dixit Virgil. VIII. 352.

——— *Arcades ipſum*
Credunt ſe vidiſſe Jovem, quum ſaepe nigrantem
Aegida concuteret dextra, nimbosque cieret.

ubi *nigrantem* vocare notat Servius, quia tempeſtatem conmovet, & Graecos poëtas procellas vocare καταιβάδας, & *nimbos* pro fulminibus poni. BURM.

163. *Raucum Rhodope*] *Rhodope, raucum* Iſingr. Gryph. Colon. Raphel. *mutum Rhodope* Oxon. *percuſſa* Jun. *Rhodope magnum concuſſa* Vicetin.

164. *Mirantibus extulit undis*] Ita ſcripti plerique, non *exſtitit*. ſic *elatis cornibus omnes* apud Val. Flacc. Lib. I. 106. noſter VI. Conſ. Honor. *Ille caput placidis ſublime fluentis Extulit.* Ovid. V. Met. 487.

Tum caput Eleis Aipbelas extulit undis.

Silius Lib. V.

Ut cum turbatis placidum caput extulit undis
Neptunus.

Valer. Flacc. Lib. I. 647. *trifida Neptunus in haſta Caeruleum fundo caput extulit.* HEINS. *mirantibus aequoris undis* Ovid. II. Amor. XI. 1. vide ad Val. Flacc. I. 382.

Tunc adamante gravem nodisque rigentibus haſtam;
Telum ingens, nullique Deo jaculabile, torſit.
Fit late ruptis via nubibus. illa per auras
Tot freta, tot montes, uno contenta volatu
Tranſilit, & Phrygiae mediis adfigitur arvis.
Senſit humus: gemuit Nyſaeo palmite felix
Hermus, & aurata Pactolus inhorruit urna:
Totaque ſubmiſſis fleverunt Dindyma ſilvis.
Nec Dea praemiſſae ſtridorem ſegnius haſtae
Conſequitur, centumque vias meditata nocendi,
Tandem Targibilum (Geticae dux inprobus alae
Hic erat) adgreditur. viſo tum forte redibat
Eutropio vacuus donis, feritasque dolore
Creverat, &, teneris etiam quae crimina ſuadet
Ingeniis, Scythicum pectus flammabat egeſtas.
Huic ſeſe vultu ſimulatae conjugis offert

Men-

167. *Nullique deo*] *nullique adeo* Junian. & Oxon. a m. s.

Jaculabile] Auſonius: *Nec praeter dominum vibrabilis ornus Achillei.* huc etiam reſpicit locus Ovidii VI. Faſt. 205.

Proſpicit a tergo ſummum brevis area circum,
Eſt ubi non parvae parva columna notae.
Hinc ſolet haſta manu belli praenuntia mitti,
In Regem aut gentes cum placet arma capi.

CLAVER. *jactabile* Vicetin. quae eadem eſt in MSS. varietas apud Ovid. VII. Met. 680.

168. *Ruptis*] *raptis* Leid. a m. pr.

169. *Adfigitur oris*] *adfligitur* quatuor ſcripti, & pro *oris*, *arvis* meliores omnes. HEINS. Delevit Heinſius quae produxerat loca ex Ovidio & Silio, quibus *adfligitur* pro *adfigitur* legendum firmare conabatur. & recte poenituit virum doctum. nam *adfligere haſtam arvis* inauditum; ſed haſta *infixa*, vel *affixa terrae* centies occurrit. homo, vel aliud quid, quod projicitur, *adfligitur* terrae, ſed tela, haſtae, &c. cuſpide ſua *adfiguntur*. vide ad Ovid. XII. Met. 139. & ad Sil. I. 674. BURM.

170. *Senſit humus*] *Sentit* Oxon.

171. *Inhorruit unda*] *urna* ſcripti complures. bene. dictum Conſ. Olybr. 213. HEINS. *urna* etiam Vicet. & Parm.

172. *Submiſſis*] Vetus liber *demiſſis*. DELR. *dimiſſis* Junian.

174. *Nec Dea*] *non dea* Voſſ. *Nondum. praemiſſae* Jun. cui ſequens verſus deerat.

176. *Targibilum*] Tanta eſt in hoc nomine omnium codicum variatio, ut quid ſtatuam, plane fateor me ignorare. DELR. Haec dictio varie ſcribitur ab Hiſtoricis Graecis, atque hinc emendari poſſe autumo. At Servius: *quoties poëta aſpera invenit nomina, vel in metro non ſtantia, aut mutat ea, aut de his aliquid mutilat. Trigibildum* habet Zoſimus, contra quem vafer Gainas miſſus, ſcripſit ad Arcadium, ſe nihil in Phrygia promovere propter bellicam virtutem atque induſtriam Targibili. CLAVER. Libri meliores *Trabigilum*. alii *Tarbigilum*, quos inter primus Vaticanus. Schedae Gudianae *Tortidium*. quidam *Tarbigalum*, atque ita porro. Lego, *Trigibilum*. Τριβιγιλδω enim Zoſimo, Socrati, aliisque. pro *Geticae dux improbus alae*, Vir Cl. Albertus Rubenius *alae*, non dubitandum. manifeſte aemulatus eſt illa Statiana Theb. X. 461.

Ecce & Dircaeae juxta dux inprobus alae
Venerat Amphion.

Silvar. IV. ad Maximum Junium.

Signa frenatae moderatur alae.

alae igitur in auxiliaribus copiis numeratae. Livius Lib. XLIX. *Alarii igitur equites, ubi tam memorandum facinus Romanorum equitum viderunt, & ipſi virtute eorum accenſi ſunt.* HEINS. *Trabigilum* Vicet. & Parm. *Tbargibilum* Ald. *Tbarbigalum* Jun. alter *Tarbigilum* Junt. *Targibilum* Iſingr. & aliae.

179. *Crimina ſuadet*] *ſuadent* Vicetin. Parm. Junt. Ald. Iſingr. Gryph. Colin. & cod. Lovan. *ſudet* Junian.

181. *Simulatae conjugis offert*] *ſimulato* quatuor libri. *mentitae* primus Vaticanus pro diverſa lectione. mox *incedens* pro *incedit* Gyrald. Lucenſ. & Lovan. alii *incendia*, corrupte. HEINS. *ſimulante* Vicetin. *incendit* Oxon. *incendia* m. prim. *incendit* m. ſ.

Wolf.

Digitized by Google

Mentitoque ferox incedit barbara greſſu,
Carbaſeos induta ſinus: poſt terga reductas
Uberibus propior mordebat fibula veſtes:
Inque orbem tereti mitra redeunte capillum
Strinxerat, & virides flaveſcere juſſerat angues.
Advolat, ac niveis reducem complectitur ulnis,
Infunditque animo furiale per oſcula virus.
Principe quam largo veniat, quas inde reportet
Divitias, aſtu rabiem motura, requirit.
Ille, iter ingratum, vanos deflere labores:
Quos ſuper eunuchi faſtus, quae probra tuliſſet.
Continuo ſecat ungue genas, & tempore pandit
Adrepto gemitus: I nunc, devotus aratris
Scinde ſolum, poſitoque tuos mucrone ſodales
Ad raſtros fudare doce: bene rura Gruthungus
Excolet, & certo diſponet ſidere vites.
Felices aliae, quas debellata maritis
Oppida, quas magnis quaeſitae viribus ornant
Exuviae: quibus Argivae pulchraeque miniſtrant
Theſſalides, famulas & quae meruere Lacaenas!

Me

Wolf. *barbara motu* Junian. quod verum puto, & alterum a Gloſſatore. Horat. IV. Od. 13. *decens quo motus?* pro inceſſu. *ruſticus motus* Ovid. III. Art. 305. & II. Amor. IV. 23. *Molliter incedit, motu capis.* & ita paſſim. vid. infr. 362. BURM.

183. *Induta*] *induſta* omnes fere codices, & Parm. vide ad Lib. I. 302. *reduſtos* etiam Jun. & Leid. a m. 2. & Lovan. *verberibus* Jun. ed. Vicetin.

185. *Redeunte capillum*] Gyraldinus *redimente*. bene. ſic *Copa* in Cataleſtis *Graja redimita mitella*. Ovid. Faſt. III. 669. cum ſcriptis:

Illa levi mitra canas redimita capillos.

HEINS. Sed *in orbem redire* mihi magis placet dici mitram. & *redimere* fit a *redimere*, non autem a *redimere*. ſic in alia re *redire in gyrum* Ovid. VII. Met. 784. *myſtra rediante* Vicetin. an *rediante*? quod verbum noſter amat. ita *toga redians* VI. Conſ. Honor. 371. *redimitae capuli* II. in Stilich. 91. & alibi. ſaepe etiam Ovidius, & alii. BURM.

186. *Strinxerat*] ſex codices, *ſtruxerat*. quomodo apud Prudent. Pſychom.

Turritum tortis capus accumularat in altum
Crinibus, exſtructas augeret ut additus cirrus
Congeries, celſumque apicem frons ardua ferret.

pari modo D. Hieronymus ad Demetriadem, *alienis capillis turritum verticem ſtruere*. hunc ritum alii jam obſervarunt. paulo poſt pro *Infunditque animo*, malim, *Diffunditque*. HEINS. ita *ſtruller comarum* Tertull. II. de Habit. Femin. 7. vid. Juvenal. Sat. VI. 503. ſed *ſtrinxerat* edd. Vicet. Parm. Ald. vide ad Sil. Ital. IV. 746. de confuſione horum verborum, mihi tamen rectius videtur *ſtrinxerat*. nam mitra cohibebat crines, non ſtruebat. ſic Ovid. IV. Faſt. 517. *ſimulavat crinem mitraque capillos preſſerat*. *cohibere* eſt in loco Prudentii a Barthio laudato. BURM.

188. *Infunditque*] *Infuditque* Jun. Oxon. non mutandum hoc verbum. prius enim *infundere* debet virus per oſcula, quod deinde per totum corpus diffunditur. vid. Ovid. IX. Met. 162. BURM.

189. *quam largo*] *quod* Oxon. *veniet* Junian. *principe* pro a principe. ut in praefat. III. in Stilic. II. *caſtris ire*, pro a vel *ex caſtris*. BURM.

190. *Rabiem*] *rabie* Leid.

191. *Iter*] *iterum* Jun.

192. *Quae probra*] *quem Remo* MS. Pulm. marg. Iſingr.

193 *Tempore pandit*] Thuan. *prodit*. nihilo deterius. HEINS. vide ad Ovid. I. Met. 656. *arrepto tempore* illuſtravimus ad eumdem Lib. I. Art. 400. BURM.

196. *Gruthungus*] Hoc loco diſerte MS. meus *Grutungus* continet. DELR.

198. *Felices aliae*] *animae* Wolff.

200. *Pulchraeque*] *pulchraeve* Oxon.

201. *Et quae meruere Lacaenas*] *ſibi-que* duo veteres.

Me nimium timido, nimium junxere remiſſo
Fata viro, totum qui degener exſuit Hiſtrum;
Qui refugit patriae ritus, quem detinet aequi
Gloria, conceſſoque cupit vixiſſe colonus,
Quam dominus rapto. quid pulchra vocabula pigris
Praetentas vitiis? probitatis inertia nomen,
Juſtitiae formido ſubit. tolerabis iniquam
Pauperiem, quum tela geras? & flebis inultus,
Quum pateant tantae nullis cuſtodibus urbes?
Quippe metus poenae. pridem mos ille vigebat,
Ut meritos colerent, inpacatisque rebelles
Urguerent odiis. at nunc, qui foedera rumpit,
Ditatur; qui ſervat, eget. vaſtator Achivae
Gentis, & Epirum nuper populatus inultam
Praeſidet Illyrico: jam, quos obſedit, amicus

In-

teres. mox forte a manu Claudiani, *Quem refugit patriae ritus.* HEINS. *Lacenas* Lovan.

202. *Remiſſo*] Cave admittas Barthianum, *marito.* HEINS. *ninium tumido* Leid.

204. *Quem detinet*] Olim Heinſius volebat, *quem deſtinet. nunc refugis* Oxon. & mox, *cupis.* eſt hic iterum ellipſis τῶ *magis* vel *potius.* vid. ad Bell. Gild. 188. & hic Barth. color ductus ex illis Lucani Lib. I. 346. *An melius fient piratae, Magne, coloni?* BURM.

207. *Pertentas*] Lege, *Praetentas.* DELR. male vulgo *Pertentas.* Gyrald. & tres alii, *Praetendis.* HEINS. *Conceptas vitiis* & *praetendas* Oxon. pro var. lect. *praetendere* hoc ſenſu obvium. vid. I. laud. Stilich. 272. II. 35. ubi vide Heinſium. poſſet & ita capi *praetentare* apud Val. Flacc. VI. 75.

Inpia Germani praetentans vulnera Perſes.

pertentas Colin. deinde *pietatis* pro *probitatis* Oxon. & Leid. pro var. lect. BURM.

210. *Quum pateant tantae nullis cuſtodibus urbes*] *arces* Patav. & Put. Regius, *aedes.* HEINS. *Quum pateant tibi te* Leid a m. pr. latet forte nomen gentis: *Quam pateant Phrygiae n. c. urbes.* antea adſixus arvis Phrygiae fuerat vs. 169. nunc majorem praedam ex urbibus oſtentat viro. iterum color ductus ex Lucano Lib. V. 411. nullus vero locus *arcibus.* vid. infr. vs. 274. BURM.

211. *Metus*] *Quippe metu poenae* malit Barthius, quam *metus.* HEINS. ſed reſipuit.

212. *Inpacatisque*] Heinſius olim malult *implacandisque. ut mites colerent* Oxon. a m. s. *vigerent odiis* Vicetin.

213. *Rumpit*] *rupit* Jun. & Vicetin.

214. *Ditatur*] Foediſragi ac perduelles illis temporibus ditabantur, iisque praeſto erat venia. Lucan. Lib. V. 260. *Quidquid multis peccatur, inultum eſt.* CLAVER.

215. *Epirum nuper populatus inultam*] *adultam* Rottendorphianus & tres alii. *opimam* tert. Vatic. & pro diverſa lectione Puteaneus. *inultus* paulo ante praeceſſerat. ſic *opimam & fertilem Aſiam* dixit Cicero. Sicilia apud Lucretium Lib. I. *Rebus opima bonis.* Maro Aeneid. I. 621. *genitor tum Belus opimam Vaſtabat Cyprum.* Horat. I. Od. VII. 11. *Lariſſae campus opimae.* & Od. XXXI. *opimae Sardiniae ſegetes feraces. Epiſtolici* certe *tauri* omnium maximi. Emenda Senecam Phoeniſſis, quas *Thyeſten* perperam inſcripſere, v. 54.

Opulenta ferro regna germani petam.
Pars magna opimo patris e regno mea eſt,
Pater ipſe.

qui verſus homines eruditos valde exercuit, cum hactenus legatur:

Pars magna patris opimo e regno mea eſt.

HEINS. An non poſſet conjici legendum ex veſtigiis quatuor codicum, qui *adultam* habent, *nuper populatus adulter:* nam & mox addit, *quorum conjugibus potitur.* videant acutiores, an non & hoc caſtae uxori conveniat convicium. BURM.

216. *Praeſidet, Illyricas*] Hic deſignatur Alarichus Gothorum dux, vir olim Theodoſio in bellis utiliſſimus, ſed adeo cautae & crudelis avaritiae, ut modo harum eſſet, modo illarum partium. nam Illyricum, quaſi inter Arcadii & Honorii limites ſitum ac litigioſum, primo hujus, dein illius nomine occupavit, accepta utrimque pecunia. Hunc ſane Eutropius ac Stilicho invicem ſibi invidere, ut ex Zoſimo colligitur. CLAVER. *Praeſidet Illyrico*

vera

Ingreditur muros, illis reſponſa daturus,
Quorum conjugibus potitur, natosque peremit.
Sic hoſtes punire ſolent: haec praemia ſolvunt
Excidiis. cunctaris adhuc? numerumque tuorum
Reſpicis, exiguamque manum? tu rumpe quietem:
Bella dabunt ſocios. nec te tam prona monerem,
Si contra paterere viros. nunc alter in armis
Sexus, & eunuchis ſe defenſoribus orbis
Credidit: hos Aquilae Romanaque ſigna ſequuntur.
Incipe barbaricae tandem te reddere vitae.
Te quoque jam timeant, admirenturque nocentem,
Quem ſprevere pium. ſpoliis praedaque repletus,
Quum libeat, Romanus eris. ſic fata, repente
In diram ſe vertit avem, roſtroque recurvo
Turpis, & infernis tenebris obſcurior alas
Auſpicium veteri ſedit ferale ſepulchro.
Ille, pavor poſtquam reſoluto corde quievit,
Et rigidae ſedere comae, non diſtulit atrox
Juſſa Deae: ſociis, quae viderit, ordine pandit,
Invitatque ſequi. conjurat barbara pubes
Nacta ducem, Latiisque palam deſcivit ab armis.
Pars Phrygiae, Scythicis quaecumque Trionibus alget

Pro-

ra lectio, quam Lucens. Regius, Oxon. prim. Vatic. & tres alii agnoſcunt. *Illyricum* enim abſolute dicitur. ſic bell. Get. 535.

At nunc Illyrici poſtquam mihi tradita jura.

Lib. I. de laud. Stilich. 171. *Illyricum peteres.* Claverius, Raphelengius, & quinque ſcripti, *Praefidet Illyricis*, ſed tum *Illyriis* legendum. Propert. II. Eleg. XIII. 10.

Dic alias iterum navigat Illyrias.

caeteri, *Praefidet Illyricos.* vulgo, *Poſſidet Illyricos.* HEINS. *Poſſidet Illyricos jam quos abſedit amiſſus* Iſingr. & in margine, *amicos.* ſed veram ſcripturam reſtituit Heinſius. ita Gronovius Livio XXVI. 25. reſtituit *vaſtatis proximis Illyrici.* vid. ad Ovid. v. Triſt. XIII. I. ita infra III. de Laud. Stilich. 82. *Libycum.* BURM.

220. *Excidiis*] *Exitiis* Leid. m. s.

221. *Reſpicis*] Mazar. *Deſpicis.* HEINS.

Exiguamque manum] *exiguumque manu* Jun.

222. *Te tam*] *te jam* Lovan. & Oxon. *moverem* alter Oxon. *moverent* Jun.

223. *Si contra paterere viros*] Id eſt, ex adverſo. Virg. X. 16. *Venus aurea contra.* Claudiani mens; non te ita monerem, ſi tibi conſligendum eſſet cum viris. *pati* hoc loco eſt experiri. ſic infra *tela pati* eſt exercere. Lib. I. *Eutropium paſſure Cato.* CLAVER. vel *raperere* primu Vaticanus. HEINS. *parere* Oxon. Leid. *properare* Jun. *moveare* Ambroſ. *ſic alter* Wolf.

226. *Reddere*] Vetus liber, *credere.* ſic infra, *ſe credidit undis.* DELR. vide III. Conſ. Honor. 109. & Praef. hujus libri v. 5.

228. *Praedaque repletus*] prim. Vatic. *repleri Cum libeat.* Rottend. *repertus.* puto, *refertus.* HEINS.

230. *Avem*] ſic Megaera apud Virgil. XII. 862.

Alitis in parvae ſubito convers figuram,
Quae quondam in buſtis aut culminibus deſertis
Nocte ſedens ferum canit importuna per umbras. CLAV.

231. *Infernas*] Vetus liber, *infernis.* DELR. Ita & Barthius, cujus codex etiam *obſcoenior.* ſed *obſcurior* eſt nigrior. vid. ad Ovid. III. Am. IX. 20. BURM.

235. *Quae viderit*] *quod viderit* Jun.

236. *Invitatque ſequi*] prim. Vatic. & Lucenſ. *Irritatque.* HEINS. vide ad Ovid. II. Am. IV. v. 9. & infr. vs. 329.

238. *Phrygiae*] Haec ſane elegantiſſima deſcrip-

Proxima, Bithynos; Solem quae condit, Jönas;
Quae levat, adtingit Galatas. utrimque propinqui
Finibus obliquis Lydi Piſidaeque feroces
Continuant auſtrale latus: gens una fuere,
Tot quondam populi, priſcum cognomen & unum;
Adpellata Phryges, ſed quid non longa valebit
Permutare dies? dicti poſt Maeona regem
Maeones. Aegeos inſedit Graecia portus.
Thyni Thraces erant, quae nunc Bithynia fertur.
Nuper ab Oceano Gallorum exercitus ingens
Illis, ante vagus, tandem regionibus haeſit,

250. Gae-

tio non immerito a viris magnis laudata eſt. vide & Mart. Capellam. vide etiam totum initium Lib. III. Q. Curtii, unde haec deſcriptio. CLAVER. *Pars Phrygiae* ſcripti omnes. fruſtra Raphelengius *Phrygiam* ex viri maximi conjectura. poſt *τὰ proxima* diſtinguendum, quod illum fefellit. nec opus *Bithyno* aut *Bithynis*. paulo poſt pro *Quae laeva* Delrius & Gronovius *levat* jam legendum monuerunt. nec aliter potiores ſcripti. vidit ex parte veram unoque ſcripturam Barthius. Laude Serenae v. 51.

——— *primo levat aequore ſolem*
India: tu feſſos exacta luce jugales
Proluis. quomodo legendum, non *lavat*. locus corruptus magno Caſaubono perſuaſit Comment. in Perſium, ut *proluere* plus eſſe crederet, quam lavare, atqui *proluere* leviter lavare. Ovid. Faſt. IV. 374. *& niveos Luna levaris equos*, ubi perperam Paſſeratius *lavaris* reponebat. HEINS. *Phrygiam* Wolf.

239. *Bithynos*] *Bachinos* Jun. *Biſſonios* Moreti. *Bithynios* Wolf.

240. *Quae levat*] vetus liber cum Vicet. *levat*. dixerat enim *condit*. DELR.

Propinqui] *propinquis Finibus obliqui* Jun. Oxon. *attingit Galatam* Junian. *Lydii* Oxon. & Wolf. *utrique* Vicet. Parm.

241. *Piſidaeque feroces*] Livius Lib. XXXIX. ferociae cauſſas reddit. DELR. *Piſcidaeque* Vicetin.

243. *Tot quondam populi*] *Tot populi quondam* Voſſ.

247. *Thyni Thraces erant*] *arant* prim. Vatic. & quinque alii. optime. Virgil. III. Aeneid. 13.

Terra procul vaſtis colitur Mavortia campis
(Thraces arant) acri quondam regnata Lycurgo.

Rufus Feſtus Avienus Deſcriptione Orbis,

——— *nunc ipſi maxima Thraces*
Vomere ſollicitant curvo loca.

Statius Theb. V. 53.

Thraces arant contra, Thracum fatalia nobis
Litora.

Priſcianus Periegeſi v. 321.

Thraces arant poſt hos, latiſſima rura tenentes.

Lucan. IV. 334.

Qua nudi Garamantes arant.

Silius Lib. IV. 546.

Huic cadit infelix niveis Varenus in armis,
Mevanas Varenus, arat cui divitis uber
Campi Fulginea.

ſic ex optimo libro legendum. *Mevanas*, ut *Arpinas*, *Privernas*, *Fidenas*, *Capenas*, ſimilia. *Altinates geneſtas* habes apud Gratium v. 130. *Fulginas municipium*, & *Fulginas praefectura* Ciceroni in Oratione pro L. Vareno apud Priſcianum. HEINS. Non probat mutationem *τὸ erant* in *arant* Reines. Epiſt. XXXIII. ad Daumium, quia confert Poëta Bithyniam, quae nunc fertur, cum veteribus Bithyniae incolis, Thynis Thracibus, a quibus regioni appellatio. & certe ſi *arabant* poſſet legi, aliquo modo Heinſio accederem. nunc cum Reineſio facio. *nunc* enim poſtulat quidquam aliud quod olim fuit. credo librarios, qui *arant* ſuppoſuerunt, offendiſſe inſolentiorem locutionem *Thyni quae nunc Bithynia*, quaſi debuiſſet, *qui nunc Bithyni*, dicere. ſed gentium nomina pro regione & contra poni ſaepiſſime vidimus ad Ovid. III. Amor. IV. 20. & IV. Met. 668. & ad Vell. Paterc. II. 40. & ſupr. I. in Eutrop. 203. ubi ſatis magna copia exemplorum, quae hic iterum non tranſcribo. apud Juſtin. Lib. XVII. 3. *Pyrrhus in his locis conſedit, qui Pyrrhidae primum, poſtea Epirotae dicti.* ubi Hearnius deſiderari aliquid arbitratur, *in his locis conſedit, quorum incolae Pyrrhidae.* ſed perperam. inſolentior eſt locutio Velleji Lib. I. cap. 115. *Caeſar ad alteram belli Dalmatici molem animum atque arma contulit. In qua regione* &c. ubi regio ad *Dalmaticum bellum*, pro bellum in Dalmatia, refertur. BURM.

250.

Digitized by Google

Gaeſaque depoſuit, Grajo jam mitis amictu;
Pro Rheno poturus Halyn. dat cuncta vetuſtas
Principium Phrygibus: nec rex Aegyptius ultra
Reſtitit, humani poſtquam puer uberis expers
In Phrygiam primum laxavit murmura vocem.
Hic cecidit Libycis jactata paludibus olim
Tibia, foedatam quum reddidit umbra Minervam.
Hic & Apollinea victus teſtudine paſtor
Suſpenſa memores inluſtrat pelle Celaenas.
Quatuor hinc magnis procedunt fontibus amnes

Au-

250. *Grajo jam*] *jam Grajo* Voſſ. Lovan. MS. Pulm. edd. Ald. Colin. Raphel. & aliae. *tam Grajo* Vicet.

252. *Rex Aegyptius*] Pſammetichus. Herodot. Εὐτερπ. DELR. vide apud Herodotum nobilem contentionem Pſammetichi Regis Aegypti cum Phryge, utra lingua aut natio eſſet prior aut antiquior, quod ἰσοματοσοίαν caprina potius, quam veritas idiomatis videtur definiiſſe. CLAVER.

253. *Uberis expers*] *Iſidis* Lucenſis. latet aliquid. HEINS.

254. *Laxavit vocem*] Paulinus Epiſt. ad Amandum: *Solvat linguam meam in verbum bonum, qui & aſinae os in ſermonem laxavit humanum.* CLAVER.

255. *Hic cecidit* &c.] Innuit a Minerva tibiam in Phrygiam abjectam fuiſſe. de hac fabula Clemens Alexandrinus Paedag. Lib. II. Πρωτεῖον δὲ μάλιστα τὴν ἐγκρατείαν ἡ κατὰ τὴν Ἀθηνᾶν φυγὴ ἡ μύθος, ἣ τὴν αὐλὸν ἀπορρίψασαν διὰ τὸ ἀνιαρὸν τῆς ὄψεως. Propert. Lib. II. XXIII. 84.

Hic locus eſt in quo tibia docta ſonet.
Quae, non jure, vocis Maeandri jacta natarit,
Turpia cum faceret Palladis ora tumor.

verba ſcripſi, ut hi loci ſibi invicem aliquid lucis praeſtent. DELR. Haec fabula exſtat etiam apud Ovidium III. Art. Am. 505.

I procul hinc dixit, non eſt mea tibia, tanti,
Ut vidit vultus Pallas in amne ſuos.

Idem in Faſtis Lib. VI. 701.

Ars mihi non tanti eſt, valeas, mea tibia, dixit,
Excipit abjectam ceſpite terra ſuo.

deinde ait inventam a Satyro in ripa fluminis, qua Phoebum provocaverit. vide poenam Marſyae in Metam. hic vero *jactata* celebratam tibiam, apud Propertium *jacta*, abjectam ſignificat. ſed *Licii*, non *Libycis*, erat in veteri codice, quod nimis placet. vide Metam. probabis ſat ſcio. CLAVER. *Lyciis* Claverius ex veteri libro. ſed puto Cujacii conjecturam eſſe, noſtri enim omnes in contraria eunt. nulla opus mutatione, ſi de Tritoniaca palude intelligatur. Silius Lib. IX. 297.

Et Pallas Libycis Tritonidas edita lymphis.

Lucan. IX. 330.

——— *ſtagnique quietâ*
Vultus vidit aquâ, poſuitque in margine plantas,
Et ſe dilectâ Tritonida dixit ab undâ.

pro *cecidit* Livinejus *cecinit*. & ſic Iſingrin. & Florent. S. Marci, quod omnem difficultatem tollit. pro *umbra*, *unda* prior Moreti, & *redderet*. HEINS. *unda* ſine dubio eſt vera lectio. nam Ovidius III. Art. 505.

I procul hinc dixit, non eſt mihi tibia tanti,
Ut vidit vultus Pallas in amne ſuos.

vide & VI. Faſt. 699. niſi *umbra* ſit ipſa imago, quam videbat Pallas in aqua. *unda* etiam praeſert Markl. ad Stat. v. Silv. III. 88. ubi tamen probare non poſſum Heinſii correctionem, *Nec foeda gaudentem Pallada buxo*, quam etiam profert vir doctus. ſed ſi *foeda* placet, reſcriberem, *nec foeda gaviſam Pallada bucca, buccas inflare* ex Horatio, Petronio, & aliis notum. nam *foedam buxum* dicere, quae facit deformem, non placet. *fiſſa buxus* an recte perforata vel terebrata dicatur, dubito. Heinſius etiam adſcripſerat *foeda* vel *bifora*. BURM.

258. *Pelle*] *more* Leid. m. prim.

259. *Quatuor hic*] Imo *hinc* cum Lucenſi & duobus aliis. HEINS.

Magnis procedunt fontibus] Haec adverſari videntur iis, quae diximus ad Lib. I. vs. 353. ſed praeterquam quod oſtendimus ſaepe poëtas luxuriare, & de fluviis diverſa tradere, puto poſſe conſtrui hoc modo verba: *hic*, ſive *hinc*, procedunt quatuor amnes magnis fontibus, id eſt copioſa aquarum multitudine. ad fontes enim & hi fluvii, ut alii, exigui & vix navigabiles. nam de Sangario Strabo Lib. XII. pag. 543. dicit longe fluere, antequam, Gallo accedente, auctus & navigabilis fiat, & olim etiam ἄπλωτον fuiſſe. Livius XXXVIII. 18. *non tam magnitudine memorabilem, quam quod vim*

Auriferi: nec miror aquas radiare metallo,
Quae toties lavere Midan. diverſus ad Auſtrum
Curſus & Arctuom fluviis mare, Dindyma fundunt
Sangarium, vitrei puro qui gurgite Galli
Auctus Amazonii defertur ad oſtia Ponti.
Icarium pelagus Mycalaeaque litora juncti
Marſya Maeanderque petunt: ſed Marſya velox,
Dum ſuus eſt, flexuque carens: jam flumine mixtus
Mollitur, Maeandre, tuo; contraria paſſus
Quam Rhodano ſtimulatus Arar: quos inter aprica
Planities Cererique favet, denſisque ligatur
Vitibus, & glaucos fructus adtollit olivae,
Dives equis, felix pecori, pretioſaque picto
Marmore, purpureis cedit cui Synnada venis.

Ta-

piſcium ingentem praebet, ait. Maeander & Marſyas, ut quidam, duobus vicinis fontibus, ut alii uno fonte, qui mox ſub terra labitur, deinde erumpens in duo flumina diſcedit. alii ex palude oriri ajunt. vid. Strab. XIII. p. 577. & ibi Caſaub. BURM.

260. *Auriferi*] Heinſius olim legebat, *Aurifero nec miror aquas radiare metallo.*

262. *Curſus*] *Currus* Ald. Parm. Colin.

Dindyma fundunt Sangarium] *Dindyma fundunt. Sangarius vitrei* &c. Iſingr. *qui puro* Junian. & mox *actus* pro *auctus*, ut Wolf. & Oxon. *fundum* Parm.

264. *Amazonii*] Intelligit ſine dubio Pontum Euxinum. Erravit ergo Livius, qui Lib. XXXVIII. 18. *in Propontidem ſe effundere* ait. niſi locus ſit corruptus. vide ibi interpretes. BURM.

267. *Dum ſuus eſt, flexuque carens*] *flexuſque carens* ſecundo caſu, primus & tertius Vaticani. venuſte. etiam Oiſelianus. ſic *egere* nunc ſecundum. nunc quartum caſum regit. HEINS. vid. Lucan. VI. 311. *fluxuque* Oxon. *dum ſuus eſt* eleganter dictum. ſic Avienus Deſcr. Orb. v. 29. de Tanai, *ſciſſus Araxeo prius aequore jam ſuus.* BURM.

268. *Mollitur*] *mollitus* Jun.

269. *Stimulatus*] *ſtimulator* Leid. m. pr. Lovan. & Wolf. *Arax* Leid.

270. *Cererique*] *Cedriſque* Jun. alter.

271. *Vitibus & glaucos fructus*] *glaucae* unus Ambroſ. concinnius. pro *fructus* prior Leidenſis, & quartus Vaticanus, *fluctus*. eleganter. nam *fructus adtollere* minus proprie dictum. Rufus Feſtus Avienus:

Ipſa deinc tellus, qua circumplectitur orbem,
Et proceratum fluctu vernat palmarum.

Epiſt. ad Serenam v. 40.

Fluctuet & glauca ſpinguis oliva coma.

Lib. II. de Rapt. 110.

Fluctuat hic denſo criſpata cacumine buxus.

Rutilius Itinerar. v. 284.

Pineaque ext remis fluctuat umbra fretis.

Seneca Hercule Furenti Act. III. 669.

Nec adulta leni fluctuat Zephyro ſeges.

ſic & *undare* de arboribus poëtae, quomodo apud Maronem II. Georg. 437.

Et juvat undantem buxo ſpectare Cytorum.

Epithalamio Palladii, v. 5.

——— *criſpatur opaca*
Pampinus, & mites undatim ventilat uvas.

undare etiam pro abundare. ut apud Valer. Flacc. Lib. I. v. 539. de Scythia *Undat equis, floretque viris.* *undare penates populis* noſtro Conſ. Olybr. & *unda vulgi.* HEINS.

172. *Dives equis, felix pecorum*] *equi* unus Ambros. *pecori* etiam ſcripti fere omnes. Oxon. Reg. prim. Medic. *pecoris*. Lego, *Dives equi, felix pecoris.* niſi mavis *equûm* pro *equorum*. ut in illo Virgiliano IX. 26.

Dives equûm, dives pictai veſtis & auri.

HEINS. *pecorum* Scaliger. & Iſing. *dives equis, felix pecori*, priſcae editiones.

273. *Purpureis cedit cui Synnada venis*] vetus liber, *Signada*. a Stephano edoctus repono *Sinnada*. cujus marmor Straboni, Ptolemaeo, & Plinio laudatur, propterea *maculoſaque Sinnas* dixit Prudentius. Sidonius Carm. v. 37.

Jungitur hic Sinnas, Numidum lapis additur iſtis
Antiquum mentitur ebur. quae ſic emenda,
Jungitur his Sinnas Numidum, (vel *Nomadum*) *lapis additur iſtis,*
Antiquum mentitus ebur. DELR.

Syn-

Digitized by Google

Talem tum Phrygiam Geticis populatibus uri
Permiſere Dei. ſecuras barbarus urbes
Inrupit, facilesque capi. ſpes nulla ſalutis,
Nulla fugae. putribus jam propugnacula ſaxis
Longo conruerant aevo, pacisque ſenecta.
Interea gelidae ſecretis rupibus Idae
Dum ſedet, & thiaſos ſpectat de more, Cybebe,
Curetumque alacres ad tympana ſuſcitat enſes;
Aurea, ſanctarum decus inmortale comarum,
Defluxit capiti turris, ſummoque volutus
Vertice crinalis violatur pulvere murus.
Obſtupuere truces omen Corybantes, & uno

Fixa

Synnada pro *Synnas*, ut *Perſida* pro *Perſis*, & ſimilia apud poſterioris aevi ſcriptores. ſed quis tam barbarum credat Claudianum? ſcripti quidam *cui cedit*. Lego, *cui cedant Synnada*. *Synnas* Latinis, Graecis τὰ Σύνναδα. Stephanus Σύνναδα πόλις Φρυγίας. nec aliter Strabo & Ptolemaeus. Cicero Catoni Epiſt. Famil. Lib. XV. *Biduum Laodiceae fui, deinde Apameae quatriduum, triduum Synnadis, totidem dies Philomeli*. Lib. III. Epiſt. 8. ad Appium: *Non arbitrabar te genere iſto legationum delectari, idque me arbitror Synnadis pro tribunali multis verbis aiſſuaſſe*. & mox; *Cum Apameae, cum Laodiceae, cum Synnadis, cum Philomeli, cum Iconii eſſem, quibus in oppidis omnibus commoratus ſum*. & poſtea: *iisdem diebus meus conventus erat Apameae, Synnadis, Philomeli; tuus Tarſi*. In Hiſtoria quoque Eccleſiaſtica Ruſini ſcribendum eſt, *apud Synnada*, non *Sydam*. in Euſebio eſt ἐν Συνάδοις. apud Prudent. Lib. II. in Symmach. perperam vulgo *maculoſaque Synnâ* pro *Synnas* legitur. *Phrygia Synnas* Martial. IX. Epigr. 77. & apud Plinium Lib. V. cap. 29. *a Synnada accipit nomen*. cum in ſcriptis ſit bene *Synnade*. mox, *Geticis populatibus* recte Raphelengius. ſcripti meliores confirmant. Heins. *De Synnade* egit accurate Triſtan. Tom. II. Comm. pag. 202. noſter vero Statii locum habuit ante oculos ex Lib. II. Sylv. II. 28.

——— *quot Eoae reſpergit vena Syenes,*
Synnade quot moeſta Phrygiae fodere ſecures,
Per Cybeles lugentis agros, ubi marmore pictо
Candida purpureo diſtinguitur area gyro.

vide Salmaſ. ad Capitol. Gordian. cap. 32. Ceterum in Oxon. & Leid. erat a manu ſecunda *Trobracha*. *Sinada* Ald. Colin. *quo cedit* alter Voſſ. *caedit quod Synnada* edit. Vicetin. quod, ſi *caedunt* legere, liceat praeferrem. non enim inferius eſſe marmore Synnadico vult noſter. *cui* enim indicare deberet certum genus nobiliſioris marmoris. Regius interpres *marmor cui Synnas cedit*. quod ego non intelligo. nam pretioſiſſimum erat Phrygium marmor, unde columnae. ut Ovid. V. Faſt. 529. ubi vide adnotata, & pavimenta, ut Statii locus, ubi *area* dicitur, docent. ſi *Synnada* diſpliceat, poſſet legi, *caedunt quod Synnade*, ſcilicet Phryges & qui in lapicidinis operas collocant. *quod* ſcriptum erat pro *quod. cedit quae Synnada veſtit* Wolf. Burm.

274. *Populatibus*] Ita vetus liber. alii, ac fere omnes excuſi, *populantibus*, nullo ſenſu. ergo *Geticis populatibus* dixit, ut alibi, *Ardent Heſperii ſaevis populatibus agri*. Claver. *Getis* Iſingr. Pulm. ſed *Geticis* Ald. & aliae. *populantibus* etiam Lovan. Oxon. duo. Vicet. Parm. Ald. & editi olim. *Talem quum* Vicetin.

275. *Permiſere*] *Promiſere* marg. Iſingr.

276. *Inrupit*] *Irrumpit* aliae editiones. Heinſ. ad III. Conſ. Honor. 89. citat *invadit*, quia eo loco hoc verbum inveniebat, memoriae vitio & hic occurrere credens. Burm.

278. *Conruerant*] D. Hieronymus: *Muri, neglecti pacis incuria, reſarciebantur*. apud Marcellinum Lib. XXIX. *Probus P. P. murorum Sirmii maximam partem pacis diuturnitate contentam, & ſubverſam ad usque cellarum turrium minas expediit*. ergo pax nociva aliquando reipublicae ac imperiis, quod non negavit Plato: quamvis ſapientes pacis cauſabellum gerant, auctore Salluſtio, ac laborem ſpe otii ſuſtentent. vide VI. Panegyr. Honorii. Claver. *Torquerant* Wolf.

279. *Partibus Idae*] *rupibus* Iſingr. Lucenſ. Gyrald. prim. & tert. Vatic. Leid. cum Oiſeliano, recte, ut Lib. III. de Rapt. 371. *quales nec rupibus Idae Miratur Simois*. Thuan. *foecundis rupibus*. Heins.

285. *Obſtupuere*] *Obſtrepuere* Leid. vide Lib. I. 317.

imo Fixa metu] *imo* ſcripti fere omnes. bell. Ge-

Fixa metu tacitas preſſerunt orgia buxos.
Indoluit genetrix; tum ſic conmota profatur.
Hoc mihi jam pridem Lacheſis grandaeva canebat
Augurium: Phrygiae caſus veniſſe ſupremos.
Delapſus teſtatur apex. heu, ſanguine qualis
Ibit Sangarius, quantasque cadavera lenti
Maeandri paſſura moras! inmobilis haeret
Terminus. haec dudum nato placuere Tonanti.
Par & finitimis luctus. fruſtraque Lyaei
Non defenſuros inplorat Lydia thyrſos.
Jamque vale, Phrygiae tellus; perituraque flammis
Moenia, conſpicuas quae nunc adtollitis arces;
Mox campi, nudumque ſolum. dilecta valete
Flumina; non veſtris ultra bacchabor in antris:
Nec juga ſulcabit noſter Berecyntia currus.
Dixit, & ad triſtes convertit tympana planctus.
Labentem patriam ſacris ululatibus Attis
Perſonat, & lacrimis torvi maduere leones.
Eutropius, quamvis nequeat metuenda taceri
Clades, & trepidus vulgaverit omnia rumor,

Igno-

tic. 40. *quas ante pares offecerat una Nube timor.* Stat. 1. Theb. 109. *Et populis mors una venit.* VI. Theb. 411. *jam caſco pulvere mixti Una in nube latent.* VIII. Theb. 267.

Sic ubi per fluctus una ratis obruta ſomno
Conticuit.

X. Theb. 560.

Una omnes eademque ſubit formido per omnes.

& ibid. 466.

——— *pariterque horrore ſub uno*
Vox, acies, ſanguisque perit.

Theb. XII. 168. *atque uno vultus pallore gelati.* HEINS. vide ad Valer. Flacc. VII. 230. & ad II. in Rufin. 208. eodem modo apud Silium V. 498.

Turbatos una properans conſumere peſte.

& ibi *ima* legebatur olim. & ita millies hae voces confuſae. BURM.

287. *Irata profatur*] vetus liber *commota*. DELR. ſic libri meliores. & mox *grandaeva* pro *longaeva*. ſic *fera vulneribus commota ruit* Lib. II. in Rufin. 396. & *commotae glomerantur apes* ibid. 461. Laude Serenae 136. *cumque ipſa timeret Commotum Flaccilla virum*, HEINS. *irata* eſt gloſſa *vel commota*, quod de gravi indignatione dicitur. vide ad Suet. Caeſ. XXIX. & Aug. LI. BURM.

290. *Delapſus*] *Dilapſus* Voſſiani duo. *apes* Wolf. *ſanguine quali* volebat Heinſ. *Ibat* etiam Leid. a m. 8. *cadavera banti* Junian. latet aliquid.

291. *Quantasque cadavera lenti Maeandri paſſura moras.*] Fuit cum reponi debere arbitrarer: *quantasque cadavere lentus Maeander paſſure moras.* HEINS.

294. *Paret finitimis luctus*] *Par* & Livineius, & tres ex noſtris libris, cum primo & quinto Vaticanis. optime. alii, *Paret finitimus*. ſine ſenſu. Statius v. Silv. II. III. *Par vigor & membris*. ſic libri veteres. Idem Theb. VI. 343. *geminis eadem omnia, vultus, Currus, equi, veſtes; par & concordia voti vincere.* HEINS. *paret finitimis* Vicet. Ald. Colin. Gryph. *paret finitimus* Junt. Iſingr. Raph. *pares finitimuis* Parm. ſed Barthius in prim. ed. jam correxerat; ſed in ſecunda dicit *parere* flebili & funeſto omine. an, *Par it finitimis*. vide ad Valer. Flacc. Lib. VIII. 12. BURM.

297. *Arces*] *urbes* Junian.

299. *Non veſtris*] nec Voſſ. edd. Vicet. Parm. Ald. Gryph. Colin. *non iſtis* marg. Iſingr. *non ultra veſtris* Oxon. deinde, *Non juga* Wolf. & Raphel. *noſtros B. curſus* Junian.

302. *Atys*] *Abis* Lovan. ſed legendum *Attis*.

304. *Taceri*] *tacere* Junian. *nequeat quamvis* Vicetin. Parm. Iſingr. Raph.

305. *Vulgaverit*] *vulgaverat* Jun. Oxon.

306.

Digitized by Google

Ignorare tamen fingit, regnique ruinas
Diſſimulat. parvam latronum errare catervam;
In ſontes tormenta magis, quam tela, parari;
Nec duce frangendas jactat, ſed judice, vires.
Vaſta velut Libyae venantum vocibus ales
Cum premitur, calidas curſu transmittit arenas;
Inque modum veli ſinuatis flamine pennis
Pulverulenta volat: ſi jam veſtigia retro
Clara ſonent, oblita fugae ſtat lumine clauſo
Ridendum revoluta caput, creditque latere
Quem non ipſa videt. Furtim tamen ardua mittit
Cum donis promiſſa novis, ſi forte rogatus
Deſinat. ille ſemel nota dulcedine praedae
Se famulo ſervire negat; nec grata timentum
Munera, militiam nullam, nec prima ſuperbus

Cin-

306. *Ruinas*] *minasque* Vicetin. *renique ruinas* Junian.

308. *Ad fontes*] *In fontes* rectè unus Ambroſianus cum Gudianis ſchedis. *parari* pro *paranda*. HEINS. *parvam ad fontes errare catervas latronum* Leid. Lov. Wolf. & alii, & ed. Vicet. Parm. *parvamque latronum* Raphel. variatio vero illa modorum, ut infinitivum *parari* ſequatur *frangendas vires*, inluſtrata nobis eſt ad Quinctil. I. de Inſt. Orat. I. vide & ad II. in Rufin. 311. deinde *ſed vindice vires* duo Pulm. & Leid. *ſe judice* Junian. BURM.

309. *Nec duce fr.°j. ſed judice* &c.] Elegans alluſio, alibi de Theodoſio IV. Conſ. Honor. 88.

Non boſtes vitiore cadunt, ſed judice fontes
Damnat voce reos. CLAVER.

310. *Vaſta*] *veſta* Oxon. a m. 2. *venatum vallibus* Wolf. *vallibus ales* Leid. marg. Iſingr. mox, *transmiſit* Junian. *praemittit* Oxon. *committit habenas* alter Oxon. *habenas* etiam Lovan.

312. *Inque modum vel*] De ſtrutiocamelo loquitur, quemadmodum Xenophon. ἀναβ. ἅ. πολὺ δὲ ἀκίστου ἀποφεύγουσα, τοῖς μὲν ποσὶ ὁρμᾷ, ταῖς δὲ πτέρυξιν ἅμα ἐπαίρει ἱστὸν χαμαίνη. DELR. Struthiocamelus, ſive marinus paſſer. Nemeſianus,

Libyes magnarum avium foecunda creatrix.

Plautus in Perſa: *volare curriculus iſte marinus paſſer per circum ſolei.* CLAVER.

Pennis] *pinnis* Oxon. & Leid. *volans* Vicet. Parm.

314. *Sonent*] *ſonare* Jun. Leid. Lovan.

Oblita fugae] *fugam* ſex°ſcripti. ſic IV. Conſ. Honor. 111.

Nec tamen oblitus civem cedentibus atrox°
Partibus infremuit.

Bell. Getico v. 169. *patrias gens haec oblita Triones.* HEINS. *fugae eſt* Voſſ. Leid. *fugam eſt* Lovan. a m. prim. *fuga eſt* Wolf. *ſtat limite* Idem m. 2. mox vs. 356. *obliti Phrygiae.*

316. *Quem non ipſa videt*] ſic ſcripti. male *Quae* vulgo. credit ſe illi latere, quem ipſa non videt. ſic intelligendum ſuadet Oppianus IV. Halieut. ubi Sciaenam cum Struthione comparat:

——— κάμε δὲ ἄρα δίζηται οἷον
Φράζεσθαι, κιφαλὴν ᾗ κατακρύψασα κ' ἔασε
Ἕλκεται ἀχ ὁρόωσα λαθεῖν ὁρίστις ἰδοῦσα.

plura habes illic ad rem. *velata caput*, non *revolutis*, unus Petavianus cum duobus Vaticanis & Pricaeano. inter frutices enim abſcondit caput. qua de re Ariſtoteles Hiſtor. Anim. Plinius, alii. HEINS.

Ardua] Debet pro ſumma, ampliſſima, capi. ut Epithal. Honor. 27. ſed forte ſcripſerit *Aurea*. qualis varietas III. Stilich. 203. ſic *montes auri polliceri* Terentio Phorm. I. 2. 18. BURM.

318. *ille ſemel*] MS. meus *tamen*. DELR.

Nota dulcedine praedae] *notae* duo Medic. cum Palat. & ſec. Vatic. HEINS. Forte, *ille ſemel motus dulcedine praedae*. BURM.

319. *Timentum*] *timentis* Leid. *timendam* Wolf.

320. *Prima ſuperbus Cingula*] Primos militares ordines & dignitates. ita ſumitur *cinguli* vox in L. 11. Cod. ut dignit. or. ſerv. Lib. XII. DELR. Credo hic militare culmen, ſeu Magiſterium militum intelligi, qui honos pridem conſulari praelatus eſt. Cod. Theod. Lib. VI. aut cingulum illud quod acceperat Targibilus Getes, cum ſacramento militiae primo obſtrictus eſt, atque in numeros relatus, ut ex eo conſtet, cingulo abjecto a Romanis defeciſſe Targibilum. Niſi malis, oblatum militi-

ae

Cingula dignari. nam quis non Conſule tali
Vilis hŏnos? poſtquam precibus miteſcere nullis,
Non auro ceſſiſſe, videt; creberque recurrit
Nuntius incaſſum, nec ſpes jam foederis exſtat.
Tandem conſilium, belli confeſſus agendi,
Ad ſua tecta vocat, juvenes venere protervi,
Laſcivique ſenes, quibus eſt inſignis edendi
Gloria, corruptasque dapes variaſſe decorum:
Qui ventrem invitant pretio, traduntque palato
Sidereas Junonis aves, &, ſi qua loquendi

re culmen reſpuiſſe, contemptu Eunuchi: munera enim dantis merito cenſeri ſolent. Abſentibus ſane mittebatur etiam cingulum illuſtris dignitatis. quod primum fuiſſe conjicio ex Notitia Imperii & libro XII. Cod. Tit. 8. nam Praefectus Praetorio, & utriusque militiae Magiſter erant indiſcretae dignitatis. Statius v. Silv. II. 177.

Cuique ſacer primum tribuit Germanicus enſem.

quod de Praefecto Praetorio Pybracus olim expoſuit. Lazius vero, quod miror, prima cingula putat eſſe cinctum Gabinum, ſeu inſignia Conſulatus. CLAVER. Refutat Claverium Barthius ad Statii locum, & ad puerum XVI annorum Praefecturam Praetorii referre, abſurdum putat.

323. *Ceſſiſſe*] *texiſſe* Junian.

325. *Tandem conſilium*] *concilium* tres ſcripti cum Claverio. Silius: *Concilium vocat auguſtum.* Valer. Flacc. Lib. I. 212.

Aequoreos vocat ecce deos Neptunus, & ingens
Concilium. Juvenal. Sat. IV. 73. *vocantur Ergo in concilium proceres.* ſic legendum. mox addet, *exire jubentur Concilio. confiſus* pro *confeſſus* Palat. ſed male. HEINS

Confeſſus] Culpam ſuam, ſupple, ac miſeriam confeſſus Eutropius concilium vocat. Homer. Iliad. B. Τὸς ὁ γε συγκαλέσας πολιὴν ἐρύσσατο λαὸν. Virgil. *Conciliumque vocat.* alias *conſilium*, non adeo bene. dixit vero etiam abſolute, *confeſſusque pater.* Paneg. IV. Honor. CLAVER. *confeſſus* hic opponitur praecedenti vs. 306. *ignorare fingit* & *diſſimulat.* poteſt vero conſtrui, *vocat conſilium belli agendi*, ut *confeſſus* ſit abſolute poſitum. vel *confeſſus belli* Graeco more genitivo utitur, ut ſaepe alias. *confeſſus* enim hic idem notat quod manifeſte prae ſe ferens, ut ita *confeſſos hoſtes* VI. Conſ. Hon. 249. ut ſimiliter fere *manifeſtus doloris* dicitur Ovidio v. Faſtor. 313. ut Graecis δῆλος. vid. ad Ovid. XIII. Metam. 106. ſic *metuendus belli, tremendus gladii.* vide ad Bell. Getic. 177. Gild. 17. & 281. *agere bellum* vero non inuſitatior locutio, ut viſum Barthio, ſed elegans & obvia. vide ad Ovid. II. Triſt. 230. & ad Quinctil. Lib. X. I. de *concilio* vide ad Nemeſ. I. Ecl. 51. ſed hic *conſilium* intelligo duces, qui in conſilium militare vocantur. ut centies. BURM.

326. *Venere*] *variare* Oxon.

327. *Laſcivique ſenes, quibus eſt inſignis edendi Gloria* &c.] Quod *inſignem edendi gloriam* in vituperio poſuit, non caret egregio antiquitatis ſenſu. nam *edaces* olim *Aſinos* appellabant, ut abjectiſſimi animalis nomen in ignaviſſimis hominibus imponeretur. Quare Eriſichthon ille voracitatis portentoſae παρὰ dicitur Aeliano Lib. I. Var. Hiſt. 27. Juſtus Vultejus interpres reddit, *aſinus.* Hinc proverbium apud Ariſtotel. Lib. III. Moral. ὁ πεινῶν ἀσπάλαν ἁρπάζει. *Aſinus famelicus fuſtem contemnit.* DEMPSTER.

328. *Corruptasque*] *correptasque* malebat Heinſius. ita *rapti cibi* Bell. Getic. 350. *corruptae dapes* quid ſint neſcio, nec Barthii explicatio quadrat, niſi legamus *corruptisque*, ut ipſi ſenes ſint corrupti, & eorum gula, non dapes. an *collectas dapes*, id eſt undique congeſtas, ut de luxuria egregie Petron. initio Specimnis de Bello Civili, haec exaggerat, quem noſter mox imitatur. ſed *corruptas* poſſet explicari variis condimentis arte coquinaria quaſi corruptas & a ſimplicitate veterum longe diſcedentes. BURM.

329. *Qui ventrem invitant pretio*] *irritant* malim, ut apud Silium Lib. X.

Poculaque Eoa luxum irritantia gemmâ.

Auſonius Idyllio V.

Nec noſtros veticebo cibos, quos priſcus habet mos,
Irritamentum quibus additur aequoreum ſal.

Seneca Epiſt. XXI. *Non irritant, inquam, hi hortî famem, ſed exſtinguunt.* HEINS. *Venerem* marg. Iſingr. & Baſil. vide Epithal. Honor. 54. *vitam* Oxon. omnia fruſtra. malim vero cum Heinſio etiam *irritant*, quae verba ſupra v. 236. vidimus variari. illa Petronii habuit in animo, *Ut renovent per damna famem.* ut recte Barthius. BURM.

330. *Aves*] Pavones non ſolum ſed & Pſittaci ab

Digitized by Google

Gnara coloratis viridis defertur ab Indis,
Quaeſitos trans regna cibos: quorumque profundam
Ingluviem non Aegaeus, non alta Propontis
Non freta longinquis Maeotia piſcibus explent.
Veſtis odoratae ſtudium, laus maxima riſum
Per vanos moviſſe ſales, minimeque viriles
Munditiae, comti vultus, onerique vel ipſa
Serica, ſi Chunus feriat, ſi Sarmata portas,
Solliciti ſcenae, Romam contemnere ſueti,
Mirarique ſuas, quas Boſporus adluit, aedes:

Sal-

ab extrema India coenis Orientalium apponi, ut etiam Luſciniae olim. *viridis* hic Pſittacum indicat. Ovid. Epiſt. xv. 28.

Et niger a viridi furtur amatur ave.

Tacitus in hanc rem dixit, *exquiſita coenarum ingenia*. CLAVER.

331. *Defertur*] *differtur* Oxon.

332. *Quaeſitos trans regna cibos*] ſic bene prim. Vatic. vulgo. *quaeſitus cibus*. HEINS.

333. *Ingluviem* &c.] Salluſt. *vejcendi cauſa terra marique omnia exquirere*. Seneca vero dicit: *Conviviorum luxuriem & veſtium eſſe aegrae civitatis indicia*. CLAVER.

Aegaeus] *Aegaeum* Leid. & quinque alii. nihil opus. vide ad Val. Flacc. V. 715. *Aegeus* Wolf. m. prim.

Propontis] ut olim Romani Imperatores amoena litorum in Campania obſidebant, ſic, ut Themiſtius tradit, Orientis Principes in Propontidem & Prota ſecedere ſoliti, ubi nimium ſecuri aeſtivabant. vide Nicetam. ſed enim Auſonius huic loco lucem adferet aliquam, ex carmine de Oſtreis ad Paulum:

Accedunt quae fama recens Byzantia ſubter
Litora, & inſana generata Propontidis alta
Promoti celebrata ducis de nomine laudant. CLAVER.

334. *Maeotia piſcibus explent*] Alii, *Maeotica*, tres libri *Maeotis* cum primo Vaticano. bene. dictum IV. Conſ. Honor. 180. pro *explent* ſex *implent*, unus, *aequant*, ut infra v. 377. *quem non Cyclopia ſolum Aequatura fames*. nil mutandum tamen. Virgil. III. Georg. 430.

——— *piſcibus atram*
Improbus ingluviem ranisque loquacibus explet. HEINS.

335. *Veſtis odoratae*] Apud Q. Curtium: *Non auro, neque diſcolori veſte, ſed ferro atque aere fulgere debuerant*. At Caeſar milites ornavit politis armis ad ſpeciem, quo metu damni tenaciores eſſent, jactabatque, milites ſuos etiam unguentatos bene pugnare. ſed alia ratio eſt, quia Caeſar exemplo virtutis poterat ſuos animare, hic vero eunuchus minime. CLAVER. Reg. & Oxon. cum Pricaeano, *odoratae*. alii multi, *adoratae*. ſed nequicquam. mox *vanas ſales* pro *varios* Gyrald. & complures alii. bene, quantum apparet. HEINS. *Ita vanus jocus* Lib. I. 346. & ita legi debet, nam & laudi eſt *riſum movere* per fabulas, ut Phaedrus in Prologo. BURM.

337. *Onerique*] *Oneraque* Vicetin.

Ibid. *compti vultus*] Heinſius malebat *cultus*. in Voſſ. a m. prim. erat *culti vultus*.

338. *Sin Hunnus feriat*] *Si Chunus* quatuor ſcripti. recte. populus Sarmatiae *Chuni*. Ptolemaeus, Μετ᾽ αὐτοὺς δὲ Βασίλειον τὴν Ῥοξολάνων Χοῦνοι. noſter Lib. I. de Stilich. 110. *Non vaga Chunorum feriae*. quae vera lectio. meminerunt horum Auſonius & Sidonius Apollinaris non ſemel. vide Juret. ad Paullin. de vita S. Martini VI. primus Vaticanus, aliique nonnulli, *Sic Hunu*. HEINS. *ſin Hunnus variat* Jun. *ſin Honnus* Ald. *ſi Hunnus feriat* Vicetin. *ſin Hunnus feriat ſin Sarmata* Parm. *Sybunnus* Wolf.

339. *Romam contemnere ſueti*] Idque immerito, nam ut refert Auſonius, *Prima urbes inter divum domus aurea Roma*. Dionyſius vocat, μητέρα πασῶν πολέων, καὶ μέγαν οἶκον ἀνάκτων. CLAVER. Sed nova Roma, ut Conſtantinopolis vocabatur, placebat prae antiqua Populo, *qui nova ſemper amat, & mox poſſeſſa relinquit*, ut ait Petronius. BURM.

340. *Mirarique*] *Munirique* ed. Vicetin.

Adluit aedes] Sic ſcripſimus ex veſtigiis Iſingr. & Tholoſ. codicum, in quibus, *abluit*. quod & Livineio Barthioque viſum. alii libri *obſtruit*, *borruit*, *obluit*. *horruit* etiam prim. & tert. Vaticani. vulgo, *obruit*. Prudent. Periſteph. Hymn. I. 117.

Soſpitans qui nunc colonos, quos Hiberus alluit.

paulo ante pro *ſcenae* Gyrald. Vatic. aliique multi, *coenae*. HEINS. *abluit* Wolf. perpetua eſt illa inter *adluere*, & *abluere* variatio, cum mare aeque poſſit dici *adluere* & *abluere*. vid. Val. Flacc. Lib. II. 132. Seneca Hercul. Furent. 886. ſed nec illud *obruit*, quod omnes fere ſcripti & editi ſervant, temere

Saltandi dociles, aurigarumque periti
Pars humili de plebe duces, pars compede suras,
Cruraque signati nigro liventia ferro
Jura regunt, facies quamvis inscripta repugnet,
Seque suo prodat titulo. sed prima potestas
Eutropium praefert, Hosio subnixa secundo.
Dulcior hic sane cunctis, prudensque movendi

Ju-

abjiciendum, quia simul stultitiam Constantinopolitanorum carpit, qui mirabantur aedes suas, quas saepe Bosporus vi aquarum obrucbat, quum tutiori in loco Roma vetus esset posita. *sollicitae* Junian. *coenae* perperam alii, nam de dapibus antea egit, hic de furore erga ludos. *scenae* vero est genitivus, ut ita *anxius vitae* Ovid. xx. Epist. 198. ubi vide, & ad Virgil. VII. 81. BURM.

341. *Saltandi*] Nemo unquam saltavit sobrius, ait Cicero, quin etiam Zosimus optat male perire saltatores. CLAVER.

Dociles] Meus vetus codex, *faciles*. DELR. Ita confunduntur hae voces apud Ovid. I. Amor. XIV. v. 13.

Aurigarum] In ora veteris libri quidam sciolus scripserat, *aurigandi*; sed Horatius dixit: *Decurtatis inaequali tonsore capillis*. ac Virgil. *Heu vatum ignaras mentes*, id est, vaticinii, ut hic *aurigationis*. CLAVER. *Aurigandique* unus Medic. & Claverii codex, quod ille frustra damnat. Lamprid. Heliogab. *Inde item est in hortos, ubi Varius inveniur certamen aurigandi parans*. Posset & legi, *atque aurigare periti*, vel, *aurigarique*. vulgatum si quis mavult tueri, *aurigas* pro aurigatione interpretetur, quomodo *inaequalis tonsor* pro tonsura inaequali apud Horatium. HEINS. & *aurigandi* verbum familiare Suetonio, qui & *artem aurigandi* vocat in Neron. cap. 3. de qua late agit Scheffer Lib. I. de Re Vehicul. cap. 17. *auguriorumque periti* Junian. vitiosissime. Barthius explicat illos aurigas praestantissimos intellexisse & novisse. & certe non facile mutem omnium fere codicum & editorum lectionem. nec Claverius in id Cujaciano reperit, sed adscriptum ad marginem, sine dubio a Glossatore. relinquamus ergo suas sibi locutiones Claudiano, qui non semper ad normam aurei seculi scribit. *intelligere virum* obvium est. apud Vellej. Pater. Lib. II. 114. 116. sic Plinius Lib. XXXV. 10. *intelligere artificem*. vid. ad Petron. cap. CXCIX. BURM.

344. *Jura*] Sic Barb. Philippus cum servus fugitivus esset Romae Praeturam petiit & Praetor designatus est l. 3. de Off. Praet. CLAVER.

Facies quamvis] *quamvis facies* Leid. *fasces q. i. repugnant* Junian.

346. *Hosio*] Is in C. Th. perhibetur magister officiorum, & Comes sacrarum largitionum. CLAVER. *Osis* Leid. Lovan. Voss. duo, Wolf. ed. Ald. *Asis* Junian. *Osia* Oxon. *folio* Colin. *subjecta* Isingr. Gryph. quod nec sua venere caret, quasi Eutropius obnoxius esset Hosio, qui ab illo secundo gradu dignitatis erat. *profert* etiam Leid. duo. *secundo* Wolf. BURM.

Subnixa secundo] Non *secunda* meliores libri. deinde pro *Dulcior hic sane cunctis*, sex veteres, *Doctior*. quod praetulerim. *doctius movendi juris*. & sic a manu secunda in Oiseliano. Excerpta Gudiana, *Dulcior hic facie cunctis*. HEINS.

Sane] vetus liber *facie*. DELR.

347. *Novandi Juris*] sic habet vetus exemplar, idque manu sua adscrit Cujacius. apud Tacitum: *callidus & novi juris repertor Tiberius*. vide Dionem Lib. LV. talis etiam Tribuniani industria detegitur a Suida, neque alienum est nimis illud Menandri, *Ὁρᾶν τοὺς νόμους λίαν ἀκριβῶς συκοφάντης φαύλιστον*. alias, *movendi* in textu. CLAVER. *Novandi juris* Claverii lectio. Val. Flacc. Lib. II. 308. *vacuaeque in moenibus urbis Jura novant*. vulgatum tamen *juris movendi* non videtur mutandum, ut *movere* pro turbare, invertere dicat, atque ita ambiguitas rectius sibi constabit. ad artem enim culinariam simul alludit. vernacula nos Belgae lingua diceremus *de sauce voeren*. sic *movere paces* pro turbare VI. Cons. Honor. 304. ita enim capiendus iste locus, in quo magnum Cujacium se diu exercuisse testis Claverius. mox *temperet* pro *temperat*, & *fumo* pro *naso* scripti. quod posterius recte secutus Raphelengius, quidquid alii dissentiunt, fumum ab Eutropio venditum designat. HEINS. *prudensque movendi* Jun. *prudensque monendi* Vicetin. & Parm. utraque lectio potest suum locum tueri. vid. ad Ovid. Remed. Am. 465. & Liv. XXIII. XXX. 12. sed recte Heinsius explicuit. sic *movetur nuptiae* Terent. Andr. III. 1. pro turbantur. in *jure* est amphibologia, & potest *jus* quod a coquo paratur, intelligi. infra vs. 556. *vertere leges* dixit. praeterea *naso*, quod probavit Barthius in priori editione, & Isingr. Gryph. & Colin. exhibuerunt, aptius videtur; cum notet illum ex nidore potuisse de cibi coctione erudite judicare, & simul odore auri corruptum, ut in Vespasiani historia apud Sueton. cap. 23. qui pecuniam ex ve-

Juris, & admoto qui temperet omnia fumo;
Fervidus, accenſam ſed qui bene decoquat iram.
Conſidunt apices gemini ditionis Eoae,
Hic coquus, hic leno: defoſſi verbere terga:
Servitio, non arte, pares. hic ſaepius emtus,
Alter ad Hiſpanos nutritus verna penates.
Ergo ubi collecti proceres, qui rebus in artis
Conſulerent, tantisque darent ſolatia morbis;
Obliti ſubito Phrygiae, belloque relicto
Ad ſolitos coepere jocos, & jurgia Circi
Tendere. nequidquam magna conſligitur ira,
Quis melius vibrata puer vertigine molli
Membra rotet: verrat quis marmora crine ſupino:

Quis

vectigali urinae admovit naribus Titi, ſciſcitans num odore offenderetur. unde *lucri odor* Juvenali Sat. XIV. 204. *admotus fumus* non ita apte dicitur, ut *naſus*. temperabat ergo jura, ſi olfaceret lucrum. ſagacitas etiam ejus in indaganda pecunia poteſt notari, cujus naſus proprium eſt inſtrumentum, ut in canibus. *Fumum* qui vendebat, nihil efficiebat eorum, quae promiſerat, nec ſaepe poterat. ſed hic temperabat leges ſeveras, & movebat eas lucri nidore percuſſus. *amato* erat in Oxon. uno. ſi *fumo* reciperem, etiam legerem, *qui venderet omnia fumo*, ſi ad culinam referrem, *amato q. i. e. fumo* probarem. *dulcior* non movendum, quod *dulciarium* fuiſſe etiam ſignificat. nam *dulce* potio certa dici oſtenditur ad Ovid. v. Met. 450. BURM.

350. *Conſidunt*] *Concidunt* Gryph.

351. *Defoſſi verbere terga*] *defeſſi* Raphelengius. *defoſſi* pro *confoſſi*, niſi quod ſcribendum opinor, *perfoſſi*. In primo tamen Vaticano, *defeſſi*. Pricaeanus, *dejectiſſi*. malo etiam, *Hinc coquus, binc leno*. HEINS. *vulnere terga* etiam Oxon. & marg. Iſingr.

353. *Verna*] *in una* Wolf. a m. prim.

354. *Rebus in artis*] MS. meus, *aliis*. DELR. *aliis* Junian. ſed *res artae* paſſim dicuntur, ubi in diſcrimine res ſunt. IV. Conſ. Honor. 407. Sil. Lib. II. 103. V. 477. & alibi. ita *in arto* res eſſe dicuntur. vide ad Nemeſ. Ecl. IV. 32. BURM.

356. *Bellisque relictis*] *belloque relicto* ſcripti plerique. HEINS. Ita & Wolf. edd. Vicet. Parm. Junt. Ald. & Colin.

358. *Tendere*] Hic non diſtinguebant veteres editiones. ex hoc loco poteſt eorum ſententia firmari, qui apud Terent. Eun. IV. I. 12. legunt continuata oratione, *miles tendere inde ad jurgium*. BURM.

360. *Vertat quis marmora*] Haec Brodaeus in Miſcellaneis explicat. MSS. continent, *verrat quis marmora crine ſoluto*. DELR. *verrat* vetus codex, alias, *vertat*, quod miror defendi a Brodaeo, viro ſuae aetatis eruditiſſimo. diſcum vero putat intelligi, idque nititur confirmare ex quodam loco Odyſſeae, ſed operam ludit. Scitum eſt vero, quid funambuli & hiſtriones valeant efficere; ſane hic nihil aliud indicat, quam eum, qui pedibus in altum erectis incedit, utraque manu faciente officium, ita ut declives capilli (quos alere ſueverunt) verrant moto capite pavimentum, quod ſit ex marmore. nam apud Plinium in Epiſt. Virginius Rufus per laeve ac lubricum pavimentum fallente veſtigio cecidit. ego marmoreum fuiſſe non dubito. CLAVER. Licet alii non de diſco, ſed de puerili quodam exercitamento intelligi verſum hunc velint, quo illi pedibus in altum ſublatis, caput in terram diuittebant, & legunt ex fide MSS. codicum: *verrat quis marmora crine ſupino*. DEMPST. *Verrat* membranae nonnullae, quod aliis jam deprehenſum, nec aliter ſchedae Gudianae. *crine ſoluto*, non *ſupino* Palatinus. ſequenti verſu, *laterum arcus*, non *artus*, cum tredecim ſcriptis legendum. Val. Flacc. Lib. IV. 309.

——— *vitalia rupit*
Vincula, quâ primo cervix committitur arcu.

hoc eſt primae coſtae. ſic ſcribo. vulgo *artu*. *corporeus arcus* apud Caſſiodorum Lib. V. Epiſt. 42. ubi ſimilia deſcribuntur ſpectacula: *ſupinata membra jaciuntur, & quidam arcus corporeus ſupra beluam libratur. crates laterum* habes apud Silium Lib. I. 208. ubi plura. etſi per *arcus laterum* noſter hic loci inimicam potius laterum inflexionem, quam laterum crates deſignat. mox, *motibus* pro *moribus* Raphelengius. optime. confirmant Lovanienſis & Puteanea excerpta. *motus* pro ſaltatione poëtis nonnunquam.

Quis magis enodes laterum detorqueat artus:
Quis voci digitos, oculos quis motibus aptet.
Hi tragicos meminere modos: his fabula Tereus,
His necdum commiſſa choro cantatur Agave.
Increpat Eutropius: Non haec ſpectacula tempus
Poſcere: nunc alias armorum incumbere curas.
Se ſatis Armenio feſſum pro limite cingi,
Nec tantis unum ſubſiſtere poſſe periclis.
Ignoſcant ſenio: juvenes ad proelia mittant.
Qualis pauperibus nutrix inviſa puellis
Adſidet, & tela communem quaerere victum
Rauca monet: feſtis illae luſiſſe diebus
Orant, & poſitis aequaevas viſere penſis:
Irataeque operi jam laſſo pollice fila
Turbant, & teneros detergunt ſtamine fletus.
Emicat extemplo, cunctis trepidantibus, audax
Craſſa mole Leo, quem vix Cyclopia ſolum

Ae-

ſic *motus Ionici* pro ſaltationibus Horatio, & in Catalectis Pithoei, Epicedio Mimi:

Motibus ac dictis, tragica quoque voce placebam.

& alibi de Mimo:

Nam cum grata chorus diffundit cantica dulcis,
Quae reſonat cantor, motibus ipſe probat.

HEINS. *arcus* recte quidem hic explicantur, quaſi deſumta locutione a fornicibus in aedificiis, de quibus vidimus ad Praefat. Epith. Honor. 1. ita de Bellua Epith. Honor. 149. *retro finuatur in arcum*, qui imitatur Ovidium 11. Met. 42. *immenſos ſaltu finuatur in arcus*. quia tamen *enodes* magis convenire videtur artubus, vix audeo mutare receptam lectionem. *marmora verrere* dicuntur hic, qui capite quaſi ingredi videntur, pedibus in ſublime erectis, ut recte Barthius. ſic cum caput per brachia, quibus ut pedibus ingrediuntur, trajectum crigunt, ut adſpicere vultus ſpectatorum poſſint, crines ſupinos habent. quare id minime mutandum. tales ludos hodie pueri noſtri quotidie vident, & imitari ſtudent. BURM.

361. *Enodes laterum*] *edones* Wolf. *procerum* marg. Iſingr. *qui* hic Oxon. & ſeq. verſ. *qui voci* Leid. *moribus* Vicet. & Parm.

363. *Modos*] *jocos* Oxon. *fabula Nereus* marg. Iſingr.

364. *His necdum commiſſa choro cantatur Agave*] Sic ſcripti meliores, non *thoro*, ut & alii jam monuerunt. Interpretantur Gevartius ad Statii Silvas Lib. 1. cap. 21. & Barthius hoc loco de fabula in ſcaenis non exhibita hactenus. quomodo *intactam Statii Agaven* Juvenalis Sat. VII. 87. dixit. ego referebam ad chorum ſororum, quae una diſcerpſere Pentheum. HEINS.

365. *Haec ſpectacula*] Virgilii imitatio, qui Lib. VI. Aeneid. 37.

Non haec iſta ſibi tempus ſpectacula poſcit. BURM.

366. *Nunc alias armorum incumbere curas*] *altas curas* olim legebam. poteſt & vulgata commode ferri, ut armorum curas ſcenicis curis opponat. quod verum eſt. HEINS. *annorum* marg. Iſingr. mox, *ne tantis undis* Junian.

367. *Se ſatis*] *Me ſatis* Junian.

371. *Adſidet*] *Adſidet* Vicetin.

372. *Monet*] *movet* Wolf.

373. *Orant & poſitis*] *Orant impoſitis* Jun. forte non male, orant ut nutrix, certis penſis inpoſitis, det veniam ubi ea abſolverint, quod & hodie fieri ſolet, ut minori penſo dato diebus feſtis maturius dimittantur. quod noſtrates *Heylig avond* vocare ſolent. *vivere penſis* vitioſe in Vicetina. *poſitis acque pallefcere* Wolf.

374. *Irataeque*] *intentaeque* marg. Iſingr. forte pro *infenſaeque* conjecerat Heinſius ſcriptum.

375. *Detergunt*] *detergent* Oxonienſes duo, & totidem Leidenſes & Vicetina. ut etiam ſaepe alibi. *foetus* Vicet. *flamine* Wolf.

376. *Trepidantibus*] *comitantibus* Junian.

377. *Leo*] Hic, Zoſimo teſte, nulla belli experientia, neque virtute fuit ſpectabilis, nec alia ratione inclaruit, quam quod Eutropio jucundus eſ-

ſet,

Digitized by Google

Aequatura fames, quem non jejuna Celaeno
Vinceret: hinc nomen fertur meruiſſe Leonis.
Acer in abſentes, linguae jactator, abundans
Corporis, exiguusque animi, doctiſſimus artis
Quondam lanificae, moderator pectinis unci.
Non alius lanam purgatis ſordibus aeque
Praebuerit calathis; ſimilis nec pinguia quisquam
Vellera per tenues ferri producere rimas.
Tunc Ajax erat Eutropii, lateque fremebat:
Non ſeptem vaſto quatiens umbone juvencos:
Sed, quam perpetuis dapibus, pigroque ſedili,
Inter anus interque colos oneraverat, alvum.
Adſurgit tandem, vocemque expromit anhelam:
Quis novus hic torpor, ſocii? quonam usque ſedemus
Femineis clauſi thalamis, patimurque periclum
Gliſcere deſidia? graviorum turba malorum
Texitur, ignavis trahimus dum tempora votis.

395. Me

fet, a quo, ut ait Suidas, miſſus contra Barbaros, ob ſtudium crapulae, fuit deceptu facilis. Fortitudinem vero ſuam in eo ponebat, ut plures haberet meretrices quam milites, & plus biberet, quam reliqui omnes. CLAVER.

Cyclopia] *Cyclopea* Ald. Iſingr. Raph. *Cyclopeia ſolvit* Parm. vide ad Virg. I. Aeneid. 201.

378. *Jejuna*] *Victura* Vicetin.

379. *Hinc*] *Hic* Jun. alter. *huic* Wolf.

380. *Linguae jactator*] Hic ſatis liquet Leonem fuiſſe puſilli animi. nam, auctore Tacito, ignaviſſimus quisque, & in periculo minimum auſurus verbis nimius eſt, & lingua ferox. denique, ut ait Livius, *viri nati militiae, factis magni, ad linguae certamina rudes.* CLAVER. *Acer in abſentes, lingua jactator* Raphel. *linguae jaculator* Wolf. alii, *linguae jactator*. Heinſius aliter diſtinxit. ſic *linguae feroces* Tacit. I. Hiſt. 35. & vidimus ſaepe Graecam illam locutionem placere noſtro. ſic mox, *exiguus animo* fruſtra Voſſ. vid. ad bell. Gild. 281. poſſet tamen & *Acer in abſentes* per ſe legi, & explicari ex illis quae diximus ad Valer. Flacc. III. 589. *ſed linguae jactator* opponitur haſtae vel jaculo, quae jactare non tam perite poterat, ac linguam, ut acer in abſentes, ſed ignavus & fugax praeſentibus hoſtibus. BURM.

382. *Lanificae*] Haec ſtilo eleganti exprimit D. Hieronymus in Epiſtolis: *Habeto lanam in manibus vel ſtaminis pollice fila deducito, vel ad torquendum ſubtegmina in alveolis fuſa vertantur, aliorumque nota vel in globum colligo, aut texenda compone, quae texta ſunt inſpice.* Vides hominis peritiam? dicas lanificium exercuiſſe: hunc tamen ſtilum vocat eccleſiaſticum. CLAVER.

Pectinis unci] *unci* Gyrald. Lucenſ. & prior Moreti. vide notas Lib. I. 276. Mazarin. *uncei*. Juvenali tamen Sat. VII. 224. *obliquum ferrum* ſimiliter;

Qui docet obliquo lanam deducere ferro.

quare nil mutandum. paulo ante *linguae* pro *lingua* cum ſcriptis. HEINS.

383. *Purgatis*] *purgatam* Leid. m. 2. *purgatum* Voſſ. *praebuerat* etiam Jun. & ita Vicet. Parm. Junt. Ald. Colin.

385. *Producere rimas*] *deducere* prior Moreti & tert. Vatic. utrumque probum. HEINS. Varro Lib. VI. de Ling. Lat. pag. 75. *curere a curendo, quod lanam tunc purgant ac deducunt, ut careat ſpurcitia.* contra Conſ. Olybr. 181.

Et longum tenues tractus producit in aurum.

vid. Gronov. Diatr. Stat. cap. IX. pro *rimas* Medic. *varas*. unde Heinſius conjiciebat *valles*, ut *vallus pectinis* Ovid. I. Amor. XIV. 15. *limas* Oxon.

386. *Lateque*] *lateque* Lovan. adludit vero hic poëta ad Juvenalis Sat. VII. 115. qui ex Ovidio ſua per parodiam mutavit. *Conſedere duces, ſurgit ut pallidus Ajax.* dixerat Ovidius *ſurgit ad hoc*, id eſt *adſurgit*. BURM.

388. *Sed quam*] *Sed qui* Oxon.

390. *Exſurgit tandem*] *Adſurgit* meliores, & recte, quia *expromit* ſequitur. HEINS. *exponit* Oxon. duo. *anilem* Junian. eadem varietas II. de Rapt. 47.

394. *Trahimus*] *trahimur* Junian. ſimilia, ſed ſe-

Me petit hic ſudor. numquam mea dextera ſegnis
Ad ferrum. faveat tantum Tritonia coeptis,
Inceptum peragetur opus. jam cuncta furore
Qui gravat, efficiam leviorem pondere lanae
Targibilum tumidum; deſertoresque Gruthungos
Ut miſeras populabor oves, & pace relata
Priſtina reſtituam Phrygias ad ſtamina matres.
His dictis iterum ſedit. ſit plauſus, & ingens
Conſilii clamor. qualis reſonantibus olim
Exoritur caveis, quoties crinitus ephebus
Aut rigidam Nioben, aut flentem Troada, fingit.
Protinus excitis iter irremeabile ſignis
Adripit, infauſtoque jubet buhone moveri
Agmina, Mygdonias mox inpletura volucres.
Pulcher & urbanae cupiens exercitus umbrae,
Adſiduus ludis, avidus ſplendere lavacris,
Nec ſoles imbresve pati, multumque priori

Diſ-

gio, dat Stilichoni Bell. Get. 272. omnia vero haec textrinae propria recte notat Barthius.

395. *Me petit*] Heinſius malebat *petat*.

397. *Opus*] *iter* Junian. male, *opus* ad textrinam referri debet: & ita *incepta fila* Ovid. VI. Met. 34. & *inceptum opus*, licet de alia arte, II. Art. 78. BURM.

Furore] *furorem* Voſſ. ed. Parm. mox, *efficiam graviorem* Vicetin. & Parm.

399. *Targibilum*] Manu exarati *Tarbigilum*, vel *Trabigilum*. *Tribigilum* videri legendum, & *Gruthungos* cum Gyraldino & Lucenſi dictum ſupra. *tumidum* etiam, non *tumidum* prim. Vatic. aliique multi. HEINS. vid. ſupr. 153. & 176.

Deſertoresque] *deſonſoresque* Leidenſ.

400. *Oves*] *aves* Voſſ. credo hic poëtam ad Ajacem furioſum, qui in oves ſaeviebat, adludere. Targibilum eſſe arietem, illum, oves vulgus fingere. vid. Hygin. Fab. 108. & Sophoclis Ajacem. *populator* Wolf. *paceque* Jun. *relicta* Oxon. BURM.

402. *His dictis iterum*] *His iterum dictis* Oxon.

403. *Conſilii clamor*] *Concilii* meliores ſcripti. pro *caveis* mox *cuneis* ſec. Vatic. & Palat. cum primo Mediceo. Lib. II. in Rufin. 398. de fera, *cuneosque erecta ſpectari Reſpicit, & tanti miratur murmura vulgi*. HEINS.

404. *Caveis*] Huic loco mire convenit locus apud Amm. Marcellinum, quem conſule & inquire. CLAVER.

405. *Troada*] Hecubam, vel aliam ex choro Troadum, ut eſt apud Euripidem & Senecam, intelligi puto. vel reſpicit ad Virgil. V. Aeneid. 613. BURM.

Excitis] *exutis* Wolf. a m. prim.

Irremeabile] *irrevocabile* Jun. quod mollius mihi videtur, quod numquam eſſet domum verſus poſthac regreſſurus. ſic *non revocabile damnum* infr. 488. ſed maneat vulgata vox Virgilio etiam amata. *Accipit* Wolf. BURM.

407. *Infauſtoque jubet buhone moveri*] non *infeſtoque* Gyrald. Iſingr. Vatic. Lucenſ. quomodo & Raphelengius legendum vidit, & ſchedae Gudianae confirmant. HEINS.

409. *Pulcher & urbanas*] Declarat mollitiem ducum ejusmodi & militum, qui umbra & urbe potius, quam ſole & pulvere delectentur, quum, teſte Vegetio, exercitus dicatur, quod melior fiat exercendo. Seneca: *Fortior miles e confragoſo venit, ſegnior eſt urbanus & verna*. denique, ut ait Tacitus, *vernacula multitudo laſcivias fucta, laborum intolerans*. imo ſunt quaſi ſellularii, aut ſedentarii opifices, ac digni, qui exemplo Sardanapali fuſum, non fundam, telas non tela contrectent. CLAVER.

Urbanae umbrae] in porticibus & Baſilicis quotidie verſatus. vide ad Ovid. I. Art. 67. BURM.

410. *Adſiduis ludis*] *Aſſiduis ludis avidus* Lovan. vitioſe. *effiduis ludis: avidus* Vicet. Parm. vide notas ad Ovid. I. Faſt. 442. & probat hanc lectionem Cl. Markland. ad Stat. I. Silv. I. 54. qui & verſu priore legit, *Pulcher it urbanae* &c. qua correctione nihil opus eſſe puto. BURM.

411. *Multumque*] *multumve* Oxon.

413.

Digitized by Google

Diſpar, ſub clipeo Thracum qui ferre pruinas
Dum Stilichon regeret, nudoque hiemare ſub axe
Sueverat, & duris haurire bipennibus Hebrum.
Cum duce mutatae vires. Byzantia robur
Fregit luxuries, Ancyranique triumphi.
Non peditem praecedit eques: non commoda caſtris
Eligitur regio: vicibus cuſtodia nullis
Advigilat vallo: non explorantur eundae
Vitandaeque viae: nullo ſe cornua flectunt
Ordine: confuſi paſſim per opaca vagantur
Luſtra, per ignotos anguſto tramite valles.
Sic vacui rectoris equi, ſic orba magiſtro
Fertur in abruptum caſu, non ſidere, puppis:
Sic ruit in rupes, amiſſo piſce ſodali,
Bellua, ſulcandas qui praevius edocet undas,
Inmenſumque pecus parvae moderamine caudae
Temperat. & tanto conjungit foedera monſtro:
Illa natat rationis inops, & caeca profundi

Jam

413. *Regeret*] *tegeret* Lovan. quod nimis acutum forte, quaſi Stilichon clypei & tecti inſtar fuiſſet militibus. eamdem varietatem jam ſupra vidimus. BURM.

414. *Duris*] *diris* marg. Iſingr. Intelligit vero glaciatum fluvium caederet, ut inde bibant. vid. ad Ovid. III. Triſt. 3. 24. & 1. in Ruſin. 312. BURM.

416. *Ancyrani triumphi*] Ita vetus codex, alias *Amphyrani* vel *Amphyſani*. ſupra *Ancyrae* meminimus. ad quam Eutropius quaſi ad delicias ſuas ſe conferebat. CLAVER. *Amphiranique* Jun. Voſſ. marg. Iſingr. Parm. Ald. *Anticheranique* Oxon. in Lovan. *Ancirannique*, ſed emendatum *Amphireique*. *Amphiarmique* Vicetin. *Ancyranique* Leid. vide ſupr. vs. 97.

417. *Non peditem*] Hic notat imperitiam ducum Eutropiani exercitus a Leone ſupino & craſſo homine eductī, ubi *omnia indiſpoſita* (ſic enim Tacitus II. Hiſt. 68.) *pervigilitis & Bacchanalibus, quam diſciplinae & caſtris proprium*. CLAVER. *praecedet* Oxon.

418. *Regio*] *legio* Junian.

421. *Opaca vagantur*] *operta* prim. Vatic. & pro *vagantur* primus Medic. & Palat. *ferantur*. & pro *paſſim* unus Ambroſ. *ſparſim*. quod placet. denique, *ignotos anguſto*, non *anguſtas ignoto* potiores ſcripti, & Schedae Gudianae. Puto, *ignotas anguſto tramite calles*. ut apud Virgil. IV. Aeneid. 405. *praedemque per herbas Comeſſam calle anguſto*. HEINS. Ego *opaca luſtra* retineo, & ſilvas intelligo. ita apud Statium IV. Theb. 423. de ſilva denſiſſima, *ſubter opaca quies*, ubi etiam MSS. aliquot *operta*. *vagantur* videtur gloſſa *vũ ferantur*, quod eſt impetu inordinato ruere, ut paſſim occurrit. *ſparſim* & *paſſim* tantundem valet. vid. Bell. Gildon. 137. *valles* non mutem; illae enim aptae inſidiis, quia montes adpoſiti tegere poſſunt ſubſidentes. *calles* autem & *anguſti tramites* iidem per idem eſſet dictum. *anguſto limite* erat in Oxon. BURM.

422. *Anguſtas ignoto*] Vetus liber, *ignotas anguſto*. DELR. ita & Wolff.

423. *Sic orba magiſtro*] *magiſtri* unus Ambroſ. & Pricaeanus, ſic *luminis orbus* apud Ovid. XIV. Met. 189. & ſimilia. HEINS. ita Stat. IX. Theb. 673. *gravius fremit Hippomedontis ademti Orba cohors*. Manil. IV. 840. *Luna orba ſui fratris*. Paullin. IX. Natali v. 489. ut edidit Clar. Muratorius, *orba manebat Virgo crucis ſolitae*. BURM.

425. *Piſce ſodali*] Muſculo. DELR. Elegans cum Balaena comparatio. illa enim absque muſculo, piſce parvulo, aut deerraret facile, aut miſere exſpiraret. Plin. IX. 63. *Balaenae muſculus quandoque praegravi ſuperciliorum pondere obtutis ejus oculis, infeſtantia magnitudinem unda praenatans demonſtrat, oculorumque vice fungitur*. CLAVER. *Hegeteſen* vocat Oppian. Lib. V. Halieut.

426. *Cui praevius edocet undas*] Imo *qui* cum prim. Va.

Jam brevibus deprenſa vadis, ignara reverti
Palpitat, & vanos ſcopulis inlidit hiatus.
Targibilus ſimulare fugam, flatusque Leonis
Spe nutrire leves; improviſusque repente
Dum gravibus marcent epulis, hoſtique catenas
Inter vina crepant, largo ſopita Lyaeo
Caſtra ſubit. pereunt alii, dum membra cubili
Tarda levant; alii leto junxere ſoporem:
Aſt alios vicina palus ſine more ruentes
Excipit, & cumulis inmanibus aggerat undas.
Ipſe Leo dama cervoque fugacior ibat,
Sudanti tremebundus equo: qui pondere poſtquam
Decidit, inplicitus limo, cunctantia pronus
Per vada reptabat, coeno ſubnixa tenaci,
Mergitur, & pingui ſuſperat corpore moles,
More ſuis; dapibus quae jam devota futuris

Tur-

Vatic. & aliis quatuor. mox idem Vatic. *tanto conjungit foedere monſtrum*, lege, *tantum*. HEINS. *cui gravius*. VOSS. *cum* vel *cui* Oxon. *foedere monſtra* Wolff. Voſſ. Oxon. Leid. & marg. Iſingr.

430. *Deprenſa*] *depreſſa* Oxon. & Wolff. *defenſa* marg. Iſingr. ſruſtra. ita Mela Lib. III. 1. *aut terreſtria deprehendas animalia, aut maritima deſtituas*. nam *deprenſa* eſt hic ſubito aquis deſtituta, ut natare nequeat. BURM.

431. *Vanos ſcopulis inlidit hiatus*] *vacuus* prior Moreti. Lib. II. in Rufin. 252.

—— vacuo qualis diſcedit hiatu
Inpatiens remeare leo.

paulo ante, *ignara natandi* prim. Vatic. non *reverti*. HEINS. ita apud Ovid. VII. Met. 786. *vacuus exercet in aëre morſus*, ubi vide. & ad Val. Flacc. III. 591. Stat. II. Theb. 680. *vacuis ferit aëra malis*. & ſaepe luxuriantes in ſimilibus poëtas videbis. *illudit* Wolff. BURM.

432. *Targibilus*] Is profecto ſe militem, imo ducem, exhibet, dum *ſpe victoriae*, ut loquitur Tacitus II. Annal. 52. & II. Hiſt. 34. *inducit eos, ut vincantur, atque alienam opperitur ſtultitiam*. CLAVER.

Flatusque leonis Spe nutrire leves] *levis* in multis veterum, etiam in Oiſeliano, ſed ſic ut *i* in *levis* poſtea eſſet deletum, de cujusmodi hiatibus egimus Lib. III. in Stilich. 167. HEINS. *levis* etiam Voſſ. Oxon. Leid. & alii. & in edd. Vicet. Parm. Junt. Ald. Colin. Iſingr. ſed eſt pro *leves*. Gryph. diſtinguit *Spe nutrire, levis, improv.* ſed *leves flatus* aeque dici poſſunt, ac *leves venti* & *aurae*. de voce *flatus* vide Heinſ. ad Ovid. I. Art. 715. BURM.

435. *Inter vina*] *In circulis, & si Diis placet, convivüs ſunt qui exercitus ducant*, ait Livius XLIV. 22. at optime Curtius V. 114. *circumferri merum largius jubens, debellaturi ſuper menſa Alexandrum*. ſane viri fortes ſunt, (teſte Philoſopho) πρότερον ἐνύχιοι, ſed poſtea *in rebus arduis deſides*. CLAVER.

437. *Soporem*] vide plane Virgilium de praeclare geſtis ab Euryalo & Niſo. CLAVER. *ſopores* Oxon. & Leid. varie in hac re poëtae luſerunt, vide ad illa Petronii cap. LXXXIX. *continuat in noctem ultimum ſomnos*. BURM.

438. *Sine more*] *ſine morte* Jun. vitioſe. vulgata lectio vulgatiſſimi uſus.

439. *Aggerat*] *tumulis inmanibus aggregat* Oxon. vid. Lib. I. 237.

440. *Dama*] Huc plane reſpicit illud Homeri de Agamemnone: Ὀκριόεις, κῶφ' ὄμμα· ἴχνι, κραδίην δ' ἐλάφοιο. nam Leo fuit vini gurges & meticuloſus. tales *galeati lepores* apud Liv. Lib. XIII. *quibus nec in victoria decus putatur, neque in fuga flagitium*. CLAVER.

443. *Subnixa*] Diſtinguendum cum Scaligero, *Per vada reptabat. Coeno ſubnixa tenaci Mergitur*, &c. ut *ſubnixa* ad *moles* referat, id eſt inmerſa & involuta coeno, non tamen ut in fundum iret. aliter ſenſum non video. Heinſio videbatur aliquid deeſſe. BURM.

445. *More ſuis*] Apud Ariſtoph. quidam carnes ſuillas olfaciens, hunc ſonum edit: ὄ. ὄ. ὄ. Neſcio quid vero eſt apud Zoſim. de ſuillae carnis praebitore. in Cod. Th. eſt *ſuarius ordo, ſuarii* func-

Turpe gemit, quoties Hoſius mucrone coruſco
Armatur, cingitque ſinus; ſecumque volutat,
Quas figat verubus partes, quae fruſta calenti
Mandet aquae, quantoque cutem diſtendat echino.
Flagrat opus; crebro pulſatus perſtrepit ictu:
Contexit varius penetrans Chalcedona nidor.

Ecce

functio, & *ſuarium obſequium*. conſule ſi vacat. CLAVER. *quae jam dapibus* Jun.

446. *Hoſius*] Iterum variant codices, *Oſius*, *Aſias*, *Oſias*, *Oſilis* praeferentes. *quaciens* etiam pro *quoties* duo Oxon. *quatiens aliquis* Vicetin.

447. *Volutat*] *voluptat* Wolff.

448. *Quas figat verubus partes*] *Quae f. v. partis* Oxon.

449. *Echino*] Quot Echinorum ovis farciat, ova Echinorum in magno pretio erant, tum propter edulii ſuavitatem, tum quia nauſeanti ſtomacho conducebant, teſte Aeliano. ut autem haec verba de Echinorum ovis exaudiam, facit Ariſtoteles, qui ſola illa apta eſſe cibo tradidit. DELR. Locus obſcurus hactenus. Quid enim *echino cutem diſtendere*? At Perſius *pingui tenus ouuato*. Auſonius, *potas*, *nimiaque tendis mole ſaginam*. Echinus vero Hippocrati Ἐχῖνος vaſis genus eſt quod exponitur χύθρα μεγαλόστομος, id eſt vaſti oris. Horatii interpres ait vas eſſe, in quo calices lavantur. ſed pulchre videtur dixiſſe Plinius *calicem echinatum*. Itaque colligitur ex his, Hoſium, ſive Oſium, non pitiſſare. ſed quaſi plena dyota ſorbere; ut ita *pinguis* exſtet aqualiculus. Niſi tu malis Echinum marinum intelligi, de quo Martialis, opinor, Lib. XIII. 86.

Ille licet digitos teſtudine pungat acuta,
Cortice depoſito mollis echinus erit.

Plinius Lib. I. Epiſtol. *Echinos maluiſti*. optimi vero qui juxta Miſenum capiebantur. uſi ſunt Romani in cibis. Caeterum ova Echinorum Notarum ſcriptor elegans interpretabatur. vide & alterum Plinium Lib. IX. cap. 31. Sed enim ab Echinorum aſperitate multa Echini nomen ſortita ſunt, ut venter bovis Ariſtoteli de Part. Anim. Lib. III. ita & hic tergum vel ſpinam ſuis interpretari malim, quod Galli habent in deliciis, modo piſa admixta ſint: immo vero hanc dictionem ἀπὸ τῦ ἰχίνου ſuo idiomate belle nimis exprimunt. vide Cedrenum de iis, quas κοιράνας vocat. Ovidius de ſue, *rigidis horrentia ſetis Terga dat*. CLAVER. *echino* Vicetin. *diffundat* marg. Iſingr. ſed *diſtendere* rectum. ut Lib. I. 258. *laxaique laborat Diſtendiſſe genas*. vide Heinſ. ad Ovid. IV. Metam. 457. ubi ex Juvenali Sat. V. 80. profert locum,

Adſpice quam longo diſtendat pectore lancem
Quae fertur domino ſquilla,

ubi non capio quomodo lanx poſſit diſtendi, quam inplet totam ſquilla. legerem, *quam longa diſtendat pectora lance*. Squilla enim craſſa, longa, & forte farta, poſtulabat lancem longam, in qua pectora ſua diſtenderet. fartam fuiſſe poſſis conjicere ex Scholiaſte, qui *miniſtrum inferiorem*, ab infarciendo, vocat. quamvis ibi & pro eo, qui lancem infert in coenam, poſſit capi. & vox illa *infertor* aevi ſit barbari ab inferendo. ſenſus vero hic obſcurior, an echino diſtendat cutem, eum farciendo, vel an ſuam cutem diſtendat avide devorando ingentem Echinum, an ovis Echini farciat ſuem? ego fateor me non ſatis deliciarum harum peritum eſſe, licet ultimum credam veroſimilius. notus enim porcus Trojanus, de quo ad Petron. cap. XLIX. ubi epigramma ineditum proximus de **obeſo**, id eſt Gallina ovis farta, ubi dicitur *Gallina membris creſcere repletis*, quod idem quod hic *cutem diſtendere*. hodie ita lupos fartos inferunt menſis delicatioris cibi cupidi. vel an, ut hodie anſeres & anates caſtaneis farciri ſolent, ita Echinis ſuis pars erat farta, ut in priori editione Barthius. vide ad Petron. BURM.

450. *Flagrat opus*] vel *Fervet* primus Vaticanus, quomodo Virgilius. mox, *leves frondes*, non *levis aura* idem Vaticanus, nihilo deterius. HEINS.

451. *Contexit varius*] Sic ceteri omnes, meo MS. excepto, in quo poſt *Contexit* ante *varius* eſt lacuna, latet aliquod ulcus. DELR. *Texitur & varius* excerpta Pomponii. Gudiana, *Conteritur varius*. Barthius *Contexit verubus* hoc loco legit, & *Contexti* in Adverſariis ex Claveriano libro. ſuperiori verſu idem, *culteri cos perſtrepit*. fruſtra. ſecundis curis, *crebro pulſu cos perſtrepit ictu*. *pulſatum* pro *pulſu* poni jam ab aliis animadverſum. Stat. I. Silv. I. 65. *ſtrepit arduus pulſu Machina*. *contexit*, quomodo *ſubtexit*, *intexit*, & *obtexit*. Virgilius III. Aeneid. 58.

——— *intremere omnem*
Murmure Trinacriam, & coelum ſubtexere fumo.

Idem Lib. XI. 610.

——— *fundunt ſimul undique tela*
Crebra nivis ritu, coelumque obtexitur umbra.

Avienus Deſcriptione Orbis, *miſſilibus late ſubtexitur aër*. Prudentius Hamartig. 729.

——— *fulphure cum jam*
Nimboſo ignitus coelum ſubtexitur aër.

Ecce levis frondes a tergo concutit aura;
Credit tela Leo: valuit pro vulnere terror,
Inplevitque vicem jaculi: vitamque nocentem
Integer, & ſola formidine ſaucius, efflat.
Quis tibi tractandos pro pectine, degener, enſes,
Quis ſolio campum praeponere ſinaſit avito?
Quam bene texentum laudabas carmina tutus,
Et matutinis pellebas frigora menſis!
Hic, miſerande, jaces: hic, dum tua vellera vitas,
Tandem fila tibi neverunt ultima Parcae.
Jam vaga pallentem denſis terroribus aulam
Fama quatit: ſtratas acies, deleta canebat
Agmina, Maeonios foedari caedibus agros,

465. Pam-

ubi veterrimus liber Bodlejanus *contexitur*. Stat. III. Silv. I. 128. *nocturna coelum ſubtexitur umbra*. Silius Lib. IV. 552.

——— *Libycae certant ſubtexere corvus*
Denſa nube polum.

Noſter Lib. I. de Laud. Stilich. 257. *Poenus jaculis obtexitur aër*. atque ita ſaepe. Livius Lib. XXVI. 17. *prima luce nebula denſa ſaltum omnem campoſque circa intexit*. HEINS. Gronov. Lib. III. Obſerv. 21. legit:

——— *crebro pulſatum perſtrepit ictu*
Convexum varius penetrat Chalcedona nitor.

in qua lectione ſaltem ſenſus tolerabilis eſt. *convexum* eſt coelum, quod perſtrepit crebro ictu. ſolummodo difficultatem habet, quem *ictum* intelligat. ego manum a deſperato loco abſtinere ſatius puto. ſed vitium in *pulſatus* haerere credo, & vocem deſiderari, quae coquos aut miniſtros notat, quorum ictu perſtrepebat Conſtantinopolis. viderant acutiores. forte,

——— *crebro jugulatorum perſtrepit ictu*
Boſporus, & validus penetrat Chalcedona nitor. BURM.

452. *Ecce*] *Eſſe* Wolf. a m. prim.

Levis] *leves* Oxon. Leid. male. *levis aura* Lucan. Lib. VIII. 789. & ſaepe Ovidius. *concitat* Jun. ſic mox 472. *venta citatas fauſillas* dixit. non enim modo concuſſas, ſed decuſſas frondes in tergum cecidiſſe dicit, quas tela eſſe fingebat. BURM.

457. *Suaſit*] *juſſit* Jun. Oxon. *ſolum* (pro *ſolium*) *campo* Vicetin.

458. *Quam bene*] *Qui bene* Voſſ.

Laudabas carmina tutus] Sic ſcripti, vulgo, *carmine*. unde Raphelengius, *laudebas carmina*. male. texentes ut plurimum canebant. Ovid. IV. Triſt. I.

Cantantis pariter, pariter data penſa trahentis
Fallitur ancillae decipiturque labor.

Sed & *carmina* pro carminationibus ſumi poſſunt, a carendo. Lucret. *quaſi carmine lana trabatur*. ut quidam legunt. apud Naſonem Triſt. V. Eleg. III. ex vetuſto codice:

Scilicet hanc legem nentes fatalia Parcas
Carmina, bis genito bis cecinere tibi.

In veteri Inſcriptione apud Gruterum pag. DCLV.

EN HOC IN TUMULO CINEREM NOSTRI CORPORIS
INFESTAE PARCAE DEPOSIVERUNT CARMINE.

quae ad carminationem refer. quamquam & Parcas inter lanificium canentes fata Poëtae deſcribunt. ut in illis Catullianis:

Haec tum clariſona pellentes vellera voce
Talia divino fuderunt carmine fata.

Fortaſſis tamen ſcribendum in Claudiano, *laudabat ſtamina*. frequenter enim hae duae voces inter ſe confunduntur, de quo ad Naſonem XI. Met. 169. & V. Triſt. III. 26. nonnihil. ſic apud Propert. Lib. IV. Eleg. VII. *fatorum nulli revolubile ſtamen* corrigi debet. in codice Regio *tramina* legitur. HEINS.

459. *Menſis*] *penſis* conjicit Vir Cl. Albertus Rubenius, quod & Barthius viderat curis prioribus. nam poſteriores in contrarium eunt, perperam. HEINS. Mihi *menſis* magis placet. craſſa enim mole Leo, & gula, ut ſupr. 376. intemperantiſſimae vitae fuit, ut non ientaret modo, ſed coenae inſtar, menſae accumberet. nam qui aliter penſa frigora pepuliſſe dici poſſiot, non video. ſed cibo & potu matutino contra frigus ſe muniebat. BURM.

460. *Vitas*] *curas* Jun. pro *tandem* idem *tende*.

464. *Maeonios agros*] *Mygdonios* quintus Vaticanus, & unus Medic. quomodo initio libri hujus,

Pamphylos, Piſidasque rapi. mutuendus ab omni
Targibilus regione tonat. modo tendere curſum
In Galatas, modo Bithynis incumbere fertur.
Sunt qui per Cilicas rupto deſcendere Tauro,
Sunt qui, correptis ratibus, terraque marique
Adventare ferant. geminantur vera pavoris
Ingenio. longe ſpectari e puppibus urbes
Accenſas, lucere fretum, ventoque citatas
Omnibus in pelago velis haerere favillas.
Hos inter ſtrepitus funeſtior advolat alter
Nuntius, armatam rurſus Babylona minari
Rege novo: reſides Parthos, ignava peroſos
Otia, Romanae finem jam quaerere paci.
Rarus apud Medos regum cruor, unaque cunctо
Poena manet generi. quamvis crudelibus aeque

480. Pa-

Jus, *Mygdonii cineres.* Thuaneus, *Choenias.* HEINS. vid. ſupra 408.

465. *Pamphylias Piſidasque rapi*] Lege, *Pamphylas*, quomodo prior Moreti & unus Ambros. miror hoc fugiſſe interpretes. ſecunda enim ſyllaba in *Pamphylias* producitur. ſic apud Periegetem, Παμφυλίδες ἰοὶ πέλαες. Scholiaſtes, Πάμφυλοι καὶ Παμφύλη τὸ ἐθνικόν. HEINS. *Pamphineos* Jun. *Phaſidasque* Jun. & OXON.

466. *Sonat*] *tonat* ſcripti plerique. bene. HEINS. vide IV. Conſ. Honor. 320. *ab omni* Parm. Junt. Ald. Iſingr. & aliae. ſed *in omni* Vicetin. vide I. Stilich. 72.

470. *Verba pavoris*] Inſulſe. lege cum ſcriptis, *vera*. vidit Barthius. Statii illa reſpexit Lib. III. Theb. 343.

——— *Deus omnia credere ſuadet*
Armipotens, geminatque acceptas fama pavores.

HEINS. *vera* jam dederunt edd. Vicetin. Parm. Ald. Junt. Gryph. Colin. & aliae. & ita Wolf.

Pavoris Ingenio] Ovid. *grande doloris Ingenium eſt.* Lucan. I. 479. *ſic quisque pavendo Dat vires famae.* Silio, *decilis paſcere rumorem vulgi pavor. cuncta, ut mos famae, in majus credita*, ſic Tacitus loquitur III. Annal. 44. CLAVER. vide ad Val. Flacc. Lib. II. 166.

471. *Puppibus urbes*] *e puppibus* Vatic. & multi alii. forte, *e rupibus.* praefatione hujus libri:

Proſpectant Paphiae celſa de rupe puellae
Sollicitae ſalvam dum ferat unda ratem.

ubi pari modo variant libri veteres. Statius Theb. Lib. IV. 29.

Stant in rupe tamen. fugientia carbaſa viſu
Dulce ſequi, patriosque dolent crebreſcere ventos.
Stant tamen, & natam puppem de rupe ſalutent.

Sylvar. Lib. V. II. 6.

Vela ſequar, ſpectemque ratem jam laſſus ab altis
Rupibus.

mox, *Accenſae*, & *citatae favillae* ſcribendum videtur. ut *ſpectari* pro ſpectantur dixerit, quomodo ſaepe. HEINS. ita apud Ovid. X. Ep. 133.

Dii facerent, ut me ſumma de puppe videres,

ubi & MS. *rupe*. vide notas. *longe proſpectant puppibus* Leid.

475. *Rurſus*] *curſus* Jun.

476. *Parthos*] Id eſt Perſas, nam haec promiſcue Poëtae uſurpant. Certum eſt vero ipſos facile ab impoſito jugo reſilire, quia gentes ejusmodi non ſunt adſuetae frenis ſervitutis; ſed amant ſuos Reges, quantum odere aliena imperia. Q. Curtius: *Perſae non ſolum pie ſed & prudenter ſuos Reges inter Deos colunt*, majeſtas enim imperii ſalutis tutela eſt. Idem, Ingenita quibusdam gentibus erga reges ſuos veneratio, ut putri veris Gallis. Eſt vero locus in Epiſt. Juliani Imp. ubi ſic ratiocinatur: οἱ νόμοι φοβεροὶ διὰ τοὺς ἄρχοντας, *leges principum cauſa timentur.* ergo qui violavit Principem, leges violavit. CLAVER.

478. *Medos*] *medios* Wolf.

Unaque cunctо Poena manet generi] Alii, *cunctos generis.* perperam. Cicer. Philipp. *Quis autem meum Conſulatum praeter P. Clodium, qui vituperaret, inventus eſt? Cujus quidem tibi fatum, ſicut C. Curioni, manet.* ita veterrimus codex Romanus. apud

Paretur dominis. ſed quid non audeat annus
Eutropii? ſocium nobis, fidumque Saporem
Perculit, & Perſas in regia vulnera movit;
Rupturasque fidem, leto pars ne qua vacaret,
Eumenidum taedas trans flumina Tigridis egit.
Tum vero cecidere animi, tantisque procellis
Deficiunt, ſepti latrantibus undique bellis.
Infenſos tandem Superos & Conſulis omen
Agnovere ſui: nec jam revocabile damnum
Eventu rerum ſtolido didicere magiſtro.
Namque ferunt geminos uno de ſemine fratres
Japetionidas generis primordia noſtri
Diſſimili finxiſſe manu: quoscumque Prometheus
Excoluit, multoque intexuit aethera limo,

Hi

Virg. XI. Aen. 872. bene MSS. & *jam ſua Turno Fata manent.* noſter Bello Getic. 499. *ſi cura tibi manet ulla tuorum.* Seneca Oedipo:

Nec tibi longa manent ſceleratae gaudia caedis.

HEINS. *cunctos poena movet generi* Jun. & Leid. qui & *generis. monent* Wolf. a m. prim.

481. *Eutropii*] *Eutropium* Jun.

Fidumque jodulem] Is eſt, de quo Pacatus ad Theodoſium antea dixit, Regem Perſarum, qui Theodoſii hominem ſe confiteri nolebat, in his imperatorem coluiſſe templis, in quibus ipſe colitur. vid. Panegyr. VI. Honor. CLAVER. *Saporem* Lucenſ. Gyrald. prim. Vatic. & Pomponii excerpta. optime. Eſt enim nomen plerisque Perſarum regibus commune. unde factum, ut *Sapores* dicerentur promiſcue Perſarum reges, quomodo Romanorum Caeſares. Sidonius Apollinaris Panegyrico Aviti, *Parthicus ultro Reſtituit mea ſigna Sapor.* cum de Phraate loquatur. & Panegyrico Majoriani, *Ventidio maſtate Sapor*, cum Pacoro nomen fuerit illi Parthorum regi, quem Ventidius obtruncavit. *Sapor* & dictus ille, qui a Gordiano tertio praeliis aliquot ſuperatus, quique Valerianum ſeniorem vivum cepit. alterius etiam Ammianus meminit ſub Conſtantio, & *Iamſaporis* ejus praefecti. reddendum id nomen priſco epigrammati ex auctoritate vetuſtarum membranarum in Catalectis Pithoeanis. Epigrammatis initium eſt:

Fata per humanas ſolitus praenoſcere fibras
Impius infandae relligionis Aper.

cum ſcribendum ſit, agitur enim de homine Perſa,

Impius infanda relligione Sapor.

Euſebius de vita Conſtantini Lib. IV. cap. IX. & Libanius in Oratione, quae *βασιλικὸς* inſcribitur, Saporis Perſarum Regis ſub Conſtantini tempore meminerunt, qui is ipſe forſan, cujus ſub Conſtantio Ammianus Marcellinus mentionem facit. HEINS. *Soborem* Voſſ. *ſocium vobis* Jun.

483. *Rupturasque*] *Rapturasque* plerique ſcripti, & edd. Vicet. Parm. Junt. Ald. Iſingr. & aliae.

487. *Infenſos*] *Infeſtos* Wolf. & marg. Iſingr. vide Rapt. 201.

489. *Eventu rerum ſtolido*] Ita ſcripti. Barthius *ſtolidi.* fruſtra. Livius Lib. XXII. *nec eventus modo hoc docet. ſtultorum iſte magiſter eſt.* HEINS Sed ille locus Livii videtur adſtruere *ſtolidi*, niſi *ſtolido* dativo caſu capias; ſed tunc praeſtaret *ſtolidis.* magiſter ſtolidis eventus. in multis editionibus, *eventu ſtolido rerum. eventum ſtilicho rerum* Jun. vid. Barth. XII. Adv. 8. qui ad Grat. Cyneg. 262. citat

——— *non jam reparabile damnum*
Eventu ſtolidi rerum didicere magiſtri.

in Vicetin. erat,

——— *nec jam revocabile damni*
Eventu: ſtolido rerum didicere magiſtro.

vid. ad Ovid. II. Epiſt. 86. BURM.

490. *Namque*] *Jamque* Jun. *de ſanguine* Voſſ. a m. prim. *de corpore natos* vel *jemine fratres* Lovan.

491. *Japetionidas*] Promethea & Epimethea Japeti filios intellige. ſic *Oedipodionidas* dixit Auſonius, & ante illum Statius. Totus vero hic locus ex Platone quaſi ad verbum deſumtus eſt, neque ideo libet apponere, nihil enim novi adportarem. vide etiam Heſiodum. CLAVER. *Japetioniadas* Vicetin. Parm. Iſingr. Gryph. *Jam petionidas* Wolf.

492. *Finxiſſe*] *fixiſſe* Jun.

493. *Excoluit, multoque*] Non *multumque* ſeptem libri

Hi longe ventura notant, dubiisque parati
Caſibus, occurrunt fabro meliore politi.
Deteriore luto pravus quos condidit auctor,
(Quem merito Graji perhibent Epimethea vates)
Et nihil aetherii ſparſit per membra vigoris,
Hi pecudum ritu non inpendentia vitant,
Nec res ante vident: accepta clade queruntur,
Et ſeri tranſacta gemunt. jam ſola renidet
In Stilichone ſalus, & cujus ſemper acerbum,
Ingratumque ſibi factorum conſcius horror
Credidit adventum; quem ſi procedere tantum
Alpibus audiſſent, mortem poenasque tremebant,
Jam cuncti veniſſe volunt, ſcelerumque priorum
Poenitet: hunc tantis bellorum ſidus in undis
Sperant: hunc pariter juſti ſontesque precantur.
Ceu pueri, quibus alta pater trans aequora merces
Devehit, intenti ludo, ſtudiisque ſoluti
Laetius amoto paſſim cuſtode vagantur:
Si gravis auxilio vacuas invaſerit aedes
Vicinus, laribusque ſuis proturbet inultos,
Tum demum patrem inplorant, & nomen inani
Voce cient, fruſtraque oculos ad litora tendunt.
Omnes ſupplicio dignos letoque fatentur,
Qui ſe tradiderint famulis, Stilichone relicto.
Mutati ſtupuere diu, ſenſuque reducto

Paul-

libri cum prim. Vatic. unus etiam Ambroſ. *intexuit* pro *innexuit*. quod placet. neque aliter primus Vaticanus. Putabam aliquando, *immiſcuit*. HEINS.

495. *Caſibus*] *Caſſibus* Jun.

496. *Luto*] πηλῷ. ideo homines πηλοῦ πλάσματα. DELR.

pravus] *parvus* alii.

Edidit auctor] *condidit* Iſingr. & quatuor ex noſtris, ut IV. Conſ. Honor. 229.

——— *cum conderet artus*

Noſtros, aethereis miſcens terrena. Prometheus.

HEINS. *condidit* jam Aldus & Colineus edidere. *quos edidit* Parm. an *quos condidit*? BURM.

497 *Epimethea*] nam ſic dictus eſt ab ἐπὶ μεθύσεται, quare Pindarus ſero ſapientem vocavit ὃς ἀ τὰν Ἐπιμαθέ- ἄγαν ἐξαπίνα δυνατὸν πρίφατο. DELR.

500. *Queruntur*] *ferentur* Jun.

501. *Et ſeri tranſacta gemunt*] Non *ſero* in ſcriptis. *ſerie* primus Vaticanus. HEINS. *ſeri* Ald.

502. *Cujus*] *quovis* Vicet. pro *quoius*, ut alibi illa editio.

503. *Ingratumque ſibi*] *Ingratumque ſinul* Lovan.

507. *Hunc tantis bellorum*] Sic Iſingrini codex. & tres ex noſtris. vulgo *hoc*. atque ita ſequenti verſu. HEINS.

510. *Soluti*] *ſoluto* Jun. & *latius* Oxon.

512. *Auxilio*] vel *exiguo* Oxon. unde Heinſius *exilio*, ſcilicet domini, vel *auxilii vacuas*. ſed & *vacuas auxilio* potuit dixiſſe.

513. *ſuis proturbet*] *ſuas perturbet* Jun. male. vid. Bell. Gild. 198. *inultos* vero hic eſt, qui ptae infirma aetate ſe ulciſci nequeunt. imitatur illa Horatii Epod. VI. *Inultus ut, flebo, puer.* MOX, *patremque inplorant* Vicetin. Parm. BURM.

517 *Qui ſe tradiderint famulo*] MS. meus *famulis*. DELR. *famulis* Ald. & ſcripti. infra v. 535.

Sic me ludibrium famulis riſumque relinquis?

HEINS. *quod ſe tradiderant* Junt. *famulos* Colin.

Paullatim proprii mirantur monſtra furoris:
Avertuntque oculos. projectis faſcibus horret
Lictor, & infames labuntur ſponte ſecures.
Quales Aonio Thebas de monte reverſae
Maenades, infectis Pentheo ſanguine thyrſis,
Quum patuit venatus atrox, matrique rotatum
Conſpexere caput. greſſus caligine figunt,
Et rabiem deſiſſe dolent. quin protinus ipſa
Tendit ad Italiam ſupplex Aurora potentem,
Non radiis redimita comam, nec flammea vultum,
Nec croceum veſtita diem: ſtat livida luctu:
Qualis erat, Phrygio tegeret cum Memnona buſto.
Quam ſimul agnovit Stilichon, (nec cauſſa latebat,)
Reſtitit: illa manum victricem amplexa moratur,
Altaque vix lacrimans inter ſuſpiria fatur.
Tantane te noſtri ceperunt taedia mundi?

535. Sic

519. *Paullatim*] *Mirantur proprii paullatim* Oxon. Voſſ.

520. *Avertuntque oculos*] *advertuntque* Jun. *avertunt oculos* Leid.

Projectis faſcibus] *proſtratis* prim. Vaticanus. HEINS.

524. *Quum patuit*] *Compatuit* Voſſ. *Cpatuit* Jun.

Rotatum caput] Ovid. Lib. III. Met. *Avulſumque caput digitis.* an in Paneg. quae Lucano tribuitur de equo, *cervice rotata Incipit effuſos in gyrum carpere curſus.* CLAVER.

525. *Conſpexere*] *Aſpexere* Jun. *caligine fingunt* Oxon. Leid. Voſſ. Lovan. & Wolf.

526. *Et rabiem deſiſſe dolent*] *deſciſſe* Aldus cum plerisque membranis. ut apud Statium Theb. II. *Reſpiciens deſciſſe Deos.* Iſingr. *ceſſiſſe.* Lucenſ. *deſceſſe.* Petav. *diſceſſe.* Gyrald. prim. Vatic. & ſeptem alii vulgatam lectionem tuentur. bene. Lucan. Lib. VII. 780.

Cum fureret Pentheus, vel cum deſiſſet Agave.

quomodo illic legendum vir magnus jam monuit, pro deſiiſſet. Martial. Lib. VIII. 5.

Deſiſti, Macer, annulos habere.

Ovid. II. ex Ponto El. V.

Cum tu deſiſti, mortaliaque ora quierunt.

ita utroque loco codices ſcripti, non *deſiſtis. deſiſſe*, furere nimirum, quod *furorem vincere* Statio Theb. III. 188.

——— *nec tempore clarius illo*
Phoeniſſae ſonuere domus, cum laſſa furorem
Vicit, & ad comitum lacrimas expavit Agave.

Idem Theb. Lib. IV. 565.

Penthea jam fractis genetrix Cadmeia thyrſis
Jam dimiſſa Deo, pectusque adoperta cruentum
Inſequitur planctu.

Valer. Flaccus Lib. III. 264.

Ceu pavet ad crines & triſtia Penthea ora
Thyas, ubi impulſae jam ſe Deus agmine matrit
Abſtulit, & caeſi vanejcunt cornua tauri.

HEINS. *deciſſe* Jun. Leid. Oxon. a m. prim. *ceſſiſſe* marg. Iſingr. vide adnotata ad Lucani laudatum locum.

Ipſa] *ipſam* Leid. *in Italiam* & *patentem* Oxon.

529. *Livida luctu*] *turida* quintus Vatic. & prim. Petav. quod placet. paulo ante in Oiſeliano ſolum hemiſtichium legebatur, *Non radiis redimita comam.* quod poſtea ſuppletum altero hemiſtichio, *non lucida vultu.* pro quo in nonnullis exemplaribus, *non lumine ſueto.* in primo Vaticano pro diverſa lectione, *non luce coruſca.* HEINS. *non fronte ſerena* Voſſ. *frontemque corona* MS. Pulm. *comas non f. vultu* Wolf. *non flammea vultum, Non croc.* Voſſ. *non flamave* Lovan. *non flamine vultum* Medic. *non lumine ſueto* marg. Iſingr. *nec flammea vultu* Ald. Junt. quae omnia interpolatum locum docent.

530. *Tegeret*] *texit* Leid.

531. *Simul agnovit*] *ſimul ac novit* marg. Iſingr.

533. *Atque ita vix*] Temere junſores rejecerunt *Altaque*, quod in vet. libro habetur. DELR. *Altaque*, non *Atque ita*, potiores libri. HEINS. *Altaque* Wolf. Vicetin.

535.

Sic me ludibrium famulis riſumque relinquis,
Dux quondam rectorque meus? ſolamque tueris
Heſperiam? domiti nec te poſt bella tyranni
Cernere jam licuit? ſic te victoria nobis
Eripuit, Gallisque dedit? Rufinus origo
Prima mali. geminas inter diſcordia partes
Hoc auctore fuit. ſed jam majora moventi
Occurrit juſta rediens exercitus ira,
Fortis adhuc ferrique memor. brevis inde reluxit,
Falſaque libertas. rurſum Stilichonis habenis
Sperabam me poſſe regi. prô caeca futuri
Gaudia! fraterno conjungi coeperat orbis
Imperio (quis enim tanto terrore recentis
Exempli paribus ſeſe conmitteret auſis?)
Quum ſubito, monſtroſa mihi turpisque relatu
Fabula, Rufini caſtratus profilit heres:
Et ſimiles iterum luctus Fortuna reduxit,
Ut ſolum domini ſexum mutaſſe viderer.
Hic primum thalami clauſtris delicta tegebat,
Clam timideque jubens. erat invidioſa poteſtas,
Sed tamen eunuchi. necdum ſibi publica jura
Sumere, nec totas audebat vertere leges.
Sed poſtquam pulſisque bonis, & faece retenta,

Pe-

535. *Sic me*] *ſi me* Jun. *famulo* Lovan. a m. s.

536. *Rectorque meus*] Stilicho ſane cum eſſet Conſtantinopoli, omnia vel ſolo nutu regere videbatur, quia Comes ac gener Theodoſii & Magiſter utriusque militiae. Tales, opinor, fuere ſemidei vel heroes, qui nec Dii nec homines, ſed quid medium aut ex utroque temperatum. quam opinionem qui populo injecere ex natura ſua bene comparata, minimeque ſubdola, non eſt quod faſciam Regum aut regiminis invideant moleſtiam. CLAVER.

537. *Bella*] *tela* Oxon.

538. *Sic te*] *ſi te* Oxon.

539. *Dedit*] *fuit* Oxon. a m. s.

540. *Geminas*] *geminos i. d. fratres* Voſſ. m. prim. & Oxon. m. prim. *hoc actore* Voſſ.

541. *Hoc auctore fuit*] *Fluit* malim. adeantur Feſcennina Nuptiis Honorii vs. 63. *majora furenti*, non *moventi*, tertius Vaticanus. HEINS. *actore* Wolf.

542. *Occurrit*] *occurrat* Jun.

543. *Ferrique*] *fratrisque* marg. Iſingr. *reduxit* Vicet. Parm.

547. *Recentis*] *retentus* Lovan.

549. *Quum ſubito monſtroſa mihi*] *monſtroſa lues* codex Junianus. ſic *peſtem, labem, cladem* Eutropium paſſim vocat. de Rufino Lib. I. 24.

——— *vos pandite vati,*
Pierides, quo tanta lues eruperit ortu. HEINS.

551. *Luctus*] Heinſius olim maluerat *fluctus*, vel *lufus*, ut ſupra Praef. 6. *jocum* & alibi bis terve dixit, & Lib. I. 24. *ſaevitia jocandi.* BURM.

552. *Videret*] *videres* ed. Parm.

553. *Delicta*] *dilecta* Jun.

554. *Timideque*] *tumideque* Jun.

555. *Eunuchi*] Vetus liber *Eunuchus*, & ſequenti carmine, *totas.* DELR.

Necdum] *nondum* Lovan. *publica vota fumere, n. t. a. fumere leges* Wolf. *fumere leges* etiam Vicet. Parm. Jun. *audebant* Leid. *vertere leges* Iſingr. vide Bell. Gild. 402.

556. *Sumere nec totas*] *totas* Lucens. Gyrald. prim. Vatic. & quatuor alii. HEINS.

557. *Faece retenta*] *faſce* Leid. duo, & Lovan. *farce*

Pejores legit ſocios; dignusque ſatelles
Hinc Hoſius ſtetit, inde Leo, fiducia crevit,
Regnandique palam flagravit aperta libido.
Patricius Conſul maculat, quos vendit, honores:
Plus maculat, quos ipſe gerit. jam ſigna tubaeque
Molleſcunt: ipſos ignavia fluxit in enſes.
Inſultant merito gentes, facilisque volenti
Praeda ſumus. jam Biſtoniis Haemoque nivali
Vaſtior expulſis Oriens ſqualebit aratris.
Hei mihi, quas urbes, & quanto tempore Martis
Ignaras, uno rapuerunt praelia curſu!
Nuper ab extremo veniens equitatus Araxe
Terruit Antiochi muros, ipſumque decorae
Pene caput Syriae flammis hoſtilibus arſit.
Utque gravis ſpoliis, nulloque obſtante profunda
Laetus caede redit, ſequitur mucrone ſecundo
Continuum vulnus. nec jam mihi Caucaſus hoſtes,
Nec mittit gelidus Phaſis: naſcuntur in ipſo
Bella ſinu. legio pridem Romana, Gruthungi,

Jura

ſorte retenta Wolf. *pulſusque* etiam Oxon.

558. *Dignosque ſodales*] *dignusque ſatelles* cum ſcriptis & Aldo. Heins. & ita Wolf. Vicetin. Parm. & Junt.

Fiducia crevit] Deprehende aſtum Eunuchi, qui, ut ait Perſius Sat. v. 117. *vapidam ſub pectore vulpem gerebat.* eadem ſubtilitate apud Sueton. cap. XXXIII. *Tiberius paulatim principem exeruit.* de quo Ovid. IV. ex Ponto XIII. 27.

Eſſe parem virtute patri, qui frena rogatus
Saepe recuſati ceperit imperii. Claver.

562. *Quos ipſe regit*] MS. & Vicetin. *gerit.* Delr. Imo *gerit* cum libris. vidit Raphelengius. paulo poſt, *Inſultant* Lovan. & unus Ambroſ. pro *Exſultant.* Bell. Gild. 378. *faciles inſultandique jacemus.* Ibid. 383.

Inſultaret atrox famula Carthagine Maurus. Heins.

564. *facilisque volenti*] ita codices omnes & edd. Vicetin. Parm. Junt. Ald. & aliae. neſcio unde Heinſius *volentum* acceperit. forte *volentis* ſcripſerit. ſed *volenti* eſt unicuique, qui modo vult invade e. utrumque caſum occurrere probe novi. noſter Bell. Getic. 86. *victoribus ipſe Praeda fuit.* & III. de Rapt. 181. Cui *praeda ferox. merito leges* marg. Iſingr. Burm.

566. *Squallebit aratris*] *Squalleſcit* rectius in Reg. & Oxon. *Squallevit* prim. Vatic. Heins. *Squalebit ariſtis* Jun. *ſcalebit* Wolf. vld. Bell. Gild. 151.

569. *Araxe*] *oraxe* Voſſ. an pro *Oaxe*? ut ſupr. Bell. Gild. 37.

570. *Antiochi muros*] Antiochiam accipe. quae urbs olim pulcherrima & ampla in primis; nam & Syriae caput, incolae ipſius fuere leves admodum & pervicaces, ita ut barbae Juliani Imperatoris non pepercerint: quin etiam Flaccillae Aug. ſtatuam dejecere, in quos dum princeps ultionem parat, Libanius, ſeu potius Flavianus, obviam iit, veniamque delicti meruit eloquentia, alioquin urbs illa fuiſſet exemplo Theſſalonicae. Claver.

Decorae] *decorum* Leid. m s.

572. *Obſtante*] *boſtante* Wolf.

573. *Cruento*] In veteri libro, *ſecundo*, & in mei margine, vel *coruſco*. Vicetin. etiam *ſecundo*. M. Tullius ad Caeſarem juniorem Lib. II. *proelium valde ſecundum* dixit. Delr. *mucrone ſecundo*, non *cruento*, libri plerique. Bell. Gildon. 465.

Tertia jam cervix ſolito mucrone rotetur. Heins.

ſecundo Wolf. Vicetin. *continuum vulgus* etiam Jun. *non jam* Voſſ. *jam jam* Jun.

576. *Legio*] Gothunni, quibus antea in Phrygia aſſignati erant agri, tamquam foederatis Romanorum, id eſt Orientalium, quaſi excuſſo jugo invadunt meliorem Aſiae partem. Legiones vero Romani habuere ex variis gentibus: inde legio Armeniaca, Iſaurica, Britannica, Galatica, Divitenſis, Gallicana, in veterum monumentis. Claver.

577.

Digitized by Google

Jura quibus victis dedimus, quibus arva domosque
Praebuimus, Lydos Asiaeque uberrima vastant
Ignibus, & si quid tempestas prima reliquit;
Nec duce, nec numero freti: sed inertia nutrit
Proditioque ducum, quorum per crimina miles
Captivis dat terga suis, quos teste subegit
Danubio: partemque timet, qui repulit omnes.
Aula choris epulisque vacat: nec perdita curant,
Dum supereſt aliquid. ne quid tamen orbe reciso
Venditor amittat; provincia quaeque superstes
Dividitur, geminumque duplex passura tribunal
Cogitur alterius pretium sarcire peremtae.
Sic mihi restituunt populos: hac arte reperta
Rectorum numerum terris pereuntibus augent.
In te jam spes una mihi. pro fronde Minervae
Has tibi protendo lacrimas. succurre ruenti.
Eripe me tandem servilibus, eripe, regnis.
Neve adeo cunctos paucorum crimine damnes:
Nec nova tot meritis offensa prioribus obstet.
Jam jam flecte animum. suprema pericula semper
Dant veniam culpae. quamvis iratus & exsul
Pro patriae flammis non distulit arma Camillus.
Non te subtrahimus Latio: defensor utrique

600. Suf-

577. *Arva domosque*] *arma* Jun. Oxon. Lovan. *domusque* Jun. Leid. duo Lovan.

580. *Nec duce, nec numero*] *Nec vi, nec numero* prim. Vaticanus. Heins. *non duce, non* Jun.

581. *Proditioque*] Sic recte scripti meliores, quod & aliis deprehensum. vulgo, *Prodigiumque. Captivis* mox pro *captivos* cum iisdem legendum. mox, *perdita curat* nonnulli pro *curant*. Heins. *Prodicioque* Lovan. *Proditioque* Vicet. *non perdita* Jun. *curant* Parm.

582. *Captivos*] Non male vetus liber *captivis*. Delr.

584. *Aula choris epulisque vacat*] *aura ch. ep. vacans* Wolf.

585. *Ne quid*] *nec quid* Oxon.

586. *Amittit*] *ammittat* Wolf.

587. *Duplex*] *suplex* Leid.

588. *Sarcire peremptae*] Forte, *redemptae* vel *diremptae*. Heins. Sed *peremta* est perdita. ut *jus peremtum* 1. laud. Stilic. 381. *peremsi populi* 11. in Rusin. 426. pro *alterius* Lovan. a m. 2. Junt. Ald. Colin. *alternis*. non male. Burm.

589. *Restituunt*] *restaurant* Voss.

Arte reperta] *fraude* prior Moreti. supra Lib. 1. 88.

——— *nec fraude reperta*

Cautior elusi fremitus vitare mariti:

vide quae notamus Bell. Gildon. 264. Heins. *ac arte* Leid.

590. *Augent*] *augent* Jun. *auget* Voss. *miseris pereuntibus* MS. Pulm.

592. *Protendo*] *praetendo* conjecerat olim Heinsius.

595. *Nec nova*] *Nec mora* Leid. *jam meritis* Jun. Voss. *tam meritis* Oxon. Lovan. *obstet* Jun. Oxon.

596. *Suprema pericula semper*] *piacula* alter Moreti, Thuan. & unus Mediceus cum quinto Vaticano. quomodo & Olselianus a manu secunda. Heins. vid. 1. in Eutrop. 431.

599. *Non te*] *nec te* Lovan.

Utrique] *utriquo* Voss.

600. Sufficis armorum liceat ſplendore tuorum
In commune frui: clipeus nos protegat idem,
Unaque pro gemino deſudet cardine virtus.

601. *Protegat* } *contegat* Voſſ. vid. ſupr. vs. 451.
602. *Unaque* } videntur nonnulla deſiderari. DELR. Hic vir doctus putat quaedam deſiderari, ego vero minime, quamvis tertium deſignet antiquus liber, quid enim juverit mortuo inſultare, quem ipſe vivere ad poenam optaverat; ait enim, *Vive pudor fatis*, nihil tamen periculi video ſi credas. Caeterum in hunc miſerabilem eunuchum in eccleſia latitantem Jo. Chryſoſtomus, ipſo audiente haec inter cetera pronuntiavit, quae in hoc Poëta fere videas: *ubi inclitus ille Conſulatus ſplendor, ubi applauſus, epulae, circi adclamationes? omnia illa periere, procella vehemens folia dejecit, arborem ſpoliatam reddidit. Dicebam tibi fugitivi ſervi naturam habere divitias, oſcula inimicorum ultro ſe tibi offerre: deſeruerunt te, ubi qui in foro de via populum decedere cogebant? Eccleſia a te boſtiliter habita ſinu expanſo te excipit. Theatra magnis objequiis a te culta te perdiderunt. Nolo proſtrato inſilire. Quis hoc homine fuit excelſior? nonne in toto orbe divitiis praecellebat? Nuper miſſis ab Imperatore, qui hominem ad pertraherent, buxo pallidior factus eſt, nunc nihilo meliorem quam mortui colorem habet. Dices boccine ornamentum: hominem ſceleſtum, averum, vorapcem altaria contingere? cave dixeris, legem ſuam primus abrogat; factus eſt orbis ſpectaculum, flens omnes admonet. Virgines, mulieres, viri huc concurriſtis: Felicitas quavis anicula rugoſa deformior oſtenditur. Orbem mutu concutiebat: nunc quavis rana aut lepore timidior, absque vinculis columnae inhaeret. At ſi pro eo intervenimus, rem gratam faciemus Principi.* Sic tandem obtinuit Orator admirabilis, ut capiti ejus parceretur, ſed Gainas eidem & Chryſoſtomo infenſus aliter poſtea obtinuit. ſi floſculi a nobis libati non faciunt ſatis, vide Nicephorum Graecum, ſi habeas. CLAVER.

Digitized by Google

CL. CLAUDIANI

IN PRIMUM CONSULATUM

FL. STILICHONIS V. C.

LIBER I.

Ontinuant Superi pleno Romana favore
Gaudia, succeſſusque novis ſucceſſibus urguent.
Connubii necdum feſtivos regia cantus
Sopierat, cecinit fuſo Gildone triumphos,
Et calidis thalami ſucceſſit laurea ſertis:

Su-

In meo MS. hae Stilichonis laudes non in panegyres, ſed libros diſtinguuntur, & facile apparet in uno eodemque conſulatu priores duas fuiſſe decantatas, adeo ut ſubdubitem, num utraque diſtinctio librariorum ſit, non ipſius Claudiani; ſcriptas crediderim in primo, quo Fl. Aurelianum collegam habuit, Stilichonem Vandalum memorant Hiſtoriographi, & antiqui lapides, magiſtrum utriusque militiae exſtitiſſe: virum manu quidem promtum, omnique laude dignum: niſi vocatis Gothis Eucherio filio regnum comparare conatus, detecta perfidia, foret occiſus, ideoque ab Honorio & Theodoſio *praeda publicus* appellatur in l. 22. C. Theod. de Bon. proſcript. & damnat. DELR. Vetus liber laudes Stilichonis in tres libros dividit rectiſſime. ſunt enim tres Panegyrici de uno eodemque Conſulatu. duae priores invitant Stilichonem, qui ſpeciem recuſantis prae ſe ferebat, ſive id innata ipſi modeſtia evenerit, ſive metu invidiae; conſtat enim Olympium & Heraclianum principi Honorio, fatis credulo, quaedam detuliſſe, quae hominem ſuſpectum reddiderint. Fuit autem Conſul anno 400. cum Aureliano, qui anno ſuperiore Praef. Praet. damnavit capitis exſulem Eutropium. CLAVER. Lucenſis aliique nonnulli codices DE CONSULATU STILICHONIS hunc librum inſcribunt. idque rectius. teſtatur ipſe illo verſu:

Conſule deſenſae ſurgunt Stilichone curules.

optimus tamen Vaticanus cum Oiſeliano, INCIPIT LAUS STILICHONIS LIBRI NUMERO III. Caeterum Barthius duos primos libros ad priorem Stilichonis Conſulatum refert, tertium ad poſteriorem, cujus ſententiae ſubſcribo. Sed quod additur his quartus ab illo liber, qui de Bello Getico in vulgatis editionibus nominatur, non poſſum aſſentiri. HEINS.

2. *Succeſſibus augens*] *urgens* tres ſcripti. magis placet. IV. Conſ. Honor. 488.

——— *longumque tueris*
Electos, crebris nec ſuccedentibus urges.

Infra hoc libro v. 69.

Nubilis interea maturae virginis aetas
Urgebat patrias ſuſpenſo Principe curas.

HEINS. Aptius in ſenſum Claudiani metaphora ſumta de undis. ut Ovid. XV. Met. 182.

Urgueturque prior veniente, urgutque priorem.

ſimili modo infra 138. *laudumque ſequentibus undis*
Obruimur. BURM.

3. *Connubii*] Honorii nuptiae celebratae anno 398. tunc Gildo fuſus eſt. Eutropius concidit anno ſequente. CLAVER. *Connubii* Lucens. bene, non *Conjugii.* mox pro *triumphos*, Raphelengius *triumphus*, quomodo & plurimi ex ſcriptis, interque illos Lucenſis & optimus Ambroſianus, ſed uſi opus, ſi de regia intelligatur. I. in Ruſin. 54.

Inſignemque canam noſtra de plebe triumphum.

Poſſet tamen & *cecini* legi, ut praefatione belli Getici, *Conſulis hic faſces cecini.* HEINS. *connubii nondum* Voſſ. *feſtinus* Vicet. Parm. *triumphus* Vicet. Parm.

Regia cantus Sopierat] Vetus liber, *gaudia cantus ſopierant*, idque Celſani cod. retinuit. DELR. Ita & Wolf. Oxon. Voſſ. & Lovan. qui & *falſo* vel *vitio Gildone. gaudia* etiam Vicetin. & Parm.

5. *Sertis*] *ſacris* Voſſ. a m. 2. *Et calidi thalami* Lovan.

Sumeret ut pariter Princeps nomenque mariti,
Victorisque decus. Libyae post praelia crimen
Concidit Eoum: rursusque, Oriente subacto,
Consule defensae surgunt Stilichone secures.
Ordine vota meant. equidem si carmen in unum
Tantarum sperem cumulos advolvere rerum,
Promtius inponam glaciali Pelion Ossae.
Si partem tacuisse velim, quodcumque relinquam,
Majus erit. veteres actus, primamque juventam
Prosequar? ad sese mentem praesentia ducunt.
Narrem justitiam? resplendet gloria Martis.
Armati referam vires? plus egit inermis.
Quod floret Latium, Latio quod reddita servit
Africa, vicinum quod nescit Hiberia Maurum,
Tuta quod inbellem miratur Gallia Rhenum.
An gelidam Thracen decertatosque labores,
Hebro teste, canam? magnum mihi panditur aequor,
Ipsaque Pierios lassant proclivia currus
Laudibus innumeris. etenim mortalibus ex quo
Tellus coepta coli, numquam sincera bonorum
Sors ulli concessa viro. quem vultus honestat,

De-

8. *Concidit*] *Condidit* Leid. a m. prim.

10. *Vota*] *fata* Wolf.

Carmen in unum] Duo, *carmine in uno*. septem, *carmine in unum*, ut *colligere in unum* & similia. HEINS.

11. *Tantarum*] Pacatus, *impediit turba delectum*. Ovid. v. Fast. 6. *Quo ferar ignoro, copiaque ipsa nocet.* vide Theocrit. in Encomio Ptolemaei Regis. CLAVER.

Advolvere] *involvere* Oxon. a m. s. Cerda ad Virgil. IV. Georg. 509. legebat *evolvere*. sed male. hoc enim esset inpositos iterum dissolvere & dejicere. sed *advolvere* est alium alii inponere, ut montibus Gigantes inpositis fecerunt. pro *rerum* in Ambros. *laudum*, quod rhytmum tolleret. BURM.

12. *Promtius*] Vetus liber, *Protinus*, quod ut recipiatur, eo modo interpretor, quo Virgilianum illud a Nonio adductum, ex Lib. IX. (male in Antverpien. Nonio legitur VIII.) *felix si protinus illum Aspexisset nati ludum*. dicitur & *protenis*. apud eumdem locus est Afranii, vulgo corruptus, hoc modo: *Afranius epist. commissa: Tum protenis recta domum digredimur*. longe melius D. Amandi Nervorum Monasterii manuscriptus: *Afranius epist. Commissatum protenis* &c. quia ex epist. ejusdem in *gelu* citatur locus, & *commissatum* legi debere nemo dubitavit, praeter illos, qui Platoni σοφιστικῶς λεγομένῃς dicuntur. DELR. *protinus* Leid. a m. 1.

13. *Si partem*] Ignorat hunc versum Junian.

14. *Actus*] *actus* Jun. *primamve* Oxon. *persequar* etiam Lovan. & duo Pulman.

16. *Narrem*] *narrent* Voss. *plus splendet* Oxon. duo.

19. *Hiberia*] *Hibernia* Jun. & Wolf.

21. *Decertatosque*] *detestatosque* Vicetin.

23. *Proclivia currus*] *cursus* Gyrald. & duo alii. paulo ante, *Aut gelidam*, pro *An* Lucens. aliique duo. HEINS. Ego *currus* non mutem. ita enim passim Poëtae. ut Ovid. I. Art. Am. 264. *inparibus vecta Thalia rotis*. vide hic Barthium, & quae nos ad Nemesian. Cyneg. 9. diximus Barthius ad Grat. Cyneg 150. citat *declivia*. BURM.

26. *Sors ulli concessa viro*] Haec omnia fere Odyss. 6. Ὅστις δ' ἀνθρώποισι δίδωσι χαρίεντα δόωσι Ἀνδρασιν, ὅτι φῶτ', ὅτ' ἄς, φρένας, ὅτ' ἀγορητύν. vide plura suo loco. CLAVER. *uni* malim. & sic Barthius. mox, *animus quem plurimus ornat*, non *pulchrior*, sex veteres. HEINS. *Mors* Wolf. videtur Ovidium imitari, qui de alia re VII. Met. 153. *usque adeo nulli fincera voluptas*. ubi alii, *nulla est*. certe hic *ulli* omnes scripti & editi praeferunt; nec video quid multum differat sensus, si *uni* subponas. saepe vero commutari has voces scio. vid. Broukh. ad

Dedecorant mores: animus quem pulchrior ornat,
Corpus deſtituit. bellis inſignior ille,
Sed pacem foedat vitiis. hic publica felix,
Sed privata minus. partitum ſingula quemque
Nobilitant: hunc forma decens, hunc robur in armis:
Hunc rigor, hunc pietas: illum ſollertia juris:
Hunc ſoboles caſtique tori. ſparguntur in omnes,
In te mixta fluunt: &, quae diviſa beatos
Efficiunt, collecta tenes. quid facta revolvam
Militiamque patris? cujus producere famam,
Si nihil egiſſet clarum, nec fida Valenti
Dextera duxiſſet rutilantes crinibus alas,
Sufficeret natus Stilichon. mens ardua ſemper
A puero, tenerisque etiam fulgebat in annis
Fortunae majoris honos. erectus & acer,
Nil breve moliri, nullis haerere potentum

Li-

ad Propert. Lib. III. VII. 8. Ceterum *animus quem pulchrior ambit* Pulman. Cod. BURM.

Dedecorant] In MS. legi *Et decorant* notat Scoppa cap. IV. Collect. & ita Colin. & *quam vultus honeſtat*; utrumque etiam Vicetinus habet & Parm. imitatur Horatiana illa Lib. IV. Od. 4. *dedecorant bene nata culpae.* vid. Phaedr. III. Fab. 8. BURM.

28. *Bellis*] Plutarchus, *ὁ μὲν πρὸς πολιτείαν, ὁ δὲ πρὸς πόλεμον ἐυφυέστερος*. Propert.

Hic ſatus ad pacem, hic caſtrenſibus utilis armis.

Plin. Secund. *Enituit aliquis in bello, obſolevit in pace.* CLAVER. *inſignior ille eſt* Leid.

29. *Hic publica felix*] Non *in publica* ſcripti, potiores, & Raphelengius eos ſecutus. ſic *felix omnia* pari Graecismo apud Pollionem in vita Cenſorini. vide Salmaſ. ad Hiſtor. Aug. p. 324. HEINS. *in publica* Wolf. Junt Ald. Iſingr. & aliae. *ſed privata domus* Vicetin. Parm. quod ex ignorantia Graeciſmi fluxit.

30. *Partitum*]. Alii, *partitu*. eadem variatio eſt in veteri libro. quid ſi legamus *partite?* DELR. *partito* ex veteri codice Claverius. prim. Vaticanus, aliique complures, *partitu*. unde *partite* Delrius. *partitim* praeſtantiſſimus Moreti liber, quod Barthium invenit approbatorem. HEINS. *partitur* Oxon. *partitu* Vicetin. *ſingula quaeque* prior OXON. mox, *forma decet* Voſſ.

34. *In te mixta*] Pacatus: *dixiſſe ſufficiat, unam illum divinitus exſtitiſſe, in quo virtutes ſimul omnes vigerent, quae ſingulae in omnibus praedicantur.* CLAVER.

Diviſa beatos] prim. Vatic. aliique plurimi, *diverſa*, & pro *collecta* tres *collata*. Barthius ex Palatino:

——— *tu, quae diviſa beatos*
Efficiunt, collecta tenes.

noſtri omnes diſſentiunt. HEINS. *diverſa* Wolf. vide I. in Rufin. 316. *conjecta* Scaligerum voluiſſe Heinſius notaverat.

35. *Conjecta*] MSS. ſic, vel *conlata*. & unus paulo poſt, *cujus procedere famam*. DELR.

Quid facta] *non facta* Voſſ. a m. prim. *nec* Oxon. Lovan. Vicetin.

36. *Protendere famam*] ita prima editio & liber Farneſianus. ſic *famam extendere factis* apud Virgil. Lib. X. 468. Statius IV. Silv. III. *Audi quam ſeriem virentis aevi Protendant tibi candidae ſorores.* Lucenſis tamen caeterique omnes *producere*, niſi quod in tribus *procedere*. forte *procudere*. vide notas Lib. I. in Rufin. 114. HEINS. *protendere* etiam Parm. Ald. Iſing. & aliae. *producere* Wolf.

37. *Nec fida*] *ne ſume* vel *fide* Voſſ.

Valenti] Hic Imperator infelix fuit, quem tamen a calumnia belli vindicavit, ut patruum, Gratianus Imperator. CLAVER.

39. *Sufficeret natus Stilicho*] *Stilichon* paſſim Pomponii Laeti codex, quomodo in veteri inſcriptione apud Gruterum pag. CX. I. POSTUMIUS STILICON. HEINS.

40. *In annis*] *in armis* Voſſ. a m. pr.

41. *Honos*] *bonus* Leid.

42. *Nil breve moliri*] Nil exiguum aut parvum moliri. Poſſet tamen & legi, *Nil leve moliri*, quo alludit Gloſſa codicis Regii, qui ſuper τὸ *breve*

Liminibus; fatisque loqui jam digna futuris.
Jam tum conſpicuus, jam tum venerabilis ibas:
Spondebatque ducem celſi nitor igneus oris,
Membrorumque modus; qualem nec carmina fingunt
Semideis. quacumque alte gradereris in urbe,
Cedentes ſpatiis adſurgentesque videbas,
Quamvis miles adhuc. taciti ſuffragia vulgi
Jam tibi detulerant, quidquid mox debuit aula.
Vix primaevus eras, pacis quum mitteris auctor
Aſſyriae. tanta foedus cum gente ferire
Conmiſſum juveni. Tigrin transgreſſus & altum
Euphraten, Babylona petis. ſtupuere ſeveri
Parthorum proceres, & plebs pharetrata videndi
Flagravit ſtudio, defixaeque hoſpite pulchro
Perſides arcanum ſuſpiravere calorem.
Turis odoratae cumulis & meſſe Sabaea
Pacem conciliant arae. penetralibus ignem
Sacratum rapuere adytis, rituque juvencos
Chaldaeo ſtravere Magi. Rex ipſe micantem

In-

adſcriptum habet, *id eſt inſtabile.* Lib. II. 108. *futile ne quid Infirmumque geras.* HEINS. *breve* non exiguum cum Barthio interpretor, ſed quod brevi periturum eſt, quod non immortalem memoriam relinquit. fere ut Horat. II. 16. *Quid brevi fortes jaculamur aevo.* ſic *breve lilium* Idem. I. Od. 36. & ita ille ſaepe. & ſeq. *faſtis futuris* vel *fatis* exigit *ſi breve.* BURM.

43. *Liminibus*] *luminibus* Junian. male. reſpicit illud Horat. Epod. II. *vitat ſuperba civium potentiorum limina.* BURM.

Fatisque loqui jam digna futuris] *Fatis* pro fortuna. ſic legendum ex Lucenſi, Gyrald. prim. Vatic. & tribus aliis. vulgo, *faſtisque.* ſic & VI. Conſ. Honor. 68. *magnis docuit praeludere fatis.* pari modo in vulgatis illic peccatur. IV. Conſ. Honor. 221.

Major & utilior fato conjuncta potenti,
Vile latens virtus.

ubi *facto* etiam legebatur. HEINS. *faſtisque* Oxon. Leid. Lovan. *faſtis* Vicet. Parm. Junt. Ald. & aliae.

44. *Ibas*] *ibat* Oxon.

46. *Carmina fingunt*] *fingent* tres ſcripti. puto *fingam* cum Palatino. HEINS. *non carmina* Lovan.

47. *In urbe*] *in urbem* Junian. mox *videres* malebat Heins.

48. *Cedentes*] Stat. *Adſurgit honori Numinis & recto decedu limite coeli.* Suet. in Tit. *Adſurgere & via decedere.* CLAVER.

49. *Taciti*] *tanti* Oxon.

50. *Reddidit aula*] *debuit* Gyrald. Lucenſ. & undecim alii. forte, *credidit.* infra II. 62.

Quid non intrepidus credas, cui regia tuto
Creditur?

debuit tamen nec temere mutandum, hoc eſt, ex debito contulit. Unus Petav. *contulit.* mox, *paci* non *pacis* Oxon. HEINS. *tibi contulerant* Oxon. *tibi detulerant* edit. Iſingr. *debuit* Wolf. vid. ad Rufin. I. 149. *pacis committens* Lovan. *auctor* Vicetin.

52. *Aſſyriae*] Totus hic locus a Sidonio transmovetur, ut manifeſti etiam teneri queat, in Paneg. Anthemii. *Huic quondam juveni reparatio credita pacis Aſſyriae.* vide reliqua. CLAVER.

53. *Et altum*] *in altum* Oxon.

55. *Parthorum proceres*] *Perſarum* prim. Vatic. Iſingr. & novem alii. ſed male, cum *Perſides* paulo poſt ſequantur. mox cave *Turis odorati* legas cum Barthio, cum *odoratae* ſit in optimis plerisque membranis, ut ad *aras* referatur. HEINS. *odoriferi* Junian.

56. *Flagravit*] *Flagrabat* Voſſ.

Defixae] In Jure legimus *defigere animos ad libidinem.* Ovid. *defigere votis.* CLAVER.

57. *Suſpiravere calorem*] Tibullianum. vid. Broukh. ad Lib. I. VII. 41. BURM.

60. *Sacratum*] *Sacrorum* Junian.

61. *Chaldaeo*] *Chaldaei* Lovan.

Se-

Inclinat dextra pateram. ſecretaque Beli,
Et vaga teſſatur volventem ſidera Mithram.
Si quando ſociis tecum venatibus ibant,
Quis Stilichone prior ferro penetrare leones
Comminus, aut longe virgatas figere tigres?
Flectenti faciles Medus tibi ceſſit habenas.
Torquebas refugum, Parthis mirantibus, arcum.
Nubilis interea maturae virginis aetas
Urguebat patrias, ſuſpenſo Principe, curas:
Quem ſimul imperioque ducem, nataeque maritum
Proſpiceret, dubius toto quaerebat ab axe
Dignum conjugio generum thalamisque Serenae.

Ju-

62. *Secretaque Beli*] Haec indubitata magni Scaligeri conjectura, vulgo, *belli*. ſcripti quidam. *coeli*, *ab antiquo duranda cinnama Belo* apud Stat. Theb. v. HEINS. Vide Dempſter. Etrur. Regal. II. 8. pag. 126. qui & vs. 6. *ignem jecretum*. *Belum* & *bellum* ſaepe commutaſſe librarios, docuit Cl. Drakenb. ad Sil. XV. 750. ſibi hanc emendationem adrogat Sirmondus ad Sidon. Carm. II. 82. BURM.

63. *Mithram*] Herodotus Venerem a Perſis *Mithram* vocari ſcribit. cui Strabo repugnat: τιμῶσι δὲ, inquit, de Perſis agens, καὶ Ἥλιον, ὃν καλοῦσι Μίθρην. Strabonis opinio quinque lapidum inſcriptionibus comprobatur, in quibus Sol *Mithra* vocatur. quod ne quis a me confictum putet, ſciri velim lapides exſtare etiamnum. primum quidem Romae ad D. Luciae, ſecundum Romae ad D. Mariae trans pontem. tertium Romae in aedibus Hieronymi Pichii, quartum in oppido Ticuli dioc. Urbevetanae. quintum in oppido D. Germani ad Cathedralem Eccleſiam, quibus Claudianus aſſentitur. Cleantes Philoſophus ſolem πλάστην, Branchus vero vates Ἐκάεργον nominat. ille, quia ὁ τοῖς ἀστεγάστοις ἱρεῖοις τὰς αὐγὰς, οἷον πλίνθοις τὸ κόσμιον εἰς τὸ ἐναρμόσιον ποιεῖται τὸ φῶς ἀγαθόν. hic ſorte, quod eminus operetur, haec addidi, quoniam a quibusdam qui Solis cognomina collegere, haec valde illuſtria, nulla ratione praetermiſſa ſunt. DELRIUS. Ajunt Romae eſſe Mithrae ſimulachrum, ubi ſtant utrimque duo viri, ſupra quos ſtellae ſingulae. Strabo de Perſis, ἥλιον καλοῦσι Μίθραν. Curtius: *ſolem Mithram & aeternum invocans ignem*. Erat autem vultu leonis tiara, tauri reluctantis cornua comprimens, ait Pauſanias. unde Statius, *torquentem cornua Mithram*. Tertullianus ex eo probat Daemonem res ſacramentorum imitari: *Tingit ere dente*, inquit, *& delictorum expiationem de lavacro repromittit, ſignat in frontibus milites ſuos, celebrat & panis oblationem*. CLAVER. In codice Voſſ. erat Gloſſa, *id eſt Phoebum*.

64. *Sociis*] *ſocii* Oxon. duo, Lovan. Ald. vide ad Phaedr. I. fab. 5. 4.

66. *Virga tranſigere*] In veteri codice reperi, *virgatas figere tigres*, id eſt maculoſas. alioquin *virga* erit pro jaculo aut ſagitta. Caeterum, ut ait Xenophon, apud Regem Perſarum fuit παράδειγμα μέγας ἀγρίων θηρῶν πλήρης, ἃ ἐκεῖνοι ἰδίᾳ ἔθηρων. CLAVER. Lege mecum, *longe virgatas figere Tigres*. nam *tigres virgatae* ſunt maculis, inſtar virgarum transverſis, diſtinctae. DEMPTER. *Virgatas* in ſuo libro legi monuit Claverius. nec aliter ex noſtris Lucenſis, & unus Ambroſ. cum excerptis Pomponii Laeti, & optimo Vaticano a manu ſecunda. vulgo ineptе, *virga tranſigere*, cui lectioni tamen ſubſcribit Barthius. Seneca Hippol. 344.

Tunc virgatas India tigres decolor horret.

Auctor Herculis Oetaei 144.

——— *fera Caſpia,*
Quae virgata tibi praebuit ubera.

Silius Lib. V. 148.

Caucaſiam inſtratus virgato corpore tigrim.

toto decennio poſt haſce caſtigationes noſtras publico commiſſas prodiit doctiſſimus Samuelis Bocharti de Animalibus S Scripturae commentarius, cujus libro III. cap. 8. hic Claudiani locus pari caſtigatur modo, additis Senecae ac Silii exemplis. HEINS. vide ad Val. Flacc. Lib II. 159.

67. *Faciles*] *facilis* Voſſ. *facilis tibi ceſſit Medus* Oxon. *ceſſit tibi* jun. Oxon. alter.

71. *Nataeque*] *nataque* Iſingr. Gryph. Colin. *quaerebat in axe*, ſic *in* & *ab* confuſae II. in Eutrop. 465. diſtinguunt quidam hoc modo: *proſpiceret dubius: toto quaerebat* &c. BURM.

73. *Serenae*] *ſerenum* Voſſ. Oxon. duo *ſerum* Lovan.

77.

Judicium virtutis erat. per caſtra, per urbes,
Per populos animi cunctantis libra cucurrit.
Tu legeris, tantosque viros, quos obtulit orbis,
Intra conſilium vincis ſenſumque legentis,
Et gener Auguſtis, olim ſocer ipſe futurus,
Accedis. radiis auri Tyriaque ſuperbit
Majeſtate torus. comitata parentibus exit
Purpureis virgo. ſtabat pater inde tropaeis
Inclytus: inde pium matris Regina regebat
Obſequium, gravibus ſubnectens flammea gemmis.
Tunc & Solis equos, tunc exſultaſſe choreis
Aſtra ferunt, mellisque lacus, & flumina lactis
Erupiſſe ſolo, quum floribus aequora vernis
Boſporus indueret, roſeisque evincta coronis
Certantes Aſiae taedas Europa levaret.
Felix arbitrii Princeps, qui congrua mundo
Judicat, & primus cenſet, quod cernimus omnes.
Talem quippe virum natis adjunxit & aulae,
Cui neque luxuries bello, nec blanda perielis
Otia, nec lucis fructus pretioſior umquam
Laude fuit. quis enim Viſos in plauſtra feroces

95. Re-

77. *Intra conſilium*] *concilium* prim. Vatic. paulo ante maluerim, *animi nutantis libra*. Lib. I. in Eutrop. 209. *in geminas nutat provincia lances*. HEINS.
Senſumque] *ſenſusque* Oxon. Barthius in priori editione malluerat *cenſumque*.

78. *Auguſtis*] *Auguſtus* & *accedit* Ald. *Auguſtus* etiam Junt. & Colin. *ductum ſocer* Wolf.

80. *Torus*] *domus* Oxon. *comitata potentibus* Lovan.

81. *Inde*] *ipſe* Oxon.

82. *Regina gerebat Obſequium*] Gyrald. Lucenſ. & tredecim alii ex melioribus, *regebat*. HEINS. *regebat* Wolf. a m. prim.

83. *Flammea*] Lutei video honorem antiquiſſimum in nuptialibus Flammeis. Lucan. Lib. II. 360.
Non timidum nuptae leviter tectura pudorem
Lutea demiſſos velarunt flammea vultus. CLAVER.

85. *Mellisque*] *vinique* Vicetin utrumque facile variis Poëtarum locis defendi poſſet. BURM.

86. *Floribus*] Sidonius aliter,
Hybernas rubuere roſae, ſpretaeque rigore
Liliis permiſtis inſultavere pruinis. CLAVER.
vide Conſ. Olybr. 249.

87. *Exuvia*] Meus MS. *induſia*. DELR. *indutae* Scheda Gudianae. HEINS. *Induſia* Voſſ. duo, Lovan. Oxon. duo, quorum unus pro varia lectione *induta*. ſed vide Barthium.

90. *Judicat*] *Indicat* Voſſ. Oxon. duo Lovan. & Wolf. & ita ed. Vicet. Ald. Colin.
Cenſet] Vetus liber *jenſit*. DELR. *cenſet* Iſingr. & prim. Vatic. aliique novem ex noſtris. bene. nox, *nataeque adjunxit & aulae* cum uno Ambroſ. praeſtantioris notae legendum. de nuptiis enim Stilichonis adhuc mentio, vulgo, *natis*. HEINS. Conjecerat & Heinſius, *& primus ſancit, quod ſenſimus omnes. cenſet* Gryph. & Colin.

91. *Adjunxit*] unus vetus liber *ſubjunxit*. DELR. *Subjunxit* Oxon. a m. prim. vulgata poſſet ferri, *natis adjunxit*, ſi *virum* ſumamus non pro marito, ſed pro viro forti, quem natis ſuis adjunxit ut generum, & ſequentia docent de ejus virtute agi, & epitheton *talis* adjectum exigit, ut Phaedrus III. 9. *talis vir*, ubi vide notas. quaſi tertium ergo filium Arcadio & Honorio adjunxit ſibi Stilichonem: & ſi jam de *filia* agat, centies plurali utuntur poëtae & alii, licet unus intelligatur. BURM.

94. *Myſos repulit*] Hic locus ſatis obſcurus. conſtat enim Myſos fuiſſe ſubditos Orientis Imp. & miſere adflictos a Getis: quare Stilichonis virtute hoſtium incurſu & populatu liberati, non poſſunt bo-

Repulit, aut ſaeva Promoti caede tumentes
Baſtarnas una potuit delere ruina?
Pallantis jugulum Turno moriente piavit
Aeneas, tractusque rotis ultricibus Hector
Irato vindicta fuit, vel quaeſtus Achilli.
Tu neque vaeſano raptas venalia curru
Funera, nec vanam corpus meditatus in unum
Saevitiam, turmas equitum, peditumque catervas,
Hoſtilesque globos tumulo poſternis amici.
Inferiis gens tota datur. nec Mulciber, auctor
Mendacis clipei, fabricataque vatibus arma
Conatus juvere tuos. tot barbara ſolus
Millia jam pridem miſeram vaſtantia Thracen
Finibus exiguae vallis concluſa tenebas.
Non te terriſonus ſtridor venientis Alani,
Nec vaga Chunorum feritas, non falce Gelonus,
Non arcu pepulere Getae, non Sarmata conto.

Ex-

hoſtium numero haberi. ſic igitur interpretari libet: Quis enim Myſos feroces, id eſt animoſos, repulit, excitavit ſuo adventu, in plauſtra, id eſt in Getas, quorum plauſtra vagas rite trahunt domos, ut ait Horatius. vide Bell. Get. & Lib. II. in Rufin. CLAVER. Lucenſ. prim. Vatic. & multi alii, *Viſos*. forſan recte. apud Sidon. Paneg. Majoriani 474. *Veſi* ſunt. hinc & *Viſigothi*. quidam ſcripti, *Niſos*, vel *miſſos*. pro *Promoti* etiam *Proponti* male legebatur vulgo, quod alii jam monuerunt. mire haec Claverius interpretatur. HEINS. *Viſos* Wolf. vel *Volſos* Oxon. vel *Myſos* Oxon. prior. *miſſos* Vicet. *in clauſtra* etiam Voſſ. & Oxon. a m. prim. Lovan. a m. 2. quod conveniret vs. 108. *Finibus exiguae vallis concluſa tenebas*. nam interpretatio Claverii caret omni ſpecie veri. ſi *in plauſtra* retinendum, eſt eos in fugam actos, ſe recepiſſe poſt plauſtra ſive carraginem, de qua omnia jam nota. vide ad illa in IV. Conſ. Honor. 466. *Plauſtra cruore natant*. & II. in Rufin. 129. latet autem mendum in nomine populi. pro *Promoti* Voſſ. a m. pr. *propoſuit*. *caede furentes* Jun. pro *Baſtarnas*, *Baſternas* Voſſ. *Vaſternas* Jun. Oxon. duo. *Vanternas* Lovan. Leid. & Wolf. BURM.

95. *Proponti*] In mei MS. margine vel *Promoti*, ſocii Stilichonis interfecti a Rufino. quomodocumque appellatus fuit, de eo ſunt haec I. in Rufin. *Nam tua cum Getbicas ſtraviſſet dextera turmas, Vita ducis ſocii letbum*. DELR. *Promoti* vetus liber, alias *Proponti*. ſed de hoc ſupra. in eo vero, teſte Symmacho, multa munera virtutum natura congeſſerat, ac neſcias utrum bona fortitudinis magis an mentis excellerent. primae laudis ſtipulator fuit Princeps humani generis Theodoſius. Quod vero literas coluerit, indicio etiam Symmachus, cujus cum ſcripta deſiderat, reſpondet ille, *Quid inter rauca cornua corvorum ſtrepitus*? CLAVER.

98. *Ultricibus*] *vitricibus* Junian.

100. *Raptas*] vel *raptus* Oxon.

101. *Meditatus*] *meditaris* Voſſ. Oxon. & plures cum edd. Vicet. Parm. Ald. & aliis.

105. *Vatibus*] *vtribus* Oxon. m. 2. *fatibus* Vicet.

107. *Miſeram*] *miſſam* Vicet. *jactantis* Wolf. a m. prim.

101. *Exiguae vallis*] *exigui montis* Dempſt. de Etrur. Regal. IV. 19.

109. *Nec te terriſonus ſtridor*] Malim, *ferriſonus*. ut *aeriſonus* Bell. Get. 234 ubi vide. HEINS. Ennius Annal. XI. *Et ferri ſtrides acumen*. non etiam pro *nec* Heinſius ex Lucenſi repoſuit.

110. *Chunorum*] Eos agnoſcit Auſonius & Ammianus. Χῶνοι forte Ptolemaeo. CLAVER. *Chunorum* cum Lucenſ. & Gyrald. libro legendum pro *Hunnorum*. dixi ſupra II. in Eutrop. 338. HEINS. *nec varia Hunnorum* Voſſ. m. 2. in ora editionis Gryph. docta manus ſcripſerat, forte, *vaſta Hunnorum. nec vaga Hunnorum* Vicetin. Parm. Junt. Ald. Iſingr. & aliae. *nec falce* Voſſ.

Falce] Brodaeus enſem falcatum vult intelligi. ego falcem barbaricam puto. CLAVER.

Digitized by Google

Extinctique forent penitus, ni more maligno
Falleret Auguſtas occultus proditor aures,
Obſtrueretque moras, ſtrictumque reconderet enſem,
Solveret obſeſſos, praeberet foedera captis.
Adſiduus caſtris aderat, rariſſimus Urbi,
Si quando trepida Princeps pietate vocaret:
Vixque ſalutatis Laribus, vix conjuge viſa,
Deterſo necdum repetebat ſanguine campum.
Nec ſtetit, Eucherii dum carperet oſcula ſaltem
Per galeam. patris ſtimulos ignesque mariti
Vincit cura ducis, quoties ſub pellibus egit
Edonas hiemes, & tardi flabra Bootae
Sub dio Rhipaea tulit! quumque igne propinquo
Frigora vix ferrent alii, tunc triſte rigentem
Danubium calcabat eques, nivibusque profundum
Scandebat criſtatus Athon, lateque coruſco

Cur-

112. *Extinctique forent*] In Voſſ. Codice adſcriptus erat in margine verſus ex II. in Ruf. 192.

Illa dies potuit noſtris imponere finem
Cladibus.

113. *Proditor*] Rufinus. DELR. Rufinus, de quo ſupra Bello Getico & alibi. CLAVER.

114. *Reconderet*] *retenderet* Vicetin. quod rectum foret, ſi pro *enſem*, *arcum* quoque exhiberent ſcripti codices; & fere inducor ita debere legi, ſed mutatum a ſciolo, qui *ſtrictum arcum* non intelligebat. ſed ita etiam loquitur Valer. Flacc. V. 580.

Strictis ſtat praximus armiger arcu.

ubi vide quae diximus. & ut *arcus* ſaepe pro ſagittis ponitur, ita contra dicunt *tendere ſagittas*. vid. ad Feſcen. v. 2. & IV. Conſ. Honor. 542. *retenſum arcum* dixit & Phaedrus III. fab. 4. & alii *ſolvi arcus curvatas* dixit noſter II. in Ruſin. 229. ſimili conjectura tentavimus locum libri II. in Ruſin. 306. ſed ſi diſpliceant talia eruditis, facile vulgatum locum ſuum tenere patiemur, quae etiam multis aliorum locis firmari poſſet. BURM.

116. *Adſiduus*] *Quanto quis obſequio promptior*, ait Tacitus (Agricol. VIII.) *honoribus & opibus extollitur. ergo ad famam ſuam geſtis exuitare operiet, ſed ad auctorem fortunae referre.* CLAVER.

119. *Reſerebat*] *repetebas* Leid. & Jun. a m. prim.

120. *Eucherii*] Miſerabilis hic fuit. nam patre Stilichone occiſo, Romam aufugit, ubi ab Ariacio & Terentio Eunuchis (ut refert Zoſimus) violenta morte obiit. CLAVER.

121. *Ignesque mariti*] Quatuor, *igemque*, languet nonnihil verſus, qui erigetur, ſi legas, *patrios ſtimulos ignemque maritum*, niſi mavis, *ignisque mariti*, quod in Pulmanniano codice legebatur. vide notas bell. Gild. 407. & quae ad Naſonem annotamus Epiſt. XIV. 29. HEINS. ſed quia *ducis* ſequitur, aptius *patris* & *mariti* ſcribitur. in Vicetin. deerat verſus 121.

122. *Vincit*] *vicit* Jun. Oxon. duo. Wolf. MS. Pulm. edit. Ald.

123. *Aedonas*] q. *Edonas*, alii *Edonias*. ſcribe *Aedonas*. nam Graeci in prima ſyllaba *e*, in ſecunda *o* collocant. & Horatius dixit Od. VI. Lib. II. *Non ego fanius bacchabor Edonis.* Statius II. Theb. ut legitur in Aldino, *Dulcius Aedonias hiemes Arctonque frementem Excidere.* lege *Edonas & Excipere.* DELR. *Hibernis hiemes* Jun. *Edonias* Lovan. Leid. Vicet. *Aedonias* Parm. Colin. *vel tardi* Dempſt. de Etrur. Regal. Lib. III. 90.

125. *Tunc iſte rigentem*] *igne* Patav. & Puteam. *taſte* Junianus. legendum *triſte*. & ſic editio Claverii, haud dubie ex libris ſcriptis. quod confirmatum poſtea a Farneſiano codice deprehendi. *Iſter agentem* a manu prima primus Vaticanus. Statius v. Silv. I. 65.

Nec frons triſte rigens, nimiusque in moribus horror.

noſter IV. Conſ. Honor. 402. *Triſte rigor nimius*, pro *dire* unus Mediceus, *dio*, & pro *Edonas*, *Sithonias*. HEINS. Ita *horrendum*, & alii, de quibus vide ad Conſ. Olybr. 120. *Subonium nivem* dixit Ovid. III. Amor. VII. 8. & Horat. III. Od. 26. BURM.

126. *Calcabat*] *calcavit* Oxon.

128.

Curvatas glacie ſilvas umbone ruebat.
Nunc prope Cimmerii tendebat litora Ponti:
Nunc dabat hibernum Rhodope nimboſa cubile.
Vos, Haemi gelidae valles, quas ſaepe cruentis
Stragibus aequavit Stilichon, vos, Thracia, teſtor,
Flumina, quae largo mutaſtis ſanguine fluctus.
Dicite Biſaltae, vel qui Pangaea juvencis
Scinditis, offenſo quantae ſub vomere putres
Diſſiliant glebis galeae, vel qualia raſtris
Oſſa peremtorum reſonent inmania Regum.
Singula conplecti cuperem: ſed denſior inſtat
Geſtorum ſeries, laudumque ſequentibus undis
Obruimur. Genitor caeſi poſt bella tyranni
Jam tibi conmiſſis conſcenderat aethera terris.
Ancipites rerum ruituro culmine lapſus
Aequali cervice ſubis. ſic Hercule quondam
Suſtentante polum, melius librata pependit
Machina, nec dubiis titubavit ſignifer aſtris,
Perpetuaque ſenex ſubductus mole parumper
Obſtupuit proprii ſpectator ponderis Atlas.
Nulli barbariae motus, nil turbida rupto
Ordine tentavit novitas, tantoque remoto
Principe mutatas orbis non ſenſit habenas.
Nil inter geminas acies, ceu libera frenis,

Au-

128. *Curvatas*] *curvatus* Vicet. Parm.

130. *Nunc dabat*] olim *Hunc* lectum fuiſſe patet ex Scoppae Collect. cap. 4. & ita Parm.

131. *Haemi*] *Euri* Voſſ. a m. prim.

134. *Biſaltae*] *Biſaltem* Jun. *Biſalte* Parm. *haec altae* Wolf. a m. prim. *diſcite* Lovan. *Pandea* Oxon. vid. ad Ovid. III. Faſt. 739.

135. *Quantae ſub vomere putres*] Malim, *quantis*. Excerpta Gyraldi *quanto*. pro *putres* malit Barthius cum Palatino ſuo *ruptis*. aliter noſtri omnes. HEINS. ſed *quantae* eſt pro quot, ut centies. *quanto* Vicet. & Parm.

137. *Reſonent*] *reſonant* Lovan.

140. *Tyranni*] Eugenii ſcilicet, qui vere ſcenicus rex, qualis ante Procopius in Oriente, & Maximus, qui coram Theodoſio dicebat, ſe tantum fuiſſe Procuratorem Imperii. CLAVER.

141. *Aethera*] *aequora* Vicet. Parm. *conceſſerat* Wolf.

146. *Subductus*] Meae membranae, *ſeductus*. DELR. *ſeductus mole* Schedae Gudianae. & Oxon. vid. ad Ovid. Epiſt. IX. 18.

147. *Spectator*] *minator* Thuan. & Medic.

148. *Nil tibi*] Cum in MS. & Vicet. & Paris. *nulli* contineatur, non fuit hoc temere rejiciendum. DELR. *Nulli* ex ſcriptis & primis edd. pro *rapto ordine* prim. Vatic. aliique meliores, *rupto*, quomodo ex vulgatis etiam multi. HEINS. *nil tibi* Ald. Iſingr. & aliae. *rapto* erat in Juniano, ſed in editis non vidi.

151. *Ceu libera frenis*] *freni* ſcripſerat, ut puto, Claudianus. ſic *liber laborum Ruſticus* Horat. Art. Poët. Silius Lib. II. 441. *it liber campi paſtor*. neque aliter Lucanus, Prudentius, alii frequenter. adeantur, ſi tanti eſt, quae ad Maronem congeſſimus hanc in rem Lib. X. Aeneid. 154. ubi ex optimis membranis caſtigavimus:

——— *tum libera fati*
Claſſem conſcendit juſſis gens Lydia divûm.

HEINS. vide ad Ovid. I. Epiſt. 80. contra ſcriptos tamen omnes talia obtrudere nolim, praeſertim cum ſoleat noſter ſaepe caſum ſextum adjungere huic vocabulo. ut IV. Conſ. Honor. 175. Feſcenn. 33. Lib. II. de laud. Stil. 290. ubi potuiſſet di-

Auſa manus certe. nec tantis diſſona linguis
Turba, nec armorum cultu diverſior umquam
Confluxit populus. totam pater undique ſecum
Moverat Auroram. mixtis hîc Colchus Iberis,
Hîc mitra velatus Arabs, hîc crine decoro
Armenius; hîc picta Saces, fucataque Medus,
Hîc gemmata niger tentoria fixerat Indus;
Hîc Rhodani procera cohors; hic miles Alanus
Oceani. ductor Stilichon tot gentibus unus,
Quot vel progrediens vel conſpicit occiduus Sol.
In quo tam vario vocum generumque tumultu
Tanta quies, juriſque metus ſervator honeſti,
Te moderante, fuit, nullis ut vinea furtis,
Vel ſeges exſecta fraudarit meſſe colonum:
Ut nihil aut ſaevum rabies, aut turpe libido

Sua-

cere, *rura tyranni libera.* nusquam vero, quod ſciam, genitivo uſus. *ſeu libera* Vicet. Parm. Junt. Burm.

152. *Auſa manus certe*] Editiones pleraeque diſtinguunt aliter *Auſa manus; certe nec*, &c. pro *linguis*, *ſignis* Medic. & Patav.

154. *Confluxit populus*] *Influxit* Oxon. prior. quod verum puto, & in magis obvium verbum a librariis mutatum. Florus I. 1. *ſtatim mira vis hominum, Latini Tuſcique paſtores, quidam etiam transmarini Phryges, qui ſub Aenea, Arcades, qui ſub Euandro duce influxerant.* Quinctil. Decl. III. 13. *influxit Italiae inaudita multitudo.* eſt vero Homericum Il. Λ. 723. τὰ δ' ἐπέρρεον ἔθνεα πεζῶν. vide Scholiaſt. Ariſtoph. Acharn. 26. Burm.

155. *Mixtis*] *mixtus* Oxon.

156. *Hic crine decoro Armenius*] Vicetin. *cum crine decoro Armenius.* vetus liber, *cum crine decoris Armeniis.* hinc Armenios *ἰσοπλοκάμους* patet fuiſſe, quemadmodum Ligures, Britanni, Gethae, Celtiberi, Lucii, Indi, & Parthi. Delr. Plerique cum primo Vaticano, *decorus.* quinque, *cum crine decoris Armeniis*, & ſic duo codices Andreae Schotti II. Obſ. 55. bene. Heins. *decorus Armenius* Wolf. *cum crine decoris Armeniis* Jun. alt. tantundem eſſe puto, ſive *crine decoro* ſive *decorus* legas. vid. ad Phaedr. III. fab. VIII. 3. & ita Pierius ad Virg. IV. Georg. 538. *eximio praeſtantes* vel *eximios praeſtanti corpore.* Burm.

157. *Picta Saces*] *picti Aſaces* Voſſ. a m. prim. *picta Aſaces* Lovan. Oxon. *picta Sages* Jun. Leid. *Ajacbas* MS. Barthii.

Fucataque] *fuſcataque* Junian. Oxon. duo, Leid. Voſſ. m. ſ. vide ad Lib. II. de Rapt. 96.

158. *fixerat*] *fuxerat* Leid.

159. *Alipeanus*] Forte Britannus Delr. Quatuor Andreae Schotti & viginti ex noſtris *Alanus*, mutata diſtinctione. ſi vulgatam ſcripturam retinemus, agitur de milite Gallo & Hiſpano: per *Oceanum* delignat mare Atlanticum Claudianus, ut opportune monuit me doctiſſimus Gevartius. ſic IV. Conſ. Honor. 21. de ejus natalibus, *cunabula fovit Oceanus.* ſed praeſtat *miles Alanus Oceani*; nam & Alani in exercitu Stilichonis, ut ex bello Getico ſit manifeſtum. Quinctilianus Milite Mariano: *Nihil tale Germani noverc & ſanctius vivitur ad Oceanum.* Heins. Eadem diſcrepantia lectionis apud Val. Flacc. VIII. 219. ubi Heinſius *hpc in loco alumnus* praefert. *Alanus* Wolf. Burm.

161. *Quas vel progredieus*] Alii *quos.* Iſingr. & prior Leidenſ. *quot.* ſequor. prim. Vatic. *Quod.* Heins.

162. *Tam vario*] *tot vario* Oxon. *jam* Wolf.

163. *Juriſque metus*] Exſtat titulus Dig. de Re militari, quia non eſſe poterat de Jure militari. habent enim ſeorſim ſua jura milites, ſuasque leges. qui, ut duri ſunt, volunt coerceri, nec venia aut miſericordia indigent. unde Lucanus, *poenaque rediit placata juventus.* Peſcennius ſane fertur ob gallinam direptam decem milites ſecuri percuſſiſſe. quod, opinor, non fecit ſecundum artem aequi & boni. Claver.

164. *Nullis ut*] *non ullis vinea* Lovan.

165. *Vel ſeges*] Ita ſcripti omnes. vulgo, *Ut ſeges.* unde *Aut* Raphelengii. *exſecta* octo etiam libri, pro *erepta.* Infra Lib. II. 198.

Exſectis inculta dabant quas ſecula ſilvis.

ſic & *reſecta ſeges* apud Ovid. I. Epiſt. Heins. *erecta* Jun. Wolf. *fraudaret* editi olim plerique. *fraudavit* Wolf. Leid. Lovan. *ut* vero non moverem, quia illa particula ſaepe geminatur. vid. ad Suet. Tiber. XXI. Burm.

167.

Digitized by Google

Suaderent; placidi ſervirent legibus enſes.
Scilicet in vulgus manant exempla regentum;
Utque ducum lituos, ſic mores, caſtra ſequuntur.
Denique victrices aquilas quocumque moveres,
Arebant tantis epoti millibus amnes.
Illyricum peteres, campi montesque latebant:
Vexillum navale dares, ſub puppibus ibat
Jönium. nullis ſuccincta Ceraunia nimbis,
Nec juga Leucatae feriens ſpumantia fluctu
Deterrebat hiems. tu ſi glaciale juberes
Veſtigare fretum, ſecuro milite ducti
Stagna reluctantes quaterent Saturnia remi.
Si deſerta Noti, fontem ſi quaerere Nili,
Aethiopum medios penetraſſent vela vapores.
Te memor Eurotas, te ruſtica Muſa Lycei,
Te paſtorali modulantur Maenala cantu,
Partheniumque nemus, quo te pugnante reſurgens
Aegra caput mediis erexit Graecia flammis.
Plurima Parrhaſius tunc inter corpora Ladon
Haeſit: & Alpheus Geticis anguſtus acervis
Tardior ad Siculos etiamnum pergit amores.
Miramur rabidis hoſtem ſuccumbere bellis,
Quum ſolo terrore ruant? num claſſica Francis
Intulimus? jacuere tamen. num Marte Suevos

Con-

167. *Suaderent*] *Suaderens* rectius meliores libri. HEINS.

170. *Denique felices Aquilas*] Aquilae erant legionum numina Tacito. ſignis vero militaribus familiarior argenti color quam auri. CLAVER. *victrices* malim cum Puteaneo & Patavino, quomodo & Lucanus de aquilis. HEINS. *bellatrices* dixit Epith. Honor. 193.

Moveres] *moveris* Lovan.

174. *Nullis*] *nullum* Jun. Wolf. Voſſ. & in Oxon. adſcripta erat Gloſſa, *id eſt ſociorum tuorum*. & recte puto; nam ſi nullis nimbis ſuccincta eſſent Ceraunia, quae terroris cauſa? nec, ſi reſolvatur *nullis* in *nec ullis*, ſenſus erit ſatis planus. BURM.

175. *Leucatae*] Vetus liber, *Leucate*. hinc ego *Leucatae*. ſecutus Virgil. III. Aeneid. DELR. *vada Leucatae* Oxon. *vaga* Voſſ. Wolf. *Leucates* Iſingr. Gryph. *Leucate* Vicet. Parm. & Colin.

177. *Duci*] *ductu* Oxon. Voſſ. a m. pr. & Lovan.

180. *Penetraſſent*] Praecedens *quateret*, indicat ex MS. legendum, *penetrarent*. DELR. *penetrarent* Voſſ. Oxon. *tela* etiam Junian. a m. prim.

181. *Lycei*] *Liceti* Lovan.

183. *Quo te pugnante reſurgens*] *quo* verior ſcriptura. HEINS.

184. *Flammis*] Schott. II. Obſ. 55. ex tribus codicibus *campis* habet. & ita Wolff. Voſſ. a m. prim. & edd. Vicet. & Parm. eadem varietas apud Virgil. I. Aeneid 97. *Meos Iliacis occumbere campis Non potuiſſe*, ubi *flammis* quidam codices. BURM.

186. *Alpheus*] *Haeſit Enipheus* ed. Vicetin. *Geticique tumens Alpheus* Heinſius citat ad IV. Conſ. Honor. 636.

187. *Tardior*] *tardius* Voſſ. Jun. Oxon. *etiam nunc* Vicet. Parm. Ald. & aliae.

188. *Miramur rapidis*] *rabidis* Iſingr. & prima editio. probe. ſequenti verſu *num* pro *non* potiores ſcripti. proximo verſu malim *ruat* quam *ruant*, ut ad hoſtem referatur. HEINS. *miratur* Jun. a m. 2. *hoſtes* Wolf. *nunc claſſica* Vicet. Parm. Junt. Iſingr. Gryph.

190. *Num Marte*] *non* vulgo. *non* vel *ſine Marte* Junian. *nos Marte* Iſingr. Junt. Gryph.

Contudimus? quîs jura damus. quis credere poſſit?
Ante tubam nobis audax Germania ſervit.
Cedant, Druſe, tui, cedant, Trajane, labores.
Veſtra manus dubio quidquid diſcrimine geſſit,
Tranſcurrens egit Stilichon: totidemque diebus
Edomuit Rhenum, quot vos potuiſtis in annis:
Quem ferro, adloquiis, quem vos cum milite, ſolus:
Inpiger a primo deſcendens fluminis ortu
Ad bifidos tractus, & juncta paludibus ora,
Fulmineum praeſtrinxit iter. ducis impetus undas
Vincebat celeres, & pax a fonte profecta
Cum Rheni creſcebat aquis. ingentia quondam
Nomina, crinigero flaventes vertice Reges,
Qui nec Principibus, donis precibusve vocati,
Paruerant, juſſi properant, ſegnique verentur
Offendiſſe mora. transvecti lintribus amnem
Occurſant ubicumque velis. nec fama feſellit
Juſtitiae: videre pium, videre fidelem:
Quem veniens timuit, rediens Germanus amavit.
Illi terribiles, quibus otia vendere ſemper
Mos erat: & faeda requiem mercede paciſci;
Natis obſidibus pacem, tam ſupplice vultu
Captivoque, rogant, quam ſi poſt terga revincti
Tarpejas preſſis ſubeant cervicibus arces.
Omne, quod Oceanum fontesque interjacet Hiſtri,
Unius incurſu tremuit. ſine caede ſubactus

Ser-

193. *Trajane*] *enee* Wolf.

197. *Solus*] Hic diſtinguendum cum Barthio, & edd. Vicetin. & Parm. puto. quem vos ferro, ille alloquiis, quem vos cum milite edomuiſtis, ille ſolus edomuit. hinc nova ſententia *Inpiger*. &c. aliter non video ſenſum, nec quo referri poſſet *quem*. forte tranſpoſitis verſibus rotundior exiret ſententia,

——— *totidemque diebus*,
Quem ferro, adloquiis, quem vos cum milite, ſolus
Edomuit Rhenum, quot vos potuiſtis in annis.

quem nos margo Marcil. Burm.

200. *Fulmineum perſtrinxit iter*] MS. meus, *fluminem*. Delr. Fruſtra alii, *fluminum*. infra vi. Conſ. Hon. 469.

Barbara fulmineo ſecuit tentoria curſu.

ita & *fulmineum tigris curſum* Silius Lib. xii. 460. dixit. duo etiam codices *praeſtrinxit*, quod magis placet. Heins. *flumineum* Wolf. *produxit iter* Junt. vid. Epigr. xxiii. 6.

201. *A fonte*] *a fronte* duo Oxon.

204. *Principibus, donis*] Heinſius maluerat olim, *ſupplicibus donis*; ſed ſequitur mox, *ſupplice vultu*. Burm.

205. *Paruerant*] *Paruerint* meliores libri. an *Paruerunt*? de quo infra vs. 372. Heins. *Paruerint* Vicetin.

207. *Occurſant*] *Obſcurant* Junt.

212. *Tam ſupplice*] *jam ſupplice* Jun. *capturaque* Leid.

215. *Oceanum*] *Oceani* Oxon.

Fontesque interjacet Hiſtri] Non *fontemque* in ſcriptis. Heins.

216. *Subactus*] *coactus* Lovan. vid. ad Rufin. ii. 314.

217.

Servit ïo Boreas, exarmatique Trionis
Tempore tam parvo tot praelia ſanguine nullo
Perficis, & Luna nuper naſcente profectus,
Ante redis, quam plena fuit: Rhenumque minacem
Cornibus infractis adeo miteſcere cogis,
Ut Salius jam rura colat, flexosque Sycambrus
In falcem curvet gladios, geminasque viator
Quum videat ripas, quae ſit Romana requirat.
Ut jam trans fluvium, non indignante Caïco,
Paſcat Belga pecus, mediumque ingreſſa per Albin
Gallica Francorum montes armenta pererrent:
Ut procul Hercyniae per vaſta ſilentia ſilvae
Venari tuto liceat, lucosque vetuſta
Religione truces, & robora Numinis inſtar
Barbarici noſtrae feriant inpune bipennes.
Ultro quin etiam devota mente tuentur,
Victorique favent. quoties ſociare catervas
Oravit, jungique tuis Alamannia ſignis!
Nec doluit contemta tamen, ſprétoque receſſit
Auxilio laudata fides. provincia miſſos

Ex-

217. *Servitio Boreas*] Ambroſ. optimae notae, *ſervit ïo.* bene. mox, *conficis* pro *perficis* Oxon. ut praefat. Lib. II. in Eutrop.

Confecit jactum litera Martis opus. HEINS.

220. *Plena*] *tota* Wolf. & multi ſcripti. Hoc autem prodigio ſimile, & per adulationem ultra naturam rei dictum, docet Hadr. Valeſius Lib. II. Rer. Franc. p. 94. BURM.

222. *Suevus*] Unus vetus liber *Suilas*. hinc ego *Salius*, qui Francorum de gente ſunt. DELR. *Suevus* Wolf. *Jaljus* eſt in Oxon. pro var. lect.

223. *In falcem curvent gladios*] *Cuneent* Excerpta Pomponii Laeti. forte *cudant*, vel *lunent*. ſic *lunare arcum* apud Naſonem Amor. Lib. I. 1. 23. pro curvare. *Lunata Harpe*, Perſei gladius apud eumdem Naſonem, & Lucanum IX. 678. prim. Vatic. aliique complures, *Sycambrus curvet*, ſcripto *ꝯ Sycambrus* per y. in Oiſeliano *Sigambrus*. HEINS. *flexuque Sicambrus curvet* Junian. *Sicambrus curvet* etiam Oxon. *flexoque Sicambris curvent* Vicetin, *Sicambri* Parm. deinde *requirit* Oxon.

225. *Non indignante Cayco*] Tres, *Cheruche*. duo *Cauche* cum primo Vaticano. alii duo, *Chauco*. legendum *Caïco* alibi monuimus. Cauci enim frequenter Belgas invadebant. Spartianus in Didio Juliano: *Indo Belgicam fanſte ac diu rexit. Ibi Cauchis Germaniae populis, qui Albim accolebant, crumpentibus reſtitit.* HEINS. *Caiſcho* Leid. vid. I. in Eutrop. 379.

226. *Per Albin*] Hadrianus Valeſius Lib. II. Rer. Franc. p. 94. & in Notitia Galliarum p. 200. legit *mediumque per alveum*. cum incredibile ſit, Belgas non ſolum ultra Rhenum, ſed Amiſium & Viſurgim, & ipſum Albim paſtum egiſſe pecora. BURM.

230. *Robora*] B. Martinus in Gallia etiam templum diruit, & Pinum fano proximam, monuitque nihil eſſe religionis in ſtipite, ait Severus. huc ſpectat Druidum religio. CLAVER. *robur* Oxon. non minus arbores ſuas ſacras habuiſſe Germanos & populos Septemtrionis, quam olim Poëtae de Graecis, qui Nymphas in arboribus vivere finxerunt, docet Keyſlerus de Antiquit. Septemtrional. p. 62. vid. Lucan. III. 430. Lipſium legere *religione cruces* ait Barthius. neſcio an Lipſius ita cenſuerit in parte quadam operum, quam non memini me legiſſe. ſed ad Libr. de morib. Germ. 9. video eum *truces* propugnare, quia victimae humanae ad eas inmolabantur; ſed de Gallis hoc probat, non de Germanis. de Mona inſula Tacit. XIV. Annal. 29. *exciſi luci ſaevis ſuperſtitionibus ſacri.* BURM.

236. *Provincia miſſos*] Haec corruptiſſime ha-

ſtenus

Expellet citius, fallax quam Francia Reges,
Quos dederis. acie nec jam pulſare rebelles
Sed vinclis punire licet. ſub judice noſtro
Regia Romanus disquirit crimina carcer.
Marcomeres Sonnoque docent, quorum alter Etruſcum
Pertulit exſilium: quum ſe promitteret alter
Exſulis ultorem, jacuit mucrone ſuorum.
Res avidi concire novas, odioque furentes
Pacis, & ingenio ſcelerumque cupidine fratres.
Poſt domitas Arctos alio prorumpit ab axe

Tem-

ctenus legebantur. *Myſos* quidam, fruſtra. pro *fallax* ſequenti verſu recte codices nonnulli, *faſces*, quomodo & prim. Vatic. mox perperam, *Quos dederis ſervat*, vel *ſeriat*, vel *ſervet* vulgati & ſcripti. quidam etiam *acies*, quod Raphelengius ſecutus. proxime veram lectionem, quae tertio Vaticano codici, Florentino S. Marci, ſecundo Mediceo ac Oiſeliano, in quibus *acie me jam pulſare rebelles*, debetur. ſimili ſenſu IV. Conſ. Honor. 88.

Non boſtes victore cadunt, ſed judice ſontes.

Lib. II. in Eutrop. 309.

Non duce frangendas factat, ſed judice, vires.

ultima ſyllaba *rē dederis* producebatur nonnumquam, nam & *dederitis* dicebant. Ovid. VI. Met. 357. *vitam dederitis in undis.* Adeantur quae notamus ad Naſonem Art. Am. Lib. I. 447. HEINS. mihi Barthii hic correctio placet. *miſſi* enim hoc ſeculo coepere dici, rectores cum ampliſſima poteſtate ab Imperatore in provinciam aliquam legati, & miſſi ab aula opponuntur datis regibus ex ipſa gente Francorum. vide Cangii Gloſſar. Lat. in *miſſi*, & Pontan. Append. ad Itinerar. pag. 128. *faſces* etiam Wolf. qui & *quas dederis* ſervat.

237. *Quam Francia Reges*] Ergo Franci Reges a Stilichone accipiunt. Magnam vero curam inſciebant Romanis, licet parva manu. quos ni paulo ante Argobaſtes itidem Francus, ſed patriae hoſtis, diverſis proeliis debilitaſſet, non adeo facile Rheni ripas deſeruiſſent. Paulinus auctor eſt, eumdem adverſus gentem ſuam, Gratiano imperante, profectum multos fudiſſe, pace cum reſiduis facta. additque: Is cum in convivio regum gentis ſuae rogaretur, noſſetne Ambroſium: maxime, inquit, Inde tu nos, ajunt, viciſti, qui ab illo diligeris. Certum eſt vero hanc gentem nobiliſſimam non ſolum Rheni ripam, quae nobis citerior, occupaſſe, verum ipſam inſulam, quam ſui divortio Rhenus facit. At Conſtantius Chlorus terram Bataviam a diverſis Francorum regibus occupatam omni hoſte purgavit, ut Paneg. ad Conſtantium retulit. CLAVER.

240. *Disquirit*] *diſcurrit* Lovan. *Romanis* Vicetin.

241. *Marcomanes Suevusque*] Vetus liber, *Marcomenes Sonnoque.* lege, *Marcomar Sonnoque*; de quibus conſule horum temporum hiſtorias. DELR. Excuſi codices habent, *Marcomanes, Suevusque docent*, ut ſupra *Suevus*, non *Salius*. ſed vera lectio in textu. alii tamen MSS. praeferunt *Marcomer. Sonno* etiam, ſed Cujacii liber *Sopno*. CLAVER. *Marcomeres Sonnoque docent* pr. Vaticanus cum aliis nonnullis, atque ita Raphelengius, niſi quod ille *docet*. Lucenſis, *Marcomares Sunnoque*. Gyrald. aliique complures, *Marcomanes*. quidam *Somnoque*, *Summoque*, *Suenoque*, *Suevusque*, & ſimilia. Scaliger in ora libri ſui, *Marcomirus*. Cum his Valentiniano res fuiſſe videtur. Chronicon Altiſſiodurenſe pag. 53. *Egreſſi inde Marcomiro, Summone, & Genebaudo ducibus, venerunt & habitaverunt circa ripam Rheni in confinio Germaniae & Alemanniae. Quos cum multis idem Valentinianus praeliis attentaſſet, nec vincere potuiſſet, Francos, id eſt feroces, appellavit.* Plura ad rem congeſſit Barthius. HEINS. *Marcomenes conſuſque* Cod. Scoppae, quem vid. cap. IV. Collect. *Marcomanes* Vicet. *Marcomanes ſenſuque docet* Parm. *Marcomenes ſompnoque* Junt. *Marcomeres ſompnoque* Ald. *docet* edidit Raphel. ſed editiones optimae *docent*. & cod. Leid. Caeterum haec nomina ex fabuloſa Hiſtoria ſunt repetita. Idem Chronic. Altiſſiod. p. 56. *Francis poſt Priamum Marcomirus Priami filius, & Sunno filius Antenorus principantur. Quorum ducatu Sicambris egreſſi, conſedere ſecus Rhenum in oppidis Germaniae.* BURM.

242. *Promitteret*] Virgilianum ex Lib. II. Aeneid. 94. *Et me, ſors ſi qua tuliſſet, Promiſi ultorem.* BURM.

244. *Res avidi conſcire novas*] Imo *concire*. atque ita primus Petavianus. ſic *concire ſeditiones* Livio. Plauto, *concire lites & turbas*. HEINS. *concire* ed. Vicetin. *cumſcire* Wolf.

245. *Scelerumque*] *celerique* Vicetin. & Parm. pro *ſceleris* ut ſaepe in ſcriptis & antiquis editionibus.

246. *Prorumpit*] *prorupit* Oxon. duo. *domitas Alpes* Lovan.

248. *Mo-*

Tempeſtas; &, ne qua tuis intacta tropaeis
Pars foret, Auſtralis ſonuit tuba. moverat amens
Maurorum Gildo populos, quibus inminet Atlas,
Et quos interior nimio plaga ſole relegat:
Quos vagus humectat Cinyps, & proximus hortis
Heſperidum Triton, & Gir notiſſimus amnis
Aethiopum, ſimili mentitus gurgite Nilum.
Venerat & parvis redimitus Nuba ſagittis,
Et velox Garamas: nec quamvis triſtibus Ammon
Reſponſis alacrem potuit Naſamona morari.
Stipantur Numidae campi: ſtant pulvere Syrtes
Gaetulae: Poenus jaculis obtexitur aër.
Hi virga moderantur equos: his fulva leones

260. Ve-

248. *Moverat amens*] Non *omnes* octodecim ex noſtris. HEINS.

250. *Nimio ſole*] vide ad Lucan. VIII. 164.

251. *Cinyps*] *Gynips* Leid. & Wolf. *Gyptus* Jun. Oxon. *Ginips* Voſſ. *Cinipbus* Lovan.

252. *Gir notiſſimus amnis*] Vicetin. *& Gis.* Conjectura ductus caſtigo, *Nigrisque noviſſimus.* hujus enim fluvii aqua, quod mirum videatur, verum tamen ſit, ſic Niliacam refert, ut ab ea diſcerni nequeat; crocodilos quoque nutrit. DELR. *Gir* in optimis codicibus reperi hoc nomen, quod agnoſcit Ptolemaeus, quare non eſt quod conjecturis fides habeatur. forte idem eſt cum eo, qui *Niger* aut *Nigris* dicitur, quem etiam Melonem aut Nilum credideris. ſed ea eſt natura Nili, quae & Alpheo amni Elidis, qui occultas ſub terra vias agit, & renaſcitur in diverſo tractu. CLAVER. Alii, *Gil, Ger, Gis.* nec opus virorum doctorum conjecturis. Γείρ eſt Ptolemaeo & Γείρα civitas ad hunc fluvium ſita. paulo etiam poſt *Nuba* pro *Juba* membranae meliores, ut aliis jam monitum. apud Silium ſaepe nomen idem corruptum. Νῦβαι Graecis hic populus. HEINS. Joann. Scoppa Collect. cap. IV. corrigit:

Heſperidum Triton, Nigris & ditiſſimus amnis.

elidens tunc *s* in *Nigris.* vel legendum cenſet, *Nigri et. Ger* erat in Voſſ. & Wolf. *Gir ditiſſimus* Parm. an *ditiſſimus*? vide ad Quinctilian. BURM.

253. *Gurgite*] *ſanguine* Voſſ. a m. pr. Oxon. & Lovan. cum Gloſſa, id eſt origine.

254. *Nuba*] ſic vetus liber, alias *Juba*, perperam. Νῦβαι ἔθνος Λιβύης ὑπὲρ Νείλου, ait Suidas. CLAVER. In Voſſiano erat in margine, *parvis traxit de crine ſagittas. ſuma ſagittis* Jun.

255. *Geramas*] *Garamans* Oxon. Leid.

257. *Stipantur Numidae campis*] *campi* legendum vel ſine libris, niſi quod eam conjecturam a primo tertioque Vaticanis, ac aliis duobus aut tribus codicibus confirmatam offendi. ſic *ſtipare fora* auctor Panegyrici ad Piſonem:

Olim turba vias impleverat agmine denſo;
Ardua nunc eadem ſtipat fora.

Numidae campi, ut *Numidae leones* apud Ovid. II. Art. Am. 183. in antiquis codicibus:

Obſequium tigresque domat, Numidasque leones.

ſic *Poenus aër* noſtro paulo poſt. & *Poena vis* Silio VI. 336.

—— *nubes ſubito cum denſa Laconum*
Saxoſis latebris intento ad praelia circum
Funditur, & Poena inſurgit vis ſaeva virorum.

ita locus ille ex veteri libro legendus. mox dicet, *Cur usque ad Poenos miſeram fugis?* ubi & perperam vulgo *poenas.* HEINS.

258. *Poenis*] Vetus liber meus *plenus*, forte *Poenus.* DELR. *Poenus* Wolf. & Vicetin. eadem diverſitas Lib. III. 102. & apud Martial. VIII. 55.

Pallidus attenita ad plena mapalia paſtor.

ubi alii codices *Poena*, ſed nec abſurda lectio *Poenis jaculis*, ut *Maurae ſagittae* apud Horat. I. 22. BURM.

Obtexitur] *intexitur* Junian.

259. *Fulva leones*] *ſcuta leonum* Voſſ. a m. pr. non de nihilo. praeſertim quum ſequens verſus deſit in Juniano, & tunc integer ſenſus exeat:

—— *bis ſcuta leonum*
Exuviae, vaſtis Meroë quas nutrit arenis.

in Lovan. eadem lectio, & vs. 260. margini adſcriptus erat, & ſimul emendatum *bis fulva leone.* jam vero circa Meroen, ubi Aſtaboras & Aſtapas influunt, eſſe loca, quae leones alunt, ait Strabo Lib. XVI. pag. 530. Qui addidit verſum, forte in

Velamenta dabant, ignotarumque ferarum
Exuviae, vaſtis Meroë quas nutrit arenis:
Serpentum patulos geſtant pro caſſide rictus.
Splendent vipereae ſquamoſa pelle pharetrae.
Non ſic intremuit Simoïs, quum montibus Idae
Nigra coloratus produceret agmina Memnon:
Non Ganges, quum tela procul vibrantibus Indis
Inmanis medium vectaret bellua Porum.
Porus Alexandro, Memnon proſtratus Achilli;
Gildo nempe tibi. nec ſolum fervidus Auſtrum,
Sed partes etiam Mavors agitabat Eoas,
Quamvis obſtreperet pietas. his ille regendae
Tranſtulerat nomen Libyae, ſcelerique profano
Fallax legitimam regni praetenderat umbram.
Surgebat varia geminum formidine bellum;

Hoc

animo habuit illa Maronis VIII. Aeneid. 552.

——— *quem fulva leonis*
Pellis obit totum, praefulgens unguibus aureis.

Sed haec arbitrio lectoris relinquo, quia & defendi poſſe vulgatam ſatis video. BURM.

261. *Nutrit*] *mittit* Vicetin. vide ad Ovid. II. Met. 206.

262. *Geſtant patulos*] *patulos geſtant* Jun. Oxon. duo Lovan. Voſſ. duo. *bi caſſide* etiam Junian.

263. *Splendent vipereae*] Iſingr. Lucenſ. prim. & tert. Vatic. nec pauci alii cum Aldo, *Pendent*. Epith. Pallad. 12.

Pendentes placido ſuſpirant igne pharetrae.

Stat. Theb. VII. 661.

Pendentesque ſonant aurata lynce pharetrae.

Silius Lib. II.

Corybi fratrum ex humeris calamique paterni
Pendebant. HEINS. ita *ſplendere* & *pendere* confundi vidimus ad Ovid. I. Amor. X. 55. ego tamen hic *ſplendent* praefero, omnes enim pharetrae recte *pendere* poſſunt dici, ſed ex ſerpentum pelle ſquamoſa *ſplendent* prae ceteris. Ita Virg. V. Aen. 87.

Caeruleae cui terga notae, maculoſus & auro
Squamam incendebat fulgor.

Splendet v. s. p. pharetra MS. Pulm. & Lovan. & ed. Vicet. & Parm. BURM.

267. *Medium*] *Medum* Jun. & pro var. lect. duo Oxon. *vaſtaret bellua* etiam Lovan. *Bellua* cum gloſſa *Camelus* Wolf. *Medum* dici Porum vix concoquo, & *medium vectare* quid ſit, non ſatis capio. Gallus interpres, qui numquam haeret, aut tacet, reddit *in medio aliorum*. ſed quorum? militum ſuorum? atqui Rex ille animoſus ducebat ſuos, nec, ut narrat Curtius Lib. VIII. 13. & ſeq. aliud conjicere licet, niſi in prima acie magnum Regem magno elephanto conſpicuum verſatum eſſe. ſi *tumidum*, aut ſimile quid, licerèt ſubponere, clarior ſenſus exiret. nunc relinquo feliciori aut expoſitioni, aut emendationi. BURM.

268. *Proſtratus Memnon Achilli*] Vetus liber, *Memnon proſtratus Achilli*. Ovidium, Dictym, Daretem, Pindarum, Calabrum, & Triphiodorum ſecutus eſt. Heliodorus tamen & Philoſtratus, hic Lib. VII. ille libr. V. ullo modo occiſum pernegant; quinimo contendunt, in Aethiopia longo poſt tempore mortuum. diſſentiens ab utrisque Lib. II. Diodorus, conſtare ait, τὸ δὲ τελευτῆσαι ὑπὸ Ἀχιλλέως ἀπιθάνως λέγεται. Martianus Capella *juxta*, inquit, *Ilium ſepulchrum Memnonis facet*, indicans ante Trojam caeſum. DELR. Ovidius etiam Poruni certe clementiae Alexandri monumentum facit III. Triſt. V. 39. ubi vide notas.

269. *Fervidus Auſtrum*] Nil temere mutem. malim tamen *perfidus*, agit de rebellibus. HEINS.

273. *Fallax*] Hic notatur Gildo, qui regnum Africae praeſumſerit, quia fane fuit locuples in illa regione, ita ut ejus patrimonium Codice Theod. ſit nobilitatum, ubi etiam Gildo tyrannicae praeſumtionis ſacramenta ſectatus dicitur. vide Ep. B. Hieron. CLAVER.

274. *varia geminum*] Diſtinguit duo bella ſurgentia contra Occidentem, quorum alterum apertum fuit; ut Libycum, alterum vero tacitum, ut Orientale. pudebat enim fratrem fratri civile bellum indicere. CLAVER. *geminum vana* Jun. *geminum varia* vel *varium gemina* Oxon.

277.

Digitized by Google

Hoc armis, hoc triſte dolis: hoc Africa ſaevis
Cinxerat auxiliis; hoc conjuratus alebat
Inſidiis Oriens. illinc edicta meabant
Corruptura duces: hinc frugibus atra negatis
Urguebat, trepidamque fames obſederat Urbem.
Exitiale palam Libycum; civile pudoris
Obtentu tacitum. tales utrimque procellae
Quum fremerent, lacerumque alternis ictibus anceps
Imperium pulſaret hiems, nil feſſa remiſit
Officii virtus, contraque minantia fata
Pervigil, eventusque ſibi latura ſecundos,
Major in adverſis micuit, velut arbiter alni,
Nubilus Aegaeo quam turbine vexat Orion,
Exiguo clavi flexu declinat aquarum
Verbera, nunc recta, nunc obliquante carina
Callidus, & pelagi coelique obnititur irae.
Quid primum mirer, Stilichon? quod cautus ad omnes
Reſtiteris fraudes; ut te nec noxia furto
Litera, nec pretio manus inflammata laterent?
Quod nihil in tanto rerum terrore locutus
Indignum Latio? reſponſa quod ardua ſemper
Eois dederis, quae mox effecta probaſti

Se-

277. *Meabant*] *manebant* Jun. Oxon.

278. *Atra*] *aſtra*, vel *arva*, vel *atra* Oxon. duo. *antra* Lovan. *ante negatis* Ald. *Urgebant* Wolf. a m. pr.

281. *Obtentu*] *Obtellu* Lovan.

282. *Laterumque alternis ictibus anceps*] Placuit haec Raphelengio lectio, quam Aldus & ſcripti quidam agnoſcunt. quaſi ageretur de navi. ut Conſ. Mall. 43. *lentandis navita tenſis Praeficitur lateri cuſtos.* alii, *Latiumque.* etiam non male, quod Barthio curis ſecundis probatum. quidam *lacerumque*, quod verum puto. Infra Lib. II. 201.

——— *te ſoſpite fas eſt*
Vexatum laceri corpus juveneſcere regni.

Cato in Oratione de Achaeis apud A. Gellium Lib. II. cap. 6. *Cumque Hannibal terram Italicam laceraret atque vexaret.* MOX, *minacia fata*, non *minantia* Priscianus. HEINS. *Latiumque* Vicet. Junt. Iſingr. Gryph. Colin. aliae *laterum.*

283. *Remiſit*] *revifit* Oxon.

284. *Minantia*] *micantia* Lovan.

287. *Nubilus*] *nubibus* Vicet. Parm. Ald. Iſingr. Gryph. & Colin. *quem* Vicet. & Parm. ut intelligatur non navis, ſed arbiter, ſive gubernator alni. vel crediderunt librarii *alnum* eſſe maſculini generis.

Vexat Orion] non *verſat*, decem ſcripti. Prudentius Cathem. Hymn. VIII.

Increpas ventum furentem, quod procellis triſtibus
Vertat aequor fundo ab imo, vexet & vagam ratem.

ſic Scylla Maroni dicta *Dulichias vexaſſe rates.* ubi videndus Servius. & ad B. Perpetuae Paſſionem Holſtenius. vid. notas ad Lib. I. in Rufin. 65. HEINS. vid. Macrob. Neſcio tamen an *turbini* non rectius *verſat* conveniat, quod omnes editi habent.

289. *Obliquante*] Eleganter Cicero pro Balbo: *neque inconſtantis putem ſententiam, tanquam aliquod navigium in Reip. tempeſtate moderari.* in hujusmodi dexteritate gens Batava hodie magiſtra eſt, inde *obliquare ſinus* dixit Poëta. vide & Paneg. Vet. CLAVER.

291. *Quid primum mirer*] *Quid primum, Stilicho, mirer* multi. *captus ad* Jun. *litera noxia furto* eſt clam furtim miſſa vel ad corrumpendos duces, vel notis exarata, ita *furto* pro furtim vidimus ad Ovidium. Regius interpres *obnoxias furto* exponit. obſcurum per obſcurius. BUAM.

294. *Lateret*] *laterent* prima editio, bene. HEINS.

294. *Tanto rerum*] *tanto circum* Oxon. a m. prim. Leid. *nil* fere omnes editi.

Securus, quamvis & opes, & rura tenerent,
Inſignesque domos. levis haec jactura, nec umquam
Publica privatae ceſſerunt commoda cauſſae.
Dividis ingentes curas, teque omnibus unum
Objicis, inveniens animo, quae mente gerenda,
Efficiens patranda manu. dictare paratus,
Quae ſcriptis peragenda forent. quae brachia centum,
Quis Briareus aliis numero creſcente lacertis,
Tot ſimul objectis poſſent confligere rebus?
Evitare dolos; veteres firmare cohortes,
Explorare novas: duplices diſponere claſſes;
Quae fruges vel bella ferant? aulaeque tumultum,
Et Romae lenire famem? quot nube ſoporis
Inmunes oculi, per tot diſcurrere partes,
Tot loca ſufficerent, & tam longinqua tueri?
Argum fama canit centeno lumine, centum
Corporis excubiis unam ſervaſſe juvencam.
Unde tot adlatae ſegetes? quae ſilva carinas

315. Te-

297. *Opes & rura*] ſcilicet Stilichonis.

300. *Ingentes*] forte *in gentes*. BURM.

302. *Patranda*] *probanda* Lovan. vitioſe. illud *animo* hic *menti* jungitur haud eleganter, ut mihi videtur. quid ſi ſcripſerit, *inveniens, animi quae mente gerenda*, ut ceuties Lucretius & alii *mentem animi* dixerunt. argutatur tamen Barthius. imo contra invenimus *mente*, quae *animo* gerimus. nec tamen nego ſaepe aliter loqui veteres; ſed ſi proprie loqui velimus, *mens* invenit, *animus* vero eſt, quo vivimus, & qui affectiones noſtras edit. ſed de hoc jurgari nolo. forte *quae Marte gerenda*. BURM.

303. *Peragenda*] Nihil muto, ſed forte *perarandа* legendum. quae ipſe deberet ſcribere, dictabat plura ſimul diverſis ſcribis, Julii Caeſaris exemplo. BURM.

Quae brachia centum Quis Briareus] *Non brachia centum, Non Briareus*, Gyrald. Vatic. aliique nonnulli. putem etiam *humero creſcente* non *numero*. ut apud Ovid. 1. Amor. VII. 23.

Ante meos humeris vellem cecidiſſe lacertos.

HEINS. *Non brachia* Voſſ. a m. prim. *Quis* deeſt Vicetin. Aldus, omiſſo verſu, *Non brachia centum Tot ſimul* &c. & tamen retinuit *poſſet*, ut appareat eſſe operarum vel correctoris culpam. *poſſet* etiam reliquae editiones. humerus vero non creſcebat, ſed ex humeris novus brachiorum numerus creſcebat. forte etiam *Briareus aliis, numero creſcente lacertis Tot* &c. ut II. de laud. Stilich. 390. *alius Camillus*. vid. ad Ovid. & Virgil. Ecl. II. vs. ult. BURM.

306. *Evitare*] *Et vitare* Jun. *explorare novas* Lovan.

308. *Vel bella*] *aut bella* Voſſ. duo. Jun. Oxon. Lovan. Leid. duo. ed. Ald. forte, *Quae fruges, quae bella ferant. ferent* Vicet. & Parm. mox *Aut Romae* Jun. Oxon.

309. *Quot nube ſoporis*] Multi ex libris *nubis apertae*. mendoſe. ſcribendum videtur, *nube ſopora*. ſic *noctem ſoporam* Virgil. Lucan. & Statius dixerunt. Prudent. Cathem. Hymn. 1. v. 6. ex veterrimo codice,

Auferte, clamat, lectulos,
Aegros, ſopores, defides.

HEINS. *quot nubis aperti* Oxon. Leid. Wolf. & Voſſ. a m. prim. & Ald. *nube aperti* Lovan. a m. pr. *nube ſoporis* Vicetin. *nubem ſoporis* dixit imitatione Valerii Flacci & Statii. vide ad Val. Flacc. VIII. 81. ideoque nihil mutandum. *nubis* mutavere, quia *immunis* credebant caſum illum requirere. ſed & Lib. II. 201. *immunis clade*, & ita alii paſſim, vide ad Lucan. VIII. 704. mox, *diſcernere* Jun. *ea longinqua* Voſſ. & edd. Vicet. Parm. Ald. Junt. Colin. Gryph. Iſingr. Raphel. BURM.

312. *Lumine cinctum*] Lege cum prim. Vatic. & priore Moreti, *centum Corporis excubiis*, neque aliter Helmeſtadienſis. HEINS. *corpore centum* Wolf.

314. *Adlatae*] Vetus liber, *illatae*. DELR. *allatae fruges* Oxon. ſed praeceſſit modo. *illatae* etiam Vicetia.

315.

Texuit? unde rudis tanto tirone juventus
Emicuit, ſenioque iterum vernante reſumſit
Gallia bis fractas Alpino vulnere vires?
Non ego delectu, Tyrii ſed vomere Cadmi
Tam ſubitas acies, conceptas dente draconis,
Exſiluiſſe reor. Dircaeis qualis in arvis
Meſſis, cum proprio mox bellatura colono,
Cognatos ſtrinxit gladios, quum ſemine jacto
Terrigenae galea matrem naſcente ferirent,
Armiger & viridi floreret milite ſulcus.
Hoc quoque non parva fas eſt cum laude relinqui,
Quod non ante fretis exercitus adſtitit ultor,
Ordine quam priſco cenſeret bella Senatus.
Neglectum Stilichon per tot jam ſecula morem
Retulit, ut ducibus mandarent proelia Patres,
Decretoque togae felix legionibus iret

Teſſe-

315. *Texuit*] *inſtruit* Jun. *exuit* Oxon. male. inde *texta pinea*. vid. ad Ovid. XIV. Met. 531. & I. Triſt. v. 9. BURM.

316. *Emicuit*] Sic Iſingr. & tres ex noſtris, quod & Raphelengius ſecutus, & Barthius curis ſecundis probavit. vulgo *Enituit*. minus bene. HEINS. vide Conſ. Mall. 322. & IV. Conſ. Honor. 187.

317. *Fractas*] *fractis* Vicetin.

318. *Sed vomere*] perperam Raphelengius *ſub vomere*, prava diſtinctione deceptus, ut Barthio jam deprehenſum. *dilectu* etiam pro *delectu*, ut apud alios quoque auctores antiquiſſimi codices. denique *conceptas* pro *concepto* multi veteres. ſed vulgatum non eſt temere mutandum. ſic Idyllio Phoenicis v. 23.

Hic neque concepto foetu, nec femine ſurgit.

concepto etiam a manu prima primus Vaticanus. HEINS. *nec vomere* Voſſ. a m. 1. verum recte diſtinxerunt locum viri docti, & *ſed* cum antiquis editionibus repoſuerunt, quae vocula alibi etiam cum *ſub* commutata. ut apud Lucan. IX. 307. & 370. & alibi. *dilectus* an *delectus* ſcribatur, parum referre arbitror. vide quae diximus ad Ovid. X. Met. 314. ſic in Laud. Seren. 190. *dilectus equorum*. ubi alii codices, *delectus*. Scaligerum voluiſſe, *dejecto Tyrii ſub vomere Cadmi* Heinſius notaverat. *conceptus*, ut & Wolf. an *concepto* ſcribendum, dubium. III. de Rapt. 59.

Se licet ille meo conceptum vertice jactet.

deinde *Excluſiſſe reor* Junian. BURM.

Cadmi] Sidonius haec belle imitatus eſt. Virg.

Haec loca non tauri ſpirantes naribus ignem
Invertere ſatis, immanis dentibus hydri,
Nec galeis, denſisque virum ſeges horruit haſtis.

CLAVER.

320. *Dircaeis*] Haec per prolepſin. Dirce enim poſt Cadmum diu vixit. ſed hac licentia uti Poëtas vidimus ad Ovid. III. Met. 169. & XI. 624. adde notata ad Lucan. IV. 322. qui & *Dircaeam cohortem* dixit ibid. vs. 550. BURM.

321. *Bellatura*] *debellata* Jun. & Oxon. pro varia lectione. mox *ſtringit* Oxon. *ſtruxit* Wolf. *gladio* ed. Colin. & *dum femine* Jun. & Oxon. *Armifer* etiam Voſſ. & Jun. & edd. Vicet. Parm. Junt. Iſingr. Gryph. Colin. & Raphel.

325. *Hoc quoque*] *Haec quoque cum parta fas eſt non laude relinqui*. Oxon.

327. *Cenſeret bella Senatus*] *cenſerent* codex Rottendorphianus. HEINS. vide ad Suet. Vitell. cap. XVI.

Senatus] Iſidorus: *bellum juſtum ex edicto geritur. At cavendum*, ait ille, (Tacit. I. Annal. 6.) *ne vim principatus reſolvas, omnia ad Senatum revocando.* ſed hoc de falſo Senatu intelligi debet, aut verba ſunt tyrannica, ut Caeſaris (apud Lucan. I. 365.) *Degenerem patiere togam, regnumque Senatus?* Rex Galliarum non indicit bellum niſi ex Senatusconſulto. CLAVER.

328. *Per tot jam*] *tot jam per* ed. Aldi, & aliae vetuſtiores.

330. *Felix*] *fretis* Jun. & Oxon. a m. 1. repetitum ex vs. 325. ſed cur *felix teſſera*, an quia juſſa Senatus eventum habitura augurarentur proſperum non repugno. ſed ego malim legere *velox teſſera*,

Teſſera. Romuleas leges rediiſſe fatemur;
Quum procerum juſſis famulantia cernimus arma.
Tyrrhenum poteres junctis transmittere ſignis,
Et ratibus Syrtes, Libyam conplere maniplis.
Conſilio ſtetit ira minor; ne territus ille,
Te duce, ſuſpecto Martis graviore paratu.
Aut in arenoſos aeſtus zonamque rubentem
Tenderet, aut Solis fugiens tranſiret in ortus:
Miſſurusve ſibi certae ſolatia mortis,
Oppida dirueret flammis. res mira relatu;
Ne timeare, times; &, quem vindicta manebat,
Deſperare vetas. quantum fiducia nobis
Profuit hoſtilis! ſalvae Carthaginis arces,
Inlaeſis Tyrii gaudent cultoribus agri,
Quos potuit vaſtare fuga: ſpe captus inani,
Nec ſe ſubripuit poenae, noſtrisque pepercit
Demens: qui numero tantum, non robore, menſus
Romanos, rapidis ibat ceu protinus omnes
Calcaturus equis: &, quod jactare ſolebat,
Solibus effoetos merſurus pulvere Gallos.

Sed

ut apud Stat. VII. Theb. 236. *longo fugit ordine velox teſſera.* nec novum eſt pro *velox* ſcribas dediſſe *felix.* ſic apud Manil. IV. 197. *Hic & ſcriptor erit velox*, alii codices *felix* exhibent. *regionibus ire* Lovan. BURM.

331. *Remeaſſe fatemur*] ſic prior Moreti, vulgo *rediiſſe.* Gyrald. & Lucenſ. *Romuleae leges rediere.* HEINS. Sed & *rediiſſe* rectum. ita Horat. I. Od. II. *grave ne rediret ſeculum Pyrrhae.* & IV. Od. II. 39. *Quamvis redeant in aurum tempora priſcum.* & ſaepe alii. alterutrum a Gloſſatore profectum. BURM.

333. *Tyrrhenum poteras junctis transmittere ſignis*] Sic conjeceram, cum id mox confirmatum a Regio libro animadverti. vulgo, *cunctis.* vid. Conſ. Olybr. 231. HEINS. *Tu Rhenum poteras* Jun. *tranſcurrere* Leid. quod forte rectum, & ab interpretatione ortum *transmittere.* Lucan. III. 537.

Ut tantum medii fueris maris, utraque claſſis
Quod ſemel excuſſis poſſet tranſcurrere tonſis.

Horat. I. Ep. XI. *qui trans mare currunt.* BURM.

335. *Conſilio ſtetit ira minor*] *ira ruens* primus Vaticum duodecim ſcriptis. ut apud Horat. III. od. 4.

Vis conſilt expers mole ruit ſua.

HEINS. Sed *minor* mihi magis placet. id eſt victa eſt conſilio, ceſſit, coercita eſt. ita Horat. III. od. 6. *Dils te minorem quod geris.* Lucan. VII. 718. *Teque minor ſolo.* vid. ad eumdem Lib. VII. 686. pro *ne territus, nec territus* Lovan. BURM.

336. *Te duce, ſuſcepto*] *ſuſpecto* Iſingr. pr. Vatic. & tredecim alii. bene. hoc eſt, ne magnus ille apparatus ſuſpectus eſſet. HEINS. *martis* Leid. a m. 2. *ſuſpecto* Wolf.

339. *Miſſurusve*] *miſſurusque* Oxon.

340. *Res mira relatu*] prior Moreti, *res digna relatu, Ne timeare, caves.* & pro *profuit*, idem *conſulit.* IV. Conſ. Honor. 152. *vitam tibi contulit idem Imperiumque dies.* HEINS. ſed beli. Gild. 362. *mirum relatu.*

341. *Ne timeare*] Inde Sidonius de Rege Gothorum, *Timet timeri*, inquit. Tacitus plane ad rem: *Nihil aeque cavebatur, quam ne bellum metu eluderet.* Pacatus: *Tuus exercitus nihil magis timebat, quam timeri.* CLAVER.

350. *Solibus effoetos merſurus pulvere Gallos*] Malim, *Solibus effecto merſurus pulvere.* Columella libro II. cap. IV. *effoeta & ſine ſucco humus aeſtivo ſole peruritur. terra effoeta* pro ſterili apud eumdem frequenter occurrit, quare perperam Modius & Scriverius illo Vegetii loco Lib. I. cap. ult. *deffectae* reponebant. *Neque effoetae ſunt terrae, quae Lacedaemonios, quae Athenienſes, quos ipſos Romanos progenuere.* etiam Plinio Lib. XXXII.

Sed didicit non Aethiopum geminata venenis
Vulnera, non fuſum crebris haſtilibus imbrem,
Non equitum Latiis nimbos obſiſtere pilis.
Sternitur ignavus Naſamon: nec ſpicula ſupplex
Jam torquet Garamas, repetunt deſerta fugaces
Autololes. pavidus projecit miſſile Mazax.
Cornipedem Maurus nequidquam hortatur anhelum.
Praedonem lembo profugum, ventisque repulſum,
Suſcepit merito fatalis Tabraca portu:
Expertum, quod nulla tuis elementa paterent
Hoſtibus, & laetae paſſurum jurgia plebis,
Fracturumque reos humili ſub judice vultus.

Nil

xxxii. c. ii. Nat. Hiſt. *effoeta tellus*. Lib. xvii. cap. ii. *tellus lactentibus ſatis non effoeta*. Lib. xviii. cap. 5. *fecundiſſimum agrum & effoetum* inter ſe opponit. denique apud Senecam de Benefic. Lib. ii. *ſterilis & effoeta terra* occurrit. appoſite Plinius Lib. vi. Epiſt. xxi. *Sum ex his, qui mirer antiquos, non tamen, ut quidam, temporum noſtrorum ingenia deſpicio. neque enim quaſi laſſa & effoeta natura nihil jam laudabile parit.* Lucretius Lib. ii. *Jamque adeo fracta eſt aetas, effoetaque tellus, Vix animalia parva creat.* ubi maluerim *fracta eſt aetate*. Heins. vid. & vi. Conſ. Honor. 215. *affectos* Oxon. *effectos* Leid. duo a m. pr. & Wolf. *frigore* Vicetin. *effectos* m. *frigore Gallos* Parm. in Juntina editione erat,

Calcaturus equis, merſurus pulvere Gallos,
Solibus effoetos, & quod jactare ſolebat,

ſed vulgata placet. nam rectius credo homines *effoetos* dici, quam pulverem. qui numquam fuit fertilis & producendo nimium effoetus factus. ſed Gallos prius calore languidos & effoetos, deinde pulvere obruturum ſe minabatur. *quos jactare* Jun. Burm.

351. *Geminata*] vid. Ovid. i. ex Pont. ii. 17. & Bernecc. ad Juſtin. xii. 10. Burm.

355. *Intorquet*] Vetus liber, *Jam torquet* Delr. *Jam torquet* ſcripti, paucis exceptis. Heins ita Vicetin. Parm. & Wolf. *Garamans* etiam Voſſ. Leid. & Wolf. ut ſupr. 255.

356. *Autololes*] Gytald. *Audolopes*. Lucens. aliique multi, *Autolopes*. alii aliter. Ambroſ. optimae notae, *Autolales*. quod cum Solino & Plinio convenit, quibus *Autolalae* dicuntur. ut pateat mendum eſſe in Ptolemaei codicibus & αὐτολάλαι pro αὐτολάται ſcribendum. Heins. *Audolopes* Jun. & ed. Parm. *Autoloes* Oxon. Leid. duo. *Autheoles* Lovan. *Andolope* Oxon. *Anolopes* Vicet. *Audoloſes* Wolf.

Maſas] Vetus liber, *Marax*. cenſeo legendum *Mazax*. Aurel. de Venatione v. 261. *Quemque coloratus Mazax deſerta per arva Parit.* Lucanus iv. 681. *tremulum cum torſit miſſile Mazax*. num vero apud Ammianum Lib. xix. *Mazaces* pro *Mazices* legendum ſit, ignoro. quia Ptolemaeo Μάζυες, Stephano Μάζυης, Herodoto Μάζυες dicuntur. ſunt enim Mazaces non Atlantici modo, verum & Africani. Delr. *Mazax* vetus codex, cum in aliis *Mazas*. ſic in MS. Auſonii, *Salominius Aeas*, quod ſane Graecum eſt, neque facile admiſerim. *Mazax* autem vera lectio, neque mendoſus eſt locus apud Sueton. in Nerone: ubi *cum Mazacum turba phaleratra atque curſorum* iter faciebat Nero. qui locus multos miſere exercuit. unde vero mihi ſuppetiae? a Seneca, qui in Epiſtolis: *Omnes jam ſic peregrinantur, ut illos Numidarum praecedat equitatus & agmen curſorum*, apage ergo iſta *Cbiramaxia* & *Mazaces e Cappadocia*, ſunt enim Numidae, aut paulo minus. Claver. *Matax* meliores libri, quomodo etiam Suetonius, Lucanus, in Cynegetico Nemeſianus. alii *Matax*, vel *Mazas*, vel *Mazar*. Salmaſio ad Solinum *Mazur* hic populus eſt, non *Mazax*. apud Vegetium Scriverius Lib. iii. c. xxiii. id nomen reſtitui debere contendebat. *ut Urſiliani in Africa, Macetes bodieque producunt*. de *Urſilianis* nil compertum habent commentatores. Putabam ego aliquando *Uticianos* huc revocandos eſſe ab Utica. Pro *projecit* duo Medicei *projectat*. unus Ambros. *pavidum projectat*. eleganter. Lucani illa reſpiciebat Lib. iv. 681. *tremulum cum torſit miſſile Mazax*. Heins. *pavidis projecit* Parm.

357. *Hortatur*] *ornatus* Lovan.

358. *Ventisque*] *ventoque* Jun. Oxon. *praedonem nimbo* pro *nimbo* Vicetin.

361. *Laetae*] Medic. *lentae*. mox *ſub vindice* Florent. S. Marci vid. ſupr. 238.

362. *Fracturumque reos*] Multi *perfractanque*. duo, *Perfunctumque*. forte, *Frangendumque*. Heins. *Perfractum* Wolf.

363.

Nil tribuat Fortuna tibi, ſic proſpera ſemper
Illa quidem. ſed non uni certamina pugnae
Credidimus, totis nec conſtitit alea caſtris
Nutatura ſemel. ſi quid licuiſſet iniquis
Caſibus, inſtabant aliae poſt terga biremes:
Venturus dux major erat. victoria nulla
Clarior, aut hominum votis optatior umquam
Contigit. an quisquam Tigranen, armaque Ponti,
Vel Pyrrhum Antiochique fugam, vel vincla Jugurthae
Conferat, aut Perſen, debellatumque Philippum?
Hi propagandi ruerant pro limite regni:
Hic ſtabat Romana ſalus. ibi tempora tutas
Traxerunt dilata moras: hic vincere tarde
Vinci paene fuit. diſerimine Roma ſupremo
Inter ſupplicium populi deforme pependit;
Et tanto Libyam fructu majore recepit,
Quam peperit, quanto graviorem amiſſa dolorem;
Quam nec dum quaeſita, movent. quis Punica geſta,
Quis vos, Scipiadae, quis te jam, Regule, noſſet?
Quis lentum caneret Fabium, ſi jure peremto
Inſultaret atrox famula Carthagine Maurus?
Haec omnes veterum revocavit adorea lauros.
Reſtituit Stilichon cunctos tibi, Roma, triumphos.

363. *Tribuat*] *tribuit* Leid. a m. s.
Sit proſpera ſemper] Lego, *ſic*. HEINS. *ſis* Voſſ.
366. *Licuiſſet*] *latuiſſet* Wolf.
367. *Aliae*] *altae* Leid. *bipennes* Jun. a m. prim.
370. *An quisquam*] *haud quisquam* Jun. Leid. Heinſius malebat, *huic quisnam, antiquis Tigr.* Wolf. forte, *an ſi quis. armaque patentis* Leid. mox, *an Perſae* Jun.
373. *Ruerent*] Vetus liber, *ruerant*. DELR. *ruerent* plerique ſcripti. alii cum editis, *ruerant*. puto, *ruerunt*. quod & Barthio videbatur, ex veteris libri auctoritate. ſic apud Virgil. *iuerunt faſtidia menſes*, & ſaepe alibi. de quo notis ad Ovidium, qui multis in locis pari modo corruptus. HEINS. *fuerant* Oxon. edd. Vicetin. Parm. Junt. Iſingr. Gryph. Colin.
374. *Tempora tuto*] Lege *tutas* cum tribus ſcriptis. quinque alii, *tutae moras*. ut hiatus relinquatur. qua in re multus Virgilius. HEINS. *tuto Tr. d. morae* Vicet. ſed *mora tuta brevis* Ovid. III. Art. 463. *tempora tuto Tr. d. moras* Parm. Junt. & aliae. *morae, ſed vincere* Wolf.
375. *Vincere tarde*] Livius: *ſi tu occaſionis momento, cujus praetervolat opportunitas, cunctatus paululum fueris, nequicquam mox omiſſam quereris*. CLAVER.
378. *Et tantum Libyam*] *Tanto*, & mox, *quanto*, Scaliger. confirmat liber Patavinus. HEINS. vide ad Ovid. VIII. Met. 750. ſed & *tantum* & *quantum* ſaepe dixerunt. vid. IV. Conſ. Hon. 479. & ita variant ſaepe codices in *multum* & *multo*. vid. ad Ovid. Epiſt. XVIII. 71. & Lucan. II. 225. BURM.
380. *Punica geſta*] *bella* marg. Iſingr. & MS. Pulm. & ita paſſim noſter & alii. praefat. Lib. III. 2. Albinov. in mortem Druſi 452. Silius aliquoties, & alii. BURM.
381. *Quis te jam*] *quis jam te* Jun. Oxon.
382. *Jure peremto*] vide II. in Eutrop. 588.
384. *Lauros*] *laurus* edd. Vicet. Parm. Junt. Ald. Iſingr. Colin. Gryph. & Raph. *bic* Wolf. a m. s. *adortea laurum* idem a m. prim. mox, *Roma trophaeo* Lovan.

CL.

CL. CLAUDIANI

IN PRIMUM CONSULATUM

FL. STILICHONIS V. C.

LIBER II.

HActenus armatae laudes. nunc qualibus orbem
Moribus, & quanto frenet metuendus amore,
Quo tandem flexus trabeas auctore rogantes
Induerit, faſtisque ſuum conceſſerit annum,
Mitior incipiat fidibus jam Muſa remiſſis.
Principio magni cuſtos Clementia mundi,
Quae Jovis incoluit zonam, quae temperat aethram
Frigoris & flammae mediam, quae maxima natu
Caelicolum: nam prima Chaos Clementia ſolvit,

10. Con-

1. *Hactenus*] Sunt, qui libenter haec ſuperioribus annecterent. Sed Ovidius ita omnino uſus eſt in duobus libris de Remedio Amoris. nam libri ſecundi initium tale eſt: *Hactenus invidiae reſpondimus.* Apud Statium tamen diviſio non eſt, ſed minore ſpatio excurſio, *Hactenus arma Chelys.* in omnibus *alma.* perperam, meo judicio. CLAVER. Sed nec in Ovidio eſt initium novi libri, ut Heinſius oſtendit. *armati* cod. Barthii.

Urbem] MS. & veteres impreſſi, *orbem.* nec eſt magnum diſcrimen inter has literas. DELR. Veteres plerique *orbem.* infra 234.

——— *ſi non ut ductor ab orbe,*
Quem regit, accipiat ſaltem cognatus ab aula.

HEINS. *quamlibet orbem* Junian.

3. *Auctore rogantes*] Fruſtra Raphelengius, *rogante.* & mox *temperet* pro *temperat* contra ſcriptos. fruſtra etiam Barthius, qui *auctore* cum mendoſis codicibus amplectitur, eamque vocem ter Statio reddendam opinatur, cum nihil iſtis locis ſit mutandum. ſic *vulneris auctor*, & *teli auctor*, *auctor pugnae*, & ſimilia, paſſim apud Naſonem occurrunt. HEINS. *regantes* vindicavit etiam Heinſius ad Ovid. VII. Met. 308. *regentes* Oxon. a m. s. Indicat Stilichonem coactum ſuſcipere inſignia conſulatus. ſic IV. Conſ. Hon. 48. *ſolus meruit regnare rogatus.* ſimili modo adulatur Tiberio Ovid. IV. ex Pont. XIII. 27. *actore* Ald. Iſingr. BURM.

4. *Faſtisque*] *faſtisque* Junianus alter.

5. *Muſa remiſſis*] *Deus* unus Medic. ut Muſa intelligatur, & tum *incipias* malim. HEINS. *incipiet* manus docta in ora Vicetin. edit.

7. *Incoluit*] Per enallagen temporis pro *incolit* exponit Gronov. ad Senec. Hippol. 510. & hoc quia *temperat* ſequitur. ita ut videatur retractaſſe hunc locum, nam *involvit* olim maluiſſe teſtatur Barthius. ita Virgil. III. Aencid. 446.

Digeris in numerum atque antro ſeclusa reliquit,

ut edidit Henſius. apud Gratium ſaepe idem obſervavimus. vide ad vs. 45. 416. & nihil frequentius apud Maronem, Lucanum, & alios. mox *quae maxima* Vicet. Parm. BURM.

8. *Frigoris & flammae mediam*] *medio* prim. Vatic. a m. prim. quomodo & alii plurimi cum Aldina editione. HEINS.

9. *Solvit*] mire utitur hoc verbo. nam proprie Chaos non poteſt ſolvi, quia nullo ordine res erant digeſtae, & inter ſe conjunctae & vinctae, cum contra digeſtam & diſpoſitam molem ſolvere, fit iterum in Chaos antiquum redigere, ut vidimus ad Valer. Flac. I. 829. *jam prima* Leid. ego haec, *nam p. c. c. ſolvit* in parentheſi ponerem, ut *principio Clementia congeriem ſolvit* cohaereat. BURM.

Congeriem miſerata rudem, vultuque ſereno
Diſcuſſis tenebris in lucem ſecula fudit.
Haec Dea pro templis & ture calentibus aris
Te fruitur, poſuitque ſuas hoc pectore ſedes.
Haec docet, ut poenis hominum vel ſanguine paſci
Turpe ferumque putes: ut ferrum Marte cruentum,
Siccum pace premas: ut non infenſus alendis
Materiem praeſtes odiis: ut fontibus ultro
Ignoviſſe velis: deponas ocius iram,
Quam moveas: precibus numquam inplacabilis obſtes:
Obvia proſternas, proſtrataque more leonum
Deſpicias; alacres ardent qui frangere tauros,

Tran-

10. *Congeriem miſerata rudem*] *partita* Regius. HEINS. Ita & duo Oxon. vit. Epith. Honor. 31.

11. *Diſcuſſis tenebris*] Non ſequor *diſcuſſit tenebras*, quod meus MS. habet. DELR. Ita & Jun. & Oxon. in Voſſiano erat haec gloſſa: *de Maria, vel Chriſto, vel arte.*

13. *Hoc pectore*] *tempore* Oxon. duo. male. vid. ad Ovid. III. ex Pont. VI. 26. BURM.

16. *Siccum pace premas*] *Sic cum* male ſejunctim ante legebatur. infra Lib. III. 269. *manentque clauſis nunc ſicca pharetris Spicula.* Statius VIII. Theb. 384.

Stat medius campis etiamnum cuſpide ſicca.

ita & *ſicci ſanguine dentes* apud Silium VII. 213. & Lib. VIII. 18.

——— *caede ſine ulla*
Inſolitum ſibi bella geri, ſiccasque cruoris
Inter tela ſui Maventis bebeſcere dextras.

ſic conjecimus, nam vetus liber *cruori*, vulgo *cruore*, & *ſiti Maventis. ſicca mors* Juvenali Sat. X. 112.

Ad generum Cereris ſine caede & ſanguine pauci
Deſcendunt reges & ſiccca morte tyranni.

ita ex Servio legendum. non *ſine caede & vulnere*, quod alterius gloſſema. *ſine ſanguine* ἀναιμώτι Homero & Oppiano. Ceterum in primo Vaticano & aliis decem, *Siccum pace feras*, non *premas*. quod arridet prae altera lectione. nam *premere ferrum Marte cruentum* minus concinne dixeris. HEINS. Mutaſſe iterum videtur ſententiam, delevit enim in codice ſuo Heinſius *feras* (vitioſe erat editum *ferax*) & *premas* repoſuit. diverſitas a librariis indoctis provenit, qui in priori membro *ferrum Marte cruentum* deſiderari *feras* credebant. ſed eſt notiſſimus loquendi modus, cum duabus diverſis rebus unum modo verbum ſubjungatur. de qua ellipſi multa viri docti. vide ad Vellej. Paterc. II. 128. unum adducam, ubi idem verbum *premere* occurrit, ex Juſtino Lib. II. 1. *Aegyptum ita temperatam ſemper fuiſſe, ut neque hiberna frigora, nec aeſtivi ſolis ardores incolas ejus premerent.* ubi debet intelligi *ardores ſolverent, frigora premerent.* ceterum in Jun. erat *ſacra pace* pro varia lectione. *ficci dentes* Stat. X. Theb. 48. *premere* vero ſemper ambigue dicitur, nam & ille *premit*, qui tenet ferrum & vulnus infert. vide ad Lucan. VII. 562. BURM.

Infenſus] *offenſus* Lovan. ita Suetonius & alii ſaepe hoc verbo utuntur. *incenſus* Wolff.

17. *Ultro*] Vetus liber pro *ultro*, quod ceteri continent, *ulter*. DELR. Ita duo Oxon. Leid. Lovan. & Wolf.

19. *Obſtes*] *adſtes* Voſſ. duo. *aſtes* Jun. Oxon. Leid. Vicet. & Ald.

21. *Qui ſternere*] Vetus liber *qui frangere*. DELR. *frangere* ſcripti fere omnes. Gyrald. & Palat. *cum frangere*. male vulgo *cum ſternere*. III. Conſ. Stilich. 303.

Magnaque taurorum fracturas colla Britannae.

τὸ ἄγειν Homericum expreſſit, Iliad. E.

Ὡς δὲ λεῶν ὃν βυτὸν ὀρὼν ἐξ ἀγχίμα ἄξει
Πέρτομ' ἐὺ βοὸς ξύλοχον καταβοσκομένων.

Iliad. A.

Τῷ δ' ἐξ αὐχέν' ἔαξε λαβὼν κρατερῶσιν ὀδοῦσι.

qui verſus & alibi apud illum occurrit. Homericam phraſin Statius quoque expreſſit Theb. V. 332.

Maſſylo frangi ſtupuere ſub boſte juvencae.

Lib. XI. 28.

Armenti reges magno leo fregit hiatu.

Valer. Flacc. Lib. II. 459.

Qualiter implevit gemitu cum taurus acerbo
Avia, frangentem moeſtus ſuper alta leonem
Terga ferens.

& in ſimili comparatione Lib. III. 589.

Frangit & abſentem vacuis ſub dentibus boſtem.

Plinius Lib. VIII. 38. *Haud immerito igitur odit leo, viſum.*

Tranſiliunt praedas humiles. hac ipſe magiſtra
Das veniam victis: hac exorante calores
Horrificos, & quae numquam nocitura timentur
Jurgia, contentus ſolo terrore, coërces;
Aetheril patris exemplo: qui cuncta ſonoro
Concutiens tonitru, Cyclopum ſpicula defert
In ſcopulos & monſtra maris, noſtrique cruoris
Parcus, in Oetaeis exercet fulmina ſilvis.
Huic Divae germana Fides, eademque ſorori
Corde tuo delubra tenens, ſeſe omnibus actis

In-

viſumque frangit, & citra morſum examinat. & cap. 40. *leonem* a cane Indico enarrat *fractum*. Pro *ardens* etiam *audens*, vel *gaudens* ſcripti nonnulli. fruſtra. Lib. I. in Rufin. 309. *Romanas ardet proſternere vires.* quae vera lectio. atque ita noſter, Statius, alii paſſim. HEINS. vide de verbo *frangere* ad Valer. Flacc. II. 459. eadem diverſitas erat in IV. Conſ. Honor. 318. ubi pro *fractis Dacis* vulgo erat *ſtratis*. Conſ. Mall. 301. *Herculei mallem fregiſſe lacerti.* vide & ad Lucan. III. 472. in Oxon. erat *confringere* a m. prim. pro *qui frangere*, & pro *tauror, carnes*. Ceterum puto Stat. II. Silv. V. quae eſt in funus Leonis manſueti, pugnam ejus cum Tauro intelligere, non cum Tigride, ut interpretes. nam vs. 7.

Occidis altarum vaſtator dolle ferarum.

tigres *altae ferae* dici nequeunt, ſed Tauri, utſin Valerii Flacci loco II. 459. ab Heinſio adducto. *dolle* ibidem non moverem, ſed cum Barthio callidum exponerem. evitabant enim cornua taurorum, & aſtu quodam in terga inſiliebant. hic vero videtur Leo a tauro fugiente forte ictu calcis aut alio modo occiſus. vid. vs. 16. BURM.

22. *Hac ipſa magiſtra Das veniam victis*] *Iſte* prim. Vatic. a manu prima, quae ſcriptura & in aliis multis exſtat. forte, *hac ſponte magiſtra Das veniam.* HEINS. *iſte* etiam Voſſian. Oxonienſis, & Lovan. & edit. Vicetin. ac Parmenſis. forte, *hac uſe magiſtra Da veniam.* ita apud Ovid. III. Amor. I. 38.

In me pugnaſti verſibus uſa meis.

ubi in Palat. & Scriver. erat *ipſa mets. da* eſt in Leid. in aliis, *dat*, & *coërcet*. ut & ed. Vicet. *das* & *coërcet* Parm. ſi *da* placet, tunc etiam *coërce* legendum. poſſet & legi, *hac quippe*. ut Heinſius olim conjecerat, nam *ſponte* & *magiſtra* ſibi adverſari videntur. BURM.

23. *Hac exhortante calores*] *exorante* undecim libri. vere. in primo Vaticano a manu prima, *exorare*. Epigr. de Apono:

Parcarumque colos exeraturo feroras.

Silius Lib. XI. 551.

——— *nigroque undantia pectora felle*
Tandem tot titulis totque exorata tropaeis
Infelix muta.

quomodo eleganter codex Modil. Dausqueius ſolens facit, qui obloquatur. HEINS.

24. *Horrificos*] *terrificos* Wolf. Oxon. ita variant codices apud Ovid. I. Met. 179. & Virgil. VIII. Aeneid. 431. BURM.

27. *Concutiens tonitru*] pulchre Statius de Domitiano,

——— *venturi fulminis ictus*
Horrentem, tonitru tantum, tenuique procella
Contentus monuiſſe fuit.

CLAVER. In Voſſiano adſcripſerat Gloſſator illa, quae & forte inde habuit Barthius, Perſii ex Sat. II. 24.

Ignoraſſe putas, quis cum tonat, ocyus ilex
Sulfure diſcutitur ſacro, quam tuque domusque.

in codice Leidenſi erat, *cuncta ſereno*. BURM.

Spicula differt] Soli Vicetini *defert*. DELR. *defert* etiam Oxon. & ed. Parm. vide ad Conſ. Mall. 296. non puto tamen *defert* hinc facile exturbandum. eſt enim idem quod torquet, mittit ab alto, ſed quae ab aliis transfert in ſcopulos &c. Ovid. V. Met. 90.

Intorquet jaculum, quod detulit error in Idam.

ſic apud Lucan. VII. 157. *Siphonas aquarum Detulit.* malebat etiam Heinſius *Cyclopia ſpicula*, ut I. de Rapt. 97. *quod non Cyclopia tela ſtringimus.* & ſupra II. in Eutrop. 377. BURM.

29. *Parcus in*] *Parcus &* Jun. *Parcus Oetaeis* Vicetin.

Fulmina] MS. meus, *ſpicula*. qua voce paulo ſuperius uſus fuit. DELR.

30. *Fides*] etiam perfidis praeſtanda, auctore B. Ambroſio. CLAVER. videtur Monachus, qui ſupra vs. 11. gloſſam ridiculam adjecerat, hic cepiſſe *fidem* eo ſenſu, quo Theologi vulgo capiunt. nam adſcripſerat

Inſerit. haec nullo docuit liveſcere fuco;
Numquam falſa loqui, numquam promiſſa morari,
Inviſos odiſſe palam; non virus in alto
Condere, non laetam ſpeciem praemittere fraudi:
Sed certum mentique parem conponere vultum.
Occulto ſaevire vetat, prodeſſe remittit.
Haec & amicitias longo plus tempore firmat,
Manſuroque adamante ligat: nec mobile mutat
Ingenium; parvae ſtrepitu nec vincula noxae
Diſſolvi patitur, nec faſtidire priorem
Adlicitur veniente novo: benefacta tenere,

Ref-

ſerat codici Voſſiano ad vs. 32. & ſeqq. *pro laude Theologiae*, deinde *Hinc Divae* Vicetin. & Parm. BURM.

Eademque ſoror] Sic in ora libri ſui magnus Scaliger, quod ſecutus Raphelengius, neque aliter octo ſcripti. hoc eſt eadem quae ſoror. vulgo *ſororis*. Ovid. Lib. I. Amor. Eleg. IV.

Vir tuus eſt epulas nobis aditurus easdem.

quae vera lectio ex ſcriptis, non *nobiſcum*. Horat.

Invitum qui ſervat, idem facit occidenti.

hoc eſt idem quod occidens facit. HEINS.

32. *Inſerit*] *injuit* Jun. *liveſcere fato* Lovan. a m. 1.

34. *Odiſſe*] Praeſtat renuntiare amicitiam more majorum, & exemplo Germanici, ut eſt apud Suetonium. Honeſtius vero eſt offendere, quam odiſſe, clanculum ſcilicet. vide Tacitum. CLAVER.

35. *Praetendere*] Vetus liber, *ſpeciem promittere fraudi*. hinc conjicio legendum *praemittere*. DELR. *praetendere fraudi* Gyrald. cum Farneſiano, ut mox vs. 80.

Praetendens proprio nomen regale furori.

Aldus & ſcripti plerique, *praemittere*, quinque, *promittere*, duo, *committere*. HEINS. *praetendere* Vicetin. Parm. Junt. Iſingr. Colin. Gryph. vid. Lib. I. 272. non caret ſua venere *praemutere*, quod fere omnes libri ſcripti & Aldus habent. ad fallendum enim aliquem nihil efficacius, quam antea humaniter & hilariter eum complecti, & ita praeſtruere dolos & fraudem. in Lovan. Leid. & Wolf. erat *altam ſpeciem*, ut de ſimulatione & diſſimulatione poſſet capi; ſed durius videtur, & *alto* praeceſſerat. Lib. II. in Eutrop. 31. de prodigiis futura ſignificantibus:

Scilicet haec Styciae praemittunt ſigna ſorores.

IV. Conſ. Honor. 619. *praemiſſa futuris Dant exempla fidem.* Suet. Cal. LVIII. *praemiſſa vox.* & ita alibi. quare cum *praetendere* in hac re ſit verbum ordinarium, id a Gloſſatore fuiſſe explicationis loco adſcriptum puto, qui, ſi in textu illud fuiſſet, de *praemittere* numquam ſomniaſſet. BURM.

37. *Occulto ſaevire*] *ſervire* Oxon. Leid. ed. Vicet. & Parm. *ſermone* alter Leid. Barthius ſuſpectum habet verſum, & certe quid *prodeſſe remittit* ſit, neſcio. niſi *remittit* pro *permittit* interpreteris, ut Barthius obſervat aliquando ſumi, & docent Lipſius ad Tacit. I. Ann. 8. & III. 54. Gronov. IV. Obſ. 2. & ſaepe in Jure ſieri notat Cujac. XXI. Obſerv. 29. & contra J. Gothofr. ad L. 3. C. Theod. de diverſ. Reſcript. in Mediceo erat *jaevire negat*, quod ſaepe idem quod *vetat*. ut I. in Eutrop. 127. *caedere ligna culinae Membra negant.* vid. ad. IV. Conſ. Honor. 298. ubi Heinſius huc remittit lectorem, cum tamen hic nihil notavit. BURM.

38. *Haec & amicitias longo poſt tempore firmat*] Ita ſcripti plerique, niſi quod in primo Vaticano, *plus tempore firmat*. omnino elegantius. quam ſcripturam unus Petavianus, Bononienſis, & uterque Oxonienſis quoque agnoſcunt. HEINS.

40. *Ingenium parvae*] Sic bene cum ſcriptis Raphelengius & Barthius. HEINS. *parvo* Junt. Aldi Iſing. & aliae.

42. *Adlicitur*] Vetus liber, *Allectum*. ordo erit: nec patitur *allectum* priorem amicum ſibi, novo veniente, faſtidire. DELR. Locus corruptus. Gyraldinus cum tribus Mediceis & ſecundo Vaticano, *Illicitum*. puto, *Fit licitum*. Lucenſis cum primo & tertio Vaticanis, Oiſeliano, & novem aliis, *Iliicitur*. unde olim *Ilicet adveniente* conjectabam. ſeptem *Allicitum*. quomodo & primus Vatican. pro diverſa lectione. undecim *Illicite*. tres *Allectum*. quod Scaliger probare viſus. unus, *Illectum*. prior Moreti, *Aliicitus*. Fuit cum & *Neglectum*, vel etiam *Ejectum*, vel *Abjectum*, reponi debere opinarer. infra 148.

——— *neque enim neglectas pace cohortes*
Tum ditas, cum bella fremunt. HEINS.

Tenere] Scilicet memori mente, intelligere, quod mox *memor* firmat. ut Virgil. Eclog. IX. *numeros memini, ſi verba tenerem.* Stat. VIII. Theb. 509.

——— *teneo, aeternumque tenebo.*
Quantum haec dira manus, quoties jubaveris aegis
Ipſa mihi.

vid. Cl. Graev. ad Cicer. pro Sylla cap. 18. BURM.

4to.

Reſpuere offenſas facilis, pariterque minoris
Officii magnique memor, ſuperare laborat:
Utque hoſtes armis, meritis ſic vincit amicos.
Haec fovet abſentes; haec longe ſola remotis
Conſulit; haec nullis avidam rumoribus aurem
Pandit, ut ignarum numquam laeſura clientem
Inſidioſa tuos alienent murmura ſenſus.
Nec vivis adnexus amor meminiſſe ſepultos
Deſinit: in prolem tranſcurrit gratia patrum.
Hac tu Theudoſium, tenuit dum ſceptra, colebas:
Hac etiam poſt fata colis: nec pignora curas
Plus tua, quam natos, dederat quos ille monendos
Tutandosque tibi. juſtos nimiumque fideles
Fama putat, qui, quum poſſent conmiſſa negare,
Maluerint nullo violati reddere quaeſtu.
At Stilichon non divitias, aurique relictum
Pondus, ſed geminos axes, tantumque reſervat
Depoſitum teneris, quantum Sol igneus ambit.
Quid non intrepidus credas, cui regia tuto
Creditur? hoc clipeo munitus Honorius altum
Non gemuit patrem; vitaeque & lucis in ipſo

Li-

43. *Facilis*] *faciles* Jun. Oxon. Leid. vid. II. in Eutrop. 341. & III. Conſ. Honor. 90.

44. *Laborat*] *Laboras* ſcripti nonnulli. forte, *laborans*. HEINS. Senſus obſcurior, quid, vel quem ſuperare laborat? an officia ſibi praeſtita? malim,

——— *ſuperare labore*,

Utque hoſtes armis, meritis ſic vincere amicos.

ſic melius cohaerebunt omnia. *utque armis hoſtes* Ald. BURM.

47. *Avidam rumoribus*] Maecenas apud Dionem: ὁ χρὴ πᾶσιν τοῖς λεγομένοις πιστεύειν. nam quis innocens erit, ſi accuſaſſe ſufficiet? ait ille apud Ammian. CLAVER.

48. *Et ignarum*] Vetus liber, *ut*, quod avide arripio. DELR. *ut* Raphelengius bene cum ſcriptis. HEINS. *ut* jam Aldus edidit. *ignavum* ed. Vicet. pro *Inſidioſa* Lovan. *Invidioſa. murmure* Oxon.

50. *Nec vivis annexus amor*] Libri quidam, *innexus, anixus, obnixus*. Putean. *amplexus*. Forte, *vivos amplexus amor*. ſed nil mutandum temere. HEINS. *Non vivis* olim editi.

51. *Gratia*] *gloria* Leid. *gratia fratrum* Oxon. a m. s. *deſinat* etiam prior Oxon.

52. *Theodoſium*] *Theudoſium* Ald. & Colin.

53. *Poſt fata*] *fatis* Vicetin. *hanc etiam* Oxon.

54. *Ille monendos*] Duo, *movendos*. Med. *fovendos*. quod verbum amat noſter. ſic paulo ante, *Haec fovet abſentes*. ſed tamen mox habebis, *patrils gubernare Imperium monitis*. HEINS.

57. *Maluerint*] *Maluerunt* Farneſianus & Rottendorphianus. & *poſſint* paulo ante, non *poſſent* meliora exemplaria. HEINS. *poſſint* ediderunt Parm. Junt. Iſingr. Colin. Gryph. *qui ſe poſſent* Lovan. a m. prim.

60. *Depoſitum teneris*] At vero aliud quidam Graeculi & Hiſpani tradidere, afferentes Stilichonem inhiaſſe purpurae. Deuterius tamen, auctore Zoſimo, & alii quaeſtioni ſubjecti, nihil de Stilichonis conjuratione, quae objiciebatur, confeſſi, verberibus ad necem caeſi ſunt. atque in hanc rem B. Ambroſius: *Fides dicitur, quae vel mortua ſontem reddit. ac ſi non ſine gravi ſcelere minorum jura temerantur, quanto magis in filiis Imperatoris.* haec ſane dixit coram Stilichone, quaſi praeceptum. CLAVER. pro *teneris* Lucens. & viginti alii, *terris*. nil muto. HEINS.

61. *Tuto*] *tanto* Wolf.

63. *Non gemuit patrem*] *non gemuit preſſem* Leid. a m. pr. quod quid velit, non video.

Vitaeque & lucis in ipſo Limine] Ita Wolf. & alii, pro *Lumine*. vide ad Val. Flacc. I. 822. & ad III. Conſ. Honor. 10. ſed tautologum videtur *vitae & lucis*,

Limine, contemtus numquam dat jura ſubactis
Gentibus, & ſecum ſentit creviſſe triumphos.
Quem tu ſic placida formas, ſic mente ſevera,
Ut neque deſidiae tradas, dum pronus ad omne,
Quod libet, obſequeris; nec contra nixus ovantem
Confringas animum; ſecretus conſona regno
Ceu juvenem doceas, moles quid publica poſcat;
Ceu ſanctum venerere ſenem, patriisque gubernes
Imperium monitis; dominum ſubmiſſus adores,
Obſequiis moderere ducem, pietate parentem.
Hinc fuit, ut primos in conjuge diſceret ignes:
Ordirique virum, non luxuriante juventa,
Sed cum lege tori, caſto cum foedere, vellet.
Principe tu felix genero: felicior ille

Iucis, quae unum & idem notant. Vellem MSS. auctoribus reſtituere, *vitaeque & laudis in ipſo Lumine.* ita apud Stat. Theb. IX. 22. *clarique hac laude fruuntur.* ita in MSS. vulgo *luce.* & apud Ovid. IV. ex Pont. VI. 9. *Fabiae lux maxime gentis.* alii codices, *laus.* in Oxon. erat hic *lumine.* ut etiam III. Conſ. Honor. 10. BURM.

64. *Contentus numquam*] Vetus liber & Vicetin. *contemtus numquam*, hoc eſt Honorius A. licet ejus foret aetatis, quae omnium ludibrio & injuriis eſt expoſita; cura tamen Stilichonis nemini umquam deſpectus, gentibus ſubactis imperavit. DELR. *contemtus*, non *contentus.* veram lectionem Raphelengius vidit, quae in ſcriptis exſtat melioribus. HEINS. *contentus dat numquam* Jun.

65. *Sentit*] *ſenſit* Lovan. & duo Leid. *ſentit ſecum* Oxon.

66. *Mente ſevera*] *ſerena* Gyrald. Lucenſ. & tredecim alii. non probo. media Stilichoni mens inter placidam & ſeveram. HEINS. *forma & ſerena* Wolf.

67. *Ad omne*] *ad omnem* Leid. *ad omen* Oxon. *quidlibet* Voſſ.

69. *Confringas*] *Conſtringas* edit. Vicetina. neſcio quid melius. nam *ovans* animus eſt laetus, exſultans, alacris, ut pueris fere eſſe ſolet. ita ſaepe apud Valer. Flacc. vid. Lib. I. 100. & IV. 342. *laetus ovat.* & idem *ovantes* vocat, qui magno clamore & impetu agunt. ut Lib. III. 692. hinc jam nimis remiſſos & laetitia ſolutos, ut amant loqui, *conſtringi* aptius dici puto, quam *confringi.* vide ad Ovid. Epiſt. XIII. Heinſii & noſtras notas, ſic Martial. IX. 29.

Solvere qui Curios Fabriciosque graves.

& ita paſſim *remiſſi* etiam dicuntur, ut mox 143. contra *conſtricta* frons, & *adſtricta* de ſeveris. vid. Petron. cap. CXXXII. & quae diximus ad Quinctil. XII. de Inſtit. Orat. 3. in fine. egregie huc facit locus Lib. I. de Rapt. Proſerp. 264. ubi pro *aeterno contriſtat frigore telas*, olim legebatur *conſtringit.* quod licet a gloſſatore poſſit videri profectum, docet tamen *conſtringi* ſignificare idem quod *contriſtare.* hinc *diſſolutus gaudio vultus* Petronio. Si qui tamen *confringas* praeferant, illi in Barthii notis reperient, quae eo faciunt, nec ego acriter pugnabo. BURM.

Secretus conſona regno] Sic Aldus & ſcripti plerique cum primo Vaticano, Lucenſi, & Gyraldino. quomodo & Cl. Gronovius in Obſerv. Lib. I. cap. 21. jam monuit legendum. novem *ſecreto.* ut prim. Vatic. a m. prim. novem, *ſecernis*, quod Barthius amplectebatur. vulgo, *ceu cernas.* mox *patriisque* & *obſequiis* meliores, non *patrisque* & *obſequio.* HEINS. *ſectus* Wolf. pro *ſecretus.*

71. *Ceu ſanctum venerere ſenem*] B. Ambroſium intellige, qui magno affectu proſecutus eſt Stilichonem, ſane ſi diutius poſt mortem Theodoſii viviſſet, mutuas tradidiſſet operas cum Stilichone in fovendo ac regendo Honorio, ſed maturius deceſſit. unde Stilicho dixiſſe fertur (ait Paulinus) tanto viro recedente de corpore, interitum imminere Italiae. obiit vero ante bellum Gildonicum, quod fuit triennio poſt mortem Theodoſii. Hic ſane perſpicio magnum Stilichonem quaſi paedagogum Principis egiſſe, quod munus *καλὸν ἔργον καὶ λαμπρὸν ἔχον*, ait Plutarchus, quamvis aliter ſentiant paraſiti ac tenebriones. CLAVER.

72. *Submiſſus*] *ſubnixus* Lovan. Jun. Leid. Wolf. pro *ceu* utroque loco quidam codices *ſeu. quod juvenem* Oxon. *Cum ſanctum* idem. *moderare* etiam Jun. Leid. Oxon. Lovan.

74. *Hinc fuit*] *Sic fuit* prim. Vatic. & ſex alii. HEINS.

Diſceret] Manus docta in ora editionis Vicetinae,

Digitized by Google

Te ſocero. fratrem levior nec cura tuetur,
Arcadium: nec, ſi quid iners atque inpia turba,
Praetendens proprio nomen regale furori,
Audeat, adſcribis juveni. diſcordia quippe
Quum fremeret, numquam Stilichon ſic canduit ira
Saepe laceſſitus probris, gladiisque petitus,
Ut bello furias ultum, quas pertulit, iret
Inlicito, cauſſamque daret civilibus armis.
Hujus fulta fide, mediis diſſenſibus aulae,
Intemeratorum ſtabat reverentia fratrum.
Quin & Sidonias chlamydes, & cingula baccis
Aſpera, gemmatasque togas, viridesque zmaragdo
Loricas, galeasque renidentes hyacinthis,
Geſtatosque patri capulis radiantibus enſes,
Et vario lapidum diſtinctas igne coronas,
Dividis ex aequo: ne non Auguſta ſupellex,
Ornatusque pares geminis heredibus eſſent.
Mittitur & miles, quamvis certamine partes
Jam tumeant. hoſtem muniri robore mavis,
Quam peccare fidem: permittis juſta petenti,

Id-

nae, *ducaret* adſcripſerat. eadem varietas II. in Eutrop. 4. & 11. de Rapt. 368. & alibi. hic tamen nihil novo. BURM.

79. *Aut inpia*] *atque inpia* ex ſcriptis & Aldo reſtituit Heinſius.

81. *Adſcribis juveni*] *adſcribi juveni* Colin.

82. *Quam fremuit*] *Fremeret* libri plerique. ſed *fremuit* exſtat in prim. Vatic. excerptis Laetl, & ſex aliis. deinde pro *Stilichonis* prim. Vatic. & alii multi *Stilicho ſic.* nihil ergo opus Raphelengii conjectura, *laceſſiti & petiti* pro *laceſſitus & petitus* reponentis. fruſtra ille etiam ſecutus Iſingrinianum, *ediisque* pro *gladiisque*, quod & in quatuor noſtris exſtabat. Fruſtra Barthius Raphelengianae lectioni ſubſcribit, & *laceſſiti* ac *petiti* in ſecundo caſu approbat. male idem *Stiliconis ira* reponebat. nam τὸ *ſic* neceſſarium eſt, cum τὸ *ut* ſubſequatur. HEINS. manus docta in ora Vicetinae editionis *Confremuit. fremeret* Wolf. ſic *bella fremere* infra vs. 149.

84. *Pertulit*] *pertulit* Wolf.

85. *Cauſſamque daret*] *metamque dedit* Lovan. a m. prim. *cauſſamque dedit* Voſſ. & Leid. duo.

86. *Cujus fulta fide*] *Hujus* princeps Vaticanus, & decem praeterea. HEINS. *quojus ſtulta fide* Vicetin. *cujus ſtulta* Wolf. Parm. *ſtulte.*

90. *Renidentes hyacinthis*] *redundantes* prim. Vatic. & ſex alii. non placet. infra in Epigr. *Dumque auro phaleras, gemmis dum frena renident.*

pro *ſmaragdis* rectius Lucenſis *ſmaragdo*, & a manu prima ſecundus Vatic. ita Juvenal. Sat. V. 38. *inaequales beryllo phialas.* quae vera lectio. HEINS. *maragdum* Leid. *renidentesque byacinthos* Oxon. alter.

91. *Capulis*] Libentius legerem ex veteri libro *capulis.* nam veteres manubrium gladii auro circumdare ſolebant, ut indicat Alcaeus: ἐκφαντίσαν Λυδὸν τῷ ξίφει χρυσοδίξαν ἔχων. DELR. *Capulis* optimus liber, quod rectum puto; non enim hic de ſcapulis Theodoſii, ſed de enſibus, quorum capuli fuerunt gemmis radiantes ac pretioſi, quin etiam digni, qui in diviſionem hereditatis venirent. CLAVER. Multi etiam codices, *patri*, vel *patris. ſcapulis* edit. Vicet. & Parm. Ald. & aliae *patri ſcapulis.*

93. *Dividis ex aequo*] vide ad Petron. cap. XI. *ſic dividere cum fratre nolito.* quae curis ſecundis plenius inluſtrabimus. BURM.

Auguſta] *anguſta* Jun. & Oxon. *nec non* Wolf.

95. *Certamine partes*] *certamina partis*, vel *certamine*, & *timeant* Oxon. *tumere* illuſtravimus ad Ovid. Epiſt. VII. 121. *bella tument.* vid. & ſupra bell. Gild. 330. BURM.

97. *Quam peccare fide*] Sic quidam veteres, plerique tamen *fidem.* quatuor, *ſpectare fidem.* Aldus cum ſchedis Gudianis *violare fidem. peccare fidem* probum eſt. peccat fides, quae non praeſtatur. mox lege, *quicquid fuerit* vel contra libros. HEINS-

re-

Idque negas ſolum, cujus mox ipſe repulſa
Gaudeat, & quidquid fuerat deforme mereri.
Omnes praeterea, puro quae crimina pellunt
Ore Deae, junxere choros, unoque receptae
Pectore diverſos tecum cinguntur in uſus.
Juſtitia utilibus rectum praeponere ſuadet,
Communesque ſequi leges, injuſtaque numquam
Largiri ſociis: durum Patientia corpus
Inſtruit, ut nulli cupiat ceſſiſſe labori:
Temperies, ut caſta petas: Prudentia, ne quid
Inconſultus agas: Conſtantia, futile ne quid
Infirmumque geras. procul inportuna fugantur
Numina, monſtriferis quae Tartarus edidit antris.
Ac primam ſcelerum matrem, quae, ſemper habendo
Plus ſitiens, patulis rimatur faucibus aurum,
Trudis Avaritiam: cujus faediſſima nutrix
Ambitio, quae veſtibulis foribusque potentum
Excubat, & pretiis commercia paſcit honorum,

Pul-

recte Heinſius, & ita Wolf. ſic *labare fidem*, *ſtare* &c. paſſim dicitur, ut videre eſt ad Petronii *male ambulantem fidem* cap. XII. in notis doctorum virorum. BURM.

98. *Ipſe repulſa*] *ipſa repulſa* Vicetin. Parm.

100. *Quae crimina pellunt*] Sex ſcripti *poſcunt*, hoc eſt provocant, vel impetunt, ut gloſſa unius Petaviani. vide notas ad Lib. II. in Rufin. 302. unus Mediceus, *poſito quae crimina poſcunt. pellunt Orbe* etiam pro *Ore* ſecundus Vaticanus. non male. mox *junxere choros* Raphelengius. confirmant veteres plerique; doctiſſimus tamen Gronovius ad Silvas Statii Diatribes cap. L. *vinxere* eſt ſecutus. HEINS. *Ore* vel *Orbe* vix placent; ſed ex ultima voce conjicio ſcriptum fuiſſe *Corde*. ita paſſim *pura mens*, *purum pectus*, &c. occurrunt. quae exemplis illuſtrare nihil adtinet. *purum es* magis de pudico dicitur, ut contra *impurum* ejus, qui turpia patitur. vide ad Petronium. *poſſunt* Wolf. a m. prim. BURM.

101. *Vinxere choros*] vetus liber, *junxere*. DELR.

102. *Cinguntur*] *coguntur* Oxon. a m. prim.

105. *Largiri ſociis*] *à ſociis* haud placet. forte, *largiri facilis*. Adeantur, quae notamus III. Conſ. Honor. 90. vel *Largiri obſequiis*. HEINS. Neſcio cur *ſociis* diſpliceat. intelligit clientes, amicos, qui quotidie erant cum Stilichone. ut II. in Rufin. 76.

Stipatur ſociis, circumque armata clientum
Agmina &c.

& mox v. 251. *Ite mei quondam ſocii*. & ita centies. non ergo leges violare in gratiam amicorum, & illis injuſta addicere ait poëta. BURM.

160. *Cupiat ceſſiſſe labori*] *cupias* ſec. Vaticanus, & Mazarinianus cum Oiſeliano. HEINS. & ita Voſſian.

110. *Edidit*] *abdidit* Junian. non male. ſed *edidit*, protulit ex antris in urbem, ut corrumperet mores. BURM.

111. *At primum ſcelerum matrem*] *Ac primam* ſcripti. mox, *fidiſſima nutrix* Aldus, & manu exarati ſex. quod conveniens nutrici epitheton. prior Moreti *ſaeviſſima*. HEINS. vide ad Lib. I. in Rufin. 304. *Ac primum* Lovan. Oxon. ed. Vicet. *At primam* Parm. *faediſſima* Iſingr. Gryph. & aliae cum multis ſcriptis, quod Heinſius iterum codici ſuo adſcripſerat, repudiato τῷ *fidiſſima*. BURM.

115. *Poſcit honorum*] *paſcit* undecim libri cum primo tertioque Vaticanis. optime. ſic apud Silium Lib. XIII. 358.

——— *domibus depromptа talenta*
Paſcere longinquum non deficientia bellum.

ſimilis error apud eumdem Silium III. 202. ubi *depaſcat* pro *depaſcat*. Idem libr. XIV. *paſcere bella ruinis*. vide quae noto III. Conſ. Honor. 101. Congeſſit nonnulla de eleganti uſu hujus verbi Barthius curis ſecundis ſupra hoc libro vs. 14. HEINS. *paſcit* Parm.

118. *Verterat uſus*] ſic recte meo judicio Raphelengius. ſcripti tamen omnes, Pricaeano excepto, *uſum*. monui libro I. in Eutrop. 499. ſi vulgatam lectionem ſequamur, malim, *quae jam firmaverat uſum*.

Digitized by Google

Pulſa ſimul. nec te gurges corruptior aevi
Traxit ad exemplum: quod jam firmaverat annis
Crimen, & in legem rapiendi verterat uſus.
Denique non dives ſub te pro rure paterno,
Vel laribus, pendet: non inſidiator oberrat
Facturus quemcumque reum: non obruta virtus
Paupertate latet. lectos ex omnibus oris
Evehis, & meritum, non quae cunabula, quaeris;
Et qualis, non unde ſatus. ſub teſte benigno
Vivitur: egregios invitant praemia mores.
Hinc priſcae redeunt artes: felicibus inde
Ingeniis aperitur iter, deſpectaque Muſae
Colla levant; opibusque fluens & pauper eodem
Nititur ad fructum ſtudio: quum cernat uterque,

130. Quod

uſum. avaritia ſcilicet, nam *qui* in multis codicibus. *gurgitem avaritiae* Prudentius quoque dixit Hamartig. HEINS. *uſus* recte. *uſus verterat crimen in legem*, id eſt, quotidiano uſu jus factum erat rapiendi, quaſi liceret per leges rapere. vide ad Petron. cap. LXXVIII. ad Albinov. in Druſ. 54. & ad Quinctil. Declam. XII. cap. II. *firmaverit* & *verterit* duo libri. *formaverat* Lovan. BURM.

120. *Vel laribus pallet*] *pendet* primus Vatic. & duodecim alii. opinor pro *pendit*. *pendit*, damno vel poena afficitur. HEINS. *pendet* mihi unice placet, & capiendum eo ſenſu, quo apud Sueton. Claudius cap. IX. dicitur. *lege praediatoria venalis pependiſſe ſub edicto Praefectorum aerarii.* ubi plura diximus. ſimilis diverſitas in his verbis apud Stat. X. Theb. 925. *dubio pro fulmine pendent.* ubi alii codices *pallent.* Schottus vero II. Obſerv. 55. ex ſuo codice ita legit:

——— *ſub te pro rure paterno*
Pallet, vel laribus non inſidiator oberrat.

pallet credo petitum ex Lib. III. de Laud. Stilich. 100. *aberrat* Vicet. Parm. BURM.

121. *Facturus quemcumque reum*] *Fracturus* primae edd. Junian. Oxon. Pricaean. & Petav. bene. ſupra Lib. I. 361.

Fracturumque reos humili ſub juſtice vultus.

poſſet tamen & legi *Acturus. reum agere* elegans & Latinum. HEINS.

123. *Et nunquam meriti*] Hoc ſane non ſatis intelligendo conſequi poſſum. quare mihi quidem paulo magis arridet veteris libri lectio, *& meritum, non quae.* DELR. *meriti cunabula* mutare non ſuſtinui, quamvis liber quidam, *meritum, nunquam cunabula.* Cujacius vero e veteri codice, *meritum, non quae cunabula.* ſed recepta lectio magis poëtica, minusque ſapit conjecturam. Ergo *meriti*, id eſt ejus qui meritus eſt honoris gradum. ſic in Laud. Seren. 181.

Saepe duces meritis bello tribuere coronas.

& paulo poſt v. 195. *Ut ſemper merito*, vel *meriti*, id eſt virtutis. Auſonius de Severo Imp. *Punica origo illi, ſed qui virtute probaret Non obſtare locum, cum valet ingenium.* CLAVER. *Et meritum, non quae cunabula, quaeris* Delrii codex, & Cujacii apud Claverium. ille tamen vulgatum, *& nunquam meriti cunabula* perperam probat. quod in primo Vaticano plurimisque praeterea ſcriptis exſtabat. alter ejusdem, *& meritum nunquam cunabula* cum duobus Pulmannianis & quatuor noſtris, quod & Raphelengius ſecutus. duo, *meriti non quae.* Lectio, quam exprimendam curavimus, a Lucenſi, Gyrald. & octodecim aliis confirmatur, etiam a ſchedis Gudianis. mox malim, *Et quales, non unde ſati*, ut ad τὸ *lectos ex omnibus oris* referatur, quamquam ſcripti cum editis conſtanter, *Et qualis, non unde ſatus.* HEINS. *Emeriti nunquam venabula* Oxon. *Evehis, & non quae meriti cunabula* Ald. ſed Vicetina *meritum, nunquam cunabula. & meriti nunquam cunabula* Parm.

127. *Muſae Colla levant*] Henricus tertius Galliae Sarmatiaeque Rex, circa annum 1580. cum ſuis lectoribus ſalarium amplius annuiſſet, hunc meruit Anagr. *Erexi artes hujus ſeculi, quas alam regali vena.* ſcitum eſt vero ſeclum ex vet. inſcript. CLAVER.

129. *Nititur ad fructum ſtudio.*] Nihil quidem temere muto, ſed tamen τῷ *niti* melius conveniret *ſtadio*, ſi addicerent MSS. Cicer. III. de Offic. 10. *qui ſtadium currit, eniti & contendere debet, quam maxime poſſit, ut vincat.* ſic *ſtadium* pro *ſtudio* red-

 didit

Quod nec inops jaceat probitas, nec inertia ſurgat
Divitiis. nec te jucunda fronte fefellit
Luxuries, praedulce malum, quae dedita ſemper
Corporis arbitriis hebetat caligine ſenſus,
Membraque Circaeis effeminat acrius herbis;
Blanda quidem vultus, ſed quo non taetrius ulla
Ultrices fucata genas, & amicta doloſis
Illecebris, torvos auro circumlinit hydros.
Illa voluptatum multos innexuit hamis:
Te numquam conata capit. non prava libido
Stupris advigilat: non tempora ſomnus agendi
Fruſtratur: nullo citharae convivia cantu,
Non pueris laſciva ſonant. quis cernere curis
Te vacuum potuit, quis tota mente remiſſum,
Aut indulgentem dapibus, ni cauſſa juberet
Laetitiae? non indecores aeraria laſſant

Ex-

didit Propertio Lib. III. XX. 25. elegantiſſimus Broukhuſius. *fructus* vero hic eſt praemium laboris eruditi, quod inter ſe contendentes, & idem ſtadium decurrentes, pauper & dives, reportare cupiunt. paulo ante dixit, *invitant praemia mores.* ita Ovid. Lib. II. ex Pont. III. 15. *detrahe menti Spem fructus ovidae.* antea dixerat, *recte facti ſi praemia deſint.* & Ep. XX. 67.

——— *paſſo ſua praemia dentur.*
Cur ſuus a tanto crimine fructus abeſt?

etum cernit Jun. & Oxon. BURM.

132. *Dedita*] *debita* Lovan.

135. *Blanda quidem vultus*] Ita libri plurimi. *vultu* minus bene vulgo. *tetrius* etiam, non *tetrior*, iidem. & pro *Interius*, Gyrald. Lucenſ. & ſeptem alii, *Ultrices*. bene. pro *fucata* plerique *fuſcata*. tres, *fulcata*. unus, *fignata*. *blanda vultus*, ut bell. Gild. *nec flammea vultum*. ſic *gratus ora* apud Silium XII. 227.

Dilectus Poeno Cinyps, quo gratior ora
Non fuit.

ita bene ſcripti. Lib. XVI. 486.

Omnes primaevi flaventiaque ora decori.

ſic & paulo poſt apud noſtrum vs. 275. legendum, *tetrica nec Palladе vultum Inferior, nec Marte minor. Illyricas genas* Helmaeſtadienſis. HEINS. Ita & Gronov. ad Stat. Diatr. cap. 38. & Schott. II. Obſ. 55. *blanda quidem virtus* Oxon. *Illyricas fuſcata* Wolf. *fuſcata* etiam duo Leid.

136. *Fucata*] Meus MS. *fuſcata*. idem *ſtupris advigilat*. DELR.

137. *Auro circumlinit hydros*] Iſingrini codex, Gyrald. aliique nonnulli, *circumligat*. quidam, *circumluit*, *circumfluit*, *circumvenit*. ſed perperam. Adeantur quae notamus ad Art. Amat. Naſon. Lib. III. vs. 232. HEINS. Adſcripſerat etiam olim codici ſuo Heinſius, *tortos hydros*. vid. ad Lib. I. in Ruſin. 66. *lauro circumfluit* etiam Leid.

139. *Capit*] *rapit* Junian. & Oxon. ſed ſupra *fefellit* dixit, ideo nil movendum. ceterum illud *conata* vix placet, nec etiam ut explicat Barthius, *parva libido* Vicetin. BURM.

140. *Stupris advigilat*] *Advigilat ſtupris* Vicet. Parm. Junt. Iſingr. Colin. & aliae.

Non tempora ſomnus agendi Fruſtratur] *Fraudatur* codex Patavinus. forte, *Furatur*. ita & *fures temporis amicos* dicebant. vulgata tamen ſcriptura inconſulte non eſt ſollicitanda. HEINS. *nec tempora* Leid.

141. *Citharae*] Sidon. de Theodorico: *Nullus inter coenam lyriſtes, illic nec organa hydraulica ſonant.* CLAVER.

142. *Non pueri*] *Pueris* ſex libri, ut ad convivia referatur. HEINS.

145. *Laetitiae*] Heinſius in ora codicis, *Laetitiam*.

Aeraria laſſant] Vetus liber, *laxant*. itaque, quod & alias ſemper facio, veterum cum non inconcinna eſt MSS. ſcriptura, eos ſequar, idem mihi nunc uſu venit. DELR. *laſſant* vel *caſſant* duo Oxon. & Voſſ. a m. prim. *Laxant* Voſſ. Jun. Wolf. edd. Vicet. & Parm.

147.

Digitized by Google

Expenſae: parvo non inproba litera libro
Abſentum condonat opes. a milite parcus
Diligeris. neque enim neglectas pace cohortes
Tunc ditas, quum bella fremunt. ſcis nulla placere
Munera, quae metuens illis, quos ſpreverit, offert
Serus, & incaſſum ſervati prodigus auri.
Antevenis tempus, non exſpectantibus ultro
Munificus, menſaeque adhibes, & nomine quemque
Conpellas, clari, ſub te quod geſſerit olim,
Admonitos facti; figendaque ſenſibus addis
Verba, quibus magni geminatur gratia doni.

Nec,

147. *Condonat*] De his proſcriptionis tabulis Cicero in Verrem: *ut liberis ejus bona eriperes, & cui tibi commodum eſſet, condonares.* DELR. *condemnat* prima editio. unus Mediceus, & prior Leidenſis, placet. Pricaeanus, *commendat* vel *condemnat*. pro *ſpreverit* paulo poſt *ſpreverat* Lucenſ. Vatic. & alii nonnulli. & deinde *geſſerit* pro *geſſerat* meliores. HEINS. Mihi *condonari* rectius opes, quam *condemnari* videntur dici. *abſentem* Junt. Ald. Colin. *ne laetas pace* Jun. *quos preſſerat* Oxon. *quos ſpernit & offert Servus*, Jun. *qui metuens* marg. Marcil. *a milite partus*, & *neglecta pace* Wolf.

149. *Tum ditas*] At Nemeſis voluit, ut Heliocrates quidam, caeſo Stilichone, omnium facultates, quos ille evexerat, mandato principis publicaret. vid. Zoſ. CLAVER.

155. *Admonitos facti*] Sic Gyraldinus. caeteri omnes, *Admonitum*, niſi quod prior Moreti, *Admonitu*. HEINS. Malim *Admonitas*, ut ſolent loqui veteres, *quemque admonitos*. vid. Heinſ. ad Ovid. Lib. v. Met. 214. & 402. ubi *nomine quemque vocatos* legit. vide illic plura. *quod ſub te* Ambroſ. Jun. Oxon. pro *figendaque, fingendaque* Jun. Oxon. Leid. BURM.

156. *Geminatur gratia doni*] Symmachus ad Stilichonem: *Nihil ad integrandas hominum fortunas virtutibus tuis promtius, novos beneficiorum gradus invenis; inconſtantem putas amorem, qui incrementum non capit; tu inſtrumentum boni ſeculi; tuae familiae debetur, quidquid ſinguli ſumus.* CLAVER. *geminetur* rectius ſcribas. deinde prim. Vatic. & Pricaeanus a manu prima, *nodi* non *doni*. quae ſcriptura & in Regio codice exſtat & Oiſeliano. etiam pro diverſa lectione in tertio Vaticano. *nodum* dixit pro vinculo & nexu. *animi vinclum nexusque fideles* Licentio ad Auguſtinum. Feneſtella apud Fulgentium de antiquo ſermone in *vadatur*: *apud quem vadatus amicitias nodulo tenebatur*. Jethaldus Monachus Cluniacenſis:

Qui tibi praecipui nodis jungebar amoris.

nodus Veneris apud Naſonem, quod Maroni *Veneris vinculum*. *nodus amicitiae* Ciceroni de Amicitia: *Atque etiam mihi quidem videntur, qui utilitatis cauſſa finxerunt amicitias, amabiliſſimum nodum amicitiae tollere.* Noſter Idyl. V. 36. de Magnete,

Ille laceſſitus longo ſpiraminis aeſtu
Arcanis trahitur gemma de conjuge nodis.

multa ad rem toto illo carmine. *vincula* dixerat jam ſupra noſter hoc ipſo libro vs. 39.

Haec & amicitias longo plus tempore firmat,
Manſuroque adamante ligat: nec mobile mutat
Ingenium: parvae ſtrepitu nec vincula nexae
Diſſolvi patitur.

nectere amicitias Conſ. Mall. Theod. *nodus cognationis* etiam videtur revocandus IV. Conſ. Hon. 45.

Haec tamen innumeris per ſe quaeſita tropaeis
Non generis nodo, non ambitione petitus.

ſic caſtigandum videtur. HEINS. Sed hic *doni* retinendum puto. nam munera conmendabat verbis, ut Terent. dicit Eunuch. II. 1. ita Frontin. III. 16. 1. *& ſuper verborum honorem equo quoque donavit.* Ovid. II. ex Pont. II. 19.

Atque ita victorem, cum magno vocis honore,
Bellica laudatis dona dediſſe viris.

ſic Scipio apud Livium XXX. 15. *Maſſaniſſam Regem appellatum eximiisque ornatum laudibus, aurea corona, aurea patera &c. donat, addit verbis honorem &c.* ex more ergo Ducum Stilichonem milites donantem & ſimul laudantem exhortantemque deſcribit, unde duplex gratia dono addebatur. *nodus* fluxit a librario. quem & IV. Conſ. Hon. 46. Heinſius ſubſtituit *dono*. & apud Sil. II. 78. meliori certe ſpecie. *magnum* praeterea *donum* mihi ſimplicius videtur dictum, quam *magnus nodus*. de *nodo amicitiae* diximus ad Petron. cap. LXXX. & vulgo in hanc rem obvia ſunt plurima. BURM.

Digitized by Google

Nec, ſi quid tribuas, jactatum ſaepius idem
Exprobrare ſoles: nec, quos promoveris, alto
Turgidus adloqueris faſtu: nec proſpera flatus
Adtollunt nimios. quin ipſa ſuperbia longe
Diſceſſit, vitium rebus ſollemne ſecundis,
Virtutumque ingrata comes. contingere paſſim
Adfarique licet. non inter pocula ſermo
Captatur; pura ſed libertate loquendi
Seria quisque jocis nulla formidine miſcet.
Quem videt Auguſti ſocerum regnique parentem,
Miratur conviva parem; quum tanta poteſtas
Civem lenis agat. te doctus priſca loquentem,
Te matura ſenex audit, te fortia miles:
Adſperſis ſalibus, quibus haud Amphiona quisquam
Praeferat Aonios meditantem carmine muros:
Nec velit Orphêo migrantes pectine ſilvas.
Hinc amor, hinc veris, & non fallacibus, omnes
Pro te ſolliciti votis: hinc nomen ubique
Plauſibus, auratis celebrant hinc ora figuris.
Quae non incudes ſtreperent? quae flamma vacaret
Fabrilis? quantis fluerent fornacibus aera,
Effigies ductura tuas? quis devius eſſet

An-

157. *Nec ſi quid*] *ne quid ſi* Vicet. & Parm.

159. *Turgidus*] *Turbidus* Wolf. Lovan. duo Leidenſes. *ultro Turgidus* Oxon. *proſpera faſtus* Junian.

161. *Diſceſſit*] *Deceſſit* Junian.

162. *Ingrata*] Olim conjecerat Heinſius *ignava*. deinde *conjungere* Leid.

163. *Adfarique licet*] *datur* unus Ambroſ. & Medic. ut apud Virg. *datur ora tueri*. HEINS.

167. *Parem*] *patrem* Wolf.

171. *Aonios meditantem carmine muros*] Typographi ſic reponentes ad vulgatam de Thebarum exſtructione fabulam alluſerunt; ſed in veteri libro invenio *Aonias m. c. Muſas*, qua lectione nihil dilucidius, nihil perſpicuum magis DELR. Multi ex noſtris, *Aonias Muſas*, quomodo ex ſuis Delrius & Schottus legendum contendunt. perperam. vidit & veram ſcripturam Gronovius Diatr. Stat. cap. 50. Statius Theb. I. 9.

——— *quo carmine muris*
Juſſerit Amphion Tyrios accedere montes.

Lib. II. 454.

——— *alio tibi carmine muros*
Amphion auditus agat.

Lib. X. 869.

——— *faciles carmenque imbelle ſecuti*
Et mentita diu Thebarum fabula muri.

Silius Lib. XI. 443.

Exaudita cbelys lapidem teſtudine felix
Ducere, & in muros poſuiſſe volentia ſaxa.
Haec Amphionio vallavit pectine Thebas.

ita verſus iſti ex antiquo codice legendi. HEINS. *modulantem* Jun. Oxon. ſollemni varietate. *carmina* etiam Oxon. prior. ſed veram lectionem Heinſius exhibuit. adde & Stat. III. Silv. I. 16. IV. Theb. 358. VIII. 232. 547. & alibi. *carmine ſilvas* alios legere Barthius monet. *aut Amphiona* Vicet. Parm. BUNM.

173. *Fallentibus omnes*] *fallacibus* cum ſcriptis Raphelengius. bene. HEINS. vide I. in Rufin. 290.

177. *Quae ſufficerent*] hoc Colinaeus primus invexit, idque illum ſecuti Typographi retinuerunt, cum in antiquioribus excuſis atque membranis, *quantis fluerent*, contineatur. DELR. *Quantis fluerent fornacibus aera* Raphelengius cum manu exaratis plerisque, ac primis editionibus. bene. nec

car-

Angulus, aut regio, quae non pro numine vultus
Dilectos colerent, talem ni ſemper honorem
Reſpueres? decus hoc rapiat, quem falſa timentum
Munera decipiunt, qui ſe diffidit amari.
Hoc ſolus ſpreviſſe poteſt, qui jure meretur.
Undique legati properant, generique ſub ore
In tua centenas aptant praeconia voces:
Grates Gallus agit, quod limite tutus inermi,
Et metuens hoſtile nihil, nova culmina totis
Aedificet ripis, & ſaevum gentibus amnem,
Thybridis in morem, domibus praevelet amoenis.
Hinc Poeni cumulant laudes, quod rura tyranno
Libera poſſideant. hinc obſidione ſolutus
Pannonius, potorque Savi, quod clauſa tot annis
Oppida laxatis auſus jam pandere portis,
Rurſum cote novat nigras rubigine falces.

195. Exe-

ſarpi a Cl. Barthio hac de cauſſa curis prioribus debuit. Rutilius Lib. I. Itiner. 353.

Non Biturix largo potior ſtrictura camino
Nec quae Sardoo ceſpite maſſa fluit.

ſic iſta capienda, quae interpretes aſſecuti non ſunt. vide notas Lib. I. de Rapt. 241. HEINS. Non Colinaeus alteram lectionem invexit, ſed jam Aldus & Iſingr. & alii ante eum. male Barthius dicit ſe cum Scaligero ſcribere, *quantis fluerent incudibus aera*. BURM.

179. *Pro numine*] *pro munere* Leid. Lovan. *promittere* Jun. & *coleret* Jun. Oxon. duo: *qua non pro numine* Barth. ed. prim. *quem non* Vicetin.

182. *Decipiunt*] *deſpiciunt* Oxon.

185. *Centenas aptant*] Aptum quidem hoc huic eſt loco, ſed a neſcio quo intruſum. ego *optant*, veterem videlicet librorum ſcripturam, repreſentem. DELR. *optant* Delrius & Schottus ex ſuis libris, quod & multi ex noſtris confirmant. nihil magis obvium apud poëtas, quam ut laudaturi aliquem, centum aut mille linguas exoptent. hoc tamen loco nihil adſum mutare. pro *militi* mox recte *limite* Raphelengius. codices ſcripti confirmant, ſic in Hiſtoria Auguſta paſſim, *limes Transrhenanus, Orientalis, Scythicus, Libycus, Illyricianus, Thracius, Rhaeticus, Africanus*, & ſimilia. *limes Heſperius* IV. Conſ. Honor. 129. ex optimis membranis. HEINS. *optant* Wolf. a m. prim. *limine* cod. Barth. & pro diverſa lectione duo Oxon. *lumine* Junian.

187. *Tatis*] In veteri libro *tellis*, ut ripae pacis otio vel arboribus conſitae, vel domibus aedificiisque variis completae fuerint. DELR. *tellis* Delrii liber, & unus Ambroſianus. Pricaeanus, *nacis*. Fortaſſe *tuis*. ab hoſtili ſcilicet incurſu. ſupra habuimus,

Tuta quod imbellem miratur Gallia Rhenum.

ſed nil temere immuto. HEINS. *tutis* retinendum, ſed non explicandum cum Paraphraſte *omnibus litoribus*. forte reſpiciens infr. vs. 254. ubi *litore toto*. non enim hic de mari agitur, ſed de aedificiis in ripa Rheni. ſed debet capi *totis*, id eſt, quantum decurrit, extenditur Rhenus. nos Belgae diceremus *langs den Rhyn*. ut Florus II. 16. *Critolai manum Metellus Conſul per patentes Elidis campos toto cecidit Alpheo*. & III. 4. *Minucius toto vaſtavit Hebro*. Virgil. IX. Aeneid. 245. *totum cognovimus amnem*. Statius Lib. VII. 420.

——— *gemini maris incola narrat*
Thebanum toto planxiſſe Palaemona ponto.

ubi malim *accola*, quia opponitur *agricolis*. mox vs. 254. *ne litore toto*. &c. ubi etiam Heinſius *tuto*. ſed non opus. & hic modo praeceſſit *tutus*. BURM.

189. *Praevelet amoenis*] *Praevallet* ſcripti aliquot. ne id quidem male. HEINS. *praevellet* Parm. *pervellet* ed. Vicet. ita *velare* & *vallare* II. in Rufin. 465. ita *pyrtexta litora villis*. vid. ad Ovid. 2. Art. 255. BURM.

190. *Laudes*] *grates* Oxon. pro varia lectione.

192. *Savi*] *Sani* Jun. Oxon. Leid. *Fanni* cum gloſſa *Padi* cod. Barth. *potorque fluam* Wolf. a m. prim. *qui clauſa* Vicet. Parm. Junt. Iſingr. Colin. Gryph. & ſcripti aliquot.

194. *Novat*] *novas*, & mox *cogis* Oxon. vide ad Silium.

Nigras rubigine falces] Unus Medic. *rubras, rubeas*

Exeſosque ſitu cogit ſplendere ligones:
Agnoſcitque caſas, & collibus oſcula notis
Figit, & inpreſſo glebis non credit aratro.
Exſectis, inculta dabant quas ſecula, ſilvis
Reſtituit terras, & opacum vitibus Iſtrum
Conſerit, & patrium vectigal ſolvere gaudet,
Inmunis qui clade fuit. te ſoſpite fas eſt
Vexatum laceri corpus juveneſcere regni.
Sub tot Principibus quaecumque amiſimus olim,
Tu reddis. ſolo poterit Stilichone medente
Creſcere Romanum vulnus tectura cicatrix:
Inque ſuos fines tandem redeunte colono,
Illyricis iterum ditabitur aula tributis.
Nec tamen humano cedit coeleſte favori
Judicium, cingunt Superi concordibus unum
Praeſidiis, hoſtesque tuos aut litore produnt,

Aut

leas pro diverſa lectione primus Vaticanus. Forte, *ſcabras rubigine falces.* quod proprium rubigini epitheton. tamen Lucano *nigra rubigo.* qui dixerat Lib. I. 243. *ſcabros nigroe morſu rubiginis enſes,* ſic & *obſcuram rubiginem* Propert. II. Eleg. XXV.

Sed tamen obſcura teritur rubigine mucro
Ferreus.

Ita codices nonnulli ſcripti cum primis editionibus-niſi mavis *Sed tamen & ſcabra.* quomodo & Naſo I. ex Pont. Eleg. I.

Roditur ut ſcabrâ poſitum rubigine ferrum.

apud eumdem VIII. Met. 802. *ſcabri rubigine dentes.* apud Maronem I. Georg. 495.

Exeſa inveniet ſcabra rubigine tela.

Prudentius Pſychomach.

—— *ne ſorde latenti*
Occupet ablatum rubigo ſcabra nitorem.

Idem libr. II. contra Symmach.

—— *ſcabra aut aerugo pereſam*
Conficit effigiem.

In Propertio tamen, *obſcura rubigine* omnino placet. cum vulgo legatur, *Sed tamen obſiſtam,* ut in quibusdam ſit codicibus *obſita.* HEINS.

196. *Adgnoſcitque caſas*] ſic bene Raphelengius cum Aldo, Iſingrin. & octo noſtris. unus Ambroſ. *Agnoſcit caulas,* quomodo Barthius & Schottus conjecerant. vulgo, *Agnoſcit cauſas.* & *cedit* pro *credit.* vò *cedit* perperam curis ſecundis tuetur Barthius, cum membranae omnes meliores & ipſa ratio pro altera lectione pugnent. HEINS. *Cognoſcit cauſas* Oxon. *Agnoſcit cauſa* Wolf. & margo Pulm. & *collibus* Leid. *votis* Jun.

197. *Cedit*] Lege ex veteri libro, *credit,* quaſi dicat, propter admirationem vix ſuis ipſemet oculis fidem habet. DELR. *nec credit* Voſſ. *figit aratro* (ſorte pro *fidit*) vel *credit* Lovan.

198. *Exſectis*] *Exertis* Lovan. mox, *reſtituit terris* Jun.

200. *Patrium*] *patrum* ed. Vicetin.

201. *Qui clade*] *quod* Lovan. Jun. Oxon. a m. prim. *quis* Aldus cum interrogationis nota. *claſſe* Wolf. Oxon. & Lovan. pro varia lectione.

202. *Laceri*] Membranae, *late.* DELR. *late* etiam Jun. Oxon. Leid. Lovan. & Voſſiani. & ed. Vicet. Ald. vid. Lib. 2. vs. 181. *regi* Mediol.

204. *Tu reddis*] Scripti multi, *Te reddi ſolo poterunt,* & *creſcet* ſequenti verſu. HEINS. *te* & *creſces* Wolf.

207. *Iterum*] *tm* Jun. id eſt *tandem.* mox *ditabitur* Jun.

Tributis] Eſt & *triumphis* in membranis, cui non adhaereo. Intribuebat porro Illyricum vinum, ut hinc patet, & equitatus, ut colligitur ex libello de laude Serenae. DELR.

208. *Favori*] *furori* Oxon. a m. 2.

209. *Superi*] Cic. *Sunt quibus etiam venti tempeſtatesque obſecundent.* de inſomnio Ammianus, *Id agit benignitas numinis, aut meritum hominum, aut affectio ſincera, qua divinitas tangitur ad prodenda ea, quae ipſis impendeant.* Homer. ὅταρ ἐν Διὸς ἴσιν. CLAVER.

210. *Aut litore*] *in litore* Voſſ. mox, *aut totum Ponti* Oxon. *vertunt furias vel militis enſes* Jun. Voſſ.

ver-

Aut totum oppoſiti claudunt fugientibus aequor,
Aut in ſe vertunt furiis, aut militis enſe
Bacchati laniant Penthêo corpora ritu.
Inſidias retegunt, & in ipſa cubilia fraudum
Ducunt, ceu tenera venantem nare Moloſſi.
Ominibus ventura notant, aut alite monſtrant,
Aut monitos certa dignantur imagine ſomnos.
Pro quibus innumerae trabearum inſignia terrae
Certatim petiere tibi. poſcentibus ipſe
Reſtiteras, & mens aliorum prona favori,
Judex dura ſui, facibus ſuccenſa pudoris,
Tarda verecundis excuſat praemia cauſſis.
Ergo avidae, tantosque novi ſpe Conſulis annos
Eluſae, dominae pergunt ad limina Romae.
Si minus adnueres precibus, vel cogere certae
Cunctantem, votoque moras auferre paratae
Conveniunt ad tecta Deae, quae candida lucent
Monte Palatino. glaucis tum prima Minervae
Nexa comam foliis, fulvaque intexta micantem
Veſte Tagum, tales profert Hiſpania voces:
Cuncta mihi ſemper Stilichon, quaecumque popoſci,

Con-

vertent Vicet. quae & *militis enſes* & *corpore*, ut & Parm.

214. *Fraudum*] *fraudis* Lovan. *cunabula* Vicet. Parm.

215. *Venantem nare Moloſſi*] *Moloſſum* a manu prima primus Vaticanus & Pricaeanus, quomodo & alii novem. HEINS. Ita & manus docta in ora Vicetinae editionis, ſed praeſtat *Moloſſi*, qui ducunt venantem ad cubilia. *Moloſſum* Oxon. *ceu tenerum* Parm.

216. *Ominibus*] *Omnibus haec* Jun. *Omnibus haec vilitura* Oxon.

217. *Somnos*] *ſomnis* Jun. ego malim *ſomni*. imagine ſomni dignantur monitos. ut apud Ovid. Ep. XV. 45.

Illa ſibi ingentem viſa eſt ſub imagine ſomni
Flammiferam pleno reddere ventre facem.

VII. Met. 824.

petit ille dapes ſub imagine ſomni.

& ita XIII. Met. 216.

Ecce Jovis monitu, deceptus imagine ſomni.

ubi etiam *monitas ſomnos* nobis voluit obtrudere vir illuſtris. quam locutionem nos duram & inauditam credimus. & in Valerii Maximi loco Lib. I. VII. 8. *admotum* cum Lipſio praeferimus τῷ *admonitum*. *ſomnium* enim *admonitum propioribus lineis certo eventu* abſurde dici credimus. ſed *admotum eventu*, pro *eventui*, rectum & ſanum eſt; nam proxima ſtatim die eventus reſpondit. ut vero *imago ſomni*, ita & *imago noctis* Ovid. XIX. Ep. 193. & alibi. BURM.

219. *Ipſe*] *ille* Jun. & Oxon. *plena favori* Voſſ. *prona favoris* Parm. vide ad Suet. Galb. cap. XXII.

221. *Judex*] *Index* Vicet. & Parm. in cujus vero margine manus docta ſcripſerat *Judex juſta ſui*.

Pudoris] *favoris* Oxon. & Leid. pro varia lect. & Voſſ. male. vide I. de Rapt. 272. *favorum* Wolf.

225. *Adnueris*] Vetus liber, *annueres*, vel *annueret*. DELR.

Cogere certe] Lege, *certae*. *annueres* bene potiores ſcripti & Raphelengius. vulgo, *annueris*. Aldus & Mazarin. *annueris*. male poſtea & contra ſcriptos Raphelengius *lucet* pro *lucent*. HEINS. *annueris* omnes veteres, ſed Iſingr. & ſequentes *annuerit*.

226. *Moras*] *minas* Oxon. a m. prim.

229. *Nexa*] *nixa* Leid. & *veſte togam* marg. Iſingr.

234.

Digitized by Google

Conceſſit, tantumque ſuos invidit honores.
Auguſti potuit ſoceri contemnere faſces:
Jam negat & genero. ſic non ut ductor ab orbe,
Quem regit, accipiat ſaltem cognatus ab aula.
Exiguumque putat, quod ſic amplexus Hiberam
Progeniem noſtros inmoto jure nepotes
Suſtinet, ut patrium conmendet purpura Baetin?
Quod pulchro Mariae fecundat germine regnum?
Quod dominis ſperatur avus? Tum flava repexo
Gallia crine ferox, evinctaque torque decoro,
Binaque gaeſa tenens, animoſo pectore fatur.
Qui mihi Germanos ſolus Francosque ſubegit,
Cur nondum legitur faſtis? cur pagina tantum
Neſcit adhuc nomen, quod jam numerare decebat?
Usque adeone levis pacati gloria Rheni?
Inde Caledonio velata Britannia monſtro,
Ferro picta genas, cujus veſtigia verrit

Cae-

234. *Ductor*] *doctor* Leid.
236. *Exiguumque putat*] *putet* duo libri. HEINS. *Amplexus*] *complexus* Jun. Oxon. & ed. Parm.
237. *Inmoto*] *immotos* Lovan.
238. *Baetin*] *Babin* Leid. *Betin* Lovan. *commendat* Parm. & mox *fecundat* Parm. & Vicetin. quae & *patrum*.
239. *Quod pulchro* &c.] Hic verſus deerat in Voſſiano. *regum* Wolf.
240. *Quod dominis ſperatur avus*] In aliis, *domini*. primus Vaticanus utramque lectionem agnoſcit. HEINS. *domino* Ambroſ. *domini ſuperatur* Vicet. & Parm. *tum fulva* Oxon. a m. prim.
241. *Evinctaque*] *evictaque* Junt.
242. *Tenens*] vetus liber *ferens*, in meo etiam, *id eſt tenens*. DELR. *Gaeſaque bina* Jun. Oxon.
246. *Rheni*] *regni* Jun. & Oxon.
247. *Caledonio velata Britannia monſtro*] Putabam aliquando, *vallata Britannia ponto*. ut bello Getico 186. *vallata mari Scironia rupes*. III. Rapt. 320. *rubro jaceat vallata profundo*. Catalect. Scalig. p. 210.
Semota & vaſto disjuncta Britannia ponto,
Cinctaque inacceſſis horrida litoribus.
Quam pater invictis Nereus vallaverat undis,
Quam fallax aeſtu circuit Oceanus.
ubi male *ſemoto* editur. Silius Lib. XII. de Sardinia,
Inſula ſtultiſono circumvallata profundo,
Sidon. Apoll. Narbone vs. 422.
Quae vallat ſale Boſporum Propontis.
& Paneg. Anthemii vs. 63. de Byzantio,
Pallatum pelago terrarum commoda cingunt.
cujus conjecturae me nondum poenitet. nam per *monſtrum Caledonium* quid intelligatur non ſatis videor an balaena? quam *Britannicam* dixit Juvenal. Sat. X. 14? ſed ut demus pelle velatam balaenae Britanniam commode hic introduci, cur caeruleam eidem, ut Nymphis, fluviisque, ac diis marinis ſolent poëtae, veſtem mox aſſignat? niſi alterum ad pallam, alterum ad amiculum pallae ſuperinductum placet referri. HEINS. Conjecerat & Heinſius, *vectata Britannia monſtro*. in Leidenſi erat gloſſa *monſtro* id eſt *cete*. ego *velata* praeferrem; non enim figura Britanniae hic a fingente poëta, ut Hiſpania & Gallia poterat induci vallata ponto, ſed veſte quadam ſibi propria velata. nec de balaena caperem, ſed de quadam bellua in ſilvis Caledoniis frequenti, cujus exuvias capite ferebat. Barthius pelle ignotae ferae explicabat. forte urſus intelligitur, nam *Caledonium urſum* memorat Martial. Spect. Epigr. VII. urſinas vero pelles arcendo frigori & hodie populi ad Septemtrionem adhibere ſolent. *monſtra* etiam de feris terreſtribus dixit III. Stilich. 274. BURM.
248. *Veſtigia verrit*] *lambit* prior Moreti. eleganter. pro *ferro picta genas*, forte *ſecta*. de Alanis I. in Rufin. 327. *frontemque ſecari Ludus*. poſſet & *puncta*, ſic *punctis Threicius notis*. HEINS. *vitro picta* vel *nitro* quosdam legere notat Barthius. *veſtigia vertit* Jun. Oxon. Leid. Vicetin. *aeſtum metitur* Jun. Oxon. malim *mentitus*. *caerulus & mentitus aeſtum amictus* eſt, qui & colorem & figuras in amictu aeſtuantis Oceani exprimit, fere quales veſtes illae un-

Digitized by Google

Caerulus, Oceanique aeſtum mentitur, amictus:
Me quoque vicinis pereuntem gentibus, inquit,
Munivit Stilichon, totam quum Scotus Iërnen
Movit, & infeſto ſpumavit remige Tethys.
Illius effectum curis, ne tela timerem
Scotica, ne Pictum tremerem, ne litore toto
Proſpicerem dubiis venturum Saxona ventis.
Tum ſpicis & dente comas illuſtris eburno,
Et calido rubicunda die, ſic Africa fatur:
Sperabam nullas trabeis, Gildone peremto,
Naſci poſſe moras. etiam nunc ille repugnat,
Et tanto dubitat faſces praebere triumpho?
Qui mihi Maurorum penitus lacrimabile nomen
Ignorare dedit. poſt has Oenotria lentis
Vitibus intorquens ederas, & palmite largo
Vina fluens, ſi vos adeo Stilichone curules
Augeri flagratis, ait, quas ſola juvare
Fama poteſt: quanto me dignius incitat ardor,
Ut praeſente fruar, conſcendentemque tribunal
Proſequar, atque anni pandentem clauſtra ſalutem?

Ta-

undulatae, de quibus vide ad Ovid. III. Art. 177. *amictum* Vicet. & Parm. BURM.

251. *Munivit Stilichon*] Ut Vopiſcus in Caro, *civitatem religione munivit.* infra Lib. III. 46.

——— *populoribus illi*
Munito ſtudiis languebat gratia patrum.

Regius tamen, *Me juvit*, quod efficacius. HEINS. *Hybernam*] Malim *Hybernen.* nam IV. Conſ. Hon. 34. inquit *glacialis Hyberne.* DELR. Pro *Hibernam*, quod omnes fere libri tuentur, *Jernam* Raphelengius. *Ivernen* Lucenſ. *inermem* Oxon. Lego *Jernen.* Stephanus, Ἰέρνη ἐν Θ. ſic & Strabo. HEINS. *Hiberam* Jun. Lovan. vide ſupra IV. Conſ. Honor. 33.

252. *Infeſto*] *infecto* Jun. & omittit Vicetin.

253. *Bella timerem*] *tela* multi ſcripti, ſed cenſeo *vela* reponi debere. mox *tuto* pro *toto* Reg. & Oxon. *Santona* quoque, non *Saxona*, unus Ambroſ. tam hic quam alibi. male etiam *Aſpicerem* pro *Proſpicerem* Raphelengius. Lucan. VIII. 46.

Rupis in abruptae ſcopulos extremoque currens
Littora, proſpiciens fluctus, nutantia longe
Semper prima vides venientis vela carinae.

Ovid. Epiſt. Phyllidis, 63.

Hinc ego vela tuae proſpexi prima carinae,

quae vera lectio. Epiſt. X. 49.

Aut mare proſpiciens in ſaxo frigida ſeal.

Epiſt. XIX. 21.

Aut freta proſpiciens odioſo concita vento.

Raphelengii errorem etiam Barthius deprehendit. HEINS. *proſpiciam* Wolf. *toto* non mutem. vide ſupra vs. 188. de verbo *proſpicere* vid. Heins. ad Ovid. Epiſt. V. 63. & nos ad Phaedr. I. 17. & ſupra Conſ. Olybr. 230. Ceterum hic poëtice rem exaggerare docet Meibomius in Introduct. ad Saxoniae inferioris Hiſtoriam pag. 6. cum Victorinus Toloſanus repreſſerit Saxones, non ita tamen, ut non formidabiles remanſerint Romanis. *vela* vero huc non faciunt. Scotus enim terreſtria bella gerebat cum Britannis, incurſans in eorum fines, ſed Saxo claſſe piratica erat inſtructus. BURM.

254. *Scotica*] *Scortica* Jun. Oxon. *ne pilla tremerem* Oxon. *timeam* Wolf.

255. *Proſpicerem*] Vetus liber, *Aſpicerem.* DELR.

262. *Poſt haec Oenotria lentis*] *poſt has* Lucenſ. prim. Vatic. & octo alii. rectius. *lentas* alter Moreti. & tertius Vaticanus. HEINS. ſed *lentus* epitheton & viti & hederae convenit. Virgil. III. Ecl. 38.

Lenta quibus torno facili ſuperaddita vitis
Diffuſos edera veſtit pallente corymbos. BURM.

264. *Vina fluens*] vide ad Conſ. Olymb. 52.

264. *Curules*] *curulem* prim. Vatic. Oiſelianus, Junian. & Leid. HEINS. *ſic nos* Wolf. pro *ſi vos.*

266. *Incitat ardor*] *incitet* libri quatuor. HEINS.

Talibus alternant ſtudiis, Romamque precantes
Pro cunctis hortantur eat. nec ſegnius illa
Paruit officio, ſed raptis protinus armis
Ocior excuſſo per nubila ſidere tendit.
Transvehitur Thuſcos: Apenninusque volatu
Stringitur: Eridanus clipei jam fulgurat umbra.
Conſtitit ante ducem, tetrica nec Pallade vultum
Deterior, nec Marte minor. tremit orbe coruſco
Jam domus, & ſummae tergunt laquearia criſtae.
Tum prior adtonitum gratis adſata querelis:
Servatas, Stilichon, per te, venerande, curules,
Ornatas nec dum, fateor. quid profuit anni
Servilem pepuliſſe notam? defendis honorem,
Quem fugis; & ſpernis, tanta quem mole tueris;
Reſpuis oblatum, pro quo labente reſiſtis?
Quaenam cauſſa morae? quo me cunctabere rurſus

280. In-

268. *Proſequar*] *Perſequar* Jun. Leid. *concedentemque* Vicetin. *atque animi* Jun. Oxon. unde Heinſius conjiciebat *ac Fani*. pro *clauſtra* etiam *luſtra* Jun. omnia fruſtra. vide Barthii notas.

269. *Precantes*] *petentes* Vicetin.

272. *Tendit*] *tandem* Jun. forte, *tendens Transvehitur*. ut infra 416. de ſtella cadere viſa interpretatur Barthius. frequentior eſt formula *fulmina ociius*, quod tamen reponere non auſim. Burm.

274. *Jam fulgurat umbra*] *ſubfulgunt* alter Moreti, & unus Ambroſ. cum Delrii codice. Heins. *Eridani* Jun. *Euridanus* Wolf. *jam fulſerat* vel *fulgerat* Oxon.

275. *Nec Pallade vultu*] *multum* Gevartii excerpta & prim. Vatic. dictum ſupra. ſequenti verſu, *orbe coruſco*, non *ore*, ex ſuis libris Schottus ac Delrius, nec aliter noſtri. bene. orbem clipei intelligit. vulgatum fruſtra tuetur Barthius. mox pro *tangunt* prim. Medic. & Palat. *tergunt*. vide adnotata ad Praefat. Lib. I. in Ruſin. paulo ante, *Transvehitur Thuſcus*, ſnon *Thuſcos*, Barthius. perperam. Heins. Heinſii ſupra ad vs. 135. citat *inferior* pro *deterior*.

276. *Ore coruſco*] Aequius facere videntur, qui cum veteri libro *orbe* amplectuntur, & ad orbem clipei referunt. Delr.

277. *Tangunt*] *tangunt* duo Leidenſes.

278. *Querelis*] *loquelis* Vaticau.

280. *Quid profuit anni*] Malo, *annis*. Heins. *quo profuis* Jun.

282. *Tanta quem mole tueris*] Lucenſ. & Gyrald. *tata*. non placet. vid. Lib. II. in Eutrop. 100. Heins. *Tota mole premere* dixit Lucanus Lib. V. 756. & VI. 189.

284. *Quonam cunctabere rurſus*] Alii, *quo jam*. Aldus & ſexdecim noſtri cum quinque Vaticanis melioris notae, *quo me*. vere. *cunctari aliquem* pro morari. Nupt. Honor. 20.

——— *quonam usque verendus*
Cunctatur mea vota ſocer?

Lib. III. de Rapt. 321.

——— *non me Ripaea tenebunt*
Frigora, non dubio Syrtis cunctabitur aeſtu.

Statius Theb. VII. 719. *magnos cunctamur, Nata parantes*. Lib. VI. 625.

——— *furit undique clamor*
Diſſonus, ambiguumque ſenis cunctatur Adraſti Conſilium.

Lib. VII. 1.

Atque ea cunctantes Tyrii primordia belli
Jupiter haud aequo reſpexit corde Pelasgos.

Lib. XI. 268.

Ut dubium, & pugnas cunctantem Ethoclea vidit.

Valer. Flacc. II. 92.

Acclinem ſcopulo inveniunt miſerantque foventque
Alternos aegro cunctantem poplite greſſus.

Virgilianum illud imitatus Lib. XII. Aen. 386.

Alternos longa nitentem cuſpide greſſus.

idem

Ingenio? nullus Boreae metus, omnis & Auſtri
Ora ſilet. cecidit Maurus, Germania ceſſit,
Et Janum pax alta ligat. te Conſule necdum
Digna feror? titulumne levem, parvique nitoris
Credimus, Auguſti quem ſe decorare fatentur?
Sub juga quo gentes captivis Regibus egi?
Num, ſi prodigiis caſus natura futuros
Signat, polluimur macula? quod reris, Eois
Omen erat. quamquam nullis mihi cognita rebus
Fabula. vix tanto riſit de crimine rumor.
Opprobriis ſtat nulla fides, nec litera venit
Vulgatura nefas: in quo vel maxima virtus
Eſt tua, quod, noſtros qui conſulis omnia Patres,

De

Idem Valer. I. 156.

Talia cunctanti iacvum Jovis armiger ales
Advenit.

ſic vetus editio. eodem libro 757. *quem multa leo cunctatus in arcta Strage virûm.* Lib. IV. 370.

Argus & in ſcopulos & monſtris horrida ſaxa
Ignotas jubet ire vias, heu multa morantem
Cunctantemque preces incluſaque pectore verba.

ita & illic ſcribendum puto. Ovid. II. Faſt. 349.

Cetera cunctantem cubito Tiryntbius heros
Reppulit.

quomodo vetuſtus liber. vulgo *tentantem.* Virgil. IV. Aeneid. 390.

Linquens multa metu cunctantem & multa parantem
Dicere. Apud Naſonem Epiſt. Leandri vs. 115.

Atque ita cunctatus monitum nutricis amarae.

quomodo codex omnium optimus in Puteana Bibliotheca. nam hactenus lectum, *monitu contactus.* A. Gellius Lib. XII. cap. 5. *haec ergo vir ſapiens tolerare & cunctari poteſt.* HEINS. *Quae jam conſſa* etiam Wolf. & plerique ſcripti. *quondam cunctabere,* ſed emendatum *quo me,* Leid. & Wolf. in Vicetin. erat *quone,* ſed manus docta emendaverat *me.* deinde corrupte eadem *Borea motus.* & ita Parm. & Iſingr. marg. *nullo Boreae metus* Jun.

285. *Omnis & Auſtri*] *in Auſtrum* Jun. elegant. pro ora, quae in Auſtrum vergit. quinque libri, *Eos & Auſter.* contra legem metricam. Forte, *Auſter & Eos. Eos ora* pro *Eoa.* in quibus loquendi modis noſter multus eſt. *omnis & aſtra* Oiſelianus. HEINS. *Eos & Auſtri* Lovan.

287. *Janum*] *Rhenum* Leidenſ.

288. *Titulumne*] *titulumque* Jun.

289. *Quo ſe decorare fatentur*] Duo ſcripti, *quod.* tres, *qui.* Lego, *quem ſe decorare.* HEINS.

290. *Regibus egi*] Meus codex calamo exaratus, *qui gentes captivis regibus egit.* DELR. *egit* Jun. & Oxon. *edit* Wolf. *quod gentes* Leid. Voſſ. & Wolf. a m. prim. *qui* a m. ſ. vid. Schott. II. Obſ. 55.

291. *Non ſi*] *Num* unus Medic. placet. pro *Omen* quinque, *Crimen.* tertius Vaticanus *Opprobrium.* Lego, *Omen,* vel *Crimen eat. ut* apud Stat. III. 662. *& tibi tuto Nunc eat iſte furor.* II. Silv. 5. 79. Ovid. III. Art. 248.

Inque nurus Parthas dedecus illud eat.

pro *rebus Eois,* quinque libri cum duobus praecipuae notae Vaticanis, *reris.* & ſane *rebus* mox ſequitur. Reg. *renus.* Forte, *quod reris, Eois Omen erat. quod nomen Eois Omen erat* prim. Medic. & Thuaneus. ut ad nomina Faſtorum alludat. mox, *nullis mihi credita rebus,* non *cognita,* Helmaeſtadienſis. HEINS. *Non ſic* Oxon. *polluimur lacryma* Lovan. a m. prim. mox, *Opprobriis* Vicet. & Parm. Heinſius olim malebat, *Opprobriis ac nulla fides.* ſed Valer. Flacc. VIII. 249. *Promiſſam nec ſtare fidem.* ubi vide notas: ſic *ſtat fama* Stat. V. Theb. 474. ubi vid. Barth. & I. Ach. 506. BURM.

Prodigiis] *prodigii* Vicet. Parm.

293. *Quamquam*] *poſtquam* Leid. *credita rebus* Voſſ.

294. *De crimine rumor*] *diſcrimine* ſec. Vatic. Farnes. & Lovan. mox *Opprobrii* Lucenſ. HEINS.

297. *noſtros quod conſulis omnia patres*] *qua noſtros qui* cod. Barth. *noſtras qui conſulis omnia partes* cod. Voſſ. de qua vocum *patres* & *partes* commutatione vidimus ſaepe alibi, ut ad Lucan. Lib. V. 8. rarior vero conſtructio verbi *conſulere* cum duplici accuſativo, de qua egimus ad Lucan VI. 775. nam non modo homines, ſed etiam rem conſulere dici docet Servius ad Virgil. XI. Aeneid. 343. & ita *jus conſulere* Livius XXXIX. 40. BURM.

De monſtris taceas. pellendi denique nulla
Dedecoris ſanctum violant oracula coetum.
Nec mea funeſtum verſavit Curia nomen.
Pars ſceleris dubitaſſe fuit. quaecumque profana
Pagina de primo veniſſet limite Phoebi,
Ante fretum deleta mihi, ne turpia caſtis
Auribus Italiae fatorum exempla nocerent.
Publicus ille furor (quantum tua cura peregit!)
Secretum meruit. laetetur, quiſquis Eoos
Scribere deſierit: faſtos portenta Gabinos
Iſta latent. propriam labem terſiſſe laborent.

Cur

298. *Pellendi denique nullum*] principem Vaticanum & octo alios ſecuti ſumus. vulgo, *pellendis. denique nullum*. HEINS. Senſus mihi intricatior videtur. conſtrui poſſet: nulla oracula, dedecoris pellendi (id eſt Eutropii Conſulis, ſed qui deberet pelli, ut ſervilis nota anni, ut ſupr. 281. dixit) violant ſanctum coetum (Senatum Romanum. vid. Conſ. Olyb. 231.) id eſt, Senatus Romanus hunc numquam pro Conſule habuit, nihil ab hoc dedecore geſtum aut decretum accepit aut probavit. immo ne ejus quidem nomen in faſtos retulit, neque ullam de eo agnoſcendo mentionem aut deliberationem habuit, & ita inviolatus & inpollutus manſerit Senatus Romanus. & ita Florus II. 20. dicit Aquilium *in id tempus ſacroſanctas Romana arma violaſſe*. & III. 19. *Triumphi dignitatem violatam inſcriptione ſervili*. cogitabam etiam, an non praeſtaret, *delendi denique nulla* &c. id eſt radendi ex faſtis; ſed quia delere non poterant nomen, quod non detulerant in faſtos, eam ignominiae notam Orienti delendam reliquit. mox vs. 300. pro *non verſavit Curia nomen*, etiam olim tentabam *non ſervabat*, id eſt non inſcripſit faſtis, quia haec verba centies conmutata noveram. vide ad Ovid. II. Art. 729. IX. Met. 517. ſed *Curia non verſavit ejus nomen*, id eſt, nulla relatio aut deliberatio in Senatu de eo inſtituta fuit, de nomine ejus ut Conſulis recipiendo, & in faſtos referendo, ne deliberavit quidem Senatus. ita *verſare* pro conſiderare explicat Servius ad Virg. v. Aen. 408. Quinctil. v. Inſt. Orat. 7. *multum ante domi verſandi teſtes*. id eſt examinandi, praeparandi per quaeſtiones, ut coram judice apte teſtentur. ſic *animo, mente, pectore verſare* rem dicimur, de qua varie cogitamus aut deliberamus. Virgil. I. Aen. 657. *At Cytherea novas artes, nova pectore verſat Conſilia*. Lib. V. 701. *Nunc huc ingentes, nunc illuc pectore curas Mutabat verſans*. & ita paſſim. Regius interpres, qui noverat *verſare libros, ſcripta* &c. pro legere dici, reddidit, neque Senatus meus *evolvit* nomen peſtiferum, quod quid ſignificet, alius nobis forte interpres exponet. Non capio vero, quae Barthius notat hic de Helleniſmo *foedare dedecoris*, quum id verbum hic non occurrat. ſed multa in ejus notis tam vitioſa, ut intelligi vix poſſint. *nullum* vero, quod Heinſius praefert, nusquam vidi, ſed in omnibus *nulla*, ut ſenſus exigit. BURM.

299. *Coetum*] *tectum* Wolf a m. prim.

301. *Pars ſceleris dubitaſſe fuit*] Legebam olim, *Par ſceleri*, quam conjecturam viris harum literarum peritiſſimis tunc laudatam memini. & ſane *Par ſceleris* a manu prima in primo Vaticano legebatur, & Oiſeliano. Vulgata tamen lectio ex illo Virgiliano poteſt defendi Lib. VII. 266.

Pars mihi pacis erit dextram tetigiſſe tyranni.

ſequentia videntur corrupta. pro *faſtorum* mox novem libri *fatorum*. HEINS.

302. *Pagina de primo veniſſet limite Phoebi*] Quem proxime commemoravi codex *Pagina veniſſet de primo lumine Phoebi*. item poſt pauca, *Scribere deſeruit*. DELR. *limine* Schedae Gudianae. HEINS. vide ad III. Conſ. Honor. 164. IV. 129. & III. in Stilich. 287.

303. *Ante fretum deleta mihi*] *Delata* primus Vatican. & alii octo. ad me delata, & ſuppreſſa meo ſtudio. HEINS. *dilecta* Jun.

304. *Fatorum*] *faſtorum* ſcripti nonnulli & editi complures. ſed *fatorum* poteſt ſumi, ut in illo Naevii, *fato Metelli fiunt Conſules*. cogitabam *fatuorum exempla*. BURM.

305. (*quantum tua cura peregit!*)] vir doctiſſimus Markland. ad Stat. I. Sylv. IV. 84. ſublata parentheſi legit,

Publicus ille furor, quantum tua cura peregit,
Secretum meruit.

meruit tantum ſecretum, quantum tua cura peregit. BURM.

306. *Quiſquis Eoos Scribere deſierit*] *Eois* legit Barthius. & mox, *raſiſſe* pro *terſiſſe*. *raſiſſe* pro *eraſiſſe* propria ſignificatione. *eradere nomen ex faſtis*. in prim. Vatic. aliisque multis eſt *texiſſe*. ſec. Vatican. *ſtrinxiſſe*. alter Oxon. *traxiſſe* cum Moreti duobus. quae lectiones ad veram alludunt. ut & duo

Cur ego, quem numquam didici ſenſive creatum,
Gratuler exemtum? delicti poenitet illos:
Nos nec credidimus. fuerit tamen omnibus unum
Crimen, & ad noſtras manaverit uſque ſecures.
Plus ideo ſumenda tibi faſtigia juris,
Ne pereat tam priſcus honos, qui portus honorum
Semper erat, nullo ſarciri Conſule damnum,
Excepto Stilichone, poteſt. bene praeſcia tempus
Mens tua diſtulerat. titulo tunc creſcere poſſes,
Nunc per te titulus. Conſul ſuccurre gravatis
Conſulibus, quicumque fuit, quicumque futurus,
Annum redde tuum, quem mox ſecura ſequatur
Poſteritas, nec jam doleat defenſa vetuſtas.
Sit trabeis ultor Stilichon, Brutusque repertor.
Libertas populi, primo tunc Conſule Bruto,
Reddita per faſces: hic faſcibus expulit ipſis
Servitium. inſtituit ſublimem Brutus honorem:
Adſeruit Stilichon. plus eſt ſervaſſe repertum,
Quam quaeſiſſe novum. quid tardius ore rubenti

Ad-

duo Medicei, in quibus, *tranſiſſe*. proxime tamen omnium Palatinus, qui *roſiſſe* praefert. pari modo apud Ciceronem *radere nomen faſtis* pro eradere. poteſt tamen & *terſiſſe* ferri hoc loco. Immo lego etiam *Eos*, ut ad *faſtos* referatur. atque ita Lucenſis. pro *defierit* octo codices *deſeruit*. an *deſuevit*? *faſtus* quoque pro *faſtos* Patavinus. dictum alibi. HEINS. *Eos* edidit Barthius in utraque editione, ſecutus Aldum & alias editiones veteres, in notis nihil monuit. & horum verborum ſententia obſcurior. dicit Poëta, laetari illos decere, qui faſtis ſuis jam deſierunt Conſules Orientis inſcribere, ſed tantum Romani, & Occidentis. Illi vero Senatores in Oriente laborent de labe illa delenda, quae numquam inſedit faſtis Romanis, quia nomen Eutropii non eſt in eos relatum. BURM.

309. *Cur ego quae numquam*] *quem* & *gratuler* ex ſcriptis. & deinde, *Nos nec credidimus*, non *Nec nos*. HEINS. *gratuler exemptum* Jun. & Leid. a m. prim. *fuerat* & *manaverat* etiam Leid. & Voſſ.

Creatum] *cruentum* Vicetin. & Colin. poſſet capi, ut apud Senec. in Apocol. de Claudio, *quem nemo tunquam natum putavit*. vide ad Suet. Claud. III. & XL. ſed hic *creatum* conſulem intelligere verius erit. BURM.

312. *Ad noſtras*] *adverſas* Oxon. Wolf.

313. *Faſtigia juris*] prior Leid. *rerum*. Lucenſ. & Gyrald. *vitae*. nihil muta. adi notas Lib. II. in Eutrop. 124. Barthius verſum eſſe adulterinum affirmat. HEINS. In Lovanienſi erat margini adſcriptus. certe illud *plus* pro *magis* durius. nec *ſumere faſtigia* eleganter dictum puto. BURM.

314. *Tam priſcus*] *jam* Jun. Oxon. Lovan. & ed. Colin.

320. *Annum redde tuum*] Malo *ſuum* ut Lib. I. vs. ult.

Reſtituit Stilichon cunctos tibi, Roma, triumphos.

quicumque, ſubintellige Conſul. aliter Barthius. HEINS. Forte, *crede tuum*, id eſt, quicumque annus fuerit, etiam quo alii Conſules fuere, crede tamen eſſe tuum, id eſt, te Conſulem fuiſſe, & omnia pro Conſule egiſſe, tamquam Conſul revera eſſes. & ita, ut Horat. IV. Od. 9. *Conſulque nomen tenuis annis*. BURM.

323. *tunc Conſule Bruto*] *Te conſule Brute* primus Med. HEINS.

324. *Hic*] *bis* Wolf.

326. *Plus eſt*] Ex illo Ovidiano II. Art. 13.

Nam minor eſt virtus, quam quaerere, parta tueri.

Cujus ineſt illis, hic eris artis opus. DELR.

327. *Novum*] vitioſe *nomen* Vicet. & Parm.

Ore verendo] *rubenti* prim. Vatic. & undecim alii. bene. rubenti prae verecundia. hinc *rubor* pro pudore paſſim apud poëtas. ut libr. I. in Eutrop. 253.

Aut quid in hoc vultu poterit flagrare ruboris?

ubi perperam *ſuperare* referibunt. adeantur quae notamus illic. mox pro *inſolitus*, Scaliger, & *ſolitus*,

Admiſis, & ſolitus frontem circumlinit ignis?
Tandem vince tuum, vincis qui cuncta, pudorem.
Hos etiam, quamvis corrumpi munere nullo
Te certum eſt, mirare libens ac ſuſcipe cinctus,
Quos tibi divino mecum Tritonia duxit
Pectine. tincta ſimul repetito murice fila
Contulimus penſis, & eodem nevimus auro,
Aurea quo Lacheſis ſub te mihi ſecula texit.
Hic ego promiſſam ſobolem, ſperataque mundo
Pignora praeluſi. veram mox ipſe probabis
Me vatem, noſtraeque fidem venientia telae
Fata dabunt. Dixit, gremioque rigentia profert
Dona, graves auro trabeas. inſigne Minervam
Spirat opus. rutilis hic pingitur aula columnis,

tus, Scaliger, *& ſolitus*, quomodo Delril codex & undecim noſtri cum primo Vaticano. Ego olim, *en ſolitus*, nec adhuc damno penitus. pro *ignis*, quindecim, *amnis*. Gloſſa libri Regii, *id eſt fudor ex verecundia*. Barthius ex Palatino, *an ſolitus frontem circumfluit ignis*? quod minus arridet. verius eſt debere reponi, *ut ſolitus frontem circumfluit ignis!* ſic libro proxime ſequenti vs. 64. ex optimis membranis, *ut, Stilicho, cunctis inopina reluxit, Te victore ſalus!* apud Juvenalem Sat. VI. 147. *ut ſaepe emungeris!* ita enim contra ſcriptos editosque, quotquot vidi, codices eſt reponendum. noſter bello Gildon. 233. *ut te mortalia pridem Implorant!* Heins. *circumlinit* prima editio & Parm. Lovan. & duo ſcripti. alii *circumlinit amnis*. vid. ſupr. 137. ubi ſimilis diverſitas. *circumluit* etiam Heinſius olim conjecerat; *ſed circumfluit* nota metaphora, de qua vid. ad I. de Rapt. 171. quia tamen uſo tantum codice Barthii nititur, ex interpretatione poteſt eſſe ortum, quum *circumlinit* eleganter de rubore totam frontem inficiente poſſet capi. ut *auro circumlita* Ovid. XI. Met. 137. & alibi leguntur. Burm.

328. *Inſolitus*] Vetus liber, *& ſolitus*. Delr.

329. *Qui vincis cuncta, pudorem*] *vincis quo* quinque libri, quos inter Oiſelianus. argute. vulgatum tamen ex illo Ovidiano III. Epiſt. 85. defendi poteſt,

Vince animos, iramque tuam, qui cetera vincis. Heins.

331. *Te certum eſt*] MS. meus, *Poſſe queas*. alius, *poſce queas*, unde conjecturam duco legi debere, *Poſca, queas*. vel *Noſco*. ut idem ſit ſenſus, qui prius fuerat. quod ſi verum eſt, hinc mendi origo fluxit; auctor ſcriptum reliquerat, *Noſco*. inde alii corrupte, *Noſce*, deſcripſerunt. hinc factum eſt *poſſe*. Typographi poſtremo temerario quodam caſtigationis genere, *Te certum eſt* invexerunt. Delr. *Poſſe queas* veteres multi cum Aldo & ſchedis Gudianis. unus Vaticanus, *Noſſe queas*. Heins. ſic & Wolf. ed. Vicetina, & Parmenſis apud Silium Ital. II. 253. *feras feſſo nunc pandere portas Poſſe volunt*. & XI. 186. *Haec ut velle queas*. vide ad Ovid. Ep. XXI. 58. forte tamen praeſtet, *Poſſe putem*. totus autem verſus deerat Juniano. *inſpice* tres libri. *ſuſpice* Vicet. & Parm. Burm.

332. *Duxit*] *vixit* Jun. unde Heinſius *junxit*. ſed nihil mutandum. vide ad Val. Flacc. I. 429. & infra II. de Rapt. 43. Burm.

333. *Tincta*] *cuncta* Lovan. *cuncta* Wolf. & multi alii, ut & Vicet. & Parm. *repetito murice* eſt bis tincta. aliter extulit Statius VI. Theb. 540. *Cblamys, repetitaque multo Murice*. & Senec. Herc. Oet. 663.

Nec Sidonio mollis abeno
Repetita bibit lana colores. Burm.

335. *Texit*] Conjecerat olim Heinſius *traxit*, ut *trabere lanam, telam*. de quibus vid. ad Ovid. XIX. Epiſt. 49. ſed vulgata placeat potius. Burm.

336. *Hic ego*] *His ego* malim, ſi liceat per codices antiquos. Heins.

Speraraque] *ſeparataque* Vicetin. & Parm.

338. *Noſtraeque*] *noſtrique* Leid. mox, *geminoque rigentia* Vicetin. & Parm.

340. *Inſigne Minervae Spirat opus*] *Minervam* legendum ex Lucenſ. Gyrald. & quatuordecim aliis. dictum IV. Conſ. Honor. 591. paulo ante perperam, *cuncta fila*, non *tincta*, potior ſcriptorum pars. Heins.

342. *Mariae partus*] At Maria Aug. fine prole obiit, unde illud vaticinium perit. Claver.

342.

Et ſacri Mariae partus. Lucina labores
Solatur: reſidet fulgente puerpera lecto.
Sollicitae juxta palleſcunt gaudia matris.
Suſceptum puerum redimitae tempora Nymphae
Auri fonte lavant. teneros de ſtamine riſus,
Vagitusque audire putes. jam creverat infans
Ore ferens patrem. ſed avus maturior aevi
Martia recturo tradit praecepta nepoti.
Parte alia ſpumis fucantem Serica frena
Sanguineis, primae ſignatus flore juventae,
Eucherius flectebat equum, jaculisque vel arcu
Aurea purpureos tollentes cornua cervos

Au-

342. *Dolores*] vetus liber, *labores*. Similiter in legibus noſtris alicubi partus *labores* nuncupantur. DELR. *labores* non *dolores* primae editiones & plurimi ſcripti. quod & recte Raphelengius ſecutus. hinc *laborare puerperae* dicuntur, & *labor* pro puerperio. HEINS.

343. *Fulgente lecto*] Auro vel argento ſcilicet, ſic apud Julianum Imp. Jovis lectum videmus chiaſmo figuratum, hoc modo

ἀργύρου ⋈ ἐλεφαντίνῳ
χρυσίῳ ⋈ λιθοστρώτῳ.

Hoc eſt *argento lucidiorem*, *auro candidiorem*. de hac figura jam diximus. CLAVER.

344. *Palleſcunt gaudia matris*] Malo, *matri*. mox, *in ſtamine*, pro *de* potiores ſcripti. HEINS. *juſta* Wolf. *in* Vicet. forte *matres*, quae adſident puerperae, nunc labores videntes metuunt & palleſcunt, nunc felicem partum ſperantes, gaudent. mox *redimitum & vagitus audire* Jun. BURM.

345. *Redimitae*] *redimitum* Oxon. *fonte levant* Jun.

348. *Stilicho maturior aevo*] Vetus liber, *ſed avus*. DELR. *Sed avus matura verendo* Gyrald. Lucenſ. & tredecim alii cum Gudianis ſchedis. *Stilicho maturior aevi* undecim. nonnulli, *ſed avus maturior aevi*. ut τὸ *Stilicho* ex gloſſemate irrepſerit. ſic apud Virgil. Lib. v. 73. *aevi maturus Aceſtes*. & apud Stat. v. Theb. 90. *aevi matura Polyxo*. veram lectionem jam vidit in Elencho Antidiatribes Statianae Gronovius noſter. HEINS. *Avus matura ferendo*, vel *Stilicho maturior aevo* Lovan. vid. ad Ovid. VIII. Met. 617.

350. *Fucantem Serica frena*] Sic cum Iſingriniano Raphelengius & Mazarinus ex noſtris. alii cum vulgatis, *fumantem*, vel *ſpumantem*. alter Moreti, *undantem*, non male. primus Vaticanus *fugantem*. ſolemni errore pro *fucantem*. pro *purpureo*, quae vox paulo poſt repetitur, lege, *ſanguineis*, cum eodem principe Vaticano, & undecim aliis. noſter de Equo Honorii in Epigramm. XX.

Sanguineo virides morſu vexare ſmaragdos,
Et Tyrio dignus terga rubere toro.

Lucan. IV. 778.

Siccaque ſanguineis dureſcit ſpuma lupatis.

Sanguinem pro ſpuma noſter Lib. II. de Rapt. 202. ſimili prorſus modo: *Sanguine frena calent.* IV. Conſ. Honor. 548.

——— *ſpumoſis morſibus aurum*
Fumat, anhelantes exundant ſanguine gemmae.

Stat. Lib. VI. Theb. 396.

Qui dominis, idem ardor equis. face lumina furgunt,
Ora ſonant morſu, ſpumisque & ſanguine ferrum
Uritur.

ita & *ſpumae cruentae* Virgilio III. Georg. 203. *ſpumas ages ore cruentas*. Silius Lib. XVI. 357. de equo Aſture.

——— *ſociumque cruento*
Spumeus admorſu gauderet mandere ferrum.

idem Lib. XIV. 254.

Immitem quatiebat equum, ſpumantia ſaevo
Frena cruentantem morſu.

Sedulius Lib. IV. 294.

——— *nec terga frementis*
Ardua preſſit equi, faleris qui pictus & oſtro
Ore cruentatum mandenti concutit aurum.

ſic ſcribendum ex membranis Leidenſibus, non *mandendo*, vel *mandentia*. Silius Ital. I. 424. *candentem mandens aper ore cruorem*, ubi *canentem* repoſui. Oppianus V. Halieut.

Ἄφρῳ ὑπ' αἱματόεντι γένυν σκολιοῖς χαλινοῖς
Ἔμπεφυῖα.

ubi de equo. Quintus Calaber libro VII. de leone Nemaeo:

——— Φλογεοῖς δὲ οἱ ἀμφὶ βρύουσι
Αἱματόεις ἀφρὸς ἰσχίῳ ἀκαμπτιόωντι δ' ἰόωσι.

quod male Dauſquejus de ſanguine interpretatur. apud Dionem Chryſoſtomum locus eſt inſignis in hanc rem, ubi Apelles equi ſpumam pingens deſcribitur Orat. LXIII. ſed exemplar non eſt ad

ma-

Aureus ipſe ferit. Venus hîc invecta columbis
Tertia regali jungit connubia nexu,
Pennatique nurum circumſtipantur Amores,
Progenitam Auguſtis, Auguſtorumque ſororem.
Eucherius trepido jam flammea ſublevat ore
Virginis, adridet laeto Thermantia fratri.
Nam domus haec utroque petit diademata ſexu:
Reginasque parit, Reginarumque maritos.
Talibus invitat donis, dextraeque gerendum
Diva ſimul porrexit ebur. ſollemnibus urnam
Conmovet auſpiciis, avibusque incepta ſecundat.

365. Tunc

manum. & ſane candicans color nonnihil ſanguinei ac purpurei oculis offert. hinc *purpurei olores* Horatio, & *nix purpurea* auctori Elegiae in obitum Druſi, & in obitum Maecenatis,

Brachia purpurea candidiora nive.

& *purpurea ſub nive terra latet.* HEINS. *fuciantem* Wolf. *foedantem ſerica frena* Voſſ. ſine dubio vero alterutro in loco vox *purpureus* emendari debet. Barthius in edit. prior. *purpureos cervos* ſuſpectos habuit, & certe neſcio qui ſic umquam cervos vocarit, & codices nihil variant eo loco. Heinſius conjecerat olim,

——— *jaculisque vel arcu*
Aurea purpureis tollentes cornua cervos.

ſed & jacula vel arcus *purpureos* dici inſolitum. an *pulvereos cervos?* ita hae voces confundunt ſcripti apud Stat. VII. Theb. 148.

Purpureum triſti turbatus pectore vultum.

ubi in MSS. *pulvereum.* ita *agmina cervi pulverulenta fuga glomerant* Virgil. IV. Aeneid 154. ſed nihil tamen temere muto, quia trabeae intexti purpurei dici poſſunt, & mutata priori loco voce, repetitio odioſa vitatur. *ſanguineis* etiam manus docta in ora Vicetinae editionis. *purpureos tollentem* Wolf. BURM.

354. *Aureus ipſe*] Imitatio Ovidiana Lib. I. Amor. II. 42.

Ibis in auratis aureus ipſe rotis.

& I. Art. 214.

Quatuor in nivеis aureus ibis equis.

Albinov. ad Liv. 332. *quadrijugis aureus ibis equis.* Ita Ariſtaen. Lib. I. Ep. 8. ὁ χρυσοῦς ἀετὸς ἐπὶ τεσσάρων ἵππων BURM.

355. *Regali*] Vetus liber recte, *legali.* ſic Tribunianus *legitimum vinculum* nominavit. DELR. *legali* etiam Oxon. & Lovan. ſed male. Laud. Serenae v. 36. *quae major origo, Quam regalis erit?* & de Nuptiis Honor. 253.

Magnorum ſoboles Regum, parturaque Reges. BURM.

Jungit] *junxit* Jun. Oxon. Leid.

356. *Nurum*] Placidiam innuit, quae filia Theodoſii magni ex Galla ſorore Valentiniani Junioris. ſatis vero apparet Claudianum eam quaſi deſtinare Eucherio. CLAVER. Multi ex ſcriptis *torum.* HEINS. *Chorum* Leid. a m. pr. *circumſtipantur honores.* Oxon.

358. *Eucherius timido*] *trepido* libri meliores. alii, *tepido.* Junianus, *tumido.* ut noſter Laud. Serenae 121.

Utraque luminibus tumidum micat, utroque blandas
Excitat ore faces.

ſic bene codices ſcripti. Nupt. Celerinae v. 125. *matura tumeſcit Virginitas.* Statius Theb. II. 204.

Deiphilen tumida jam virginitate jugari.

Achill. I. 292.

Virginitas matura thoris, annique tumentes.

de Lycomedis filiabus. Dracontius Hexamero,

Virgo decora, rudis, matura tumentibus annis.

ſequenti verſu pro *laeto* prim. Vatic. & Reg. *retro,* tert. Vatic. pro diverſa lectione, *tetro.* HEINS. *tepido* Wolff. manus docta in ora Vicetin. edit. *Eucherius cupido.*

359. *Thermantia*] Stilichonis filia minor natu, quae ſorore defuncta nupſit Honorio, integro adhuc & caſto, ut ajunt, quantum ad illam. CLAVER.

360. *Nam domus haec*] *namque domus utroque* Lovan.

361. *Reginas*] Sic olim Regum filiae apud nos. Servius in illud: *inſcripti nomina Regum,* non quoniam ipſi Reges, inquit, ſed quia Regum filii. CLAVER. vide ad Val. Flacc. I. 174. & VI. 657. *Reginarumque nepotes.* Oxon. ceterum duo verſus 360 & 361. in Voſſiano & Lovanienſi margini adſcripti erant.

362. *Dextroque regendum*] Meliores, *gerendum.* Plantini editio, *tegendum.* mendoſe. unde Raphel. *tenendum* HEINS. *dextraque* Voſſ. Lovan. Oxon. Leid.

364. *Secundat*] *ſecundis* Lovan. *infeſta ſecundas* Voſſ.

Tunc habiles armis humeros Dea veſtibus ambit
Romuleis: Latii ſederunt pectore cultus:
Loricaeque locum decuit toga. talis ab Hiſtro,
Vel Scythico victor rediens Gradivus ab axe,
Depoſito mitis clipeo, candentibus Urbem
Ingreditur trabeatus equis: ſpatioſa Quirinus
Frena regit, currumque patris Bellona, cruentam
Ditibus exuviis tendens ad ſidera quercum,
Praecedit: lictorque Metus cum fratre Pavore
Barbara ferratis innectunt colla catenis,
Velati galeas lauro: propiusque jugales
Formido ingentem vibrat ſuccincta ſecurim.
Vidit ut optato ſe Conſule Roma potitam,
Nunc, ait, Elyſii lucos inrumpere campi,
Nunc libet; ut tanti Curiis miracula voti
Fabriciisque feram, Famae qui vulnere nuper
Calcatam flevere togam. jam prata chorêis
Pulſent, nec rigidos pudeat luſiſſe Catones.
Audiat hoc ſenior Brutus, Poenisque tremendi
Scipiadae, geminis tandem quod libera damnis

Unius

Voſſ. a m. pr. *habiles artus armis* Lovan. *habiles humeros armis* Vicet. Parm. Ald. & aliae. Virgil. I. Aen. 318. *humeris habilem ſuſpenderat arcum.*

Dea veſtibus] Pro *Dea* vetus liber, *jam*, eritque ſententia, humeros quondam idoneos armis, nunc trabeis. DELR. *jam* etiam Oxon. Leid. & Wolf.

368. *Rediens*] *ridens* Leid. *Scythio* Wolf.

369. *Urbem*] *orbem* Leid. duo, Lovan. Voſſ. a m. pr. *gaudensibus* Wolf.

370. *Spatioſa*] Forte, *ſpecioſa*. quae voces ſaepe commutatae. BURM.

371. *Bellona cruentam*] Sic plerique ſcripti. Cl. Gronovius Diatribes Statianae cap. I. *cruentam*, cui accedo. nam Gyrald. prim. Vatic. & decem alii cum primis editionibus, *cruentat*. idem *tendens*, non *tendentem*, & ſic ſcripti. HEINS. Intelligit tropaeum. Inepte haſtam explicuit Paraphraſtes. qui enim illa dites exuvias poterat ferre? tropaea vero ex quercu facta quis ignorat? BURM.

372. *Tendentem*] Membranae hunc verſum ad Bellonam referunt continentes, *tendens*. DELR.

373. *Fratre Pavore*] Inepte alii, *Pudore*. Homero & Heſiodo δείμός τε φόβός τε Διὸς κρατεροῖο θύγατρες Ἀρηος. Val. Flacc. III. 89. *Terrorque Pavorque Martis equi*, & ſic poëtae paſſim. HEINS. vide ad Val. Flacc. II. 204.

374. *Terga*] MS. cum vet. Germ. *colla*. DELR. *colla* meliores, ut Bello Getic. 293.

Colla catenati vidit ſqualentia Cimbri.

HEINS. *Barbara fraternis* Jun. *vincla catbenis* Lovan. *colla* & *terga* confuderunt librarii etiam III. Conſ. Honor. 79. I. in Eutrop. 184. & apud alios poëtas ſaepe. vide & I. de Rapt. 153. & utrumque defendi poſſe conſtat. BURM.

375. *Jugalis*] *jugales* Wolf.

377. *Optato*] *aptato* Junian.

378. *Irrumpere*] *erumpere* Oxon. Leid. Lovan. Wolf. Vicet. Parm.

379. *Ut tanti*] *intacti* vel *& tanti* Leid. duo, Voſſ. Lovan. *intacti vitiis* prior Moreti. *ut tanti curſus* Jun. *Fabriciisque moram* Lovan. a m. prim. *Nunc licet intacti* Wolf. a m. prim.

380. *Famae qui vulnere nuper Calcatam flevere togam*] *calcatam Famae vulnere togam* minus concinne cenſeo dici. quare minimum abeſt, quin opiner *vulnera* reponendum, cujusmodi appoſitiones multum amari a noſtro, alibi jam oſtendimus. HEINS. *calcantem* Oxon. *famis qui vulnere* Vicet. & Parm. an *Romae qui vulnera* &c. ſed vide ad Lucan. IV. 231. BURM.

382. *Luſiſſe*] *luxiſſe* Leid.

384. *Quod libera*] *qui* Colin.

Unius auxilio faſces Libyamque recepi.
Quod ſupereſt, unum precibus, fortiſſime Conſul,
Adde meis, Urbique tuum largire parumper,
Quem rogat, adventum: quam tu belloque fameque
Depulſa terris iterum regnare dediſti.
Splendida ſuſcipiant alium te Roſtra Camillum.
Ultorem videant ſervatoremque Quirites,
Et populus, quem ductor ames: quibus Africa per te
Nec prius auditas Rhodanus jam donat ariſtas:
Ut mihi vel Maſſyla Ceres, vel Gallica proſit
Fertilitas, meſſesque vehant nunc humidus Auſter,
Nunc Aquilo; cunctis diteſcant horrea ventis.
Quae tunc Flaminiam ſtipabunt millia vulgi!
Fallax o quoties pulvis deludet amorem
Suſpenſum, veniens omni dum crederis hora!
Spectabunt cupidae matres, ſpargentur & omnes
Flore viae, ſuperes quum Pythia limina Conſul

Ar-

385. *Faſces*] *Poenas Libyamque* Wolf. & pro diverſa lectione Oxon. Leid. & Lovan. & ed. Vicet.

388. *Roget*] *regat* Vicet. & Parm.

Belloque] *bellique* Jun. Oxon. Leid. Lovan. edd. Vicet. & Parm.

389. *Depulſa*] Barthius *depulſam*. confirmant prima editio, & quatuor aut quinque ſcripti. non placet. HEINS. *depulſam* Vicet. Parm. vid. ad II. Conſ. Stilich. 171.

390. *Suſcipiant*] *ſuſpiciant* ed. Vicetin. quod defendi poſſet, quia *videant* ſequitur. de *alium* vid. Lib. I. 303. BURM.

391. *Ultorem*] *Auctorem* Voſſ. Jun. Oxon. Wolf. *ſalutoremque* Jun. Oxon.

392. *Quem ductor amas*] *ames* cum Aldo & pleriſque ſcriptis. HEINS. *Ut populus* Junt. Iſingr. Colin. Gryph.

393. *Auditas*] Audiverant certe Romani jam per tot ſecula Galliam frumenti feracem, ſed inde non Romam adduxerant. ſatis enim annonae ſuppeditabant claſſes Alexandrina & Africana. quare malim, *nec prius adductas*, vel *advectas*, neque literarum elementa multum abludunt. vide I. in Eutrop. 404. III. Stilich. 91. & hic Barthium. BURM.

394. *Ceres*] Vetus liber, *ſeges*, ſed in meo alia manu emendatum, *Ceres*. DELR. *Ceres* Vicetin.

395. *Meſſesque ferat*] *ferant* multi. Gyrald. Lucenſ. Vatic. *vehat*. decem alii, *vehant*. bene. ut infra Lib. III. 94.

Vexit Lingonico ſudatas vomere meſſes.

HEINS. recte *vehant*, nam de navibus frumentiferis agitur. ita VI. Conſ. Hon. 497. *pronas puppes nunc annue ſecundo, Nunc redeunte vehis.* ita de plauſtris Lucan. III. 450. *quaeſita per urbem Plauſtra ferunt*. ubi in Langerman. eſt *vehunt*. ubi vide quae dixi. & ad Ovid. III. Faſt. 414. & ſic apud Lucan. IX. 706. legebat Heinſius,

—— *inde vehuntur*
Huc Libycae mortes, & fecimus Aſpida merces.

ubi vulgo *petuntur*, vel *feruntur*. BURM.

396. *Aquilo*] *Aquilon* Leid. & ſex alii. ita Bell. Get. 60. etiam quidam codices.

Horrea] *orea* Vicet. *borea* Parm.

398. *Rumor deludet amorem*] *pulvis* primae editiones, prim. Vatic. & octo alii. optime. infra III. 2.

——— *jam tempora deſine longae*
Dinumerare viae, viſoque adſurgere ſemper
Pulvere.

Bell. Getico 455.

Pulveris ambiguam nubem ſpectamus ab altis
Turribus, incerti ſocios adportet an hoſtes.

Lucan. VI. 247.

Caeſareas pulvis teſtatur adeſſe cohortes.

pluribus eam lectionem confirmare taedio ſit. HEINS. *pulvis* etiam Vicet. & Parm. de hoſtium adventu ex pulvere adparente Column. ad Enn. VIII. Annal. p. 81. hoc vero loco imitatur noſter Martialem Lib. X. Ep. 6. ut recte Barthius,

Quando morae dulces, longiſque a Caeſare pulvis,
Totaque Flaminia Roma videnda via.

verſu praecedenti, *Quantum Flaminiam*, vel *Flaminei* Leid. *Flaminiam* Leid. alter. Lovan. & Voſſ. *Flameam* Vicetin. BURM.

401. *Superet cum Pythia limina Conſul*] *ſuperes* malo cum ſeptem ſcriptis. *culmina* etiam bene octo-

cum

Arduus, antiqui ſpecies Romana Senatus.
Pompejana dabunt quantos proſcaenia plauſus!
Ad coelum quoties vallis tibi Murtia ducet
Nomen, Aventino Pallanteoque receſſu!
Nunc te conſpiciam caſtris, permitte, relictis,
Mox & cum genero trabeis viſura ſecundis.
Haec dum Roma refert, jam Fama loquacibus alis
Pervolat Oceanum: linguis & mille citatos
Feſtinare jubet proceres: nullique ſenectus,
Non iter, hibernis obſtant nec flatibus Alpes.
Vincit amor meriti pridem, clarique vetuſtis

cum primo Vaticano. Idem Vaticanus, *Pincia culmina.* in aliis multis, *Pbicia*, & *Pbitia.* mons Pincius Romae ſatis celebris, ſed vulgatam ſcripturam non temere damnandam cenſeo. HEINS. vide ad 1. de Rapt. 8. & ad Lucan. V. 155. ego *limina* retinui cum primis editionibus, Aldina, & aliis. nam *ſuperare limen* rectius quam *culmen* dici puto. quod *liberare limen* dixit Petron. cap. CXXXVI. ubi & *ſuperare* reſtituebat Turnebus. ſed vide notas. *culmina ſuperare* eſſet tranſcendere, ut montes & Alpes. Lucan. 1. 183. *ſuperare maria.* vid. ad Val. Flacc. 1. 75. hic Senatum in Apollinis templo habitum puto intelligi, ubi Auguſtus Senatum habere ſolebat. Sueton. cap. XXIX. *Pbicia culmina* Wolf. a m. ſec. BURM.

402. *Senatus*] *juventus* Oxon.

403. *Proſcaenia*] *procennia* Oxon. pro *plauſus* Jun. *lapſus.*

404. *Vallis tibi Martia ducet*] *Murtia* ſcribendum. Varro Lib. IV. de L. L. *Intimus Circus ad Murtium vocatus, ut Procilius ajebat, ab ureeis, quod is locus eſſet inter figulos. alii dicunt a murteto, cujus veſtigium manet, quod ibi ſacellum etiamnum Murtiae Veneris.* Vidit Barthius quoque veram ſcripturam curis ſecundis, qui illic adeundus. primus Vaticanus a manu prima, *Murcia.* in aliis compluribus, *Mercia. tollet nomen*, non *ducet*, optimus liber Moreti, & quatuor alii. Lib. III. 195.

——— *exultant avidi, quocumque decorus*
Conſpiciere loco, nomenque ad ſidera tollunt.

HEINS. *vallis quoties* Jun. Oxon. de valle Murtia vid. Buleng. de Circens. cap. II. *duces nomen* elegantius videtur, nec a librario profectum. per Echo enim redditum nomen, & coelo eductum intelligit. imitatur Horat. 1. Od. 20.

——— *datus in theatro*
Cum tibi plauſus.
Clare Maecenas eques, ut paterni
Fluminis ripae ſimul & jocoſa
Redderet laudes tibi Vaticani
Montis imago.

et Barth. recte notat. BURM.

405. *Pallanteoque receſſu*] *recuſſus*, vel *recuſſu* prim. Vatic. & emendatum a ſecunda manu, *rfcuſſum.* pari modo & Oiſelianus. tertius Vaticanus, *recuſſis.* quatuor alii, *recurſu. recuſſum* placet, ut in illo Maroniis II. Aeneid. 52.

——— *uteroque recuſſo*
Inſonuere cavae, gemitumque dedere cavernae.

HEINS. *Palentinoque receſſu* Vicet. *Palantaeoque* Parm.

406. *Conſpiciam*] *perſpiciant* Leid. a m. pr. *proſpiciant* Jun. Oxon. *conſpiciant* Voſſ. Vicet. & Parm. ita verba haec commutari vidimus ſupra vs. 255. *conſpicuum caſtris* Ald. Colin. Gryph. *trabeas v. ſecundas* Leid. prior, quod placebat olim Heinſio, qui & conjecerat legendum, *Nunc primum aſpiciam, caſtris.* &c. vel *Nunc primas videam.* ſed ea longius abeunt. *Mox etiam genero* Jun.

408. *Roma*] *Troja* Wolf.

Jam Fama loquacibus alis] De *alis loquacibus* nugae ſunt. lego, *Fama ales*, quidquid obſtant ſcripti. diſtinctione locus etiam juvandus. dictum bello Gildon. 477. ſic & *alitem Victoriam* facit IV. Conſ. Hon. 607. ubi plura. Ceterum in Pricaeano, *volucibus aliis.* ut forte ſcribendum ſit:

Haec dum Roma refert, jam fama ſenacibus alis
Pervolat Oceanum. linguis & mille citatos
Feſtinare jubet proceres.

ſed *ales Fama* non eſt loco movenda. HEINS. Ita *volucrem Famam* dici vidimus ad Petron. c. CXXIII. diſtinguunt veteres editiones poſt *Oceanum.* mihi *alis* non diſplicet & *linguis mille* jungerem. nam nihil elegantiae video in *linguis loquacibus.* ſed *alas loquaces* dici, ut aliae res inanimatae, vere poëticum. vide loca a Barthio adducta. ſic *ſilvae, rivi* &c. *loquaces, garruli, arguti*, & ſimiliter dicuntur. vide ad Petron. cap. CXX. & ad Virgil. Eclog. VIII. 22. *velocibus alis* Vicetin. contra metrum. BURM.

410. *Nullique ſenectus*] *nullisque* Oxon. & edd. Parm. Ald. Iſingr. & plurimae. *nullique ſequatur* Vicetin. vitioſe.

412. *Vincit amor meriti pridem*] Puto:

Vincit amor. pridem emeriti clarique vetuſtis
Faſcibus ad ſocii properant & conſulis annum.

Fascibus ad socii properant & vindicis annum.
Sic ubi fecunda reparavit morte juventam,
Et patrios idem cineres, collectaque portat
Unguibus ossa piis, Nilique ad litora tendens
Unicus extremo Phoenix procedit ab Euro;
Conveniunt aquilae, cunctaeque ex orbe volucres,
Ut Solis mirentur avem: procul ignea lucet
Ales, odorati redolent cui cinnama busti,
Nec minor in coelo chorus est. exsultat uterque
Theudosius, Divique tui. Sol ipse quadrigis
Vere coronatis dignum tibi praeparat annum.
Est ignota procul, nostraeque inpervia menti,
Vix adeunda Deis, annorum squalida mater,
Inmensi spelunca aevi, quae tempora vasto
Suppeditat revocatque sinu. complectitur antrum,

Om-

Naso Metam. X.

Vicit Amor. supera Deus hic bene notus in ora est.

Consulatu Mallii 11.

Emeritum priden, defunctatisque remotum
Judiciis. eadem rursum complexa potestas
Evehit, & reducem notis inponit habenis.

infra Lib. III. 18.

Et post emeritas moderator quisque secures
Discrimen letale subit. HEINS.

413. *Fascibus*] *Fastibus* Voss. *Fascibus acciti* Oxon. & alter pro varia lectione *acciti* vel *ad soceri.* Junianus etiam *sed vindicis.*

416. *Nilique ad litora tendens*] Gyrald. & undecim alii, *tendens.* recte. alibi de Phoenice v. 74. *velox alienum tendit in orbem.* paulo ante pro *fecunda*, perperam quidam *secundam.* Eidyll. de Phoenice:

Emeritus artus fecunda morte reformat.

HEINS. eadem varietes in *tandem* & *tendit* fuit supra 272. & mox praefat. Lib. III. 17. sed recte restituit Heinsius ita & Vicet. edit. & verbo hoc noster saepe utitur. ut infr. Lib. III. 138. & Nupt. Honor. 179. Val. Flacc. I. 717. *iter ad Scythiam tendere.* deinde *ossa patris* Jun. praeterea *fecundam r. more* Oxon. *jocundam* Wolf. BURM.

420. *Cui*] *tibi* Oxon. *redolent* & Barth. cod. forte, *odorati redolet quae cinnama busti.* nam *olere, redolere*, & similia, accusativo casu junguntur. BURM.

422. *Theudosius*] Anthologiae 3. θεὸν Ἰωαννὴν τὸν πάνυ Θευδόσιον. sic *Theudoricus* apud Sidonium. CLAVER.

Divi] *Deum honor*, ait Tacitus, *non ante principi habetur, quam agere inter homines desierit.* Tertull. *maledictum est ante apotheosin Deum Caesarem nuncupare.* CLAVER. *dominique tui* Oxon.

423. *Coronatis*] *coronatus* Isingr. Pulm. Gryph. Colin. *tibi properat* Vicet. & Parm.

424. *Est ignota*] Hic aliquid hieroglyphicum. & sane Orus Apollo, arcana Aegyptiae gentis apprime doctus, libellum scripsit, ubi Serpens ejusmodi pingitur subtili & pulchro indicio. apud Virgil. Lib. v. 85. serpens, *Septem ingens gyros, septem volumina versat.* quod septennium designat. ubi Servius, *Annus*, inquit, *secundum Aegyptios ante inventas litteras indicabatur picto dracone caudam suam mordente.* & hic Poëta fuit Aegyptius. CLAVER.

425. *Deis*] *feris* Wolf. nescio an Ovidium cogitaverit scribi, qui IV. Fast. 496.

Non homini regio, non adeunda ferae.

& v. 374.

Arvaque pugnaci non adeunda ferae.

vide ad Rutil. Itiner. II. 34. hic nihil mutandum. BURM.

425. *Annorum squalida mater*] Non satis haec capio. an enim ipsa spelunca est mater annorum, an potius in illa spelunca ipsi est sedes. Paraphrasten non magis intellexisse puto, qui interpretatur: *Parens rancida annorum est longe incognita, & inaccessa animis humanis, vix patens superis ipsis cavernas aeternitatis infinitae, quae mittit & revocat tempora gremio ingenti.* ubi quo *cavernas* referas, non video. an elapsum est verbum *habens*, vel *habitans*, an *caverna* legendum? Barthius hic nihil juvat. in ora Vicetinae editionis legitur *mater & domus annorum.* in vulgata lectione *spelunca* mater annorum debet dici. BURM.

426. *Vasto*] *nullo* Oxon.

427. *sinu*] *sinus* ed. Vicetin. Parm. *complectitur annum* Oxon.

428.

Omnia qui placido conſumit numine, ſerpens:
Perpetuumque viret ſquamis, caudamque reducto
Ore vorat, tacito relegens exordia lapſu.
Veſtibuli cuſtos, vultu longaeva decoro,
Ante fores Natura ſedet, cunctisque volantes
Dependent membris animae. manſura verendus
Scribit jura ſenex, numeros qui dividit aſtris,
Et curſus ſtabilesque moras, quibus omnia vivunt,
Ac pereunt fixis cum legibus, ille recenſet
Incertum quid Martis iter, certumque Tonantis
Proficiat mundo, quid velox ſemita Lunae,
Pigraque Saturni: quantum Cytherea ſereno
Curriculo, Phoebique comes Cyllenius, erret.
Illius ut magno Sol limine conſtitit antri,
Adcurrit Natura potens, ſenioque ſuperbis
Canitiem inclinat radiis. tunc ſponte recluſos
Laxavit poſtes adamas. penetrale profundum
Panditur, & ſedes aevique arcana pateſcunt.
Hic habitant vario faciem diſtincta metallo

Se-

428. *Numina*] *numere* Jun. Oxon. *numine* Leid.

429. *Perpetuumque viret*] *virens* Gyrald. & *reductam* prim. Vatic. aliique non pauci. pro *lapſu* Lovan. *morſu*. HEINS.

Reducto] Vetus liber, *reductam*. DELR. *Ore volat* Vicet. & Parm.

433. *Manſura*] *manſueta* Jun. Oxon. *deprehendunt* Vicet.

434. *Numeros*] vid. Virgil. 1. Georg. 137.

436. *Fixis cum legibus*] Puto, *fixis ceu legibus*. frequens error, quo Apulejum non ſemel liberavimus. prim. Vatic. aliique non pauci diſtinguunt, *fixis cum legibus ille recenſet*. ut ſorte, *fixis tum legibus* ſit ſcribendum. HEINS. *pereunt fixis* cum ed. Vicetin.

438. *Proficiat*] *proſpiciat* Oxon.

439. *Sereno*] *ſerenum* Jun. & Oxon. a m. prim.

440. *Erret*] *errat* Oxon. *iret* Vicet. ed.

441. *Illius ut Phoebus*] undecim cum primo Vaticano:

Illius ut magno Sol limine conſtitit antri.

HEINS. *conſtitit auſtri* liber Barth. malim, *magnus Sol*, quam *magno limine*. vide ad Ovid. XIII. Met. 852. ubi eodem modo errarunt librarii. BURM.

442. *Occurrit Natura potens*] *Accurrit* meliores ſcripti. *parens* etiam prior Moreti, quod perpetuum Naturae apud poëtas epitheton. at primus Vaticanus a manu prima, *ducs* pro *duci*. ut Solem Naturae ducem appellet. HEINS. *parens* & *potens* natura ſollemni fere varietate occurrit in ſcriptis. vid. ad Ovid. X. Met. 352. ſic & diſcrepant codices apud Lucanum X. 238. *genatricem* vocat II. de Rapt. Proſ. 39. in aliis etiam *potens* & *parens* commutarunt librarii. Conſ. Olyb. 8. 11. Rapt. 367. & alibi. *Adcurrit* etiam in Lovan. & Wolf. quod praetuli. vide ad Ovid. II. Faſt. 372. & infra bell. Getic. 414. pro *ſuperbis* Jun. *ſuperbus*. BURM.

443. *Tunc ſponte*] *tum* Lovan. Leid. *cum* Oxon. Jun. *recluſus* Oxon. Leid. *revulſas* unus Heinſio inſpectus.

446. *Hic habitant*] Putem *His* legendum, ut ad *vè locis* referatur. & mox iterum, *His*, & bis *illis*. *faciem* pro *facies* bene quinque ſcripti. HEINS. *hinc habitant* Leid. *habitat* Vicet. & Parm. *glomerantur aëno* Oxon. *Hinc ferrata rigent, illinc* Vicet. Parm. Colin. *illinc argentea* Oxon. Leid. & ed. Colin. *faciem* recte, licet de plurimis agatur, ut hos multis illuſtravimus ad Suet. Claud. XXXIV. & Lucan. VII. 100. & alibi ſaepe. rarior vero locutio *regionem domûs* vocare ejus partem, vel membrum. neſcio an in hac deſcriptione ſpeluncae non aliquid ex Ovidio Lib. IV. Faſt. 496. ſumſerit, qui etiam de ea dixit,

Non homini regio, non adeunda ferae.

qui ipſam ſpeluncam vocat regionem. BURM.

Secula certa locis; illic glomerantur aëna:
Hic ferrata rigent, illic argentea candent.
Eximia regione domus, contingere terris
Difficiles, ſtabant rutili, grex aureus, anni:
Quorum praecipuum pretioſo corpore Titan
Signandum Stilichone legit. tunc imperat omnes
Pone ſequi: dictisque ſimul conpellat euntes.
En, cui diſtulimus melioris ſecla metalli,
Conſul adeſt. ite optati mortalibus anni.
Ducite virtutes: hominum floreſcite rurſus
Ingeniis hilares, Baccho frugumque feraces.
Non inter geminos anguis glaciale Triones
Sibilet, in modico nec frigore faeviat Urſa.
Non torvo fremat igne Leo, nec brachia Cancri
Urat atrox aeſtas, madidae nec prodigus urnae
Semina praerupto diſſolvat Aquarius imbre.

Phri-

450. *Difficiles. ſtabat Rutili*] *rutuli ſtabant* tres ſcripti. optime Cl. Gevartius, *Difficiles, ſtabant rutili.* ut ſit epexegeſis, & ſic Voſſius in Opere Grammatico. in uno certe Ambroſ. *Difficiles ſtabat.* ſcribendum etiam videtur, *Eximia regione domûs*, ut cohaereant haec cum ſequentibus. HEINS. *ſtabat rutili rex* Lovan.

451. *Praecipuum*] *principium* Jun. quod poſſet capi de reſtituto aureo a Stilichone ſeculo. ut aemuletur Maronem in Eclog. IV. 5. & ſeqq. & ita mox vs. 456. *rurſus*, & *iterum* 476. &c. *ſignandi* Vicet. & Parm. BURM.

452. *Imperat omnes Pone ſequi*] Rarior haec conſtructio. ita apud Virg. VII. Aeneid. 35.

Flectere iter ſocios, terraeque advertere proras

Imperat. cod. MSS. vulgo *ſocii*s. Prudent. Cathem. Hymn. V. 63.

Moyſes parto ſuos in mare praecipit
Conſtans intrepidis tendere greſſibus.

ita ex ſcriptis edidit Heinſius pro *ſuis*. BURM.

453. *Compellat*] *compellit* Vicetin.

454. *En cui diſtulimus*] *In quem diſtulimus* prim. & tert. Vatic. cum aliis quatuor. ſic IV. Conſ. Hon. 385. *ſed praelia differ In juvenem*, ubi plura ad rem diximus. HEINS.

455. *Optati mortalibus anni*] *optati per ſecula metalli* Vicet. ed. ex prioris verſus verbis repetitis.

456. *Ducite virtutes*] Antiquae editiones aliter diſtinguunt, *Ducite virtutes hominum, floreſcite rurſus Ingeniis* &c. ego malim:

Ducite virtutes, hominum floreſcite rurſus
Ingeniis hilares, Bacchi frugumque feraces.

nam haec duo vinum & fruges debent ex ſollemni quaſi formula jungi. ſic Seneca Herc. Fur. 697.

Eſtne aliqua tellus Cereris aut Bacchi ferax?

& ita Florus I. cap. 16. *Campania*, dicit, *Liberi Cereriſque certamen.* Ovid. II. Amor. XVI.

Terra ferax Cereris, multoque feracior uvae.

ubi vide. & ſupra II. in Eutrop. 270. BURM.

457. *Hilares Baccho*] *Bacchi* unus Ambroſ. non inelegantер. multus eſt in hiſce Silius Italicus, ut ad illum pluribus dicemus. HEINS.

458. *Anguis*] *angues* Wolf.

459. *Nec frigore*] *non frigore* Lovan. Oxon. *ne frigore* Parm.

460. *Non torvo*] *nec toto fremat ore* Oxón. *non toto fr. igne* Leid. *nec torvo f. igne* Jun. Oxon. Heinſius varie tentavit olim. *Non toſto fremat ore.* ut Ovid. II. Met. *toſtos en aſpice vultus.* & ita legebat Lib. II. de Rapt. 316. *toſtoque fluunt incendia vultu.* vel cum Leidenſi, *toto fremat igne* vel *torto.* ſed nihil probavit, nec in ullo conſtitit ejus judicium. *torvo* non moverem, nam Stat. IV. Silv. IV. 28. *Torva Cleonei juba ſideris.* quare ego malim, *torvo fremat ore Leo.* nam *torvus ignis* durius dictum videtur, niſi, ut centies poëtae, ſit pro *torvus Leo fremat igne.* ita *igne* & *ore* confunditur apud Ovid. VII. Met. 29. & ita apud German. Arat. 174. de Tauro,

Cornua fronte gerens, & lucidus ore minaci.

ubi alii *igne.* Ovid. II. Met. 82. *violentique ora Leonis.* mox *atrox aetas* vitioſe Vicetin. BURM.

462. *Praerupto diſſolvat Aquarius igne*] Ita & ſcripſi.

Phrixêus roſeo producat fertile cornu
Ver Aries: pingues nec grandine tundat olivas
Scorpios. autumni maturet germina Virgo.
Lenior & gravidis adlatret Sirius uvis.
Sic fatus, croceis rorantes ignibus hortos
Ingreditur, vallemque ſuam, quam flammeus ambit
Rivus, & irriguis largum jubar ingerit herbis,

Quas

ti. malim nihilominus, *prorupto imbre*, pro prorumpente. quomodo apud Maronem I. Aen. 245.

Unde per ora novem vaſto cum murmure montis
It mare proruptum.

libro VII. 458.

——— *eſſaque & artus*
Perfudit toto proruptus corpore ſudor.

ſed magis ad rem illa Valerii Flacci Lib. VI. 632. *velut biberno proruptus ab arcu Iuber agens ſcopulos.* noſter ipſe bello Gildon. 142.

Mergi prima petis, veniam proruptus Pachyne
Aequora.

ubi pari modo peccabatur apud eumdem Valer. Flacc. Lib. IV. 507. *prorupti tonuit cum forte Veſevi Heſperiae letalis apex.* apud Statium II. Theb. 626.

——— *atque illi voce repleta*
Intercepta natat prorupto in ſanguine lingua.

quomodo & illic optimae membranae. Avienus Fab. XVI.

In tua proruptus offendet robora nimbus
Matibus aura meis iudificata perit.

quomodo illic loci cenſeo caſtigandum, vulgo, *praeruptus offendit.* Lucretius Lib. VI. *prorumpitur in mare ventivis.* Marc. Aeneidos III. de Aetna, *atram prorumpit in aethera nubem.* apud Gellium Lib. XV. cap. 22. *in fugam ſe prorumpit.* ſic & *eruptus* pro *erumpens* Statio Theb. VII. 683.

Arma fluunt, longiſque crepat ſingultibus aurum,
Eruptusque ſinus vicit cruor.

ut quidem a Papinio videtur nobis relictum. nam codex pervetuſtus *Eruptoque ſinus*, vulgo, *Erumpenſque ſinus. Faucibus Aetnae erupti ignes* apud Lucretium libro primo. Apulejus de Mundo: *Tempeſtates inter ſe ſerenae bibernaeque confligunt, micant ignes, imbres rumpuntur.* quo loco non eſt audiendus Wouwerius, dum reponit, *imbres erumpunt*, etſi Elmenhorſtium nactus ſuffragatorem. Idem Apulejus ibidem: *Audivimus etiam abruptis imbribus prolutas eſſe totas regiones.* ubi ſcribe, *ab ruptis imbribus.* HEINS. vide ad Sil. III. 51. & noſtrae ad Valerii Flacci locum laudatum.

463. *Producat*] *praeducat* Jun.

465. *Scorpius*] Libri multi mendoſe, *Scorpion* pro *Scorpios*, ut ſaepe veterrimi codices peccant. pro *germina* Aldus & cum primo Vaticano plurimi ſcripti, *gemina.* vere. pro pomis. quod & Barthio curis ſecundis videbatur. Alcimus Avitus Lib. III. 46.

——— *ſed poſtquam foedere rupto*
Interdicta tuus perſtrinxit germina guſtus.

HEINS. *Scorpios* etiam apud Ovid. II. Met. 196. ubi vide. & ita ſaepe alibi. *germina* & *gramina* ubique fere confuſa. BURM.

467. *Ignibus hortos*] *Finibus* Iſingrin. & ſeptemdecim noſtri. ſupra hoc ipſo libro 206.

Inque ſuos fines tandem redeunte colono
Illyricis iterum ditabitur aula tributis.

Lib. I. in Ruſin. 192.

——— *laribus pellit, detrudit avitis*
Finibus, aut aufert vivis, aut occupat heres.

unus, *crinibus.* prior Leid. Pamel. & Lovan. *floribus.* Forte, *croceis balantes floribus hortos.* vide quae notamus ad Naſonem libro VIII. Met. 675. Virgiliana eſt aemulatio, apud quem

Invitent croceis halantes floribus horti.

alantes ſcriptum fuerat. priores literae *rũ rorantes* ex praecedente voce perperam geminatae ſunt. Statius *ſpirare* dixit III. Silv. III. 211.

Semper odoratis ſpirabunt floribus aras.

pro *flagrantibus* mox *fragrantibus* lego cum duobus Vaticanis, quod optimus ille quoque pro diverſa lectione agnoſcebat. Oiſelianus, *flaglantibus.* ſic peccatur & apud Silium XV. 117.

Nec donum deforme viro fragrantis amomi.

apud Valer. Flaccum de Harpyis Lib. IV. 455. *foedataque turbant Pocula: fragrat odor.* ubi non opus ex Carrionis codice reponi *faevit odor. fragrare* enim pro foetere. ſic *olere* nunc in bonam, nunc in malam partem ſumitur. mox Val. Flac. eodem libro 493.

Fragrat acerbus odor, patriique expirat Averni
Halitus.

ſic & *fragrare beſterno vino* apud Martialem. HEINS. *ignibus* mutandum non eſt. vide ad Ovid. V. Faſt. 363. pro *rorantes* malim *rutilantes.* ut apud eumdem III. Faſt. 403.

Cum croceis rutilare genis Tithonia conjux
Coeperit.

ita MSS. vulgo *rorare.* BURM.

469. *Irriguis*] *exiguis* Leid. a m. prim.

471.

Quas Solis paſcuntur equi. fragrantibus inde
Caeſariem ſertis, & lutea lora jubasque
Subligat alipedum. gelidas hinc Lucifer ornat,
Hinc Aurora comas. juxtaque adridet habenis
Aureus, & nomen praetendit Conſulis, annus:
Inque novos iterum revoluto cardine curſus
Scribunt aetheriis Stilichonem ſidera faſtis.

471. *Lutea*] *lactea* Lovan. Wolf. Oxon. duo, Leid. duo, Voſſ. & edd. Vicet. Parm. Ald. pro *lora*, *colla* jun. & Oxon. ſed *lactea colla* puellis, & alia in re etiam animalibus dantur paſſim a poëtis, ut Bentlejus ad Horat. 1. Od. 13. oſtendit. ſed hic omnia ignea debent adparere. & ita *luteam Auroram* paſſim poëtae dicunt. *gelidas* mox *comas* vocat, non a rore, ſed quia mari emergere fingitur Sol. *egelidas* hic volebat Barthius ed. prim. BURM.

473. *Adridet habenis*] prim. Vatican. & duodecim alii, *alludit*. tres, *illudit*. *arridet habenas* ſec. Vatic. HEINS.

CL. CLAUDIANI

IN LIBRUM

DE SECUNDO CONSULATU

FL. STILICHONIS, V. C.

PRAEFATIO.

MAjor Scipiades, Italis qui ſolus ab oris
In proprium vertit Punica bella caput.
Non ſine Pieriis exercuit artibus arma.
Semper erat vatum maxima cura duci.
Gaudet enim virtus teſtes ſibi jungere Muſas.
Carmen amat, quisquis carmine digna gerit.
Ergo ſeu patriis primaevus manibus ultor
Subderet Hiſpanum legibus Oceanum,
Seu Tyrias certa fracturus cuſpide vires
Inferret Libyco ſigna tremenda mari;
Haerebat doctus lateri, caſtrisque ſolebat
Omnibus in medias Enniùs ire tubas.
Illi poſt lituos pedites favere canenti,
Laudavitque nova caede cruentus eques.
Quumque triumpharet gemina Carthagine victa,
(Hanc vindex patris vicerat, hanc patriae)

Quum

Hic ſane primus, ut antea dicere non ſum veritus, Conſulatus Stilichonis, quem honeſte deprecabatur, quamvis Roma inſtaret ejus videndi cupida poſt fuſum Gildonem; libenter ſane in locum Eutropii ipſum ſuffectura fuit, ſed finem anni conſultius expectavit Stilicho. CLAVER.

1. *Italis qui ſolus ab oris*] *qui ductus* Iſingr. forte, *ductor*. HEINS.

2. *Proprium*] Non ſuum, ſed Carthaginem, quae caput & auctor belli fuerat. Non intellexit interpres Pariſinus, qui *in ſeſe converſi* explicat. BURM.

5. *Sibi jungere*] *ſubjungere* pro varia lectione Oxon. unus & Leid. duo, Lovan. & Wolf. tres etiam Pulm. & ed. Vicetin. deinde, *carmine digna facit* Oxon.

7. *Patriis*] *patris* Ald.

9. *Certa*] *contra* Vicetin.

11. *Caſtrisque*] *caſtusque* Jun. Oxon. Barthius & Pyrrho ex Barthio *caſtris* interpretantur bellis, expeditionibus omnibus, ſed eſt ellipſis τῶ ex. ſic 11. Eutrop. 188. *Principe venire*, pro a principe. forte & legendum, *caſtrisque ſolebat Comminus*, vel *Horridus*. BURM.

13. *Illi*] *Illic* Oxon. *Laudabatque* Jun. Oxon. duo, Wolf. Leid. Lovan. Barthii Cod. & edd. Vicet. Parm. Junt. Ald.

15. *Gemina Carthagine*] Fuit enim Carthago in Africa, & nova Carthago in Hiſpania, utraque Scipionis virtute debellata. *Victor* vetus codex, non *victa*. CLAVER. Claverii codex & Thuan. *victor*. HEINS.

16. *Hanc vindex patris*] *patri* prim. Vatic. & un-

Quum longi Libyam tandem poſt funera belli
Ante ſuas maeſtam cogeret ire rotas;
Advexit reduces ſecum Victoria Muſas,
Et ſertum vati Martia laurus erat.
Noſter Scipiades Stilichon, quo concidit alter
Hannibal, antiquo ſaevior Hannibale,
Te mihi poſt quintos annorum, Roma, recurſus
Reddidit, & votis juſſit adeſſe ſuis.

decim alii. HEINS. Sed *vincere patri*, jam mortuo non poteſt dici. ſed *vindex patris*, ut Oreſtes Ovidio I. Amor. VII. 9. niſi *vindex patri* ſumatur, ut VI. 7. *manibus ulter*. BURM.

17. *Quum longi* &c.] *Et longi Libyam tendit* Jun. vide Lib. II. 416.

19. *Advexit*] Vetus liber, *adduxit*. DELR.

21. *Noſter*] *Noſtri* Jun.

Quo concidit alter] *Qui* Pricaeanus. lege, *cui concidit*. HEINS. Sed *quo* eſt pro a quo. ut bell. Get. 75. *Occubuit Phoebo*. & IV. Conſ. Honor. 89.

Non hoſtes victore cadunt, ſed judice ſontes.

I. in Eutrop. 218.

Et Phoebo Auguſto jacuit, vel Creta Metello. vide ad Lucan. II. 554. & Val. Flacc. VI. 286. BURM.

23. *Te mihi poſt quintos*] In ſecundo igitur Conſulatu ſcripta fuit haec Panegyris, nam prior quinque annis praeceſſit. DELR. Ex hic colligitur, Claudianum a Conſulatu Olybrii & Probini, ſeu mavis a morte Theodoſii, qui obiit Mediolani, ibidem conſediſſe, ac recitaſſe Panegyres in tertium & quartum Honorii Conſulatum, & poſtremo Theodori Paneg. Ne quis vero fallatur, ſecundus Stilichonis Conſulatus, qui cum Anthemio, fuit quadriennio poſt hunc, qui quidem ſecutus eſt Honorii VI. Conſ. anno 405. CLAVER. *quinos* Raphelengio placet. HEINS.

CL. CLAUDIANI

DE SECUNDO CONSULATU

FL. STILICHONIS, V. C.

LIBER.

QUem populi plauſu, procerum quem voce petebas,
Adſpice, Roma, virum. jam tempora deſine longae
Dinumerare viae, viſoque adſurgere ſemper
Pulvere: non dubiis ultra torquebere votis.
Totus adeſt oculis, aderat qui mentibus olim,
Spe major, fama melior. venerare curulem,
Quae tibi reſtituit faſces. conplectere dextram,
Sub juga quae Poenos iterum Romana redegit.
Excipe magnanimum pectus, quo frena reguntur
Imperii, cujus libratur ſenſibus orbis.
Os ſacrum, quod in aere colis, miraris in auro,
Cerne libens. hic eſt pro te bellator ubique,
Defenſor Libyae, Rheni pacator & Hiſtri.

Oſten-

1. *Quem populi*] Senatus populusque Romanus in votis habuit adventum Stilichonis Conſulis renuntiari. At Rutilius poſtea de hoc viro inluſtri & de Nerone:

Hic immortalem, mortalem perculit ille,
Hic mundi matrem, perculit ille ſuam.

CLAVER. *populi clauſis* Jun.

3. *Dinumerare viae*] Vetus liber, *moras*. DELR. *moras* duo veteres. HEINS. *vias* & *meras* variant apud Ovid. Remed. Amor. 214.

4. *Torquebere*] *procedere* Jun.

5. *qui mentibus*] forte *ceu*. HEINS.

7. *Reſtituit*] *conſtituit* Lovan.

8. *Redegit*] *ſubegit* Lovan. Jun. *reduxit* Leid. *ſubegit* vel *coegit* Oxon.

9. *Excipe*] *Accipe* Lovan.

11. *In aere*] *in ere* Jun. *mirare fine auro* Jun. Voſſ. Wolf. Vicetin. *mirare ſn̄ auro* Lovan. *mirare ſub auro* Leid. quod eſſet *auratum*. vid. ad Ovid. II. Amor. XV. 25. ſed nihil hic muto. & *ſub* & *in* ſaepe commutari vidimus ad Ovid. I. Met. 689. BURM.

12. *felix bellator ubique*] Membranae quaedam, *pugnator*. DELR. *pro te bellator* plerique veteres, quod ex Cujacianis libris probat Barthius. neque aliter Aldus, Gyrald. Iſingr. Lucens. ex melioribus. at primus Vaticanus, *felix*. forte, *pro te qui bellat ubique*. HEINS. vide ad Ovid. Ep. XIII. 69. & voce *bellare* ſaepe utitur Velleius & alii. vid. infr. vs. 85. *pro te* etiam Wolf. Vicet. & Parm. forte aemulatur Lucanum X. 488. *Sed adeſt defenſor ubique Caeſar*, & Lib. I. 207. *Caeſar ubique tuus miles*. BURM.

13. *Pacator*] MS. & impreſſi, *calcator*. DELR. *calcator* Iſingr. aliique multi. ut VI. Conſ. Honor. 648.

Colla catenati proculcat Honorius Iſtri.

nihil tamen muto. ſupra Lib. II. 246.

Uſque adeone levis pacati gloria Rheni?

Epith. Celerinae 91. *quanto pacatur militis Rhenili*. HEINS. ſic Silio XVI. 246. Scipio *terrae pacator Hiberae* dictus. VIX tamen puto *calcator*, quod & Wolf. Vicetin. Parm. & Colin. habent, a manu

Oſtentare ſuos priſco ſi more labores,
Et gentes cuperet vulgo monſtrare ſubactas;
Certaſſent utroque pares a cardine laurus.
Haec Alamannorum ſpoliis, Auſtralibus illa
Ditior exuviis. illinc flavente Sycambri
Caeſarie, nigris hinc Mauri crinibus irent:
Ipſe albis veheretur equis: currumque ſecutus
Laurigerum, feſto fremuiſſet carmine, miles.
Hi famulos traherent Reges: hi facta metallo
Oppida, vel montes captivaque flumina ferrent.
Hinc Libyci fractis lugerent cornibus amnes:
Inde catenato gemeret Germania Rheno.
Sed non inmodicus proprii jactator honoris
Conſul, Roma, tuus. non illum praemia tantum,
Quam labor ipſe juvat. ſtrepitus faſtidit inanes,
Inque animis hominum pompa meliore triumphat.
Non alium certe Romanae clarius arces
Suſcepere ducem, nec quum cedente rediret
Fabricius Pyrrho, nec quum Capitolia curru
Pellaeae domitor Paullus conſcenderet aulae.
Nec ſimilis Latias patefecit gloria portas,
Poſt Numidas Mario, poſt claſſica Martis Eöi
Pompejo. nulli pars aemula defuit umquam,
Quae gravis obſtreperet laudes, ſtimulisque malignis

Fa-

variantis ſcribae eſſe. ſed *pacator* ex gloſſa videtur ortus. in Lovan. erat, *damnator*, vel *calcator*. ubi *domator* voluit gloſſator, metri ignarus, vel *dominator*. BURM.

15. *Cuperet*] *cuperes* Jun.

16. *Certarent*] *certaſſent* primus Vaticanus & decem alii. rectius. HEINS.

17. *Alamannorum*] *Alemannorum* Vicet. Parm. Ald. & alii.

18. *Flavente*] *flammante* Jun. eadem differentia bell. Getic. 327. & apud Ovid. XIII. Met. 848. vide ibid. ad vs. 421. & *flavente* poteſt rarioris verbi expoſitio interpretis eſſe, qui *flavum* caeſariem Sycambrorum legerat IV. Conſ. Hon. 445. & ipſos Sycambros *flavos* Bell. Get. 419. *illic* etiam Leid. BURM.

21. *Fremuiſſet*] *tremuiſſet* Oxon.

22. *Facta metallis*] Rectius quidam, *metallo*. *facta* etiam malim, ut Conſ. Olybr. 99. *Fingunt aera lupum*. vide quae curis ſecundis ad Naſonem notamus Pont. IV. El. 1. 32. HEINS.

24. *Lugerent*] *lucerent* Leid. duo & Wolf.

26. *Inmodicus*] *immodici* Jun.

31. *Nec cum cedente rediret Fabricius Pyrrho*] Haec margini adſcripta erant in Lovanienſi.

35. *Poſt Numidas*] Nihil immutavi, licet in meo MS. invenerim, *poſt victos Numidas Marius*, *poſt claſſica Martis Pompejo*, nam vocem *victos* ex gloſſa irrepſiſſe, & germanam *Eoi* ſua ſede arbitror expulſiſſe. idem inferius, *Fuppiter altum*. DELR.

37. *Quae gravis obſtreperet laudi*] *laudes* ſec. Vatic. optimus Moreti, optimus Leid. & decem alii cum Aldina editione. duo veteres, *laudis*. adeantur quae notamus ad Naſonem Met. XI. 18. ſic & *adſtrepere* cum caſu quarto nonnumquam jungitur. HEINS. *laudis* Vicet. & Parm. ſed ultima litera ex ſequenti voce iterata *laudi* ſatis placet. nam & Senec. Herc. Fur. 1031. *Removo parentem ne tuae laudi obſtrepat*. Flor. II. 19. *ac ſcelera virtutibus obſtrepant*. IV. 2. *Cato detrectare Pompejum, actisque ejus obſtrepere*. neque ullum hic ambiguitatis periculum, cum

fatis

Facta ſequebatur, quamvis ingentia, Livor.
Solus hic invidiae fines virtute reliquit,
Humanumque modum. quis enim liveſcere poſſit,
Quod numquam pereant ſtellae? quod Jupiter altum
Poſſideat coelum? quod noverit omnia Phoebus?
Eſt aliquod meriti ſpatium, quod nulla furentis
Invidiae menſura capit. ductoribus illis
Praeterea diviſus erat favor. aequior ille
Patribus, inviſus plebi: popularibus illi
Munito ſtudiis languebat gratia Patrum.
Omnis in hoc uno variis diſcordia ceſſit
Ordinibus. laetatur Eques, plauditque Senator,
Votaque patricio certant plebeja favori.
O felix, ſervata vocat quem Roma parentem!
O mundi communis amor, cui militat omnis
Gallia, quem Regum thalamis Hiſpania nectit!
Cujus & adventum crebris petiere Quirites
Vocibus, & genero meruit praeſtante Senatus!
Non ſic virginibus flores, non frugibus imbres,

Proſ-

ſatis adpareat, & per intervallum duarum vocum, & ex ſenſu neceſſario *nulli* ad *defuit* referri. poſt enim nominatim enumeratos, nunc generatim ſubjicit, *nulli defuit aemula pars* &c. ſed ſolus Stilichon evaſit invidiam. forte differentia poſſet ſtatui in utraque conſtructione, ut apud Ovidium *obſtrepere ſonum* recte dicatur, ſed *citharae* ſumatur dativo caſu. contra *obſtrepere laudi, actis* alicujus, ſit per ellipſin ſtrepitus illius, quem obſtrependo edimus, ut ita inhaereat accuſativus ille ipſi verbo. ſed videant Grammatici. BURM.

Stimulisque] *ſtimulusque* ed. Vicetin. ut ſit epexegeſis, *Livor ſtimulus malignis*, id eſt, qui eſt, & eſſe ſolet ſtimulus malignis ad obtrectandum. BURM.

39. *Reliquit*] *relinquit* Leid. *humanumque genus* Jun. *poſſet* Jun. Leid.

41. *Pereant*] *pereunt* Jun. Leid. Oxon. & mox, *noverat* Leid. *moveris* Jun.

Quod Jupiter olim] *altum* octo libri cum primo & tertio Vaticanis. bene. HEINS. *unum* manus docta in ora Vicetinae editionis.

43. *Eſt aliquod meriti ſpatium*] *meritis* malo. HEINS. *aliquid* Leid.

45. *Praeterea diverſus erat favor*] *diviſus* prima editio & Puteaneus codex. recte. vide notas Lib. II. in Rufin. 25. atque ita Barthius curis ſecundis. HEINS. *diviſus* Vicetin.

46. *Plebi*] *plebis* Leid.

47. *Gratia*] *gloria* Leid.

49. *Senator*] *ſenatus* Leid.

50. *Favori*] *favore* Jun. Oxon. Leid. & Wolf.

51. *Parentem*] Symmachus eumdem Stilichonem *publicum parentem* nuncupat, neque renuit Ambroſius. CLAVER. *potentem* Oxon. vid. Lib. II. 442. & infr. vs. 136. *quem Roma vocat ſervata* Jun. Oxon. ad Ciceronem & Juvenalis Sat. VIII. 243. verſus reſpexit Claudianus. BURM.

52. *mundi communis amor, cui*] *mundi totius* Oxon. m. s. *quo militat* Vicet. pro *quoi*. ut illa editio ſolet. BURM.

54. *Adventum*] *admeritum* Jun.

55. *Meruit genero praeſtante*] Vetus liber vel ſic, vel *genero meruit patiente*. DELR. Non male, erat enim Ravennae Honorius, & aegre Stilichonem dimittebat. HEINS.

56. *Virginibus flores*] Licet delectentur floribus virgines, &, ut Proſerpina, magnum in illis legendis ſtudium ponant, non tamen ut ſummum votum puto hoc recte illis adſcribi inter fruges & nautas, quaſi ſine illis actum de ſe eſſet. forte ſcripſerit, *Non ſic arboribus flores*, ut agricolas innuat, qui primo optant, ut floreant arbores, deinde ut imbre recreentur ſata: nautae vero in tempeſtate ventos proſperos optant. de *floribus* arborum & ſatorum vid. Ovid. v. Faſt. 263. & 321. & IX. Met. 380. ſed relinquo haec meliori judicio. nam aliquid latere ſuſpicor. adventum Auguſti Conſulis

Proſpera non laſſis optantur flamina nautis,
Ut tuus adſpectus populo. quae numine tanto
Litora fatidicas adtollunt Delia lauros,
Venturi quoties adfulget Apollinis arcus?
Quae ſic aurifero Pactoli fonte tumeſcit
Lydia, quum domitis adparuit Evius Indis?
Nonne vides, & plebe vias, & tecta latere
Matribus? ut, Stilichon, cunctis inopina reluxit
Te victore ſalus! ſeptem circumſpice montes,
Qui Solis radios auri fulgore laceſſunt,
Indutosque arcus ſpoliis, aequataque templa
Nubibus, & quidquid tanti ſtruxere triumphi.
Quantum profueris, quantam ſervaveris urbem,
Adtonitis metire oculis. haec fabula certe
Cuncta forent, ſi Poenus adhuc incumberet Auſtro.
Mos erat in veterum caſtris, ut tempora quercu
Velaret, validis fuſo qui viribus hoſte
Caſurum potuit morti ſubducere civem.
At tibi quae poterit pro tantis civica reddi
Moenibus? aut quantae penſabunt facta coronae?
Nec ſolam populi vitam debere fatetur

Ar-

deſideratum civibus ita multis verſibus cum colonis in Africa, qui pluviam ex coelo ſperant, comparat Corippus Lib. IV. vs. 235. BURM.

57. *Feſſis*] Vicet. *laſſis*. quod cum habeant veteres libri, cur fuerit rejectum, non equidem video. Lucillius: *leonem aegrotum ac laſſum*. DELR. *lapſis* Jun. Oxon. *laſſis* Wolf. & ed. Vicet. *flumina* Leid. Lovan.

58. *Numine tanto*] *canto* ſchedae Gudianae. HEINS. *minere* Vicetin.

59. *Lauros*] *laurus* Gyrald. aliique nonnulli. HEINS. *voces* Leid. a m. s. Heinſius conjecerat, *ſortes*.

60. *Adfulget*] *adfulſit* Voſſ. duo, Lovan. edd. Vicet. Ald. & aliae.

61. *Quae ſic*] *Non ſic* Voſſ. deinde *Euchius* Voſſ. duo Leid. Lovan. & editi olim.

63. *Plebe vias*] *Febe vias* Lovan.

64. *Matribus? bis Stilichon*] *ut Stilicho* Lucenſ. & duodecim alii. optime. admirantis eſt. adi notas ſuperiori libro v. 327. In quibusdam *hic*, quod Barthius amplexus eſt, HEINS. *a Stilico* Camers. *hic Stilicho* Parm. pro *reluxit*, *refulſit* Lovan.

65. *Circumſpice*] *circum inſpice* Leid. & Gevartii codex. *circum aſpice* Lovan. ita apud Juſtin. XIV. 2. *omnia igitur circum inſpicient* eſt in MSS. vid. ad Ovid. I. Triſt. 5. 47. BURM.

66. *Fulgore*] *fulgente* Leid. *laceſſant* Lovan.

67. *Indutosque arcus ſpoliis*] *Inductosque* fruſtra quidam. I. in Rufin. 339. *veſtita ſpoliis donabere quercu*. HEINS. vide I. Stilich. 87. & II. in Eutrop. 182.

68. *Struxere*] *traxere* Voſſ. *fluxere* Jun.

69. *Quantum profueris*] *Quam tum unus* Ambroſ. Lego, *Quantae*. infra 130.

Proxime Dis Conſul, tantae qui proſpicis urbi. HEINS. *Quantum ſervaveris urbem* Jun. Oxon. *quantum s. urbem* alter Oxon. Leid. & Iſingr. edit. & Gryph. Heinſius olim volebat, *quam tu s. urbem*.

70. *Metire*] *metiere* Vicetin. Parm.

71. *Poenus*] *Rhenus* Leid. Voſſ. edd. Parm. Iſingr. Pulm. Gryph. *Phenus* Wolf.

73. *Validis*] *validum* Wolf.

76. *Moenibus*] *civibus* Jun. Oxon. *fata coronat* Jun. Oxon.

77. *Non ſolum*] Lege ex veteri libro, *Nec ſolam*. Vicetin. certe, *Non ſolam*. DELR. Meliores ſcripti *Nec ſolam*. vulgo, *Non ſolum*. HEINS. vid. ſupr. Lib. I. 268.

78.

Digitized by Google

Armis Roma tuis: ſed, quo jucundior eſſet
Lucis honoratae fructus, venerabile famae
Pondus, & amiſſas vires, & regna recepit.
Jam non praetumidi ſupplex Orientis ademtam
Legatis poſcit Libyam, famulosve precatur,
Dictu turpe, ſuos: ſed robore freta Gabino
Te duce Romana tandem ſe vindicat ira.
Ipſa jubet ſignis, bellaturoque togatus
Imperat: & ſpectant aquilae decreta Senatûs.
Ipſa tibi trabeas ultro dedit: ipſa curulem
Obtulit ultori, faſtosque ornare coëgit.
Nil perdit decoris priſci, nec libera quaerit
Secula, quum donet faſces, quum praelia mandet;
Seque etiam creviſſe videt. quis Gallica rura,
Quis meminit Latio Senonum ſerviſſe ligones?
Aut quibus exemplis fecunda Thybris ab Arcto
Vexit Lingonico ſudatas vomere meſſes?
Illa ſeges non auxilium modo praebuit Urbi,

Sed

78. *Sed quo jucundior eſſet*] Sic ſcripſi potiores, quomodo & alii jam legendum viderunt, atque in his Zinzerlingus. vulgo, *quod*. unde, *quod jucundius*, & mox, *fructu*, pro *fructus*, male Raphel. nec neceſſarium, quod Barthius curis ſecundis *ut amiſſas vires*, pro *& reponit*. HEINS. *ſed adhuc jucundior* Voſſ. a m. s. *admiſſas* duo Leid.

81. *Praetumidi*] *praetumidis* Oxon. *adeptam* Leid. *princeps Orientis* Wolf.

83. *Robore freta*] Ea vox unius MS. marginem occupavit. e contextu tamen *fulta* expellere nequivit. DELR.

85. *Bellaturoque*] *bellatorique* unus Medic. paulo ante *robore fulta* ſchedae Gudianae. HEINS. Ita *bellator* vs. 12. *fulta* etiam Oxon.

86. *& ſpectant*] Vetus liber, *exſpectant*, pro *faſtos ornare* vetus liber & Vicetin. *faſces*. idem ſenſus eſt. pro *regendis* MS. *gerendis*. DELR. *exſpectant* pro *& ſpectant* libri omnes. HEINS. Parum quidem referre arbitror, an *exſpectent*, an *& ſpectant* legas, quia ſemper fere diſcrepant in his verbis codices. ſed hic *ſpectare* cum Barthio praeferrem. ita enim & edd. Vicetin. Parm. Iſingr. & aliae, & multo efficacius putem, ut quaſi intentae ad nutum Senatus ſemper ſtent, & ſpectent ejus imperium. ſic Ovid. 1. Amor. IV. 17. *Me ſpecta, naturque meos*, ita Gratius Cyneg. 330. *hunc ſpectet ſilvas domiturus juventus*. & hic locus ex illis eſt, ubi utrumvis verbum notione ſua poſſet defendi. ſed tamen falſum eſſe, *ſpectare* pro exſpectare, & viciſſim dixiſſe veteres, ut plurimi, vitioſa horum verborum permutatione inducti, adfirmant, probavit olim Cl. Gronovius ad Senec. Herc. Fur. 156. vide & Muncker. ad Hygin. Aſtron. 1. 6. adde & infra 1. de Rapt. ult. & ad Virgil. VIII. Aeneid. 503. BURM.

88. *Obtulit haec ultro faſtos*] Tres, *ultori faſtos*. unus *ultori faſces*. alii multi, *haec ultro faſces*. quod ferri non poteſt, quia *faſces* mox ſequuntur. ſeptem cum primo Vaticano, *Obtulit, ultori faſtosque*. ſupra Lib. II. 391.

Ultorem videant ſervatoremque Quirites.

praef. in Rufin. II. 6.

Floribus ultorem, Delie, cinge tuum.

poſſes etiam,

——— *ipſa curules*
Obtulit, atque ultro faſtos ornare coëgit.

HEINS. *faſces* Wolf. edd. priores Vicet. & Parm. eadem varietas Lib. I. in Eutrop. 489. & ſaepe alibi.

91. *Seque*] *ſeſe* vel *nunc*, vel *ſaepe etiam* Oxon. *Cumque etiam* Vicet. *nunc* Pulm. Wolf. Leid. duo.

Quis Gallica rura] *rutra* legebam aliquando, quia *ligones* ſequuntur. de ea voce diximus ad Naſonis Lib. IV. Faſt. 843. nunc vulgatam amplector. HEINS. *Gallica jura* Oxon.

93. *Aut quibus*] deerat hic verſus Vicetin. & Parm.

94. *Lingonico*] *Liganico* Jun. *Ligonico* Oxon. & Leid.

95. *Auxilium non illa ſeges*] *Illa ſeges non auxilium* omnes. HEINS. ita & Vicet. Parm. & Ald.

97.

Sed fuit indicio, quantum tibi, Roma, liceret.
Admonuit Dominae gentes, inſtarque tropaei
Retulit ignotum gelidis vectigal ab oris.
Hoc quoque majeſtas augeſcit plena Quirini,
Rectores Libyae populo quod judice pallent;
Et poſt emeritas moderator quisque ſecures
Diſcrimen letale ſubit: quid Poenus arator
Intulerit, madidus quantum transmiſerit Auſter.
Ardua qui late terris reſponſa dedere,
Hinc trepidant humiles: tremuit quos Africa nuper;
Cernunt Roſtra reos. cani virtutibus aevi
Materiem pandit Stilichon, populumque, vetuſti
Culminis inmemorem, dominandi rurſus in uſum
Excitat, ut magnos calcet metuendus honores,
Pendat juſtitia crimen, pietate remittat
Errorem, purosque probet, damnetque nocentes,
Et patrias iterum clemens exerceat artes.
Fallitur, egregio quisquis ſub Principe credit
Servitium, numquam libertas gratior exſtat,
Quam ſub Rege pio. quos praeficit ipſe regendis
Rebus, ad arbitrium plebis Patrumque reducit:
Conceditque libens, meritis ſeu praemia poſcant,
Seu punire velint. poſito jam purpura faſtu
De ſe judicium non indignatur haberi.
Sic docuit regnare ſocer: ſic cauta juventae

Fre-

97. *Admonuit*] In veteri codice reperi *Ammonis domitas gentes*, quod ſatis probabile, ſed minus verum. Tacitus enim (de Mor. Germ. XXXVII.) *Ne Parthi quidem ſaepius admonuere, quippe regno Arſacis acrior eſt Germanorum libertas.* ut enim *objurgare*, ſic & *admonere* verbum eſt efficax & elegantiae reconditae. *Domina* autem hic eſt Roma. *gentes* vero Germani hactenus invicti. CLAVER. vide de verbo *admonere* ad Ovid. Epiſt. XV. 103.

99. *Hoc quoque*] *Haec quoque* Oxon. edd. Vicet. Parm. & marg. Iſingr.

100. *Rectores Libyae*] Sic Gyrald. vulgatum *Libyci* gloſſa eſt alterius. HEINS. ſed *Libyci*, ut in Wolf. eſt, ut *Illyricum* II. in Eutrop. 215. ubi vide Heinſ. *quo judice* jun. alter.

102. *Quod Poenus arator Intulerit*] *Quid* lege ex pr. Vatic. Lucenſi, aliisque nonnullis. HEINS. *quod plenus* Leid. a m. pr. eadem diverſitas Lib. I. 258. *quam* Ald.

105. *Hinc trepidant*] primus Vatic. & alii multi, *Hic*. quidam, *Hi*. pro *tremuit* princeps Vaticanus, aliique non pauci, *tinuit*. poſſet & legi, *Nunc trepidant*, quod pro diverſa lectione in Oiſeliano erat notatum. HEINS. *Hinc* Ald. & aliae.

109. *Excitat*] *Excutit* Jun.

110. *Pendat*] *Perdat* Oxon. *Pellat* Leid. a m. s. *remittit* Jun. mox, *paſcantque nocentes* Leid. a m. pr.

112. *Et patrias*] deerat hic verſus in Oxonienſi priore.

113. *Sub Principe*] *ſub judice* Voſſ.

114. *Numquam*] Malim, *nusquam*. BURM.

115. *Regendis*] MS. *gerendis*. DELR.

116. *Ad arbitrium*] *Et arbitrium* Voſſ. a m. pr. Jun.

117. *Conceditque*] *concedisque* Jun.

120. *Sic docuit*] *docuit* vitioſe Gryph. *Sic regnare ſocer docuit* Lovan. qui & *apta* habet.

Sic caſta juventae Frena dedit] Patav. *faſſa juventae.*

Digitized by Google

Frena dedit: teneros his moribus induit annos,
Verior Auguſti genitor, fiducia belli,
Pacis conſilium; per quem ſqualore remoto
Priſtina Romuleis infloruit arcibus aetas:
Per quam fracta diu tranſlataque paene poteſtas,
Non oblita ſui, ſervilibus exſulat arvis;
In proprium ſed ducta Larem, victricia reddit
Fata ſolo, fruiturque iterum, quibus haeſerat olim,
Auſpiciis, capitique errantia membra reponit.
Proxime Dîs Conſul, tantae qui proſpicis Urbi,
Qua nihil in terris conplectitur altius aether:
Cujus nec ſpatium viſus, nec corda decorem,
Nec laudem vox ulla capit: quae luce metalli
Aemula vicinis faſtigia conſerit aſtris:
Quae ſeptem ſcopulis zonas imitatur Olympi,
Armorum legumque parens: quae fundit in omnes

Im-

tae, corrupte. unus Petav. & alter Leid. *ficcata*. Reglus *fic tanta*, pro *fic cauta*, quomodo Lucenſ. & Oxon. unus Med. *fic ſacra*. prim. ed. & tres ſcripti, *fic apta*. prior Leid. *arta*, quod etiam impenſe placet. alludit eo & opt. Moreti, in quo, *fic acta*. poſſent & *parca frena* reſtitui. apud Lucan. Lib. VII. 143. manu exarati codices, *frenorumque artat habenas*. de vocabulo *cauta* dictum Lib. II. de Rapt. II. HEINS.

121. *His moribus induit annos*] Vetus liber figurate, *induit*. DELR. *induit* potior ſcriptorum pars. vere. Plinius Lib. XXVIII. cap. 8. *mores pudicos & ſeveros induere* dixit. HEINS. vide quae diximus ad Petron. cap. IV. & infra ad VI. Conſ. Hon. 67. BURM.

124. *infloruit arcibus aetas*] *arcibus* legendum cum libris decem. ſupra v. 30.

Non alium certe Romana clarius arces
Suſcepere ducem.

Virgil. II. Georg. 172.

Inbellem avertis Romanis arcibus Indum.

VI. Conſ. Honor. 617.

Intonat Auguſtum ſeptemis arcibus Echo.

de Roma, quae illic vera eſt ſcriptura. HEINS. conjecerat & *en floruit*, vel *jam floruit* vir illuſtris, & certe *inflorere* vel *inflorescere* caret auctoritate. an *effloruit*, vel *refloruit*? ut ita Conſ. Mall. 261. *fecunda reflorent aetas* in MSS eſt. *floreſcite rurſus*. Lib. II. in Stilich. 456. BURM.

125. *Perquam*] ignorabat hunc verſum Jun. *per quem* Parm.

126. *Arvis*] *armis* ed. Vicetin. *nunc oblita* etiam Oxon.

127. *In proprium ſedulla larem*] *ſed ducta* Lucenſ. bene. quomodo & Barthius curis ſecundis conjecit. HEINS. *deducta* Jun.

129. *reponit*] *reliquit* codex Barthii.

130. *Qui tantae*] *tantae qui* Oxon. & edd. Vicet. Parm. Ald. & aliae olim.

131. *Aether*] *aër* Jun. Oxon.

134. *Conſeris*] *conſulit* Lovan. a m. prim.

135. *Zonas*] Fuit enim Romae Septizonium: index forte ſeptem Planetarum. moles ſcilicet quadrata, quae ſeptem cingulis, id eſt columnarum ordinibus ambitur. CLAVER.

136. *Armorum legumque parens*] quartus Vaticanus pro diverſa lectione, *potens*, quo alludit & Rottendorphianus, qui *potens*. IV. Conſ. Honor. 5.

Cernis ut armorum proceres, legumque potentes
Patricias ſumunt habitus.

II. de Rapt. Proſerp. 141. *quin ipſa tuburum Armorumque potens*, de Minerva. & de Plutone I. de Rapt. 56. *umbrarum potens*. & II. de Rapt. 367 *Nocte potens Furor* de Proſerpina. Praefat. tertii Conſul. Honor. v. 13. *volucrum potens aquila*. ſix *legum potens* Pompejus Lucano, ubi *regum* male legitur, Lib. VIII. 553.

Non domitor mundi, nec ter Capitolia curru
Invectus, legumque potens, vinclexque Senatus.

Divae numerum potentes noſtro infra v. 255. *numerum potentes Sylvani & Nymphae* apud eumdem Lucanum Lib. III. 402. *pelagi potens Rhodes* Lib. V. 50. *potens veri Paean* ibid. v. 199. *animal potens labi* Lib. VI. 485. HEINS. vide ad Ovid. III. Amor. II.

Imperium, primique dedit cunabula juris.
Haec eſt, exiguis quae finibus orta tetendit
In geminos axes, parvaque a ſede profectas
Diſperſit cum Sole manus. haec obvia fatis,
Innumeras uno gereret quum tempore pugnas,
Hiſpanas caperet, Siculas obſideret urbes,
Et Gallum terris proſterneret, aequore Poenum,
Numquam ſuccubuit damnis, & territa nullo
Vulnere, poſt Cannas major Trebiamque fremebat:
Et quum jam premerent flammae, murumque feriret
Hoſtis, in extremos aciem mittebat Hiberos.
Nec ſtetit Oceano: remisque ingreſſa profundum
Vincendos alio quaeſivit in orbe Britannos.
Haec eſt, in gremium victos quae ſola recepit,
Humanumque genus communi nomine fovit,

Ma-

55. ſed hic, quia *cunabula juris* ſequuntur, praefero *parens*. de confuſione harum vocum vide ſupr. vs. 51. ad Conſ. Olybr. 8. & 11. de Rapt. 367. BURM.

Fundit] *fulit* Voſſ. & mox, *venabula* Jun. vitioſe, ut & ſupra.

137. *Cunabula juris*] Theophilus τῶν νόμων προοίμια dixit, non adeo pulchre. Berytus olim id regni obtinuit, ut ait Eunapius de Anatolio, qui πατρίδα ἔχων τὴν Βηρυτὸν, ἣ τοιούτους παιδεύσασα μέτρῳ. quae laus cenſetur maxima. at bonus Anacreon σὺ μὲ τοὺς νόμους διδάσκεις. CLAVER.

138. *Tetendit*] *recedit* Vicet. & Wolf.

139. *Parvaque a ſede profecta*] *profectas* meliores libri. pro *Diſperſit*, vir maximus, *Diſpeſcit*. male. Valer. Flacc. Lib. I. 421. *Saltem in vacuos ut brachia ventos Spargat*. & ita Sol diſpergit radios & diem. Val. Flacc. II. 76. *mediasque diem diſpergit in undas*. Conſ. Mall. 73. *Diſpergit revocatque diem*. I. de Rapt. *clarum diſpergere culmina lucem*. HEINS.

140. *Obvia fatis*] Vicetin. *votis*. membranae utrumque aequaliter agnoſcunt. DELR. *votis* Vaticanus princeps, aliique multi. HEINS. Non capio quid ſignificet *obvia votis*, quod primae editiones habent. Paraphraſtes *obvia fatis* exponit *fatis expoſita*. ſed hoc quid notet, aeque neſcio. *obvia* eſt adverſa, reluctans. vide ad Calpurn. I. Ecl. 10. & ita luctata fuit Roma cum fatis, quae videbantur ſaepe ejus exitium decreviſſe, ſed ipſa emerſit, & per clades major ſemper reſurrexit. ſic *obvia viribus invidia* Laud. Seren. 229. Lucan. II. 87.

Vir ferus, & Romam capienti perdere fato
Sufficiens.

multa in hanc rem poſſent corradi, ubi Deos dubitaſſe & viſos fuiſſe Poëtae fingunt, quaſi Romam perdituri eſſent; ſed ſemper Fatum & Fortuna populi Romani vicit. fere idem dicit Bell. Getic. 43.

Damnati fato populi, virtute renati. BURM.

142. *Submitteret*] vetus liber, *obſidaret*, atque hac uſus licentia ſuperius dixit,

Meque minabatur calcato obſidere vallo.

DELR. *obſideret* exarati fere omnes. bene. ut Delrius jam legendum vidit ex illo verſu *Meque minabatur calcato obſidere vallo*. HEINS. vide ad Ovid. II. Art. 526.

145. *Poſt Cannas*] *poſt Cunas* Vicetin.

146. *murumque feriret*] vetus liber, *teneret*, idque ὑπερβολικῶς, eo namque felicitatis progreſſus Hannibal haud umquam fuit. DELR. *ferirent* opt. Vatic. adeantur quae obſervo ad Naſonem Rem. Amor. 164. HEINS. *jam fremerent flammae* Oxon. *teneret* Wolf. & multi. male. hoc *quatere urbem & muros* dixit I. in Rufin. 220. Horat. IV. 6. *Dardanas turres quateret*. BURM.

147. *Mittebat*] *mutabat* Leid. Florus Lib. II. 6. §. 31. ubi horribilem in adverſis fiduciam, & ſingularem animum ac ſpiritum admiratur, quod in *tam arctis adflictisque rebus, mitteret in Siciliam, Sardiniam, Hiſpaniam, diviſa per terrarum orbem arma*. BURM.

148. *Stetit Oceano*] Et hic imitatur Florum, qui Lib. IV. 12. §. 39. *Hac clade factum, ut imperium, quod in litore Oceani non ſteterat, in ripa Rheni fluminis ſtaret*. vid. ad Quinctil. III. Decl. 13. male Aldus *Hic ſtetit* vitio operarum. BURM.

151. *Humanumque genus*] Reſpicit ad Legem Antonini Caracalli, qua omnes in orbe Romano civitatis jus acceperunt. de qua nos in Diſſert. de Vectigal. P. R. cap. IX. multa in hanc ſententiam cumulat

Ru-

Digitized by Google

Matris, non dominae, ritu: civesque vocavit,
Quos domuit, nexuque pio longinqua revinxit.
Hujus pacificis debemus moribus omnes,
Quod veluti patriis regionibus utitur hoſpes:
Quod ſedem mutare licet: quod cernere Thulen
Luſus, & horrendos quondam penetrare receſſus:
Quod bibimus paſſim Rhodanum, potamus Orontem:
Quod cuncti gens una ſumus. nec terminus umquam
Romanae ditionis erit. nam cetera regna
Luxuries vitiis, odiisque ſuperbia vertit.
Sic male ſublimes fregit Spartanus Athenas:
Atque idem Thebis cecidit. ſic Medus ademit
Aſſyrio, Medoque tulit moderamina Perſes.
Subjecit Perſen Macedo, ceſſurus & ipſe
Romanis. haec auguriis firmata Sibyllae,
Haec ſacris animata Numae. huic fulmina vibrat

Ju-

Rutilius Lib. I. 55. & ſeqq. & Ariſtides in Oratione pro Roma. vide hic Barth. BURM.

153. *Nexuque pio*] *ſuo* Jun. *revexit* idem & Oxon. *revixit* Leid.

156. *cernere Thulen Ruſus*] *Luſus* Lucenſ. Gyrald. prim. Vatic. Rottendorph. bene. ſupra I. in Ruſin. 327.

——— *frontemque fecari*
Ludus, & occiſos pulchrum jurare parentes.

III. Conſ. Hon. 23. *regumque recentes Exuviae tibi ludus erant.* Virgil. IX. Aen. 506.

Flectere ludus equos & ſpicula tendere cornu.

Sidonius,

Ludus erat puero raptas ex hoſte ſagittas
Feſtina truſtare manu.

Valer. Flacc. Lib. III. 35.

Ludus & ille Deo, pavidum praeſepibus auſert
Cum pecus.

Silius Lib. XVI. 573.

Cui ludus nullam curſu non tollere damam.

Statius II. Achill. 442.

——— *ſpargere caeſtus*
Ludus erat requiesque mihi.

Avienus Ora Maritima:

Gens hic docta ſoli tumido freta gurgite curris,
Inque procelloſos lembum convertere fluctus
Ludum habet.

HEINS. vide ad Grat. 525.

157. *Receſſus*] *recurſus* Jun. & Oxon. ſic & variant Conſ. Mall. 107. II. in Stilich. 405. & alibi.

158. *Paſſim*] *paſim* Voſſ. a m. prim. *paſſum* Leid. a m. pr.

159. *Gens una*] *res una* Vicetin. eleganter, nec a librario profectum. pro reſpublica una. eodem modo vindicavit Schefferus a gloſſatoris manu Juſtinum Lib. XVIII. 3. *Tyriorum res condita Phoenicibus fuit*, ubi vulgo *gens*. ita *res Aſiae* Virgil. III. Aeneid. I. *res Romana* millies occurrit. Flor. I. 1. *res erat unius aetatis.* BURM.

160. *Erit*] *est* Leid. a m. pr.

162. *Fregit*] *vertit* Voſſ. repetito male verbo.

163. *Thebis cecidit*] pro a Thabanis cecidit Spartanus. vid. ſupra, & ad Grat. 315. ubi multa ejusdem ſententiae.

164. *Tulit*] pro abſtulit. vide ſupra.

165. *Perſen*] *Perſem* Oxon. Leid. *Macedo Perſem* Oxon.

Macedo] Inepte hic Alexander ſolus intelligitur, & ipſe vincendus a Romanis, ab interprete Regio, cum ponatur pro gente Macedonica, ut Medus, Perſes &c. BURM.

167. *Haec ſacris animata Numae eſt*] Scripti *vi eſt* non agnoſcunt. quales hiatus in Virgilio occurrere frequentes ſupra jam diximus. noſter Epithal. Honor. 68.

Et platanus platano, alnoque aſſibilat alnus.

Ita illic ſcripti complures, & ex veteri libro II. in Eutrop. 432.

Tarbigilus ſimulare fugam, ſtatusque leonis
Spe nutrire levi, improviſusque repente.

deinde pro *hinc*, *huic* cum libris nonnullis legendum. *librat* etiam recte unus Petav. & unus Vaticanus. apud Horat. III. Od. XIV.

——— *pueri & puellae*
Jam virum expertae, male ominatis
Parcite verbis.

Jupiter; hanc tota Tritonia Gorgone velat.
Arcanas huc Veſta faces, huc orgia ſecum
170. Tranſtulit, & Phrygios genetrix turrita leones.
Huc depulſurus morbos Epidaurius hoſpes

Rep-

eam enim lectionem cum vetuſti codices caſtigatiores, tum vetus Scholiaſtes quoque agnoſcunt, non *male nominatis verbis*. ſcripſerat Suetonius librum integrum, *de vocibus male ominatis*. Idem Horat. Lib. II. Od. XX.

Jam Daedaleo ocior Icaro
Viſam gementis littora Boſphori.

Epod. v. 99.

Poſt inſepulta membra different lupi
Et Aquilinae alites.

Epod. XIII. 3.

Nunc mare, nunc ſilvae
Threïcio Aquilone ſonant: rapiamus amici
Occaſionem de die.

quibus locis nihil eſt mutandum. Idem Horat. Lib. II. Sat. II. 27.

——— *num veſceris iſta*
Quam laudas, pluma? cocto num adeſt honor idem?

ſic conſtanter membranae veteres, non, *coctove num adeſt*. ubi tamen fortaſſe legendum, *coctone adeſt* ſine eliſione. Statius IV. Theb. 319. ex optimis membranis,

——— *unde haec furibunda cupido*
Nate, tibi? tenero unde improba pectore virtus?

apud Juvenalem Sat. XII. 33.

——— *decidere ſallu*
Coepit cum veras, imitatus Caſtora, qui ſe
Eunuchum ipſe facit, cupiens evadere damno
Teſticuli. adeo medicatum intelligit inguen.

quomodo illic loci non ſolum veterrima exemplaria a me inſpecta, ſed Servius quoque Lib. I. Georg. Virgil. v. 58. agnoſcunt. cum in vulgatis codicibus ſit, *Teſticulorum*. pari modo ſaepe alibi Juvenalis idem. ut Sat. II. 26.

Si fur diſplicet Verri, homicida Miloni.

& Sat. III. 70.

Hic Andro, ille Samo; hic Trallibus, aut Alabandis.

Sat. XII. 109.

——— *dorſo ferre ſolebant*
Partem aliquam belli, & cunctem in praelia turmam.

Sat. XIII. 64.

Egregium ſanctumque virum ſi cernis, bimembri
Hoc monſtrum puero, & miranti ſub aratro
Piſcibus inventis, & foetae comparo mulae.

ſic & ibi vetuſti codices. ut & Sat. XIV. 48. meliores,

——— *nec tu pueri contempſeris annos,*
Sed peccaturo obſtet tibi filius infans.

non *obſiſtat*, quod eſt in vulgatis. Satyr. XV. 7. quoque ſcribendum videtur,

Illic coeruleum, hic piſcem fluminis, illic
Oppida tota canem venerantur, nulla Dianam.

non *coeruleus*. intelligit autem marinum piſcem. plura alibi dicemus. HEINS. *eſt* deeſt etiam Vicet. & Parm. *animata* & ſuperſcriptum *operata* Lovan.

Fulmina vibrat Juppiter, hanc tota] Licet nihil hoc loco innovem, habetur tamen in meo MS. *cum f. v. J. hanc toto T. G. velat*. DELR. Hic locus mihi ſe obtulit commodum, explicat enim Statii mentem Theb. VIII. 409.

Nec fragor Auſoniae tantus, cum Juppiter amni
Arce tonat.

ubi magnus Scaliger legi volebat *cum Veſulus alta Arce tonat*. quis vero neſcit illud Ovidii II. Faſt. 69. *Ad penetrale Numae Capitolinumque Tonantem*. ut alia omittam. CLAVER. *hinc f. vibrat* ſcripti quidam & edd. Vicet. Parm. Ald. Iſingr. & aliae. *hic* Oxon. *cum fulmina* Voſſ. *tum* alter Voſſ.

169. *Arcanas*] Correxerat jam ante Heinſius, *Arcanos huc Veſta focos*. ſed deinde nihil mutari voluit. Stat. I. Silv. I. 34. *tacita vigilat face Troicus ignis*. & v. Silv. III. 179. *Dardanius facis explorator opertae*. BURM.

Orgia ſecum] *orgia Baccbus* Lucenſ. Gyrald. pr. Vatic. & Farneſianus. probe. VI. Conſ. Hon. 603. *dubitaſſent orgia Baccbi Cui furerent*. Oxon. *orgia ſacer*. corrupte. Statius Achill. I. 592.

Lucus Agenorei ſublimis ad orgia Bacchi
Stabat.

Lib. II. 138. ——— *quid ſi Bacchea ferentes*
Orgia, Palladias aut circum videris aras?

atque ita in Thebaide non ſemel. Virgil. Georg. IV. 521.

Inter ſacra Deum, nocturnique orgia Bacchi.

Naſo Metam. XI. 92. *cui Thracius Orpheus Orgia tradiderat*. pro *velat* paulo ante unus Medic. *vellat*. puto, *vallat*. HEINS. Sed cum Bacchi ſacra ejecerint ex urbe Romani, at notum eſt, hic retinui antiquam ſcripturam, *orgia ſecum*, ut *orgia* de Cybele dicantur, quae Bacchi orgiis inſanitora erant, & praeterea agitur de Diis tutelaribus, ex quibus Romae ſalus pendebat, ut Veſta, Cybele, Aeſculapio, in quem cenſum numquam venit Bacchus. ſed, quaſi de ſolo Baccho *orgia* dicerentur, librarius nobis dedit *Baccchus*. BURM.

170. *Turrita*] *tutata* Jun.

171. *Huc depulſurus morbos*] Codices vetuſti magna ex parte *defenſurus*. optime. deinde pro *Epi-*

Digitized by Google

Reptavit placido tractu, vectumque per undas
Insula Paeonium texit Tiberina draconem.
Hanc tu cum Superis, Stilichon praeclare, tueris.
Protegis hanc clipeo, matrem regumque ducumque,
Praecipueque tuam. dedit haec exordia lucis
Eucherio, puerumque ferens hic regia mater
Augusto monstravit avo. laetatus at ille
Sustulit in Tyria reptantem veste nepotem.

180. Ro-

dauriis hospes, prim. Vatic. & quinque alii, *ultro. defendere* pro arcere, quomodo & apud Graecos ἀμύνειν & ἀρωγὸν ambigua significatione. 11. de Rapt. 251.

——— *sic me crudelibus umbris*
Tradere, sic toto placuit defendere mundo?

quomodo vetus codex. in Eutrop. Lib. 1. 489. *contagia fascibus ore Defendas ignava tuis.* IV. Conf. Honor. 340.

——— *defensura calorem*
Aurea submoverant rapidos umbracula soles.

Dell. Gild. 36. *Extremam defende famem.* Epithal. Celerinae 17.

Defendunt alii luce Dryadasque procaces.

ita enim legendum. sic apud Statium Protrepticon Crispini, *defensare metus*, & Hercule Surrentino, *defendere arbore soles.* & apud Maronem x. Aen. 905. *hunc ore defende furorem.* Stat. Theb. 1. 409. *haud passi sociis defendere nostem Culminibus.* quod ipse postea interpretetur, *tecto coelum prohibere* (*quis iste*) *Arcuit.* ita lege. Theb. IX. 318.

Vestrum opus, tre vero, & senium defendere famae.

hoc est a fama, quae ibi vera scriptura. quomodo apud Virgil. VII. Ecl. 47. *Solstitium pecori defendite*, & apud Horat. Lib. 1. od. 17. *aestatem capellis defendere*, & apud Silium Lib. v. 490. *defendere nescia morti Dedecus.* ut veterrimus liber, non *morte.* Lib. XIII. 99. *Decus hoc defende manu.* Idem Lib. XVII. 436.

Haud valuit misera defendere Daunia tela.

pro a misero. Plaut. Mostell. Act. IV. Sc. II.

Heu ecquis hic est, maximam qui hic injuriam foribus defendat?

hoc est a foribus. sic apud Euripidem Troasin: πυλῶν τ' ἐπ' ἀνάκτορα δάιον ἀρῆξαι. Idem Silius VII. 170.

Fontis filum & pura foliti defendere lympha.

Ovid. Epistol. Oenones v. 16.

Defensa est humili cana pruina casa.

ut illic sine dubio scribendum, ubi plura; jam enim nimis fumus. ceterum in optimo Vaticano, aliisque nonnullis scribi animadverto, *Epidaurius ultro Venit*, non *Epidaurius hospes.* elegantius est quam videatur primo conspectu. Augustinus de Civit. Dei Lib. III. cap. 12. *Aesculapius ab Epidauro ambivit Romam, ut peritissimus medicus, in urbe nobilissima artem gloriosius exerceret.* ita monuit in optimis membranis legi Gronovius, quem nihil elegantiarum fugit, Diatribes Statianae cap. XXVI. vide totam de Aesculapii hac emigratione historiam apud Nasonem Met. XV. Mater Deorum apud eundem Nasonem Fast. IV. 269.

Ipsa peti voluit, ne fit mora: mittite volentem.
Dignus Roma locus, quo Deus omnis eat.

Denique scribendum, *Huic defensurus morbos*, non *Huc reptavit*, quod manifeste falsum est, cum Romam non reptarit Aesculapius, sed vectus sit, ut noster mox addit. HEINS. vide quae diximus ad Phaedr. III. fab. X. 42. ubi *depulsurus* vindicavimus, & locus Sereni Sammonici a Barthio adductus egregie vocem hanc adstruit. vid. & II Stilic. 389. *depressurus* edd. Vicetin. & Parm. *Huc* vero rectum est, nam ex templo Epidaurio reptavit sponte in navem Romanam, deinde vectum per aequor & Thybrim *texit* eum insula, pro quo *traxit* Jun. Oxon. Leid. quod explicandum esset, vel ex navi eum elicuisse, vel quod insula illa captus & delectatus fuerit Aesculapius, ita ut sedem sibi delegerit. similis diversitas fuit Lib. 1. in Eutrop. 145. ubi vide. *texit* si retinendum, de templo intelligendum, quod Aesculapio conditum ibi fuit. praeterea sub ara Serpens ille latere credebatur, quare recte *texit. traxit* ex praecedente *tractu* natum. *vectusque* Wolf. BURM.

172. *Placido*] *tacito* cod. Barth.

175. *Protegis hanc clipeo matrem*] *patriam* scripti fere omnes. non placet. supra de Roma v. 150.

Haec est, in gremium victos quae sola recepit
Matris, non dominae, ritu.

de eadem Rutilius Itinerar. Lib. 149.

Exaudi genitrix hominum, genitrixque Deorum.
HEINS.

176. *Exordia*] *primordia* Voss.

177. *Hic regia mater*] *hinc* pr. Vatic. & alii non pauci. HEINS.

Romaque venturi gaudebat praeſcia fati,
Quod te jam tanto meruiſſet pignore civem
Nec tamen ingratum, nec qui benefacta referre
Neſciat, hunc credas populum. ſi volvere priſcos
Annales libeat, quoties hic proelia ſumſit
Pro ſociis, quoties dono conceſſit amicis
Regibus Auſonio quaeſitas ſanguine terras!
Publica ſed numquam tanto ſe gratia fudit
Adſenſu. quis enim Princeps non omnibus egit
Obſequiis, dominum ſeſe patremque vocari,
Quod tibi continuis reſonant convexa diebus?
Macte novis, Conſul, titulis. Mavortia plebes
Te dominum, Bruto non indignante, fatetur.
Et, quod adhuc nullo potuit terrore ſubacta
Libertas Romana pati, Stilichonis amori
Detulit. exſultant avidi, quocumque decorus
Conſpiciare loco, nomenque ad ſidera tollunt:
Nec vaga dilecto ſatiantur lumina vultu.
Seu Circum trabeis fulgentibus aureus intres:
Seu celebres ludos: ſolio ſeu fultus eburno
Cingas jure forum: denſo ſeu turbine vulgi

Cir-

181. *Tota meruiſſet pignore civem*] *tanto* potiores libri, & quidem recte. ſic apud Propert. IV. El. ult. *famae pignora tanta meae.* Prudent. Periſteph. hymno Vincentii, v. 419. *tantique cuſtos pignoris Piſcella fertur fluctibus.* HEINS. *tanto* Wolf. *tuto pectore* cod. Benzini. marg. Iſingr. edd. Vicet. & Parm. vid. Schott. II. Obſ. 57.

182. *Benefacta*] *tua facta* Leid. ed. Junt. Iſingr. Gryph. *non tamen* Lovan. Vicet. mox *credas populum* Wolf. a m. prim.

184. *Hic proelia*] *hinc* Raphel.

187. *Gratia fudit*] Membranae hoc modo, vel *gloria.* DELR.

188. *Haec omnibus egit*] hoc libri, niſi quod primus & tertius Vatican. *non omnibus egit*, cum aliis quinque. Puto,

——— *quis enim Princeps non omnibus euis*
Obſequiis, dominum ſeſe patremque vocari?

bell. Gildon. 79. *hoc damnis genitor Cannenſibus emi?* ubi *egi* ſimiliter veteres quidam. laud. Seren. 164.

Emturus thalamum dubiis diſcrimine lethi,

de pilis fratribus Eidyll. VII. ult.

Emtum eſt ingenti clade perenne decus.

ſic Virgilius, Silius, Statius, alii paſſim. HEINS. vide ad Sil. v. 601. & VII. 620. *ſic omnibus egit* Voſſ. edd. Vicetin. Parm. Ald. Iſingr. & aliae haec (*Quis* &c. *Obſequiis*) includunt parentheſi. *dominum ſeſe* Oxon. Jun. alt.

189. *Dominum*] vide Cuper. ad. Lactant. de Mort. Perſec. cap. ult.

190. *Quod tibi continuis reſonant*] ita ſcripti, quam veram eſſe lectionem jam alii viderunt. HEINS. *quum tibi* Vicet. Iſingr. Pulm. Gryph. Colin. ſed *reſonant* Oxon. a m. s. & Lovan. a m. pr. & videtur in Leidenſi fuiſſe. *reſonat* Jun. Ald. *reſonent* Parm. Iſingr. *reſonat connexa* etiam Oxon. & in Voſſ. erat gloſſa *convexa.* id eſt theatra. ſed pro *coeli convexa*, ut plene Virgil. dicit Lib. IV. Aeneid. 451. ponit noſter ſaepe, ut Conſ. Olybr. 242. I. in Rufin. 367. II. 454. & paſſim. vide VI. Conſ. Honor. 614. BURM.

191. *novis Conſul*] *novis titulis Conſul* Jun. Oxon.

193. *Terrore coacta*] Vetus liber, *ſubacta*, & in meo, *id eſt coacta.* DELR. *ſubacta* Delrii codex, unus Ambroſ. & Patav. cum duobus Vaticanis. dictum Lib. II. in Rufin. 314. HEINS.

196. *Conſpiciare*] *Conſpirare* Jun. *conſpitiare* Wolf.

197. *Satiantur*] *ſociantur* Junian.

198. *Circum*] *crimen* Oxon.

200. *Denſo ſeu turbine vulgi*] *denſi* Oxon. *cingere jure forum* dictum videri poſſet, ut *fora faſcibus circumdare* alibi noſtro. HEINS. Delevit conjecturam ſuam,

Circumfuſa tuae conſcendant Roſtra ſecures.
Quae vero procerum voces, quam certa fuere
Gaudia, quum totis exſurgens ardua pennis
Ipſa duci ſacras Victoria panderet alas!
O palma viridi gaudens, & amicta tropaeis,
Cuſtos imperii virgo, quae ſola mederis
Vulneribus, nullumque doces ſentire laborem:
Seu tibi Dictaeae placuerunt aſtra Coronae;
Seu magis aeſtivo ſedes vicina Leoni;
Seu ſceptrum ſublime Jovis, ſeu Pallados ambis
Aegida; ſeu feſſi mulces ſuſpiria Martis:
Adſis perpetuum Latio, votisque Senatûs
Adnue, Diva, tui. Stilichon tua ſaepius ornet
Limina; teque ſimul rediens in caſtra reducat.
Hunc bellis comitare favens: hunc redde togatum
Conſiliis. ſemper placidis te moribus egit,

Ser-

ſitam, qua *ſtringas* pro *cingas* olim reſcribi volebat vir illuſtris. *circumdare fora faſcibus* non reperi apud noſtrum, ſed quod propius accedit, in VI. Conſ. Honor. 645. legitur,

——— *defuetaque cingit*
Regius auratis fora faſcibus Ufipa lictor.

& ita Barthius hoc loco *jure* interpretabatur, inſignibus Magiſtratus jus dicturi. ſed ſi ita ſcripſerit noſter, dure & inſolenter locutus eſt. Regius interpres *cingas faſcibus tuis forum*, vel tu ipſe medius foro cingaris. Cogitabam an forte ſcripſerit, *Condas jura foro*, tum quia *cingere* & *condere* viderim commutari apud Virg. v. Aen. 598. *muris quum cingeres Albam.* ubi alii codices, *conderes. condere* vero *jura*, obvium & proprium. vid. ad Ovid. Rem. 465. ſcriptum vero fuerat *forum*, ut ſaepe inde caſus quartum & ſextum variatos notavi ad Seren. Samonic. cap. XXI. & Phaedr. III. X. 42. & alibi. *denſi* vero praeferrem, quia & Horat. II. Od. 13. *denſum vulgus* dixit. & Lucan. II. 201. *denſi vix agmina vulgi inter.* & ita *denſum agmen*, *denſus haſtis*, & ſimilia, apud Ovidium & alios obvia: ſed epithetorum utrique ſubſtantivo aptorum arbitraria ſaepe eſt permutatio. BURM.

201. *Conſcendant*] *concedant* Lovan. *Roſtra curules* unus Heinſii. *circumdant* Colin. *circumdent roſtra* Vicet. Parm. marg. Iſingr. an *circumſtera*? ſed *circumfuſa* reſpuit iterationem. BURM.

202. *Quae vero*] *O quales* Oxon.

204. *Panderet aedes*] *alas* Gyrald. prim. Vatic. & multi ex noſtris, primaeque editiones. Virgil. IV. Georg. 28. de apibus:

Pontibus ut magnis poſſint conſiſtere, & alas
Pendere ad aeſtivum ſolem.

Horatius Lib. II. Sat. II. 26. de Pavone: *pilla pandit ſpectacula cauda.* Ovid. III. Amor. II. 45.

Prima loco fertur paſſis Victoria pennis.

ubi perperam vulgo *ſparſis.* Prudentius Lib. II. contra Symmach. 28.

——— *aurea quamvis*
Marmoreo in templo rutilas Victoria pennas
Explicat.

quo loco confirmatur lectio unius Medicei, qui pro *ardua pennis* agnoſcit *aurea.* quod paulo poſt ſequitur, *Stilicho tua ſaepius ornet Limina*, vulgatam ſcripturam adſtruere videtur. HEINS. *ardua pinnis* Voſſ. m. 1. *ipſa ducis* Lovan. qui & *panderet aras* vel *alas.* ut Wolf. Vicet. Parm. *ardua victoria* dictur & Ovidio XIV. Met. 453.

205. *O palma viridi*] Sic ex prim. Vatic. & quindecim aliis legendum. vulgo, *Et palma.* pro *gaudens*, tres, *florens.* de quo verbo dictum ad III. Conſ. Honor. 133. HEINS. *O palma* Wolf. *& amica tropaeis* Oxon. *florens* eſt idem quod ſplendens. ut Stat. I. Theb. 210. *arcano florentes lumine poſtes.* v. 54. *florebat dives alumnis Terra.* BURM.

206. *Cuſtos*] Dempſterus ad Corrip. p. 106. citat, *Conſors imperii.* vid. Barth. mox pro *doces*, *docens* Oxon. *dolorem* Jun. Oxon. Wolf. *calorem* & emend. *dolorem* Lovan.

213. *Diva tui*] *Diva. tuus Stilicho tua* Oxon. mox pro *limina*, *lumina* Jun.

216. *Placidis te*] *placidum* Jun. *agere victoriam* dictum, ut *agere bellum*, *pacem* &c. de quibus vide ad Ovid. II. Triſt. 230. Jornand. de Reb. Get. cap. X. *Thamiris regina acta victoria, tantaque praeda de inimicis potita.* an ibi ſcribendum *auſta*? neſcio. *placidum te* Oxon. BURM.

417.

Servavitque piam victis, nec polluit umquam
Laurum ſaevitia: cives nec fronte ſuperba
Deſpicit, aut trepidam vexat legionibus Urbem.
Sed verus patriae Conſul, ceſſantibus armis,
Contentus lictore venit: nec inutile quaerit
Ferri praeſidium, ſolo munitus amore.
Magnarum nec parcus opum geminare profundas
Diſtulit inpenſas, ſed poſt miracula caſtris
Edita vel genero, Romae majora reſervat.
Auratos Rhodiis imbres, naſcente Minerva,
Indulſiſſe Jovem perhibent, Bacchoque paternum
Jam pulſante femur, mutatus palluit Hermus
In pretium, votique famem paſſurus avari
Ditabat rutilo, quidquid Mida tangeret, auro:
Fabula, ſeu verum, canitur; tua copia vincit
Fontem Hermi, taĉtumque Midae: pluviasque Tonantis,
Obſcurat veteres, obſcurabitque futuras
Par donis armisque manus. ſi ſolveret ignis,
Quas dedit inmanes vili pro pondere, maſſas:

Ar-

217. *Servavitque piam victis*] Libri *vita*, *victa*, *victam*, *juſtis*, *vitae*. duo, *juncta*. ut ad *vè ſaevitia* referatur. deinde *cives*, pro *civem*, meliores ſcripti. HEINS. an, *Servavitque fidem victis? civis* Wolf.

219. *Vexat legionibus*] At Rutilius poſtea contrarium cecinit: (Lib. II. 50.)

Ipſa ſatellitibus pellitis Roma patebat,
Et captiva prius, quam caperetur, erat.

quod aliter explicat Prudentius. CLAVER.

221. *Contentus lictore*] Olim, teſte Livio, fores a lictore percutiebantur, Conſule ipſo domum redeunte. Martialis dixit, domum Silii Poëtae Conſularis nobili virga ſonuiſſe. CLAVER. *Cum tutus lictore* Jun. *contectus* & emend. *contemptus* Lovan. & mox, *contentus amore* Leid. a m. s. Vicet. Parm. & Colin.

223. *Magnarum*] Deerat hic verſus Oxon. priori, in Lovan. margini erat adſcriptus.

224. *Et poſt miracula*] *ſed* primus Vatic. & quatuor alii. male etiam haec vulgo diſtinguebantur. HEINS. Barthius volebat, *Et poſt miracula caſtris*
Edita, vel Romae, genero majora reſervat.
ſed *caſtra* & *Roma* opponi debent.

226. *Rhodiis*] *radiis* Jun. Oxon. Voſſ. Wolf. *divis* Voſſ. alter, Leid. a m. prim. *divis* & emend. *radiis* Leid. alter. vid. Meurs. Rhod. I. II. pro, *indulſiſſe* citat Ruben. in Memor. Mallii pag. 73. *induxiſſe* & ſic adfert Rubeus in Memor. Breſcian. p. 73. ut ita *nubes terris inducere* dicitur Ovid. II. Met. 307. & *nubila inducere* Lib. VII. Met. 202. ſed contra ſcriptos nihil temere novandum. BURM.

228. *Jam pulſante*] *laxante* primus Vatic. Oxon. Palat. Pricaean. & Rottendorph. cum Oiſeliano. alii quidam, *laſſante*. HEINS. *depulſante* vel *jam laxante* Leid.

229. *Votique famem*] *voti famam* Oxon.

231. *Seu verum*] *ceu verum* Voſſ. duo pro diverſa lectione, & Leid. *copia vicit* Voſſ. duo. Jun. Oxon. duo Leid. Lovan.

232. *Pluviamque*] Editiones priſcae Ald. & aliae, *pluviaque*; multae etiam, diſtinctione poſt *Tonantis* ſublata, exhibent, *pluviasque Tonantis Obſcurat veteres*. & tunc legendum porro, *obſcurabitque futuras Par donis armisque manus*, ſcilicet manus Stilichonis par donis & armis, ut ita Jovi comparetur in utroque. BURM.

233. *Obſcurat veteres*] *Obſcuras* & *obſcurabisque futuras* Regius. *futuras* etiam tres alii, ut ad *manus* referatur. HEINS.

235. *Pro pondere, maſſas*] *ſub pondere* primus Vatic. & alii nonnulli. *Quod* etiam pro *Quas* a manu prima primus & tertius Vaticani, etiam Oiſelianus. lego, *Quae dedit inmanes maſſas*. Poſſet etiam reponi,
Quod dedit immanis, vili ceu pondere, maſſae. HEINS.

Quas

Argenti potuere lacus & flumina fundi.
Nec tibi, quae pariter ſilvis dominaris & aſtris,
Exiguam Stilichon movit, Latonia, curam.
Tu quoque nobilibus ſpectacula noſtra laboras
Inluſtrare feris, ſummoque in vertice rupis
Alpinae ſocias, arcu ceſſante, pudicas,
Et pharetratarum comitum inviolabile cogis
Concilium. veniunt humeros & brachia nudae,
Armataeque manus jaculis, & terga ſagittis;
Incomtae, pulchraeque tamen: ſudoribus ora
Pulverulenta rubent: ſexum nec cruda fatetur
Virginitas: ſine lege comae: duo cingula veſtem
Crure tenus pendere vetant. praecedit amicas
Flava Leontodame, ſequitur nutrita Lyceo
Nebrophone, telisque domat quae Maenala Thero.
Ignea Cretaea properat Britomartis ab Ida,
Et curſu Zephyris numquam ceſſura Lycaſte.
Jungunt ſe geminae, metuenda feris Hecaërge,
Et ſoror, optatum numen venantibus, Opis,
Progenies Scythiae: Divas nemorumque potentes
Fecit Hyperboreis Delos praelata pruinis.

Hae

HEINS. *Quot* erat in Juniano. *pro pondere* non muto. ita editiones veteres, id eſt, tanquam eſſet vile pondus. ſic *pro nullo ponderi* Ovid. III. Epiſt. 98. BURM.

236. *Potuere*] *patuere* Jun.

237. *Dominaris*] *deminabitur*, vel, *dominatur* & Jun. & Oxon.

239. *Nobilibus*] *mobilibus* Wolf. Lovan. & Leid. a m. prim. *labores* etiam Jun.

241. *Ceſſante*] *ceſſare* Oxon.

245. *Sudoribus ora Pulverulenta rubent*] Sic Gyrald. & prim. Vatic. aliique melioris notae non pauci. multi, *horrent*. Thuaneus, *trahunt*. opinor reliſtum forte a Claudiano, *Pulverulenta rigent*. adeantur quae curis ſecundis ad Naſonem Epiſt. XVII. 16. annotamus. HEINS. *horrent* Wolf. edd. Vicetin. Ald. Colin. nec diſplicet.

246. *Nec cruda*] *non cruda* Voſſ.

249. *Leontodame*] Vetus liber, *Leoncodame*. quid ſi legamus, *Leontocome*? quid vero ſint Leontomi, Caelius Lib. XIII. docet. DELR. Haec ſunt Nympharum nomina. apud Ovid. canibus adſignantur. *Hecaerge* vero legendum infra, non *Erymante*, aut *Uperce*. nam ita Callimachus. Homero etiam ἐκάεργος Ἀπόλλων. CLAVER. *Leontomede* Jun. *Leontodome* Oxon. *Leondromache* vel *Leontodame* Oxon. alt. Leid. Lovan. Vicet. Parm. deinde *Ebropene* Jun. Oxon. *Nebrophene* Voſſ. *Nebropene* Vicet. & mox, *Dromartis* Jun. *Biomartis* Oxon. Leid. Lovan. *Diomartis* Leid.

252. *Numquam ceſſura Lycaſte*] Malo, *nusquam*. HEINS.

253. *Metuenda feris Hecaerge*] Iſingr. *Erymanthe*. prim. & tert. Vatic. aliique nonnulli, *Acaerce*. in reliquis codicibus monſtra lectionum exſtant. Gyrald. Lucenſ. & prima editio, *ſilvis metuenda Nicarce*. nihil muto. *Opis* & *Hecaërge* ſorores. utramque Callimachus conjunxit, Ὄφρις τί λαξό τί νύμφιον Ἐκαέργην. ſequenti verſu male *venatibus* Raphelengius. mox, *Progenitae Scythia* prim. Vatic. & quinque alii. non, *Progenies Scythiae*. In Oiſeliano mendoſe, *Progenies Sirathis*. HEINS. de *Opi* & *Hecaërge* vide Salmaſ. ad Herod. Inſcript. pag. 18. & ſeq. *Erymanthe* etiam Vicetin. & Parm. Ald. & *arce* Lovan. *achaerce* Wolf. BURM.

254. *Venantibus*] *venatibus* Vicet. Parm. Iſingr. Raphel.

Hae ſeptem venere duces. exercitus alter
Nympharum incedunt, acies formoſa Dianae,
Centum Taygeti, centum de vertice Cynthi,
Et totidem caſto genuit quas flumine Ladon.
Has ubi collectas vidit, ſic Delia coepit:
O ſociae, mecum thalami quae jura peroſae
Virgineo gelidos percurritis agmine montes,
Cernitis, ut Latio Superi communibus ornent
Hunc annum ſtudiis? quantos Neptunus equorum
Donet ab orbe greges? laudi quam nulla canendae
Fratris plectra vacent? noſtram quoque ſentiat idem,
Quam meritis debemus, opem. non ſpicula poſcit
Ille labor; maneant clauſis nunc ſicca pharetris:
Omnis & a ſolitis noſter venatibus arcus
Temperet: in ſolam cruor hic fervetur arenam.
Retibus & clathris dilata morte tenendae
Ducendaeque ferae. cupidas arcete ſagittas.
Conſulis in plauſum caſuris parcite monſtris.
Adceleret diviſa manus. mihi curſus anhelas

Ten-

258. *Formoſa*] Vetus liber, *famoſa*. DELR. *famoſa* multi ex ſcriptis, id eſt, nota, celebris. ſed in malam partem plerumque ſumitur ab optimae Latinitatis ſcriptoribus. HEINS. vide ad Ovid. Epiſt. IX. 78.

259. *Centum Taygeti*] Unus, *Taygetis*. quindecim, *Tayzete*. lege, *Taygetae*, pro *Taygetiae*, & ſic unus Mediceus. Stephanus Ταΰγετον, ὄρος τῆς Λακωνικῆς τὸ ἐθνικὸν Ταϋγέτιος. ſic & Virgil. *Taygetique canes* videtur dixiſſe III. Georg. 44. nam *Lacanes* Servius interpretatur. HEINS. *Taygetae* Wolf.

260. *Fumine*] *vertice* Lovan.

261. *Quas ubi*] Lucenſ. *Has*. bene. *quas* praeceſſerat. HEINS.

262. *Jura*] *jure* Lovan.

264. *Latio ſuperi*] *laeti ſuperi* Leid. duo. Vatic.

266. *Donet ab urbe greges*] Rectius alii cum Raphelengio, *ab orbe*. Forte, *Donet habere*. pro *laudi*, *quam nulla canendae Fratris plectra vacent* prim. Vatic. aliique complures, *quod nulla*. Forte, *laudique ut nulla canendae*. HEINS.

270. *Noſter*] *noſtri* Leid. *a ſolidis* Wolf.

272. *Retibus & clauſtris*] Lege *clathris* cum Gyrald. & Lucenſ. Horat. Art. Poët. 472.

ac velut urſus
Objectas caveae valuit ſi frangere clathros.

Scholiaſtes, *Clathri ſunt robuſti poſtes & rotundi, re pagula quibus obfirmatur cavea*, hinc *clathrare* apud Columellam. noſter VI. Conſ. Honor. 637.

perpetuisque immote cardine clathris
Janus bella premens.

ſic Gyraldi codex. Gloſſae Stephani, *Clathri*, Κάνναι, ἃ ἐν θύραισιν ἐμπήγνυται. Propert. IV. El. V. 72.

Et nimis in noſtros canis experrecta dolores,
Cum fallenda meo pollice clathra forent.

ſic meliores libri. *clathratas feneſtras* videtur innuere, de quibus Plautus. ita & *clathratae fores* in epigrammatis antiquis, & *faliſcae clathratae* apud Catonem de R. R. cap. XIV. Lucanus Lib. X. 445.

Sic fremit in parvis fera nobilis abdita clathris,
Et frangit rabidos praemorſo carcere dentes.

ſic malo, nam *clauſtris* nunc legitur. quamquam & alterum defendi poteſt ex Stat. II. Silv. V. 4. de Leone manſueto,

Quid? quod abire domo, rurſusque in clauſtra reverti
Suetus.

plura ad Silium Italic. Lib. I. 569. HEINS. Non extra veri ſpeciem *clathris* repoſuit vir inſignis. mox enim vs. 323. *ligneam domum* vocat. Petronius magnifice *aulam auratam* cap 119. ubi vide adnotata. *tenendae* pertinet ad retia, *ducendae* ad clathros, quibus incluſae ferae Romam ferebantur. BURM.

273. *Arcete*] *arcere* Lovan. qui ſequentem verſum ignorabat.

275. *Diviſa*] Vetus liber, *diverſa*. & hoc ipſo car-

Tenditur ad Syrtes. mecum Dictaea Lycaſte
Et comes Opis eat. ſteriles juvat ire per aeſtus.
Namque feras aliis tellus Mauruſia donum
Praebuit: huic ſoli debet, ceu victa, tributum.
Dum nos horribiles Libyae ſcrutamur alumnos,
Europae vos interea perquirite ſaltus,
Et ſcopulos. poſita ludat formidine paſtor
Securisque canat Stilichonem fiſtula ſilvis.
Pacet muneribus montes, qui legibus urbes,

285. Di-

carmine, *currus.* pro, ut vulgati, *curſus.* DELR. *diverſa* etiam Voſſ. ut mox vs. 296. & ſupr. 45. & alibi. *divina* Jun.

Mihi curſus anbelas] Lucens. Gyrald. prim. Vatic. aliique multi, *dum curſus.* quidam, *mihi currus*, ut paulo poſt, *cervi currum ſubiere, fugales. dum currus* ſchedae Gudianae. HEINS. *dum ĉtus* Wolf. *decurſus* Ald. *dum curſus* Vicetin.

276. *Dictaea Lycaſte*] *Dictynna* quatuor ſcripti cum primo tertioque Vaticanis, & Palatino ac Oiſeliano. eleganter pro *Dictynnaea.* Δικτύννα civitas in Creta Straboni. ſic Dicte mons, Solino Dictynnaeus, niſi mavis dictam ἀπὸ τῶ δικτύου, a rete. quomodo & Britomartim Virgil. in Cyri Dictynnam fuiſſe nuncupatam contendit. HEINS. *dilecta Lycaſte* Voſſ. *Licaſta* alter Voſſian. *Opis erit* Oxon. *erat* Leid. miror Heinſium non emendaſſe, *eant.* BURM.

278. *Mauruſia*] Vitruvius Lib. XII. *Mauruſia, quam noſtri Mauritaniam appellant.* Praeterea, ubi ceteri *donum*, MS. meus, *dono.* DELR. *terris Mauruſica* Jun.

279. *Ceu victa, tributum*] Lucenſ. & multi alii, *ſed victa.* mox, *Europes percurrite* ſchedae Gudii. HEINS. *ſic victa* Jun. *huic ſolium* Wolf.

280. *Horribiles*] *horrentes* Jun. Oxon.

281. *Perquirite*] Tanta apud me membranarum auctoritas eſt, ut ex iis hoc loco, *percurrite*, ceuſeam. quod & in veteribus inpreſſis legitur. DELR. *percurrite* eſt in plerisque ſcriptis & olim editis. parum refert. *perquirite* Parm.

282. *Ludat formidine paſtor*] *laudet* Palatinus, quod a Barthio jam monitum. HEINS.

284. *Parent numinibus*] Hinc verſum non habuit vetus codex, & vero nihil ſapit. CLAVER. Quis non videt eſſe hanc comparationem ridiculam inter numina & leges? deinde cur ſoli montes numinibus parere dicuntur? Animadvertit & Claverius nihili haec eſſe, ac proinde verſum ex auctoritate codicis ſui delendum cenſet. pari modo Barthius. uterque fruſtra. pro *Parent* alii inter ſcriptos, *Parcet*, *Parcent*, *Placet.* prima editio & quatuor exarati, *Parent muneribus.* prior Moreti & unus Medic. *Parcet muneribus.* Regius *Paſcet muneribus.* Oiſelianus, *Paccet muneribus.* vera lectio eſt.

Pacet muneribus montes, qui legibus urbes.

Ita enim tres melioris notae Vaticani & ſeptem alii, niſi quod ex hiſce quatuor, *ut legibus. munera arenas* intelligit, de quibus Lib. II. in Rufin. 396. dictum. *Pacare montes*, ut apud Stat. IV. Theb. 248.

——— *Saltus tum forte remotos*
Pacabat cornu gelidique arbuſta Lycaei.

Virgil. de Hercule Aeneid. VI. 803.

——— *utque Erymanthi*
Pacarit nemora & Lernam tremefecerit arcu.

ſic enim legunt antiquiſſimi libri. hinc idem Hercules *Nemeae pacator* Silio dictus Lib. II. 483.

Quam tali alloquitur Nemeae pacator honore.

quomodo ex praeſtantiſſimo codice ſcribendum viri docti jam monuerunt. Dausquejus tamen vulgatum *veniae pacator* malit, juratus veterum elegantiarum hoſtis. apud Manilium Libro IV. 179.

Ille novas ſemper pugnas, nova bella ferarum
Apparat, & pecorum ſpolio, vivisque rapinis.
Hoc habet, hoc ſtudium, poſtes ornare ſuperbos
Pellibus, & captas domibus praefigere praedas,
Et pacare metu ſilvas & vivere rapto.

apud Horat. I. Epiſt. II. 45. *incultae pacantur vomere ſilvae.* apud Apulej. VII. Metam. *pacata itinera*, quae a latronibus non infeſtantur, ubi *pauſata* ridicule Colvius reponit. HEINS. *pacare ſilvas* & ſimilia recte quidem dicitur, ut & *domare*, *vincere ſilvas*, de quibus ad Grat. Cyneg. 494. ſed quid eſt *pacare muneribus ſilvas*? an *muneribus* in dativo caſu, id eſt, ut ex praeda poſſint munera inſtrui? ſed tunc *legibus* non reſpondebit. an ablativo? tunc erit *per munera pacet* montes, & ſenſus erit, tot munera dabit, & tot feras in ſilvis capi jubebit, ut tutae & pacatae ſint futurae, ut urbes legibus. vix tamen illa placent. ſimilis hic locus illi Bell. Gild. 47. *Domui terras, urbesque revinxi Legibus.* forte, *Pacet numinibus gentes, ut legibus urbem.* ſic ſaepe gentes & urbs Roma opponuntur. vid. Ovid. II. Faſt. 683. per *numina* hic intelligit Deos Deasque praeſides

Dixit, & extemplo frondoſa fertur ab Alpe
Trans pelagus. cervi currum ſubiere jugales,
Quos decus eſſe Deae primi ſub limine coeli
Roſcida fecundis concepit Luna cavernis.
Par nitor intactis nivibus. frons diſcolor auro
Germinat, & ſpatio ſummas aequantia fagos
Cornua ramoſo ſurgunt procera metallo.
Opis frena tenet. fert retia rara Lycaſte,
Auratasque plagas: inmortalesque Moloſſi
Latrantes mediis circum juga nubibus ibant.
Quinque aliae paribus (Phoebe ſic juſſerat) armis
Diverſa regione ruunt; ducuntque cohortem
Quaeque ſuam. variae formis & gente ſequuntur
Ingenioque canes. illae gravioribus aptae
Morſibus: hae pedibus celeres. hae nare ſagaces.
Hirſutaeque fremunt Creſſae, tenuesque Lacaenae,
Magnaque taurorum fracturae colla Britannae.
Dalmatiae lucos abruptaque brachia Pindi
Sparſa comam Britomartis agit. tu Gallica cingis
Luſtra, Leontodame; Germanorumque paludes
Eruis, & ſi quis defenſus arundine Rheni

Va-

ſilvarum, & in primis Dianam, cujus numen in ſilvas ſecum ferentes venatores, felici praeda augebantur. Senec. Hippol. 73. de Diana:

Tua ſi gratus numina cultor
Tulit in ſaltus, retia vinctas
Tenuere feras &c.

montes poſſet retineri, ut urbibus opponantur vaſtae terrae, quae per montes & ſilvas ſaepe intelliguntur. BURM.

287. *Quos decus eſſe Deae primi ſub limine coeli*] *limine* prim. Vatic. & plerique alii, ut Scaliger conjecerat. Lovan *ſub limina*. Virgil. *inſueti miratur limen Olympi*. Val. Flacc. IV. 28.

Nunc Jovis acceſſus etiam mihi limina coeli
Conciliant.

ita legendum ex veteri libro. Homerus βηλῷ voce plerumque utitur, ut Iliad. A.

Ῥίψει ποδὸς τετυγὼν ἀπὸ βηλοῦ θεσπεσίοιο. HEINS.

vide II. Stl'ich. 302. III. Conſ. Honor. 164. *limite* Jun. Oxon. *decus eſſe Deae* Barthius explicat eſſe Graeciſmum, *ut eſſent decus*. vide eum ad bell. Gildon. 51. ubi tamen mollior eſt locutio. *rapida* Vicet. & Parm. BURM.

288. *Luna*] Vide quae diximus in Proſerp. de lunari globo, & quae in Praefat. Lib. II. ejusdem operis. CLAVER.

289. *Frons*] *frons* Oxon. *decolor* MS. Pulman.

291. *Procera metallo*] *ſpatioſa* prim. Med. Farnes. & Palat. Ovid. III. Met. 20.

Bos ſtetit attollens ſpatioſam cornibus altis
Ad coelum frontem

ſic bene libri, non *ſpecioſam*. HEINS. ſed praeceſſit *ſpatio*.

295. *aliae*] *aliis* Wolf. a m. pr. & *pariter*.

296. *Ducuntque cohortem*] *ducuntque* quinque libri. rectius. ſimiles loquendi modos Naſoni paſſim reddidimus. HEINS.

299. *Hae nare*] *& nare* Oxon. *haec p. c. haec nare* Vicet. *haec p. c. hae* Parm.

300. *Hirſutaeque fremunt Creſſae*] *Argutaeque* Vlitius emendat ad Gratium 212. curis ſecundis. aliter ſcripti. HEINS.

302. *Dalmatiae*] *Dalmaticae* Leid. *Delmatiae* Ald.

303. *Conam*] *comas* Jun. Oxon. *agit* poteſt exponi *agitat*, de quo ad Ovid. V. Met. 206. dubito tamen an non rectius eſſet *adit*. ſed quia reliqua verba actum aliquem venaticum exprimunt, nihil mutandum puto. BURM.

Vaſtus aper nimio dentes curvaverit aevo.
Nubiferas Alpes, Apenninique receſſus,
Garganique nives Hecaërge promta fatigat.
Speluncas canibus Thero rimatur lberas,
Informesque cavis urſos detrudit ab antris,
Quorum ſaepe Tagus manantes ſanguine rictus
Non ſatiavit aquis, & quos jam frigore ſegnes
Pyrenaea tegit latebroſis frondibus ilex.
Cyrneis Siculisque jugis venata virago
Nebrophone, cervos aliasque in vincula cogit
Non ſaevas pecudes, ſed luxuriantis arenae
Delicias, pompam nemorum: quodcumque tremendum
Dentibus, aut inſigne jubis, aut nobile cornu,
Aut rigidum ſaetis. capitur decus omne timorque
Silvarum, non cauta latent: non mole reſiſtunt
Fortia, non volucri fugiunt pernicia curſu.
Haec laqueis innexa gemunt: haec clauſa feruntur
Ilignis domibus. fabri nec tigna polire
Sufficiunt. rudibus ſagis texuntur & ornis
Frondentes caveae. ratibus pars ibat onuſtis
Per freta, per fluvios. exſanguis dextera torpet

Re-

306. *Curvaverat aevo*] *curvaverit* ſex ſcripti. & id bene. HEINS.

308. *Hecaerge promta*] Alii, *Hecarige*. alii, *Michaerte*. quidam, *Nichalce*. lege, ut ſupra, *Erymanthe*. DELR. Et hic variant codices. *Machaerge*, *Nichaerce*, *Nicarce*, *Acaerge*, *Athaerce*, & neſcio quid praeferentes. *Nichaerte* Vicetin. *Erymarce* Ald. *Nichaerce* Wolf.

310. *Ab antris*] *in antris* Jun. *Informisque canis* Lovan. Vicetin.

313. *Latebroſis*] *Pyrenaea texit lapidoſis* Vicetin.

314. *Cirnaeis*] Sic Paris. Baſil. Lugd. Vicetin. vero & vet. German. *Ciraeis* in MSS. utrumque reperio. DELR. *Cirreis* Jun. & Leid. m. f. & Vicetin. *Circaeis* Iſingr. *Cirreis* Oxon. duo. *Suirnaeis* Leid. *Cirnenis* Leid alter. *Cirnaeis* Parm. Ald. Colin. Iſingr. & aliae. *Cyrnis* Wolf. pro *Siculisque*, *ceterisque* Jun.

315. *Nebrophone*] *Nerophone* Wolf.

316. *Non ſaevas*] Vetus liber, *Nec*. eo modo nec manifeſtum furtum dicunt juris auctores. erat etiam lex antiquiſſima: SENATORI QUI NEC ADERIT AUT CAUSA AUT CULPA ESTO. ut Cicero de Legibus refert. DELR.

317. *Pompam nemorum*] *nemorum pompam* Jun. Oxon. *pompas nemorum* Oxon. prior. Intelligit venationis ſpeciem, quae *ſilva* vocabatur, de qua vide Vopiſc. Prob. cap. XIX. & Capitol. Gordian. cap. III. BURM.

320. *Non cauta latent*] multi veterum, *cauta*. quomodo legendum Lib. II. de Rapt. II. monemus. III. Conſ. Hon. 90. *cauto nec profuit boſti Munitis baſſiſſe locis*. HEINS *cauta* Wolf.

322. *Haec laqueis*] *Quae laqueis* Jun. *innixa* Lovan. Wolf. *vel clauſa* Jun. *haec l. in. gemit* pro *gemis* Vicetin. deinde *inlignis* vel *illignis* Leid. *in lignis* Leid. alter, Vicet. *in linguis* Parm.

323. *Parare*] Haec veteris libri, ubi in ceteris *polire* continetur, eſt ſcriptura, ut reor, vera. DELR. *non tigna* Jun. Oxon. *ligna* Oxon. alt. & Voſſ.

324. *Rudibus fagis*] *rudibusque* Voſſ. a m. prim. & Vicetin.

325. *Caveae*] Caligula quosdam beſtiarum more caveis coercuit, quem hac in parte Ludovicus undecimus voluit imitari. ſed blandiori cuſtodia. Symmachus de canibus Scoticis ſibi gratulatus, ait, *Scoticos canes praeluſionis die ita Roma mirata eſt, ut ferreis caveis putaret advectos*. CLAVER.

326. *Per freta, vel fluvios*] *per fluvios* prior More-

Remigis, & propriam metuebat navita mercem.
Per teram pars ducta rotis; longoque morantur
Ordine plauſtra vias, montani plena triumphi:
Et fera ſollicitis vehitur captiva juvencis,
Explebat quibus ante famem: quotiesque reflexi
Conſpexere boves, pavidi temone recedunt.
Jamque pererratis Libyae flagrantibus oris,
Legerat eximios Phoebi germana Leones,
Heſperidas qui ſaepe fugant, ventoque citatis
Terrificant Atlanta jubis, armentaque longe
Vaſtant Aethiopum, quorumque inpune fragoſa
Murmura paſtorum numquam venere per aures.
Non illos taedae ardentes, non ſtrata ſuperne
Lapſuro virgulta ſolo, non vocibus hoedi
Pendentis ſtimulata fames, non foſſa fefellit.
Ultro ſe voluere capi, gaudentque videri
Tantae praeda Deae. reſpirant paſcua tandem:
Agricolae reſerant jam tuta mapalia Mauri.
Tum virides pardos, & cetera colligit Auſtri
Prodigia, inmanesque ſimul Latonia dentes,

Qui

ei cum Gudianis ſchedis, concinne. HEINS. recte. vid. ad Ovid. I. Art. Am. 96. ita & Lucan. I. 368.

Duc age per Scythiae populos, per inhoſpita Syrtis
Litora. per calidas &c.

ubi male codex antiquus, *& inhoſpita*. noſter Bell. Getic. 200. *trans freta, trans Gallos*. in Leidenſi erat, *per freta, vel fluviis*. quod etiam recipi poſſet, nam ſaepe variant ſcriptores. Horat. I. Sat. v. 26.

Aut ob avaritiam, aut miſera ambitione laborat.

innumera exempla congerere liceret. ſed videat lector Cl. Graev. ad Cicer. Orat. ad Quirit. cap. 2. Jac. Gronov. ad Arrian. VII. 6. & Tacit. XVI. Annal. I. Cort. ad Salluſt. Catil. XX. & XXXIII. & alios. BURM.

329. *Montanis plena triumphis*] Vetus liber & Vicetin. *plena* duobus genitivis adjungunt, quemadmodum Varro Eumenidibus, *plenus vini & Veneris*. pro *vehitur* vetus liber *trahitur*. quae vox aptior eſt. DELR. *Montani triumphi* meliores, & mox pro *vehitur*, prior Moreti, Putean. & unus Ambroſ. *trahitur*. HEINS. Imitatur hic Senec. Hippol. 76. *fertur plauſtro praeda gementi*. & mox, *repetitque caſas ruſtica longo Turba triumpho*. vid. & Virgil. III. Georg. 375. *magno laeti clamore reportant*. ubi *laeti* eſt quaſi triumphantes. de verbo *trahere* vid. ad Ovid. VII. Met. 67. ubi & de *plauſtris* exempla adducta videbis. *montani plena triumphi* etiam Wolf. Vicet. & Parm. & ita ſolet *plenus* genitivum habere. vid. Feſcen. 64. & ad Ovid. I. Amor. XV. 36. *per fera* Wolf. BURM.

331. *Explebat*] *Explevit* Wolf. Voſſ. Lovan. Jun. Oxon. Leid. & edd. Vicet. Parm. Ald. & aliae.

332. *Recedunt*] *reduxerunt* codex Barthii.

334. *Legerat*] *Legat ad eximios* Jun. *Phoebe* Wolf. a m. prim.

335. *Heſperidas*] *Heſperias* Lovan.

338. *Paſtores numquam excepere per aures*] MS. *per auras*. DELR. *paſtorum numquam venere* Vatic. & novem alii ex emendatioribus. Scaliger & Barthius cum Delrii libro, *paſtores excepere per auras*. & ſic quinque noſtri. HEINS. edd. Vicet. Parm. Ald. Iſingr. & aliae, *paſtores numquam excepere per aures*. ſed *paſtorum venere per aures* praeferrem. ita *pervenit ad aures vox jucunda Deae* Epith. Pallad. 25. & ita paſſim Ovidius & alii. *per auras* Barth. prim. edit. probat. BURM.

339. *Illes*] *illos* Jun. antiquariorum more. *non fractis ſuperne* Vicetin.

344. *Referant*] *reſonant* Voſſ. a m. prim. *referant jam rupta mapalia* Vicet. & Parm.

245. *Pardos*] *Barros* Voſſ. a m. prim. Leid. duo Oxon. MS. Pulm. ed. Ald. *Mauros*, ſed emend. *Pardos* Lovan. & dubito an non Heinſius hanc varietatem adſcripſerit perperam vs. 246.

346. *Dentes*] vel *barros* tertius Vaticanus. HEINS. pri-

Digitized by Google

Qui ſecti ferro in tabulas, auroque micantes,
Inſcripti rutilum caelato Conſule nomen,
Per proceres & vulgus eant; ſtupor omnibus Indis
Plurimus ereptis elephas inglorius errat
Dentibus. inſedit nigra cervice gementum,
Et fixum Dea quaſſat ebur, penitusque cruentis
Stirpibus avulſis patulos exarmat hiatus.
Ipſos quin etiam nobis miracula vellet
Ducere: ſed pigra cunctari mole veretur.
Tyrrhenas foetus Libycos amplexa per undas
Claſſica turba ſonat, caudamque a puppe retorquens
In proram jacet usque leo. via ſublevat unum
Tarda ratis. fremitus ſtagnis auditur in imis,
Cunctaque proſiliunt cete: terrenaque Nereus
Confert monſtra ſuis; & non aequare fatetur.
Aequora ſic victor quoties per rubra Lyaeus
Navigat, intorquet clavum Silenus, & acres

In-

347. *Qui ſecti ferro*] Pro hiſce duobus verſibus primus Vatic. unum nobis exhibet, ut ex Oxonienſis cum Regio & Oiſeliano:

Qui mox in tabulas inſcripto Conſule ſecti. HEINS.

In tabulas] *in* deeſt Jun. alt.

349. *Stupor omnibus Indis*] *omnibus* Barthius legit. perperam. HEINS. Non tam abſurda lectio, ſi cum Claverio diſtinctio mutetur, *ſtupor omnibus Indis Plurimus*, *e. elephas* &c. fluvios ſtupuiſſe elephantos bibere dentibus ſuis ereptos. BURM.

350. *Ereptis*] *erectis* Jun. *ejectis* Voſſ. a m. prim. *elephans* Leid. imitatur haec Sidonius Paneg. II. Anthem. 54.

——— *ſic trunca reportat*
Boſporeis elephas inglorius ora tributis. BURM.

351. *Dentibus*] Galenus in libris Anatomicis pro axiomate ſtatuit, dentes omnes ex mandibulis oriri: cumque elephantorum propagines illae, quae eborariis, vel, ſi hoc inſolens, fabris aeris materiam ſuppeditant, non ex mandibulis, ſed ipſo cranio ortae, venis cephalicis nutriantur; miror auctorem noſtrum barris dentes, non cornua attribuiſſe. DELR.

Inſedit] Malim, *inſidit*. HEINS.

353. *Stirpibus avulſis*] Durus ablativorum concurſus. lego igitur, *avulſo*, ut ad *vi ebur* referatur. HEINS. *advulſis* Leid. Wolf. Ampl. Cuperus de Eleph. III. II. pag. 245. tollit diſtinctionem hoc modo,

——— *exarmat hiatus*
Ipſos. Quin etiam &c.

356. *Amplexa*] Vetus liber, *advexa*, vel *adnixa*. DELR. Alias, *adnixa*. hoc eſt, Nautae magna vi & contentione remigantes & adnixi, ut helciarios decet, ſuum celeuma ingeminant. ſed prior lectio veteri codice & omnibus, quos viderim, excuſis nititur, eſtque plana; nam & *complecti* idem eſt quod comprehendere, quinimo verſus inde plenior eſt. CLAVER. Scripti nonnulli, *adnixa*, *advexa*, *complexa*, *adnexa*. Latet aliquid mendi, quamvis vulgatum tueatur Claverius, prim. Vatic. aliique complures ex ſcriptis. Forte verſus exciderit. nolo conjecturis abuti. pro *Claſſica turba* prim. Vatic. cum plurimis aliis, *Claſſis*. in nonnullis *Claſſi*. an pro *Clatbris*? ut paulo ante Palatin. *Claſſibus*. HEINS.

358. *In proram jacet usque leo*] *jacit* ex ſuis Claverius, aliter noſtri, a quibus non recedo. etſi Claverianum prolem, ſi certo conſtet ex membranis fidelibus depromtum; nam vir bonus Cujacianas conjecturas pro veteri ſcriptura haud rarus arripuit. HEINS. *in puppe relinquens* Oxon. & deinde, *ad puppim jacet* Oxon. *ad proprium* Leid. duo Lovan. *in propriam jacet ipſe* Vicet. *jacet ipſe* Parm. *jacit* Raphel.

360. *Terrena*] Ita optimus codex. alias *Tyrrhena* nullo ſenſu. id eſt terrena monſtra ſuperant monſtra maris. CLAVER.

361. *Sed non aequare fatetur*] Exiſtimo legendum, *ſuis*; *ſua non* &c. DELR. *& non* meliores libri. HEINS. *Sed non aequare fatetur Aequor. ſic victor q. p. rura Lycaeus Navigat* Vicetin.

364. *Adjudant*] Hoc verbum reperi in MS. quod prae-

Insudant tonsis Satyri, taurinaque pulsu
Baccharum Bromios invitant tympana remos.
Transtra ligant ederae. malum circumflua vestit
Pampinus. antennis inlabitur ebria serpens,
Perque mero madidos currunt saliuntque rudentes
Lynces, & insolitae mirantur carbasa tigres.

praetuli τῷ *Insudant*, quamvis & hoc non displiceat nimis. CLAVER. *Adjudant* nostri plerique. sed prim. Vatic. aliique meliores, *Insudant*. & sic Claverius, qui & bene mox, *saliunt* pro *soluunt*, quomodo & quidam ex nostris, interque illos Vaticanus princeps. HEINS. *jam certe potes insudare laberi* dixit Calpurn. Ecl. V. 10, & ita hic Vicetin. Parm. & optima quaeque editio. Aldus, *Assudant*. & Leid. & Wolf. DURM.

363. *clavum*] *claves* Leid.

Taurinaque pulsu] *cursu* Jun. *taurinaque repulsu*. Leid.

365. *Bromios invitant tympana remos*] *Pronos* vetus codex. Sillus:

Fertur prona ratis, ventos rumpellere credas. CLAVER. *pronos* edidit Claverius, approbante Barthio. aliter nostri omnes, nisi quod in altero Moreti, *Bromios*. *Bromii* voce non uno loco alibi est usus Claudianus, quare & hoc loco ea est admittenda. *Lenaea dona* apud Stat. IV. Silvar. VI. *Lacex Lyaeus* apud Maronem. Alludit ad celeusma nauticum. HEINS.

368. *soluuntque rudentes*] vetus Germanica editio emendate *saliuntque*. quod ex hac decuria immerito ejectum, postliminio redeat. *Lynces, & uda mero lambunt retinacula tigres*. DELR. *saliunt*, quod & alii notarunt, etiam in veteri codice, non *soluunt*. Stat. *uda mero lambunt retinacula tigres*. CLAVER. *saliuntque* Wolf.

369. *Insolitae*] *Insolitas* habuit vetus codex. quae si vera est, Carbasa inanima tigres sibi hactenus incognitas mirantur, ut in Phoenice forte dixit *Mirata lumina*. His vero tribus Panegyricis satis superque laudatur Stilicho vir magnus, sed parum felici exitu. Nam Olympius, teste Zosimo, specie religionis valde formidabilis eum Honorio maligne detulit. ajebat enim in Orientem nulla alia de causa iter suscipere, nisi ut Theodosio juniore interfecto, filium suum Eucherium diademate insigniret. Interim Stilicho concilium vocat, ubi duces primi ordinis senserunt Principem, quando erat male affectus, & aliquid moliturus contra Stilichonem & socios, e medio tollendum esse. At Stilicho nullius culpae erga Principem, ut ajebat, conscius, quum non sibi diffideret, satellitum suorum cladem Sari opera editam illico persensit, quare tentorio suo elapsus Ravennam abiit, &, prout res se tulit, intempesta nocte Ecclesiam intrat, quem Episcopus non dimisit, priusquam videret Honorii litteras, quibus nihil capitale statueretur; sed ubi Stilicho egressus est, alteras literas ostendere, quibus tristis continebatur sententia. Itaque Stilicho ad mortem ducitur: cumque ipsius servi ac domestici eum periculo vellent eripere, Stilicho minis & auctoritate sua impediit exemplo Caesaris, qui cum videretur sibi vixisse ad gloriam, non invitus sensit Kalendas Martias. CLAVER. Barthius cum libris Claverianis mavult, *insolitas*. HEINS.

Digitized by Google

CL. CLAUDIANI

IN LIBRUM

DE BELLO GETICO

PRAEFATIO.

Poſt reſides annos longo velut excita ſomno
Romanis fruitur noſtra Thalia choris.
Optatos renovant eadem mihi culmina coetus,
Perſonat & noto Pythia vate domus.
Conſulis hic faſces cecini, Libyamque receptam.
Hic mihi proſtratis bella canenda Getis.

Sed

Hujus libri titulus variat in antiquis codicibus. unus habet, *De Bello Pollentiaco*, alter, *De victoria Stilichonis contra Alarichum*, quod magis placet. verum brevitati locum dedimus: quamvis conſtet, id potiſſimum agere poëtam, ut Stilicho in coelum laudibus efferatur. CLAVER. *Liber de victoria Honorii, quae attribuitur Stilichoni* Leid. in quo alia manu, *Praefatio de victoria Stilichonis contra Alaricum*. Barthius librum quartum de laudibus Stilichonis facit.

1. *Poſt reſides annos*] Non adeo in occulto poſita ſunt Claudiani ſtudia, ut ignoremus, quamdiu fuerit immunis a poetica prurigine, ſi hoc verbo in tam praeclara re utendum eſt. Scripſerat igitur anno 396. Conſulatum IV. Honorii & Gildonem. anno 399. Eutropium. anno 400. Stilichonem. At duobus annis ſequentibus feriatus eſt in hunc usque annum, qui 403. numeratur, Theodoſio juniore Auguſto & Rumorodio Coſſ. CLAVER.

2. *Choris*] *modis* Oxon. ſed nihil mutandum docet ſimilis fere locus in fine Praefat. Lib. II. de Rapt. 51.

Antraque Muſarum, longo torpentia ſomno,
Excutis, & placidos ducis in orbe choros. BURM.

4. *Pythia domus*] Id eſt templum Apollinis, quod non procul a domo Imperatoris; legimus enim Auguſtum in ea parte Palatinae domus templum Apollini dedicaſſe, quam fulmine ictam deſiderari ab eo dixerant aruſpices. Ibi recitabant Poëtae. vide Propertium & Horatium. CLAVER.

5. *Conſulis hic faſces cecini*] *cecini* cum nonnullis ſcriptis & Raphelengio. mox, *abenam*, pro *amoenam* bene Claverius, confirmant Lucenſ. & Gyrald. cum excerptis Pomponii Laetl. HEINS. *cecini* etiam Vicetin. Parm. Ald. & Colin. mox, *hic mihi pro ſtratis*, Vicet. Parm. Ald.

6. *Effigiem*] Hunc honorem ſtatuae meruit Claudianus, praeſertim poëmatio de Gildone, cujus baſis marmorea eruta eſt ante ſeculum in foro Trajani. eam Pomponius Laetus, aevi ſui Quintilianus, poſſedit, atque in honore habuit. Inſcriptio talis eſt:

CL. CLAUDIANO, V. C. INTER. CAETERAS. INGENTES. ARTES. PRAEGLORIOSISS. POETARUM. LICET. AD. MEMORIAM. SEMPITERNAM. CARMINA. AE. BODEM. SCRIPTA. SUFFICIANT. ATTAMEN. TESTIMONII. GRATIA. OB. JUDICII. SUI. FIDEM. D. D. N. N. ARCADIUS. ET. HONORIUS. FELICISSIMI. AC. DOCTISSIMI. IMPERATORES. SENATU. PETENTE. STATUAM. IN. FORO. DIVI. TRAJANI. ERIGI. COLLOCARIQUE. JUSSERUNT. Ad haec diſtichon Graecum valde elegans, ubi pro ἐν, ἐπὶ quod eſt ſimul, ſive una, ineptulus quidam auſus erat ἔτι obtrudere, contra fidem lapidis antiqui. id vero tale eſt:

Οἱ ἐπὶ βιργιλίοιο νόον κρῖνε μοῦσα Ὁμήρῳ
Κλαυδιανὸν Ῥώμη κρῖνε βασιλεὺς ἔθετο.

quod nos poſt Janum Parrhaſium ita libere Latinum fecimus:

Cui mens Virgilii, cui muſa obvenit Homeri
Roma vovet ſtatuam, Caeſar uterque dedit.

hoc vero imaginis indice, nullum puto exſtare honorificentius, neque ipſe Maro quicquam tale adeptus eſt. Quod ſi quis miretur hominem Aegyptium de Latio quaſi triumphum egiſſe, ſciat Terentium

 na-

Sed prior effigiem tribuit ſucceſſus ahenam,
Oraque patricius noſtra dicavit honos.
Adnuit hunc princeps titulum, poſcente Senatu
Reſpice, judicium quam grave, Muſa, ſubis!
Ingenio minuit merces properata favorem,
Carminibus veniam praemia tanta negant.
Et magis intento ſtudium cenſore laborat,
Quod legimur medio conſpicimurque foro.
Materies tamen ipſa juvat, ſolitumque timoris
Dicturo magna ſedula parte levat.
Nam mihi conciliat gratas inpenſius aures
Vel meritum belli, vel Stilichonis amor.

natione Afrum, bello captum, victori gentium populo, vel ſpectante Roma, palmam eripuiſſe. CLAVER.

Ahenam] Ita vetus codex. alii, *amoenam*, uno conſenſu, quod ne retineam facit ipſa rei veritas. *abena ſigna* dixit Lucretius. *abenea* Horatius. id eſt ſtatuas ex aere. talis etiam erecta eſt inſigni Claudiani aemulo Sidonio Apollinari, ut ipſe teſtatur:

Nil votum prodeſt adjectum laudibus iſtud,
Ulpia quod rutilat porticus aere meo.

& prius Annio Paulino Jun. Proconſ. Aſiae ob meritum nobilitatis & eloquii, petitu Populi R. teſtimonio Senatus ac judicio Augg. ſed enim auro perfuſa. ſub auro item decreta eſt Fl. Eugenio, Aur. Victor Hiſtoricus aenea ſtatua honoratus eſt, Marcellino teſte. Huc etiam pertinet ſtatua Proaereſii, viri magni, inſtar Coloſſi, de qua Sardianus Χαλκὴν ἰσομέγεθες Ῥωμαῖοι ἀνέθηκαν ἐπιγράψαντες Η ΒΑΣΙΛΕΥΟΥΣΑ ΡΩΜΗ ΤΟΝ ΒΑΣΙΛΕΣΟΝΤΑ ΛΟΓΩΝ. CLAVER. vide Dempſter. Etrur. Regal. II. cap. 13. p. 280. *amoenas* Jun. *amoenam* Vicetin. Parm. Ald.

7. *Succeſſus*] *fuccenſus* Wolf.

9. *Adnuit hic titulum*] Clariſſimatus, ut ex inſcriptione ſtatuae patet, quae Claudiano dicata fuit in foro Trajani, quae & nonnullis editionibus praefixa habetur. DELR. Pro *hic*, *hunc* lego cum melioribus libris. HEINS. *huic* Oxon. *hunc* Lovan. Leid.

11. *Minuit*] *meruit* Voſſ. a m. 2. *laborem* Jun.

13. *Intento*] *in tanto* Voſſ. a m. prim.

14. *Quod legimur*] *Et legimur* Jun. *legimus* Jun. alt. male. vid. ad Ovid. Epiſt. XV. 41. & hic Barthium. & ad III. de Rapt. 222. BURM.

15. *Tamen*] *tantum* Voſſ.

Solitumque timorem] *timoris* Lucenſ. & Gyrald. eleganter. ſic *clauſa viarum*, taliaque infinita, de quibus alibi. HEINS. *timorem* Leid. *tumorem* Parm.

16. *Levat*] *juvat* vel *levat* Lovan.

18. *Vel meritum libri*] *belli* Excerpta Putean. optime. HEINS.

Digitized by Google

CL. CLAUDIANI

DE

BELLO GETICO

LIBER.

INtacti quum clauſtra freti, coëuntibus aequor
Armatum ſcopulis, audax inrumperet Argo,
Aëetan Colchosque petens; propiore periclo
Omnibus adtonitis, ſolus poſt numina Tiphys
Incolumem tenui damno ſervaſſe carinam
Fertur, & ancipitem montis vitaſſe ruinam,
Deceptoque vagae concurſu rupis in altum
Victricem duxiſſe ratem. ſtupuere ſuperbae

Vi-

Liber hic in uno Claverii codice, *de bello Pollentiaco*. in altero, *de victoria Stilichonis contra Alaricum* vocatur. utramque inſcriptionem in noſtris quoque deprehendi. Lucenſ. *de Bello Gothico*. Putem, *de pugna vel victoria Pollentiaca*. Poëma hoc in primo Vaticano manu recentiori erat exaratum. HEINS.

1. *Intacti* &c.] Bella ſimilitudo navis cum Imperii gubernatione. Horatius eleganti allegoria uſus eſt re minime diſpari, quum ait, *O navis referent in mare te novi Fluctus*. CLAVER.

2. *Armatum ſcopulis*] *Arctatum* Raphelengius contra libros veteres. fruſtra. ſcio quidem *Symplegadas arctas* ab Ovidio I. Triſt. X. 47. dici. novi & illud Statii v. Theb. 356. *oraque primum Cyaneis arctata vadis*. etiam Senecae illa ex Hercule Furenti 1210. *quae ponium Scythen Symplegas arctat*. atque hujuſce notae complura: ſed vulgata lectio ſe tuetur illis ex laude Serenae 20.

——— *quod ſtagna Charybdis*
Armarit, quod Scylla canes.

in Epigrammate XXXV. etiam habes, *exarmatum terris cingentibus aequor*. mox *Aeëtan* excerpta Laeti. HEINS. Ego quoque *armatum*, ut magis poëticum, praefero. ita Rutilius Lib. I. 60.

Non armata ſuo repulit urſa gelu. BURM.

Argo] Haec archetypos navium creditur a pleriſque. hujus autem fragmenta temporibus Domitiani viſa ſunt Romae, auctore Martiali, qui ita concludit:

Sanctior eſt tota parva tabella rate. CLAVER.

3. *Aetaeam*] MS. *Oetam*. lege, *Aeaetham*. DELR. *Oetheam* Voſſ. *Oetam* Jun. Leid. Oxon. *Letheam* Oxon. *Oeteam* Lovan. *Aeeam* etiam legi poſſe credebat Barthius.

4. *Poſt numina*] *poſt manera* Oxon. & marg. Inſingr.

7. *Concurſu*] *cum curſu* Oxon.

8. *Stupuere ſuperbae*] *ſuperbi* tres ſcripti. unus Mediceus, *ſuperbâ*. quod Livineio placebat. neque aliter a manu ſecunda in Oiſeliano. mox pro *cunctis puppibus* Oxon. *certis*. pro *jura ſoli*, unus Vatic. *ſali*. HEINS. *certae naves* eleganter poſſent dici periculum nullum metuentes, ut contra *dubias naves* dici docuimus ad Ovid. Epiſt. XX. 199. & Markland. ad Stat. III. Silv. II. 6. & ita carinam, quam ventus, ventoque rapit contrarius aeſtus, *incertam* vocat Ovid. VIII. Met. 472. & noſter infr. vs. 52. *certa ſecundis Fide Deis*. *certus* & *cunctus* conmutantur etiam in ſcriptis. infr. 373. & Lib. III. de Rapt. 116. non audeam tamen *cunctis* movere, quia Argo prima navis hoc periculo per Tiphyn & Deos liberata, omnibus in poſterum viam fecit facilem navibus. ita manifeſte Valer. Flacc. IV. 708.

Imperio fixas Fovis, aeternumque revinctos
Neſcius; ut fati certa nam lege manebat,
Si qua per hos undis unquam ratis iſſet apertis.

Arte viri domitae Symplegades; & nova paſſae
Jura ſoli, cunctis faciles jam puppibus haerent,
Ut vinci didicere ſemel. quod ſi ardua Tiphyn
Navis ob innocuae meritum ſic gloria vexit;
Quae tibi pro tanti pulſo diſcrimine regni
Sufficiant laudes, Stilichon? licet omnia vates
In majus celebrata ferant, ipſamque ſecandis
Argois trabibus jactent ſudaſſe Minervam;
Nec nemoris tantum junxiſſe carentia ſenſu
Robora, ſed, caeſo Tmarii Jovis augure luco,

Ar-

faciles cunctis editiones priores. *& vinci* Lovan. BURM.

12. *Meritum*] *ventum* Exc. Voſſii.

13. *Tanti pulſo diſcrimine regni*] *tantis regnis* malo. pro *ſufficient*, alii, *ſufficerent*. Gevartius, *ſuffi-ciant*. bene. HEINS. *digno diſcrimine* Vicetin.

15. *In majus*] Simile illi Liviano: *qua quidem incerta in majus vero ferri ſolent*. Latinus Pacatus: *amplificatrix veri vetuſtas*. citante quoque Lactanc. Lib. I. cap. XXI. Salluſtius dixit, *vetuſtatem omnia in majus componentem*. DELR.

16. *Faſtent*] *jactant* Lovan. Oxon. Jun. Leid. Vicetin. ſed tunc & *ferunt* legendum eſſet. nihil mutandum. BURM.

Minervam] Apud Virgilium Pallas equum durateum vel deſignat vel effingit: hic vero in fabricando navigio deſudat, unde *Tritonia pinus* & *Palladia puppis* dicitur Naſoni. apud Val. Flacc. *Pallas Moliri puppim jubet*. Orpheus vero Junonem opificii auctorem facit ac monitricem, quod non miror; nam Juno, teſte Cicerone, moneta a monendo dicta eſt. vide Ovidii Faſtos. CLAVER.

18. *Monitu Jovis*] Janus Parrhaſius, mea quidem ſententia non abſurde repoſuit, *Tomari*. nam in veteri libro mendoſe *teneri* legitur. DELR. In veteri codice *monitu Jovis*. & in alio, *teneri*. in quo haeſito non parum, utraque enim lectio ſe mihi oſtentat in invidiam alterius, nec abſurdum videri poteſt, ſi *monitu Jovis*, e cujus capite Minerva prodiit, & qui, teſte Auſonio, prudentia excellit, machina ejuſmodi ad uſum humani generis elaborata eſt. Quod ſi *teneri* legas, etiam defendi poterit, ut Dodona ſit *lucus teneri*, id eſt infantuli Jovis; quamvis enim in Ida credatur genitus, tamen Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται huic opinioni fidem demere queant. Callimachus ſane de hac re dubitat, cum ait, Διογενῆα ἀείσομεν, ἢ Δικταῖον. diſerte vero egregius Homerus, Ζεῦ ἄνα Δωδωνεῦ. At Janus Parrhatius, vir multae lectionis, praeclara conjectura legendum cenſet, *Tomari*, a Tomaro monte iſtius regionis. CLAVER. *teneri Jovis augure luco* ſcripti fere omnes. Oxon. & Reg. *tenari*. unus Petav. cum Oiſeliano, *toneri*. alii quidam, *ſummi Jovis*. tert. Vatic. *totum*. vulgo *monitu Jovis*. *Tomuri Jovis* primus, quod ſciam, Janus Parrhaſius emendavit. mox alii, *Tomari*, quod idem. atque ita locum produxit Jacobus Conſtantius Fanenſis Collectaneorum cap. XXV. ſed cum ſecunda ſyllaba in *Tomarus* producatur, ut in illo Orphei, Argonauticis, ubi de Argo agit:

Αἱ τότ' ἐπιβρομέωσι Τομαρίαις ὑλάεσσι φηγοὶ,

mihi *Tmarii Jovis* a Claudiano ſcriptum videtur. Heſychius, Τμάριος· Ζεὺς ὁ Δωδώνη. Stephanus, Τόμαρος· ὄρος Δωδώνης, ὁ τοὺς Τομάρους, ἀφ' οὗ τοὺς κατοικοῦντας Τομάρους. οἱ δὲ Τμάρος (ſic lego, non Τμάρους) ὡ τὸ ἐθνικὸν Τμάριος. Virgil. Ecl. VIII. 44.

Aut Tmarus, aut Rhodope, aut extremi Garamantes.

ſic enim antiquiſſimus longe codex Mediceus. vulgo, *Ismarus*. nec dubito apud eumdem Lib. V. Aeneidos 620. pari modo ſcribendum eſſe:

Fit Beroe Tmarii conjunx longaeva Doryclî.

pro quo *Ismarii* nunc circumfertur. certe omnium veterrimus codex Florentinus, *Mari*. unus Leidenſis, *Tarii*. Pierius quoque Valerianus in plerisque ſuis *Marii* inveniſſe ſe teſtatur. ſic Lib. IX. 685. apud eumdem Virgilium codex Mediceus idem laudatiſſimus, pro *praeceps animi Tmarus*, habet *Marus*. quod nomen apud Silium Italicum quoque occurrit. Ceterum, ut ad *Tmarium Jovem* revertar, apud Callimachum quoque Hymno Cereris Ὄφρεν' ὁ Τμαίοιο habes. ſuperiori verſu *junxiſſe* pro *vinxiſſe* jam emendarunt alii, & ſic ſcripti. ſic *jungi latus* de navi apud Valer. Flacc. I. 123.

——— jam pinus gracili diſſolvere lamna
Theſpiaden; jungique latus, lentoque ſequaces
Moliri videt igne trabes.

Malim praeterea, *caeſa Tmarii Jovis augure luco Arbore*. *caeſa arbore*, inquam, malo, quam *caeſo luco*. HEINS. *leni Jovis* Wolf. *junxiſſe* Raphel. verſu ſuperiore pro *Nec nemoris*, *Ne nemoris* Lovan.

19.

Arbore praefiga tabulas animaſſe loquaces:
Plurima ſed quamvis variis miracula monſtris
Ingeminent teneras vincturo carmine mentes;
Harpyiasque truces, inſopitisque refuſum
Tractibus aurati cuſtodem velleris anguem,
Et juga taurorum rapidis ambuſta favillis,
Et virides galeis ſulcos, foetasque novales
Martis, & in ſegetem creſcentis ſemina belli:
Nil veris aequale dabunt. prohibere rapaces
Scilicet Harpyias, unaque excludere menſa
Nobilior titulus, quam tot potuiſſe paratas
In Latii praedam Geticas avertere fauces?
Anne ego terrigenas potius mirabor in ipſis
Procubuiſſe ſatis, vitae quibus adtulit idem
Principium finemque dies, quam caeſa Getarum
Agmina, quos tantis aluit Bellona tropaeis,
Totaque ſub galeis Mavortia canuit aetas?
Per te namque unum mediis exſuta tenebris
Imperio ſua forma redit, clauſtrisque ſolutae
Triſtibus exſangues audent procedere leges.
Jamque poteſtates priſcus diſcriminat ordo
Juſtitiae, quas ante pares effecerat una
Nube timor. tua nos urguenti dextera leto
Eripuit: tectisque ſuis redduntur & agris
Damnati fato populi, virtute renati.

Jam

19. *Animaſſe*] *armaſſe* Voſſ. a m. s.

21. *Vincturi carmine mentes*] *victuro* ſex libri cum Gudianis ſchedis. totidem, *victuri*. tres, *vincturo*, bene. HEINS. *victuri* Wolf. *juncturi* Voſſ. a m. s. ſed a prima manu *vincturi*, cum gloſſa, id eſt, delectaturi. & ita Vicet. Parm. Ald. Iſingr. *ingeminans* Jun. Leid. *teneras* vel *teneras* Leid. prior.

22. *Harpyiasque*] *Arripiasque* Jun. *revulſum* etiam Lovan. *refugit* Jun.

24. *Ambuſta*] *anguſta* Jun.

25. *Sulcos*] *ſuccos* Lovan.

27. *Nil veris*] *Nil velis* Jun. Oxon. *Nil veris struſce* Voſſ.

28. *Excludere*] *expellere* Leid. *titulis* ed. Vicet. Parm.

31. *An ego*] *Anne ego*, novem libri. rectius. HEINS.

33. *Caeſa*] *caeca* Leid.

35. *Canuit*] *canduit* Jun. Oxon. *aeſtas* Wolf. a m. prim.

36. *Exuta tenebris*] *excita* prior Moreti, & unus Medic. quod placet. pro *unum* Iſingr. & Florent. S. Marc. *virum*, ſorte, *iterum*. HEINS. *exuta* non putem mutandum. IV. Cons. Hon. 178. *ſed tota repulſis Nubibus exuitur Tirace.* vid. ad Val. Flacc. III. 2. *exuſta* hic habebat Junian. BURM.

39. *Jamque*] *namque* Jun. Oxon.

40. *Quas ante pares effecerat una Nube timor*] Puto, *ſuffuderat una Nube*, vel *infecerat*. ſic Lib. III. Rapt. 87. *nox oculorum infecerat ignes*. & quod magis ad rem, Statius I. Theb. 123.

Atque ea Cadmeo praeceps ubi limine primum
Conſtitit, aſſuetaque infecit nube penates.
una nube idem Theb. VI. 411.
Et jam rapti oculis, jam caeco pulvere mixti
Una in nube latent. HEINS. ſed praecedens *diſcriminat* poſtulat hic *pares effecerat*, de *una nube* vide ad II. in Eutrop. 285.

41. *urguenti*] vetus liber, *ingenti*. DELR.

43. *Fato*] *ſatis* Jun. Oxon.

Jam non in pecorum morem formidine clausi
Prospicimus saevos campis ardentibus ignes:
Alta nec incertis metimur flumina votis,
Excidio latura moram: non poscimus amnes
Undosam servare fidem: nubesque fugaces,
Aut conjuratum querimur splendere serenum.
Ipsa quoque internis furiis exercita plebis
Securas jam Roma levat tranquillior arces,
Surge, precor, veneranda parens, & certa secundis
Fide Deis, humilemque metum depone senectae,
Urbs aequaeva polo. tum demum ferrea sumet
Jus in te Lachesis, cum sic mutaverit axem
Foederibus Naturâ novis, ut flumine verso
Inriget Aegyptum Tanais, Maeotida Nilus;
Eurus ab occasu, Zephyrus se prodat ab Indis,
Caucasiisque jugis calido nigrantibus Austro,
Gaetulas Aquilo glacie constringat arenas.
Fatales hucusque manus, crebrisque notatae
Prodigiis abiere minae: nec sidera pacem

Sem-

44. *In pecorum morem*] *cum pecorum mortem* Wolf.

46. *Flumina votis*] *fulmina* Gyrald. & quatuor alii. HEINS. & Wolf.

47. *Latura*] *matura* Jun. Oxon. *latura moram* ed. Vicet. *nec poscimus* Wolf. & multi scripti. *amnes* etiam, vel *annis* Oxon. *annis* Voss. *nubesque negaces* Excerpt. Voss. a m. prim. *servasse fidem* Jun. alt.

50. *Ipsa quoque internis furiis*] *internis* duodecim scripti cum Gudianis schedis. bene. Silius Lib. VIII. 21.

His super internas tabes, & civica vulnus
Invidia augebant.

sic lego. *labes* locum hic non habet. Sallustius IV. Histor. *Qui quidem mos, ut tabes, in urbem conjectus.* sic & *tabem fori* dixit Tacitus. quandoque enim pro peste sumitur. in Pricaeano & Excerptis Vossii, *furiis exercita belli.* forte, *interni belli.* mox pro *levat*, optimus Ambros. *leva.* ut Romam alloquatur. sequentia confirmant. HEINS. sic *externum furorem* dixit VI. Cons. Honor. 406. BURM.

52. *veneranda*] Nil repugnat, quominus membranis assentiamur, quae *reverenda*. DELR.

Certa] *tuta* Lovan. quod ex glossa venit.

54. *Urbs*] Claudianus urbis aeternae, sic enim vocat Ausonius, statum inviolabilem auguratur, sed frustra; nam post obitum Stilichonis Roma capta ac direpta est ab Alarico duce Gothorum, qui auro salutem civium vendidit, ac spoliatos iterum circumdari fecit, ut post substantiam vitam quoque perderent: itaque pauci, qui caperentur, inventi sunt, ad nefandos cibos erupit esurientum rabies, & sua membra laniarunt, dum mater non parcat lactenti infantulo, & suo recipit utero, quem ante effuderat. denique Illustris feminae domum victor ingressus, cum defossas opes vili excusaret tunica, fustibus & flagellis eam cecidit. Haec sunt fere verba D. Hieronymi, qualia non excidere Episcopo Hipponensi, aut Cassiodoro viro insigni, sed Gothico scribenti, Romam a Gothis captam, qui clementer usi sint victoria. CLAVER.

57. *Maeotida*] *Maeotina* Lovan.

58. *Prenas ab Indis*] *prodat* primus Petav. duo Vaticani & Patavinus. diximus ad I. Rapt. 3. HEINS.

59. *Calido*] *calidoque* Jun. Oxon. ita apud Val. Flacc. I. 13. quidam. *Salymoque nigrantem pulvere fratrem.* sed male. vide quae ibi diximus. *Caucasseis* Lovan. & editi olim. BURM.

60. *Aquilo*] *Aquilon* Jun. Oxon. vide 11. de Laud. Stilich. 396. BURM.

61. *Hucusque*] *nunc usque* Oxon. *notare* & *abire* Vicetin.

62.

Digitized by Google

Semper habent: ipſumque Jovem, turbante Typhoeo,
Si fas eſt, tremuiſſe ferunt, quum brachia centum
Montibus armaret totidem, ſpiramque retorquens
Lamberet adtonitas erectis anguibus Arctos.
Quid mirum, ſi regna labor mortalia vexat?
Quum gemini fratres, genuit quos aſper Aloeus,
Martem ſubdiderint vinclis, & in aſtra negatas
Tentarint munire vias, ſteteritque revulſis
Paene tribus ſcopulis coeleſti machina bello.
Sed caret eventu nimius furor. inproba numquam
Spes laetata diu: nec pervenere juventae
Robur Aloïdae. dum vellere Pelion Otus
Nititur, occubuit Phoebo, moriensque Ephialtes
In latus obliquam projecit languidus Oſſam.
Adſpice, Roma, tuum jam vertice celſior hoſtem:
Adſpice, quam rarum referens inglorius agmen

Ita-

63. *Typhoeo*] *trophaeo* Wolf.

64. *Si fas eſt timuiſſe*] *tremuiſſe* meliores. & mox, *ſpiramque*. HEINS. Ita *tremere* pro *timere* reſtitutum II. in Ruſin. 125. & alibi. *ſpiranque* Wolf.

68. *Aloeus*] *Aleus* Wolf.

69. *In aſtra*] *in antra* Oxon. *tentarunt* Vicet. & Parm. eſt imitatio Horatiana ex Lib. III. Od. 2. *negata. tentat iter via.* BURM.

70. *Munire*] *muare* Jun.

73. *Pervenere*] alios *provenere* & *robora* legere, notat Barthius.

Juvenca Robur] Ex veteri libro repone, *juventae ad robur*. Homerus Odyſſ. A. unde hic locus deſumtus eſt, expreſſo magno eorum conatu ſubjungit, καὶ νέκυας ἐξενίλιξαν ἐπ' ἴχνια μήτερι ἧσιν. DELR. male. millies *venire* & *pervenire* ſine praepoſitione. vid. ad Virg. X. Aen. & ad Ovid. III. Met. 463. BURM.

74. *Aloïdae*] *Aloïdae* Leid. Lovan. *Aleiadae* Oxon. *Liciadae* Oxon. alt. *Alicure* Wolf.

Otbys] Vetus liber, *Otis*. ex Homero, Pindaro. Virgilio ſcribe, *Otus*. DELR. Totus hic locus propter unam particulam aeger erat, niſi veteris codicis auxilium ſubveniſſet. ſed dicet aliquis *Otbys* vel *Othus* eſſe & Gigantis nomen, atque alterum adgnoſci a Servio, quem nos laudamus quidem, ſed vitium ſcripturae non ſequimur. In alio codice Claudiani erat etiam *Otbryn*, idque multo ineptius. ſane Aloeus gigas & Iphimedia, ut videre Odyſſeae A. Oton & Ephialten Aloïdas geminos genuere, quorum vita adeo brevis fuit, ut novennium haud excederet. ex eo dicti Ἐννάρεες, a latitudine novem cubitorum Ἐπταπήχεες, propter longitudinem ulnarum novem Ἐννέοργυιοι, qui ſane diis, ut ait pocta Graecus, multum negotii facturi erant, εἰ ἔβης μέτρον ἵκοντο, quod fere ad verbum extulit hic noſter. ait enim, *Nec pervenere ad juvenae Robur*. quam lectionem vir doctus voluit in dubium vocare, cum ea ſit in omnibus libris, & a Servio aliisque, ut ſupra diximus, probari facile queat. Habes vero apud Homerum ὁ δ' ἐν τ' ἀπείρονα γαῖαν ἐναίετον ἠδ' Ἐφιάλτην. de quibus etiam loquitur Ammianus. CLAVER. *Otus* legendum alii jam viderunt. in ſcriptis certe nonnullis *Oxys* & *Otis* eſt. *Otus* & *Ephialten* Virgilius quoque in Culice conjunxit. HEINS. *Oſſe* Oxon. *Otbris* jun. Oxon. alt. *Otbis* Wolf. *Otbrys* Vicetin. *Otrys* Parm. *Otbyn* Ald. *Otbys* Junt. *Otbryn* Gryph.

75. *Occubuit Phoebo*] vid. ad Val. Flacc. VI. 280. & ſupr. Praef. III. de laud. Stilich. 24.

Ephialtes] *Ophialtes* Voſſ.

76. *Obliquam*] *obiquam* Voſſ. vide ad Ovid. IX. Met. 165.

77. *Adſpice, Roma, tuum jam vertice celſior hoſtem*] hunc verſum ei, qui incipit, *Adſpice quam rarum*, & vulgo praecedit, commodius exiſtimo praeponendum. DELR. Ita vetus codex clare & dilucide, cum antea ſecundus ab eo verſus praecederet oſcitantia librarii. id ſane viro inſigni veram elicuit olim conjecturam, quae hic, ut vides, belle confirmatur. CLAVER. veteres editiones praepoſtero ordine exhibent. cod. Wolf. & ed. Vicet. etiam caret ſecundo, *Adſpice quam rarum* &c.

Italia detruſus eat: quantumque priori
Diſſimilis. qui cuncta ſibi ceſſura ruenti
Pollicitus patrii numen juraverat Hiſtri,
Non niſi calcatis loricam ponere Roſtris.
O rerum fatique vices! qui foeda parabat
Romanas ad ſtupra nurus, ſua pignora vidit
Conjugibus permixta trahi. qui mente profunda
Hauſerat Urbis opes, ultro victoribus ipſe
Praeda fuit. noſtri quondam qui militis auro
Adgreſſus tentare fidem, deſertus ab omni
Gente ſua, manibusque redit truncatus & armis.
Hoc quoque, quod veniam leti valuere mereri,
Si poſitis pendas odiis, ignoſcere pulchrum
Jam miſero, poenaeque genus vidiſſe precantem.
Quae vindicta prior, quam quum formido ſuperbos
Flectit, & adſuetum ſpoliis adfligit egeſtas?
Sed magis ex aliis fluxit clementia cauſſis,
Conſulitur dum, Roma, tibi. tua cura coëgit
Incluſis aperire fugam, ne pejor in arto
Saeviret rabies venturae conſcia mortis.
Nec tanti nomen ſtirpemque abolere Getarum,
Ut propius peterere, fuit. procul arceat altus
Jupiter, ut delubra Numae, ſedemque Quirini
Barbaries oculis ſaltem temerare profanis
Poſſit, & arcanum tanti deprendere regni.

Quam-

79. *Detruſus*] *decius* Voſſ. *decurſus* alter, & in margine, *decurſa noviſſima meta.* ex Ovid. x. Met. 597. *decuſſus* forte legebatur. ſed nihil mutandum. *extruſus erat* Wolf. *quantumque prioris* Lovan.

82. *Loricam ponere*] Vide ſimile Gallorum jusjurandum apud Flor. II. 4. & ibi Freinsh.

85. *Mente*] *morte* cod. Barth. *profunda* eſt avara, inſatiabilis. Suet. Vitell. VII. *gula profunda* Vell. Pat. II. 125. *rabies & profunda omnia confundendi cupiditas.* Burm.

88. *Adgreſſus*] *egreſſus* Jun.

89. *Manibusque redit*] *manibus rediit* Exc. Voſſ. *manibusque ſuis* Lovan.

90. *Hoc*] *Huec* Oxon. *leti veniam* Jun. alt.

91. *Pendas*] *penſas* Voſſ.

92. *Poenaeque genus*] *poenaeque gravis* Exc. Voſſ. unde Heinſius *graves* faciebat olim. ſed nihil muta. vide ad Val. Flacc. II. 195. Burm.

94. *Flectit*] *Flectat* Oxon.

95. *Clementia*] *ſententia* Jun. *conſulitur cum Roma* Lovan.

97. *Fugam*] *viam* Exc. Voſſ. ſollemni mutatione. vide ad Ovid. IV. Triſt. II. 60. ſed *fuga* hic eſt fugiendi copia, facultas. vide ad Ovid. IV. Met. 572. de hac arte Ducum habet totum caput Frontinus Lib. II. 6. ubi §. 2. dicit, *conceſſo fugae ſpatio*, & §. 5. *viam fugae dedit*, & §. 6. *aperta ad evadendum via.* unde utraque lectio firmari poſſet. ſed una tamen tantum vera *fugam*, quae *incluſis* melius convenit. Burm.

98. *Punica*] Placet ex veteri codice reponere *conſcia.* Delr. *conſcia*, non *nuncia*, ſcripti. vidit Barthius. Heins. *conſcia* Ald.

100. *Peterere*] *paterere* Jun. Leid. quod dictum eſſet, ut II. in Eutrop. 223. *ſi contra paterere viros.* ſic *hoſtem pati*, & ſimilia. ſupr. vs. 4. vid. Barth. ad I. in Eutrop. 459. & infra hoc libro vs. 525. confundi vero *peti* & *pati* diſces ex notis ad Ovid. III. Amor. III. 37. & II. Art. Am. 594. ſed nihil temere mutandum. *petere* enim hoſtile verbum. ut apud Juſtin. *bis apparatibus Aſiam peti.* Burm.

105.

Quamquam, ſi veterum certamina rite recordor,
Tunc etiam, pulchra quum libertate vigerent,
Et proprio late florerent milite Patres,
Semper ab his famae petiere inſignia bellis,
Quae diverſa procul tuto trans aequora vires
Exercere dabant. currus regumque catenae
Inter abundantis fati ludibria ductae.
At vero Italiam quoties circumſtetit atrox
Tempeſtas, ipſumque caput laeſura pependit;
Non illis vani ratio ventoſa favoris,
Sed graviter ſpectata ſalus, ductorque placebat,
Non qui praecipiti traheret ſimul omnia caſu,
Sed qui maturo vel laeta vel aſpera rerum
Conſilio momenta regens, nec triſtibus inpar,
Nec pro ſucceſſu nimius, ſpatiumque morandi,

Vin-

105. *Vigerent*] *vigeret* Leid.

108. *vires Exercere dabat*] *dabant* cum membranis omnibus legendum. vulgata lectio Raphelengium decepit, qui ex conjectura Viri maximi, *virtus Exercere dabat*. malim & *tutas* pro *tuta*. certe duo Vaticani, *totas*. pro *diverſa* Gyrald. & quatuor alii, *diviſa*. HEINS.

109. *Regumque catenae*] *catervae* rectius novem libri. HEINS. Mihi tamen *catenae* hic magis blandiuntur. agit enim de regibus catenatis in triumpho ductis. & inmanis eſſet hyperbole *catervas* regum dicere, tam paucis devictis & in triumpho circumductis. ut Perſes & Jugurtha, de quo vs. 127. vide & Arntzen. ad Plin. Paneg. XVII. *catenae* & *catervae* confuſae a librariis Lib. III. de Rapt. 83. male vero Vicetin. Parm. & Iſingr. diſtinguunt poſt *currus*: *Exercere dabant currus: Regumque*. quid enim eſt *exercere currus?* ſed *currus & catenae Regum* eſt deſcriptio triumphatorum regum. *dabant* etiam Wolf. *diviſa* Leid. a m. 2. BURM.

113. *Ratio ventoſa favoris*] *furoris* Gyrald. & duo alii. duo Medicei & Palat. *timoris*. forte, *tumoris*. pro *ſpectata* duo libri, *ſuſpecta*. HEINS. *graviter ſpectata ſalus*, vix intelligo, & ſilere video interpretes, praeter Paraphraſten Francicum, qui omnia interpretanda ſuſcepit. ille, *ſed ſalus ſapienter conſiderata eſt*. ſed quid hoc vult? aut quis ita locutus? putem poſſe legi:

Sed gravitas, ſpectata ſatis, ductorque placebat.

non aura populari & favore abrepti creabant ducem, ſed virum gravem, ſpectatae virtutis. ita Terent. Andr. I. 1. 64. *ſpectatum ſatis exemplum*, & v. 1. *ſatis, jam ſatis ſpectata amicitia*. & Adelph. v. 6. *ſervus ſpectatus ſatis*. Horat. 1. Ep. 1. 2. *ſpectatum ſatis*. & ita alii ſaepe. repetendum vero *placebat*. non placebat illis ratio ventoſa favoris, ſed gravitas, & ductor qui &c. Quidquid ſit, *graviter ſpectare* non placere poteſt. ſi aliis placeat, facile patiar. inepte Voſſ. Lovan. & ed. Vicet. & Ald. *doctorque*. ita & ſupra variatum II. de laud. Stil. 234. ſed doctorum tam larga olim non erat copia, ut hodie. nec campi doctorem in tam gravi & atroci tempeſtate voluit legi. BURM.

115. *Simul*] *ſemel* Exc. Voſſ. Oxon. duo. Wolf. Leid. Lovan. edd. Vicet. Parm. & poſſet ferri & explicari apte. ſed hoc ſollemne. vide infr. v. 170. & ad Ovid. v. Met. 155. VI. 511. & alibi.

116. *Laeta*] *lecta* Lovan. pro *matura*, *martyris* Exc. Voſſ. agnoſco monachum.

117. *Regens*] *gerens* Leid.

118. *Nec pro ſucceſſu tumidus*] *nimius* eleganter ſcripti plerique. *prae ſucceſſu* etiam optimus Ambroſianus. apud Tacit. II. Hiſtor. *Galeria Imperatoris uxor non nimia triſtibus*. ſic & Livius Manlium *nimium animi* appellat. Vopiſcus in Aureliano: *nimius eſt, multus eſt, gravis eſt, ad noſtra non facit tempora*. Capitolinus in Gordianis: *Moribus ita moderatus, ut nihil poſſis dicere, quod ille aut cupide, aut immodeſte, aut nimie ageret*. Seneca Agamemn. v. 84.

Quaeque ſuperbos urit Erinnys
Nimias ſemper comitata domos.

ſic optimus Mediceus. vulgo *tumidas*. Martial. Spectacul. VII.

Qualiter in Scythica religatus rupe Prometheus
Aſſiduum nimio pectore pavit avem.

nimio pectore, hoc eſt, in poenas ſemper creſcenti,

Vincendique modum mutatis noſſet habenis.
Cautius ingentes morbos, & proxima cordi
Ulcera Paeoniae tractat ſollertia curae,
Parcendoque ſecat, ferro ne largius acto
Irrevocandus eat ſectis vitalibus error.
Sublimi certe Curium canit ore vetuſtas,
Aeaciden Italo pepulit qui litore Pyrrhum.
Nec magis inſignis Paulli Mariique triumphus,
Qui captos niveis reges egere quadrigis.
Plus fuga laudatur Pyrrhi, quam vincla Jugurthae.
Et quamvis gemina feſſum jam clade fugarit,
Poſt Decii lituos, & nulli pervia culpae
Pectora Fabricii, donis invicta vel armis,
Plena datur Curio pulſi victoria Pyrrhi.
Quanto majus opus ſolo Stilichone peractum
Cernimus! hic validam gentem, quam dura nivoſis
Educat Urſa plagis, non Chaonas atque Moloſſos,
Quos Epirus alit, nec Dodonaea ſubegit
Agmina, fatidicam fruſtra jactantia quercum.
Primus fulmineum lento luctamine Poenum

Con-

& nimis fecundo, ut Virgilius loquitur. male ergo *nudo & vivo pectore* conjiciunt. Statius Epicedio Filii Lib. v. Silv. v. 56. *nimius fortaſſe avidusque doloris Dicor.* & ibidem. *raperis genitor, non indigus aevi, Non nimius.* Achilleide:

Nunc nimius lateri non evitantis adhaeret.

HEINS. vid. ll. Stilich. 160. & Gronov. ad Senecae locum. & Salmaſ. ad Vopiſc. Aurel. cap. XXXII. ita Acron apud Horat. I. Od. 12. *nimium* interpretatur intolerabilem. ſic *Jovem nimium* dixit Statius XI. Theb. 216. Jornandes de Reb. Getic. XVII. *contra quos, ne nimii judicarentur, movit.* in Oxonienſibus erat *nimius* vel *minaus. nimius* etiam Wolf. & edd. Vicet. & Parm. BURM.

119. *Vincendique modum*] *modus* Vicet. & Parm.

121. *Ulcera*] Eximia comparatio & digna homine Alexandriae nato, ubi ſi quis ſtuduiſſet, ei pro magno experimento in medicina fuit. vid. Amm. Marcellinum. Hic vero *parcendoque ſecat* placet impenſius. ſic Auſonius, *Dum parcente manu molle alus excolitur.* CLAVER.

122. *Longius acto*] *largius* ſcripti fere omnes. prior Moreti, *latius.* HEINS. *vel largius* Voſſ. *ne largius* Wolf. edd. Vicet. Parm. Ald. & aliae. *parcendo ſecare*, eſt *parcente dextra*, ut alii dixere. vid. ad Seren. Samon. cap. VI. v. 80. BURM.

124. *Curium*] *Curum* Wolf.

126. *Marii Paullique*] Si rerum geſtarum temporumque ſeriem inſpicimus, rectius vetus liber, *Paulli Mariique.* nam Marii triumphus paene LXIII. annis poſterior fuit. DELR. & ita fere omnes ſcripti.

129. *Jam clade*] *cum clade fugavit* Jun. *jam clade fugaret* Lovan. *fugavit* ed. Vicet.

130. *Decii lituos*] *titulos* Jun. Oxon. tertius vero hic intelligendus *Decius.* ut ad Cicer. II. de Fin. 19. & I. Tuſcul. 37. notarunt viri docti. quamvis filium ſe more patris & avi devoviſſe nemo memoret, & Ciceronis verba, quibus dicit illum *tertiam victimam reipublicae* praebuiſſe, poſſint etiam de morte, ſine devotione, pro patria fortiter obita, capi. BURM.

133. *Peractum*] *peractum eſt. Cernimus hic* Lovan.

134. *Validam gentem*] Apud Julian. Imp. in Caeſ. gloriatur Ulpius Trajanus, quod Geticas nationes omnium bellicoſiſſimas, & corporis viribus praevalidas (quibus Zamolxis, quem ut Deum colunt, animam ab interitu immunem promiſit) fuderit paulo minus quam quinquennio. CLAVER.

136. *alit*] *agit* Wolf. a m. pr.

138. *lento luctamine Poenum*] Non damno hanc lectionem. malim tamen, *cunctamine.* quod poſtea confirmarunt Excerpta Pomponii Laeti. ita fere ſemper poëtae, cum de Fabio agitur, unde & *Cunctatoris* nomen illi impoſitum. *meditamina* vocat Silius VIII. 326. *lenti meditamina belli Cuncta ama.* ſic ſcribo.

Conpreſſit Fabius: campo poſt auſus aperto
Marcellus vinci docuit: ſed tertia virtus
Scipiadae Latiis tandem deterruit oris.
Unus in hoc Stilicho diverſis artibus hoſte
Tres potuit ſuperare duces, fregitque furentem
Cunctando, vicitque manu, victumque relegat.
Atque haec tanta brevi. miſcentem incendia Pyrrhum
Suſtinuit toto maerens Oenotria luſtro:
Et prope ter ſenas Itali per graminis herbas
Maſſylus Poeno ſonipes vaſtante cucurrit;
Hannibalemque ſenem vix ad ſua repulit arva
Vindex ſera patrum poſt bellum nata juventus.
Hic celer effecit, bruma ne longior una
Eſſet hiems rerum: primis ſed menſibus aeſtas

Tem-

ſcribo. inſulſe vulgo, *medicamina*. HEINS. Ita Florus Praefat. Lib. I. & Lib. II. *circa matrem luctata eſt*. ubi recte Freinshemius notat bella, ut non magna, ita difficilia, geſta indicari. inde etiam mox vs. 154. *circa* poſſet defendi. *cunctando* ſequitur. BURM.

139. *Poſt auſus*] Aliquid ſcabri his verbis ineſt. quid enim eſt, *docuit auſus aperto campo vinci?* debuiſſet dicere, docuit *poſſe* vinci. quae vox an in poſt abierit, neſcio, ut ſit, campo poſſe aperto vinci docuit. ſed tunc illud *auſus* abſolute poſitum non placet, & ſubintelligi *congredi auſus* cum Barthio durius videtur. ulcus latere puto, quod non ſanare poſſum. an, Marcellus docuit Poënum Hannibalem vinci, poſſe dici, etiam neſcio, ſi non addatur *poſſe*. BURM.

142. *Diverſis artibus*] *diverſis hoſtilibus hoſte* Exc. Voſſ.

143. *Tres potuit complere duces*] Vetus liber, *vires*. praeterea vet. German. *ſuperare* pro *complere*. DELR. *ſuperare* Iſingrin. Pricaean. tertius Vatic. & Florent. S. Marci, quod plus eſt. neque aliter Pricaeanus pro diverſa lectione. mox *frangit* Raphelengius contra ſcriptos. probat tamen Barthius, qui & *vincit* reponendum cenſet. certe τὸ *vincit* in plurimis membranis exſtat. HEINS. *complere* a librario profectum vix credo. vide ad Vell. Paterc. II. 95. & Petron. cap. XCIV.

144. *Vicitque*] *vincitque* MS. Pulman. Wolf. edd. Vicet. & Raphel.

145. *Atque haec*] *Atque hic* Vicet. Iſingr. Colin. Gryph.

Miſcentem incendia Pyrrhum] *praelia* Iſingr. tertius Vatic. & Rottendorph. ut apud Virgil. X. Aen. 23. *ipſis praelia miſcent Aggeribus murorum*. poſt τὸ *brevi* cum Barthio diſtinguendum. *tanto luſtro* etiam, pro *tale luſtro*, Helmaeſtadienſis. HEINS. ſed & Virgil. II. Aeneid. 328. *victorque Sinon incendia miſcet*.

146. *maerens Oenotria*] Barthius in ſuo codice reperit, *moriens*. quod non eſt de nihilo. ita Flor. II. 6. *dubium non erat, quin ultimum illum diem habitura fuerit Roma*. & poſtea, *prima redeuntis, & ut ſic dixerim, reviviſcentis Imperii ſpes Fabius fuit*. ſic Juven. Sat. IV. 37. *ſenienimum orbem* dixit. ita *mori urbes, cadavera urbium*, & ſimilia, nota ſunt vulgo. vide ad Sulpit. Satyr. vs. 14. ſic *mori agrum* dixit Martial. XIII. Ep. 12. pro effoetum, ſterilem fieri. nihil tamen temere muto, quia bello ardentes & vexatae regiones paſſim *lugere, gemere* &c. poëtis dicuntur. vide infr. vs. 181. & IV. Conſ. Honor. 53. *tanto maerens* Wolf. BURM.

147. *Et prope ter ſenas*] nam anni fuerunt omnino ſexdecim. DELR.

Ibid. *Itali per graminis herbas*] Cl. Barthius, *Latii per gramina brumas* conjicit, ſed timide. Editio Amſtelodamenſis Caeſiorum, *Latii per graminis meſſes*, & mox *bellorum* pro *terrorum*, contra auctoritatem omnium ſcriptorum. quae audacia minime ferenda. vulgata lectio non fuit ſollicitanda. *graminis herbas*, pro ipſo gramine. Virgil. V. Ecl. 26. *nec graminis attigit herbam. gramen* autem pro aeſtate ponit, ut *ariſtas* idem divinus poëta I. Ecl. 70.

Poſt aliquot mea regna videns mirabor ariſtas.

ſic & *meſſes* frequenter poëtae. HEINS. *per graminis urbes* Exc. Voſſ.

148. *Maſſylus*] *Maſſilius* Jun. Oxon. Leid. duo. *Maſſilus* Parm. Junt.

149. *Repulit*] *retulit* Lovan.

150. *poſt bellum nata*] ut Epigoni.

152. *Eſſet hiems rerum*] Male haec vulgo diſtinguuntur. ſic *amoris hiems* apud Ovid. V. Epiſt. 34.

Peſſima mutati coepit amoris hiems.

Temperiem coelo pariter belloque referret.
Sed quid ego Hannibalem contra Pyrrhumque tot annis
Certatum memorem? vilis quum Spartacus omne
Per latus Italiae ferro bacchatus & igni,
Conſulibusque palam toties congreſſus, inertes
Exuerit caſtris dominos, & ſtrage pudenda
Fuderit inbelles Aquilas ſervilibus armis.
Nos terrorum expers & luxu mollior aetas
Deficimus queruli, ſi bos abductus aratro,
Si libata ſeges. non hanc ergaſtula nobis
Inmiſere manum, nec conjurantis arenae
Turba fuit. qualem Stilichon dejecerit hoſtem,
Thraces & Haemonii poterunt, Moeſique fateri.
Frigida ter decies nudatum frondibus Haemum
Tendit hiems veſtire gelu; totidemque ſolutis
Ver nivibus viridem monti reparavit amictum,

Ex

pro *meſſibus* plurimi veteres *menſibus*. recte. quod & curis ſecundis vidit Barthius. HEINS. & ita Graecis χείμων de infelicitate dicitur. vid. Schol. Pindar. 4. Iſthm. 52. BURM.

Primis] *primus* Vicetin. *meſſibus* Vicet. Parm. Junt. Ald. Iſingr. Colin. & aliae.

154. *Contra*] *circa* Vicet. Ald. Colin. Gryph. Parm. Iſingr. & aliae. ſed damnavit jam Pulmannus.

155. *Vilis cum Spartacus*] *vili* Excerpta Vaticana Pomponii Laeti, ut ad ferrum & ignem referatur. eadem Excerpta pro *ferro*, *furto*. perperam. HEINS. *cum vilis* Jun. Oxon. *Partacus* Lovan. Voſſ. *Parthacus* Vicetin.

157. *Congreſſus*] *ingreſſus* Oxon. a m. pr. *conſulibus palam* Wolf. *Exueret* Junian. *Exuerit dominos caſtris* Voſſ. *exuerat* ed. Vicet. *ſtrage pudentes* Wolf.

Inertes dominos] Gladiator iſte duobus conſularibus exercitibus ſuperatis, eorumque caſtris & impedimentis potitus, C. Caſſium Proconſ. oppreſſum bello, interfecit. pro *& luxu* meus MS. *& luſu*. DELR.

159. *Servilibus*] *civilibus* Jun.

160. *Nos*] *Hos* Vicetin. ſollemni harum literarum in initio permutatione. deinde *luſu* Exc. Voſſ. Lovan. Oxon. Leid. & Wolf. a m. pr.

161. *Abductus*] *adductus* Oxon. duo Leid. ed. Vicet. Parm. Ald. Iſingr. Colin. Gryph. *aductus* Lovan. & Jun. *Si libata quies* Lovan. a m. prim.

162. *Ergaſtula nobis* &c.] Servi non jure militant, neque infimi e plebe Romana, ſeu proletarii, niſi tumultu ſubito. Ennius, *Proletarius publicitu ſcutisque feroque Ornatur*. Legimus etiam capite cenſos ſub Mario, ſed contra morem, cingulum meruiſſe. Plutarchus, πόλλ' ἄτοπα καὶ δεῖλα κατεγράφετο. ratio vero, cur ſoli cives admitti debeant, a Julio Paullo redditur, quod nimirum res familiaris obſidis & pignoris vice apud Rempub. erat, at rejiciebantur tracta de ergaſtulis nomina. CLAVER.

163. *Nec*] *non* Palm. cod. *neque* alter ejusdem.

165. *Moeſi*] Eos ſane *Myſos* dixerim libentius ex antiquis Graecorum Poëtis, & Ovidio, apud quem, *Profuit & Myſo Peltas haſta duci*. ſed quia video id vetera exemplaria & monumenta prae ſe ferre, ſubticeo. Legimus in Zoſimo, provinciam illam ope Stilichonis minus detrimenti accepiſſe. CLAVER. *Meſſique* Jun. edit. Iſingr. *Meſique* Colin. *Meoſique* Exc. Voſſ. Lovan.

166. *Frigida ter decies*] Ergo triginta anni ſunt, cum Alarichus orbem Romanum invaſit. id confirmat Prudentius, auctor elegans:

Illic ter denis gens exitiabilis annis. CLAVER.

Frondibus] *frontibus* Vicetin.

167. *Totieſque ſolutis*] *totidemque* Lucens. elegan-ter. ſic *ter ſenas graminis herbas* ſupra dixerat. Idyllio de Phoenice pari modo peccatur. ubi legendum:

Namque ubi mille vias longinqua retorſerit aeſtas,
Tot rurſus hiemes, totidem ver curſibus actum.
HEINS.

169

Ex quo jam patrios gens haec oblita Triones,
Atque Iſtrum transvecta ſemel, veſtigia fixit
Threïcio funeſta ſolo; ſeu fata vocabant,
Seu gravis ira Deûm, ſeriem meditata ruinis:
Ex illo, quocumque vagos impegit Erinnys,
Grandinis aut morbi ritu per devia rerum
Praecipites, per clauſa, ruunt: nec contigit ullis
Amnibus, aut ſcopulis proprias defendere terras.
Nil Rhodope, nil vaſtus Athos, nil profuit Haemus
Odryſiis. facili contemtum Strymona ſaltu,
Et fruſtra rapidum damnant Aliacmona Beſſi.
Nubibus intactum Macedo miratur Olympum
More pererratum campi. gemit irrita Tempe

Theſ.

169. *Gens haec*] *gens eſt* Leid. *ex quoniam* Parm. pro *ex quo nam* puto. *& quoniam* Colin.

170. *Semel veſtigia fixit*] *ſimul* Oiſelianus. HEINS. vide ſupr. vs. 115.

171. *Vocabant*] *vocabant* Exc. Voſſ.

173. *Ex illo, quocumque*] Haec ſcriptorum meliorum lectio, quod & Barthius vidit. vulgo, *Exilio quoscumque*. Raphelengius, *Ex illo quoscumque*. HEINS. & ita Vicetin. Parm. Iſingr. Colin. Gryph. ſed *quocumque* Wolf. alii *quoſcumque*. *Ex illo* Virgilianum eſt Lib. II. 169.

Ex illo fluere ac retro ſublapſa referri
Spes Danaum. ubi etiam *Exilio* in MSS. invenit Heinſius. *Ex quo* paullo ante dixerat. BURM.

174. *Aut morbi*] *& morbi* Lovan.

175. *Per clauſtra, ruunt*] Iſingr. *luſtra*. tredecim noſtri, *clauſa*. quod verum. ſic *dura viarum* IV. Conſ. Honor. 435. & apud Sillum non ſemel. *ſecreta Nili* Lib. I. in Rufin. Plurimus in his loquendi modis noſter. ſupra in Praefatione hujus libri *ſolitum timoris* ex veteri libro, & apud Prudent. Cathem. Hymno 1. *Linguae locutus lubrico eſt*. vulgo *lingua lubrica*. Clariſſimo tamen Gevartio videbatur nihil in hoc Claudiani loco eſſe inmutandum. quod *regni clauſta* apud Livium, *clauſtra imperii* apud Ciceronem occurrant. ſed hîc loca greſſibus humanis nondum calcata deſignantur. HEINS. eadem fere diverſitas eſt II. in Rufin. 28. ubi *Caſpia luſtra, clauſtra*. vide mox vs. 190.

177. *Nil profuit Haemus*] *Hebrus* malit Barthius curis ſecundis, ex Cujacianis & uno ſuo. quomodo & potior pars noſtrorum cum ſchedis Gudianis; ſed meliores pro vulgata ſtant. & ſane duo montes hoc ipſo verſu jam praeceſſere, quibus tertium apte ſubjungit. HEINS. perpetus eſt montis & fluvii hujus confuſio in ſcriptis. vid. ad Valer. Flacc. V. 515. 1. in Rufin. 334. BURM.

178. *Odryſiis*] *Otbriſiis* ed. Vicet. Parm. Ald. Iſingr. & aliae. *Otbryſiis* Jun. Oxon. ita & III. Conſ. Hon. 147. 1. in Rufin. 176. & alibi ſaepe. ſed *Odryſii* Thraces, *Otbryſii* a monte Othry Theſſali. vid. ad Ovid. VI. Met. 490. BURM.

Contemnunt Strymona ſaltu] *contemptum* ex ſcriptis. & *gemit* pro *gerit*, quod & Barthio deprehenſum. HEINS. eſt fere dictum, ut Flor. I. cap. I. de Remo: *qui muros increpat ſaltu*. de *facili ſaltu* vide ad Val. Flacc. IV. 195. eſt vero idem quod *levi ſaltu*, ut Ovid. VII. Met. 767. *veloci* Phaedr. III. 4. & ita *faciles canes* dici vidimus ad Nemes. Cyneg. vs. 50. *contemtum* vero, ut & Wolf. & Ald. illuſtravimus ad II. in Rufin. 123. vide & Heinſ. ad VI. Conſ. Hon. 146. BURM.

179. *Aliagmona*] Lege, *Haliacmona*. de quo Plinius & Strabo. DELR. *Aliagmona* Lovan. edd. Parm. Iſingr. Gryph. *Aligmona* Oxon. ed. Ald. & Colin. *Haliadmia* vel *Alcmona* Exc. Voſſ. *Alimonia* Leid. duo. Jun. Oxon. *Aimonia* Vicetin.

180. *Nubibus intactum*] *intactus nubibus*, quia nubibus altior. HEINS. *intactum nubibus* eo ſenſu vix puto poſſe capi. forte, *nubibus infertum*, vel ſimile aliquid fuit olim. Freinshemius Indice Flori in *intactus*, malebat *intectum* pro tectum. Poſſet & *Nubibus obtectus*, vel *inductus*. quod propius accedit ad *intactus*. ſic *opertus nubibus Haemus* Ovid. IV. ex Pont. IV. 5. Heinſius delevit priorem conjecturam *hinc teſtum*, vel *en teſtum*. ſed *nulibus intactus*, eſt, quaſi intactus eſſet, tam facile percurrunt. BURM.

181. *Gemit*] *gerit* ed. Delrii. & Raphelenq. mox *edomitis* unus codex.

Theſſalus, & domitis inriſam cautibus Oeten.
Sperchiusque, & virginibus dilectus Enipeus,
Barbaricas lavere comas. non obice Pindi
Servati Dryopes: nec nubifer Actia texit
Litora Leucates: ipſae, qua durius olim
Reſtiterant Medis, primo conamine ruptae
Thermopylae: vallata mari Scironia rupes,
Et duo continuo connectens aequora muro
Iſthmos, & anguſti patuerunt clauſtra Lechaei.
Nec tibi Parrhaſios licuit munire colonos
Frondoſis, Erymanthe, jugis, equitataque ſummi
Culmina Taygeti trepidae vidiſtis Amyclae.
Tandem ſupplicium cunctis pro montibus Alpes
Exegere Getis. tot tandem flumina victor
Vindicat Eridanus. docuit nunc exitus, alte
Fatorum ſecreta tegi. quisquamne recluſis
Alpibus ulterius Latii fore credidit umbram?
Nonne velut capta rumor miſerabilis Urbe
Trans freta, trans Gallos, Pyrenaeumque cucurrit;

Fa-

182. *Inriſam cautibus Oetam*] *Oetam & cautibus* plerique libri. Heins.

183. *Enipeus*] *Enipheus*, *Enypheus*, *Enifeus*, *Enympheus*, editi & ſcripti plurimi. Heinſius hic edidit *Enipeus*. Cloſanus vero ad Ovid. 1. Met. 579. defendit *Enipheus*, me tamen diſſentiente; nam Graeci ſemper Ἐνιπεύς. vid. Strabon. VIII. pag. 356. Burm.

186. *Quae durius olim*] *qua* unus Mediceus. rectius. Heins.

187. *Reſtiterant*] *Reſtiterunt* malebat Heinſius.

188. *Thermopylae*] Hunc Alarici ingreſſum deſcribit Eunapius, unde haec. Ἀλάριχος ἴσχυε τὰς βαρβάρους διὰ τῶν πυλῶν παρῆλθεν, ὅστις διὰ παθῶν, καὶ ἐκπολέμου καὶ λίαν τρίχων. quare dixit Poëta, *primo conamine*. quis vero has Graecciae anguſtias prodidit exercitui Getico? an ſolitaria quaedam natio, pullata veſte a ceteris diſtincta? Graeculus hic profecto maligne notat eos, quos alibi ἀνθρώπους μὲν κατὰ ἅδ@- vocat. reliqua vide, ſi lubet. Conſtat autem Thermopylarum jugo mediam Graeciam dirimi, ut Italiam Apennino. Claver.

Mari Scironia] *maris ceronia ripis* Lovan. *maris Scyronia ripis* Parm. Iſingr. *maris* etiam Jun. & Oxon. *ceraunia* Oxon. a m. s. *ripis* Oxon. *vallata maris Scyronia rupis* Ald. Gryph. *val. maris Cyrrhaea rupis* Wolf. recte Heinſius, *vallata mari Scironia rupes*, niſi quis *ripa* mallet.

189. *Muro*] *mitro* Voſſ.

190. *Clauſtra Lycaei*] *Lechaei* Raphelengius ex conjectura viri maximi, & ſic in ora optimi Ambroſiani. Lechaeum Achajae promontorium. *clauſtra* etiam, non *templa*, vere ſcripti. Heins. IV. Conſ. Honor. 466. dixit *luſtra Lycaei*, unde forte adripuerunt librarii. maxime quia & ibi Erymanthus additur. vid. & 1. de Laud. Stil. 181. *Licei* Wolf. Burm.

195. *Getis*] *Getas* Raphel. male. vide ad vr. Conſ. Hon. 113. *ſupplicibus* Jun. *tandem tot* Jun. alt.

196. *alte*] vide ad Val. Flacc. V. 309.

197. *Recluſis*] *reclauſas* Jun. Oxon. a m. prim.

199. *Nemo*] *Nunne* Leid. & mox iterum vs. 213.

200. *Trans Gallos*] *Trans freta, trans fluvios*, ſchedae Gudianae. Heins.

Pyrenaeum] Idem Pyrenei montes, ſeu Pyrene, quae Stephan. Πυρήνη. Silius ut Nympham ab Hercule amari tradidit, unde Tibullus ad Meſſalam, qui hanc, opinor, domitam inter pompae fercula Romanis oſtendit: *Tu, bella Pyrene, Teſtis.* aut, *Tua bella Pyrene*, ſed enim Princeps literatorum docuit legendum, *Tarbella*, Dionyſius: Πυρηναῖον ὄρ@- τοῖς δώμασι Κελτῶν. quidam ſane alios montes ejusdem nominis Germaniae

Famaque, nigrantes ſuccincta pavoribus alas,
Secum cuncta trahens, a Gadibus usque Britannum
Terruit Oceanum, & noſtro procul axe remotam
Inſolito belli tremefecit murmure Thulen?
Mandemuſne Noti ſlabris, quoscumque timores
Pertulimus, feſtae doleant ne triſtibus aures?
An potius meminiſſe juvat, ſemperque viciſſim
Gaudia praemiſſi cumulant inopina dolores?
Utque ſub occidua jactatis Pliade nautis
Commendat placidum maris inclementia portum;
Sic mihi tunc major Stilichon, quum laeta periclis
Metior, atque illi redeunt in corda tumultus.
Nonne videbantur, quamvis adamante rigentes,
Turribus invalidis fragiles procumbere muri,
Ferrataeque Getis ultro ſe pandere portae?
Nec vallum denſaeque ſudes arcere volantes
Cornipedum ſaltus. jam jam conſcendere puppes,
Sardoosque habitare ſinus, & inhoſpita Cyrni
Saxa parant, vitamque freto ſpumante tueri.
Ipſa etiam diffiſa brevi Trinacria ponto,
Si rerum Natura ſinat, diſcedere longe
Optat, & Jönium refugo laxare Peloro.

Ful-

niae vicinos faciunt, e quibus Rheni origo & appellatio deduci videatur. vide Graecum Epigr. de Caeſare Germanico. CLAVER.

203. *Axe*] *orbe* Jun. Oxon. *Tilen* & *Tylen* ſcripti quidam.

205. *Quoscumque*] *quoscunque* ed. Parm.

207. *An*] *aut* Jun.

208. *Praemiſſi*] *permiſſi* Jun. ed. Gryph. *praeſumant* Exc. Voſſ. unde Heinſius, *praeſumsi*.

209. *Utque*] Deeſt hic verſus Vicetin.

210. *Placidum*] *placitum* Jun.

214. *Turribus invalidis fragiles*] *infragiles validis* prior Moreti. ſic *infractus* & *fractus* eadem. HEINS.

Procumbere] vetus liber, *incumbere*. DELR.

215. *Ferrataeque*] Hic verſus deerat Lovanienſi.

216. *Vallum*] *valida* Jun.

Sudes] Renatus Vegetius Lib. 1. cap. XXII. *nemo enim jam dim* (vox *dim* Gemblacenſi MS. deeſt) *dedoliis faſſis, praefixisque ſudibus, caſtra deducit.* & cap. XXIV. *ſudes de lignis fortiſſimis, quas milites portare conſuerunt, praeferuntur.* ita vulgo legitur, melius idem vetus liber, *quas militet*. nam ligna, non ſudes, voluit dicere a militibus portari conſueviſſe. DELR.

218. *Sardoosque*] Ita vetus liber. alii *Sardonios* imperite, nam Graece Σαρδόνιος. Steph. recte Σαρδῶος. Virgil. *Ino ego Sardois veniam tibi amarior herbis*. Ovidius dixit *Sardoa regna* pro Sardinia. CLAVER. Notis ad bell. Gildon. 510. hanc veram lectionem monuimus, quam ex veteri libro Claverius protulit, & ſecutus Raphelengius. qui & bene mox, *Cyrni* pro *Cypri* vel contra ſcriptos. Corſicam innuit Sardiniae vicinam. HEINS. *Sardiniaque* Jun. Ald. *Sardonios habitare* edd. Vicet. Parm. Junt. *Cyprus* Jun. *Cypris* Oxon. & Wolf.

220. *Ipſa etiam diffuſa*] Mazar. *perfuſa*. duo, *diviſa*. quatuor cum ſchedis Gudianis, *diſtincta*. unde olim *diſtenta* faciebam. Rapheleng. cum uno Pulmanniano, *diffiſa*, quod arriſit Barthio nequicquam. Excerpta Pomponii Laeti, *diviſa*. verum in duodecim noſtris, *diffiſa*, pro diffidens, quod genuinum haud dubie Claudiani noſtri. paulo poſt lego, *optet*, non *optat*. *finas* etiam pro *finat* Puteam. eleganter. HEINS. *diſſiſa* Wolf.

222. *Refugo*] *profugo* Lovan.

Fultaque deſpiciens auro laquearia dives,
Tutior Aeoliis mallet vixiſſe cavernis.
Jamque oneri creduntur opes, tandemque libido
Haeſit avaritiae gravioribus obruta curis.
Utque eſt ingenioque loquax, & plurima fingi
Permittens, credique timor; tum ſomnia vulgo
Narrari; tum monſtra Deum, monitusque ſiniſtri:
Quid meditentur aves, quid cum mortalibus aether
Fulmineo velit igne loqui, quid carmine poſcat
Fatidico cuſtos Romani carbaſus aevi.
Territat adſiduus Lunae labor, atraque Phoebe
Noctibus aeriſonas crebris ululata per urbes.

235. Nec

223. *Fultaque deſpiciens*] Legendum *cultaque*. vide nos ad Fragmentum Petronii, *culta auro laquearia*. quomodo apud Naſonem II. Metam. 737. habemus, *ebore & teſtudine cultos thalamos*. ubi plura ad rem annotavi. apud eumdem Naſonem de Medicamine Faciei,

Culta placent: auro ſublimia tecta linuntur.

Statius Epithalamio Stellae, Lib. I. Sylv. II. 152. *ſatiata auro laquearia* dixerat:

——— *nixa columnis*
Robora Dalmatico lucent ſatiata metallo.

qui locus a Gebhardo non fuit ſollicitandus. nam & Petronio cap. 135. *palea paries ſatiatus inani*, *Fortuitoque luto*. HEINS. ter mutavit ſententiam de hoc loco Heinſius. olim malebat, *Fulvaque* ex Lib. I. in Rufin. 165. ubi *rutilo lucere metallo trabes* dicuntur. ſecundis curis vulgatam ex VI. Conſ. Hon. 168. defendit. nunc *culta* praefert. ego nihil muto. vid. Barth. & Gronov. Diatr. Stat. cap. LIV. p. 357. *Fulta* edd. Vicet. Parm. Aldi (quae *fultis*) Iſingr. & reliquae. vid. ad VI. Conſ. Hon. 168. BURM.

225. *Cavernis*] *catenis* Wolf. a m. prim.

225. *Oneri creduntur opes*] *hominum credant ut opes* Jun. vitioſiſſime. *Famque horum creduntur opes* Vicet. vitium fluxit ex ſcriptura olim uſitata, *boneri* pro *oneri*. vulgata recta & ſana. Ovid. Ep. XVIII. 167. *Fama quoque eſt oneri*. BURM.

226. *Obruta*] *excita* marg. Iſingr. ita & quidam codices I. in Eutrop. 193. *parvis excita curis*. BURM.

227. *Et plurima*] *quam plurima* Lovan. *quot plurima* Voſſ. a m. prim. & Wolf. a m. pr.

228. *Tum ſomnia vulgo*] Puto, *tunc omina*. quae cum monſtris etiam conjungit Lib. II. in Eutrop. 40.

Utque ſemel patuit monſtris iter, omina tempus
Nacta ſuum properant.

HEINS. Sed magis proprium credo *ſomnia*, quam *omina narrare*. ita Plaut. Amph. II. 2. *ut commemini ſomnium narrat tibi*. Curc. II. 2. *tu huic ſomnium narra*. Propert. II. 22. 27.

Ibat & in caſta narratum ſomnia veſte.

Martial. VII. 53.

Semper mane mihi de me mera ſomnia narras.

& ita paſſim. infra etiam conjungit *ſomnia* & *augurio* & *Deorum monitus* VS. 544. *ſomnia vulgi* etiam hic Jun. Oxon. BURM.

231. *Igne loqui*] *ille* Voſſ. a m. prim. in notis Barthii eſt *ore*. ſed puto operarum vitio. (nam erroribus ſcatet illa editio,) *igne* enim edidit in ipſo textu. *flumineo* Leid. BURM.

232. *Carbaſus*] Libri Sibyllini, quos Romani, quid prodigia portenderent, conſulturi, inſpiciebant, vel ſi mavis, lintei libri, quibus fata P. R. continebantur, quorum fit mentio a T. Livio. prius placet; nam arbitror ad illud Lucani ex Lib. V. reſpexiſſe. *Cuſtodes tripodes fatorum*. DELR. Numa, auctore Floro, inſtituit, ut ad ſimilitudinem caeleſtium ſiderum cuſtos imperii flamma vigilaret. atque huc forte reſpicit Propertius (Lib. IV. XI. 54.)

Vel cui commiſſos cum Veſta repoſceret ignes,
Exhibuit vivos carbaſus alba focos.

ſed libros Sibyllinos (qui lintei erant) hic intelligi docuit Delrius. atque ex hoc loco diſcimus, Stilichonem nondum illa vana ſuſtuliſſe, de quibus Rutilius queritur: *Ante Sibyllinae fata cremavit opus*. CLAVER. *cultor Romani* Wolf. *caucaſus* Voſſ. a m. prim.

234. *Horriſonas*] Meus MS *aeriſonis*. lego: *Horriſonis crebras*. DELR. *Aeriſonas* optimus codex, cum in aliis, *Auſonias*, & *horriſonas*, minus vere. haec ſane vel bene oculatis abſtruſa videantur, niſi Plutarchus antiquitatis Romanae ſtudioſior lucem adferat. tradit vero in vita P. Aemylii, cum is adverſus Macedonas bellaret, Lunam defecto lumine evanuiſſe, quam Romani tinnitu aeris revocare, aut

Nec credunt vetito fraudatam Sole ſororem
Telluris ſubeunte globo: ſed caſtra ſecutas
Barbara Theſſalidas patriis lunare venenis
Inceſtare jubar. tunc anni ſigna prioris,
Et ſi quod fortaſſe quies neglexerat omen,
Addit cura novis: lapidoſos grandinis ictus
Molitasque examen apes, paſſimque crematas
Perbacchata domos nullis incendia cauſſis,
Et numquam coelo ſpectatum inpune cometen,
Qui primum roſeo Phoebi prolatus ab ortu,
Qua micat aſtrigera ſenior cum conjuge Cepheus,
Inde Lycaonia paullatim expulſus ab Arcto
Crine vago Getici foedavit ſidera plauſtri;
Donec in exiguum moriens vaneſceret ignem.
Sed gravius mentes caeſorum oſtenta luporum
Horrificant. duo quippe lupi ſub Principis ora,
Dum campis exercet equos, violenter adorti
Agmen, & excepti telis, inmane relatu
Prodigium miramque notam duxere futuri.
Nam ſimul humano geminas de corpore palmas

255. Utra-

aut revelare conati ſint. Certum eſt vero, nubes etiam hodie campanarum, quae in urbibus, ſonore diſſipari, ac tormentis muralibus. vide Vell. Paterc. quinimo Statius Lib. VI. Th.

Aera crepant fruſtraque timent, at Theſſala vilſrix
Ridet anbelantes audito carmine bigas.

Livius aeris crepitum ſilenti nocte in defectu Lunae cieri docet. CLAVER. *Aeriſonas* bene ſcripti fere omnes cum Barthio. ſic *aeriſonus Nilus* Statio I. Theb. 265. propter ſiſtra. & *aeriſonus Symbalus* Theb. IV. 298. *aeriſona Curetum caſtra* Silio Lib. II. 93. quomodo & *aeriſonas oras* Valer. Flacc. I. 704. ubi de Creta. & Lib. III. 28. *aeriſonum montem* Idam vocat. Cave audias Iſingrinianum, & ex noſtris nonnullos, in quibus *Aujonias urbes*. HEINS. *per berbas* habebat Voſſ. a m. prim. *borriſonas* ed. Vicet. & Parm. *auriſonas*.

236. *Globo*] *globos* Jun. *Non credunt* Junt. alt.

238. *Theſſalidas*] *Theſſalicas* Lovan.

239. *Neglexerat omen*] *neglexeris* duo libri. parum refert. HEINS. *neglexeris* Lovan.

240. *Novis*] *Jovis* Voſſ. Exc. ed. Ald. & Gryph.

241. *Crematas*] *cruentas* Leid. *domus* etiam Exc. Voſſ.

245. *Aſtrigera*] *aſtrifera* Wolf.

246. *Lycaonia ab Arcto*] Lege, *Lycaoniam ad Arctos* cum Lucenſi & tribus aliis. ſic ſenſus poſtulat, neque aliter excerpta Pomponii Laeti. HEINS. *Lycaonio* Lovan.

247. *Foedavit*] *foedaras* Exc. Voſſ.

248. *Moriens*] deficiens. vid. ad Ovid. VII. Met. 77.

249. *Oſtenta*] *oſtenſa* Wolf. a m. prim. ed. Parm. Junt. Ald. Colin.

250. *Horrificant*] *Terrificant* Palatinus. HEINS. ita & III. de Laud. Stil. 336.

Sub Principis ora] *ore* duo ſcripti, & edd. Blaawii & Elzev. vide mox vs. 259.

252. *Excepti*] *incepti* Jun.

253. *Prodigium miramque notam*] *verique notam duxere futuri*, ſcriptum a Claudiano putem. Ovid. Metam. Lib. VIII. 600.

Fibra quoque aegra notas veri monituſque Deorum
Perdiderant. HEINS. In vulgata copula *que* eſt abſurda. correxerat & Heinſius, *telis* (*inmane relatu Prodigium, mirumque*) *notam* &c. ad Ovid. VII. Metam. 621. citat *adverſamque notam*. BURM.

254. *humano geminas*] *humanas gemino de corpore palmas*, Scaliger correxerat, probante Heinſio. pro *emiſit*, *permiſit* Junian. *profoſſis* liber Barthii.

Utraque perfoſſis emiſit bellica coſtis:
Illo laeva tremens, hoc dextera ventre latebant,
Intentis ambae digitis, & ſanguine vivo.
Scrutari ſi vera velis, fera nuntia Martis
Ore ſub Auguſti caſurum prodidit hoſtem.
Utque manus utero virides patuere retecto,
Romula poſt ruptas virtus ſic emicat Alpes.
Sed, malus interpres rerum, metus omne trahebat
Augurium pejore via, truncataque membra,
Nutricemque lupam, Romae regnoque minari.
Tunc reputant annos, interceptoque volatu
Vulturis, incidunt properatis ſecula metis.
Solus erat Stilichon, qui deſperantibus augur
Sponderet meliora manu: dubiaeque ſalutis
Dux idem vatesque fuit. Durate parumper,
Inquit, &, excuſſis muliebribus ore querelis,
Fatorum toleremus onus. nil nautica proſunt
Turbatae lamenta rati: nec ſegnibus undae
Planctibus, aut vanis miteſcunt flamina votis.
Nunc inſtare manu, toto nunc robore niti
Communi pro luce decet: ſuccurrere velis,

Ex-

256. *Ventre latebant*] *latebat* fruſtra contra ſcriptos Raphelengius. HEINS.

257. *Vivo*] *viſo* Jun. Oxon.

259. *Ore ſub Auguſti*] Sic habet vetus codex, at Plantini editio, *Orbe*, & alius liber, *Ora*, minus recte. nam Lib. II. de laud. Stil. 184. dixit, *generique ſub ore*. & Epiſt. ad Seren. 49. *ſub luce tui contingeret oris*. CLAVER. *Ore* Claverius, cujus alter codex, & quinque noſtri, *Ora*. ſupra vs. 250. *duo quippe lupi ſub Principis ora*. ubi & *ore* duo veteres. vulgo, *orbe*. HEINS. *ſub ore* verum puto. ita Flor. II. 15. *claſſem ſub ipſo ore urbis incendit*. Vell. Pat. II. 21. *ſub ipſis moenibus oculisque urbis Romanae pugnantibus*. & quamvis utrumque dici non negem, ut *ſub oculos* & *oculis*, *ſub adſpectum*, & *adſpectu*, de quo ad Quinctil. IX. Inſt. Orat. I. p. 762. & Declam. XVI. 9. hic, quia tot voces in *a* deſinunt, certe *ore* praeſtat. ridicule autem *orbe* pro oculis interpretatur Barthius ad Rutil. Itiner. I. 166. ſed illa juvenis ſcripſit. hic in priori editione recte negat *orbem* ſingulari numero ita uſurpari. vid. ad Ovid. II. Met. 752. & ad III. de Rapt. 88. BURM.

260. *Virides*] hic ſunt quaſi adhuc viventes. vide hic Barthium, & ad Rutil. Itin. I. 116. BURM. *Patuere retecto*] Lego, *rejecto*, vel ſine ſcriptis. duo Vaticani tamen, *recepto*. Apulejus Lib. IV. Metam. *Laetus paulo fidentior utero beſtiae reſecto urſo magnificum deſpoliavit latronem*. HEINS.

261. *Virtus ſic*] *ſic virtus* Lovan.

262. *Malus interpres rerum, metus*] vide Freinsh. ad Curt. VII. cap. VII. §. 24.

265. *Reputant*] *Et repetunt* marg. Iſingr. edd. Vicet. & Parm. utrumque poteſt locum ſuum tueri. vid. ad Ovid. Epiſt. V. 113. & alibi.

266. *Incidunt*] *incedunt* Wolf.

267. *Properatis ſecula metis*] Exc. Voſſ. *properatis ſecla metallis*.

268. *Manu*] *mora* Oxon. *meliore manu* Vicet. & Parm.

273. *Planctibus*] *Flatibus* Jun. & Oxon. unde Heinſius faciebat *Fletibus*. *miteſcant* Jun. *flumina* Oxon. Lovan. & ed. Vicet.

274. *Pectore niti*] *robore* meliores magno numero. vidit Raphelengius. mox idem etiam bene cum ſcriptis, *Non ſi perfidia*. pro *ſuccurrere velis*, prior Moreti, *ſuccedere*. HEINS. *robore* edd. Vicet. Parm. Ald.

275. *Communi*] *comni* Jun. Oxon. nec hoc abſurde, ſi *nixos* legas. vide ſupra. Markland. ad Stat. III. Silv. IV. 87. legit, *Communi pro puppe*. BURM.

276.

Digitized by Google

Exhaurire fretum, varios aptare rudentes,
Omnibus & docti juſſis parere magiſtri.
Non ſi perfidia nacti penetrabile tempus
Inrupere Getae, noſtras dum Rhaetia vires
Occupat, atque alio deſudant Marte cohortes,
Idcirco ſpes omnis abit. mirabile poſſet
Eſſe mihi, ſi fraude nova, vel calle reperto
Barbarus ignotas invaderet inſcius Alpes.
Nunc vero geminis clades repetita tyrannis
Famoſum vulgavit iter: nec nota fefellit
Semita praeſtructum bellis civilibus hoſtem.
Per ſolitas venere vias, aditusque ſequendos
Barbarico Romana dedit diſcordia bello.
Sed nec praeteritis haec res incognita ſeclis.
Saepe laceſſitam, ſed non inpune, fatemur
Auſoniam. haec Senonum reſtinxit ſanguine flammas.
Haec & Teutonico quondam patefacta furori
Colla catenati vidit ſqualentia Cimbri.
Vile decus, quod non erexit praevius horror.
Ingentes geminant diſcrimina magna triumphos.

Quid

276. *Exhaurire fretum*] id eſt aquam, quae navem inplevit. ita & Ovid. XI. Met. 488.

Egeris hic fluctus, aequorque refundit in aequor.

ubi vide notas. & ad Val. Flacc. IV. 666. BURM.

278. *Non ſi perfidia*] *non ſic perfidiam* Jun. *alter. non niſi perfidia* Oxon. Iſingr. Colin. Gryph.

279. *Rhaetia*] *Graecia* Jun. Oxon.

281. *Mirabile*] *miſerabile* Jun. Heinſ. ad IV. Conſ. Hon. 68. citat *memorabile tempus*. mallem etiam *fraude, nova vel calle reperto*, alia ſcilicet via, quam qua Annibal perrupit Alpes. *inſcius* interpres vertit *ignarus locorum*. ſed credo velle Poëtam, latens, fallens nos. ut *inſcius* hic ſit, qui a nobis non deprehenderetur, qui ignoraretur, per callem novum irrumpere in Italiam. & ita apud Stat. I. 559. *inſcium religionem*, obſcuratu interpretatur, & ex Apulejo adducit, *inſcium tranſitum*, ignotum, Barthius. & ita infra vs. 553. *neſcius*, pro qui neſcitur. ubi vide adnotata. BURM.

283. *Invaderet*] malim, *evaderet*, id eſt, tranſcenderet. ſic pro adſcendere & ſuperare locum uti Statium III. Theb. 468. docet Barthius. vide & Gujet. ad Terent. Andr. II. 2. & Cort. ad Salluſt. Jug. LII. ubi eadem varietas. ita *evadere viam* Virgil. II. Aeneid. 731. BURM.

284. *Nunc vero geminis*] Maximum & Eugenium indicat. legimus vero Alarichum ab Oriente cum Theodoſio veniſſe magna manu Gothorum ſtipatum, unde ipſi Alpium iter innotuerit. CLAVER. pro *nunc*, *tunc* Jun.

286. *Praeſtructum*] *poſt ſtructum* Lovan. vide ad IV. Conſ. Honor. 321.

287. *Per ſolitas*] MS. in contextu *licitas*. ſed alia manu emendatum *ſolitas*. DELR.

Aditusque ſequendos] Aldus & prior Moreti, *ſecandos*, ut VI. Conſ. Hon. 469.

Barbara fulmineo ſecuit tentoria curſu.

tres alii, *ſecundos*. HEINS. ita *reditus ſecundi* Epiſt. ad Seren. 57. *adit usque ſequendos* Vicet. ſed Parm. vitioſe *adiit usque ſequandos*.

291. *Reſtrinxit ſanguine*] Magis appoſite vetus liber, *reſtinxit*. DELR. *reſtrinxit* Junt. Ald. Iſingr. & aliae, ut & multi codices. vitioſe. imitatur Florum Lib. I. 13. qui Camillum, *Omnia incendiorum veſtigia Gallici ſanguinis inundatione delevisſe*, tumore poëtico dixit; cautius tamen noſtro, qui ipſas flammas, quae jam diu conſiderant, reſtinxiſſe ait. BURM.

295. *Ingentes geminant*] *generant* Lucenſ. & Gyrald. ſed male. infra 387.

Cum Trebiam ſaevo geminaſſent vulnera Carnae.

ſic & alibi noſter. HEINS.

Quid turpes jam mente fugas, quid Gallica rura
Reſpicitis, Latioque libet poſt terga relicto
Longinquum profugis Ararin praecingere caſtris?
Scilicet Arctois conceſſa gentibus Urbe
Conſidet regnum Rhodano, capitique ſuperſtes
Truncus erit? veſtros ſtimulant ſi pignora ſenſus,
Me quoque non inpar naturae cura remordet.
Nec ferro ſic corda rigent, ut noſſe recuſem,
Quam ſanctum ſoceri nomen, quam dulce mariti,
Quantus prolis amor. ſed numquam oblita decoris
Obſcoenam latebram pietas ignava requiret.
Nec vobis fortis monitor, mihi cautior uni.
Hic conjux, hic progenies, hic carior omni
Luce gener. pars nulla mei ſubducta procellae.
Accipe tu noſtrae, tellus Oenotria, mentis
Vincula, communes tecum ſubeuntia caſus;

Exi-

206. *Quid Gallica*] *jam Gallica* Jun. Oxon. duo. Leid. Lovan. Voſſ. duo. ed. Vicet. & Parm. *ſtirpis jam m. f. jam G.* Wolf.

208. *Ararim*] *Aras* Leid. *refugis* Wolf.

300. *Conſidet regnum Rhodano*] unus vetus liber, *Conſidet regnum Rhodano capitique*, &c. non bene. DELR. Hic Stilicho incitat ſuos male cunctantes, atque a fuga in Galliam deterret. Legimus vero Honorium Alaricho, agros & provincias petenti, Galliam conceſſiſſe. Cavendum eſt ſane bono duci, ne dubitantem aut formidantem exercitum ad pugnam producat; quamvis Caeſar (apud Lucanum VII. 577.) *Verbere conſertae ceſſantes jugulate bigae*. CLAVER. *Conſidet* Voſſ. Jun. Oxon. Leid. Lovan. Ald. *captique* Pulm. Ald. Iſingr. Colin. Gryph.

301. *Stimulant*] *ſtimulent* Leid. *ſtimulat ſed pignora* Vicet. *noſtros* Oxon.

302. *Cura*] *cauſſa* marg. Iſingr. ex ſollemni variatione, vid. Conſ. Mall. 227. ſed male. eſt ex Virgil. I. Aeneid. 261. *quem lo haec te cura remordet.* & VII. 402. *ſi juris materni cura remordet.* BURM.

303. *Aut noſſe recuſem*] Quanto melius hic veteres libri, *ut noſſe recuſem.* iidem paullo inferius, *mentis vincula.* DELR. Ita meliores, vulgo, *aut noſſe recuſent.* HEINS. *Ut noſſe recuſent* Oxon. Lovan. Voſſ. & MS. Pulm. *recuſem* Ald. vitioſe. *laborent* Pulm. Cod. praeterea, *ferro ſi corda* Leid. *mea corda* alter.

306. *Requiret*] *requirat* Oxon.

307. *Cautior*] *fortior* Oxon. a m. pr. *hic* etiam. *vel nam vobis* Exc. Voſſ. *neu vobis* Claver. & Barth.

308. *Hic conjux*] Demonſtrat inſignis ille Dux, nec ſuos periculo ſubtrahi, & Romam pro ſolo natali & parente agnoſcit; quare ſub ejus ſtatua argento perfuſa fuit haec inſcriptio. FL. STILICHONI. ILLUSTRISSIMO VIRO. BIS CONSULI ORDINARIO. MAG. UTRIUSQUE MILITIAE, COMITI DOMESTICORUM ET STABULI SACRI, ATQUE ABINEUNTE AETATE PER GRADUS CLARISSIMAE MILITIAE AD COLUMEN REGIAE AFFINITATIS EVECTO, SOCIO BELLORUM OMNIUM ET VICTORIARUM. AFFINI ETIAM D. THEODOSII AUG. ITEMQUE SOCERO D. N. HONORII AUG. POPULUS ROMANUS PRO SINGULARI EJUS CIRCA SE AMORE. vide reliqua. CLAVER.

309. *Gener*] *genus* Oxon. a m. pr.

Pars nulla mei] *ſpes nulla* ſchedae Gudianae. HEINS.

310. *Accipe*] *Aſpice* Voſſ. *Oenacria* Leid.

311. *mentis Pignora*] Cl. Gronovius ad Statium cap. XII. Diatribes, cum ſcriptis caſtigatioribus, *Vincula* ſcribendum jam vidit, atque ita Barthius. Rutilius Itiner. I. 211.

Ille meae ſecum dulciſſima vincula curat,
Filius affectu, ſtirpe propinquus, habet.

Propertius Lib. I. Eleg. 15. 16.

Sanguinis & cari vincula rupit amor.

Seneca Hippolyto, v. 1115. *Quanto parentes ſanguinis vincla tenes Natura.* Avienus Ora maritima v. 15.

His adde & illud: libertim tenuat loco
Mihi eſſe amoris ſanguinisque vinculo.

ſic iſta ſunt conſtituenda. Licentius Carmine ad B. Auguſtinum v. 114.

Hoc tamen hoc animi vinclum, nexuſque fideles,
Non qui montoſis firmatas rupibus Alpes
Fregit, & Italicas preſſit cum moenibus urbes,
Rumperet; aut noſtro terreret de robore quicquam.

ſic

Exiguamque moram muris inpende tuendis;
Dum redeo, lectum referens in claſſica robur,
His dictis pavidi firmavit inertia vulgi
Pectora, migrantisque fugam conpeſcuit aulae.
Auſaque tum primum tenebris emergere pulſis
Heſperia, ut ſecum junxiſſe pericula vidit
Auguſtum, tantoque ſui ſtetit obſide fati.
Protinus, umbroſa veſtit qua litus oliva
Larius, & dulci mentitur Nerea fluctu
Parva puppe lacum praetervolat. ocius inde
Scandit inacceſſos brumali ſidere montes,
Nil hiemis coelive memor. ſic ille, relinquens
Jeiunos antro catulos, inmanior exit
Hiberna ſub nocte leo, tacitusque per altas
Incedit furiale nives: ſtant colla pruinis
Aſpera: flaventes adſtringit ſtiria ſaetas.
Nec meminit leti, nimbosque aut frigora curat,

Dum

ſic puto. vulgo circumfertur, *noſtro terreret*. ni mavis, *noto terreret robore*, quod verius. HEINS. *mentis pignus* tamen dixit etiam I. in Eutrop. 421. & Ovid. II. Art. 378. & III. ex Ponto IV. 27. ſed quia vs. 301. praeceſſit, accedo viris doctis. nec facile pro *pignora* reſcriberet librarius *vincula*, niſi reperiſſet in exemplari. *vincula* etiam Wolf. BURM.

312. *Muris*] De horum reſtauratione exſtat praeclara inſcriptio, quam referimus Paneg. VI. Honorii, ubi multa huc pertinentia. CLAVER.

313. *Dum redeo*] *Dum redeam* Leid. ſed Virgil. IX. Ecl. 23.

Tityre, dum redeo, brevis eſt via, paſce capellas. BURM.

Lectum robur] Ergo non ſubitarii milites, aut defuncta bello agmina, ſed legiones olim probatae a Stilichone deſiderantur. quare ipſe paucis comitatus Rheticas Alpes tranſit; unde quaſi curriculo revertit, Romam ipſam & Honorium Imp. ab hoſtibus quaſi obſeſſum redemturus. CLAVER. *laetum* Jun. alter.

314. *His dictis*] *His dictis* Leid. a m. prim.

316. *Tum primum*] *tunc primus* edd. Vicet. Parm. Junt. Ald. Colin.

317. *Junxiſſe*] *vixiſſe* Jun.

318. *Auguſtum*] Pudet me quorumdam hujus Hiſtoriae ſcriptorum, qui pietatis nomen ambientes, nihil minus praeſtitere. Ajunt enim Stilichonem vel invito Honorio, pugnam iniiſſe, quam Getae (ſi placet Superis) ſola inſtantis Paſchae reverentia ſubterfugerint, ut facile fuerit tunc non repugnantes vincere. Addunt etiam, quod mirere, Stilichonem Getis animo jam revelatis, ac virtute quaſi rediviva, debellatum eſſe, quod ſane indignabatur Cujacius, ajebatque auctorum ingenia & conditionem eſſe in primis explorandam. neque etiam facile crederis Gotho homini de ſuis ſcribenti, aut Caſſiodoro, ſi ſcias, qui fuerit, aut alii, cujus nomen tacco, in his rebus praecipue. quanto melius Prudentius noſter: *Dux agminis imperiique Chriſti-potens nobis juvenis fuit, & comes ejus Atque parens Stilicho, Deus unus Chriſtus utrique.* Rem geſtam profecto viderat, aeque atque Claudianus, neque mendacium coram dicere auſi eſſent. CLAVER.

Tantoque] *totoque* Lovan. Wolf. Exc. Voſſ. duo Pulmannni, Oxon. Leid. duo. Heinſius olim *tutoque* voluerat, ut *tutum pignus* I. in Eutrop. 420. *Auguſti* etiam Jun. Oxon.

319. *Protinus*] Hic locus mire excitat lectorem, neque puto meliores verſus exſtare uspiam, eſt enim hic poëta Nili ſui cataractis uberior. CLAVER.

320. *Larius*] *Laurius* Vicetin.

Dulci mentitur Nerea fluctu] *fluxu* unus Vaticanus. HEINS.

321. *Inde*] *unde* Exc. Voſſ. antiquae editiones diſtinguunt, *praetervolat ocius: inde Scandit.*

325. *Altas*] *per altas* Jun. vid. ad I. in Eutrop. 104.

326. *Nives*] *nefas & ruinis* Jun. mox pro *flaventes*, *flammantes* Oxon. a m. prim. vid. III. Stil. 18.

328. *Meminit*] vide ad Val. Flacc. V. 584. mox, *parat* Jun. Oxon. Exc. Voſſ.

Dum natis alimenta paret. ſublimis in Arcton
Prominet Hercyniae confinis Rhaetia ſilvae:
Quae ſe Danubii jactat Rhenique parentem,
Utraque Romuleo praetendens flumina regno.
Primo fonte breves, alto mox gurgite regnant,
Et fluvios cogunt unda coëunte minores
In nomen tranſire ſuum. te Cimbrica Tethys
Diviſum bifido conſumit, Rhene, meatu.
Thracia quinque vadis Hiſtrum vorat Amphitrite.
Ambo habiles remis, ambo glacialia ſecti
Terga rotis: ambo Boreae Martique ſodales.
Sed latus, Heſperiae quo Rhaetia jungitur orae,
Praeruptis ferit aſtra jugis, panditque tremendam
Vix aeſtate viam. multi ſeu Gorgone viſa
Obriguere gelu: multos hauſere profundae
Vaſta mole nives: cumque ipſis ſaepe juvencis
Naufraga candenti merguntur plauſtra baratho.
Interdum glacie ſubitam labente ruinam
Mons dedit, & trepidis fundamina ſubruit aſtris.

Pen-

330. *Hercynia*] *Hercinae* Vicet. & Parm.

332. *Regno*] In hanc rem D. Ambroſius tradit Rhenum imperii Romani adverſum feras gentes murum eſſe. CLAVER.

333. *Alto*] *alio* Barthius quosdam habere ait, cujus nota hic vitioſiſſime edita videtur, ſed ille *alto* dehinc volebat. *arcto* erat in Moreti priore, unde Heinſius, *auſto*. BURM.

334. *Coëunte*] *ſuperante* marg. Iſingr.

335. *Cimbrica*] *Cimbria* Voſſ. & ed. Gryph.

336. *Conjumit*] *commiſſit* Voſſ. a m. prim.

339. *Martique ſodales*] *Martiſque* tres. quod neſcio cur maluerit Raphelengius. qui mox bene *quo* pro *qua* cum ſcriptis. HEINS. vide ad I. in Eutrop. 150. *ſodalem* tamen dicit Horat. I. Od. 25. ut recte Barthius.

340. *Rhaetia*] *Trebia* Wolf.

341. *tremendam Vix aeſtate viam*] Etſi nulla ſit in omnibus libris diſcrepantia, exiſtimo tamen ſcribendum, *terendam*. DELR. Lego, *premendam*. ut apud Silium Lib. III. 632.

——— *dubio devexa per invia niſu*
Firmabat greſſum atque humentia ſaxa premebat.

niſi quis malit ex Delrii conjectura, *terendam*, quod praeſtat. III. Conſ. Honor. 119. *Illyrici legitur plaga litoris, arva terunntur Dalmatiae*. Livinejus, *tenendam*. quomodo in Regio. minus bene, proxime tamen verum. HEINS. Ego puto retineri poſſe vulgatam. ſed debet ita conſtrui: latus verſus Italiam ita clauſum eſt praeruptis jugis, nivibus, gelu &c. ut vix aeſtate pandat viam tremendam, id eſt, quae tunc adhuc tremenda eſt, nec mollior facta. *vix aeſtate* non cum *tremendam*, ſed cum *pandit* debet conjungi. ita Petron. cap. CXXII. *nive dura clauſit hiems. tremenda via* eſt praecipitis & anguſtiſſimis callibus, nive infida & glacie ſaepe labente terribilis adſpectu. conjecturas recipere in contextum, ſemper anceps & periculoſum. BURM.

343. *Hauſore*] *haurire* Jun.

345. *Plauſtra*] *clauſtra* Jun. OZON. *jungatur* pl. Wolf. qui a m. prim. *clauſtra*.

347. *Mons*] *Mox* Wolf.

Et trepidis] MS. vet. German. & Vicet. *& trepidis*. DELR. *trepidis Auſtris* ex conjectura Scaligeri Raphelengius. Lovanienſis liber confirmat, ut & Pomponii Laeti Excerpta. vulgati & ſcripti plerique, *trepidis aſtris*. Iſingr. & plurimi ex noſtris, *trepidis aſtris*. quod & Livinejo placebat. ut apud Silium Lib. VIII. 657.

Phlegraeus teſtis trepidantia fidera vortex.

ſecutus etiam eſt Barthius. apud Petronium Carmine de Bello Civili vs. 89. ſic cenſeo caſtigandum:

——— *perfoſſa debiſcit*
Molibus infamis tellus: jam montibus hauſtis
Aſtra tremunt. non *Antra gemunt*. HEINS. *trepidis*

Pendenti maleſida ſolo. per talia tendit
Frigoribus mediis Stilichon loca. nulla Lyaei
Pocula; rara Ceres. raptos contentus in armis
Delibaſſe cibos, madidoque oneratus amictu
Algentem pulſabat equum. nec mollia feſſo
Strata dedere torum. tenebris ſi caeca repreſſit
Nox iter, aut ſpelaea ſubit metuenda ferarum,
Aut paſtorali jacuit ſub culmine, fultus
Cervicem clipeo. ſtat pallidus hoſpite magno
Paſtor, & ignoto praeclarum nomine vultum
Ruſtica ſordenti genetrix oſtendit alumno.
Illa ſub horrendis praedura cubilia ſilvis,
Illi ſub nivibus ſomni, curaeque laborque
Pervigil, hanc requiem terris, haec otia rebus
Inſperata dabant. illae tibi, Roma, ſalutem
Alpinae peperere caſae. jam foedera gentes
Exſuerant, Latiique audita clade feroces,
Vindelicos ſaltus & Norica rura tenebant.
Ac veluti famuli, mendax quos mortis herilis
Nuntius in luxum falſo rumore reſolvit,
Dum marcent epulis, atque inter vina chorosque
Perſultat vacuis effrena licentia tectis;
Si reducem dominum Fors inproviſa revexit,
Haerent adtoniti, libertatemque peroſus

Con-

dis aſtris edd. Vicet. Parm. *tepidis* aliae. male. montes ſuſtinere coelum Poëtae jactant, ut de Atlante poſſim. trepidabant ergo aſtra ſubducto fundamento. & hinc montes *columnas* & *columina* vocantur. vide ad Ovid. 1. Met. 689. BURM.

350. *Rara Ceres*] *cruda* Oxon. *nulla* Mazar. HEINS. *clara Ceres*] *um. raros contentus* Leid. & marg. Iſingr. vitioſe. *raptis* Lovan. *raptos* unice verum. vid. 11. in Eutr. 328. & ad Val. Flacc. V. 216. BURM.

352. *Nec mollia*] *non* Exc. Voſſ. Lovan. *teri* Exc. Voſſ.

354. *Spelaea*] *ſpelunca* Leid. *ſpelaea fugit* Exc. Voſſ. Wolf. a m. prim. *tegit* Oxon. a m. 2.

355. *Sub culmine fultus*] *tegmine* prior Moretl. pro tecto. Stat. Theb. 1. 406.

——— *liquentia nimbis*
Ora comasque gerens (malo *rigens*) *ſubit uno tegmine, cujus*
Fuſus humo gelida partem prior hoſpes habebat.

HEINS. vide ad Ovid. 1. Met. 689.

357. *Ignoto praeclarum*] *ignotum praeclaro* Oxon. mox pro *ſordenti*, *ſorbenti* Wolf. a m. prim.

360. *Illi*] *Illis* decem codices cum Livinejo & Barthio. HEINS. *Illis* Parm.

363. *Caſae*] vel *nives* Voſſ.

365. *Rura tenebant*] duo Florent. tertius Vatic. Rottendorph. & Iſingr. *caſtra*. Puto, *clauſtra*, *regna* in ſchedis Gudianis. HEINA. pro *Vindelicos* cod. Pulm. & quatuor alii, *Vandalicos*. Jun. *Vandaricos*. Oxon. *Vuandalicos* Oxon. alter, *Vindelici ſaltus &*. *rura tumebant* Barth. edit.

367. *Rumore*] *clamore* Oxon. a m. pr.

369. *Teſtis*] *curis* Lovan.

370. *Sors inproviſa revexit*] *Fors* cum Regio & Thuaneo. HEINS. ita & VI. Conſ. Honor. 283. corrigit Heinſius *revinxit* ed. Ald. Iſingr. Gryph. *revixit* vel *reduxit* Exc. Voſſ. *reduxit* MS. Pulman.

372.

Conſcia ſervilis praecordia concutit horror.
Sic ducis adſpectu cuncti ſtupuere rebelles,
Inque uno Princeps, Latiumque, & tota refulſit
Roma viro. frons laeta parum, non triſtior aequo,
Non dejecta malis, mixta ſed nobilis ira:
Qualis in Herculeo, quoties infanda jubebat
Euryſtheus, fuit ore dolor: vel qualis in atram
Sollicitus nubem moeſto Jove cogitur aether.
Tantane vos, inquit, Getici fiducia belli
Erigit? hinc animo fruſtra tumuiſtis inani?
Non ita Romanum fati violentia nomen
Opprimit; ut veſtros nequeat punire tumultus
Parte ſui. neu vos longe ſermone petito
Demorer, exemplum veteris cognoſcite facti.
Quum ferus Auſonias perfringeret Hannibal arces,
Et Trebiam ſaevo geminaſſent funere Cannae,
Nequidquam Emathium pepulit ſpes vana Philippum,
Ut velut adflictos ferro tentaret inerti,
Romanos commovit atrox injuria Patres,
Urguerent majora licet; graviterque tulere,
Urbibus inter ſe claris de culmine rerum

Con-

372. *Conſcia*] Hic profecto notantur aemuli Stilichonis, qui de eo multa ſiniſtra ubique ſparſerant, eos tamen viri reducis praeſentia tacitos, & quaſi exanimes reddidit. CLAVER.

373. *Adſpectu*] *adſpectum certi* Oxon. certe *ſtupere* cum accuſativo conſtrui notum eſt. vid. ad Petron. XXIX. & Calpurn. Ecl. VII. 44. *certi* & *cuncti* permutantur etiam ſupr. vs. 10. hic tamen *certi* vix quadrant. ſed an hic non poſſet *cunei* legi pro *cunctis*? & miror hoc praeteriiſſe Heinſium, qui ita emendabat locum in Bello Gildonico 468. ubi vide. BURM.

374. *Inque*] *Atque* Exc. Voſſ.

375. *Frons laeta parum*] ex Virgilii Lib. VI. Aen. ſumtum,

Sed frons laeta parum, & dejecto lumina vultu. BURM.

Ibid. *Non*] *nec* Lovan. Jun. Oxon. duo Leid. *mobilis* Jun.

378. *Fuit ore dolor*] decem libri *color*. pro *in atram*, Junianus *iniquam*, ut Graecismus ſit. HEINS. *color* Jun.

383. *Nequeant punire tumultus*] Corrige ſecundum vet. lib. *nequeat*. DELA. *nequeat* Delrius & ſcripti. HEINS.

384. *Longe ſermone petito*] ita *longe arceſſere fabulas* Petron. XXXVII. ubi vide. *nec vos* Lovan. Jun. *ne* Oxon. & Leid. *neu vos* Parm.

385. *Facti*] *fati* MS. Pulm. marg. Iſingr. & Parm.

386. *Perfringeret*] *perfrangeret* Exc. Voſſ. *perſtringeret* Jun. Oxon. ſed *perfregiſſe Alpes* dixit & Florus II. 6. & Silius V. 160 & alii paſſim *frangere*, vel *rumpere*. ut Juvenal. & inde aliquis hic etiam *Alpes* pro *arces* legere mallet. ſed *arces* pro montibus ſaepe occurrunt. vid. ad Petron. cap. CXVI. BURM.

387. *Et Trebiam ſaevo*] *ocio* Iſingr. tert. Vatic. & pro diverſa lectione Priscianus. eleganter ſic ſatis. de quo vocabulo alibi. HEINS. *Idaeo* in Pricaeano & Exc. Voſſ. fuiſſe pro *foedo* notavit Heinſius. *ſocium dolorem* dixit Stat. III. Theb. 679 multa de hoc verbo idem Heinſius ad Ovid. V. Epiſt. 126. I. Amor. IX. 8. Hic tamen *ſaevo* retinendum puto; nam *ſocium funus* pro ſecundo vel altero dici vix exiſtimo. BURM.

388. *Vana*] *una* Lovan. mox aptius diſtinguerentur, *ferro tentarat inerti Romanos. Commovit*, &c. & ita fuit in Lovan. *nec quicquam* Vicet. Parm.

392. *Claris*] *claro* Lovan.

395.

Congreſſis, aliquid gentes audere minores.
Nec poenam differre placet; ſed bella gerenti
Punica Levino Regis quoque proelia mandant.
Paruit imperiis Conſul; fuſusque Philippus
(Vilia dum gravibus populis interſerit arma)
Praetereunte manu, didicit non eſſe potentum
Tentandas, mediis quamvis in luctibus, iras.
Hoc monitu pariter naſcentia bella repreſſit,
Et bello quaeſivit opes, legitque precantes
Auxilio, menſus numerum, qui congruus eſſet;
Nec gravis Italiae, formidandusve regenti.
Nec minus accepto noſtrae rumore cohortes
(Sic ducis urguet amor) properantibus undique ſignis
Conveniunt; viſoque animi Stilichone recepti,
Singultus varios lacrimoſaque gaudia miſcent.
Sic armenta boum, quae vaſtis turbida ſilvis
Spargit hiems, cantus ac ſibila nota magiſtri
Certatim repetunt, & avitae paſcua vallis;
Inque vicem ſe voce regunt, gaudentque fideles

Red-

395. *Regis*] *Regi* Jun. Lovan. *mandent* Oxon.
396. *Imperiis*] *imperio* Oxon. vide ad Val. Flacc. III. 620.
397. *Gravibus*] *Grajis* Oxon. Leid.
398. *manu*] *via* Exc. Voſſ.
402. *Numerum*] Vide Curtium de Dario, cui nihil minus, quam multitudo militum defuit. at eximia Panegyris ad Conſtantium: *Magnus Alexander cum praeter Macedonas ſuos cunctae Graeciae & universo Illyrico innumerabilem delectum poſſet indicere, numquam majores quadraginta millium copias duxit: inhabile regenti ratus quidquid excederet.* CLAVER.
Congruus eſſet] *congruit* Exc. Voſſ. forte, *qui congruit, eſſet Ne gravis Italiae.* BURM.
406. *animi Stilichone recepti*] Malo, *animis receptis*, ut cum ſequentibus haec cohaereant. HEINS.
407. *Singultus*] *ſingulto* Exc. Voſſ.
408. *Quae vaſtis*] *vaſtis quae* ſcripti & editi olim plurimi. *abſcondita ſilvis* Excerpt. Putean. *ſparſit* Lovan. Jun. Oxon. duo, Voſſ.
410. *Repetunt*] *repetent* Oxon. *Certatim* Vicetin. *ac ſibila* quatuor ſcripti & Exc. Voſſ. hoc quoque loco firmari lectio Calpurn. VII. Ecl. 3. poterit, ubi de his ſibilis vide. forte, *ſaltus ad ſibila*, &c. nam *repetere cantus* pro redire eo, unde cantus auditur, durum & inſolens. vel lege, *campos*, ſed Claudiano relinquamus ſibi uſurpata. BURM.
Vel notae paſcua vallis] Lucenſ. & Gyrald. & *avitae*. optime. Lib. II. in Rufin. 407.

Ut fera, quae nuper montes dimiſit avitos.

Maro Georg. III. 228. deſcribens victum certamine taurum:

Et ſtabula aſpectans regnis exceſſit avitis.

Statius IV. Theb. 401.

Tuque prior, tu cede, nocens, qui ſolus avita
Gramina communemque petis defendere montem.

atque ita fortaſſis & apud eumdem Lib. II. 323. corrigendum:

——— *veluti cum taurus avita*
Valle carens, pulſum ſolito quem gramine victor
Juſſit ab erepta longe mugire juvenca.

quamquam nec vulgatum *amata valle* temere iſtic damnandum. *patrium nemus* dixit Val. Flacc. II. 549. pro *paſcua* Oxon. *pabula*. pro *regunt* ſequenti verſu ſcripti quidam, *regant*. quod Delrio placebat, idque Scaliger in ora ſui codicis probare viſus. Epigr. de mulabus Gallicis:

Cum pronas pecudes Gallica verba regant.

HEINS. vide ad Grat. Cyneg. 490.
411. *Voce regunt*] Sequentia declarant vet. lio. *regant* retinendum. DELR. *ſic voce* Oxon. mox, *occurrunt cornua* Leid.

Reddere mugitus; &, qua ſonus adtigit aurem,
Rara per obſcuras adparent cornua frondes.
Adcurrit vicina manus, quam Rhaetia nuper
Vindelicis auctam ſpoliis defenſa probavit.
Venit & extremis legio praetenta Britannis,
Quae Scoto dat frena truci, ferroque notatas
Perlegit exſangues Picto moriente figuras.
Agmina quin etiam flavis objecta Sygambris,
Quaeque domant Cattos inmanſuetosque Cheruſcos,
Huc omnes vertere minas, tutumque remotis
Excubiis Rhenum ſolo terrore relinquunt.
Ullane poſteritas credat? Germania quondam
Illa ferox populis, quae vix inſtantibus olim
Principibus tota poterat cum mole teneri,
Tam ſeſe placidam praeſtat Stilichonis habenis,

Ut

413. *Rara per obſcuras adparent cornua frondes*] Ut, *apparent rari nantes in gurgite vaſto*. mihi tamen rectius fore videtur, ſi reponas, *Vara*. de quo vocabulo multis egi ad Naſonem I. Amor. III. 24. paulo poſt pro *Vindelicis ſpoliis* prima editio & multae membranae, *Vandalicis*. quam lectionem approbare viſus eſt Marcus Velſerus Rerum Auguſtanarum Hiſtoria pag. 162. & ſic ſchedae Gudianae. HEINS. vide ſupr. vs. 365. & hic in ſcriptis eadem varietas. *Vindalicis* Parm. *Vandalecis* Wolf.

414. *Adcurrit*] *occurrit* Voſſ. Oxon. vide II. de Laud. Stil. 442. *quam Graecia* Oxon.

416. *Legio praetenta*] Sexta videlicet Britannica ex eventu Victricis nomen adepta. DELR. *praefecta* Leid. *praetexta* Tholos.

417. *Notatas*] *vocatas* Wolff.

418. *Exſangues*] *exanimes* Exc. Voſſ. Pulm. & plurimi alii cum edd. Vicet. Parm. Junt. Ald. Iungr. Gryph. Colin. hae voces & commutatae in MSS. apud Ovid. I. Art. 540. Quinctil. IV. 2. ſed *exſangues* hic retineo. ita & *exſangues artus* I. in Eutrop. 300. BURM.

419. *Flavis*] *flamis* Lovan. *flammis* Wolff. vide III. de Laud. Stil. 18.

Sicambris] Hic milites limitanei deſignantur. de quorum diſciplina & fortitudine multa in Panegyricis, praeſertim eorum, qui ad Conſtantinum: Obliti deliciarum circi, & nobilium lavacrorum Rheno Danubioque praetenduntur. Conquiſitorem ſane agit Stilicho, & quaſi Tribunum per agros more majorum. CLAVER.

420. *Domant Citos*] Vetus liber *Cytos*. proprium eſt hoc loco, & debet reponi *Cattos*, quos Tacitus Chreruſcis proximos ſtatuit. Sidonius, ut vulgo habetur, *Cbattuſque aplauſtri Alligat Albis aqua*. pro quo ſubſtitue, *Cattoſque paluſtri A. Albis aqua*. DELR. *Cbattos* Lucenſ. & Gyrald. cum Pulmanno: ceteri codices corrupti ſunt maximam partem. in Oiſeliano, *Cattos*. HEINS. Conjecerat & *Cimbros*, qui cum Cheruſcis conjunguntur IV. Conſ. Hon. 452. *Scintbos*, *Citos*, *Cytos*, *Sticos*, *Cbitos*, & neſcio quae in ſcriptis & editis monſtra. *Cintbos* ed. Vicet. *Scbintos* Parm. *Scbintios* Junt. *Cbaucos* malebat Barthius.

Cheruſcos] *Cheruchos*, *Cherentos*, *Cherucos*, *Cerufcbos* in ſcriptis. *Cherucas* edd. Vicet. & Parm.

421. *Minas*] Ita ſcripti plurimi & editi. *manus* Heinſius ex Juniano, credo, adripuit. eadem varietas II. in Rufin. 147. & alibi. BURM.

422. *Solo*] *ſolito* Exc. Voſſ.

423. *Ullane poſteritas credet?*] *credat* prior Moreti. & mox, *ferox populi* eleganter excerpta Puteanea ſecundo caſu. HEINS. an non *ferax populis*, vel *populi*? *populisque vix* Vicet. vitioſe, & Parm. & Junt.

Germania quondam] Haec omnia in laudem Germaniae, hactenus fere indomitae, quod Stilichoni, virtutis admiratione, ſe placidam exhibuerit; id quoque ipſi honori eſt: neceſſe enim fuit eam virtutibus abundare, quae alienas amaverit. CLAVER.

425. *Poterat*] *potuit* MS. Pulm. *pereat* Exc. Voſſ. *poterit* edd. Vicet. & Parm.

426. *Jam ſeſe placidam praebet*] *Tam* Barthius, probo. *praeſtat* pro *praebet* etiam primus Petav. duo Vaticani, & Patav. HEINS.

447.

Digitized by Google

Ut nec praeſidiis nudato limite tentet
Expoſitum calcare ſolum, nec tranſeat amnem
Incuſtoditam metuens adtingere ripam.
Celſior o cunctis, unique aequande Camillo!
Veſtris namque armis Alarici fracta quievit
Ac Brenni rabies. confuſis rebus uterque
Divinam tribuiſtis opem. ſed tardior ille
Jam captae vindex patriae; tu ſoſpitis ultor.
O quantum mutata tuo Fortuna regreſſu!
Ut ſeſe pariter diffudit in omnia regni
Membra vigor, vivusque redit color urbibus aegris!
Creditur Herculeis lucem renovaſſe lacertis
Femina dilecti fatis inpenſa mariti.
Et juvenem ſpretae laniatum fraude novercae
Non ſine Circaeis Latonia reddidit herbis.
Cretaque, ſi verax narratur fabula, vidit
Minoum rupto puerum prodire ſepulcro:

Quem

427. *Nudato limite*] *principe* marg. Iſingr. *milite* vel *flumine* Exc. Voſſ.

429. *Adtingere*] *adſtringere* Oxon. a m. prim.

430. *O cunctis*] *e cunctis* Oxon. *ſolique aequande* Lovan.

431. *Veſtris*] *noſtris* Jun.

432. *Brenni*] *Bromii* Oxon. pro *confuſis*, *cum falſis* Jun. an, *nam feſſis*, vel *lapſis*? BURM.

434. *Jam*] *nam* Leid.

435. *Mutata*] *fortuna tua mutata* Oxon. & mox, *diffundit in omina* Leid.

437. *Vivusque redit color*] meus MS. *color*. DELR. Rectius ſcripti plerique *color*. quod & Barthio curis ſecundis videbatur. *vivus* pro vividus. Manil. Lib. v. *lapidum vivos miſcere colores* dixit. Martial. Lib. VI.

Et placido fulget vivus in ore liquor.

ſic & Ovidio II. Art. 658. *macie male viva puella eſt*. HEINS. *niveusque color* Lovan. *uniusque* in ed. Gryphii, vitio operarum. *color* Wolf.

438. *Renovaſſe lacertis*] *reparaſſe* unus Ambroſ. ut IV. Conſ. Hon. 4. *trabeis reparatur & urbi Majeſtas*. Praefat. II. de Rap. 14.

Defuetae reparat fila canora lyrae.

ſic enim vetus liber. *revocaſſe* excerpta Laeti. HEINS.

439. *Femina*] Alceſtis. DELR.

440. *Et juvenem*] Hippolytum. DELR. *Ut juvenem* edd. Vicet. Parm. Junt. Iſingr. & Colin.

441. *Non ſine*] *num ſine* Oxon.

442. *Cretaque*] *Certaque* Leid.

443. *Minoum rupto*] Fabula, quam tangit, in hunc modum a Clearcho Solenſi Lib. VII. Vitarum, Hiacio Zetze, Palaephato περὶ ἀπίστων ἱστορίων, & Hygino cap. de Polyido deſcribitur. Minois filium Glaucum, cum in mellis dolium incidiſſet, ſuffocatum: caſu turbatum patrem ſepulturae cadaver mandaſſe; junctoque Polyido, nobili augure & medico, iis conditionibus, ut vel eum ab orco revocaret, vel una Plutonis regiam viſeret. moeſto auguri inopinatum auxilium obtigiſſe; accurriſſe videlicet duos ſerpentes, interfectum unum, elapſum alterum; mox reverſum eumdem, herba, quam ore ferebat, ſocio vitam reddidiſſe, quo facto utrumque diſparuiſſe. ea re Polyidum animadverſa, illa ipſa radice Glaucum patri vivum reſtituiſſe. Idcirco dixit Ovidius:

Profuerant Glauci manibus illa prius.
Tunc cum obſervatas augur deſcendit in herbas,
Ujus & auxilio eſt anguis ab angue datus.

& Manilius Lib. II. *anguis hic nata per herbas Fata refert. vitamque ſua radice ferentis.* Ameliagoras tamen, quod Ovidius, Hyginus, Palaephatus, & noſter Polyido tribuunt, Aeſculapio adſcribit, falſus opinor multitudine eorum, quibus Epidaurius Deus vitae auctor exſtitit. nam plurimos illum e mortuis ſuſcitaſſe diverſi prodiderunt. Apollodorus & Virgilius, Hippolytum, Panyaſis Halicarnaſſeus, is qui a Cleophylo Samio captivitatem Oechaliae furatus eſt, Tyndarum: Orphici om-

Digitized by Google

Quem ſenior vates avium clangore repertum
Gramine reſtituit: mirae nam munere ſortis
Dulcia mella necem, vitam dedit horridus anguis.
At tuus adventus non unum corpus ab umbris,
Sed tot communi populos ſub morte jacentes,
Totaque Tartareis e faucibus oppida traxit.
Ipſo Roma die, nec adhuc oſtenditur auctor,
Perſonuit veniſſe ducem, laetisque Quirites
Vocibus auſpicium certi plauſere triumphi,
Muniti Stilichone ſuo. quis gaudia vero
Principis, amplexus alacris quis differat aulae?
Pulveris ambiguam nubem ſpeculamur ab altis
Turribus, incerti, ſocios adportet an hoſtes
Ille globus. mentem ſuſpenſa ſilentia librant.
Donec pulvereo ſub turbine ſideris inſtar
Emicuit Stilichonis apex, & cognita fulſit
Canities. gaviſa repens per moenia clamor
Tollitur. Ipſe venit. portas ſecura per omnes
Turba ſalutatis effunditur obvia ſignis.

Non

nes, Hymenaeum: Steſichorus, Lycurgum, & Capaneum: Teleſarchus, Orionem: Phylarchus, Phoeniſſas: Polycarpus Cyrenaeus, Croeſi filias: Pherecydes, Delphis mortuos. Hippys Rhegynus, mulierem lumbricoſam: haec ex Aeliano, Clemente, Euripidis Scholiaſte, & Luctatio collegi, quod ea diſcendi cupidis non ingrata fore confidebam. DELR. Haec fabula ſatis recondita explicatur ab Hygino, ſed enim vir ſubtilis eam tangit plenius in notis. vide Ovidium in re ſimili de pilcibus Glauci Lib. XII. *Gramine contacto coepit mea praeda moveri.* ſupra de Hippolyto egit Claudianus, quem Virgil. ait, *Paeoniis revocatum herbis & amore Dianae.* CLAVER. *prodiſſe* Lovan. *rapto* etiam Leid.

444. *Clangore*] *clamore* Voſſ. vide Bell. Gild. 475. & mox, *nam vulnere ſortis* Leid. *jam munere* alter.

446. *Anguis*] Polyidus augur a Minoe cum Glauco filio, qui ante in mellis dolium lapſus animam efflaverat, vivus ſepulcro deſtinatur. cui moeſto, cum duo ſerpentes apparerent, alterum occidit. alter vero occiſo herba ſalutari vitam reddidit, cujus ope homo auxius Glaucum ab orco reducem fecit. Manil. Lib. II. *Anguis hinc nata per herbas Fata refert vitamque.* vide Delr. cui haec ante cognita. CLAVER. vide ad Ovid. Ibin vs. 560.

449. *E faucibus*] *a faucibus* Jun.

450. *Ipſo*] *Ipſa* MS. Pulm. Lovan. *actor* etiam nonnulli.

452. *Auſpicium*] *auſpiciis* Jun. Oxon. *pulſare triumphum* Jun.

453. *Quis gaudia vero*] *veri* Aldus & unus Petav. cum Excerptis Pomponii Laeti. editiones nonnullae, *veros.* cave Barthium mutantem audias. HEINS. *gaudia vera* Oxon. *veri* edd. Junt. Colin. ut Barthius. *veros Principis amplexus* ed. Iſingr.

454. *Alacris*] *alacres* Leid. *deferat* Exc. Voſſ. *differis* Voſſ. *dixerat* alter.

455. *Speculamur*] *ſpeculantur* Colin. mox pro *adportet*, *deportet* Leid.

458. *Donec pulvereo ſub turbine*] primus Medic. & prior Moreti, *vertice.* Quinctilian. Lib. VIII. cap. 2. *vertex eſt contorta in ſe aqua, vel quidquid aliud ſimile vertitur.* malim tamen *vortice.* HEINS. vid. I. in Rufin. 271. pro *pulvereo* erat *fulmineo* in Jun. & Oxon. *pulveruleo.* Voſſ. deinde *pulveris inſtar* Lovan. pro *vortice* faciunt illa Lucani Lib. IX. 455.

At non imbriferam cum torto pulvere nubem
In flexum violentus agit, pars plurima terrae
Tollitur, & nunquam reſoluto vortice pendet.

ubi pro *vortice*, *pulvere* alii codices, & in primo verſu pro *pulvere*, *vortice.* BURM.

460. *Repens*] *ſubit* Wolf. a m. prim.

462. *Turba ſalutatis*] Malo *ſalutandis.* HEINS. & cur non *ſalutantrix*, ut Juven. Sat. v. 21. ſed & *ſalutatis ſignis* non videtur movendum, ex loco II. in Rufin.

Non jam delectus miſeri, nec falce per agros
Depoſita jaculum vibrans ignobile meſſor:
Nec tentat clipeum projectis ſumere raſtris,
Bellona ridente, Ceres, humilisque novorum
Seditio clamoſa ducum: ſed vera juventus,
Verus ductor adeſt, & vivida Martis imago.
Proſpera ſed quantum noſtrae ſpes addita menti,
Tantum exemta Getae: qui vertice proximus aſtris
Poſt Alpes jam cuncta ſibi promiſit apertas,
Nil ſupereſſe ratus: poſtquam tot flumina pulſus,
Cinctaque fluminibus crebris tot moenia cernit;
Tot ſubitos pedites, equitum tot conſpicit alas,
Seque velut clauſum laqueis, ſub pectore furtim
Aeſtuat, & nimium prono fervore petitae
Jam piget Italiae, ſperataque Roma teneri
Viſa procul: magni ſubeunt jam taedia coepti.
Occultat tamen ore metum, primosque ſuorum

480. Con-

fin. 366. a Barthio laudato. ita *adorare aquilas* Suet. Calig. XIV. *venerari ſigna* Vitell. 2. & ita dicimus *ſalutare* pro adorare & venerari *Deos* paſſim. vid. Serv. ad Virgil. XII. Aeneid. 257. BURM.

463. *Delectus*] Ita vetus codex. alii *dilectus* malunt, cauſa mihi obſcura. Veget. *vires regni & Romani nominis fundamentum in prima delectorum examinatione conſiſtunt.* Non igitur debilitatos, murcos, ſervos, aut libertinos eligit & conſcribit, ſed veros milites. C. Theod. *Ad militiam nemo adſpiret, niſi quem liberum inquiſitio cauta deprehenderit.* CLAVER. *Nam jam* Oxon. *dilectus* an *delectus* ſcribendum, vidimus alibi. in Vicetin. erat *defletus. deliftus* Wolf: *ſepoſita* etiam Mediceus unus. *non tentat* etiam ſcripti aliquot & editi.

464. *Meſſor*] At viri fortiſſimi & milites ſtrenui, auctore Vegetio, ex agricolis etiam. minus enim timet mortem; qui minus deliciarum novit. neque abs re Seneca miratur uxorem ſecum deliberata morte venas aperientem: *ego te vitae delinimenta docui, tu mortis decus movis.* Quinimo idem Vegetius ex agris praecipue ſupplendum robur militis cenſet, ſed alia ratione. CLAVER.

465. *Projectis*] *jubjectis* Lovan.

467. *Clamoſa*] *damnoſa* Oxon.

Juventus] Juventutis nomen a juvando pulchre deducit Vegetius. Idem auctor dixit incipientem pubertatem antiquis ad delectum vocatam. unde & Silius,

Puberſcit miles caſtris, galeaque teruntur
Nondum ſignatae tenera lanugine malae.

ſed hoc niſi urgente neceſſitate, aut tyrocinii cauſa. hic vero *Juventus* virilibus annis proprior eſt. CLAVER.

470. *Getae*] *Getis* Lovan. Oxon. duo. Leid. duo, & multi alii. *Getbis* Wolf. *excepta* Exc. Voſſ. mox *promiſit* editi plerique.

472. *Tot flumina pulſis*] Lego *pulſus* cum optimo Ambroſiano. Pricaei codex *pulſa*, vel *paſſim*. Regius & Oxon. *paſſis*. putabam aliquando *vallis*. Barthius verſum hunc tollendum cenſet HEINS. Non hunc toilit, ſed hunc & ſequentem conflat in unum: *poſtquam tot moenia cernit Tot ſubito* &c. forte, *tot flumina rurſus. paſſim* tamen defendi poſſet. in Lovan. *flumina cernit*, & ſequentem verſum habebat in margine. *poſtquam tot flumina turmis* ab equitibus cuſtodita. vel *flumina preſſus. pulſus* & *preſſus* ſaepe permutata. vide VI. Conſ. Honor. 145. BURM.

474. *Tot ſubito pedites*] *ſubitos* Lucens. aliique multi. bene. mox & mulim, *vani ſubeunt jam taedia coepti.* HEINS. *aſpicit alas* Oxon. ita *jubitas acies* dixit I. de Laud. Stilich. 319. *magnum coeptum* non mutem. ut Ovid. II. Met. 328. *magnis tamen excidit auſis.* BURM.

479. *Occultat tamen ore metum*] *ira* unus Mediceus. argute. quomodo & Palatinus. HEINS. Sic variant in his vocibus codices apud Lucanum IV. 242. & Val. Flacc. I. 704. ſed tamen nihil hic mutem. ut ſequentia cohaereant. ſic Virgil. I. Aen. 209. *Spem vultu ſimulat, & jubet* Alarico, non irae convenit. BURM.

Conſultare jubet bellis annisque verendos.
Crinigeri ſedere patres, pellita Getarum
Curia: quos plagis decorat numeroſa cicatrix,
Et tremulos regit haſta gradus, & nititur altis
Pro baculo contis non exarmata ſenectus.
Hic aliquis gravior natu, cui plurima dictis
Conſiliisque fides, defixus lumina terrae,
Concutiensque comam, capuloque adclinis eburno,
Si numero non fallor, ait, triceſima currit
Bruma fere, rapidum poſtquam tranavimus Hiſtrum,
Romanamque manum tantis eludimus annis.
Sed numquam Mavors adeo conſtrinxit in artum
Res, Alarice, tuas. per tot certamina ducto
Crede ſeni, qui te tenero vice patris ab aevo
Geſtatum parva ſolitus donare pharetra,
Atque aptare breves humeris puerilibus arcus.
Saepe quidem fruſtra monui, ſervator ut icti
Foederis Emathia tutus tellure maneres.
Sed quoniam calidae rapuit te flamma juventae,
Nunc ſaltem, ſi cura tibi manet ulla tuorum,
His clauſtris evade, precor. dumque agmina longe,
Dum licet, Heſperiis praeceps elabere terris;
Ne nova praedari cupiens, & parta reponas:

Paſto-

481. *Pellita*] vide IV. Conſ. Hon. 466. Harduinum ad Plinium XXXIII. 11. qui honoris inſigne facit pelles.

482. *Plagis*] *plagae* Lovan.

483. *At tremulos*] Ita vetus codex. alius, *Intremulos*, quod mihi ſuſpectum erat, priusquam recordarer Auſonii verſiculum ex Epigr. *Intremulam baculo non ſubeunte manum*. ſane *Et tremulos* nil ſapit. CLAVER. *At tremulas* Claver. edit.

484. *Contis*] *comptis* Jun. *cunctis* Leid.

485. *Gravior natu*] Aliud eſt, quod refert Chriſt. hiſtoria; ubi vir quidam venerabilis monuit eum ne talia auderet. cui Alaricus, non ego volens Romam peto, ſed quidam quotidie ad me: perge & Romam deſtrue. CLAVER.

Dictis conſiliisque] *dicti conſiliique* quidam veteres, non inconvenienter. HEINS. utrumque dici vidimus ad Ovid. VIII. Met. 88. & Lucan. VIII. 688. pro *terrae* mox *fratre* Jun. BURM.

487. *Comam*] *caput* Exc. Voſſ. Ovid. II. Met. 50. *concutiens illuſtre caput*. ſed *comae* etiam IV. Conſ. Hon. 201. BURM.

Adclinis] *accliuis* olim editi praeter Raphel. *acclivus* Lovan. vid. ad Conſ. Olybr. 115. & ad Val. Flacc. II. 92. BURM.

488. *Non fallor*] *non fallar* Oxon.

490. *Eludimus*] *eluſimus* Wolff. & Raphel. *concluſimus* Leid.

491. *Conſtrinxit*] *conſtruxit* Oxon. *in artum*, vid. ad Nemeſ. Ecl. IV. 32.

492. *Per tot certamina docto*] *ducto* cum novem ſcriptis & Aldo. HEINS. *per tot diſcrimina* Leid. *Alariche* Jun. alt. *ducto* etiam Wolff. Junt. Colin. *ductus* & *doctus* ſaepe confuſa. vid. ad Val. Flacc. I. 122. BURM.

494. *Donare*] *bellare* Jun. *geſtatum* vidimus ad Bell. Gild. 394.

495. *Humeris*] vide ad Val. Flacc. I. 109.

496. *Ut icti*] *ut iſtis* Oxon. Leid. Lovan. Voſſ. Wolff. qui & *monui*.

499. *Si cura*] *nam cura* Exc. Voſſ.

501. *Praeceps*] *princeps* Leid. Exc. Voſſ. *illabere* Jun. Oxon. edd. Parm. Junt. Ald. Colin.

502. *Praedari*] *praeclari* Wolff.

Et parta reponas] Melius omnino procedet oratio,

Paſtorique lupus ſcelerum delicta priorum
Intra ſepta luas. quid palmitis uber Etruſci,
Quid mihi neſcio quam proprio cum Thybride Romam
Semper in ore geris? referunt ſi vera parentes,
Hanc urbem infando nullus qui Marte petivit,
Laetatus violaſſe redit. nec Numina ſedem
Deſtituunt. jactata procul dicuntur in hoſtem
Fulmina, divinique volant pro moenibus ignes.
Seu coelum, ſeu Roma, tonat. ſi temnis Olympum;
A magno Stilichone cave, qui ſemper iniquos
Fortuna famulante premit. ſcis ipſe, peroſis
Arcadiae quam denſa jugis cumulaverit oſſa;
Sanguine quam largo Grajos calefecerit amnes.
Exſtinctusque fores, ni te ſub nomine legum
Proditio regnique favor texiſſet Eoi.
Talia grandaevum flammata fronte loquentem
Obliquisque tuens oculis, non pertulit ultra;
Sed rupit rabidas accenſa ſuperbia voces.
Si non mentis inops, fraudataque ſenſibus aetas

Prae-

tio, ſi ſcribemus, quamquam invitis membranis, & *rapta reponas. nova praedari*, & *rapta reponere* opponuntur ſibi. confirmat, quod de lupo ſubjungitur, quorum proprium eſt *praedari* & *rapere. raptores lupi* poëtis paſſim. HEINS. Contra codices talia tentare temerarium, nam *praedari* in bellis legitimum erat, & ita *parta* ſenex tanquam jure belli poſſeſſa maluit dicere, quam *rapta*, quae reponenda ſuadet, id eſt recondenda quaſi in horreis ſedium ſibi adſignatarum. BURM.

504. *Intra*] *Inter* Oxon. *ſcepta* edd. Vicet. & Parm. *palmitis ubere Tuſci* Exc. Voſſ. *ſepta vias* Wolff. a m. pr.

507. *Hanc urbem*] At poſtea Romam cepit Alarichus, vaſtavitque miſere, teſte Hieronymo. Hic vero Zoſimus legendus erit, qui inter cetera tradit Getam dicentibus Romanis ſe innumeros eſſe & paratos ad pugnam, reſpondiſſe, *ſpiſſius foenum facilius ſecari*. cumque aurum, argentum, & omnia mancipia poſceret, legatis quaerentibus, *quid nobis relinquis? Animas*, inquit. CLAVER.

509. *Dicuntur*] *ducuntur* Leid. a m. s. Lovan.

513. *Fortuna famulante*] Meus MS. *ſtimulante*. DELR. *ſimulante* Oxon. Wolff.

Scis ipſe peroſus] *peroſis jugis* lego, id eſt inviſis. paſſive poſuit. Alcimus Avitus Lib. III. *triſti tum luce peroſam Expavere diem*. Raphelengius *pereſis* contra libros. mox, *ſtimulante* pro *famulante* novem, & *rogis* pro *jugis* omnes. *peroſis rogis* Lucenſis. quod Barthio curis ſecundis probatum eſt. mihi tamen *jugis* arridet, quod in primis editionibus exſtat, & excerptis Pomponii Laeti, uno Vaticano, Farneſiano, & altero Leidenſi. non enim veriſimile eſt, profligato hoſtium exercitu cadavera a Stilichone rogo fuiſſe mandata. HEINS. Adſcripſerat & Heinſius: forte, *peruſtis Arc. q. d. rogis*. nam & IV. Conſ. Honor. 468.

——— *non luſtra Lycei,*
Non Erymanthaeae jam copia ſufficit umbrae,
Innumeris exuſta rogis.

ſed tunc mallem, *peruſtae Arcadiae. rogis* erat etiam in Lovan. eadem in his vocibus varietas praefat. Lib. I. in Rufin. 2. ſane *rogis* poteſt tolerari, nam ipſa congeſta & cumulata cadavera in unum, non ſingula rogo inpoſita debemus intelligere; ſed in acervum congeſta & cremata, quod faciebat, ne ex foetore aër vitiaretur. vide ad Lucan. V. 282. ſed in *peroſis* haereo. *cumulaverat* habent Oxon. & Lovan. & mox, *calefecerat* Lovan. *Grajae* etiam Oxon. *Grajo* alter. *Gratos confecerit amnes* Exc. Voſſ. *Graecos* edd. Vicet. Parm. BURM.

518. *Grandaevum*] *Gradivum* Wolff.

520. *Sed rupit rapidas*] *rabidas* primae editiones & ſcripti octo. HEINS. vide I. in Rufin. 44.

521. *Senſibus*] *menſibus* MS. Pulm. edd. Iſingr. Colin. Gryph.

525. *Te*

Praeberet veniam, numquam haec opprobria linguae
Turpia Danubius me ſoſpite ferret inultus.
Anne, tot Auguſtos Hebro qui teſte fugavi,
Te patiar ſuadente fugam? quum ceſſerit omnis
Obſequiis natura meis? ſubſidere noſtris
Sub pedibus montes, areſcere vidimus amnes.
Non ita Dî Getici faxint, Manesque parentum,
Ut mea converſo relegam veſtigia curſu.
Hanc ego vel victor regno, vel morte tenebo
Victus humum. per tot populos urbesque cucurri:
Fregi Alpes, galeisque Padum victricibus hauſi:
Quid reſtat, niſi Roma, mihi? gens robore noſtra
Tunc quoque pollebat, nullis quum fideret armis.
At nunc Illyrici poſtquam mihi tradita jura,
Meque ſuum fecere ducem; tot tela, tot enſes,

Tot

525. *Te patiar ſuadente fugam*] *ſuadere* Raphelengius contra veteres libros. male. Val. Flacc. VIII. 166.

Ut gener Aeſonides noſtra conſideret aula
Nec talem paterere fugam.

ſic *pati privatos lares* Nupt. Honor. 257. & VI. Conſ. Honor. 60. *pati jocos ac jurgia.* ſimiliaque. Val. Flacc. V. 571.

Interea laeto patitur convivia vultu.

ubi perperam *potitur* ex codice veteri Carrio. Lib. VII. 187.

Ipſam flammigeros cogam compeſcere tauros,
Amplexumque pati.

male idem illic, *Amplexuque peti.* eodem libro, v. 490. ſcribendum puto:

Time, ait, Aeſoniden quicquam te velle relicta
Credis, & ulla pati ſine te loca?

nunc legitur *peti.* HEINS. vid. ſupr. vs. 100. IV. Conſ. Hon. 2. Bell. Gild. 266. & alibi. *conceſſerit* Oxon.

526. *Meis*] *ſuis* Lovan.

528. *Non ita Dî Getici faciant*] *faxint* lego cum Gyraldino, aliisque ſedecim ſcriptis. Capitolinus Clodio Albino: *Ego Caeſareum nomen, quod mihi Commodus detulit, nolo. Di faxint, ut ne alii quidem velint.* Lampridius Diadumeniano: *Di faxint & bona Juno, quam colo, ut illic Antonini meritum effingat.* plura ad Ovidium congeſſimus. HEINS. *faxint* inluſtravit ad Ovid. XIII. Met. 875. & ad Silium XVII. 236. *faxum* Lovan. *faxint* Wolff.

531. *Populos urbesque*] *urbes populosque* Leid.

534. *Nullis quum*] *nullisque quum* Vicet. & Parm. vitioſe. *armis* Voſſ. *arma* hic auxiliares copias capit interpres Francicus; ſed vellem illas nominaſſet, quibus Alaricus fidebat: certe indecorum hoc Alarico, ut in aliis, quam Gothis ſuis, fiduciam jactaret. legendum puto, *arvis.* antea vagos Gothos, & tunc quoque pollentes robore fuiſſe jactat, jam adſignatis ſibi ſedibus in Illyrico, & ejus regionis ſibi ſubjectis & adſcriptis in militiam incolis, & reditibus Illyrici ſibi vindicatis, creviſſe potentiam jactat. *arva* vero poni pro regione ditioni ſubjecta, vidimus ad Rutil. I. 84. ubi etiam pro *arma, arva* reſcribendum cenſuimus. & ita ſaepe Virgilius & Ovidius *arva* pro regno, ditione, ponunt. *pallebat* Wolff. a m. pr. BURM.

535. *At nunc Illyrici*] Antea, Zoſimo teſte, nuntiatum eſt Romae, Alarichum relicta Epiro expeditionem parare & legatos de ſtipendiis exigendis ad Stilichonem venire. quibus auditis Stilicho adiit Honorium (qui Ravennae tenebatur, odio Romanae urbis) deliberaturus cum eo, cui vel comitibus bellum placuit. Pacem vero Stilicho praeferendam eſſe pronuntiavit. quia revera ſciebat Alarichum Honorii partibus adhaeſiſſe, cui ſervavit Illyriam contra Orientales. At Lampridius, *non eſt iſta pax*, inquit, *ſed patitio ſervitutis.* Et vero eventus docuit paci potius conſulendum fuiſſe. Sed omnia Stilichonis conſilia aliorſum rapiebant invidi. CLAVER.

Jura] *cura* Voſſ. a m. s. Jun. quod poſſet ſumi pro praefectura. ut II. in Eutrop. 215. *Praefidet Illyrico*, ubi alii, *poſſidet Illyricos*, quod hic *ſi foret arvis* firmaret. ſed & *Jura* facile locum ſuum ineri poterit. BURM.

537.

Tot galeas multo Thracum ſudore paravi;
Inque meos uſus vectigal vertere ferri
Oppida legitimo juſſu Romana coëgi;
Sic me fata fovent? ipſi, quos omnibus annis
Vaſtabam, ſervire dati. nocitura gementes
Arma dabant, flammisque diu mollitus & arte
In ſua damna chalybs, fabro lugente, rubebat.
Hortantes his adde Deos, non ſomnia nobis,
Nec volucres; ſed clara palam vox edita luco eſt:
Rumpe omnes, Alarice, moras. hoc inpiger anno
Alpibus Italiae ruptis penetrabis ad Urbem.
Huc iter usque datur. Quis jam poſt talia ſegnis
Ambigat, aut coelo dubitet parere vocanti?
Sic ait: hortatusque ſuos belloque viaeque
Inſtruit. adtollunt vanos oracula faſtus.
O ſemper tacita ſortes ambage malignae,
Eventuque patens, & neſcia vatibus ipſis
Veri ſera fides! Ligurum regione ſuprema

555. Per-

537. *Paravi*] *parari* primus Mediceus & Palatinus. forſan recte, ut νῦ *colgi* cohaereant haec. mox, *vectigal ducere* ſchedae Gudianae. HEINS. *vertere feci* Lovan.

538. *Vertere ferri*] emendatiores libri, *ducere*. iidem poſt paulo, *edita luco eſt*, ubi ceteri, *reddita*. DELR.

540. *Quos omnibus annis*] Malo, *arvis*, ut IV. Conſ. Hon. 646. *omnibus arvis Et tota dotanda mari*. vulgata ſcriptura Barthio jure ſuſpecta eſt. Praeterea interrogationis nota ponenda poſt, *fic me fata fovent?* ut a ſuperioribus haec dependeant. HEINS. *Si me* Oxon. Leid. Lovan. ed. Ald. *omnibus annis* pro quotannis capio. Barthius a prima aetate explicat. *vaſtare aliquem omnibus arvis* duriter dictum putem. *omnibus annis* etiam odioſe repetit Lucan. VII. 388. 421. & 426. & tales *anniverſarii hoſtes* dicuntur Floro I. 12. 1. *omnes annos* alio paullum ſenſu dixit VI. Conſ. Hon. 13. BURM.

542. *Arma dabant*] *dabant* & *rubebat* potiores ſcripti. bene. Gyrald. *jubebat*. forte, *flabat*. dictum Lib. I. de Rapt. 241. unus Ambroſ. *rotabat*. duo Anglic. *fremebat*. Priscianus, *rudebat*. mox, *edita luco*, non *reddita* cum ſcriptis Raphel. HEINS. *dabam* & emendatum *dabant* Lovan. color ductus ex Virgil. II. Aen. 390. *Arma dabant ipſi, rudebant* etiam Lovan. 2 m. pr. *edita* vero mutari non debet. ita *edere murmur* Ovid. XIV. Met. 280. ubi etiam *reddere* quidam codices. ut & VI. 409. *edere mugitus*. & ibi MSS. nonnulli *reddere*. *vocem* vero *edere* centies occurrit. vid. ad Phaedr. I. 9. & 12. hic vero, quia de prodigio ſive oraculo agitur, neceſſaria eſt. ut VI. Conſ. Honor. 19. *edere fata*. vide ad Ovid. XI. Metam. 647. *addita* hic erat in Oxon. priore. ſcio *redditum ſortem* ſaepe occurrere. BURM.

Flammisque] *flammoque* Lovan. non male. *mollitus* edd. Vicec. Parm.

549. *Aut coelo*] *Et* Jun. Oxon. Lovan.

550. *Sic ait*] prior Moreti, *Sic est*. dictum II. in Eutrop. 157. HEINS.

Belloque viaeque inſtruit] Vetus liber, *belloque viaeque*. ego autem, *bellique viaeque*. DELR. Meliores, *hortatuque & viaeque*. prior Moreti, & ſecundus Vaticanus, *bellique viaeque*, quod non eſt de nihilo. HARES. Dubito de hac lectione, quia neſcio exemplum, ubi *inſtruere aliquem bello viaeque*, pro ad bellum & viam occurrit. omnia planiora eſſent, ſi liceret legere: *hortatuque ſuos belloque viaeque Praeſtruit*. ut ſupra 286. *praeſtructum bellis civilibus boſtem*. & IV. Conſ. Hon. 321. *agmine facto praeſtruo Marti*. ſed quia ſingularia ſua habet Claudianus, manum temerariam verbis Poëtae abſtineo. *belloque fuaeque* Wolff. *belloque viaque* praeferrem, nam haec duo conjungi ſolent. Stat. III. Theb. 395. *feſſum bellique viaeque*. BURM.

553. *Eventuque patens*] *Eventumque patens* Jun.

554. *Veri ſera fides*] Unus excuſus, *ſera*, quod cum diu optaſſem alicujus MS. fide comprobari,

Pervenit ad fluvium, miri cognominis, Urbem.
Atque illic domitus vix tandem interprete caſu
Agnovit dubiis inluſa vocabula fatis.
Nec non & Stilichon pugnam poſcentia movit
Pleno caſtra gradu, dictisque inſtigat euntes.
Nunc, ô nunc, Socii! temeratae ſumite tandem
Italiae poenas. obſeſſi principis armis
Excuſate nefas: deploratumque Timavo
Vulnus, & Alpinum gladiis abolete pudorem.
Hic eſt, quem toties campis fudiſtis Achivis;
Quem diſcors odiisque anceps civilibus orbis,
Non ſua vis tutata diu, dum foedera fallax
Ludit, & alternae perjuria venditat aulae.
Credite nunc omnes, quas dira Britannia, gentes,
Quas Hiſter, quas Rhenus alit, pendere paratas
In ſpeculis. uno tot proelia vincite bello.

Roma-

Id ipſum, dum ſedulo eum, qui penes me eſt, inſpicio, reperi. DELR. Scripti fere omnes, *ſera*. optime. ut Gronovius Lib. I. Obſerv. cap. 15. jam animadvertit. idem bene pro *noxia*, *neſcia* conjectat in iisdem Obſervationibus. ne dubita. Seneca Agamemnone:

Sed ſera tandem reſpicit feſſas malis,
Poſt fata demum ſortis incertae fides.

neſcius, qui neſcit & qui neſcitur. videndus Gellius Noct. Attic. Lib. IX. cap. 12. & Meurſius Criticl Arnobiani Libro IV. cap. VI. HEINS. Ita *inſtius* ſupra 283. *ſera* Wolf.

555. *Urbem*] Aenigma & ambiguitas latet ſub hoc nomine, quod eſt fluvii proprium, qui in Liguria. CLAVER. Aſteriſco haec notarat Raphelengius. Vir maximus in ora libri fui, *Pervenit ad Flavi*. cum hac nota: *Flavia colonia cognomine Pollentia*. ſed nihil difficultatis. de Urbe fluvio vide Italiam Cluverii Lib. I. cap. X. & ultimo. HEINS. In Voſſ. ad marginem erat *Placentia* vel *Pollentia*. in Oxon. *noſtri cognominis*. *Pollentia* ut *Valentia* Roma dicta. Heinſius olim conjecerat: *ad fluvium, & miri cogn. urbem*. in Moreti cod. *urbi* erat. quod non de nihilo, & ſuſpicionem mihi praebuit latere forte aliquid in illis *miri cognominis*. ſi enim fluvius dictus fuerit proprio nomine *Urbs*, aliud cognomen ex vulgata lectione fuiſſe ei, hic indicare videtur Poëta. nam *Urbs* ſi fuit cognomen, quale ergo fuit nomen proprium? quare poſſet legi:

Pervenit ad fluvii ripas cognominis Urbi.

ideſt fluvii, qui idem nomen habebat, quod urbs Roma. illud *miri cognominis* fluxit ab imperito librario, qui legens fluvium vocatum *Urbem*, miratus inauditum ſibi hoc nomen, adſcripſit *miri cognominis*, ignorans *cognominis* hic non a *cognomen*, ſed nominativo *cognominis* deducendum. ut IV. Conſ. Hon. 13. cogitaveram & in voce *cognominis* latere *ominis*, & forte ex illo *noſtri*, quod Oxon. habet, legi, *Pervenit ad fluvium, diri nunc ominis, Urbem*. ita infra 623. *cognati* pro *tum grati*. Cogitent acutiores. ipſe enim mihi non ſatisfacio. BURM.

559. *Dictisque*] *dictusque* Jun. *dictusque* Oxon. *dictis inſtigat* Oxon. prior. *inflammat* ed. Vicet. vide ad III. Conſ. Hon. 51. *euntem* Lovan.

561. *Obſeſſi*] Alloquitur forte legiones antea rebelles, & quae Maximo tyranno militaverant. eas vero Theodoſius obſeſſas cum ſuo duce Aquilejae ad Timavum, deditione ſubita recepit. niſi malis Honorii mentionem fieri, obſeſſi ab Alarico, ut alibi notamus. vide L. Pacatum de legione illa Maximi, cui pepercit Theodoſius, & quam blande tractatam juſſit eſſe Romanam. CLAVER. *obſeſſam* Oxon. Claverius ad Bell. Gild. 430. citans hunc locum, dat, *Expurgate nefas*. ſi ex codice, probarem.

563. *Tyrannum*] Lugdunenſibus exceptis, cuncti codices *pudorem*. DELR. *tyrannum* ed. Ald. & margo Gryph.

564. *Campis*] *captis* Jun. alter a m. s.

566. *Diu*] *dius eſt*, *nec foedera* Oxon.

567. *vindicat aulae*] bene *vendidat* Raphelengius, atque ita Lucenſis, & tres alii ex noſtris. HEINS. vide ad Lucan. VIII. 675. *vendicat* Oxon. Leid. Exc. Voſſ. & edd. Vicet. Parm. Junt. Ald. & aliae.

570. *Vincite*] *vincere* Jun. Lovan. inſolentiorem locutionem inluſtrat Barthius. vide & ad Vell. Pat. Lib. I. 8. ita Juſtin. XLI. 1. *longinquo bello vicisſe*. & ita *cauſſam, judicium* &c. *vincere*, pro cauſſa, judicio, dici

Romanum reparate decus, molemque labantis
Imperii fulcite humeris. hic omnia campus
Vindicat: haec mundo pacem victoria sancit.
Non in Threïciis Haemi decernimus oris:
Nec super Alphêus umbrantia Maenala ripas
Constitimus: non hic Tegean Argosque tuemur.
Visceribus mediis, ipsoque in corde videtis
Bella geri. patrem clipeis defendite Thybrin.
Talia nunc pediti, turmae nunc mixtus equestri,
Dicta dabat: simul externis praecepta ferebat
Auxiliis. ibat patiens ditionis Alanus,
Qua nostrae jussere tubae: mortemque petendam
Pro Latio docuit gentis praeclarus Alanae;
Cui natura breves animis ingentibus artus

dici ostendit Gronov. ad Gell. V. 10. *vitterer bellorum* dixit etiam Tacit. II. Hist. 28. Prosper Aquitanicus Epigr. 23. ex MSS.

Vincimur mundi proelia pace Dei.

& Ep. 26.

Proelia divinus carnea vincit amor.

& ita Graeci passim *συμμαχεῖν*, *ἀγῶνα*, &c. vid. Polyaen. III. 1. 2. & VIII. 6. Xenoph. Hellen. II. pag. 454. & alios. BURM.

571. *Labentis*] *labentis* ed. Vicet. mox pro *hic*, *haec* Oxon. pro *sancit* idem *sanxit*, ut & Lovan.

576. *Constitimus*] *instituus* Oxon.

Tegeam Argosque] In priori voce erratum est, vel in pueris virga plectendum. quare lege, *Tegeamque Argosque*. DELR. *Tegeam* optime in veteri codice, cum in aliis *Tegeam* inepte. *Tegeamque* minus suaviter? *Tegeam* imperite, ac demiror, Gis. cui *Helena*, *Hecuba*, & alia, ultimam producunt. Ovidius: *Helenam ego crimine solvo*. CLAVER. *Tegetin* Oxon. *Tegean* rectum est. vide ad Ovid. Epist. XVIII. 151. VI. Met. 707. & ad Sueton. Neron. 12. *Argosque timemus* Exc. Voss. BURM.

580. *Praecepta*] *edicta* marg. Isingr. & Exc. Voss. male. ita & VI. Cons. Hon. 107. *praecepta vocantis Respuit*. BURM.

582. *Qua*] *quam* Lovan.

583. *Gentis praeclarus Alanae*] Haec una quidem omnium librorum lectio. quin tamen mendosa sit, nemo dubitare debet. quid si igitur ejus loco scribamus: *Gentis dux clarus Alanae*. DELR. Mira structura, *Alanae gentis praeclarus*, & quae Hellenismon sapiat. mendosam crederem, ni optimo codice niteretur. vir doctus libenter legisset, *dux clarus*. Victor tamen dixit, *Benignus principum*. Homero *δῖα θεάων*. & Virgilio: *sancta Deorum*. alter codex habuit, *praelatus*, quod minime absurdum. nam Lucanus (V. 357.) *Cum duce praelato terras atque aequora lustrat*. Fuit vero dux ille Alanae gentis bello ferox, & qui Saulus, opinor, fuerit nominatus. unde quidam paupertini historici Hebraeum perhibent. Lat. Pacatus de Barbaris ejusmodi: *O res digna memoratu: ibat sub vexillis Romanis hostis aliquando Romanus, Gothus, Hunnus, Alanus respondebat ad nomen, alternabat excubias*. CLAVER. Sic *praeclarus fidei* apud Tacitum. *praeclarus formae Narcissus* Statio VII. Theb. 340. quae vera illic scriptura. eidem Theb. I. *praestans armorum animique Corcbus*. taliaque infinita. Claverius tamen *praelatus* notat ex veteri libro, unde Raphelengius, *genti praelatus*. Barthius, *gentes praeclarus*. Delrius, *gentis dux clarus*. frustra. ita & *egregius morum* noster Bell. Gild. 239. *egregii juvenum* Stat. II. Theb. 152. adposite:

Egregii juvenum, quas non sine numine regnis
Invexit nox atra meis.

egregius fati mentisque Idem Lib. III. & *eximii regum* Lib. VI. 15. plurimus est in hisce Silius Italicus prae ceteris. HEINS. Si recipiendum sit *gentis*, non explicarem, ut Heinsius, per Graecismum similem, ut *praeclarus fidei*. sed positivum pro superlativo positum cuperem, *praeclarissimus gentis*, ut exempla a Claverio adducta. Flor. II. 2. *Rhodanus impiger fluminum*. ita *pulchra Deorum*, *nigras lanarum*, & similia vulgo nota. *veteres gentis Romanae* Ovid. I. ex Pont. III. 81. *veteres Divum* in Ibin 81. & ita in Statii locis, *egregii juvenum*. *eximii regum*. apud Silium I. 564. *clari senum*. & quae id genus infinita sunt. vide & Gronov. ad Liv. XXX. 9. credo tamen vitium hic latere, & nomen desiderari hujus Alani. BURM.

584. *Breves artus*] Hoc saepe contingit. At Pyrrhus delectori suo: *grandes eligo, ego fortes reddam*. his enim, ut Statius belle sentit: *Luxuriant artus; effu-*

585. Fin-

Finxerat, inmanique oculos infecerat ira.
Vulneribus pars nulla vacat: reſciſſaque contis
Gloria foedati ſplendet jactantior oris.
Ille tamen mandante procul Stilichone citatis
Adceleravit equis, Italamque momordit harenam
Felix, Elyſiisque plagis & carmine dignus,
Qui male ſuſpectam nobis inpenſius arſit
Vel leto purgare fidem: qui judice ferro
Diluit inmeritum laudato ſanguine crimen.
Morte viri turbatus eques flectebat habenas:
Totaque praeciſo nutaſſent agmina cornu,
Ni celer inſtructa Stilichon legione ſecutus,
Subſidiis peditum pugnam inſtauraſſet equeſtrem.

Quis,

eſſuſaque ſanguine laxo Membra natant. cum vero de Tydeo agit:

Exiguus, gravis oſſa tamen, nodisque lacerti
Difficiles: numquam hunc animum natura minori
Corpore, nec tantas auſa eſt includere vires.

quod de Juriſconſultorum hujus aevi principe dici queat. CLAVER.

586. *Inciſa*] Ita vetus codex. alias *reciſa* quod ſatis ſolenne eſt. ſic Ovidio *recidimus* prima producta. ſed alius ſtatim naſcitur ſcrupulus; praecedit enim ſyllaba natura brevis; at in illa ſede carminis nihil eſt periculi, ut infinita exempla docent. Juvenal. *caput adſcendere juſſit.* Propert. *torquis ab inciſa decidit unca gula.* CLAVER. *Reſciſſaque contis* in Electis Philippus Rubenius conjecerat. quomodo & ſcripti nonnulli. vulgo *cunctis.* Claverius, *cunctis.* Barthius *punctis*, curis primis, nec felicius ſecundis, *inviſaque comptis.* Rubenius tamen, quod mireris, cum verum vidiſſet in Electis, conjecturam ſuam poſtea damnavit, ut liquet ex ejus Epiſtola ad Claverium, edita in opuſculis ejus poſtumis. Ammianus Marcell. Lib. XXXI. Hunnis, quos Alanis eosdem facit frontem ſecari aſſeverat. vid. Lib. I. in Rufin. 324. *Obtuſus per barbara vulnera cornus* apud Sidonium Panegyrico Aviti. ob uſum ejusmodi haſtarum Κορυθόρους dicti Scythiae populi. videndus & Valerius Flaccus *de contis Scythicis.* ſed & horum uſus in exercitu Romano. forte, quod in eo & Gothi militarent. Faſti Idatiani: *Theodoſio Aug.* IV. *Conſ. Conſtantini tyranni in conto caput allatum eſt.* HEINS. *reciſaque* Jun. Lovan. Oxon. duo. ed. Vicet. Parm. Iſingr. Gryph. *reſciſaque* Ald. Junt. Scaliger conjecerat *praeciſaque.* ſed voci *cunctis*, ut ſuſpectae, punctа ſubſcripſerat. Barthio verſus infititius videbatur, vel legebat, *inviſaque comtis.*

587. *Gloria foedati oris*] Eleganter, idque mihi renovat memoriam cujusdam ducis ſtrenuiſſimi, ne quid praeterea dicam. Aſia vero eſt ratio nautarum in Batavia, qui quaſi ludendo, ſed plus poti, ſibi invicem ora gladiolis diſſecant. CLAVER.

588. *mandante*] *mandare* Oxon.

589. *Adceleravit*] *Accelerat* Vicetin. Parm. Ald. Iſingr. Pulm. Gryph. Colin. Suſpectus hic verſus Barthio, nec convenit *ille vel accelerat*, quod libri conſtanter tuentur. niſi quod *acceleravit* Lovan. & alii Heinſio inſpecti habent. Suſpicor excidiſſe primam literam, & legendum, *Mille tamen* &c. *Acceleravit equis.* ut praefectus hic Alanus equitibus fuerit. nam mox v. 594. *Morte viri turbatus eques.* ſimili conjectura tentavimus locum in Lib. II. in Stilic. 438. BURM.

591. *Suſpectam*] *Spectatam* Oxon. *ſuſpenſam* Lovan. & Wolf.

592. *Judice ferro*] Aliquando ſane eo veniendum eſt, & quaſi Martis alea ſubeunda, ut veritas pateat. At cavendum, auctore Tacito, ne aliquod vulnus per nimiam fiduciam accipiatur; nam & modica damna famam victoriae partae lacerant. ſed neque haſtam abjicit Stilicho, neque praelii unius eventa paveſcit. CLAVER. *vindice* Oxon. ſollemni varietate. vid. Conſ. Olybr. 167. Silius XI. 199. dixit, *Et ferro purgate nefas.* ſupra 562. *Excuſate nefas.* ubi vide. BURM.

593. *Diluit*] Hinc ſatis conjicio Stilichonem ſuſpectum fuiſſe, magnae parti Italiae, ſeu potius aulicis, qui Honorio inſuſurrabant neſcio quid de novis rebus, quas moliri putabatur. quod falſum eſſe hic Alanus mortem obita probare voluit. CLAVER.

595. *Mutaſſent agmina cornu*] Meliores *mutaſſent.* vidit Barthius. HEINS. vid. ad Bell. Gild. 281. *praeciſſo* etiam Exc. Voſſ. *praeciſſo* Lovan. *recutaſſent* Wolf.

597. *Subſidiis peditum*] Robur praecipuum fuit in militia Romana, quod hic advertere eſt. Stilicho

Quis, Muſis ipſoque licet Paeane recepto,
Enarrare queat, quantum Gradivus in illa
Luce ſuae dederit fundator originis urbi?
Altius haud umquam toto deſcendimus enſe
In jugulum Scythiae: tanta nec clade ſuperbum
Contudimus Tanain, vel cornua fregimus Hiſtri.
Inviſum miles ſitiens haurire cruorem
Per varias veſtes, onerataque plauſtra metallo
Tranſit, & argenti cumulos; & caedis avarus
Contemtas proculcat opes: pretioſior auro
Sanguis erat. paſſim neglecti prodiga lucri
Ira furens ſtrictis odium mucronibus explet.
Purpureos cultus, abſumtique igne Valentis
Exuvias, miſerisque graves crateras ab Argis,
Raptaque flagranti ſpirantia ſigna Corintho
Callidus ante pedes venientibus objicit hoſtis
Incaſſum; neque enim feralis praeda moratur,
Sed juſtos praebent ſtimulos monumenta doloris.
Adſeritur ferro captivum vulgus, & omnes
Diverſae vocis populi, quos traxerat hoſtis
Servitio, tandem dominorum ſtrage recepti

Blan-

cho autem, ne quis ulterius fugeret, ex equo, opinor, deſcendit, ac ſuam probavit in rebus dubiis conſtantiam. Infirmi enim eſt animi, teſte Egeſippo, lapſu aliquo ſummae rei diffidere, cum exiguis momentis inclinentur omnia. CLAVER.

600. *Suae*] *ſua* Oxon.

601. *Deſcendimus*] Hoc verbum ſatis tumidum, ſed mire efficax, quo uſus videtur haud omnino diſpari ſignificatu Seneca ad Martiam: *Sejanus patrem tuum Satrio congiarium dedit, ob tenuem aut alterum liberius dictum: Sejanum in cervices noſtras non imponi, ſed deſcendere.* CLAVER. vide ad Ovid. III. Met. 67. & Lucan. I. 31.

602. *Scythiae*] *ſacrae* Wolf.

Nec clade] *ne clade ſuperbum Et tudimus* Oxon.

607. *Proculcat*] *conculcat* Leid.

609. *Ira furens*] *Ilia* Exc. Voſſ. Lovan. *odia* Oxon. Wolf. & edd. Vicet. & Parm. & pro *cultus* mox *vultus* Oxon.

610. *Aſſumtoque*] Haec videantur alicui ſubobſcura, ſed ita vetus liber, quod & manu ſua firmavit Cujacius. *Aſſumpto igne* id eſt gemmis, quae veſtibus aſſutae, aliter in excuſis, nempe *Aſſumtas. Ignis* autem hic pro gemmea ſupellectile accipi debet, ex aliis locis hujus poëtae, ut notavi. CLAVER. ſcripti, *aſſumptoque*, *abſumptasque*, *abſumptoque*. pro *valentes* recte *Valentis* Claverius. Lego, *abſumptique igne Valentis*, male vulgatam Barthius tuetur. HEINS. *aſſumtoque* Wolf. *volantes* Jun. Oxon.

Valentis] Ita vetus codex. alias *valentes exuvias*, quod ſi verum eſt, pretioſas expono. ſed enim conſtat Valentem imp. in tugurio uſtulatum, ejusque gazam ab Alarico direptam, ubi inter cetera poterant eſſe veſtes regiae gemmeo ſplendore quaſi ignitae, & fulgurantes. ſic in Paneg. VI. Honorii. *Phaeton glaucos incendit amictus.* & Statius: *digitos incendere gemmis.* vel *accendere.* CLAVER.

611. *Miſertique*] *merſis* Oxon. ſimilis diverſitas apud Ovid. I. Met. 380. BURM.

612. *Spirantia*] *ſpumantia* Oxon. vid. Virgil. III. Georg. 34. BURM.

615. *Sed juſtos praebent ſtimulos*] Malim, *praebet ſtimulos, monumenta doloris*, per appoſitionem. HEINS.

616. *Vulgus*] *vulnus* Oxon. Leid. Lovan. Wolf. & mox *voces* Oxon.

618. *Servitio*] *ſervitio* Oxon. *ſtrage recepti* Jun. Oxon. non male. alterum *redemti* gloſſam redolet, quia ab hoſtibus liberati *redimi* vulgo dicuntur. ita VI. Conſ. Hon. 91. *Hiſperiam patriis bis Marte receptam.*

Blanda cruentatis adfigunt oscula dextris,
Defertosque Lares & pignora laeta revisunt.
Miratur sua quemque domus, cladesque renarrant
Ordine, tum grati referunt miracula belli.
Quis tibi nunc, Alarice, dolor, quum Marte perirent
Divitiae, spolisque diu quaesita supellex:
Pullaretque tuas ululatus conjugis aures?
Conjugis, invicto quae dudum freta marito
Demens Ausonidum gemmata monilia matrum,
Romanasque alta famulas cervice petebat,
Scilicet Argolidas Ephyreiadasque puellas
Coeperat, & pulchras jam fastidire Lacaenas.
Sed Dea, quae nimiis obstat Rhamnusia votis,
Ingemuit, flexitque rotam. domat aspera victos
Pauperies, unoque die Romana rependit,
Quidquid ter denis acies amisimus annis.
O celebranda mihi cunctis Pollentia seclis!

O

Ovid. v. Met. 572. *nata fecura recepta.* eadem varietas apud Val. Flacc. VII. 285. ubi vide quae diximus. ita *terra recepta* pro liberata Propert. IV. IX. 38. & passim apud Virgilium, ut I. Aen. 583. BURM.

619. *Adfigunt*] *affingunt* Jun. Leid. *offigunt* Oxon.

620. *Defertosque lares*] *Defectosque* Exc. Pomponii Laeti. HEINS.

621. *Miratur*] *Mirantur* edd. Vicet. & Parm.

622. *Ordine cognati*] Non audio hic Claverium post te *ordine* distinguentem, cui Barthius tamen subscribit. libri plerique, *cum grati*, quod Barthio placet. alii, *congrati*. Lucens. Gyrald. & sex nostri cum schedis Gudianis, *tum grati*. grata enim belli finiti commemoratio. noster VI. Cons. Hon. 126.

Gratoque patratis exordia fumere bellis.

Multa in hanc rem possent congeri. Raphelengius, *cognati*. Rottendorphianus, *congressi*. HEINS. *cum grati* Wolf.

Miracula belli] Alibi (Lib. III. in Stil. 224.) dicit, *miracula castris edita*, nullum sane puto apud alios auctores reperiri clarius aut nobilius exemplum postliminii. hic vero *cognatum bellum* dixit, ut Lucanus *cognatas acies*, quia ab utraque parte Romani erant Barbaris mixti. At qui in acie Getica, non erant sui juris. CLAVER.

623. *Tunc*] *nunc* Oxon. edd. Ald. Isingr. Gryph. Colin. saepe hoc expulisse librarios, quia praesens tempus ex scribentis persona, non rei gestae definiebant. ut Laud. Seren. 213. *Quis tibi nunc per membra tremor.* ubi etiam *tunc* in vulgatis. vid. ad Ovid. Epist. XVIII. 95. & Lucan. I. 217. & alibi centies. BURM.

625. *Conjugis aures*] *flebilis* quinque libri. Statius Theb. V. 564. *Argolicas ululatus flebilis aures Impulit.* HEINS.

628. *Cervice petebat*] *parabat* Isingr. & Florent. S. Marci, cum tertio Vaticano. supr. 83. *qui fouda parabat Romanas ad stupra ruras.* sic & alibi. amat enim hoc verbum noster. mox idem tertius Vaticanus, *Argolidas*. rectius quam *Argolicas*. de quo dictum ad Nasonis Epist. VII. 81. HEINS. *Arcolicas* Wolf.

629. *Ephyreiadasque*] *Epieriadasque* Oxon. *Ephireidasque* Jun. alt. *Epyriadasque* Vicetin. *Ephyriadasque* Parm.

630. *Lacaenas*] *Mecenas* Lovan. mox pro *ingemuit*, Markl. ad Stat. I. Silv. VI. 76. legit *intumuit*.

634. *Quidquid ter denis acies amisimus armis*] *tot acies amisimus* opinor. HEINS. Sed *acies* cum Romana potest construi, ut Barthius explicat. Scaliger vocem *acies* jugulaveat. *aciesque* Oxon. *cunnisimus* Leid. a m. s. *armis* Exc. Voss. *pependit* Jun. Oxon.

635. *Celebranda*] *veneranda* Exc. Voss.

Pollentia] Urbs Liguriae, quae Ptolemaeo dicitur Πολλεντία. Prudentius ad hunc locum facit:

Corpora famosis olim ditata rapinis
In cumulos congesta jacent, mirabere feris
Posteritas seclis inhumata cadavera late
Quae Pollentinas texerunt hostibus agros. CLAVER.

636.

O meritum nomen felicibus apta triumphis!
Virtutis fatale ſolum; memorabile buſtum
Barbariae! nam ſaepe locis ac finibus illis
Plena laceſſito rediit vindicta Quirino.
Illic Oceani ſtagnis excita ſupremis
Cimbrica tempeſtas, aliasque inmiſſa per Alpes
Isdem procubuit campis. jam protinus aetas
Adveniens geminae gentis permiſceat oſſa,
Et duplices lignet titulos, commune tropaeum:
Hic Cimbros, fortesque Getas, Stilichone peremtos
Et Mario, claris ducibus, tegit Itala tellus.
Diſcite veſanae Romam non temnere gentes.

636. *Apta*] *aſta* Lovan.

637. *Virtutis fatale ſolum*] Malo, *Virtuti.* HEINS.

638. *Illis*] *iſtis* Jun.

546. *Excita*] *excuſa* Exc. Voſſ. *exſtincta* OXON.

641. *Aliasque*] *aliasque* ed. Amſtel. *emiſſa* Lucenſ. vid. Bell. Gild. 82. Heinſ. ad II. in Eutr. 151. memoriae vitio hic *excita* profert, quod praecedens verſus habet. BURM.

642. *Isdem*] Lugdunenſes, ac Baſileenſes, a quibus hic verſus omiſſus eſt, digni ſunt, qui non pereant modo, verum intereant etiam. Quid enim eſt bonos ſcriptores non vulnerare, ſed jugulare, ſi hoc non eſt. DELR. Hic verſus male aberat in uno MS. & omnibus excuſis, quem ſuo loco reposuimus, ex alio veteri codice. Sed hoc ante nos indicaverat Delrius, vir optimus, idemque eruditiſſimus. CLAVER. Non erat in Leidenſi.

Aetas] Heinſius conjecerat, *oſſa*. vid. ſupra, 152. & IV. Conſ. Hon. 627.

643. *Geminae*] *Gaticae* marg. Iſingr. Voſſ. Exc. *tantae*. vid. Conſ. Mall. 91. *promiſcat* Parm.

644. *Et duplices lignet titulos*] Probe compertum habeo appoſitiones hujusmodi Claudiano in deliciis eſſe. hoc tamen loco reſtius opinor:

Et duplici lignet titulo commune tropaeum. HEINS.

Tropaeum] *triumphus* Voſſ.

645. *Fortesque*] Meus MS. *fortique.* DELR.

646. *Claris*] *claram* OXON.

647. *Tendere*] Sic habuit vetus codex, cum in aliis, *temnere*. ex loco forte Virgilii (VI. 620.)

Diſcite juſtitiam moniti, & non temnere Divos.

At vero *tendere* hic plus eſt quam *temnere*. Signat enim petere & quaſi adgredi, quod voluit Alarichus, unde ſupra ſenex ille diſſuaſor ad ipſum, vs. 507.

Hanc urbem infamo nullus qui Marte petivit,
Lactatus violaſſe redit.

nihil vero ſublimius hoc opere in Claudiano facile reperias. CLAVER. *non tendere* ex veteri codice Claverius, quomodo & ſchedae Gudianae. nihil opus, quamquam approbante Barthio ad Priſcian. Lib. II. in Eutrop. reſpexit illa:

Diſcite juſtitiam moniti, & non temnere Divos.

ipſe noſter Lib. II. in Eutrop. 339. *Romam contemnere ſunti.* HEINS.

CL. CLAUDIANI.

IN SEXTUM CONSULATUM

HONORII AUGUSTI

PRAEFATIO.

OMnia quae ſenſu volvuntur vota diurno,
Pectore ſopito reddit amica quies.
Venator defeſſa toro quum membra reponit,
Mens tamen ad ſilvas & ſua luſtra redit.
Judicibus lites, aurigae ſomnia currus,
Vanaque nocturnis meta cavetur equis.
Furto gaudet amans, permutat navita merces,
Et vigil elapſas quaerit avarus opes.
Blandaque largitur fruſtra ſitientibus aegris

10. In-

Hanc Praefationem quidam praepoſtere ingenioſi, quod etiam advertit Parrhaſius, alio tranſtulerant, rati opinor, librum III. Proſerp. hoc de ſe mereri, quum etiam hic fiat aliqua Aetnae mentio. ſed nae illi fruſtra ſunt, nam de Honorio loquitur, cujus auſpiciis Enceladus, id eſt Alarichus, paullo ante debellatus eſt. Hic vero Conſulatus VI. Honorii cum Ariſteneto incidit in annum 404. CLAVER. Praefationem hanc hoc inſerendam loco alii jam monuerunt. Nec diſſentiunt meliores membranae. In pervetuſto Voſſiano Auſonii codice quinque priora diſticha hujus epigrammatis legebantur. HEINS. In Juniano & Leidenſi codice bis legebatur, & hic, & ante librum III. de Raptu Proſerpinae.

vs. 1. *Omnia quae ſenſu*] Attius in Bruto: *Res, quae in vita uſurpant homines, cogitant, curant, vident, quaeque agunt vigilantes, agitantque ea ſi cui in ſomno accidunt*, minus mirum eſt qui pro Ennianis haec adducunt, memoria lapſi ſunt. Seneca etiam in Octavia inquit: *Quaecumque mentis agitas infeſtius vigor, Ea per quietem jacer & arcanus refert Velexque ſenſus.* DELR.

2. *Pectore ſopito*] *tempore nocturno* Leid. Jun. *corpore* cod. Ambroſ.

3. *Defeſſa*] *cum feſſa toro ſua*, vel, *cum membra toro defeſſa* Jun. *laſſata toro* Pulm. *defenſa* edd. Vicet. Parm. Ald. Junt. mox, *ad ſua vota redit* Oxon.

6. *Vanaque*] *Unaque* Voſſ. Leid. mox, *Gaudet amans furto* Voſſ.

7. *Permutat*] Hic conventio juris gentium elucet: Permutatio equidem honeſtior eſt, & contractus innominatus; neque enim diſcerni poteſt, uter emptor, uter ſit venditor. olim, ait Paulus Juriſc. non fuere numi, quare & emptio & pretium ignota erant. Exſtat hujus rei exemplum nobile ac feſtivum de Graecis bibaculis II. N. nos ita vertimus:

Ut quae vina ferant Lemno venere carinae,
Captas Acbea manus natives lacta capillos,
Illi Erebi ferro, quod adiius candeſcit ab igne,
Pellibus bi, tauris alii, pars denique ſervis. CLAVER.

8. *Et vigil elapſas*] Non video quomodo hic de ſomniantibus agens *vigilem* avarum poſſit vocare. nec acumen, quod Barthius hic laudat, invenio. ſi vulgata ſana eſt, debet ita intelligi: avarus, quum evigilavit poſt ſomnium, quaerit opes, nunc elapſas, ſomnio evaneſcere. ſed tunc praeſtitiſſet *Evigilans lapſas* dixiſſe. Quare puto ſcripſiſſe Claudianum:

Et vigili elapſas quaerit avarus opes.

in ſomniis ſollicitus eſt de acquirendis opibus, quas vigil non potuit parare. Leidenſis gloſſa *vigil* exponit *anxius.* BURM.

10. Se-

Digitized by Google

Inriguus gelido pocula fonte ſopor.
Me quoque Muſarum ſtudium ſub nocte ſilenti
Artibus adſuetis ſollicitare ſolet.
Namque poli media ſtellantis in arce videbar
Ante pedes ſummi carmina ferre Jovis.
Utque favet ſomnus, plaudebant Numina dictis,
Et circumfuſi ſacra corona chori.
Enceladus mihi carmen erat, vinctusque Typhoeus:
Hic ſubit Inarimen, hunc gravis Aetna domat.
Quam laetum poſt bella Jovem ſuſceperit aether,
Phlegraeae referens praemia militiae.
Additur ecce fides: nec me mea luſit imago,
Inrita nec falſum ſomnia miſit ebur.
En Princeps, en orbis apex aequatus Olympo:

En,

10. *Sopor*] *ſopor* Voſſ. Hic finiebatur hoc carmen in codice Voſſiano Bibliothecae publicae, ubi Auſonio erat cum aliis Epigrammatibus ſubjectus. praecedebat Petronii carmen de ſomniis ex cap. CIV. BURM.

11. *Me quoque Muſarum ſtudium*] *ſtudiis* prio Moreti. Florent. S. Marci *ſtudio*, ut ad τὸ *ſopor* haec referantur, & per appoſitionem *ſtudium Muſarum artes* vocet. ſequenti verſu optimus Ambroſianus, *invigilare jubet*. pro *artibus aſſuetis* multi veteres, *aſſiduis*. ſed perperam. HEINS.

12. *Artibus adſuetis*] Duo MSS. *aſſiduis*. ſimiliter Lucretius, quem noſter hic ſtudult exprimere, Lib. IV. 969.

Nos agere hoc autem: & naturam quaerere rerum
Semper, & inventam patriis exponere chartis. DELR.

13. *ſtellantis*] *ſublatus* Voſſ.

15. *Somnus*] *ſomnis* Voſſ. alter. forte bene, ſi *favent* legatur. *numina votis* Voſſ.

16. *Sacra corona*] Unus MS. *clara*, ſed in eodem eadem manu emendatum *ſacra*. idem in ſequenti carmine, *vinctusque*. DELR.

17. *Victusque Typhoeus*] *vinctusque* novem ſcripti cum Oiſeliano. probe. dictum III. Conſ. Hon. 158. HEINS.

18. *Hunc premit*] MS. meus, *Hunc ſubit*. Sidonius hoc carmen repraeſentavit:

Exceladus patri jacuit fratrique Typhoeus
Euboicam hic rupem, ſuſtinet, hic Siculam. DELR.

Aetna] *Henna* Jun. Leid. duo.

18. *Inarimes*] Numquam ſane videram ejuſmodi nominativum, non ideo tamen ſequitur eſſe reſiculum. quidam in veteris libri ora ſcripſerat, *Inarime premit hunc*. ego tamen minime probavi, donec ſe mihi offerret aliqua auctoritas. ſed ecce commodum Servius, qui IX. Aeneid. 716. ita effert, *Inarimes mons fuit, qui terrae motu diſſiluit alteram inſulam fecit, quae Prochyta ab effuſione dicta*. ſic etiam *Leucate* & *Leucates*. hunc vero locum imitatur Sidonius:

Enceladus patri jacuit, fratrique Typhoeus
Euboicam hic rupem ſuſtinet, hic Siculam.

vide quae de hac voce notavimus in Proſerpinam. CLAVER. *Hic ſubit Inarimen* plerique codices. vulgo, *Hunc premit Inarimes*. quod ferri non poteſt, cum *Inarime* dicendum fuerit. nam Claverium corruptus Servii codex decepit. pro *domat* duo libri *premit*. HEINS. *Hunc premit Uraſines*, *hunc premit Etna gravis* Leid. *Hunc premit Iramines*, *hunc premit Aetna gravis* cod. Ambroſ.

19. *Quam laetum*] Non *laetus* meliores ſcripti. ad Gigantomachiam ſuam videtur alluſiſſe. HEINS. *ſuſceperat* Jun. Oxon. *quem laetus* Leid.

21. *Me mea*] *jam me* Voſſ. a m. pr. Lovan. Jun. *te mea* Oxon. *fallit* MS. Pulm.

22. *Falſum*] *fuſum* cod. Ambroſ.

Miſit ebur] De geminis Somni portis, eburnea & cornea, vide Macrob. in Somnium Scipionis. DELR. *mittit* prior Moreti & duo alii. mox, *aequandus* pro *aequatus* Delrii codex, & ex noſtris unus. placet. HEINS. *aequales* Voſſ. *aequatur* Leid. & edd. Vicet. Parm. Ald.

23. *En Princeps*] Per Principem intellige Honorium Aug. qui Dei perſonam ſuſtinet in terris. per Deos intellige viros inluſtres, clariſſimos, ſpectabiles, perfectiſſimos, vel potius purpureum Senatum. CLAVER.

Orbis] *urbis* Oxon.

En, quales memini, turba verenda, Deos.
25. Fingere nil majus potuit fopor; altaque vati
Conventum coelo praebuit aula parem.

Aequatus] Quaedam membranae, *aequandus*. aliae, *aequatur*, hinc vulgat. *aequatus*. DELR.

24. *Memini*] *meminis* Oxon.

Turba verenda Deos] *Dii* Raphelengius contra scriptos & Claudiani mentem. En turba verenda, quales esse Deos memini. nihil difficultatis. pro *vati*, multi, *meni*, quos inter primus Vaticanus. HEINS.

25. *Sopor*] *fopor* Lovan. *atoque meni* Leid.

Digitized by Google

CL. CLAUDIANI

DE SEXTO CONSULATU

HONORII AUGUSTI

PANEGYRIS.

AUrea Fortunae Reduci ſi templa priores
Ob reditum vovere ducum, num dignius umquam
Haec Dea pro meritis amplas ſibi poſceret aedes,
Quam ſua quum pariter trabeis reparetur & Urbi
Majeſtas? neque enim campus ſollemnis & urna
Luditur in morem: ſpecies nec diſſona coetu,
Aut peregrina nitet ſimulati juris imago.
Indigenas habitus nativa Palatia ſumunt,
Et, patriis plebem caſtris ſociante Quirino,
Mars auguſta ſui renovat ſuffragia Campi.
Qualis erit terris, quem mons Evandrius offert

Roma

vs. 1. *Fortunae Reduci*] Varia olim epitheta Diis gentium adſignata, ſed *Fortunam Reducem* non legi niſi ſub imperio Domitiani. Martialis (VIII. 65.)

Hic ubi Fortunae Reducis fulgentia late
Templa nitent, felix area nuper erat.

ſed & *Jupiter Redux* eidem (VIII. 15.)

Dum nova Parthenici narratur gloria belli,
Omnis & ad Reducem dum litat ora Jovem.

CLAVER. *Jupiter Redux* etiam Ovidio memoratur Epiſt. XIII. 50.

2. *Ob reditum*] *ob reducem vovere ducem* Oxon.

Non dignius umquam] Primus Mediceus, *non*, Tholoſ. *nunc*. corrupte. *Pro reditu* quoque ſec. Vatican. non, *Ob reditum*. Idem mox, *Latias arces*, pro *amplas aedes*. HEINS.

3. *Pro meritis*] *promeritas* Wolff.

4. *Reparatur & Urbi*] Claverius & Raphel. cum Iſingr. & quatuordecim noſtris, *reparatur*. quos inter & princeps Vaticanus. malo tamen, *reparatur* cum Lucenſ. & Gyrald. HEINS. vid. Bell. Get. 438. *reparatur* Wolff.

5. *Campus ſollemnis & urna*] Lucanus V. 394. *Decuriaque tribus & urna verſat in urna*. Idem VI. 391.

——— *nam quo metitur Pharſalicus annus*
Conſule notus erit? fingit ſollemnia campus,
Et non admiſſae dirimit ſuffragia plebis.

CLAVER. *Campi & urnae* Raphelengius ex conjectura Viri Illuſtris. non ſequor. campum & urnam (quae duo Lucanus quoque conjungit Lib. V. 392.) pro ſuffragiis ponit, quae ludebantur. in primo tamen Vaticano a manu prima, *campo ſolemni*. non male. ut *luditur* ad *majeſtatem* referatur. HEINS. Sed illud *in morem* videtur requirere genitivum, niſi pro *de more*, vel *more* dixerit, ut Barthius explicat. *in mores* Jun.

9. *Quirino*] *Tribuno* Lovan.

10. *Auguſta ſibi*] Vetus liber cum Vicetin. *ſui*. DELR. ita & Parm. *Auguſta ſui* Lovan. Pulm. cod. marg. Iſingr. alii *ſibi. auguſta* Wolff. pro *Mars*, *mens* Leid. a m. 2.

11. *Qualis erit terris*] *erat* tredecim libri. forte, *eat*. ut alibi, *ite optati mortalibus anni*. mox pro *annus* duo noſtri cum ſchedis Gudianis *annis*, quod Claverio & Barthio placet, non mihi. Palatinus & ſex alii praeſtantioris notae, *annum*. rectius. HEINS.

Offert] *effert* Oxon. vid. Nupt. Honor. 319. *afert* Jun.

Romanis avibus, quem Thybris inaugurat annum?
Quamquam omnes, quicumque tui cognominis, anni
Semper inoffensum dederint successibus omen,
Sintque tropaea tuas semper comitata secures:
Hic tamen ante omnes miro promittitur ortu
Urbis & Augusti geminato nomine felix:
Namque velut stellas Babylonia cura salubres
Optima tunc spondet mortalibus edere fata,
Coelicolae quum celsa tenent, summoque feruntur
Cardine, nec radios humili statione retundunt:
Haud aliter Latiae sublimis signifer aulae,
Imperii fidus propria quum sede locavit,

Auget

12. *Annus*] Ita vetus Codex; sed enim Cujacius in ora libri, quem contulit, se *annis* reperisse adserit, quod forte verum est, propter *anni* repetitionem, quae proxime sequitur. CLAVER.

13. *Cognominis*] *cognovimus* Wolff.

14. *Dederint*] *dederat* Oxon. edd. Vicet. & Parm.

15. *Comitata*] *mirata* Lovan.

16. *Hic*] *Hinc* Oxon.

Promittitur ortu] Putean. *protenditur*, hoc est, *portenditur*. ut Lib. 1. in Eutrop. 14. *Quae nova portendunt Superi?* HEINS. Sed *promittere* idem notat, & *portenditur* est Gloſſatoris. Florus Lib. 1. 6. *clarum fore flamma circa caput visa promiserat*. IV. 7. *meliora omnia oves victimaeque promiserant*. & ita *policeri* utitur idem scriptor, & noster de futuris saepe hoc verbum adhibet. IV. Cons. Honor 377. 520. VI. Cons 602. & passim alibi. BURM.

17. *Urbis & Augusti*] Magnus Scaliger in ora libri sui, *Ter bis in Augusti*. ut ad VI. Consulatum Honorii alludat. quod in contextum Raphelengius admisit. nolim factum. Duplici nomine felicem annum vocat, & ob Augustum Consulem, & ob Urbis aedificia ac moenia restituta. qua de re infra 530. & alibi. sic & supra v. 4. *sua cum trabeis reparetur & Urbi Majestas*. Pro *nomine* Lucensis aliique complures, *numine*, quod Barthio se probabat. quidam, *munere*. nil muto. Inter aureos aereosque Augusti Caesaris ac Tiberii nummos vidi, qui inscriptum templo haberent, ROMAE ET AUGUSTO. Vetus inscriptio:

SERVILIO. MARCIANO.
ARVERNO.
C. SERVILII. DOMITII. FILIO.
SACERDOTI. AD. TEMPLUM.
ROMAE. ET. AUGUSTORUM.
TRES. PROVINCIAE. GALLIAE.

HEINS. *Ter bis* in Wolff.

18. *Babylonia cura*] Horatius, *Babylonius numeros* eadem significatione dixit. Lucano (VI. 429.) *Cura Assyria*, est studium astrorum, quo gens Chaldaica primitus effloruit. *Cura Jovis* de Bell. Get. nihil aliud est, quam cura coeli vel siderum. CLAVER. vide ad Phaedr. Epil. Lib. II. vs. 10. *curam* vero pro studio & scribendi genere, illustravit summus Gronov. ad Tacit. IV. Annal. cap. II. vid. Lucan. VI. 424. BURM.

19. *Tunc spondet*] *nunc* Leid. *nunc spondens* Leid. alter. *non spondet* Lovan. 'qui'; ue & Wolff. *edere fata*. male. vid. Bell. Getic. 545.

20. *Coelicolae*] Julianus Imp. ait Deos in suprema coeli regione convivari, & hunc versum addit: Ὅτι ἐν τῷ ὑπερτάτῳ οὐρανῷ θεῶν ἐστὶν ἡ συμποσία. Statius:

At Jovis imperio rapidi super astra coeli,
Lectus consilio divum convenerat ordo. CLAVER.

Summoque] *summaque* Oxon. quod posset ab aliquo recipi, quia & *cardinem* feminino genere aliqui fecerunt. vid. Pier. ad Virgil. II. Aen. 493. sed uni codici vix tantum tribuo, nec captavit talia Claudianus. BURM.

21. *Radios humili statione recondunt*] Gyrald. *recumbunt*. forte, *ratiis rectumbunt*. duo Vaticani, *radios retundunt*. quod verum est. adeantur quae de hoc verbo notavimus Consul. Olybr. 22. HEINS. *recedunt* Junian. *recondere* & *retundere* confuderunt etiam librarii apud Ovid. II. Amor. IX. 13. ubi vide. *recundunt* Parm.

23. *Propria cum sede locavit*] Sic scripti omnes, non *prima*. vere. quidquid alii dissentiunt. Bell. Getic. 505.

Quid mihi nescio quam proprio cum Thybride Romam
Semper in ore geris?

infra hoc ipso libro v. 80.

——— *nec te mutare reversum*
Evaluit propria matrem Bosporus arce,

& Bell.

Auget ſpes Italas: & certius omina ſurgunt,
Victrici concepta ſolo. quum pulcher Apollo
Luſtrat Hyperboreas Delphis ceſſantibus aras,
Nil tum Caſtaliae rivis communibus undae
Diſſimiles, vili nec diſcrepat arbore laurus:
Antraque moeſta ſilent, inconſultique receſſus.
At ſi Phoebus adeſt, & frenis grypha jugalem
Rhipaeo tripodas repetens detorſit ab axe,
Tunc ſilvae, tunc antra loqui, tunc vivere fontes:
Tunc ſacer horror aquis: adytisque effunditur Echo
Clarior, & doctae ſpirant praeſagia rupes.
Ecce Palatino crevit reverentia monti,
Exſultatque habitante Deo, potioraque Delphis
Supplicibus late populis oracula pandit;
Atque ſuas ad ſigna jubet revireſcere laurus.
Non alium certe decuit rectoribus orbis
Eſſe larem, nulloque magis ſe colle poteſtas
Aeſtimat, & ſummi ſentit faſtigia juris.
Adtollens apicem ſubjectis regia Roſtris
Tot circum delubra videt, tantisque Deorum
Cingitur excubiis. juvat infra tecta Tonantis

45. Cer-

& Bell. Getic. 175.

——— *nec contigit ullis*
Annibus aut ſcopulis proprias defendere terras.

ſic & alibi. mox *omina* pro *omnia* pr. Vaticanus, & quatuor alii. quomodo Pulmannus conjecerat, applaudente Raphelengio. HEINS. Potuit forte *prima*, ut eſt in Junt. Ald. & aliis editionibus, pro *priva* eſſe poſitum, ut ſaepe librarios in his vocibus *primus*, & *proprius*, aberraſſe vidimus ad Ovid. IX. Met. 20. *omnia* edd. Vicet. Parm. Junt. Ald. Iſingr. Colin. Gryph. BURM.

25. *Concepta*] *conceſſa* Lovan. *polo* Oxon. pro varia lectione.

26. *Delphis*] Hic notat Phoebum, ſeu ſolem hyemalem, qui medio caeli relicto, ac parte orbis media, Hyperboreis tractibus inlucet. Ovid. *orbe In medio poſiti carueruntumbras praeſide Delphi.* CLAVER.

Aras] *auras* Voſſ.

27. *Undae*] *inde* Wolff.

28. *Nec diſcrepat*] *non diſcrepat* Voſſ. *diſcrepet* Leid. Lovan. *Nili nec* Vicetin. Colin. neſcio an vitio operarum.

30. *Grypha*] Jugales tribuit ſoli, pro ſoli ratione, quem locum pulchre imitatur Sidonius. CLAVER.

31. *Detorſit*] *diſtorſit* Voſſ. Lov. Jun. & ſeptem alii.

32. *Vivere fontes*] Quia MSS. habent, *numina fontes*, conjicio legendum, *numina fonti*. DELR. *vivere fontes* eleganter. Virgil. (II. Aen. 719.) *donec me flumine vivo Abluero.* Vir ſane accuratus non potuit receptam hanc lectionem probare: ejus vero conjectura longe refilit, *ſic numina fonti*. CLAVER. Barthius notat Delrium legere, *frondes*, quod non reperi in ejus notis.

34. *Doctae*] *Ductae* Leid. *ſpumant* Jun.

38. *Lauros*] *laurus* primus Vatic. & alii multi. ſic & infra 120. iidem, *Bellorum duplicat laurus.* HEINS. *reviveſcere* ed. Vicet.

40. *Larem*] Satis conſtat Impp. habitaſſe in monte Palatino. Ovid. (I. Triſt. I. 69.)

Forſitan expectes, an ad alta palatia miſſum
Scandere te jubeam, Caeſareamque domum. CLAVER.

41. *Sentit*] *ſenſis* in quibusdam (ut in ed. Vicet.) invenit Heinſius, unde ille *faucit* faciebat.

42. *Roſtris*] *raſtris* Jun. *noſtris* Leid. a m. pr.

44. *Intra tecta Tonantis*] *infra* Ald. & plerique ſcripti. bene prim. Vaticanus *inter tela*, ut & Oiſelianus. pro *Gigantes* bene idem prim. Vatic. *Gigantas*. Conſulantur quae notamus ad Naſonem curis ſecundis Metam. Lib. I. 152. HEINS.

Cernere Tarpeja pendentes rupe Gigantas,
Caelatasque fores, mediisque volantia ſigna
Nubibus, & denſum ſtipantibus aethera templis,
Aeraque veſtitis numeroſa puppe columnis
Conſita, ſubnixasque jugis inmanibus aedes,
Naturam cumulante manu; ſpoliisque micantes
Innumeros arcus. acies ſtupet igne metalli,
Et circumfuſo trepidans obtunditur auro,
Agnoſcisne tuos, Princeps venerande, penates?
Haec ſunt, quae primis olim miratus in annis,
Patre pio monſtrante, petis. nil optimus ille
Divorum toto meruit felicius aevo,
Quam quod Romuleis victor ſub moenibus egit
Te conſorte dies; quum, ſe melioribus addens
Exemplis, civem gereret terrore remoto,
Alternos cum plebe jocos, dilectaque paſſus
Jurgia, patriciasque domos, privataque paſſim
Viſere depoſito dignatus limina faſtu.

Pa-

45. *Tarpeja*] Capitolium innuit, Jovis & Deorum terreſtre domicilium: Jovis autem delubra, ait ille, quantum divina terrenis praecellunt. CLAVER.

46. *Caelatasque*] De his foribus memorabile exemplum Zoſimus protulit, ut erat ethnicus, in hanc ſententiam, *Fertur Stilichonem arcana vindictae non effugiſſe. Cum enim is mendaſſet, ut fores Capitolii, quae auri laminis erant obductae, nudarentur, ſiniſtrum illud elogium repertum eſt: Miſero regi ſervantur*, atque huic inſcriptioni reſpondit eventus, nam dux ille regia affinitate conſpicuus, miſere obiit. cum, teſte Zoſimo, noluerit, cum poſſet, praevenire Principem. CLAVER. *elataque* Leid.

47. *Templis*] *tells* Oxon.

48. *Numeroſa puppe columnis*] Auguſtus, victo Antonio & Cleopatra, ex roſtris navium Aegypti, quatuor columnas erexit, quae poſtea poſitae in Capitolio a Domitiano. eas vidit Servius. CLAVER. Nihil in his, quod lectorem offendat. plurimi tamen veteres *numeroſa veſte*, quomodo & primus Vaticanus pro diverſa lectione. ut *numeroſo veſte* ſcripſiſſe Claudianus videri poſſit, & lanceae intelligantur. quomodo apud Ovidium XII. Met. 452.

Veſte Peletbronius Macareus in pectus adacta
Stravit Erygdupum.

optimus certe Ambroſianus, *numeroſa veſte*. poſſit & pro contis ſumi. ſic apud Silium Lib. I. 628. tonſae inter trophaea ſuſpenſae. *Et Ligurum horrentes tonſae parmaeque relatae Hiſpana de gente.* ita namque Oxonienſis codex, vulgo, *horrentesque comae*. Colon. *horrentes coni*. HEINS. Sic *veſtis* & *veſtis* conmutantur IV. Conſ. Hon. 572. *trabalem veſtem* dixit Conſ. Mall. 317. ſed ad Silii locum recte Cl. Drakenborchius *puppe* vindicavit. *conſita* dictum, ut apud Virgil. III. Aen. 127. *crebris freta conſita terris. condita* Leid. *ſubnexaque* Jun. Oxon.

51. *Innumeros arcus*] *Innumeris* malo. HEINS. ita editum in notis Barthii.

53. *Agnoſcisne*] *Agnoſcaſne* Leid. a m. pr.

54. *Miratus*] *veneratus* Oxon.

55. *Monſtrante petis*] *monſtrante vias* Iſingr. marg. etiam non male. *monſtrare* Jun.

57. *Quam quod*] Lego, *quam quos*. HEINS.

Moenibus] *montibus* Voſſ. a m. pr. Leid. & tres alii. vide de harum vocum confuſione ad Ovid. IV. Met. 645. & ita *ſub montibus* eſſet *in montibus*, id eſt ipſa Roma. vide ad Ovid. I. Met. 689. BURM.

61. *Privata*] Lat. Pacatus de eodem: *Te omnibus, Principem, ſingulis exhibuiſti Senatorem, ut crebro civiliſque progreſſu non publica tantum opera luſtraveris, ſed privatas quoque aedes divinis veſtibus conſecraris, remota cuſtodia militari, tutior publici amoris excubiis.* Plinius Trajanum *civem* vocat. Impp. in Novell. ſe πολίτας dictitant. Julian. Imp. Lib. XII. Cod. ſe numerat in ordine Senatorum. CLAVER.

62. *Limina*] *lumina* Oxon. Lovan.

65. *Dia-*

Publicus hinc ardeſcit amor, quum moribus aequis
Inclinat populo regale modeſtia culmen.
Teque rudem vitae, quamvis diademate necdum
Cingebare comas, ſocium ſumebat honorum,
Purpureo fotum gremio, parvumque triumphis
Induit, & magnis docuit praeludere fatis.
Te linguis variae gentes, miſſique rogatum
Foedera Perſarum proceres, cum patre ſedentem
Hac quondam videre domo, poſitoque tiaram
Submiſere genu. tecum praelarga vocavit
Ditandas ad dona tribus: fulgentia tecum
Collecti trabeatus adit delubra Senatus,
Romano puerum gaudens offerre favori,

Ut

65. *Diademate necdum*] Vetus liber, *nondum*. DELR.

66. *Socium*] Mirus amor Theodoſii, qui filium ſuum pene infantem in partem honoris adlexerit, ac legationem Perſicam (de qua Nicephorus) tali adſeſſore exceperit. idem affectus Valentiniano haec verba eliciit, ubi ſuum filium Gratianum juſſiſſet tribunal adſcendere. Accipite, milites, deſiderium noſtrum, reputantes quae fieri charitatis fanciunt jura. CLAVER.

Honorum] *honorem* Jun.

67. *Purpureo*] *Purpureum gremio fovit* Jun. Oxon. *fotum gremio* Oxon.

68. *Induit*] Proclive fuit mutare *b* in *d*. unde effectum, ut cum in MS. habeatur *imbuit*, hactenus lectum ſit, *induit*. DELR. *Induit* meliores libri, alii, *imbuit*, quod miror Raphelengium ſecutum. ſic *induere moribus* Lib. III. in Stilich. 121. ubi plura. infra 651. *quem non aliena per artus Induit boſpes bonus*. Conſ. Olybr. 273. *te meſſibus aeſtas Induat*. IV. Conſ. Hon. I. *Auſpicits iterum ſeſe regalibus annus Induit*. duo libri pro *triumphis*, *trophaeis*. non refert. mox, *fatis* pro *faſtis* cum Lucenſi primo Vatic. priore Leid. & uno Ambroſ. legendum dixi ad Lib. I. in Stilich. 43. HEINS. *trophaeis induit* Leid. ut *amicta tropaeis* III. de Laud. Stil. 205. *faſtis* Leid. edd. Vicet Parm. Junt. Ald. & aliae plures. ſed *magna fatis* inluſtravimus ad Ovid. I. Epiſt. 28. vide & ſupr. IV. Conſ. Hon. 221. BURM.

71. *Poſitoque tiaram Submiſere genu*] Sic Aldus & omnes fere ſcripti. optime. Curtius Lib. VIII. *Tu Macedonas voluiſti genua tibi ponere, venerarique te ut Deum*. Ovid. Faſt. III. 438.

Suppliciter poſito procubuere genu.

Lib. III. 220.

In terram poſito procubuere genu.

Lib. V. 507.

Ipſe genu poſito flammas exſuſcitat aura.

ſic quidam codices, non *genu nixus*, *flammas excuſſit ab aura*. quod in vulgatis. Lib. VI. 448.

——— *dubitare videbat,*
Et pavidus poſito procubuiſſe genu.

Metam. III. 240.

Et genibus poſitis ſupplex ſimulique rogandi
Circumfert tacitos tamquam ſua brachia vultus.

quomodo vetuſtus liber. vulgati, *genibus pronis*. Petronius: *Poſitoque in limine genu ſic deprecatus ſum numina verſu*. atque ita paſſim boni ſcriptores. vulgo, *poſitoque tiara*. Raphelengius, *poſitoque tiara*. quomodo & ſcripti nonnulli. mox, *praeclara* pro *praelarga* prim. Vatic. & duo alii. HEINS. *poſitoque tiaram* Wolf.

72. *Vocavit*] *rogavit* Jun. Oxon.

73. *Ditandas*] Hic locus valde, non tamen male, intricatus eſt, quin imo dignus cui ſua lux & ſplendor accedat. Tecum, ait, Imperator Theodoſius congiarium populo dedit, quae a Juriſconſulto dicitur *principalis liberalitas*: tecum in Senatum conſulari habitu inſignis ſe contulit: Haec vero contigere ſub annum 388. cum vix eſſet quadrimulus Honorius. ſed eſt Martialis Epigramma, ubi haec ſatis obſcura: *Et ditent Latias tertia dona tribus*. unde quis colligat, Senatum Domitiano Imperatore in militiam profecto, ſacris pro ejus ſalute peractis, in Tribus Romanas aliquid miſiſſe; ſed Junii codex habuit; *Et libant Latiae tertia dona tribus*. fides ſit penes ipſum. CLAVER. Vide Scriver. ad Martial. VIII. 15.

74. *Collecti Senatus*] *Collecto Senatu* rectius duo Anglicani & Oiſelianus. HEINS.

77.

Digitized by Google

Ut novus imperio jam tunc adſueſceret heres.
Hinc tibi concreta radice tenacius haeſit,
Et penitus totis inolevit Roma medullis;
Dilectaeque urbis tenero conceptus ab ungue
Tecum crevit amor: nec te mutare reverſum
Evaluit propria nutritor Boſporus arce.
Et quoties optare tibi, quae moenia malles,
Adludens genitor regni pro parte dediſſet,
Divitis Aurorae ſolium ſortemque paratam
Sponte remittebas fratri. regat ille volentes
Aſſyrios, habeat Pharium cum Tigride Nilum:
Contingat mea Roma mihi. nec vota feſellit
Eventus. Fortuna, novum molita tyrannum,
Jam tibi quaerebat Latium; belloque ſecundo
Protinus Eoa velox accitus ab aula
Suſcipis Heſperiam patrio bis Marte receptam.
Ipſa per Illyricas urbes, Oriente relicto,

77. *Concreta*] *conſerta* Oxon. marg. Iſingr. *conferta* MS. Pulm. *cum certa* quatuor alii. *contracta* marg. Gryphii.

78. *Inolevit*] Elegans verbum: neque dubito quin Auſonius in Paneg. dixerit, *Jam nubibus fumus inoleverat.* pro *involverat*, ex ſententia Cujacii. CLAVER.

79. *Teneris conceptus ab annis*] Elegantiſſime primus Vaticanus & Oiſelianus, *tenero ab ungue.* ἐξ ἁπαλῶν ὀνύχων, Graecum adagium. quo & Plutarchus uſus libello de puerorum inſtitutione, annotante in Adagiis Eraſmo noſtro. Horatio, *& inceſtos amores De tenero meditatur ungui.* Cicero Lib. I. ad Famil. Ep. 6. *ſed praeſta te eum, qui mihi teneris (ut Graece dicunt) unguiculis es cognitus.* Henricus Altiſſiodorenſis libro VI. de vita S. Germani,

Catholicae fidei genitrix Placidia cultu
Inſignem tenero puerum formarat ab ungue.

pro *urbis* pr. Medic. *urbi.* placet. HEINS. *in annis* Jun. Oxon.

81. *Evoluit*] Et hoc minus vulgare, quo etiam uſus eſt ſub finem hujus Paneg. id eſt, *potuit.* CLAVER. vid. Barth. ad Stat. v. Theb. 874. uſus eſt & Lucanus & alii. pro *arce*, *urbe* Jun. Oxon. perperam. vide ad. I. in Rufin. 175. BURM.

82. *Optare*] Verbum ſatis delicatum, quo animi noſtri deſiderium potius, quam electio videtur exprimi, quidam ab ὄπτω putant deduci, ſed in Jure promiſcue fere ſumitur. CLAVER.

78. *Contingat mea Roma*] Quaſi dicat, veterem Romam eſſe nova Roma ſplendidiorem, ac potiorem, quae ſane praerogativa vel invito Conſtantino ei ſervata eſt. In Novellis Theod. junioris, qui Orientis Imperator: *Urbis Romae, quam merito caput noſtri Imperii veneramur, in tantum nos cura non deſerit.* At vide Calcedonenſe Concilium. Conſtat ſane Occidentale imperium praevaluiſſe Orienti; nam Valentinianus adſcito fratre Valente id retinuit, neque aliter egit Gratianus, idem parvulus hic, ſed argutulus, princeps innuit. Eam primo ſedes Apoſtolica illuſtrat, cui Impp. id honoris detulere, ut reſpectu illius Pontificatu maximo ſe abdicarint. quamvis enim Gratianus in antiquis Inſcriptionibus eo titulo ſit auctus; ſcimus tamen eum, ubi plenius a D. Ambroſio inſtructus fuit, hunc titulum reſpuiſſe: unde illud apud Zoſimum, *ſi Princeps non vult appellari Pontifex, brevi fiet Pontifex,* Maximus tyrannus ſcilicet, ejus interfector. Quanti vero fuerit momenti Damaſi electio, Ammianus docet, eique tribuit plus quam Regium apparatum: non tamen adeo urbs illa veteri fermento potuit mundari, ut non aliqua ſui parte Babylon dici tunc meruerit, cum alias Paradiſi nomine poſſet indigitari; ni Symmachus, & major numerus primatium, ac Leontius Novatianorum Epiſcopus ibi reſidens, obſtitiſſet, hodie vero integra eſt & pura ab iſta ſentina haereſeos. CLAVER. *contingit* Jun.

88. *Molita*] *mirata* edd. Vicet. & Parm.

91. *Receptam*] *retentam* Jun. Oxon. vide Bell. Get. 618.

92. *Serena*] Haec filia Honorii ſenioris fratris Theodoſii, quam ipſe cum ſorore Thermantia adop-

Ire Serena comes, nullo deterrita caſu,
Materna te mente fovens, Latioque futurum
Rectorem, generumque ſibi. ſeniore ſupernas
Jam repetente plagas, illo ſub cardine rerum,
Sedula ſervatum per tot diſcrimina pignus
Reſtituit ſceptris patrui, caſtrisque mariti.
Certavit pietate domus, fidaeque reductum
Conjugis officio Stilichonis cura recepit.
Felix ille parens, qui te ſecurus Olympum
Succedente petit! quam laetus ab aethere cernit
Se factis creviſſe tuis! duo namque fuere
Europae Libyaeque hoſtes: Mauruſius Atlas
Gildonis furias, Alaricum barbara Peuce
Nutrierat: qui ſaepe tuum ſprevere profana
Mente patrem. Thracum venientem finibus alter
Hebri clauſit aquis; alter praecepta vocantis
Reſpuit; auxiliisque ad proxima bella negatis
Abjurata palam Libyae poſſederat arva.
Quorum nunc meritam repetens non inmemor iram
Suppliciis fruitur, natoque ultore triumphat.

Enſe

tavit, ac dedit nuptum Stilichoni, profecta eſt Byzantio cum Honorio, quem fovebat, ut par erat: is vero ad patrem properabat, ut imperium Occidentis, occiſo Eugenio, pacatum ſortiretur. Illa ſane multis animi & corporis dotibus inſignis fuit, ut ſuo loco videtis, ſed parum fauſti exitus. Mariam enim Aug. filiam adhuc tenellam ſepeliit, alteram ſolo dejectam recepit: Maritum ac filium Eucherium violenta morte ademtos luxit miſerabili naenia; dum ipſa feritate Placidiae interiret; dicebatur enim Alarichus ea viva non ſoluturus obſidionem. At ſi Zoſimo pervicaci hac in re credimus, Serenae Id merito contigit, quia Magnae matris deum monile collo ſuo aptaverat, quo nomine Veſtalis ei imprecata ſit malum inevitabile. CLAVER.

98. *Sceptris patrui*] *patrui coeptis* Jun. Oxon.

99. *Fideque reductum Conjugis*] Eſt mihi gratum magis, *fidaeque*. DELR. Credo vitium illud inſediſſe editiones antiquas, quia *e* centies pro *ae* exhibent, & contra ſaepe peccant; ut hic Vicet. & Parm. & Ald. *fide. reducta* etiam Junian. BURM.

100. *Conjugis officio*] Sic cum ſcriptis plerisque Raphelengius & Aldus. vulgo, *officiis*. unus Ambroſ. *obſequiis*. ut noſter ſaepe. infra 349. *omne Tonantis Obſequium Marci mores patuere mereri*. Lib. I. de Stilich. 82. *inde pium matris Regina gerebat Obſequium*. Lib. II. 73. *Obſequio moderere ducem*. Lib. III. 188. *quis enim princeps hoc omnibus egit Obſequiis*. infra hoc ipſo libro 552.

Cum tamen Eucherius ſatri praeberet ovanti
Militis obſequium.

ſic libri meliores. Praefat. Nupt. Celerinae v. 8. *Officio vatis, militis obſequio*. HEINS. *officio* Wolf. apud Ovidium ſaepe etiam duas has voces conſuſas inveni. apud Tacitum etiam Lib. XII. Ann. 32. puto legendum: *imbuendis ſociis ad obſequia legum*. vulgo *officia*, nullo ſenſu. BURM.

103. *Se factis*] *Se faſtis* Leid.

105. *Barbara Peuce*] *Barba repente* Oxon.

107. *Thracum venientem finibus alter*] *venientem* Iſingr. & plerique ex noſtris. quod malo. aliter tamen tres Vaticani, quos inter & primus. HEINS. *venientis ſe finibus alter Hebri clauſit aquis* Barth. edit. prim. in Leid. eſt *aquas*. unde Heinſius, *venienti e. f. a. H. cl. aquas*. ut *claudere viam* infra v. 456.

109. *Negatis*] *rogatis* edd. Vicet. & Parm. & marg. Iſingr. ita *manus rogatae* Lucan. VII. 549. ita ut Gildo rogatus auxilia praeſtare ad bella proxima, defecerit, & Africam ſibi vindicaverit. BURM.

110. *Libyae*] *Libyes* Jun.

112. *Natoque*] *votoque* Jun.

Enſe Thyeſtiadae poenas exegit Oreſtes:
Sed mixtum pietate nefas, dubitandaque caedis
Gloria, materno laudem cum crimine penſat.
Pavit Jüleos inviſo ſanguine Manes
Auguſtus: ſed falſa pii praeconia ſumſit,
In luctum patriae civili ſtrage parentans.
At tibi cauſſa patris rerum conjuncta ſaluti
Bellorum duplicat laurus, îsdemque tropaeis
Reddita libertas orbi, vindicta parenti.
Sed mihi jam pridem captum Parnaſia Maurum
Pieriis egit fidibus chelys: arma Getarum
Nuper apud Socerum plectro celebrata recenti.
Adventûs nunc ſacra tui libet edere Muſis,
Grataque patratis exordia ſumere bellis.
Jam Pollentini tenuatus funere campi,
Conceſſaque ſibi (rerum ſic admonet uſus)
Luce, tot amiſſis ſociis, atque omnibus una
Direptis opibus, Latio diſcedere juſſus
Hoſtis, & inmenſi revolutus culmine fati,
Turpe retexit iter. qualis piratica puppis,
Quae, cunctis infenſa fretis, ſcelerumque referta

Divi-

113. *Enſe Thyeſtiadae*] Lucenſ. & ſex alii *Thyeſtiadem*. quidam, *Thyeſtiades*. male. ſimiliter bello Getico locutus v. 194.

Tandem ſupplicium cunctis pro montibus Alpes
Exegere Getis.

apud Naſonem IV. Faſt. 230. *huic poenas exigit ira Deae*. ita illic optimae membranae, non *hinc*. Seneca Hercule Oetaeo: *Neſſusque nunc his exigit poenas ſibi*. & ibidem vs. 970. *Lux vilis iſtas exigam poenas tibi*. apud Ovid. Epiſt. VII. 97.

Exige laeſae pudor poenas, violate Sichaee.

HEINS. *Thyeſtiade* Vicet. Ald. Junt. Gryph. Colin. *Thyeſtiadem* Wolf. a m. prim. *Thyeſtiades* a m. 2.

114. *Pietate*] Archaiſmum credit Barthius pro *pietati*. vid. ad Ovid. I. Faſt. 128. & VI. 170. BURM.

115. *Gloria maternae, laudem*] Lego ex MS. *Gloria materno laudem* &c. DELR. *materno* cum Delrio & Scaligero ſcripti. HEINS. & ita Aldus edidit.

117. *Sed falſa*] *ſed jaeva* Putean. & unus Ambroſianus cum Gudianis ſchedis. HEINS.

118. *Parentis*] V. German. *parentans*, quod omnino malum non eſt. ceteri unanimi conſenſu *parentis*, videlicet, ut voci *pii* reſpondeat. DELR. *parentans* recte Iſingr. & quinque noſtri. non, *parentis*. aliis monitum. HEINS. *perentas* Junian. *perentae*, *perentis* alii.

119. *At tibi*] *Non tibi* Oxon. *cuncta* Jun. *cura patri* Oxon. *fratrum conjuncta* Oxon. prior. *ſalutis* Oxon.

122. *Sed mihi jam pridem*] *Sed pridem mihi jam* Leid.

124. *apud*] *adhuc* Jun. Oxon.

127. *Pollentini*] De Pollentia ſupra dictum eſt bello Getico. At Caſſiodorus ait v. Honorii Conſulatu Stilichonem victum a Gothis & fugatum. utrumque falſo. CLAVER.

Tenuatus] *tenuatis* Oxon. *teneratus funera* prior Moreti. forte, *tenuatus vulnere campi*. BURM.

129. *Amiſſis*] *admiſſis* Oxon.

131. *Culmine*] *cardine* liber Moreti. ſic Lib. II. de Laud. Stil. 475. *revoluto cardine*. ſed hoc aliud eſt, & paſſim *volvi*, *verti*, *verſari* cardo ipſe dicitur. ſed *dejici*, *revolvi culmine* obvium & clarum. Praefat. Lib. II. in Eutrop. 5.

Culmine dejectum vitae Fortuna priori
Reddidit. BURM.

132. *piratica puppis*] *practica* Vicetin.

133. *Infenſa*] *infuſa* Jun. *ſcelerumque repleta* Oxon. *ſcelerisque referta* Voſſ.

134.

Digitized by Google

Divitiis, multasque diu populata carinas,
Incidit in magnam bellatricemque triremem;
Dum praedam de more parat, viduataque caesis
Remigibus, sciſſis velorum debilis alis,
Orba gubernaclis, antennis faucia fractis,
Ludibrium pelagi vento jactetur & unda,
Vaſtato tandem poenas luitura profundo.
Talis ab Urbe minas retro flectebat inanes
Italiam fugiens, & quae venientibus ante
Prona fuit, jam difficilis, jam dura reverſis.
Clauſa putat ſibi cuncta pavor, retroque relictos,
Quos modo temnebat, rediens exhorruit amnes.
Undoſa tum forte domo vitreisque ſub antris,
Rerum ignarus adhuc, ingentes pectore curas
Volvebat pater Eridanus, quis bella maneret
Exitus: imperiumne Jovi, legesque placerent,
Et vitae Romana quies, an jura peroſus
Ad priſcos pecudum damnaret ſecula ritus.
Talia dum ſecum movet anxius, advolat una
Naïadum, reſoluta comam; conplexaque patrem,
En Alaricus, ait, non qualem nuper ovantem
Vidimus: exſangues, genitor, mirabere vultus.
Percenſere manum, tantaque ex gente juvabit

Re-

134. *Multasque*] *multisque d. p. carinis* Jun. Oxon.

136. *Dum praedam de more putat*] *parat* duo Angl. & duo Florent. cum Palatino. rectius. quod & Barthio videbatur curis ſecundis. paulo ante *triremim* pr. Vatic. HEINS. hinc *praeda parata*. vid. ad Petron. cap. XV. fin.

137. *Sciſſis*] *caeſis* Jun. Oxon. Wolf. *ordo gubernaculis* Parm. vitioſe.

139. *Vento*] vide ad Ovid. III. Triſt. II. 15.

140. *Luitura*] *ruitura* Lovan.

142. *Italiam fugiens*] *Italia* prim. Vatic. & Oiſelanus. HEINS. & Leid.

143. *Dura*] *rura* Oxon. inepte. videtur vero noſter hic imitatus illa Ovidii Epiſt. XVIII. 121.

——— *ad te via prona videtur*:

A te cum redeo, clivus inertis aquae. BURM.

144. *Sibi cuncta*] *ſibi quaeque* Lovan.

145. *Quos modo terrebat*] *temnebat* prim. Vatic. & quinque alii. non male. ſic facili *contemtum Strymona ſaltu* Bell. Get. 178. & II. in Rufin. 123. *ſtratumque pedes contemneret aequor*. HEINS. ubi vide adnotata.

146. *Domo*] *domu* Voſſ. Leid. *cum fronte domo* Lovan.

147. *Ingentes*] *ingenti* Parm.

149. *Imperiumne*] *imperiumve* Vicet. & Parm.

150. *Et vitae*] *Et vere remota quies* Jun. Oxon. unde Heinſius olim faciebat, *Et verum Romana quies*, ut *verum bienis* Bell. Get. 152. & quidam codices infra 250. *verum robur*. & ita *veri* & *verum* confuſa apud Ovid. I. Met. 225. BURM.

151. *Secula ritus*] Junian. *victus*. tres alii, *rictus*. nil muta. de *ritibus ferinis* vide adnotata noſtra ad librum I. Prudentii adverſus Symmachum vs. 80. HEINS. Sine dubio *victus* eſt a Gloſſatoris manu. ſic Ovid. XV. Met. 93. *rituque referre Cyclopum*, ubi alii *rictus* perperam. & v. 222. *rituque tulit ſua membra ferarum* Lucret. IV. 1259. —— *nam more ferarum Quadrupedumque magis ritu* &c. vid. Lucan. IV. 313. & VIII. 398. BURM.

152. *Una*] vide ad Ovid. Epiſt. XV. 162.

154. *En Alaricus ait*] *En Alaricus adeſt* prim. Vatic. HEINS. *Alacritus* Wolf.

156. *Percenſere manum*] MS. meus, *manus*, ſed non

Reliquias numeraſſe breves. jam deſine maeſta
Fronte queri, Nymphasque choris jam redde ſorores:
Dixerat. ille caput placidis ſublime fluentis
Extulit, & totis lucem ſpargentia ripis
Aures roranti micuerunt cornua vultu.
Non illi madidum vulgaris arundine crinem
Velat honos: rami caput umbravere virentes
Heliadum, totisque fluunt electra capillis.
Palla tegit latos humeros, curruque paterno
Intextus Phaëthon glaucos incendit amictus.
Fultaque ſub gremio, caelatis nobilis aſtris,
Aetherium probat urna decus. namque omnia luctus
Argumenta ſui Titan ſignavit Olympo,
Mutatumque ſenem plumis, & fronde ſorores,
Et fluvium, nati qui vulnera lavit anheli.
Stat gelidis auriga plagis: veſtigia fratris
Germanae ſervant Hyades; Cycnique ſodalis
Lacteus extentas adſpergit circulus alas.
Stelliger Eridanus ſinuatis flexibus errans
Clara Noti convexa rigat, gladioque tremendum
Gurgite ſidereo ſubterluit Oriona.

Hoc

non placet. DELR. *juvabat* Lovan.

157. *Jam*] *tam* Oxon.

158. *Nymphasque choris jam redde ſorores*] *ſonoris* Iſingr. prim. Vatic. & praeterea duo ex noſtris. quod temere ſecutus Raphelengius. apud Maronem Georg. III. 493.

Fortunatus & ille, Deos qui novit agreſtes,
Panaque Silvanumque ſenem, Nymphasque ſorores.

Georg. IV. 381.

——— *ſimul ipſe precatur*
Oceanumque patrem rerum, Nymphasque ſorores.

malim *i*, *redde*. quam, *jam redde*. ſed codices vetuſti abnuunt. egimus de eo loquendi modo ad Rapt. Proſerp. I. 92. & infr. 227. & ad Naſonem Ep. XIII. 126. & VI. Faſt. 594. HEINS. *ſonoris* Wolf.

159. *Placidis*] *blandis* Lovan.

164. *Fluunt*] *ruunt* Lovan. mox, *curruque paterno* Idem.

167. *Fultaque ſub gremio*] *Fulvaque* Iſingrini codex. *Sculptaque* duo Leidenſes. ſed nil mutandum. Adeatur Diatribe Statiana doctiſſimi Gronovii cap. LIV. noſter Bell. Getic. 223.

Fultaque deſpiciens auro laquearia dives.

Stat. I. Theb. 144. *craſſo laquearia fulta metallo.* apud eumdem Lib. III. 326. *Stant fulti pulvere crines.* HEINS. *furta* unus Heinſii. vid. ſupr. Bell. Gildon. 327.

170. *Fronde*] *fronte* Jun. Oxon.

173. *Sodalis*] *ſodales* Wolf.

175. *Stelliger*] *ſtellifer* Oxon. Voſſ. duo. & edd. Vicet. Parm. Ald. Iſingr. & aliae plurimae.

Sinuatis fluctibus errans] Lucenſ. prim. & tert. Vaticani, unus Ambroſ. & Medic. *flexibus*. noſter infra 635.

Flumina non crebro vincant Maeandria flexu.

Silius Lib. XV. 623.

Nam qua curvatus ſinuatis flexibus amnis
Obliquat ripas.

HEINS. *ſinuantis fluctibus* Jun. Oxon. unde *ſinuoſis* exſculpebat Heinſius. vide Gronov. ad Liv. XXVII. 47. ubi *tortuoſi amnis ſinus flexusque.* Sil. IX. 227. *ſinuat qua flexibus undam Aufidus.* quae olim fere adſcripſerat codici ſuo vir illuſtris.

176. *Rigat*] *ligat* Wolf.

Gladioque tremendum] *gladiique* Oxon. venuſte. ſic, *vitae laudandus opacae* Silio Lib. I. videantur quae noto ad Metam. Naſonis Lib. II. 765. HEINS. vid. ad Bell. Gild. 17.

178.

Digitized by Google

Hoc Deus effulgens habitu proſpectat euntes
Dejecta cervice Getas. tunc talia fatur:
Siccine mutatis properas, Alarice, reverti
Conſiliis? Italae ſic te jam poenitet orae?
Nec jam cornipedem Tiberino gramine paſcis,
Ut rebare, tuum? Tuſcis nec figis aratrum
Collibus? o cunctis Erebi digniſſime poenis,
Tune Giganteis urbem tentare Deorum
Adgreſſus furiis? ne te meus, inprobe, ſaltem
Ferruit exemplo Phaëthon, qui fulmina praeceps
In noſtris efflavit aquis, dum flammea coeli
Flectere terrenis meditatur frena lacertis,
Mortalique diem ſperat diffundere vultu?
Crede mihi, ſimili bacchatur crimine, quisquis
Adſpirat Romae ſpoliis, aut Solis habenis.
Sic fatus, Ligures Venetosque erectior amnes
Magna voce ciet. frondentibus humida ripis
Colla levant pulcher Ticinus, & Addua viſu
Caerulus, & velox Atheſis, tardusque meatu
Mincius, inque novem conſurgens ora Timavus.
Inſultant omnes profugo, pacataque laetum
Invitant ad prata pecus. jam Pana Lycaeum
Jam Dryadas revocant, & ruſtica numina Faunos.
Tu quoque non parvum Getico, Verona, triumpho

Ad-

178. *Proſpexit euntes*] *proſpectat* ſcripti fere omnes. Praefat. Lib. II. in Eutrop.

Proſpectant Pathia celſa de rupe puellae.

Heins. & ita Wolf. & ed. Vicet. & Ald. *cum talia* Jun. alt.

181. *Sic te jam*] *jam ſic te* Jun. *jam te ſic* Oxon.

183. *Tuum*] malim, *tuo*. nam certe equi ejus erant, ſed Tiberim & Romam ratus fuerat ſua fore. Burm.

187. *Fulmina*] *flumina* Lovan. Wolf. a m. prim.

192. *Aut Solis habenis*] ut contra libros Raphelengius. Heins. an *ſolis* Junian. quod dictum olim Heinſio videbatur, ut apud Ovid. IV. Faſt. 7. *faucius an ſanus*. ubi etiam *aut* alii. eadem varietas mox v. 203. & centies alibi.

195. *Ticinus & Addua*] Alii, *Ticinusque & Addua*. ad hunc locum reſpexit Apollinaris Lib. I. Epiſt. XI. *Ulucſum*, inquit, *Lambrum*, *caerulum Adduam*, *velocem Atheſim*, *pigrum Minchum*, *qui Laguſtinis*, *Exganiſque montibus oriebantur*. Delr. *Taciusque ardua*. Jun. *Ticius & ardua* Oxon. *Ticiusque atque ardua* Oxon. alt. *Ticinus atque ardua* Leid. duo, Lovan. Vicet. niſi quod hic *Adua*. *Abdua* Akl. *ardua* Wolff.

200. *Dryades*] *Dryadas* ex codicibus repoſuit Heinſius, ut & in Feſcenn. 22. *jam ruſtica* etiam Ambroſ. elegantius. vid. ad Virgil. IV. Aen. 157. *ac ruſtica* Lovan. Burm.

201. *Verona*] Euganeorum urbs, auctore Plinio. eam Gallienus Imperator ſuo nomine illuſtrari voluit, atque opinor inſtauravit, ut patet ex veteri inſcriptione: Colonia Augusta verona nova Gallieniana. Notandum eſt vero, Claudianum de ſecunda clade Alarichi agere, quae nihilo minor Pollentina fuerit; unde conjicias medio tempore fuiſſe aliquod pactum inter Honorium & ipſum: ut nimirum in Gallias recederet; quo Geta ſe non obligatum ratus, progredi quam regredi maluerit. Claver. *non parvo G. Nerona* Wolff.

Adjungis cumulum: nec plus Pollentia rebus
Contulit Auſoniis, aut moenia vindicis Aſtae.
Hic rurſus, dum pacta movet, damnisque coactus
Extremo mutare parat praeſentia caſu,
Nil ſibi perjurum ſenſit prodeſſe furorem,
Converti nec fata loco; multisque ſuorum
Diras pavit aves, inimicaque corpora volvens
Jönios Atheſis mutavit ſanguine fluctus.
Oblatum Stilichon violato foedere Martem
Omnibus adripuit votis, ubi Roma periclo
Jam procul, & medius belli Padus arbiter ibat.
Jamque oportunam motu ſtrepuiſſe rebelli
Gaudet perfidiam, praebensque exempla labori
Suſtinet adcenſos aeſtivo pulvere ſoles.
Ipſe manu metuendus adeſt, inopinaque cunctis

In-

203. *Aut moenia*] Meus MS. nec. eodem utraque lectio recidit. DELR.

Vindicis Aſtae] Addunt aſpirationem huic civitati membranae veteres. *Haſta* quoque oppidum occurrit apud Agrimenſores. pro *pacta movet* mallem paulo poſt, ſi per vetuſtos codices liceret, *pacta novat*, etſi & vulgatum ſatis commodum. HEINS. *movet* retinendum. non tamen cum Barthio & Heinſio explicandum, frangit, turbat, ut fecit hic in codice ſuo, & in notis II. in Eutrop. 347. ſed *pacta movet* eſt tentat paciſci iterum, ſed non obtinet, ideoque coactus parat proelium. ita Suet. Caeſ. 75. *necdum motis conditionibus.* ita *movere opus, carmen* &c. pro adgredi, incipere, paſſim apud Ovidium. & hunc eſſe ſenſum docet alia lectio Oxon. qui *vovet*, id eſt cupit, optat, habebat. vid. infr. vs. 304. & ſeq. ubi de pactis queritur. *jam*, vel, *cum pacta movet* prior Oxon. *dum parata movet* Vicet. *an moenia* Jun. *Haſtae* Jun. alt. & Wolf. BURM.

204. *Pacta*] Cujacius diu in eo quaerendo fuit, quid eſſet pactum. CLAVER.

206. *Senſit prodeſſe*] *ſenſit* prim. Vatic. aliique nonnulli ex melioribus. HEINS. *per virum* Vicet. *ſenuit* Lovan. Oxon.

208. *Diras pavit aves*] *aquas* Putean. dictum III. Conſ. Hon. 101. HEINS.

210. *Oblatum*] *ablitum* Oxon. Leid. a m. pr. Lovan. & *violatum* Jun. Oxon.

212. *belli medius Padus arbiter ibat*] *medio* ſi legas cum primo Vatic. Oiſel. Oxon. & Regio, molliorem verſum reddideris. Barthius curis ſecundis tranſponit voces hoc modo: *& medius belli Padus arbiter ibat.* non male. in quarto Vatic. *medi*, mendoſe. paulo ante, *ut* pro *ubi* in Farneſiano. mox, *praebensque exempla labori* Helmaeſtad. HEINS. Barthius curis prioribus *melior Padus*, vel *melius*, conjecerat. mihi placet Barthii tranſpoſitio. Padus medius ibat arbiter belli. ſic Lucan. IV. 18. *medius dirimit tenoria gurges.* & 33.

Qui medius tutam caſtris dirimebat Hiberam.

ſaepe caſum variant, quum duobus poteſt adjungi. ſic infr. 457. *medius ſed clauſerat hoſtis, Inter me ſocerumque viam.* ubi alii *mediam viam.* BURM.

213. *Jamque oportunam*] *jamque opuſtimam*, & in margine *repentinam* Lovan. *jam quoque opportunam* Leid. *victu ſtrepuiſſe* Jun. *motu ſtatuiſſe* ed. Vicet. Parm. & marg. Iſingr. pro quo *patuiſſe*, & pro *victu*, *victu* Heinſius conjecerat. in Tholoſ. erat *ſtupuiſſe*. BURM.

214. *Labori*] Vetus liber, *laboris*. DELR. *praebent* Jun. Oxon. *praebens* Leid. Vicet. Parm. *labores* vel *laboris* Leid. *praebent ex. ſorores*, & emendatum, *praebens ex. laboris* Lovan. primus Mediceus *relegensque labori* & Wolf.

215. *Adcenſos aeſtivo pulvere ſoles*] Rectius fore videtur, *aeſtivos accenſo pulvere ſoles.* I. Stilich. 349.

Solibus effoeto merſurus pulvere Gallos.

quomodo & illic caſtigandum videtur. non *effoetas* ſterilem pulverem deſignat. HEINS. *pectore ſoles* Lovan.

216. *Cunctis*] *certis* Jun. Oxon. non male. ut Ovid. III. Art. 530. *certo ponite quemque loco.* ita confuderunt has voces Bell. Get. 10. & 373. & III. de Rapt. 116. & alibi. BURM.

217.

Digitized by Google

Inſtruit arma locis, &, quo vocat uſus, ab omni
Parte venit. feſſo ſi deficit agmine miles,
Utitur auxiliis, damni ſecurus, & aſtu
Debilitat ſaevum cognatis viribus Hiſtrum:
Et duplici lucro conmittens proelia vertit
In ſe barbariem, nobis utrimque cadentem,
Ipſum te caperet, letoque, Alarice, dediſſet,
Ni calor incauti male feſtinatus Alani
Diſpoſitum turbaſſet opus. prope captus anhelum
Verbere cogis equum: nec te vitaſſe dolemus.
I potius gentis reliquum, tantisque ſuperſtes
Danubii populis, i, noſtrum vive tropaeum.
Non tamen ingenium tantis ſe cladibus atrox
Dejicit: occulto tentabat tramite montis,
Si qua per ſcopulos ſubitas exquirere poſſet
In Rhaetos Gallosque vias. ſed fortior obſtat
Cura ducis. quis enim divinum fallere pectus
Poſſit, & excubiis vigilantia lumina regni?
Cujus conſilium non umquam reperit hoſtis,

Nec

217. *Et quo vocat uſus*] malim, *quo*. HEINS. ita duo Anglicani. Lucan. VI. 815. *incertus quo te vocet.* Ovid. Rem. 532. *Quoque vocant fluctus*, & in illis, *qua* alii. & paſſim alibi. BURM.

219. *Utitur auxiliis*] Vetus liber, *utitur*. vertitur vero auxiliis, hoc eſt, vertitur ad eam partem, quae feſſa laborem non ferebat, ut ei auxilio eſſet. timen facilior vulgata lectio. DELR. *damnique* Vicet.

221. *Duplici lucro*] Freculphus e quodam vetuſtiore refert Arbogaſten promotorem Eugenii fudiſſe decem millia Gothorum Theodoſii, quos utique perdidiſſe, lucrum, & vinci, vincere fuit. CLAVER.

Vertit] *vertis* Lovan. *barbariem* idem, & duo Leid. *utrumque* etiam Lovan.

224. *Feſtinatus*] *feſtinantis* Jun. Oxon. non male ſi *calor incautus* legeretur.

Alani] Id eſt Sauli, de quo ſupra, qui & *Saulis* non *Saulus* dici videtur. CLAVER.

225. *Captus*] *cautus*] Wolf.

227. *I potius gentis reliquum*] Supra in Eutrop. *Vive pudor fatis.* Ovid. *Vive precor, ſic te melius quam funera perdam.* CLAVER. *Genti reliquus* cum tribus Vaticanis, quos inter optimus quoque, & ſeptem aliis, legendum videtur. Lucenſ. & duo noſtri, *genti reliquum.* quinque, *gentis reliquus*, quomodo *Samnitium reliqui* apud Florum Lib. I. cap. 17. & ſic Scriptores Latini non raro. ſequenti verſu pro, *& noſtrum*, novem, *in noſtrum.* undecim, *i, noſtrum.* vere. de ſimilibus mendis vide quae collegimus ad Ovid. Epiſt. XIV. 126. & ſupra V. 159. HEINS. *genti reliquus* Wolf. ita Dict. Cretenſ. Lib. I. 5. *qui reliqui praedae ſuſtugerant. reliquum*, quod & Voſſ. & edd. Vicet. Parm. Junt. Ald. Gryph. Iſingr. Colin. habent, poſſet firmari ex I. in Eutrop. 280. ubi *inguinis reliquum.* ſic *reliquum vitae virumque* dixit Cicer. V. Verrin. *reliquum noctis* Curt. IV. 13. & ita paſſim veteres. quare nihil muto. BURM.

230. *Tentabat tramite montis*] *montes* primus Vaticanus, & duodecim alii ex melioribus. cum iisdem ſequenti verſu, *Si qua*, pro *quas* legendum. quod & Barthius vidit. hoc ipſo verſu Palat. *Obliquo tentabat vertice montis.* per montem Alpes intelligit. HEINS. *occulto tentabat vertice montes* Voſſ. a m. pr. *vertice montis* Lovan. Jun. Oxon. Leid. & Barth. *montes* Wolf.

231. *Si quas*] MS. meus, *ſi qua*. DELR. *per populos* Leid.

232. *In Rhaetos*] *in Remos* Oxon. Lov. *Cretos* Oxon. alt.

234. *Excubiis vigilantia lumina regni*] Malo, *excubias.* ut lumina excubias per appoſitionem vocet. ſic Lib. I. de Stilich. 312.

Argum fama canit centeno lumine, centum
Corporis excubiis unam ſervaſſe juvencam.

HEINS. *numina* Lovan. Oxon. Voſſ. MS. Pulm. edd. Vicet. Parm. marg. Iſingr. *munera* Jun. Oxon.

235.

Nec potuit texiſſe ſuum. ſecreta Getarum
Noſſe prior, celerique dolis occurrere ſenſu.
Omnibus excluſus coeptis conſidit in uno
Colle tremens: frondesque licet depaſtus amaras
Arboreo figat ſonipes in cortice morſus;
Et taetris conlecta cibis, annique vapore,
Saeviat aucta lues, & miles probra ſuperbus
Ingerat obſeſſo, captivaque pignora monſtret:
Non tamen aut morbi tabes. aut omne periclum
Docta ſubire fames, aut praedae luctus ademtae,
Aut pudor, aut dictis movere procacibus irae,
Ut male tentato toties ſe credere campo
Comminus auderet. nulla eſt victoria major,
Quam quae confeſſos animo quoque ſubjugat hoſtes.
Jamque frequens rarum decerpere transfuga robur
Coeperat, inque dies numerus decreſcere caſtris.
Nec jam ſeditio paucis occulta parari,

Sed

236. *Nec*] *Non* Lovan.

237. *Celerique*] *ſcelerique* Wolf.

238. *Omnibus excluſus*] Nullae urbes accipiunt, nulla moenia, deterior in dies fit loco alieno; unde nec mirum, ſi quaſi ſedendo ſuperari queat, ex ſententia Livii. CLAVER.

Conſedit in imo] Scripti plerique *confidit*. Lege, *conſidit*, quomodo quatuor ex noſtris. *uno* etiam pro *imo* iidem ſcripti cum primo Vaticano. vere. utrumque Farneſianus agnoſcit. IV. Conſ. Hon. 479.

Et quorum turbae ſpatium vix praebuit orbis,
Uno colle latent.

Lib. II. in Rufin 124.

——— *nec jam amplius errat*
Barbarus, adventumque tremens, ſe cogit in unam
Planitiem.

Adi notas ad Lib. II. in Eutrop. 285. Barthius, qui pro vulgata ſcriptura ſtat, non eſt audiendus. HEINS. ad Ovid. Ep. XX. 91. Heinſius *imo* propugnat. ego arbitrium relinquo lectori, cum ſenſus utrumque admittat. Stat. VIII. Theb. 463. *ecce tua receptas Confundit jam vallis aquas.* deinde *conſedit* Junt. Ald. Iſingr. Gryph. Colin. Raph. & aliae. *conſidit in uno* Vicet. Parm. *uno* rectius opponitur τῷ *omnibus*. vid. ad Val. Flacc. VII. 630. & VIII. 325. ubi eadem varietas. BURM.

239. *Depaſtus amaras*] Imitatur illa Ovidii I. Met. 632.

Frondibus arbuteis & amara paſcitur herba. BURM.

Cibis] *herbis* Moreti prior.

241. *Annique vapore*] *annisque* unus Medic. Thuaneus, & prim. Vatic. *annisque*. ſex alii, *animique*. Gyrald. & Farneſianus, *animique pavore*, hoc eſt *animi angore*. perſpicue. *annique* Helmaeſtadienſis. mox pro *morbi tabes* tertius Vatic. *rabies*. quomodo & Iſingrini codex, & ex noſtris quinque alii. HEINS. *anni vapor* eſt calor aeſtivus, ut ſupra vs. 215. *aeſtivo pulvere ſoles*. vide ipſum Heinſ. ad Conſ. Olybr. 131. ita *vapor ſolis, ſiderum* &c. vide Lambin. ad Horat. Epod. III. 15. Ovid. III. Metam. 152. de ſole, *findit vaporibus arva*. *annum* pro parte anni, &, ut hic, aeſtate ſumi vulgatum. *rabies* edd. Vicet. Parm. BURM.

242. *Aucta*] *acta* Jun. Oxon. Leid. Lovan.

243. *Obſeſſo*] *abſeſſo* Vicet. & Parm. *capturaque* Jun. alt.

246. *Procacibus*] *procacius* Lovan.

249. *Animo ſubjugat*] Polybius id etiam tradit, ac ſentit, nullam eſſe firmam victoriam, niſi animos quoque hoſtium dejeceris. CLAVER.

250. *Rarum*] *rerum* Voſſ. Lovan. Jun. Oxon. duo Leid. & edd. Vicet. Junt. Ald. & Colin. vid. ſupra v. 151.

252. *Nec jam deditio*] *ſeditio* optimus Ambroſ. & tres alii. bene. mox pro *diſcedere, deſcendere* duodecim libri. Conjiciebam jam olim, *deſciſcere*, quod optimus Ambroſ. confirmat, ut infra, *quae ſponte relictis Deſcivere favis*. Palat. *diſcernere*. Rottendorph. *decreſcere*. HEINS. *turbae* Jun. Oxon. *diſcidio* iidem.

253.

Digitized by Google

Sed cunei totaeque palam diſcedere turmae.
Conſequitur, vanoque fremens clamore retentat;
Cumque ſuis jam bella gerit: mox nomina ſupplex
Cum fletu precibusque ciet, veterumque laborum
Admonet, & fruſtra jugulum parcentibus offert:
Defixoque malis animo ſua membra ſuasque
Cernit abire manus. qualis Cybeleïa quaſſans
Hyblaeus procul aera ſenex, revocare fugaces
Tinnitu conatur apes, quae ſponte relictis
Deſcivere favis; ſonituque exhauſtus inani
Raptas mellis opes, ſolitaeque oblita latebrae,
Perfida deplorat vacuis examina ceris.
Ergo ubi praecluſae voci laxata remiſit
Frena dolor, notas oculis humentibus Alpes
Adſpicit, & nimium diverſi ſtamine fati
Praeſentes reditus, fortunatosque revolvit
Ingreſſus. ſolo peragens cum murmure bellum,
Protento leviter frangebat moenia conto,

In-

253. *Diſcedere turmae*] idem ille meus MS. *decreſcere*. DELR. *deſcendere* Leid. a m. prim. Vicet. & Barth. nam in colle confederat.

254. *Vanaque*] *varioque* Voſſ. *proſequitur* etiam Oxon. & pro *fremens* idem *frequens*.

255. *Mox nomina ſupplex*] Vetus liber, *nomina*, nempe diſcedentum. DELR. *nomina* potiores manu exarati. probe. nihil enim magis ad conciliandos ſibi militum animos facere poteſt imperator, quam ſi nomine eos compellet. Lib. II. in Rufin. 369.

Nomine quemque vocans, natasque patresque reverſis
Nuntiat incolumes.

quod Virgilianum hemiſtichium Aeneid. XI. 730.

——— *variis inſtigat vocibus alas,*
Nomine quemque vocans.

& XII. Aen. 758.

——— *Rutilos ſimul increpat omnes,*
Nomine quemque vocans. notumque efflagitat enſem.

noſter Lib. II. de Stilich. 153.

——— *& nomine quemque*
Compellas, clari, ſub te quod geſſeris olim,
Admonitor facti.

Valerius Flacc. Lib. IV. 648.

Hortatur, ſupplexque manus intendit Jöſen
Nomine quemque premens.

Silius Lib. I. 455.

Monſtrabat furibundus iter, cunctaſque ciebat
Nomine.

HEINS. ſed ex adductis locis legi debet *nomine*, ſcilicet ſuos, *ciet. nomina* Vicetin. *cum precibus fletuque* editiones priſcae.

257. *Parcentibus*] *parentibus* Voſſ. a m. pr. *peretuntibus* Jun.

259. *Cybeleïa*] Scaliger ſenior Lib. V. Poëtic. haec ait accedere ad lucem Virgilianam, directis metaphoris. CLAVER.

260. *Aera*] *ora* Jun. *revocare fugaces* Idem. comparationem vero hanc ſumſit ex Lucano Lib. IX. 284. ubi tamen melior eventus, & ubi *Phrygium aes* vocat, quod hic *Cybeleium*. *Cybelea* Parm. BURM.

261. *Tinnitu conatur*] *conatus* cum Tholoſ. HEINS.

262. *Deſcivere*] *Deſtituere* Jun. Oxon. *exactius* Oxon. mox, *oblita tenebrae* Jun. Oxon.

266. *Frena dolor notasque*] *vó que* delent ſcripti. HEINS.

267. *Adſpicit*] *Adſpicis* Oxon. mox idem cum allo *praeſenti*.

269. *tum murmure*] ita Oxon. Lovan. *tunc* Jun. Wolf. Leid. duo. *tum* Heinſius edidit, non monito lectore.

270. *Protento*] *pro tanto* Oxon. Voſſ. *portento* Oxon. prior. Heinſius corrigebat olim, *praetento*. vid. IV. Conſ. Hon. 330. pro *conto*, *cuspide* Jun. *cuneo* Leid.

Inridens ſcopulos: nunc deſolatus & exſpes
Debita pulſato reddit ſpectacula monti.
Tunc ſic Auſonium reſpectans aethera fatur:
Heu regio funeſta Getis! heu terra ſiniſtris
Auguriis calcata mihi! ſatiare nocentum
Cladibus, & tandem noſtris inflectere poenis!
En ego, qui toto ſublimior orbe ferebar,
Ante tuum felix aditum, ceu legibus exſul,
Addictusque reus, ſtatu propiore ſequentum
Terga premor. quae prima miſer, quae funera dictis
Poſteriora querar? non me Pollentia tantum
Nec captae cruciaſtis opes. hoc aſpera fati
Sors tulerit, Martisque vices. non funditus armis
Concideram: ſtipatus adhuc, equitumque catervis
Integer, ad montes reliquo cum robore ceſſi,
Quos Apenninum perhibent. hunc eſſe ferebat
Incola, qui Siculum porrectus adusque Pelorum
Finibus ab Ligurum populos conplectitur omnes
Italiae, geminumque latus ſtringentia longe
Utraque perpetuo diſcriminat aequora tractu.
Huc ego continuum ſi per juga tendere curſum,
Ut prior iratae fuerat ſententia menti,

Jam

271. *Exſpes*] *expers* Oxon. edd. Vicet. & Parm. *amens* cod. Barth. pro *irridens* Colin. *illidens ſcopulos*.

273. *Auſonium*] *Aonium* Jun. *deſpectans* Wolf.

275. *Satiare*] Cujacius ex hoc loco libens ita emendaſſet Horatii locum (Lib. 1. od. 2. 37.) *Heu nimis longo ſatiare ludo*. vel, *Heu minus longo ſatiate ludo*. ex alio verſu in Rufin.

Numina Romanis nondum ſatiata ruinis.

quaſi diceret Horatius, *minus ſatiate*. nulla ſane gratia in illo Sapphico, ut effertur hodie, quam unius literulae mutatio queat reddere. CLAVER. *ſatiata* Leid.

277. *Tota*] *tanto* Putean. & Ambroſ. unus. *orbe fatebar* Lovan.

278. *Ceu*] *ſeu* Vicetin.

279. *Addictusque*] *adductusque* Jun. *propiore frequentum* Lovan. mox, *quae flumina dictis* Oxon. *querar* etiam Jun. & Oxon. non *queror*.

281. *Non me*] *nec me* edd. veteres. & mox, *haec aſpera. cruciaſtis* edd. Vicet. & Parm.

282. *Cruciatis*] *cruciaſtis* rectius libri. pro *captae male raptae* Raphel. mox legor, *Fors tulerit*, vel ſine libris. HEINS.

283. *Martisque vices*] *Martis miſces* Jun.

285. *Robore*] *corpore* Voſſ. *ad montis* Lovan.

286. *Apenninum*] *Appenitui* Lovan.

288. *Finibus ad Ligurum*] Ex veteri libro primus repoſui *Finibus a Ligurum*. item & poſt aliquot, *fama majore*, pro *meliore*. DELR. *ab Ligurum* prim. Vatic. quomodo Raphelengius & Barthius ex conjectura. reliqui, *a Ligurum*. vulgo, *ad Ligurum. complectitur* etiam libri omnes. *Finibus ab Liguris* Oiſelianus. HEINS. *Alligerum* Jun. Oxon. *finibus ad Liguris* Wolf.

290. *Diſcriminat aequora*] *diſterminat* duo Vaticani, & unus Petav. quod placet. ita & libri veteres Lib. 1. in Rufin. 175. HEINS. vide ad Gigant. vs. 74. & eadem varietas apud Liv. XXI. IV. 5. pro *tractu*, *tallu* Leid. BURM.

291. *Hunc ego continuum*] Variant ſcripti. vera lectio *Huc*. quomodo unus Pulmanni & ſeptem noſtris. *Haec* ex conjectura Raphelengius. unus etiam Ambroſ. *continuo curſu*. ſed male. ſic *fugam tenderes* paulo poſt v. 320. in Rottendorphiano, *Hinc ego*, quo & multi veteres adludunt, in quibus *Hic*. HEINS. *Hic* Vicet. & Parm. eadem varietas apud Virgil. II. Aen. 321. *curſuque amens ad litora tendit*.

ubi

Digitized by Google

Jam deſperata valuiſſem luce; quid ultra?
Omnibus oppeterem fama majore peruſtis:
Et certe moriens propius te, Roma, viderem:
Ipſaque per cultas ſegetes mors noſtra ſecuto
Victori damnoſa foret. ſed pignora nobis
Romanus, carasque nurus, praedamque, tenebat:
Hoc magis exertum raperem ſuccinctior agmen.
Heu! quibus inſidiis, qua me circumdedit arte
Fatalis ſemper Stilichon! dum parcere fingit,
Retudit hoſtiles animos, bellumque remenſo
Evaluit transferre Pado. pro foedera ſaevo
Deteriora jugo! tunc vis extincta Getarum:
Tunc mihi, tunc letum pepigi. violentior armis
Omnibus expugnat noſtram clementia gentem.
Mars gravior ſub pace latet: capiorque viciſſim
Fraudibus ipſe meis. quis jam ſolatia feſſo
Conſiliumve ferat? ſocius ſuſpectior hoſte.
Atque utinam cunctos licuiſſet perdere bello!
Nam quisquis duro cecidit certamine, numquam
Deſinit eſſe meus. melius mucrone perirent,

Au-

ubi alii codices, *curſimque*. ubi vide quae diximus, & ad Ovid. II. Met. 547. BURM.

293. *Jam deſperata voluiſſem*] Immo *valuiſſem* cum eodem Ambroſ. uno Petav. ſec. Vatic. & Farneſiano. deinde *majore*, non *meliore*, ſcripti. pro *omnibus peruſtis* Oiſelianus & Palatinus pro diverſa lectione, *peremptis*. ſchedae Gudianae, *majore perilis*. HEINS. Scaliger corrigebat, *flamma majore peruſtis*. apud Lucan. Lib. I. 40. *famae majoris amnis*. ubi *melioris* etiam Oiſelianus. Ovid. IV. ex Pont. XVI. 3. *Famaque poſt cineres major venit*. & paſſim has voces confundi vidimus ad Nemeſ. Cyneg 63. pro *oppeterem*, *oppeterent* Jun. Oxon. male. vide ad Phaedr. III. 16. BURM.

297. *Pignora nobis*] *pignora noſtra* Voſſ. *non ſunt* Jun. Oxon.

299. *Exertum*] ſic omnes, excepto uno veteri libro, in cujus quidem contextu, *excitum*, ſed in margine correctum, *exertum*. DELR.

302. *Retulit hoſtiles animos*] *Retudit* vere octo libri, cum ſchedis Gudianis, quod & Barthio in mentem venit. ſed curis ſecundis perperam damnaſſe viſus eſt, cum ejus illic conjecturae non meminerit. alii aliter. *Feralis* etiam *Stilichio* Palatin. & ſchedae Gudianae *per foedera*. HEINS. Duo libri, *Contudit*. unus, *Reppulit*. duo alii, *Exulit*. unus *Excutit*. & ita ed. Vicetin. Pulmanni unus, *Pertulit* pro *Perculit*. Voſſ. *Retudit*, vel *Contudit*. *recusdit* Wolf. a m. prim. vide ad IV. Conſ. Hon. 627. diſtinguere etiam poſt *Retudit* malebat Heinſius. *mihi Exulis* prae omnibus adridet. BURM.

Remenſo] *retenſo* Jun. Oxon. ſed & *Nilo remenſo* Epiſt. ad Seren. 13. Virgil. II. Aen. 181. *pelagoque remenſo Improviſi aderunt. per foedera* Oxon. Leid. BURM.

305. *Tunc mihi*] *Te mihi cum* Jun. Oxon. duo. *Tum tibi tum* Leid. ſed editiones Aldi, Iſingr. & aliae aliter diſtinguunt. *letum pepigi violentior armis Omnibus*.

307. *Capiorque*] *capiorque* Jun. nihil muta. Flor. Lib. III. I. *fortuna ceſſit, ut Rex fraude praecipuus fraude caperetur*. MOX, *ſolatia moeſto* Leid. BURM.

309. *Conſiliumve feras ſocius*] Vetus liber, *ſocius*. tunc ſic interpunge, *feras? ſocius ſuſpectior hoſte*. DELR. *dabit* primus Vatic. aliique multi, pro *feras*. Iidem MOX, *O utinam*, non, *Atque utinam*. HEINS. *feras* Lovan. *feras ſociis ſuſpectior hoſte* Parm. Junt. Ald. Iſingr.

312. *Deſinit eſſe meus*] Hoc Juſtinianus credidit, dum ſcripſit eos, qui pro Republica cadunt, in perpetuum per gloriam vivere. §. *ſilii autem* Inſt. de Excus. tut. vel curat. DELR. *Deſinit* plerique, non *Deſinet*. quinque *Deſiit*. vulgata ſcriptura proba eſt.

Auferretque mihi luctu leviore ſodales
Victa manus, quam laeſa fides. nullusne clientum
Permanet? offenſi comites: odere propinqui.
Quid moror inviſam lucem? qua ſede recondam
Naufragii fragmenta mei? quaeve arva requiram,
In quibus haud umquam Stilichon, nimiumque potentis
Italiae noſtras nomen circumſonet aures?
Haec memorans inſtante fugam Stilichone tetendit,
Expertas horrens Aquilas. comitatur euntem
Pallor, & atra Fames, & faucia lividus ora
Luctus, & inferno ſtridentes agmine Morbi.
Luſtralem ſic rite facem, cui lumen odorum
Sulphure coeruleo nigroque bitumine fumat,
Circum membra rotat doctus purganda ſacerdos,
Rore pio ſpargens, & dira fugantibus herbis
Numina, purificumque Jovem Triviamque precatus,

Trans

Auctor Elegiae in obitum Maecenatis;

Nec tibi qui meritur, definit eſſe tuus.

paullo ante, *Atque utinam meritos*, non *cunctos*, Helmaeſtadienſis. HEINS. In priori editione Heinſius conjecerat, *nusquam Deſiit eſſe meus. meritus* etiam Wolf. *multus* Jun.

313. *Luctu*] *luctu* & *uncta manus* Jun.

314. *Laeſa fides*] *nulla fides* Oxon. *laſſa fides* Lovan. unde Heinſius olim *lapſa* volebat, ut apud Ovid. II. Epiſt. 102.

Ut tua ſit ſolo tempore lapſa fides.

ubi etiam variant codices. Stat. III. Silv. v. 3. *Non metuo ne laeſa fides.* Virgil. XII. Aen. 496. *laeſum foedus.* Ovid. XIV. Met. 380.

Nec Venere externa ſocialia foedera laedam.

nullusque Vicet. & Parm. BURM.

315. *Infenſi comites*] *Offenſi* in noſtris. HEINS. ita Wolf. & edd. Vicet. & Parm.

316. *Inviſam*] *invitam* Jun. Oxon.

317. *Arva*] *arma* Lovan. mox pro *haud*, *hunc* Wolf.

319. *Circumſonat aures*] *circumſonet* cum pleriſque. HEINS. ita edd. Vicet. & Parm.

320. *Tetendit*] Non amplector unius veteris libri *retundit*. DELR. *recedit* vel *tetendit* Oxon. Barthii codex, *recundit*. ille ſuſpicabatur *retexit*, *retendit* Parm. ſed *fugam tetendit* unice verum.

324. *Luſtralem ſic triſte facem*] *ſic rite* prim. Vatic. Oiſel. & quatuor alii cum ſchedis Gudianis. optime. Val. Flacc. III. 445. in deſcriptione luſtralis ſacri, *Rite locat quercus.* miror virum ſummum Iſaacum Caſaubonum, qui ad Theophraſti Characteres περὶ δεισιδαιμονίας multa erudite, ut ſolet, de luſtrationibus congeſſit, hoc etiam loco adducto, nihil de mendo ſuſpicatum eſſe. ſed Barthio minus ignoſcendum, qui cum hanc ſcripturam in Claveriana editione reperiſſet, ex vetuſtis membranis haud dubie depromtam, vulgatam tamen lectionem mordicus arripuit. HEINS. Adſcripſerat & locum Statii Lib. II. 737. *Aſſaeus tibi rite facis* &c. quum *lumen* Vicet.

326. *Rotat*] *rotae* Vicet. & Parm.

328. *Numina terrificumque Jovem*] Scripti multi, *turificum*. duo, *turrificum*. Putabam olim, *luſtrificum*. ut apud Valer. Flacc. III. 448. *Atque ita luſtrifico cantu vocat*. ſed Lucenſ. Gyrald. prim. Vatic. & duo alii, *purificum*. vere. hinc & *purificare* in luſtralibus ſacris. Plinius Lib. X. cap. 41. *Villeribus gallinis & religio ineſt. Inhorreſcunt edito ovo, excutiuntque ſeſe & circumactae purificant, ac feſtuca aliqua ſeſe & ova luſtrant. Jupiter purificus* idem qui Graecis Καθάρσιος. cujus Herodotus & Pauſanias meminerunt. In Actis Apoſtolorum cap. X. vs. 15. *Quod Deus purificavit, tu commune ne dixeris.* Martialis Praefat. Lib. VIII. *Meminerit non niſi religioſa purificatione luſtratos accedere ad templa debere.* ſic ſcribe. Auctor Queroli in Praefat. *Paraſitus magus domum purificat & puram facit.* & *puram facit* interpretamentum eſt alterius perperam illic inculcatum. & mox, *Nullam unquam domum ſic purificatam retinet.* Apulej. Metam. XI. *Alacer exſurgo, meque pratinus purificandi ſtudio lavacro marino trado.* libr. XII. *navem puriſſime purificatam Deae nuncupavere.* apud Plautum

Digitized by Google

Trans caput averſis manibus jaculatur in Auſtrum
Secum rapturas cantata piacula taedas.
Acrior interea viſendi Principis ardor
Accendit cum plebe Patres, & ſaepe negatum
Flagitat adventum. nec tali publica vota
Conſenſu tradunt atavi caluiſſe per Urbem,
Dacica bellipotens quum fregerat Ulpius arma,
Atque indignantes in jura redegerat Arctos,
Quum faſces cinxere Hypanin, mirataque leges
Romanum ſtupuit Maeotia terra tribunal.
Nec tantis patriae ſtudiis ad templa vocatus
Clemens, Marce, redis; quum gentibus undique cinctam
Exuit Heſperiam paribus Fortuna periclis.
Laus ibi nulla ducum: nam flammeus imber in hoſtem
Decidit. hunc dorſo trepidum fumante ferebat
Ambuſtus ſonipes: hic tabeſcente ſolutus
Sublidit galea, liquefactaque fulgure cuſpis

Can-

tam Amphytruone *Jovis prodigialis* fit mentio: Act. II. Scen. II. 107.

Sed mulier poſtquam experrecta eſt, prodigiali Jovi
Aras mola ſalſa bodie, aut ture comprecatam oportuit.

quod Turnebus in Adverſariis Lib. VII. cap. XX. & Lambinus ad hunc locum recte interpretantur pro *depulſore prodigiorum. ἀποτροπαίῳ, ἀποτρόπαιον.* mox, *averſis* cum ſcriptis & Raphelengio, non *adverſis*, legendum. HEINS.

329. *Trans caput averſus*] Ex Virgilii Pharmaceutria: *Fer cineres, Amarylli, foras, rivoque fluenti, Transque caput jace: ne reſpexeris.* Nemeſianus etiam in Eclogis: *cineresque averſa effudit in amnem.* DELR.

Averſus] Vicetin. *averſis*. MS. meus autem *adverſis*. DELR. *averſus* Parm. Junt. Ald. Iſingr. Colin. Gryph. *adverſus* Voſſ. *in Auſtrum* vel *Hiſtrum* Oxon. *in altum* libri Barthiani.

330. *Rapturas*] *rupturas* marg. Iſingr. *captata* Wolf.

335. *Fregerat*] & *redegerat* Raphel. quod ſcripti multi confirmant, ut & prim. Vatic. non *fregerit* & *redegerit*. pro *Dacica* primae editiones & quidam ſcripti, *Dacia*. ſic *Parthia* pro *Parthica*, *Pharſalia* pro *Pharſalica*. & ſimilia. HEINS. *Dacia* eſt demum in edd. Juntae, Aldi, Colinei, & Gryphii.

337. *Quum cinxere faces Hypanin*] Maximopere mihi placet veteris libri lectio, quae haec eſt, *Cum faſces cinxere*. DELR. Recte cum ſcriptis Barthius, *cinxere*. deinde *Maeotia* pro *Maeotica* libri quinque cum primo Vaticano. bene. jam alibi dictum. HEINS. ad II. in Eutrop. 334. *cum faſces cinxere* Wolf. *Hypenum* ed. Vicet. *Hypanium* Parm.

338. *Stupuit*] Vetus liber, *tribuit*, ut tribunal indicetur confectum ex ceſpitibus, aggeribusque Maeoticis fuiſſe, quod & hiſtoriae & menti ſcriptoris tam eſt conſentaneum, quam quod maxime. DELR.

339. *Nec*] *Non* editiones veteres. *de tantis* Wolf. *ad bella* Leid.

340. *Marce*] M. Antoninus Imp. teſte Xiphilino, Quados ope legionis ex eventu Κεραυνοβόλου ſeu *Fulminatricis*, profligavit. Hoc vero Claudianus non adſerit magicis artibus effectum, ſed Ducis optimi pietate. Livius, *Omnia proſpera eventum celeritatibus Deos, adverſa ſpernentibus.* vide Delr. CLAVER. *undique cunctam* Wolf.

342. *Ibi*] *tibi* Leid. & Wolf. *ubi* Junian. *in hoſtes* Voſſ. duo. *jam ſ. i. t. b. Occidit* Jun.

343. *Flammante*] prim. Vatic. & Iſingr. *fumante*, quod ſecutus fruſtra Raphelengius. apud Stat. Theb. VI. 472. *Cornipedum flammata ſitis.* HEINS. Sed apud Statium alia res eſt, qui & Lib. IV. 735. *flammatum pecus* dixit. & VIII. 309. *flammantur in boſtem Cornipedes*. ſed hic fulmine ambuſtus ſonipes fumante dorſo ferebat equitem. ut apud Lucan. VII. 160. in ſimili caſu:

Aetheriique nocens fumavit fulſure ferrum.

praeceſſit etiam *flammeus*, ideoque ingrata repetitio cognati verbi. de verbo *flammare* vide ad Ovid. XIII. Met. 421. ubi aptiora loca videbit, qui hic *flammante* retinere velit. praeterea *denſo tepidum* Wolf. BURM.

345. *Subſedit*] *ſubſidit* cum undecim ſcriptis. HEINS.

Canduit, & ſubitis fluxere vaporibus enſes.
Tum contenta polo mortalis neſcia teli
Pugna fuit. Chaldaea mago ſeu carmina ritu
Armavere Deos: ſeu (quod reor) omne Tonantis
Obſequium Marci mores potuere mereri.
Nunc quoque praeſidium Latio non deeſſet Olympi,
Deficeret ſi noſtra manus. ſed providus aether
Noluit humano titulos auferre labori:
Ne tibi jam, Princeps, ſoceri ſudore paratam,
Quam meruit virtus, ambirent fulmina laurum.
Jam toties miſſi proceres reſponſa morandi
Retulerant, donec differri longius orbis
Communes non paſſa preces penetralibus altis
Proſiluit, vultusque palam confeſſa coruſcos
Inpulit ipſa ſuis cunctantem Roma querelis.
Diſſimulata diu triſtes in amore repulſas
Veſtra parens, Auguſte, queror. quonam usque tenebit
Praelatus mea vota Ligus? vetitumque propinqua

Lu-

Liquefactaque] *liquefacta* Jun. Oxon. qui & *fulgura* habebat.

347. *Contenta*] *contempto ſolo* Jun. Oxon. *concepta polo* Lovan.

348. *Chaldaea mago ſeu*] Ain' Claudi: eam victoriam magicis auxiliis Marcum conſecutum? atqui longe aliud tradit Xiphilinus: Marci videlicet rogatis Fulminatricem legionem (conſtabat ea autem militibus Melitenis Chriſtum colentibus) a D. O. M. precibus obtinuiſſe, ut Quadi fulmine perirent, Romani vero largis imbribus reficerentur. imo quo prorſus & tu, &, quem ſecutus videris, Coccejus Dio falſi convincimini, ipſa Marci epiſtola ad Senatum ea de re miſſa, hoc ipſum affirmat. adducitur ejus exemplar a D. Juſtino Martyre poſt Apologiam ſecundam. DELR.

350. *Marci*] *Marte* Colin. & aliae editiones, ut v. 340.

351. *Praeſidium*] *ſubſidium* Vatic. & mox, *veſtra manus* unus Ambroſ. HEINS. *non deſit* Jun. Oxon.

353. *Humano*] *humanas* Lovan. mox pro *fudore*, *virtute* Wolf. ex gloſſa.

355. *Ambirent fulmina laurum*] Vetus liber, & Vicetin. *ambirent*. DELR. Quidam, *vulnera*. puto, *fulgura*. HEINS. *fumina* Leid. *ambirt* Junt. Iſingr. Gryph. Colin.

356. *Morandi*] Heinſius volebat, *moranti. premiſſa morandi* Voſſ. *Attulerant* Oxon.

357. *Differri longius Urbis Communes non paſſa preces*] Aſſentior Barthio curis ſecundis reponenti, *orbis*. agitur enim de ipſa Roma. naevus hic antiquis membranis pertinaciter inhaeret, niſi quod *urbem* in nonnullis. mox *Proſiluit*, non *Proſiliit*, meliores. HEINS. *urbi communes* Lovan.

359. *Vultusque palam confeſſa coruſco*] MS. & veteres excuſi, *vultusque p. c. coruſcos*. nec eſt temere ab hac ſcriptura diſcedendum. DELR. *vultu coruſco* edd. Ald. & Iſingr.

361. *Diſſimulata diu*] Hic verſus aberat a veteri codice, neque agnoſcere potui. CLAVER.

362. *Auguſte, queror*] *precor* Oxon. Reg. & tert. Vatic. quod placet. mox, *diſcernens* pro *decernens* cum ſcriptis & Raphelengio. HEINS. *feror* pro *precor* Jun.

363. *Ligur*] Revennam intellige, quam vult Pocta ſitam eſſe in Liguria, aut ejus finibus (niſi Mediolanum velis) proximam, cum Plinius in Boiis ſtatuat. hanc urbem Roma derelicta coluit Honorius, nec adduci potuit ullis precibus Senatus & Populi Romani, ut eam reviſeret: quamvis, Gildone ſuſo, quinque annis ante ſperatus fuerit, ac ei triumphalis currus, & Arcus Honorianus deſtinatus. Sane aut reſpectu ſedis Apoſtolicae ita ſe ſubduxit, aut Stilichonis, ipſi alioqui addictiſſimi, cauſa. Is enim ſua virtute militari, & ſpecie verenda inſigni popularitate mixta, civium prope omnium mentes inretiverat, adeo ut prae ſocero non magna eſſet generi majeſtas, quod ſane mihi injicit ſcrupulum de Stilichone, non quod vivo Honorio quid-

Luce frui, ſpatiis diſcernens gaudia parvis,
Torquebit Rubicon vicino nomine Thybrin?
Nonne ſemel ſpreviſſe ſat eſt, quum reddita bellis
Africa venturi luſit ſpe Principis Urbem?
Nec duras tantis precibus permovimus aures?
Aſt ego frenabam geminos, quibus altior ires,
Electi candoris equos, & nominis arcum
Jam molita tui, per quem radiante decorus
Ingrederere toga, pugnae monumenta dicabam,
Defenſam titulo Libyam teſtata perenni.
Jamque parabantur pompae ſimulacra futurae
Tarpejo ſpectanda Jovi, caelata metallo
Claſſis ut auratum ſulcaret remige fluctum,
Ut Maſſyla tuos anteirent oppida currus,
Palladiaque comas innexus arundine Triton
Edomitis veheretur aquis, & in aere trementem
Succinctae famulum ferrent Atlanta cohortes.
Ipſe Jugurthinam ſubiturus carcere poenam
Praeberet fera colla jugo, vi captus & armis,
Non Bocchi Sullaeque dolis. ſed prima remitto.
Num praeſens etiam Getici me laurea belli

385. De-

quidquam anſurus fuerit, ſed quia nimium turgida vela non contrahebat, gliſcente in dies auctoritate. CLAVER. *Ligus* Lucenſ. prim. Vatic. & unus Ambroſ. ut *Vane Ligus* Maroni XI. 715. *Ligus ora* Perſio Sat. VI. 6. & Silio *permix Ligus*. ſic & alii. HEINS. Mediolanum Barthius intelligit.

364. *Spatiis diſcernens*] Id auctoribus ſuis relinquo, legens cum MS. & vet. German. *diſcernens*. DELR. *gaudia primis* Jun. Oxon.

366. *Nonne ſemel*] *ſimul* Jun. Oxon. *ſatis* Lovan. Wolf. qui & *credita. ſpe luſa* editiones priores. hic verſus deeſt Vicetinae editioni.

368. *Nec*] *Ne* Oxon. *pervovimus* Leid. *promeruimus* Lovan.

369. *Geminos*] *geminis* Oxon. *altius* Voſſ.

372. *Dicabam*] *ferebam* Iſingr. Lucenſ. *docebam*. prior Moreti, *parabam*, ut ſaepe noſter, ſed nil mutandum. ſic in Priapejis Epigr. IV. ſcribendum:

Obſcoenas rigido deo tabellas
Dicens ex Elephantidos libellis
Dat donum Lalage, rogatque tentra.
Si pictas opus edat ad tabellas.

Ducens perperam nunc legitur in vulgatis exemplaribus. HEINS. Sic apud Samon. cap. XXII.

At nos pauperibus praecepta ferimus amica.

in ſcriptis & editis quibusdam eſt *dicamus*, *pugna* Parm. Vicet.

373. *Titulo*] Vide ſupra in Gild. ubi inſcriptio, de qua hic agitur. CLAVER.

376. *Auratos*] Vetus liber, *auratum ſulcaret remige fluctum*. DELR. *auratum fluctum* plerique cum primo Vaticano. duo, *auratum pontum*. mox pro *equis*, prim. Vatic. *aquis*, & quindecim alii. recte. nam de Tritone palude intelligendum. malo etiam *trementi*, quam *tremuntem*. ut infra Epigr. de Plis fratribus vs. 12.

Fuſus in attonito palluit ore tremor.

apud Silium Lib. I. *Stat marmore moeſto Effigies*, non *moeſta*, codex optimus. HEINS. *auratum fluctum* Wolf.

377. *Anteirent*] *ambirent* Jun. Oxon.

379. *Edomitis*] *Edomitus* Oxon. *Et domitis* Parm.

381. *Subiturus*] *paſſurus* Wolf.

382. *Vi captus*] *ni captus* Vicetin.

383. *Non Bocchi*] *Nec* Voſſ. & edd. veteres. *Sullaeve* plurimi ſcripti & editi.

384. *Num praeſens*] Sic bene ex conjectura Rapheleng. confirmat primus Vaticanus. HEINS. Alii, *Nunc*, *Non*, vel *Nec*.

386.

Declinare poteſt? ſedeſne capacior ulla
Tantae laudis erit? tua te benefacta morantem
Conveniunt, meritisque ſuis obnoxia virtus,
Quos ſervavit, amat. jam flaveſcentia centum
Meſſibus aeſtivae detondent Gargara falces:
Spectatosque iterum nulli celebrantia ludos
Circumflexa rapit centenus ſecula Conſul.
His annis, qui luſtra mihi bis dena recenſent,
Noſtra ter Auguſtos intra pomaeria vidi,
Temporibus variis: eadem ſed cauſſa tropaeis
Civilis diſſenſus erat. venere ſuperbi,
Scilicet ut Latio reſperſos ſanguine currus
Adſpicerem? quisquamne piae laetanda parenti
Natorum lamenta putet? periere tyranni,
Sed nobis periere tamen. quum Gallica vulgo
Proelia jactaret, tacuit Pharſalia, Caeſar.
Namque inter ſocias acies cognataque ſigna
Ut vinci miſerum, numquam viciſſe decorum eſt.
Reſtituat priſcum per te jam gloria morem
Verior, & fructum ſincerae laudis ab hoſte
Deſuetum jam redde mihi, juſtisque furoris

Exter-

386. *Erit*] *erat* Oxon.

387. *Meritisque ſuis*] *tuis* Iſingr. & tres alii. neſcio an jure damnatum a Barthio. mox, *Quos ſervavit*, non *Quod*, prim. & tert. Vatic. excerpta Pomponiana, & nonnulli alii. bene. codex Regius, *Quem*. unus Medic. *Quam*. ut ſe ipſam Roma deſignet. argute. HEINS.

388. *Quos*] Verſum hunc ignorabant Junian. & Oxon.

390. *Spectatosque iterum nulli*] Alludit ad id quod praeco praedicabat: *Venite ad ludos, quos nemo mortalium vidit neque viſurus* &c. ſingulis enim ſeculis celebrabantur. DELR. malo, *Spectandosque* cum uno Mediceo. HEINS. *Spectatos iterum* Oxon.

Ludos] Seculares ſcilicet, de quibus Zoſimus, harum rerum ſcientiſſimus, multa haud vulgaria; ſed profanus eſt nimis, cum ait Romanum imperium collapſum eo praecipue, quod Sacra illa ſint deſita. vide ipſius oracula; ſed malim conſulere Tertullianum, qui haec etiam callebat myſteria. CLAVER.

391. *Circumflexa*] in Juniano & Oxon. erat, *Cbiron flexa*.

392. *His annis*] Deerat hic verſus Jun. & Oxon.

393. *Intra*] *inter* Jun. & Leid. Vicet. *vidit* Wolf. mox, *cepta trophaeis* Jun. Oxon. & *civilis ſuccenſus* Jun. duo Oxon. *ſucceſſus* Leid. & decem alii. *defenſus*, unus. *diſceſſus* alius.

394. *Tropaei*] *tropaeis* rectius cum uno Mediceo. HEINS. *triumphi* Wolf.

397. *Laetanda parenti*] *laudata* ſchedae Gudianae. HEINS. *laßanda* Oxon. unde Heinſius faciebat olim, *jactanda*. ſed ſequitur *jactaret*. vide ad Suet. Tiber. LXXV. BURM.

398. *Favere tyrannis*] prim. Vatic. Oiſel. & alter Moreti, *periere tyranni*. etiam Pricaeanus a manu ſecunda. quod verum puto. praeterea *putat* pro *putat* cum ſcriptis quibusdam. HEINS.

400. *Pharſalico Caeſar*] Vetus liber & Vicet. *Pharſalia*. DELR. *Pharſalia* meliores, ut Nupt. Hon. 291. *Pharſalia rura Pervolat*. & apud Catull. *Pharſalia tecta frequentant*. HEINS. Ita & Parm. vide 1. de Rapt. 17.

405. *Deſuetum*] *Deſuetae* plerique. bene. mox pro, *ſumptisque* Lucenſ. & Gyrald. *fultoque*. probe. & tum malim, *fontesque* paullo poſt. Verius tamen primus Vaticanus & pro diverſa lectione tertius ejusdem Bibliothecae, ac Pricaeanus cum Oiſeliano, *juſtisque furoris Externi ſpoliis*. bell. Gildon. 429. *juſto magnoque triumpho Civiles abolete notas*. HEINS. *deſuetae* Wolf. *fuctisque furoris* cod. Moreti. Ego *deſuetum*, quod

Digitized by Google

Externi ſpoliis fontes abſolve triumphos.
Quem, precor, ad finem laribus ſejuncta poteſtas
Exſulat, imperiumque ſuis a ſedibus errat?
Cur mea, quae cunctis tribuere Palatia nomen,
Neglecto ſqualent ſenio? nec creditur orbis
Illinc poſſe regi? medium non deſerit umquam
Coeli Phoebus iter, radiis tamen omnia luſtrat.
Segnius an veteres Hiſtrum Rhenumque tenebant,
Qui noſtram coluere domum? leviusne tremebant
Tigris & Euphrates, quum foedera Medus & Indus
Hinc peteret, pacemque mea ſperaret ab arce?
Hîc illi manſere viri, quos mutua virtus
Legit, & in nomen Romanis rebus adoptans
Judicio pulchram ſeriem, non ſanguine, dixit.
Hic proles atavum deducens Aelia Nervam,
Tranquillique Pii, bellatoresque Severi.
Hoc civis dignare forum, conſpectaque dudum

Ora

quod Parm. Junt. Ald. & aliae habent, practuli, ne *fructum* ſuo fraudarem epitheto. & duplici onerarem *laudis*, & in eo Poëtae conſuetudinem me ſervaſſe puto. *juſtis* vero probo, propter *abſolve*. de quo vid. ad Seren. Samon. cap. XXV. & Lucan. II. 250. BURM.

407. *Quem precor*] *quem prior* Oxon. *affinem* Leid.

411. *Inde poſſe regi*] MS. & vet. German. *illinc*. DELR. *Illinc* prim. Vatic. Iſingr. & ſedecim alii. quomodo Barthius conjecit. HEINS. *orbi* etiam Jun. Oxon.

Non deſerit] *non baeſerit* Oxon.

413. *Tenebant*] *tenebat* Vicetin. *tumebant* Jun.

414. *Noſtram coluere domum*] *noſtrum c. larem* Lovan.

Leviusne timebant] *tremebant* optimus Ambroſianus. HEINS. *meliusne* Oxon. Wolf. *leviusve* Leid. *meliusve* Leid. alter.

416. *Peteret*] *peterent* Jun. Oxon.

418. *Adoptans*] *adaptans* Lovan. *adeptans* Oxon. *in nomen* explicat Barthius conſulatum, eumque ſequitur Pariſinus interpres. Sed puto de Imperatoribus agi, qui nullos cum haberent heredes, in nomen & familiam adoptaverunt iisdem virtutibus conſpicuos, quibus ipſi erant. adoptabant autem *Romanis rebus*, id eſt imperio, ut Auguſtus jactavit ſe Tiberium Reipublicae cauſſa adoptaſſe. Suet. Tiber. XXI. & hinc non ducta ſeries Caeſarum ſanguine, id eſt hereditaria, ſed judicio, adoptantis ſcilicet. quod exemplis Nervae, Pii, & Severi inluſtrat Claudianus. BURM.

420. *Aelia proles*] Deſignat Hadrianum laudatiſſimum Imperatorem, ſed & Flaccilla Theodoſii uxor id nominis habuit. CLAVER.

421. *Tranquillique pii*] Lipſius ad Panegyricum Plinii, *Tranquillique*, *Pii*. ſed perperam. quod & Barthius vidit. paulo ante pro *mutua virtus*, tres ſcripti, *nuncio*. Forte, *unica virtus*. HEINS.

422. *Hic civis*] *Hoc* ſcripti plerique & Barthius. *Hunc chorum* prim. Vatic. Oiſelianus, & pro diverſa lectione Pricaeanus. vere. *chorum* vocat Caeſares paulo ante nominatos. Ne dedignare, inquit, imitari hunc chorum. ſic Epiſtola ad Serenam:

——— *me jungeret auſpex*
Purpura, me ſancto cingeret aula choro.

ut illic caſtigandum. & Praefatione hujus Poëmatii:

Utque favet fontus, plaudebant numina dictis,
Et circumfuſi ſacra corona chori.

pro *ſub mente* Lucenſ. & duodecim alii *ut*, probe. primus Vatic. *ſu*, & emendatum *ſub*. idem cum aliis nonnullis, *priorum*, non *priorem*. HEINS. *Hoc*, *civis*, *dignare forum* Voſſ. duo. marg. Iſingr. quod mihi magis adridet, & *civi* potius convenit *forum*, quam chorus ille priorum Caeſarum. & certe adulatio eſſet impudentiſſima, ſi Honorius dignaretur chorum tam laudabilium Imperatorum, quibus ipſe minime fuit comparandus: quamquam ſcio Poëtam noſtrum turpiter ſaepe blandiri, ſed vox *civis* & *ora refer*, flagitant *forum*, quod, ut incola urbis debebat inſpectu ſuo dignari. pompa etiam per forum omnis duci conſueverat. BURM.

Ora refer, pompam recolens ut mente priorem,
Quem tenero patriis comitem ſuſceperat aevo,
Nunc duce cum ſocero juvenem te Thybris adoret.
Orantem medio Princeps ſermone refovit:
Numquam aliquid fruſtra per me voluiſſe dolebis,
O Dea; nec legum fas eſt occurrere matri.
Sed nec poſt Libyam (falſis ne perge querelis
Incuſare tuos) patriae mandata vocantis
Sprevimus. advectae miſſo Stilichone curules,
Ut noſtras tibi, Roma, vices pro Principe Conſul
Inpleret, generoque ſocer. vidiſtis in illo
Me quoque. ſic credit pietas, non ſanguine ſolo,
Sed claris potius factis, experta parentem.
Cuncta quidem centum nequeam perſtringere linguis,
Quae pro me mundoque gerit: ſed ab omnibus unum,
Si famâ necdum patuit, te, Roma, docebo,
Subjectum noſtris oculis, & cujus agendi
Spectator vel cauſſa fui. populator Achivae
Biſtoniaeque plagae, crebris ſucceſſibus amens,
Et ruptas animis ſpirans inmanibus Alpes,
Jam Ligurum trepidis admoverat agmina muris,
Tutior auxilio brumae: quod gentibus illis
Frigore conſuetis favet inclementia coeli:

Meque

425. *Juvenem te*] *comitem te* Lovan. *hunc duce* Oxon. Leid. Voſſ. Jun. *Tygris* Wolff. *adorat* Oxon.

428. *Legum*] Ergo Roma legum mater, non Conſtantinopolis, quae potius noverca, ubi Tribunianus & conſortes operum leges male habitas quaſi jejunio & macie adflixere, quinimo Juſtinianus ipſe Theodoſii magni legum vindicis ſtatuam argenteam quaſi deturbavit, ut ſuam in columna reponeret, quod tamen facinus Barbari poſtea, auctore Gyllio, ulti ſunt; nam Juſtiniani ſtatua una cum columna everſa eſt, utque indigeſta & mutila juris arcana emiſit, ſic ejus monumentum in particulas & fruſta diſſiliit. CLAVER.

Legum fas eſt occurrere matri] Secundus Vaticanus, *obſtare parenti*. mox, *advectae ſecures*, non *curules*, quinque veteres. HEINS. *longum fas eſt* Voſſ. a m. pr. & Jun. mox, *ſed neque* Voſſ. Jun. Oxon.

433. *Generoque ſocer*] *genero ſocerum* Jun. Oxon. duo, Lovan.

434. *Non ſanguine*] *nec* edit. priores. *ſic credat* Vicet. Parm.

437. *Pro me gerit*] *Quae Roma mundoque* Wolff. forte, *Romae. gerat* Voſſ. mox, *necdum patuit* ſcripti plures. & Vicet. *nondum patuit* Ald. Iſingr. *necdum potuit fama* Parmenſ.

440. *Spectator vel cauſſa fui*] Lege *fui* cum Barthio & ſcriptis. HEINS. Ita Ald. & aliae editiones. *fui* Vicet. Parm. vitioſe.

441. *crebris*] *Herebi* Lovan.

442. *Ruptas*] *raptas* Jun. *ſperans* Idem, Oxon. & Lovan. *ſuperans* Leid.

443. *Ligurum trepidis muris*] *Ligurum trepidis ripis* ſchedae Gudianae. HEINS.

444. *Quod gentibus illis Frigore conſuetis*] Gens gentem praecedit in bello, ait Vegetius, & plaga coeli non tantum ad robur corporum, ſed etiam animorum facit. vide Paneg. quae dicta Impp. Diocletiano & Maximiano. CLAVER. Primus Vatic. & Oiſelianus, *quo gentibus illis Sidere conſueti*. optime. *hiberno fidere* pro tempore, ut apud Virgil. IV. 309.

Quin etiam hiberno moliris fidere claſſem.

Ovid. II. Pont. El. IV. *Longa dies brevior brumali fidere. quo fidere* etiam quinque ex noſtris. alii quinque, *quod fidere*. totidem, *quod foedere*. duo, *quo foedere*.

Digitized by Google

Meque minabatur calcato obſidere vallo,
Spem vano terrore fovens, ſi forte, remotis
Praeſidiis, urgente metu, qua vellet, obirem
Conditione fidem: nec me timor inpulit ullus,
Et duce venturo fretum, memoremque tuorum,
Roma, ducum, quibus haud umquam vel morte parata
Foedus lucis amor pepigit diſpendia famae.
Nox erat: & late ſtellarum more, videbam
Barbaricos ardere focos. jam claſſica primos
Excierant vigiles, gelida quum pulcher ab Arcto
Adventat Stilichon. medius ſed clauſerat hoſtis
Inter me ſocerumque viam, pontemque tenebat,
Addua quo ſciſſas ſpumoſior incitat undas.
Quid faceret? differret iter? diſcrimina nullas
Noſtra dabant adeunda moras. perrumperet agmen?

Sed

foedere. duo ltidem, *quo frigore.* vulgo, *quid frigore.* ſupra IV. Conſ. Hon. 30.

Quid rigor aeternus coeli, quid ſidera profunt
Ignotumque fretum?

ſic & illic ſcribendum eſſe monuimus, non *frigora*, & pluribus adſtruxit curis ſecundis, ut video, Barthius. quare miror hoc loco ſui oblitum pro vulgata ſcriptura pugnare. Statius Theb. VII. *Biſtonias ſuper usque domos axemque nivoſi Sideris.* Plinius Paneg. *Cum Danubius ripas gelu jungit, duratusque glacie ingentia terga bella tranſportat, ferae gentes non telis magis quam ſuo coelo, ſuo ſidere armantur.* HEINS. vid. ad Ovid. V. Met. 281. *foedere* Wolff. ego mallem etiam *conſuetis*, cum editionibus omnibus & ſcriptis plurimis. nam ablativum illi verbo poſſe aeque atque *adſuetus*, & *adſuefco*, addi puto. vide ad Ovid. XIII. Met. 554. & ad Quinctil. Declam. CCCVI. nec in lectione Heinſii agnoſco ſenſum liquidum; nam conſtruendum eſt, quo ſidere inclementia coeli conſueti favet illis gentibus; ſed planius puto altero modo legi & conſtrui, quod inclementia coeli favet illis gentibus conſuetis *frigore*, nam quod *ſidere* in aliis eſt, ex perpetua fere harum vocum confuſione provenit. vide ad Lucan. VI. 325. & apud Ovidium ſaepe. BURM.

450. *Et duce venturo*] *Hoc duce* contra ſcriptos Raphelengius. HEINS.

451. *Morte parata*] id eſt praeſenti. vide ad Lucan. VIII. 32. BURM.

453. *Mox & per Latium*] Di boni, quanto elegantius vetus liber, *Nox erat, & late.* DELR Primus, & tertius Vatic. prior Moretl. & prim. Medic. cum Palatino & Pricaeano, *Nox erat, & late.* quomodo Delrius & Schottus (Lib. II. Obſ. 55.) ex ſuis legunt, & probat Barthius. recte. Valerius Flacc. III.

Nox erat, & leni canebant aequora fulco.

ita Virgilius, Naſo, Horatius, aliique frequenter. HEINS. vide ad Ovid. III. Epiſt. 95. *Mox & per latum* Vicetin.

455. *Vigiles*] *viles* Colin.

456. *Adventat*] *Advenit* Jun. Lovan. Voſſ. Wolff. & multi alii. male, vid. ad Ovid. IX. Met. 145. *adventare* vero dicitur de eo, qui quotidianis itineribus accedit, & jam adpropinquat, ut recte explicat Manut. ad Ciceron. II. ad Famil. Ep. 6. Juſtin. XI. 8. *Haec illi egenti nuntiatur, Darium cum ingenti exercitu adventare.* noſter II. in Eutrop. 496. *terraque marique Adventare ferunt.* & ita centies alii. BURM.

medius ſed &c.] Maxima eſt omnium librorum diſſenſio. mihi ſic legendum videtur, *medium ſed clauſerat hoſtis Inter me ſocerumque viam pontemque tenebat, Addua quo* &c. DELR. Veterum librorum lectionem expreſſimus. quomodo & alii emendandum viderunt. vulgo haec inquinatiſſima erant. HEINS. *medium* ed. Vicet. Mihi *medius* praeplacet. vide ſupra ad vs. 213. *inter me & ſocerum pontemque viamque tenebat* edd. Vicet. Parm. Junt. Ald. & aliae. *pontumque* Oxon. BURM.

458. *Sciſſas*] *fiſſas* Oxon. & Medic. aeque bene ac *ſciſſas. fixas* Jun. *ſciticas* Oxon. Leid. *Spumantior* Oxon. *Ardua* etiam multi. *Abdua* Ald. *Adua* Parm. Vicet. in Voſſ. in margine erat, *& ab obice ſaevior Dua*, ex Ovid. III. Met. 571. BURM.

459. *Quid faceret*] *Quid facia* Leid. & alii duo libri. parum refert. vide ad Ovid. XVI. Ep. 101. XXI. 56. & ſaepius alibi. BURM.

460. *Perrumperet*] *prorumperet* Voſſ.

Sed paucis comitatus erat. nam plurima retro,
Dum nobis properat ſuccurrere, liquerat arma
Extera, vel noſtras acies. hoc ille locatus
Ancipiti; longum ſocias tardumque putavit
Exſpectaſſe manus, & noſtra pericula tendit
Poſthabitis pulſare ſuis: mediumque per hoſtem
Flammatus virtute pia, propriaeque ſalutis
Inmemor, & ſtricto proſternens obvia ferro,
Barbara fulmineo ſecuit tentoria curſu.
Nunc mihi Tydiden adtollant carmina vatum,
Quod juncto fidens Ithaco patefacta Dolonis
Indicio, dapibusque ſimul religataque ſomno
Thracia ſopiti penetraverit agmina Rhoeſi,
Grajaque retulerit captos ad caſtra jugales.
Quorum, ſi qua fides augentibus omnia Muſis,
Impetus exceſſit Zephyros, candorque pruinas.
Ecce virum, taciti qui nulla fraude ſoporis
Enſe palam ſibi pandit iter, remeatque cruentus:
Et Diomedeis tantum praeclarior auſis,
Quantum lux tenebris, manifeſtaque proelia furtis.
Adde, quod & ripis ſteterat munitior hoſtis,
Et cui nec vigilem ſas eſt conponere Rhoeſum.
Thrax erat: hic Thracum domitor. non tela retardant:
Objice non haeſit fluvii. ſic ille minacem
Tyrrhenam labente manum pro ponte repellens

Tra-

463. *Haec ille locatus*] *hoc ille locatus* ex conjectura bene Raphelengius. ſcripti meliores confirmant cum ſchedis Gudianis. HEINS.

464. *Socias*] *jocios* Leid.

467. *Virtute pia*] Dicas hic Claudianum bene ſentire de religione; nam Prudentius de eodem reſcribens, ait Honorium & Stilichonem Chriſtum coluiſſe, additque, *Hujus adoratis altaribus & cruce fronti Inſcripta cecinere tubae* CLAVER. *virtute ſua* Oxon.

468. *Proſternens obvia*] *praeſternens* contra libros Raphelengius. HEINS. vide ad Nupt. Honor. 212. *omnia* pro *obvia* Oxon. ſed vide 11. de laud. Stilich. 20. BURM.

470. *Nunc mihi*] *Tibi* prim. & tert. Vatic. & quatuor alii. HEINS. *Hunc* Wolf. a m. pr. *Non mihi* Oxon.

471. *Quod*] *Qui* Oxon. Lovan. Voſſ. *Quod victo* Oxon. alter.

473. *Penetraverit*] *penetraverat* Jun. Oxon. edd. Vicet. & Parm.

474. *Grajaque*] *Grata quod retulit* Oxon.

476. *Impetus exceſſit*] Ex Homero Iliad. H. DELR.

477. *Qui nulla*] *nulla qui* Oxon.

479. *Tantum praeclarior*] pro tanto. mox *nec vigilem* pro *non* ſcripti potiores, quomodo & Barthius. HEINS. *tantum* non movendum eſt. vid. ad Ovid. Epiſt. XVIII. 71. deinde, *quod tunc lux* Wolf. BURM.

482. *Non vigilem fas eſt*] Vetus liber, *nec*. DELR. Malim, *fas ſit*. ſed obſtant libri. proximo etiam verſu pro *Thrax erat*, *hic Thracum domitor*, videtur reponi debere, *Thrax ille*, *hic Thracum domitor*. vel *Thrax erat ille*, *Thracum hic domitor*. libri tamen veteres vulgatum mordicus tuentur. HEINS. *Traxerat* Jun. & ita edd. Parm. Iſingr. Gryph. Colin. Pulm. pro *Non vigilem*, *Nec vigilem* multi codices. *nec tela* Oxon.

485. *Tyrrenam manum*] Non *manu* Raphelengius. ſcripti confirmant. Barthius curis ſecundis: *ſic ille minacem*

Trajecit clipeo Thybrin, quo texerat Urbem
Tarquinio mirante Cocles, mediisque superbus
Porsennam respexit aquis. celer Addua nostro
Sulcatus socero. sed, quum tranaret, Etruscis
Ille dabat tergum, Geticis hic pectora bellis.
Exsere nunc doctos, tantae certamina laudis,
Roma, choros; & quanta tuis facundia pollet
Ingeniis, nostrum digno sonet ore parentem.
Dixit, & antiquae muros egressa Ravennae
Signa movet; jamque ora Padi, portusque relinquit
Flumineos, certis ubi legibus advena Nereus
Aestuat, & pronas puppes nunc amne secundo,
Nunc redeunte, vehit; nudataque litora fluctu
Deserit, Oceani lunaribus aemula damnis.
Laetior hinc Fano recipit Fortuna vetusto,
Despiciturque vagus praerupta valle Metaurus,

Qua

minacem Tyrrhenum labente manu pro ponte repellens. mox & malim, *despexit.* HEINS. *repulsas* Jun. pro *repulsans*, ut mox Oxon. *exsuperas* pro *exsuperans* vs. 504. *labente domum* Wolf. a m. pr *respexit* non mutandum; natans enim versus urbem, respexit in altera ripa stantem Porsenam, cui tergum dabat, sed cervice reflexa respiciebat. BURM.

486. *Trajecit*] *transieras* Oxon. *Tibrin* Leid. *texerit orbem* Jun.

487. *Tarquinio*] *Tarquino* edd. Vicet. Parm. Junt. Ald. Colin. vide ad Virgil. VI. Aen. 818.

488. *Addua*] *Ardua*, *Aduna*, scripti plurimi & editiones. *Abdua* Aldus.

489. *Sulcatur socero*] *Sulcatus* libri meliores. deinde pro *bellis* Raphelengius *telis*, contra scriptos. non opus. Lucan. IV. 468.

Incertus qua terga darent, qua pectora bello. HEINS.

Tranarat] *tranferet* Oxon. *seu quum tranaret* Parm.

491. *Tantae certamine laudis*] *certamina* per appositionem quindecim codices. vide notas ad Bell. Gildon. vs. 139. HEINS. Virgil. VII. Ecl. 16. *Et certamen erat Corydon.* ubi vide.

494. *Antiquae muros*] *antiquis muris* MS. Pulm. *antiquae muris* Lovan. Wolf. alii Pulm. edd. Vicet. Parm nihil mutem. vide ad Ovid. III. Met. 388. & utraque constructione *egredi urbem* & *urbe* passim utitur Valer. Max. I. 1. 2. & IX. III. 1. vid. ad Virg. II. Aen. 773. & alibi. mox, *reliquit* Lovan. & Voss. BURM.

Ravennae] Illic Honorius Romam perosus habitavit. Zonaras: Ἐις Ῥάβιννα μεταστησας, διεκίμενος τε περὶς Ἀλλάριχον, ὡς λόγος, ἀξιῶν αὐτὸν κατὰ τῆς Ῥώμης στρατεύσαι. qua in re sibi defuisse ait. Nam cum Alarichus ab eo, ut fertur, suscitatus, Romam diripuisset, quasi communi sensu destitutus est. utque nuntius dixit, Romam captam esse, respondit, Roma hic modo fuit, quomodo capta est? alebat vero gallinam magnam seu struthiocamelum, aut meleagrida, quam in contumeliam urbis vocabat *Romam.* CLAVER.

497. *Amne secundo*] Meus MS. *retruso.* quod cui placebit, ad fontem recurrente interpretabitur. DELR. *ore secundo* Lovan. nam & *ora* fluviis dantur. prim. Vatic. & sex alii, *amne retruso.* duo, *refuso.* tres, *retuso.* quomodo & princeps Vaticanus a manu prima. cum schedis Gudianis. sic Lucan. V. 601.

Occurrit gelidus Boreas, pelagusque retendit.

nil temere tamen mutandum. Auson. Mosell. *amne secundo Liberis.* Oiselianus, *recuso.* HEINS. & *flumen secundum* Ovid. IV. ex Pont. XV. 27. & alii passim. *retrujo* Wolf. a m. pr. *refuso* sec.

499. *Oceani*] *Oceano* Jun.

500. *Hinc Fano*] *In* vel *hic* Oxon. mox, *praerupta valle* Parm.

Fano] Ptolemaeus habet φάνον Φορτούνης, quod mireris. non procul ab eo Μέταυρος, Umbriae Fluvius, ut Sidonius describit, cujus epistola haec omnia delibat. Hic vero via Flaminia designatur, quae Consularis, auctore Suetonio, ad quam procul dubio tendit Honorius, aut qua procedit. CLAVER.

Digitized by Google

Qua mons arte patens vivo se perforat arcu,
Admisitque viam sectae per viscera rupis,
Exsuperans delubra Jovis, saxoque minantes
Apenninigenis cultas pastoribus aras.
Quin & Clitumni sacras victoribus undas,
Candida quae Latiis praebent armenta triumphis,
Visere cura fuit. nec te miracula fontis
Praetereunt: tacito passu quem si quis adiret,
Lentus erat: si voce gradum majore citasset,
Conmixtis fervebat aquis. quumque omnibus una
Sit natura vadis, similes ut corporis umbras
Ostendant: haec sola novam jactantia sortem
Humanos properant imitari flumina mores.
Celsa dehinc patulum prospectans Narnia campum
Regali calcatur equo, rarique coloris

Non

502. *Vivo*] *uno* Jun. unde Heinsius faciebat *uno: perforet* Oxon. *arce patens* cod. Barth. edd. Vicet. & Parm.

503. *Admisitque*] *Admittitque* duo. pro *saxoque minantes* quintus Vatic. *micantes*, ut templum marmoreum innuat. Pricaeanus & Lovan. *minaces*. HEINS. *Amisitque suam* Jun. in excerptis Lovaniensibus invenio, *micantes*.

505. *Aras*] *alas* vel *arces* vel *aras* Oxon. *alas* Wolf. *undas* Lovan. *Apeninigeris* Vicet. & Parm.

506. *Clitumni*] Fluvius in Maevania, quae pars Umbriae, de quo Plinius Secundus in Epistolis. CLAVER. *Qui nec Clitumni sacras virtutibus undas* Wolf.

507. *Armenta*] De equis capit Barthius, qui currum triumphalem trahebant. rectius boves intellige, quos albos celebrant omnes Poetae, & qui victimas triumphantibus praebebant. BURM.

508. *Visere cura fuit*] *trabunt* Farnesianus. Forte, *trahit*. ut *trahit sua quemque voluptas*. HEINS.

509. *Adiret*] *adoret* Lovan. non male. deus enim Clitumnus, & hoc firmat sequens *citasset*. BURM.

510. *Si voce gradum majore citasset*] De *voce* nil opinor. Forte, *se maxque gradu majore citasset*. HEINS. Ego malim, *si forte gradum majore* (scilicet passu) *citasset*. vel *gradu majore*. ita apud Virgil. Lib. VI. 168. pro *sic voce precatur* est in MSS. plurimis, *forte precatur*, quod & Servius & Pierius agnoscunt. si voce retinendum est, intelligendus gradus citatus cum clamore & strepitu, dum Deum Citumnum invocat, quem fluvius celerius fluens cum sonitu imitatur. BURM.

511. *Conmixtis fervebat aquis*] *Commotis* manu prima primus Vaticanus, neque aliter secundus ejusdem Bibliothecae, excerpta Puteanorum fratrum, & pro diversa lectione Pricaeanus, quod magis arridet. Forte tamen, *Admissis fervebat aquis*. ut apud Nasonem, *facer admissas exigit Hebrus aquas*. *fervor* proprie fluviis datur cum impetu labentibus. Statius Tiburtino Vopisci Lib. I. Silv. III. 30. *Nusquam fervor aquis*. mox, *similes ut corporis umbras*, cave in *undas* mutes cum vitioso Barthii codice. nihil hic difficultatis. quis enim ignorat umbras corporum in aqua nonnumquam exhiberi? HEINS. *Cum mixtis* Jun. alt. nihil certe difficultatis est; sed ita debet explicari hic locus: ut reliqui fontes umbram hominum reddunt in aquam, ita hic cursu suo & quiete imitatur mores hominum lente vel celeriter gradientium. hoc ergo prae aliis habet Clitumnus, ut non tantum umbram reddat, sed & incedendi modum imitetur. *imitantia flumina* Leid. a m. s. Lovan. Voss. & Wolf. posset & *motus* legi pro *mores*. BURM.

513. *Ostendant*] *ostendat* Ald. Junt.

515. *Narnia*] Servius VII. Aeneid. in via Flaminia est civitas Narnia, in montibus posita, quibus subest Nar fluvius, qui Tiberino jungitur. notandum est vero in isto tractu pulverem labente pluvia excitari. vide Plin. Lib. XXXI. CLAVER. *Varia* Jun. *Varria* Wolf. a m. prim. *Narruna* Voss.

516. *Rarique coloris*] forte, *ravique*. HEINS. *albique* Jun. & Oxon. a m. prim. quod Virgilii verbis ex Lib. VII. 517. *Sulphurea Nar alluit unda*, defendi posset. & ita alii de hoc fluvio. sed sequitur *albet*. BURM.

517.

Digitized by Google

Non procul amnis abeſt, urbi qui nominis auctor,
Ilice ſub denſa ſilvis artatus opacis
Inter utrumque jugum tortis anfractibus albet.
Inde, ſalutato libatis Thybride Nymphis,
Excipiunt arcus, operoſaque ſemita vaſtis
Molibus, & quidquid tantae praemittitur urbi.
Ac velut officiis trepidantibus ora puellae
Spe propiore tori mater ſollertior ornat
Adveniente proco, veſtesque & cingula comit
Saepe manu, viridique anguſtat iaſpide pectus,
Subſtringitque comam gemmis, & colla monili
Circuit, & baccis onerat candentibus aures:
Sic oculis placitura tuis, inſignior auctis
Collibus, & nota major ſe Roma videndam
Obtulit. addebant pulchrum nova moenia vultum,

Au-

517. *Urbi*] *urbis* Oxon.

518. *Silvis artatur opacis*] Lucenſ. & optimus Ambroſ. cum Pricaeano, *artatus*, quomodo & Raphelengius cum Livineio. Lovan. *arcatur*. forte, *arcatus*, ab arcu, ut apud Ovid. XI. Met. 590.

Iris & arcato coelum curvamine complet.

Exſtat & id verbi apud Livium, paulo poſt pro *lympbis* Lucenſ. & tres alii *Nymphis*. de quo ad Naſonem. HEINS. *hortatur opaces* Jun. *arcatam rupem* tentavit etiam Heinſius reſtituere Idyl. VI. de Apono vs. 30. forte, *ripis artatur opacis*. nam quid opus *ſilvis*, ubi *ilice ſub denſa* praecedit. de *ripis opacis* vide ad Val. Flacc. V. 147. BURM.

520. *Libatis*] *libratis* Jun.

521. *Vaſtis*] In ora Vicetinae edit. manus docta *buſtis* notaverat. quod capiendum de ſepulchris in via ſita vel ſemita, quae ad urbem ducebat. ſed quid tum fiet *molibus*? pro quo in editione illa erat *Mollibus*, ut ſaepe conſonantes geminantur in eadem editione. ſed *mollia buſta* non placent. BURM.

522. *Praemittitur*] *promittitur* Lovan.

523. *Officiis trepidantibus*] Non videntur haec intellexiſſe interpretes. certe non Paraphraſtes Gallicus, qui de matris ornantis tremula manu capit. *Officia* hic ſunt, qui ad officium nuptiale properant. ut ita *officium conjulare* Suet, Caeſ. XV. & Ovid. IV. ex Pont. 4.

Officium populi non capiente domo.

& paſſim in Hiſtoria Auguſta. de nuptiarum ſollemnitate hic voce utitur Sueton. Calig. XIV. & Neron. XXVIII. & alii paſſim. *trepidare* vero hic eſt trepide concurſare, ut fieri ſolet in domo ſponſae, ubi adparantur nuptiae, & hoc ſatis notum ex Terent. Andr. II. II. 27. *in aedibus nihil ornati, nihil tumulti.* BURM.

525. *veſtesque & cingula*] *veſtes &* Wolf. *fingula* Oxon.

526. *Saepe manu*] Clar. Markland. ad Stat. II. Silv. III. 7. legit, *Ipſa*. ſed noti mores mulierum, qui in ornando ponunt ſaepe & reponunt veſtes &c. quia poſitus nullus fere placet, & in comendo & moliendo annum fere inſumunt. *ſaepe manus* Jun. BURM.

528. *Onerat*] *ornat* unus Medic. quod non diſplicebat Heinſio. ſed nihil mutandum puto. ſic *oneratas aures* dixit Seneca de Conſt. Sapient. cap. XIV. Ovid. III. Art. Am. 129.

Vos quoque non caris aures onerate capillis.

ubi etiam *ornate* plures ſcripſ. vide & Medicam. Fac. 22. Tertull. Lib. I. de Cultu femin. 9. Boëth. Conſol. Philoſ. III. Met. 3. & quae diximus ad Petron. cap. LV. BURM.

531. *Obtulit. addebant*] pro *obtulit* Vicet. edit. *pertulit*. forte, *Protulit*. pro *addebant*, *augebant* Voſſ. mox *auditum* Voſſ. a m. prim.

Ibid. *Nova moenia*] Exſtat Romae Inſcriptio in hanc rem: S. P. Q. R. IMPP. CAESS. DD. NN. INVICTISSIMIS. PRINCIPIBUS. ARCADIO. ET. HONORIO. VICTORIBUS. AC. TRIUMPHATORIBUS. SEMPER. AUGUSTIS. OB. INSTAURATOS. URBIS. AETERNAE. MUROS. PORTAS. AC. TURRES. EGESTIS. IMMENSIS. RUDERIBUS. XX. SUGGESTIONE. V. C. ET. ILLUSTRIS. MILITIS. ET. MAGISTRI. UTRIUSQUE. MILITIAE. FL. STILICHONIS. AD. PERPETUITATEM. NOMINIS. EORUM. SIMULACHRA. CONSTITUIT. CURANTE. FL. MACROBIO. LONGIANO. V. C. PRAEF. URBI. D. N. M. Q. EORUM. Atque hic vides candorem ſimul & ma-

Digitized by Google

Audito perfecta recens rumore Getarum.
Profecitque opifex decori timor; &, vice mira,
Quam pax intulerat, bello diſcuſſa ſenectus.
Erexit ſubitas turres, cinctosque coëgit
Septem continuo montes juveneſcere muro.
Ipſe faveris votis, ſolitoque decentior aër,
Quamvis adſiduo noctem foedaverat imbri,
Principis & Solis radiis deterſa removit
Nubila. namque ideo pluviis turbaverat omnes
Ante dies, lunamque rudem madefecerat Auſter,
Ut tibi ſervatum ſcirent convexa ſerenum.
Omne, Palatino quod pons a colle recedit
Mulvius, & quantum licuit conſurgere tectis,
Una replet turbae facies. undare videres
Ima viris, altas effulgere matribus aedes.
Exſultant juvenes aequaevi Principis annis:
Temnunt priſca ſenes, & in hunc ſibi proſpera fati
Gratantur duraſſe diem: moderataque laudant
Tempora, quod clemens aditu, quod pectore, ſolus
Romanos vetuit currum praecedere Patres:

Quum

gnanimitatem Stilichonis, imo reverentiam erga Honorium, cui jam tum forte male ſuſpectus erat ex delatione invidorum. ſed haec forte aſtu proviſa ſunt. CLAVER.

533. *Profecitque*] *Perfecitque* Jun. Oxon. *operi timor* Voſſ. a m. prim.

535. *Cinctosque*] *cunctosque* Wolf. & Voſſ. a m. 2. *continuo colles* Vatican.

538. *Foedaverat imbre*] *foedaverit imbri* prior Moreti & quinque alii. mox octo ſcripti, *omnem ante diem*. paulo ante ſortaſſis reponendum, *ſolitoque ſerenior aër*, pro *decentior*. HEINS. *noctes foedaverit* Leid.

540. *Pluviis*] *pluvia* Lovan. *nam pluviis ideo* edit. veter. *turbaverat orbis* Oxon. *Auſtro* etiam Wolf. & plures. *auro* Parm.

542. *Servatum*] *ſervato* Lovan.

543. *Omne Palatino qua*] Vetus liber, *quod*. DELR. Libri meliores, *quod pons*. vere. diximus Conſ. Mall. 57. Lucenſ. etiam & Bonon. *Mulvius* non *Milvius*. recte, ut & prim. Vatic. qui etiam, *in quantum*, pro *& quantum*, quo loquendi modo & alibi noſter uſus. HEINS. *a colle receſſit* Lovan. *quod* Wolf. qui & *Milius*.

545. *Undare*] *una ore* Jun. Oxon. Leid. Wolf. Vicetin.

546. *Effulgere*] *fulgere* & MS. Pulm. *effugere* Wolf.

548. *Proſpera fata*] *fati* in plerisque ſcriptis. bene. quod & aliis deprehenſum. vide notas bello Gildon. 103. vulgatum tamen Barthius tuetur. HEINS. *fati* Vicet. Parm. Junt. Ald. Colin. *in bunc ſe pr. fata* Barth. cod. vid. P. Fab. 11. Semeſt. 25. & Schott. 11. Obſ. 55.

550. *Quo tempore ſolus*] Moris enim erat, ut Senatores & patricii triumphanti Imperatori obviam progreſſi, ejusdem currum praecederent, idque Pacatus & alii Panegyricorum ſcriptores poſteris teſtatum reliquerunt. hoc loco meus MS. *quod pectore ſolus* &c. DELR. *Quo tempore ſolus* Raphelengius ex conjectura. ſed *tempora* jam hoc ipſo verſu praeceſſerant. libri antiqui fere omnes, *quod pectore ſolius*. placet, ſi bene diſtinguatur. vidit quoque Barthius curis ſecundis veram ſcripturam. *quo pectore* Oiſelianus. HEINS. *quod pectore* Wolf. *quod pectore ſolo* Lovan. qui & *currus praecedere. quo tempore ſolus* Vicet. Parm. Ald. Iſingr. & alii. *pro tempore* Barthii editio prior.

550. *Romanos vetuit*] Adeo pulchre educatus fuit a Stilichone Honorius, ut Senatui plurimum deferret, quod eſt, inprimis laudabile, alias nihil regium aut egregium de principe ſperaveris. Moris erat quidem ut Senatores & ſanguis patricius Imperatori triumphanti obviam procederent (ut vete-

Quum tamen Eucherius, cui regius undique ſanguis,
Atque Auguſta ſoror, fratri praeberet ovanti
Militis obſequium: ſic illum dura parentis
Inſtituit pietas, in ſe vel pignora parci;
Quique neget nato, procerum quod praeſtet honori.
Haec ſibi cura ſenum, maturaque conprobat aetas:
Idque inter veteris ſpeciem praeſentis & aulae
Judicat, hunc civem, dominos veniſſe priores.
Conſpicuas tum flore genas, diademate crinem,
Membraque gemmato trabeae viridantia cinctu,
Et fortes humeros, & certatura Lyaeo
Inter Erythraeas ſurgentia colla ſmaragdos
Mirari ſine fine nurus: ignaraque virgo,
Cui ſimplex calet ore pudor, per ſingula cernens
Nutricem conſultat anum, quid fixa draconum

Ora

veteres Panegyrici docent) ſed hunc honorem modeſte ac generoſe recuſavit Honorius. CLAVER. vide ſimile quid apud Caſaub. ad Suet. Calig. XXVI. & Capitolin. Anton. Philoſ. cap. XVI.

554. *Militis officium*] *obſequium* prim. Vatic. Mazarin. & unus Medic. cum Qiſeliano. dictum ſupra vs. 100. HEINS. id eſt praecederet currum, ut miles & privatus.

555. *Pignora*] *pignore* Voſſ. *vel* hic Barthius pro & poſitum notat.

556. *Quique neget nato*] Quotquot fuere illa tempeſtate viri in rerum faſtigiis conſtituti, eos longe animi moderatione anteivit Stilicho (ut ait Zoſimus) licet enim ultimo Theodoſii elogio utriusque Imperii ſumma ei commiſſa fuerit, & annos XXIII. militare culmen obtinuerit, numquam tamen numerata pecunia duces creavit, aut annonam in ſuum commodum vertere ſuſtinuit; cumque unius filii pater eſſet, hanc ei metam poſuit, ut dignitatem Tribuni ac Notarii non tranſcenderet. ad quam tamen pervenit Poëta noſter. ſed Eucherium fuiſſe Primicerium Notar. facile crediderim. Oroſius vero, auctor ſui ſemper ſimilis, longe aliter ſcribit, nempe Stilichonem, ut filium purpura indueret, totius orbis ſanguinem fudiſſe. CLAVER.

Procerum] Quod L. Pacatus: *Cum plus fere filias quam nosmet ipſos diligamus, omne vicit exemplum, qui amicos his praetulit, quos ſibi praeferebat.* CLAVER.

Paeſtet] *praeſtas* Oxon. *qui praeſtet* Vicetin.

557. *Hoc ſibi cura ſenum*] Multi, *Haec.* & mox, *tum flore. Hic* ſec. Vatic. HEINS.

Maturaque] *natura hoc* Leid.

560. *Conſpicuas*] *Conſpicuo tum* Oxon. *Conſpicuae* Leid. a m. prim. *Conſticuas cum* Vicet. Parm. Ald. Junt. & aliae. *Conſpicias* Wolf.

601. *Viridantia*] *radiantia* Voſſ.

563. *Inter Erythraeas*] *Erythraeas* novem libri cum quatuor melioris notae Vaticanis. recte. ſic apud Lucan. Lib. X. 121. vetus codex:

——— *foribus teſtudinis Indae*
Terga ſedent, crebra maculas diſtincta ſmaragdo.

Ovid. II. Met. 24.

——— *ſedebat*
In ſolio Phoebus clara lucente ſmaragdo.

Lib. III. Art. Am. 181.

Hic Paphias myrtos, hic purpureas amethyſtos.

ut quidem in antiquis exemplaribus uterque locus exſtat. De gemmarum nominibus femininis copioſe vir ſummus Gerardus Johannes Voſſius operis Grammatici de Analogia Lib. I. cap. 32. ubi *ſmaragdum*, aliasque, nonnumquam maſculini eſſe generis oſtendit. HEINS. *inter Heriteas* Lovan. *cingentia colla* Jun. & Oxon.

565. *Calet ore pudor*] alter Moreti & Lovan. *ille pudor.* recte. nam τὸ *ora* ſequitur. vide IV. Conſ. Hon. 284. *rubor* unus Vatic. HEINS.

Per ſingula cernens] An *currens*? pro percurrens ſingula. BURM.

566. *Draconum*] Signum eſt purpureum Draconis, teſte Ammiano, haſtae aptatum. Idem de Conſtantio Imp. urbem intrante: *Dracones haſtarum ſummitatibus geminatis illigati, hiatu vaſto perflatiles.* vide reliqua. Sidonius pulchre imitatur Claudianum: *patulo mentitur hiatu Ivatam pictura famem, panneque furorem Aura facit.* vide numiſma

Ora velint, ventis fluitent, an vera minentur
Sibila ſuſpenſum rapturi faucibus hoſtem.
Ut chalybem indutos equites, & in aere latentes
Vidit cornipedes! Quorum de gente, rogabat,
Ferrati venere viri? quae terra metallo
Naſcentes informat equos? num Lemnius auctor
Addidit hinnitum ferro, ſimulacraque belli
Viva dedit? gaudet metuens, & pollice monſtrat,
Quod picturatas galeae Junonia criſtas
Ornet avis, vel quod rigidos vibrata per armos
Rubra ſub aerato criſpentur ſerica dorſo.
Tum tibi magnorum mercem Fortuna laborum
Perſolvit, Stilichon; curru quum vectus eodem
Urbe triumphantem generum florente juventa
Conſpiceres, illumque diem ſub corde referres,
Quo tibi confuſa dubiis formidine rebus
Infantem genitor moriens commiſit alendum.
Virtutes variae fructus ſenſere receptos.
Depoſitum ſervaſſe Fides, Conſtantia parvum
Praefeciſſe orbi: Pietas foviſſe propinquum.
Hic eſt ille puer, qui nunc ad Roſtra Quirites
Evocat, & ſolio fultus genitoris eburno

Geſta-

Juliani Imp. ubi draconem in vexillo poſuit ad invidiam Labari ſeu Labori. CLAVER.

567. *Fluitent*] *fluitant* Oxon. Vicet. Parm.

568. *Rapturi*] *raptari* Wolf.

569. *Ut chalybe indutos*] Clibanarios deſcribit, ſic a *clibano*, hoc eſt thorace ferreo, quo pectus tegitur, nuncupatos. *clibani* vox reponenda eſt in libello de rebus bellicis, qui Notitiae Orientis & Occidentis poſtponitur, eo loco, quo Thoracomachus exponitur. DELR. In hanc rem elegans Nazarius: *Campum late jacentem tantus miles oppleverat, ut non improbaret fiduciam qui inſtructos videret, experimento ferri equi atque homines pariter obſepti, demiſſa lorica crurum tenus pendens, a noxa vulneris vindicabat, duplicabat armatura terrorem.* CLAVER. *Chalybem* Gyrald. & decem alii. unus Vatican. *chalybem indutos.* primus ejusdem Bibliothecae, *chalybem duos.* & ſic a manu prima in Oiſeliano fuiſſe videtur. Silius Lib. IV.

Indutasque ſimul gentilia lina Faliſcos.

vetus Epigramma,

Fulget honorificos indutus menſis amictus.

HEINS. & *calybem indutas* Lovan. *chalybe indutos* Jun. & Oxon.

571. *Naſcentes*] *ferratas* Vicetin. repetita voce ex verſu priori.

573. *Addidit hinnitum*] *Indidit* pr. Vatic. & *belli* pro *bellis*, quomodo & tertius. HEINS.

575. *Junonia avis*] Pavo ſcilicet. In pictura Aquilejensi (ait Panegyriſtes) puella offert Conſtantino galeam auro gemmisque radiantem, & pennis pulchrae alitis eminentem. Polybio: tres pennae puniceae ad cubiti longitudinem virum duplo majorem hoſtique formidabilem reddunt. CLAVER.

576. *Quod*] *qui* ed. Vicet. vel *quadrijugos* Wolf.

577. *Rubra ſubaurato*] *ſubaerato* Vatic. de equis cataphractis intelligendum. HEINS.

578. *Mercem*] Salluſtianum hoc eſt, pro mercedem. DELR. *mentem* Junian.

579. *Quum vectus*] *convectus* Wolf.

581. *Referres*] *teneres* Oxon. mox pro *Quo tibi*, *quod tibi* Jun. *confuſo* Voſſ. a m. s.

583. *Commiſit alendum*] vide ad Ovid. XIII. Met. 431. *mandarat alendum* dixit Virgil. III. Aen. 50. ubi in MSS. etiam *commiſit*. BURM.

584. *Fructus*] *fluctus* Lovan.

585. *Depoſitum*] *Defertum* Leid. a m. prim. mox pro *Praefeciſſe*, *Profeciſſe* Wolf.

588. *Solio fultus genitoris eburno*] Curulem ſellam,

Digitized by Google

Geſtarum Patribus cauſſas ex ordine rerum,
Eventusque refert: veterumque exempla ſecutus
Digerit imperii ſub judice fata Senatu.
Nil cumulat, verbisque nihil fiducia celat.
Fucati ſermonis opem mens conſcia laudis
Abnuit. agnoſcunt proceres, habituque Gabino
Principis, & ducibus circumſtipata togatis
Jure paludatae jam curia militat aulae.
Adfuit ipſa ſuis ales Victoria templis,
Romanae tutela togae: quae divite pompa
Patricii reverenda fovet ſacraria coetûs,
Caſtrorumque eadem comes indefeſſa tuorum,
Nunc tandem fruitur votis; atque omne futurum
Te Romae, ſeſeque tibi, promittit in aevum.
Hinc te jam patriis laribus via nomine vero
Sacra refert. flagrat ſtudiis concordia vulgi,
Quam non illecebris diſperſi colligis auri;

Nec

lam, quam Livius eburneam, Vopiſcus eboratam, nominarunt: eodem modo deſcripſit in Paneg. de II. Conſ. Stilich. 199. *Seu celebres ludos, ſolio ſeu fultus eburno.* &c. DELR.

591. *Digerit*] Vetus liber, *dirigit*, & in unius margine, *digerit*, quod amplexi typographi fuerunt. DELR. *dirigit* Theoloſ. unus Medic. & alii duo. ut apud Statium v. Silv. I. 38.

——— *notat iſta Deus, qui flectit habenas*
Orbis, & humanos propior Jove dirigit actus.

fata quoque pro *facta* unus Petav. ut olim conjeceram. *fata imperii*, ut *Latia fata* Val. Flacc. Lib. II. 244

——— *non ulla meo te carmine dictam*
Abſtulerint, durent Latiis modo ſecula fatis.

ſic ſcribo. quid enim Hypſipylae cum *Latiis faſtis*. Silius Lib. XVI. 131. *adjunget Latiis tua nomina fatis.* HEINS. *digerere & dirigere* confundi vidimus ad Quinctil. X. 4. ego *digerit* praefero, cum edd. Vicet. Parm. Ald. & aliis. Virgil. II. Aen. 182. *ita digerit omnia* (vel *omina*) *Calchas.* & ad Statii locum ab Heinſio adductum doctiſſimus Marcklandus *ita digerit* tuetur. BURM.

592. *Celat*] *omittit* Lovan. *verbique* Vicetin.

593. *Fucati*] *Fruſtrati* Junian. *fuſcati* Leid. & *Annuit* Jun.

596. *Paludatae*] *pio lautae* Voſſ. Vicetin.

597. *talis Victoria templis*] ſubjungit: *Patricii venerandа fovet ſacraria coetus.* quo indicat, hanc illam eſſe Victoriae aram, quam v. c. Avianus Symmachus, contra D. Ambroſium & Prudentium acriter tutatus eſt. DELR. Hinc patet, Victoriam, pro qua Symmachus; renitente B. Ambroſio, non ſublatam, aut poſtmodo repoſitam. Hanc primo Conſtantius evertit, ſed ignorante Valentiniano Seniore, aut connivente, reſtituta eſt. poſtea Gratianus tolli decrevit. at ejus frater Valentinianus Junior Gentilium precibus conceſſit. in hanc rem Cicer. de Nat. Deor. *Res, in qua vis ineſt major aliqua, ſic appellatur, ut ea ipſa vis nominetur Deus, ut Fides, Mens, Concordia, Libertas, Victoria: quarum quia vis eſt tanta, ut ſine Deo regi non poſſint, ipſa res Deorum nomen obtinuit.* Atque haec ſunt arcana theologiae, ſi fas dicere, paganae. Vide Symmachum. ſed elegans diſtichon ſatis oſtendit, quid potuerit magnus ille Ambroſius:

Dicendi palmam Victoria tollit amico,
Tranſit ad Ambroſium, plus valet ira Dеae.

CLAVER. primus Mariangelus Accurſius Diatribe in Auſonium *ales* legendum monuit. atque ita Iſingr. Gyrald. tres Vaticani, & duo Medicei. etiam Pricaeanus pro diverſa lectione. facilis hic error. ſic & *praepetem Victoriam* vocat Prudentius, & *alitem famam* noſter Lib. II. in Stilich. 408. ubi plura. HEINS. *ales* Wolf.

598. *Quae divite penna*] *pompa* quindecim, ut triumphum intelligat. Lucenſ. & excerpta Pomponii Lacti, *parma*. qualis in antiquis nummis nonnunquam exhibetur. HEINS. *pinna* Lovan. vide III. Conſ. Hon. 2. *pompa* Vicetin. & Wolf. a m. s. ut & *foret* pro *fovet* ſeq. verſu.

601. *Nunc tandem fruitur votis*] *junctis* quatuor

Nec tibi venales captant aeraria plauſus
Corruptura fidem, meritis offertur inemtus
Pura mente favor. nam munere carior omni
Obſtringit ſua quemque ſalus. procul ambitus erret,
Non quaerat pretium, vitam qui debet amori.
O quantum populo ſecreti numinis addit
Imperii praeſens Genius! quantamque rependit
Majeſtas alterna vicem, quum regia Circi
Connexum gradibus veneratur purpura vulgus!
Adſenſuque cavae ſublatus in aethera vallis
Plebis adoratae reboat fragor, unaque totis
Intonat Auguſtum ſeptenis arcibus Echo!

Nec

ſcripti. Te ſcilicet & Roma. mox concinnius legas, ſi per libros veteres liceat, *omne fauri aevi*. prior certe Moreti, *aevo*. HEINS. *promittat* Jun. *permittit* nonnulli. *in aevo* Oxon.

607. *Inemtus*] *inemtis* Leid.

608. *Munere*] *murmure* Leid. excidit haec vox Vicetinae editionis curatoribus.

609. *Adſtringit ſua quemque ſalus*] *Obſtringit* meliores. *Obſtrinxit* prim. Vatic. & mox, *erres*, ac *quaerat*, & *muneris*, non *numinis*. prim. tamen Vaticanus a manu prima, aliique nonnulli, *nominis*, pro, *vitam qui debet amori* prim. & tert. Vaticani, *dedit*. a dedendo. Fors etiam, *Non quaerat pretio*, vitam ſcilicet. HEINS. pro *erret*, *haeret* Jun. Oxon. *quaeret* Lovan. Oxon. Leid. ed. Vicet. *dedit* etiam Lovan.

612. *Imperii praeſens ſpecies*] *Genius* ex ſcriptis legendum jam monuit Cl. Gronovius ad Statium cap. XXXI. atque ita duodecim ex noſtris. Pricaeanus, *genitu*. ſic in antiquis nummis GENIO POPULI ROMANI. & ſimilia in vetuſtis paſſim Inſcriptionibus. HEINS. vide Servium Fuldenſ. ad Virgil. II. Aen. 351. VIX tamen ratio adparet, cur, ſi *Genius* fuerit ſcriptum, mutaſſent librarii in *ſpecies*, quae dignitatem, ſplendorem, & pompam, qua Honorius intravit urbem, ſignificat. exempla obvia. BURM.

613. *Connexum gradibus*] *Connixum* Raphelengius contra libros. *Convexum* ſex, quod verum puto. optime enim formam graduum Circenſium ſic noſter exprimit, quam in rem vetus epigramma exſtat, cujus initium, *Circus imago poli*. Gloſſae Stephani, *Convexus*, κεκυρτωμένος. apud Lucanum Lib. IX. 502. *convexa galea*. ut quidem in nonnullis ſcriptis. Virgilio *convexa ſilvi* & I. Aen. 310. *convexus nemorum*. HEINS. ego *Connexum* praefero cum antiquis editionibus. ſedebat enim populus ſtipatus in gradibus, unde ex *lege loci* Ovid. I. Art. 142. dicit tangendam puellam. vide ad III. Amor. II. 19. *convexa* pro theatris tamen dixit III. Stilich. 190. ſed *convexum vulgus* dici poſſe vix puto. BURM.

615. *Adſenſuque cavae ſublatus in aethera vallis* &c.] Caeſar Bulengerus in Theatro ſuo lib. I. cap. LI. putavit hunc locum aliter legendum, interpungendumque hoc ſcilicet pacto,

Conſenſu cavae ſublatus in aethera clamor &c.

ſed corrupta & vitioſa indubie iſta lectio, omnibus MSS. excuſisque codicibus contraria, quippe natura *vallis* optime per τὸ *cavae* exprimitur. Lucan. Lib. IV. 724. *Ipſe cava regni vires in valle retentat*. Deinde & mens Poëtae alia, qui Circenſes deſcribit, in Circo autem illo aevo nullae caveae, ſed tantum in Amphitheatro. DEMPST. *Aſſenſuque* prim. Vatic. & tres alii ex melioribus. *Conſeſſuque* quintus Vaticanus, quod Gronovio non diſplicebat. quomodo *conſeſſum caveae* dixit Maro Aeneid. V. 340. & VIII. 636. Bulengerus de Theatro:

Conſenſu cavae ſublatus in aethera clamor.

ſed male. HEINS. *Conſenſuque* Leid. ut ſit oppoſitio, *conſenſus* & *fragor*. *in aethere* Jun.

616. *Plebis adoratae*] Claudius Caeſar, ait Suetonius, ſpectacula edentes voce ac manu veneratus eſt. Otho apud Tacitum protendens manus adorat vulgum. Rex vero Franciae, ut ſcribit Cedrenus, menſe Majo prodit in publicum, & coram tota gente praeſidet, eam adorat, inque vicem adoratur ab ea. verba ejus: τὸν Ῥῆγα Φραγγίας προκύπτειν καὶ ἀντιπροσκυνεῖσθαι. atque haec olim, ad exorandam Nemeſim, Romani Imperatores. CLAVER.

617. *Septenis arcibus Echo*] Quidam, *partibus*. DELR. veteres nonnulli, *vocibus* & *montibus*, & *partibus*, & *collibus*. perperam. *arces* pro collibus aut montibus poni jam alibi monuimus. Feſcenninis Honorii V. 60.

Aurea ſeptemgeminas
Roma coronet arces.

Lib.

Nec ſolis hic curſus equis: adſueta quadrigis
Cingunt arva trabes, ſubitaeque adſpectus arenae
Diffundit Libycos aliena valle cruores.
Haec & belligeros exercuit area luſus.
Armatos hic ſaepe choros, certaque vagandi
Textas lege fugas, inconfuſoſque recurſus,
Et pulchras errorum artes, jucundaque Martis

625. Cer-

Lib. III. in Stilich. 124. quomodo illic caſtigavimus:

Priſtina Romuleis inſoluit arcibus aetas.

apud Maronem II. Georg. 172.

Inbellem avertit Romanis arcibus Indum.

& ita Sidonium Apollinarem frequenter loqui recordor. HEINS.

618. *Nec ſolis hic curſus equis, aſſueta quadrigas Cingis rava tigris*] Tigrides quadrigis junctas dicimus en Aelio Lampridio in Heliogabalo, & *rauum* a colore, optimo ſenſu dictam, quis inficiari poſſit? ſimiliter & vide Horat. III. Od. 37. DEMPST. quem & vide in Etruria Regali Lib. III. cap. 73. *nec hic curſus equis ſolis* Jun. *advecta* Jun. Oxon. duo, pro varia lectione.

Aſſueta quadrigis Cingunt arva tigres] *Tingunt* legendum monent ſequentia. & ſic tres ſcripti: de venatione Circenſi agit. Valer. Flacc. I. 90. *niveique greges altaria tinguent.* male *cingent* vulgo & illic circumfertur. Virgilius in Dedicatione Aeneidos:

——— ——— *maxima taurus*
Victima ſacratos tinguet oſtro focos.

Vir magnus in ora libri ſui, *aſſueta quadrigas Cingunt rava tigres*, atque ita Commentariis in Manilium citat quod me non intelligere fateor. Raphelengius aſteriſcis locum notarat. Barthius, *Cingunt arma*, certe *arma* in ſeptem ſcriptis noſtrorum exſtat. ſed perperam pro *aſſueta* multi veteres, *advecta*. Pricaeanus, *atrita*. non male. ſed nil mutandum; Circus enim deſignatur. In Gyrald. Lucenſ. prim. Vatic. & tribus aliis pro *tigres*, *trabes*, ut pegma, aut ſcenam intelligat, aut etiam caveas, e quibus ferae emittebantur. in Oiſeliano, *Cingunt arma traves*. *trabes* pro pegmate etiam Conſulatu Mallii habes v. 327.

——— *varios effingat Mulciber orbes*
Per tabulas impuge vanus, pictaeque citato
Ludant igne trabes.

Hoc tamen loco arbores deſignari per *trabes* autumo, ut ſilva fuerit in Circo exhibita, & id venationi congruens omnino. HEINS. *advecta* etiam Wolf. *trabes* pro arboribus dici a Poëtis vidimus ad Valer. Flacc. III. 484. ſed frequentius apud veteres pro caeſis arboribus, hic vero pro in Circo poſitis. *aliena valle*, eſt non ſolita, ut in venatione vera ſolet fieri. vid. Virg. IV. Aen. 156. BURM.

620. *Diffundit*] *Diffudit* Jun. Oxon. duo Leid. Lovan. edd. Vicet. Parm. Iſingr. Junt. Colin.

Libycas] Cum Honorius, inquit Paulinus, Conſulatu ſuo, (non hoc tamen) munus Libycarum ferarum ederet, Comes Stilicho juſſit Creſconium adduci. At Ambroſius altari adfixum cum ſuis circumdedit, ſed ſatellites praevaluere. CLAVER.

621. *Haec & belligeros* &c.] Quae ſane de Circo perperam, ut puto, Joſ. Scaliger interpretatur Iſag. II. ad Manil. nam Claudianus antea de Circenſibus, iſto vero loco de campeſtribus agit, ſive militaribus exercitiis, quae in Campo Martio, aut verius ejus area. DEMPST. Hic varia ſpectaculorum, ſed innocuorum, genera, cruenta ſuſtulit Conſtantinus. Cod. Lib. XI. *Omnino*, inquit, *gladiatores eſſe prohibemus.* Prudentius,

Te precor Auſonii dux auguſtiſſime regni,
Ut tam triſte ſacrum jubeas ut cetera tolli.

Itaque Honorius etiam ſuſtulit, ut & refert Hiſtoria. CLAVER. *Haec* non *hic* meliores. HEINS. *Hoc* & Wolf.

622. *Armatas hic ſaepe choros*] Forte, *hac ſepe*, hoc ſepto. ſic *portarum ſepe* apud Naſonem pro ſepto IV. Triſt. I. 81. ut meliores membranae, non *ſede*. *Sepis* ſive *ſepimenti* quatuor ſpecies Varro enumerat de Re Ruſt. Lib. I. cap. XIV. inter quas etiam maceria ſive murus commemoratur. Vetus Epigramma de Circo:

Cardinibus propriis includunt ſepta quadrigas,

hinc *muralis ſepes* apud Spartianum vit. Hadriani, quod recte adverſus Caſaubonum tuetur Salmaſius. Livius Lib. VI. 2. *Vallum congeſtis arboribus ſepiebant quod ubi animadvertit Camillus, ignem in objectam ſepem conjici juſſit.* mox ibidem, *ſepem incendio abſumtam* vocat. HEINS.

623. *Inconfuſoſque*] *inconnexoque* Jun. *inconvexoſque* Oxon.

624. *Et pulchras errorum artes*] Malim *erronum*, quamquam invitis vetuſtis membranis. certe in uno Petaviano *heroum*, videantur quae ad Naſonem notavi Epiſt. XV. 53 *artes* hic in vulgatis legebatur, quomodo & veteres multi cum primo Vatic. ut *erro-*

625. Cernimus, inſonuit quum verbere ſigna magiſter,
Mutatos edunt pariter tot pectora motus.
In latus adliſis clipeis, aut rurſus in altum
Vibratis: grave parma ſonat, mucronis acutum
Murmur, &, umbonum pulſu modulante reſultans,
630. Ferreus alterno concentus clauditur enſe.
Una omnis ſubmiſſa phalanx, tantaeque ſalutant
Te, Princeps, galeae. partitis inde catervis
In varios docto diſcurritur ordine gyros,
Quos neque ſemiviri Gortynia tecta juvenci,
635. Flumina nec crebro vincant Maeandria flexu.
Diſcreto revoluta gradu torquentur in orbes

Agmi-

rum artes dicat, quomodo Silius Lib. IV. 319.

Aut illi dextros lunatis flexibus orbes,
Aut illi laevos finiunt in cornua gyros.
Texunt alterno glomerata volumina curſu,
Atque eadem refuga cedentes arte reſolvunt.

ita ſcribendum. Claverius ex ſuis, *pulchras errorum artes.* quomodo & ex noſtris quatuor aut quinque, quo alludunt veteres plurimi, in quibus *arces.* ſed *artes* loco movendas non eſſe cenſeo. HEINS. *arces* Oxon. intelligit Pyrrhicas.

625. *Cernimus*] *Comminus* Jun.

626. *Tunc pectore motus*] Rite vetus liber, *tot pectora.* DELR. *Tot* ex ſcriptis legendum. & mox, *adliſis* pro *illiſis*, quod alii jam viderunt. HEINS. *tunc pectora* Vicet. Parm. Ald. Iungr. ſed *tot* Wolf.

627. *Clipeis*] De Hoplomachis, Pyrrhicariis, & reliquis multi multa edidſerunt. Julius Caeſar Scaliger ſaepe & diu coram Maximiliano I. juſſu Bonifacii patrui, non ſine ſtupore totius Germaniae repraeſentavit πυρριχίσιν. de quo Imperator: Hic puer aut thoracem pro pelle aut pro cunis habuit. id vero ſcribit in libro Poëtices. Ceterum vera clipei forma rotunda erat olim, hodieque talis apud nos, ad inſtar τοῦ ζώου ἀσπιδοῦ, quae caudam, ut hic Poëta loquitur, reducto ore vorat. Ariſtophanis interpres: Κυκλικαὶ γὰρ ἦσαν αἱ Ἀσπίδες τῶν παλαιῶν. In hac dictione duo magni & Graeca eruditione Juriſconſulti ſe miro laptu inſignivere, ut me olim monuit fidereus, imo oculus mundi, Cujacius. Exſtat vero nobile Epigramma, aetate, ni fallor, Juſtiniani Pandectis practixum verſibus Latinis traductum, ubi haec: Οἷά τις Ἡρακλῆι, παναίολον Ἀσπίδα τεύξας, Alciatus: *Tanquam aliquis varium compoſuerit Aſpida magno Alcidae.* hunc ſecutus Contius: *Alcidae haud melius varium quiſquam Aſpida magno Excudat.* Sane dubitanter exprimunt Ἀσπίδα, ejusque epitheton παναίολον, cujus terminatio non impedit, quominus ſit generis feminini, cauſa incognita, quaſi capite minuunt. Heſiodus autem poëma edidit, cujus inſcriptio: Ἀσπὶς Ἡρακλέους, quam & σάκος παναίολον vocat, unde ſine dubio hoc Epigramma colorem duxit. atque haec poſteris invidere nolui. CLAVER.

628. *Mucronis acutum Murmur*] *acuti* libri nonnulli. Lego minima mutatione: *grave parma ſonat, mucronis acutum Murmura.* vel, *ſonant.* grave ſonat parma, enſis acutum. *acutum* certe in melioribus membranis exſtat. mox *reſultat* pro *reſultans* libri. HEINS. *moderante* etiam Leid. *reſultat* Vicet.

630. *Clauditur enſe*] *plauditur* Raphelengius contra ſcriptos. optime tamen ad ſenſum, quamvis diſcedente in alia omnia Barthio. ſic apud Statium v. Silv. I. 129.

Quis tibi tam tenero permiſit plaudere collo
Nubiginas clipeos.

Gallaeci apud Silium Lib. III. 340.

Ad numerum ſonoras gaudentes plaudere cetras.

vulgata tamen lectio temere non eſt ſollicitanda. ſic apud Horat. Lib. II. Sat. I. *pedibus delectat claudere verba.* & *claudere verſum* Perſio. HEINS. *clauditur ictu* Voſſ. *plauditur enſe* Wolf. *contentus* Vicet. & Parm.

631. *Omnis*] *animis* Oxon. *ſubnixa* Jun. Oxon. Lovan. Voſſ. edd. Vicet. & Parm.

633. *Ordine gyros*] *agmine* optimus Ambroſ. & mox, *vel crebro* Gyrald. ſequentia male vulgo diſtinguebantur. HEINS. Sed *agmina* ſequuntur.

634. *Semiferi*] Gyrald. Lucenſ. & duo alii, *ſemiviri*, atque ita promiſcue in antiquis libris. *ſemivirum bovem* hunc eumdem Minotaurum Nato II. Art. 24. appellavit. ſic & *Neſſum ſemivirum* vocat Epiſt. IX. 141. HEINS.

635. *Nec crebro*] *vel crebro* Vicet Parm. *ne crebro* Ald.

636. *Recoluta*] *reſoluta* Jun. Lovan.

637. *Cur-*

Agmina: perpetuisque immoto cardine clauſtris
Janus bella premens, laeta ſub imagine pugnae,
Armorum innocuos paci largitur honores.
Jamque novum faſtis aperit felicibus annum
Ore coronatus gemino; jam Thybris in uno
Et Bruti cernit trabeas, & ſceptra Quirini.
Conſule laetatur poſt plurima ſecula viſo
Pallanteus apex. agnoſcunt Roſtra curules
Auditas quondam proavis, deſuetaque cingit
Regius auratis fora faſcibus Ulpia lictor.
Et ſextas Getica praevelans fronde ſecures,
Colla triumphati proculcat Honorius Hiſtri.
Exeat in populos cunctis illuſtrior annis,
Natus fonte ſuo: quem non aliena per arva
Induit hoſpes honos: cujus cunabula fovit
Curia: quem primi tandem videre Quirites:
Quem domitis auſpex peperit Victoria bellis.
Hunc & privati titulis famulantibus anni,
Et quos armipotens genitor, retroque priores
Diverſis geſſere locis, ceu Numen, adorent.
Hunc & quinque tui, vel quos habiturus in orbem

Poſt

637. *Cardine clauſtrii*] *Clatbris* Gyrald. dictum Lib. III. Stilich. 272. *clauſtris* in Oiſeliano. HEINS. *plauſtris* Jun. *perpetuis* Oxon. Lovan.

638. *Laeta ſub imagine pugnae*] *laetae* unus Ambroſ. & Petav. HEINS.

641. *In uno*] *in imo* Wolf.

642. *Cernit*] *cernunt* Leid.

645. *Deſueta*] *diſſueta* Vicet. Parm. *Auditis* etiam Wolf.

646. *Regius*] *regibus* Oxon.

647. *Praevelans*] *praevallens* Leid. pro *praevallans*. vid. II. in laud. Stilich. 189.

Fronde] *lauro*. DELR. *fronte* Lovan. *corle* Jun. *& feſtas G. pr. fronte* Wolf. mox *praeculcat* Jun.

648. *Triumphati*] Heins. ad III. in Stilich. 13. citat *catenati*. animo obverſante verſu ex Bell. Getic. 293.

649. *Populos*] *populis* Lovan.

Cunctis inluſtrior annus] *annis* prim. Vatic. & decem alii. HEINS. Ita & cod. Barth. & edd. Vicet. & Parm.

651. *Induit hoſpes honos*] *Imbuit* fruſtra contra libros Raphelengius, qua de re ſupra vs. 68. *hoſpes honos*, ut *hoſpes dolus* apud Ovid. Epiſt. II. 74.

Hic eſt cujus amans hoſpite capta dolo eſt.

ita enim codices nonnulli, non *hoſpita*. HEINS.

654. *Anni*] Non inepte *annum* codicem ſuum habere ſcribit Barthius.

655. *Regesque priores*] *retroque* major ſcriptorum pars cum primo Vaticano. & placet. Lib. I. in Eutrop. 475.

——— *quantis injuria mille per annos*
Fit retro ducibus.

Cod. Theod. Lib. VII. tit. 8. *ex ſuſpicione ream conjugem facere veteres retro principes abnuerunt.* Lamprid. Alex. Severo: *Si quis ei recitavit Alexandri Magni laudes, aut meliorum retro principum.* atque ita ſaepe aevi ejus ſcriptores. Sed & in marmoribus antiquis interi titulos Caeſarum frequenter occurrit, *virtute & felicitate omnes retro principes ſupergreſſus.* tum, *ſuper omnes retro principes providentiſſimus.* &, *providentiſſimus retro principum.* HEINS. *retro* Wolf.

656. *Geſſere*] *egere* Voſſ. *geſſere Getis* Leid. *adores* Leid. *adorent* Jun. Oxon.

657. *Vel quos habiturus in urbe*] *in urbem* primus Vaticanus. Pricaeanus, *in orbe. in orbem* Oiſelianus, quomodo & ex Mediceis unus recentior, addita gloſſa, *in circuitum*. eleganter. Noſter Lib. II. in Eutrop. 184.

Inque orbem tereti mitra redeunte capillum
Struxerat.

Sic

Poſt alios, Auguſte, colant: licet unus in omnes
Conſul eas, magno ſextus tamen iſte ſuperbit
Nomine, praeteritis melior, venientibus auctor.

Sic apud Livium Lib. v. *Senae bovae in orbem operi attributae ſunt.* Lib. III. *Ut unus faſces haberet, & hoc inſigne regium in orbem ſuam cujusque vicem per omnes iret.* ita & *in numerum* ſaepius occurrit apud Poëtas. Moreti liber optimus, *honores.* HEINS. *in urbem* Wolf.

659. *Iſte*] Claver. *ipſe.*

660. *Nomine*] Crediderim hoc loco tollendum prius *n*, relinquendumque *omine*, ut aliter omnes, quos vidi, libri. DELR. male. vid. II. de laud. Stilich. 242. Conſ. Mall. 267. Sil. Ital. XVI. 131. *venientibus ultro* Leid. a m. pr. BURM.

CL.

Digitized by Google

CL. CLAUDIANI
LAUS SERENAE.

Dic mihi, Calliope, tanto cur tempore differs
Pierio meritam ſerto redimire Serenam?
Vile putas donum, ſolitam conſurgere gemmis,
Et rubro radiare mari, ſi floribus ornes
Reginae Regina comam? ſed floribus illis,
Quos neque frigoribus Boreas, nec Sirius urit
Aeſtibus: aeterno ſed veris honore rubentes
Fons Aganippaea Permeſſius educat unda:
Unde piae paſcuntur apes, & prata legentes
Transmittunt ſeclis Heliconia mella futuris?
Dignius an vates alios exercuit unum
Femineae virtutis opus? conſorte redemto
Caſta maritali ſucceſſit Theſſala fato,
Inque ſuos migrare virum non abnuit annos.
Hoc Graji memorant. Latiis movet ora Camenis.
Praeſcia fatorum Tanaquil, rediensque per undas

Cloelia

VI. 1. *Dic mihi*] Hic verſus aliter ſe habet in veteri codice, quod & notavit Cujacius, nempe: *Dic mihi Calliope, cur tantum in tempora differs.* quod ille vir non probabat, & merito. de Serena vero ſupra dictum eſt. CLAVER. *mea* ſcripti: ſic *noſtra Thalia* Praeſat. in Conſ. Mall. mox pro *tanto cur tempore*, plerique, *cur tanto*. Claverii liber & ex noſtris novem, *cur tantum in tempore*. optimus Ambroſ. *cur tanto in tempore*. Schedae Gudianae, *tantum in tempora*. primus Medic. *cur tantum interprete*. Puto, *cur tanta in tempora differs*. Val. Flacc. IV. 62. *in quaenam tempora differs Caucaſium, Rex magne, ſenem*. Silius Lib. VII. *in lucem proelia differ*. vide plura IV. Conſ. Hon. 385. HEINS. *Dic mihi* tamen quaſi ex formula, de qua vide egregie Broukhuſ. ad Propert IV. III. 23. & quae nos ad Ovid. Epiſt. XVI. 341. deinde, *cur non in tempore* Busl. BURM.

2. *Pierio*] *pleno* Voſſ. *redimire coronam* alter a m. pr.

4. *Et rubro radiare mari*] *Aut* prim. Vatic. aliique nonnulli. mox, *ſi floribus illis*, non *ſed* quidam rectius. HEINS. *& rapido*, vel *rubro* Lovan. ego ſecundo loco *ſed floribus illis* retinendum puto cum priſcis editionibus; non enim omni genere florum vult ornari, ſed *illis*, quos &c. de quo uſu *vid. ſed* vide ad Petron. cap. CXXVIII. Phaedr. IV. fab. 17. Ovid. XIII. Met. 273. & alibi. nec obſtat ſequens *ſed*, quod reſpondet praecedentibus *neque*, *nec*. & ipſe Heinſius ad III. Rapt. 409. elegantiam in repetitione *vid. ſed* oſtendit, ut & nos ſaepe ad Ovidium. vid. ad Lib. V. Met. 17. & alibi. BURM.

6. *Frigoribus*] *fulgoribus* Busl.

8. *Fons Aganippea Permeſſides*] *Permeſſius* Gyrald. prim. Vatic. Palat & opt. Ambroſ. bene. HEINS. Ita Parm. Junt. Colin. Iſingr. Gryph. *Permeſſides* MSS. Pulm. & Leid. & ita Ald. *Permenſius* cod. Barthii.

9. *Unde piae paſcuntur apes*] *paſcantur* tert. Vatic. aliique nonnulli cum quibusdam editionibus, & tum, *transmittant* verſu proximo ſit reponendum. HEINS.

11. *Dignius an vates*] *haud vates* Gyrald. & Iſingr. mox pro *quod ſponte redemto*, optimus Ambroſianus, *conſorte redemto*, cujus gloſſa in Gyraldino, *quod ſponte marito*. HEINS. *haud vates* ed. Gryph. *aut* marg. Marcil. *ſponte marito* Parm. deinde, *Theſſala buſto* Busl.

14. *Migrare virum non abnuit*] Buslidianus codex, *viros*. lege, *viro*. HEINS. *non abnegat* Voſſ. duo, Busl. Oxon. vid. II. in Rufin. 72.

15. *Hoc*] *Haec* Busl.

Cloelia Thybrinas, & eodem flumine ducens
Claudia virgineo cunctantem crine Cybeben.
Anne aliud toto mœstur carminis actu
Maeonii mens alta senis? quod stagna Charybdis
Armavit, quod Scylla canes, quod pocula Circe;
Antiphatae vitata fames, surdoque carina
Remige Sirenum cantus transvecta tenaces;
Lumine fraudatus Cyclops, contemta Calypso;
Penelopae decus est: atque uni tanta paratur
Scaena pudicitiae. terrae pelagique labores,
Et totidem saevi bellis, quot fluctibus, anni
Conjugii docuere fidem. sit Claudia felix
Teste Dea, castosque probet sub numine mores,
Absolvens puppisque moras crimenque pudoris:
Penelope trahat arte procos, fallatque furentes
Stamina nocturnae relegens sollertia telae;
Non tamen audebunt titulis certare Serenae.

Quod

17. *Cloelia*] *Coelia* Oxon. *Colebia* Busl. *Cloelia* Parm. *Coelia* Wolf.

18. *Crine Cybeben*] *fune* scribendum putabam olim, ex illo Propertii Lib. IV. El. XI. 51.

Vel tu qui castam movisti fune Cybellen
Claudia, turritas rara ministra Deae.

sed oportune erroris me admonuit vir Cl. Albertus Rubenius, summa literarum ac bonarum artium cum jactura e vivis nuper ereptus. adferebat ille Sidonii Apollinaris locum carm. XXIV. qui vulgatam in Claudiano nostro scripturam prorsus confirmat, hisce versibus:

Qualis nec Phrygiae dicata Vestae,
Quae contra satis Albulam tumentem
Duxit virgineo ratem capillo.

alii cingulo Claudiae navem ductam asseverant, quos inter Minucius in Octavio, Tertullianus, & Hieronymus cum Lactantio. HEINS. *constantem* MS. Barthii.

19. *Anne aliud*] *annue quin aliud* Busl.

21. *Armavit*] *Armarit* Busl. HEINS.

23. *Transvecta*] *tranjecta* Busl.

25. *Penelope decus atque suum*] Ita vetus liber, quod Latinum est. nam Virgil. *Ausi omnes immane nefas.* In aliis tamen, *Decus atque suum*, quod no plane rejiciam facit illud Statii de Plutone: *suaque & quae desuper urget Nutabat tellus.* CLAVER. Locus vexatissimus. Raphelengius ex conjectura viri maximi, *Penelopes decus aequaevum*, & mox, *paratu.* Behotius in Apophoretis Lib. II. 10. *Penelopae decus atque suum*, minima mutatione. Penelopae decus & Homeri. Claverius ex veteri libro, *Penelope decus ausa suum.* sed illam Cujacii potius conjecturam existimem. Torquet & se hic valde Barthius. primus Vaticanus, Palat. & Petav. cum duobus Mediceis, *Penelopae decus est; atque uni tanta paratur.* quod verum opinor, etiam approbante Alberto Rubenio. octodecim alii, *Penelope decus atque uni cui.* ex quorum vestigiis Barthii curae secundae corrigunt:

Penelopea decus, uni cui tanta paratur.

cui & alias conjecturas subtexit. mihi verius videatur: *Penelopae decus est. uni cui tanta paratur Scena pudicitiae.* In schedis Gudianis, *Penelopae decus atque rui.* HEINS. *Penelopae decus atque viri, cui* Heinsius edit. pr. *Penelope decus est, atque suum cui t. p.* Parm. *Penelopae decus, atque uni cui* Ald. *Penelopae decus aequaevum* ed. Caesii. *Penelopae decus atque uni* Wolf.

27. *Et totidem saevi bellis*] Ita scripti. Raphel. *bello. Ut totidem* Barthius. deinde *fit* pro *fic* iidem. bene. quomodo Behotius conjecerat. *decuere fidem*, non *docuere* Palat. HEINS. *totidem saevis b. q. f. annis* Busl. qui etiam, *fi Claudia. Et totidem emensi bellis* Markland. ad Stat. III. Silv. V. 7. vide Arntzen. ad Plin. Paneg. cap. V. BURM.

32. *Sollertia telae*] Sic primus Vatic. quindecim alii, *Lactia* cum schedis Gudianis. quinque, *certissima* cum Aldo. *Lacertis* Oiselianus, & emendatum *lassantia.* Busl. *laxantis* pro *lassantis. Stamina* etiam probe Raphelengius. scripti confirmant. pro *titulis certare Serenae*, prim. Vatic. *ferture.* forte pro, *se aequare.* HEINS. *Laertia* Wolf.

37.

Quod ſi nobilitas cunctis exordia pandit
Laudibus; atque omnes redeunt in ſemina cauſſae,
Quis venerabilior ſanguis, quae major origo,
Quam regalis, erit? non hoc privata dedere
Limina, nec tantum poterat contingere numen
Anguſtis laribus. patruo te Principe celſam
Bellipotens inluſtrat avus, qui ſigna Britanno
Intulit Oceano, Gaetulaque repulit arma.
Claram Scipiadum taceat Cornelia gentem,
Seque minus jactet Libycis dotata tropaeis.
Cardine tu gemino laurus praetendis avitas:
Inde Caledoniis, Auſtralibus inde parentum
Cingeris exuviis. necdum moderamina mundi
Sumſerat illa domus, quum te Lucina beatis
Ederet aſtrorum radiis. o maxima rerum
Gloria! poſt genitam didicit regnare Serenam.
Quid dignum memorare tuis, Hiſpania, terris
Vox humana valet? primo levat aequore Solem
India: tu feſſos exacta luce jugales
Proluis, inque tuo reſpirant ſidera fluctu.
Dives equis, frugum facilis, pretioſa metallis,
Principibus fecunda piis. tibi ſecula debent
Trajanum: ſeries his fontibus Aelia fluxit.

Hinc

37. *Non te privata*] *Non hoc* Gyrald. Lucenſ. & tredecim alii. vere. *hic* in ſchedis Gudianis, & *potuit* pro *poterat*. mox *numen* pro *nomen* optimus Ambroſ. HEINS. *non haec* Oxon. *hoc* Wolf. *lumina* Oxon. & Buslid.

39. *Auguſtis*] Deerat hic verſus Buslidiano.

40. *Signa*] *ſtagna* Buslid. *Britanno* Junt. Ald.

41. *Gaetulaque*] *Gaetuli* Buslid.

42. *Taceat*] *taceant* ed. Gryph.

43. *Dotata*] *ditata* Voſſ. vid. ad I. in Eutrop. 91. nihil muto. reſpicit ad illa Juvenal. VI. 169. *numeras in dote triumphos*, ut recte Barthius, unde & puto in Buslid. eſſe, *dotata triumphis*. BURM.

44. *Tu*] *te* Colin.

46. *Cingeris exuviis*] *exuviis* primus Vatic. & optimus Ambroſ. vidit Barthius. paulo ante, *laurus avitas*, non *lauros* primus Vatic. HEINS.

48. *Adderet aſtrorum radiis*] *Ederet* ex conjectura viri politiſſimi Gaſparis Gevartii reponendum, ut felici ſidere Serenam natam fuiſſe innuat. atque ita Palatinus codex. apud Statium III. Silv. IV. 63.

——— *o ſidere dextro*
Edite, multa tibi coeli indulgentia fecit.

addita aſtrorum radiis non poterat dici Serena, niſi poſt mortem. ſic Lib. III. in Rufin. de Theodoſio mortuo:

Auctior adjecto fulgebat ſidere mundus.

HEINS. *poſt domitam d. r. Serenam* Buslid. *ederet* etiam Barthius ex ſuo codice.

49. *Didicit*] Indicat Theodoſium paulo poſt natam Serenam ad imperii gubernacula accitum eſſe. CLAVER.

50. *Hiſpania*] Ejus ſane laus perpetua, quod bonos Principes mundo praebuerit, quales fuere Trajanus, Hadrianus, Theodoſius. vide, quaeſo, Lat. Pacatum, ubi multa in laudem Hiſpaniae. CLAVER.

51. *Primo levat aequore ſolem*] *levat* Iſingr. prim. Vatic. cum quinque aliis. dictum Lib. II. in Eutrop. 239. malo &, *primum*. HEINS.

53. *Tuo fluctu*] *tuus fluctus* libri plerique. aliter tamen prim. Vatic. HEINS. *tuos fluctus* Wolf.

Hinc ſenior pater; hinc juvenum diademata fratrum
Namque aliae gentes, quas foedere Roma recepit,
Aut armis domuit, varios aptantur in uſus
Imperii: Phariae ſegetes, & Punica meſſis
Caſtrorum devota cibo: dat Gallia robur
Militis: Illyricis ſudant equitatibus alae.
Sola novum Latiis vectigal Hiberia rebus
Contulit Auguſtos. fruges, aeraria, miles
Undique conveniunt, totoque ex orbe leguntur:
Haec generat, qui cuncta regant. nec laude virorum
Cenſeri contenta fuit, niſi matribue aeque
Vinceret, &, gemino certatim ſplendida ſexu,
Flaccillam Mariamque daret, pulchramque Serenam.
Te naſcente ferunt per pinguia culta tumentem
Divitiis undaſſe Tagum. Callaecia riſit
Floribus, & roſeis formoſus Duria ripis
Vellera purpureo paſſim mutavit ovili.
Cantaber Oceanus vicino litore gemmas
Exſpuit: effoſſis nec pallidus Aſtur oberrat
Montibus. oblatum ſacris natalibus aurum
Vulgo vena vomit: Pirenaeisque ſub antris
Ignea flumineae legere Ceraunia Nymphae.
Quaeque relabentes undas aeſtumque ſecutae
In refluos venere palam Nereïdes amnes;

Con-

57. *Juvenum*] *niverum* Buslid.

59. *Domuit*] *docuit* Buslid. mox pro *fegetes*, *gentes* Oxon. & *Gallica robur* pro *Gallia* Buslid.

62. *Militis Illyricis ſudant equitatibus alae*] Puto, *Illyricae*. Heins. *equitantibus* Buslid. forte, *undant equitatibus*. ita Val. Flacc. 1. 539. *Undat equis*. & mox vs. 71. *Divitiis undaſſe Tagum*. *undare* vero & *ſudare* confundi docebunt notae ad Epithal. Pallad. 5. Burm.

64. *Auguſtos*] *Auguſto* Parm.

66. *Qui*] *quaecumque regunt* Buslid. mox pro *niſi matribus*, *nec* Wolf.

68. *Et gemino*] *a gemino* cod. Barth. qui ſequentem verſum non habet.

71. *Callaecia*] *ſqualientia* Buslid.

Riſit floribus] vide Conſ. Mall. 273.

73. *Vellere purpureo p. m. ovile*] *Vellera* quidam ſcripti. Lucenſ. *vellere ovili* & ſic duo Medicei cum primo Vatic. & Palatino. malim & *fucavit*, non enim mutavit, cum rutilus ille color ſit nativus ovibus Hiſpanis. Lib. 1. Rufin. 387. *ſponte rubebunt Attenti paſtore greges*. mox diſtinguendum, *Cantaber Oceanus*. vide Nupt. Honor. 88. Heins. Eodem redire puto ſive legas, *vellera mutavit ovili*, ſive *vellere ovile*. vid. ad Ovid. VIII. Met. 448. *vellera p. p. m. ovile* Parm. *ovile* poſitum pro gregibus. vid. ad Virgil. 1. Ecl. 8. *mutabit* vero retinendum eſt. imitatur enim Virgilium Ecl. IV. 44. *jam croceo mutabit vellera luto*. Burm.

75. *Oberrat*] *aberrat* cod. Barth. *Auſter* Oxon. Busl. Wolf. mox pro *oblatum*, *oblatum* Parm.

77. *Pirenaeique ſub antris Ignea fulmineis*] Lege, *Pirenaeisque*, & *flumineae* cum duodecim ſcriptis, quomodo & primus Vaticanus. deinde, *relabentes*, pro *rebellantes*, ſcripti meliores, quod merito ſecutus Raphelengius. Aldus & quatuor ſcripti, *relegentes*. opt. Ambroſ. *recedentes*. ſchedae Gudianae *relegantes*. Heins. *ignea fulminibus* Junt. Ald. Colin. ſed Parmenſis *fluminis*. *relebantes* Idem, hoc eſt *relabantes*.

78. *Ceraunia*] Plinius: *eſt inter candidas gemmas, quae & Ceraunia vocatur, fulgorem fiderum rapiens*. Suidas gemmas fulguris recenſet, inter quas ἀργύτις. Sidonius vero habet *Fulminis lapidem*. Claver.

18.

Confeſſae plauſu dominam, cecinere futuris
Auſpicium thalamis. alio tum parvus in axe
Creſcebat Stilichon, votique ignarus agebat,
Debita cui longe conjux, penitusque remoto
Orbe parabatur tanti concordia fati.
Nec tua mortalis meruit cunabula nutrix.
Ubera prima dabant gremiis redolentibus Horae,
Ternaque te nudis innectens Gratia membris
Adflavit, docuitque loqui. quacumque per herbam
Reptares, fluxere roſae: candentia naſci
Lilia. ſi placido celliſſent lumina ſomno,
Purpura ſurgebat violae factura cubile
Gramineum, vernansque tori regalis imago.
Omina non audet genetrix tam magna fateri,
Succeſſusque ſuos arcani conſcia voti
Spe trepidante tegit. geſtabat Honorius arto
Te pater amplexu. quoties ad limina princeps

Theu-

81. *Plauſu dominam*] *plauſuque omnem* Voſſ. a m. pr.
82. *Alio tum*] *cum* Parm.
83. *Agebat*] *babebat* Parm.
85. *Parabatur*] vir doctiſſimus, qui nuper Statii Silvas edidit, Marklandus ad Lib. I. Silv. II. 31. legebat, *parabantur tanti conſortia fati.* eleganter ſane, ſi MSS. addicerent. Burm.
86. *Meruit*] *verum* Buslid.
87. *Gremiis redolentibus Horae*] Ita vetus liber, cum in aliis *Aurae*, quod abſurdum. *Horae* enim ſunt Deae floreae. Orpheo ἱκεσίαι κρὴ πολυώδμοι. ſunt vero Jovis ac Themidis filiae. Claver. *aurae* Gyrald. prim. Vatic. ac reliqui plerique. *aulam* ſchedae Gudianae. Claverius ex ſuo lioro, *Horae.* atque ita Raphelengius. ſex veteres, *gremio redolentibus aulam.* opt. Ambroſ. *gremio redolente napes.* Lege, *Napaeae.* mox, *Trinaque* Buslidianus. pari propemodum modo Marcianus Capella Libro IX.

Conſcia jam Veneris nova ſenta parate Napaeae,
Crocumque leſto ſpargite.
Inque eorum violas certatim effundite conchis,
Pulvinar almum & comite.

Vulgata tamen ſcriptura temere non eſt ſollicitanda, cum Pindari illa reſpexiſſe videatur noſter Pyth. Od. IX. Τόθι παῖδα τίκτεται ὐ πάντως Ἔρμᾶς ἰοθρόνοις Ὥραισι κρὴ Γαίᾳ ἀνολβὸν φίλας ὑπὸ μαζῶς ἔσσε. σαὶδ' ἐπιγνύμενοι Θαλάμοισι βρίθῳ ἀνταῖς ὑπνῳ ὸν χιλέσσε κρὴ ἀμβροσίαν τάξουσι. Praeſidebant enim Horae puerperio. Nonnus Dionyſ. III. Ἐς τόκον Ὥρῃσι Τύχη ἱμείρατο πολιχόιδις. *gremiis redolentibus* propter flores, qui in tutela Horarum noſter Conſul. Olybr. 278. *te variis ſcribent in floribus Horae.* Heins. de *trina* & *terna* vid. ad Ovid. Epiſt. IX. 38. *aulae* Parm. *aula* Ald. deinde forte ſcripſerit, *Ternaque ter nudis te innectens*, vel *nectens.* ſed & *te* omitti poteſt. Burm.
89. *Adflavit*] Septem cum Gudianis excerptis, *Affluxit.* opt. Ambroſ. *Alluſit.* deinde *quacumque* cum ſcriptis lego. Heins. *quodcumque* Buslid. *quantumque per herbam Reptares* Parm. *quocumque* Junt. Gryph. Iſingr. Colin. ſed illud *naſci* non videtur convenire τῷ *fluxere*, nec *ſurgebat.* forte, *candentia paſſim Lilia.* poſſet tamen *naſci* defendi illis Perſii Sat. II. 38. *Quidquid calcaveris hic roſa fiat.* ubi Caſaubonus *fiat* pro *naſcatur*, ut γενέσθω pro γενηθέτω, explicat. ſed temporum variatio hic incommoda videtur. niſi legas, *fulgere roſae, candentia naſci Lilia.* haec vero jungere ſolent Poëtae, ubi formae puellaris praeſtantiam depingunt, & ruborem candori mixtum commendant, ut omnibus notum. Burm.
91. *Somno*] *mundo*] Voſſ.
92. *Purpura fulgebat*] *ſurgebat* prim. & plerique alii. pro *factura* prior Moreti & Patav. *fractura.* ut ad Statium conjecit doctiſſimus Gronovius, qui videndus Diatribes cap. XVI. tertius Vatican. *fertura.* pro *fartura*, ut Cruceus in Frondatione pag. 132. Auſonius Epiſt. IX. *Gramineum nunc frango torum.* in Catalectis Pithoei, *Frange toros, bibe vina, roſas pete, tinguere nardo.* hic tamen viola eorum facit, non frangit. mox, *vernansque*, & *omina* bene Raphelengius pro *vernatque*, & *omnia.* Heins. *ſurgebat* Wolf.

Et ſolo Jove nata ſoror, quum ſorte reviſunt
Aequorei ſortem patrui, ſpumantia cedunt
Aequora, caſtarum greſſus venerata Dearum.
Non ludit Galatea procax, non inprobus audet
Tangere Cymothoën Triton: totoque ſeveros
Indicit mores pelago pudor: ipſaque Proteus
Arcet ab amplexu turpi Neptunia monſtra.
Tales ſceptriferi viſurae tecta parentis
Limen Honoriades penetrant regale ſorores.
Ambas ille quidem patrio conplexus amore:
Sed merito pietas in te proclivior ibat.
Et quoties, rerum moles ut publica cogit,
Triſtior, aut ira tumidus flagrante redibat,
Quum patrem nati fugerent, atque ipſa timeret
Conmotum Flaccilla virum, tu ſola frementem
Frangere, tu blando poteras ſermone mederi.
Adloquiis haerere tuis. ſecreta fideli * * *
Priſca puellares reverentia tranſilit annos.
Non talem Triviae confert laudator Homerus
Alcinoo genitam: quae, dum per litora veſtes
Explicat, & famulas exercet laeta choreas,
Auratam jaculata pilam, poſt naufraga ſomni
Otia, progreſſum foliis expavit Ulixen.

Pic-

123. *Reviſunt*] *tremiſcunt* Buſl.

128. *Inducis mores*] Scripti fere omnes, *Indicit*. recte. ut monui Bell. Gild. 16. malim etiam, *totique*. apud Ammianum Lib. XVI. de Juliano: *temperantiam ſibi ipſi indixit*. & initio Lib. XVII. de eodem: *plus laboris ſibi quam militibus indicere*. HAINS. *Indicit* Parm. *Incidit* Wolf. vide ad Quinctil. Declam. XIII. 5. & ad Lucan. II. 4. BURM.

129. *Amplexu*] *implexu* Buſlid. non male, quia de monſtris marinis agitur.

135. *Flagrante rediret*] *redibat* meliores. HEINS.

136. *Patrem nati*] *Cum pater & nati* Buſlid. mox, *Facilla* Wolf. *frementes* Parm.

137. *Conmotum*] Supra diximus de ira Theodoſii, quam hic locus, quaſi diducto velo, aperit. alias tamen a Cedreno dicitur χαριὶς τὸν ὀργίλον, τὸν πρόνοιαν δὶ χαρίσατο. CLAVER.

139. *Secreta fidelis*] *fideli* conſtanter ſcripti, ut appareat verſum unum alterumque excidiſſe. HEINS. Ego credo in *fideli* latere verbum, quod idem notet quod credere, committere; niſi ſequenti verſui adſignes *ſecreta fideli Credere* &c. quae conjectando nemo adſequetur. BURM.

140. *Tranſilit*] *tranſtulit* cod. Barthii & Buſlid.

141. *Homerus*] Platoni Ἀριστο- μὴ θεόπομπο- τῶν ποιητῶν. Themiſtius vocat πρεσβύτερον τῶν Πλάτωνος καὶ Ἀριστοτέλους λόγων. apud Gyl. inter ſtatuas, quae Byzantii fuere, a Zeuxippo effingitur; mente congeſta, manibus ſub imum pectus conjunctis, barba demiſſa, capillo raro, facie tetrica; huic vero naſus mediocris. oculi caecum prae ſe ferunt. CLAVER.

143. *Choreas*] *choreis* Voſſ. duo. ed. Ald. quod non ſpernendum. ita *famulas exercere perſo* Virg. VIII. Aen. 411. quamquam vulgata Virgilii imitatione ſe tueri poteſt, qui Lib. I. Aen. 499. *Exercet Diana choros*. BURM.

144. *Pilam*] Homerus de Nauſicaa: σφαῖραν ἔχειν· ἔβαλε μετ' ἀμφίπολον βασίλειαν. CLAVER.

145. *Expavit*] Hoc verbum, niſi adhibito in conſilium Homero, haud quivis percipiat. Odyſſ. ζ. Ὡς εἰπὼν ὕπνον ἐπεδεύετο δῖο- Ὀδυσσεύς. deinde: Ὣς δ' Ἀλκινόου θυγάτηρ μίμνε τῇ δ' Ἀθήνη θάρσο- ἐν φρενὶ θῆκε, καὶ ἐκ δέο- πᾶλτο γυίων. ergo Nauſicaa primo aſpectu pavit ut puella, ſed, Palladis ope, pa-

vore

Pierius labor, & veterum tibi carmina vatum
Ludus erat: quos Smyrna dedit, quos Mantua, libros
Percurrens, damnas Helenen, nec parcis Eliſſae.
Nobiliora tenent animos exempla pudicos.
Laodamia ſequens remeantem rurſus ad umbras
Phyllaciden, & prona ruens Capaneia conjux
Communes ardente viro mixtura favillas,
Et gravis incumbens caſto Lucretia ferro,
Vulnere quae proprio facinus teſtata tyranni,
Armavit patriae juſtos in bella dolores,
Exſule Tarquinio; memorandaque concidit, uno
Ulta pudicitiam libertatemque cruore.
Talia facta libens non tu virtute minori,
Sed fato meliore, legis. jam nubilis aetas
Principe ſollicito votis erexerat aulam,
Incertis quem tanta tori fortuna maneret.
Antiquos loquitur Muſarum pagina reges,
Quod dura ſub lege procos certare juberent,
Emturos thalamum dubii diſcrimine leti;
Et ſua crudeles gauderent pignora mortis
Ambitione peti. curru Piſaea marino

Fu-

vore ſtatim defuncta eſt, & quod uno hoc verbo dixeris eleganter, *expavit*. Statius, *reverentia ceſſit Sanguinis & veros germanae expavit amores*. Ceterum Anagramma Suſannae Cujaciae huc pertinet: *A cunis Nauſicaa*. cujus laudes apud Homerum & hunc noſtrum videre eſt. CLAVER.

147. *Ludus erat*] *erant* cum opt. Ambroſ. mox, *Eliſſae* bene codices, ut apud alios etiam auctores in veterrimis libris. & paulo ante, *Ulixem* prim. Vatic. HEINS. *erant* jam in notis Barth. mox pro *damnas*, *damnans* Buſlid.

Mantua] Serena fuit igitur utriusque linguae perita. At privatae mulieri haec minus conveniant, ut Juvenalis & Martialis retulere. Ceterum legimus apud Vellejum: *Principes carminum Virgilius Rabiriusque*. CLAVER.

150. *Remeantem*] *redeuntem* Voſſ. duo, Buſl. Oxon. Wolf. *Phillacide* Voſſ. vide Heinſ. ad Ovid. Epiſt. XIII. 35. mox, *per prona ruens* Buſlid.

154. *Tyranni*] *tyranno* Buſlid.

157. *Ulta*] Duplicem huic verbo vim tribuit, ulta pudicitiam laeſam, & aſſeruit libertatem, imitatus forte Florum Lib. I. 9. *Populus Romanus, ad vindicandam libertatis ac pudicitiae decus, concitatus*. BURM.

159. *Meliore*] *meliora* Buſlid. *minore* etiam Voſſ. *jam nobilis* Parm. Colin.

160. *Votis erexerat aulam Incertis*] *aulae Ingentis* prim. Vatic. puto pro, *erexerat aulam Intentis*. nempe *votis*. HEINS. *Incertus quae* Buſl. *aulae* Parm.

162. *Antiquos loquitur*] *Antiquasque loquar* Buſl.

163. *Quod dura ſub lege*] *dira* ſcripti novem. alter tamen potiores cum prim. Vatic. HEINS.

166. *Curru Piſaea marino*] *maligno* Buſlid. *marito* Scaliger. confirmat Puteaneus. dixi Bell. Gild. 407. Lib. III. de Rapt. 265. *marito Mobilior Zephyro*. ubi Gyraldi codex ſimili modo *marino*. *marinus* tamen *currus* hoc loco videri poſſit dictus, ut *rotae natantes* Statio de eadem re Theb. VI. 283.

Parte alia victor curru Neptunia tendit
Lora Pelops, prenſatque rotas auriga natantes.

mox pro *providus* prim. Vatic. & decem alii *perfidus*. bene. Gyrald. Lucenſ. ſchedae Gudianae, & tredecim alii, *fervidus*. tertius Vatic. *pervidus*. Lego deinde, *deceptum axem*, non *deceptus*. Seneca pari ſignificatione Thyeſtes *falſos axes* dixerat v. 660. de hoc ipſo Oenomai curru,

Fractique currus, ſpolia Mirtoi maris
Junctaeque falſis axibus pendent rotae.

noſter

Digitized by Google

Fugit tela Pelops: nam perfidus obiice regis
Prodidit Oenomai deceptum Myrtilus axem.
Hippomenes trepidus curſu ferroque ſecutam
Aurato volucrem flexit Schoeneïda pomo.
Herculeas vidit fluvio luctante palaeſtras
Moenibus ex altis Calydon, pretiumque labori
Deïanira fuit, quum pectora victor anhelo
Alcides premeret, retroque Acheloïus iret
Decolor: adtonitae ſtringebant vulnera Nymphae:
Saucia truncato pallebant flumina cornu.
Te non Heſperidum pomis, non amne ſubacto,
Non ſocerum fallente rota, ſed judice dignus
Auguſto, variis Stilichon ſpectatus in armis
Accipit, & regni dotes virtute paravit.
Saepe duces meritas bello tribuere coronas:
Hunc cingit muralis honos: hunc civica quercus
Nexuit: hunc domitis ambit roſtrata carinis.
Solus militiae mira mercede jugalem
Promeruit Stilichon, ſocero referente, coronam.
Agnovit patrui ſimilem Thermantia curam:
Nupſit & illa duci. ſed longe fata ſororis
Inferiora tuis. alio tibi lumine taedas

Ac-

noſter bell. Get. 7. de Tiphye,

Deceptoque vagae concurſu rupis in altum
Victricem duxiſſe ratem.

poſſet tamen & refingi, *Oenomai deceptor Myrtilus.* Seneca Thyeſt. 139.

——— *proditus occidit*
Decepter domini Myrtilus, & fide
Vetitus, qua tuerat, nobile reddidit
Mutato pelagus nomine.

Prodidit, ut in illo Virgiliano x. 592. *Lucage, nulla tuos currus fuga ſegnis equorum Prodidit.* pro *Ambitione* opt. Ambr. *Conditione.* HEINS. vid. ad Ovid. III. Amor. II. 15. *previdus* Delr. ad Senec. Thyeſt. 139. *fervidus* Wolf. mihi *decepter* placet, ut *proditor* dicitur Ovidio in Ibin 369. *conditione* poſſet defendi ex Ovid. x. Met. 569. & tum mallem *crudeli.* ſed *ambitione* elegantius eſt. poſſet & *decerpto*, ſc. obit, vel *dirupto.* Gronov. ad Senec. Thyeſt. 140. *defectum* malebat. *ambitione petit* Wolf.

168. *Myrtilus*] *Myrtholus* Buſlid. Wolf. *Mertolus* Voſſ. *Mirtolus* alter, & Parm. mox, *Hippomanes* Ald. & edd. aliae. *Tpomedes* Buſl. *Hipomanes* Parm.

172. *Pretiumque laboris*] Quindecim *labori* rectius cum primo Vatic. mox, *pectora premeret*, non, *pectore fremeret*, tres. quod placet. HEINS. *pretium laboris* dixit Epithal. Honor. 142. ita *praemia facti & factis* Ovid. VIII. Met. 503. BURM.

174. *Acheloïus iret*] *Achelous abiret* malebat Heinſius. mox pro *vulnera*, *funera* Voſſ. a m. pr. & quinque alii.

176. *Saucia truncato pallebant*] malim *squallebant.* HEINS. *lumina* Delr. ad Senec. Herc. Oet. 299. Heinſius conjecerat & *tempora.*

179. *Spectatus*] *ſcriptatus* Buslid.

181. *Saepe duces meritis*] Lege *meritas*, cum Patavino & Rottendorphiano. HEINS.

182. *Muralis*] *myrtalis* Wolf.

184. *Mira*] *ſola* Busl. *miram* Parm.

187. *Fata*] *facta* Parm.

188. *Alio tibi numine taedas*] Quindecim, *munere.* Busl. & quartus Vatic. *vivere.* lego, *lumine.* & ſic Livinejus. Lib. II. de Rapt. 347.

Et fauſtas alio ſuccendunt lumine taedas.

Ovid. II. Faſt. 561.

Conde tuas, Hymenaee, faces, & ab ignibus atris
Aufer: habent alias maeſta ſepulchra faces.

HEINS. ita *lumina tardae* Epiſt. ad Seren. I.

Accendit Romana Salus, magnisque coronis
Conjugium fit cura tuum. delectus equorum,
Quos Phrygiae matres, Argaeaque gramina pastae,
Semine Cappadocum sacris praesepibus edunt,
Primus honos. gemino mox idem culmine duxit
Agmina, commissosque labor sic gessit honores,
Ut semper merito Princeps, quum magna dedisset,
Deberet majora tamen. si bellica nubes
Ingrueret, quamvis annis & jure minori
Cedere grandaevos equitum peditumque magistros
Adspiceres, totumque palam permittere Martem.

189. *Cornis*] Id est magnis regibus vel ducibus potius, qui te ambibant, sed non adepti sunt coronam jugalem. CLAVER. *choreis* Gyrald. *coloris* Patav. & pro *cura* Lucens. prim. Vatic. & tredecim alii cum schedis Gudianis, *causa*. Haec sine dubio corrupta. forte, *magnisque tropaeis Conjugium futura*, aut *fultura*. ut *fultus spoliis triumphos* VI. Cons. Honor. 406. dixit. Seneca Hippolyto:

——— *contra divitas*
Regnoque fulti plura quam fas est petunt.

HEINS. ter *coronis* tam brevi intervallo repetisse Poëtam non puto. forte, *magnique decoris Conjugium fit caussa tuum*. BURM.

191. *Pastae*] *partae* Wolf. a m. prim.

193. *Primus honor*] Oportet Stilichonem fuisse magni pretii, & equitandi peritia valde commendatum, qui id honoris apud Theodosium obtinuerit: nam Imp. Valentinianus, apud Ammianum, fertur Valentem fratrem stabulo suo praefecisse: hic vero Comes Stabuli sacri designatur Stilicho, ut patet ex antiquo marmore a nobis citato. CLAVER.

Germine] In uno codice scriptum erat, *culmine*. sed *germen* dictio floridior est, magisque Poëtica: eam mutare nolui, quia in omnibus aliis exemplaribus inveni. alioqui scimus magistrum equitum signare in Cod. Just. *militare culmen*, idemque dici posse de magistro peditum. quae duae dignitates in unum Stilichonem, ceu duo germina, coaluere. CLAVER. Haec inquinatissima. Scaliger Διωτοκτῆς ἱκατέρης Φωγίας intelligit, sed non persuadet, *geminum Idae culmen* pro utraque Phrygia sumi. videamus primo diversas lectiones. A quibusdam scriptis versus hic abest, hiatu relicto. Oxon. *gemino nex in germ.* unus Ambros. *geminae nex inde*. alii quidam, *geminae mox inde*. Ald. & prior Moreti, *gemino mox inde germine*. ita & schedae Gudianae, & ed. Parm. prim. Vatic. *inde e germine duxit*. Buslid. *geminae nexu tibi germ.* unus Medic. *gemino nex inde e gramine*. Putean. *geminae nec inde germania*. unus Petav. *geminae nec inde germina*. Lucensis, *gemino nec inde gemin. . . . duxit*. sec. Vatic. *geminae vexinum gramine*. tertius, *mox ide germine*. quartus, *geminae mox inde germine*. Palat. *gemino mox inde e gramine*. Otelianus, *geminae nex inguiam duxit*. a Viennensi haec absunt, lacuna relicta. Helmaestad. *gemino nex inde germina duxit*. opt. Ambros. *Primus honor, tantaque fide victricia duxit Agmina* sensu commodo, nisi quod suspicor ab interpolatrici manu esse. pro *germine* liber Claverii *culmine*. quo nunc quidem melius nihil succurrit. Lego igitur, *gemino mox idem culmine duxit*. nisi quod *cardine* propius ad scriptam lectionem accedit. Magister enim utriusque militiae Stilicho, ut ex antiquis patet Inscriptionibus. notter Cons. Mall. 16. *Culmen utrumque tenes*. & Epith. Pallad. 59. *legum culmine fultae Convenere domus*. Barthium curis secundis eodem collineare postea vidi. HEINS. De magisterio utriusque militiae loqui certum est. sed Latine dici *gemino culmine ducere agmina* mihi vix est probabile. praeterea in uno modo Claverii codice est *culmine*, & illum saepe Cujacianas conjecturas pro scripti codicis lectione venditasse Barthius passim notavit. ita ut ex Cujacii codice haec promsisse verosimile fiat. quia vero in Oxoniensi est *mox in*, in aliis, *mox inde*, legerem, *gemino mox hinc moderamine duxit Agmina, inde* factum ex *mode*. sic *regere moderamine* III. Cons. Hon. 183. & *moderamina* pro imperio III. Stilich. 164. an, *gemino mox inde in limite duxit Agmina*? in Occidente & Oriente. cogitandum. *mox hinc*, ut *mox deinde* Ovid. IX. Met. 143. BURM.

196. *Deberet majora tamen*] Puto, *Deferret*. quartus Vaticanus, *Auderet*. HEINS.

199. *Committere Martem*] *permittere* meliores magno numero. tum, *Non gradus* excerpta Gudii. HEINS. *promittere* Buslid. vid. ad Bell. Gildon. 126. *Non gradus* Ald. *aetatisque* Idem, & editiones aliae. *Aspiceres* Parm.

200. Nec

Digitized by Google

Nec gradus aetatisve pudor ſenioribus obſtat,
Ne juveni parere velint. cui flamine molli
Tranquillisque fretis clavum ſibi quisque regendum
Vindicat: incumbat ſi turbidus Auſter, & unda
Pulſet utrumque latus: poſito certamine nautae
Contenti meliore manu, ſeſeque ratemque
Unius imperiis tradunt, artemque pavore
Confeſſis finem ſtudiis fecere procellae.
Haud aliter Stilichon, fremuit quum Thracia belli
Tempeſtas, cunctis pariter cedentibus, unus
Eligitur ductor: ſuffragia quippe peregit
Judex vera timor. victus ratione ſalutis
Ambitus, & pulſus tacuit formidine livor.
Quis tibi tunc per membra tremor, quantaeque cadebant
Ubertim lacrimae, quum ſaeva vocantibus arma
Jam lituis, madido reſpectans limina vultu,
Optares reducem, galeaeque inſerta minaci
Oſcula criſtati raperes feſtina mariti?
Gaudia quae rurſus, quum poſt victricia tandem
Claſſica fidereas ferratum pectus in ulnas
Exciperes: caſtae tuto per dulcia noctis
Otia pugnarum ſeriem narrare juberes?
Non illo nitidos umquam bellante capillos
Comere: non ſolitos gemmarum ſumere cultus.

Nu-

201. *Ne juveni*] *Nec* Busl. Voſſ.

Flumine molli] Rectius ſcripti, *flamine*. ſic *mollis aura* Ovid. Faſt. *A Zephyris mollior aura venit.* non, *mitior.* HEINS. *flumine* Voſſ. *flamine* Wolf.

203. *Si turbidus*] *ſi turbinis* Busl. mox, *Hii per utrumque latus* Idem.

205. *Seſeque patremque Confeſſi finem ſtudiis fecere procellae*] Ita haec vulgo legebantur. nos ex primo Vaticano & decem aliis verſum, qui exciderat, addidimus, ceteraque in integrum reſtituimus. *confeſſis* a Puteano eſt. reliqui, *confeſſae*, vel *confeſſi.* HEINS. *ſeſeque patremque* Oxon. & Voſſ. duo. *confeſſae* Wolf. ſed illud *artem* vix placet, nam de unius, cujus imperiis ſe tradunt, deberet arte intelligi. forte, *tandemque pavere Confeſſis* &c. de *ſtudiis* vide ad Valer. Flacc. III. 628. BURM.

210. *Eligitur ductor*] *Erigitur doctor* Voſſ. Oxon. *dictor* Wolf.

211. *Judex*] *Index namque timor* Buſlid.

212. *Jacuit formidine livor*] *Tacuit* Buſlid. quod praeſtat. HEINS.

213. *Tunc*] *nunc* Oxon. recte. ita ſupra Bell. Get. 623. *Quis tibi nunc Alarice dolor.* ubi vide. BURM.

Per membra tremor] *rigor* quartus Vaticanus. HEINS.

215. *Reſpectans limina vultu*] *lumina* ſcripti. an *numina*? HEINS. *reſpectas lumina* cod. Barth.

219. *Pectus*] *pontus* Buſlid. pro *pondus*. eleganter. ita *corpus* & *pondus* commutantur apud Ovid. III. Met. 621. BURM.

220. *Caſtae tuto per dulcia noctis*] Duo, *dubia*. prior Moreti, *devia*. forte, *Caſtaeque tibi*. HEINS. *tutum* maritum jam periculis defunctum jubes narrare. malim tamen, *Excipiens caſtae tuto* &c. *tuto caſtae* Voſſ. *pugnarum ſeries* Buſlid.

223. *Non ſolitos*] Dan. Heinſ. ad Sil. Ital. VI. 560. legebat, *non ſolita es.* non video rationem. millies enim infinitivo noſter & alii ita utuntur. BURM.

Digitized by Google

Numinibus votisque vacas, & ſupplice crine
Verris humum. teritur neglectae gratia formae
Cum proprio reditura viro: nec deſide cura
Segnis marcet amor. laudem prudentia belli
Feminea pro parte ſubit. dum gentibus ille
Confligit, vigili tu proſpicis omnia ſenſu:
Ne quid in abſentem, virtutibus obvia ſemper,
Audeat invidiae rabies, neu rumor iniquus,
Ne qua procul poſitis furto ſubſederit armis
Calliditas nocitura domi. tu ſedula quondam,
Rufino meditante nefas, quum quaereret artes
In ducis exitium, conjuratosque foveret
Contra pila Getas, motus rimata latentes,
Mandatis tremebunda virum ſcriptisque monebas.

Reliqua deſiderantur.

224. *Supplice*] *ſimplice* Busl. *ſupplice crure* Oxon.

225. *Teritur*] Ita vetus liber, quod & manu ſua firmavit Cujacius. alii. *tegitur*, quod ſane ſubfrigidum. hic vero adverte veras laudes matronae alicujus, viro abſente. vide Ovidium in Epiſt. Laodamiae. Ceterum videntur deeſſe quaedam huic encomio, ſed credo ſponte omiſſa, ne invidiam irritaret. CLAVER. cum Aldo & Claverio, *teritur* noſtri omnes, tertio Vaticano excepto. HEINS. & ita Parmenſis.

228. *Subit*] *tulit* Voſſ.

230. *Abſentem*] *abſentes* Busl. ſed de Stilichone agitur. ſimilis locutio, ſed alio ſenſu, apud Flor. IV. 2. *aliquid in abſentem ducem auſa fortuna.* BURM.

231. *Fervor iniquis*] Sex ſcripti, *femur*. ſchedae Gudianae & unus Ambroſ. *rumor*. optimus, *fulgor*. *ſeu fervet* Palat. *neu fem.* tertius Vaticanus. latet aliquid. in Gyraldi codice notatum, multa hujus poëmatii deſiderari. HEINS. *femor* Voſſ. a m. pr. *fervor iniquus* Parm. Junt. Ald. Iſingr. Gryph. Colin.

232. *Subſederit*] *ſubſideret* Buſlid. *ſublaederit* Oxon.

235. *In ducis*] *judicis* Busl. *exitium* Wolf.

CL.

Digitized by Google

CL. CLAUDIANI
EPITHALAMIUM
DICTUM PALLADIO V. C. TRIBUNO ET NOTARIO, ET CELERINAE.

PRAEFATIO.

CArmina per thalamum, quamvis feſtina, negare
Nec volui genero, nec potui ſocero.
Hic ſocius, dux ille mihi; noſtrique per aulam
Ordinis hic conſors emicat, ille prior.
Hunc mihi conjungit ſtudiis communibus aetas;
Hunc mihi proponit vel ſenium vel honos.
Carmen amor generi, ſoceri reverentia poſcit,
Officio vatis, militis obſequio.

Hoc elegans Epithalamium ſubita exultatione compoſitum eſt a Claudiano, qui ſe comitem aut ſocium Palladii, ac militem Stilichonis profitetur. CLAVER.

1. *Per thalamum*] notat, dum nuptiae celebrantur. vide ad Valer. Flacc. 1. 767. *negarem* Parm. BURM.

2. *Socero*] Stilicho ſocer Palladii, quia Celerinam, filiam forte adoptivam, dedit ei nuptum: ſic etiam Theodoſius fuit ſocer Stilichonis. Gens vero Palladiorum inclita & nobilis fuit ad usque tempora Sidonii. quin etiam non procul ab urbe Biturica viſitur praedium inſigne, inde, ut fertur, denominatum. CLAVER.

3. *Noſtrique*] *noſtramque* Buſlid.

8. *Officio vatis*] *Obſequio vatis, militis officio* Buſlid. vid. VI. Conſ. Hon. 554.

Epithalamium] Lucenſis, *Epithalamius dictus Palladio..... tribuno & notario & Celerinae.* Gyrald. *Incipit Epithalamium dictum Palladio* v. c. *tribuno ac notario.* cetera legi non poterant. ex utraque lectione hanc concinnavimus, quam contextus exhibet. prim. Vatic. *Incipit Epithalamium dictum Palladio* v. c. *& Celerinae.* in Oiſeliano, *Epulamus dictus. Praefatio.* HEINS.

Digitized by Google

EPITHALAMIUM
PALLADII ET CELERINAE.

FOrte Venus blando quaesitum frigore somnum
Vitibus intexti gremio susceperat antri,
Densaque sidereos per gramina fuderat artus,
Adclinis florum cumulo: crispatur opaca
Pampinus, & mites undatim ventilat uvas.
Ora decet neglecta sopor: fastidit amictum
Aestus, & exuto transllucent pectore frondes.
Idaliae juxta famulae, triplexque vicissim

Nexa

1. *Forte*] Haec mihi videntur sapere venam Papinii. Is vero Silvarum ita orditur: *Forte remittentem curas.* CLAVER.

2. *Susceperat*] Ita vetus liber. alli omnes, *succesferat*, nullo sensu. CLAVER. *Susceperat* Claverius ex veteri libro, cum neget in vulgata lectione sensum esse, quod & Raphelengius secutus. Certe in Culice, *Mitem concepit projectus membra soporem.* sex ex nostris scripti, *fecesserat.* Patavin. *quaesitans somnum.* ut ambiguitas vitetur, scribo:

Forte Venus blando quaesitum frigore somnos
Vitibus intexti gremio succesferat antri.

succesferat quaesitum somnos, pro ad quaerendos somnos. *succedere antro* habes apud Virgilium quoque Eclog. V. 5.

Sive sub incertas Zephyris motantibus umbras,
Sive antro potius succedimus.

& mox v. 19.

Sed tu desine plura, puer, succesfimus antro.

HEINS. mollius forte fluxeret versus, si ex *quaesitum* liceret facere, *quaerit dum frigore somnum* &c. *succesferat antri.* BURM.

4. *Acclinis florum cumulo*] Gyrald. *Acclinis floribus.* Lucens. *floribus.* nil muto. HEINS. *Acclivis* Buslid. MSS. Pulm. & edd olim. *acclivi* Isingr. Pulm. Heinsius in priori editione distinxerat ita, & legerat, *Floribus acclinis: cumulo crispatur* &c. *crispantur* Parm.

5. *Pampinus*] Κλῆμα seu tener colicolus, frondosusque vitem ab aestu vindicans. Virgil. (1. Georg. 448.)

Heu male tunc mites defendet pampinus uvas.

hanc dictionem Varro, ut ait Servius, semper masculinam fecit. CLAVER.

Vitem sudantem] Ita omnes libri praeter unum MS. quae locutio huic poëtae valde familiaris, ideoque aliam, licet antiquam, reponere mihi fuit religio. Ea vero sic se habet:

——— *crispatur opaca*
Pam pinus, & mites undatim ventilat uvas.

sane Plinio *undatim crispae mensae.* Virgilius vero (II. Georg. 437.)

Et juvat undantem buxo spectare Cytheron.

ubi Servius: *vento mota buxus undarum aestus imitatur.* ventus autem est aëris fluens unda. dixerat etiam ante *vitibus intexti*, videturque ignavum, si dictionem tam parvo intervallo repetat. sed festinabat, ut supra docuimus. CLAVER. v. *vitibus* jam praecesserat. optime igitur Claverii codex, *mites undatim ventilat uvas.* atque ita Lucens. nisi quod *sudanti* in eo corrupte. *crinis undatim crispus* Plinio XXXVI. 7. Gyrald. *mites sudanti v. uva.* primus Vatic. *multos sudantem. undare* ut *fluctuare.* vide notas Lib. II. in Eutrop. 270. *undantem segetem* dixit Sidonius Apollinaris Panegyrico Anthemii. in Oiseliano: *Pampinus & musto vitem sudantem ventilat uva.* Puto, *& musto sudantem ventilat uvam.* HEINS. *vitem sudantem ventilat aura* cod. Barthii.

7. *Aestus & exutae*] Prior Moreti, *excusso.* Puto scribendum, *fastidit amictum Cestus.* Cesto Veneris nihil venustius in rerum natura fuisse Poëtae testes: nihilque Momum in eo carpere potuisse. hinc φαίνονται κεστῷ μαγέιρικα Philodemus in Epigrammatis. hoc ergo vult, cestum pro vestitu Veneris fuisse. *balteum Veneris* vocat Apulejus Lib. II. Metam. vetus Inscriptio Eborae: DIVO. JULIO. LIBERALITAS. JULIA. EBORA. OB. ILLIUS. MUN. ET. MUNIC. LIBERALITATEM. EX. DDD. QUOJUS. DEDICATIONE. VENERI. GENETRICI. CAESTUM. MATRONAE.

Digitized by Google

Nexa ſub ingenti requieſcit Gratia quercu.
Pennati paſſim pueri, quo quemque vocavit
Umbra, jacent: fluitant arcus, ramisque propinquis
Pendentes placido ſuſpirant igne pharetrae.
Pars vigiles ludunt, aut per virgulta vagantur.
Scrutantur nidos avium, vel roſcida laeti
Mala legunt, donum Veneris, flexusque ſequuntur
Palmitis, & ſummas pennis librantur in ulmos.
Defendunt alii lucum; Dryadasque procaces
Spectandi cupidas, & ruſtica Numina pellunt,
Silveſtresque Deos: longeque tuentibus antrum
Flammea laſcivis intendunt ſpicula Faunis.
Quum ſubito varius vicina clamor ab urbe
Et fauſti juvenum plauſus, mixtaeque choreis
Auditae per rura lyrae: Celerina per omnes
Italiae canitur montes, omnisque maritum
Palladium reſonabat ager. pervenit ad aures
Vox jucunda Deae, ſtrepituque excita reſedit,

Et

NAE. DONUM. TULERUNT. Statius v. Theb. 62. de Venere:

Nec vultu nec crine prior ſalviſſe jugalem
Ceſton, & Idalias procul abiegaſſe volucres
Fertur.

ſic apud Lucianum dialogis Deorum, judicio Paridis, jubetur Venus ceſtum deponere, ne eo tanquam praeſtigiis judicem incantet. HEINS. & *exuſto tranſlucet* Oxon. & Voſſ. unus. de *Ceſto* hic non oportunum puto. aeſtus enim & calor jubet amictum rejicere. ſed quomodo frondes exuto pectore, id eſt nudo, poſſint translucere, non video, cum per frondes temere injectus, ut per tenuem quaſi veſtem, pectus translucere potuerit. *excuſſas tranſlucent pectora frondes* conjecerat Scaliger, ut eſſet pro pectore lucent trans frondes excuſſas. ſed tunc melius dixiſſet, *injectas tranſlucent pectora frondes.* quare malim, *& excuſſa tranſlucet pectore fronde.* ut flores etiam, quorum cumulo acclinis jacebat, & qui Venere ſe projiciente, circa pectus ſe dederant, excuſſerit, tanquam graves ob aeſtum, Venus. *tranſlucet* eſt etiam in duobus Voſſianis & Parmenſi. poſſet &, *excuſſa tranſlucent pectora fronde.* BURM.

10. *Quo quemque vocavit*] *vocabat* Ambroſ. puto, *vocarat. quocumque* etiam ſchedae Gudianae. HEINS.

11. *Ramisque propinquant*] *propinquis*, & mox, *pendentes* cum melioribus ſcriptis legendum, non, *prudentes.* quod & Raphelengius vidit. primus Vatican. & Ambroſ. *pendent &*. etiam Oiſelianus cum ſchedis Gudianis. HEINS. *ramisque pependunt ſplendentes placide* Buſtid.

13. *Pars vigiles*] *Pervigiles ludunt & per* prim. Vatic. & Ambroſ. HEINS. *ac per* Wolf.

14. *Scrutantur nidos avium*] *nidos alii* legendum, niſi mavis, *aut per virgulta vagantes* (vel *vagati*) *Scrutantur nidos avium*, vel, *aut per virgulta vagantur Scrutati nidos avium.* mox pro *flexusque ſequantur* quartus Vatic. *flexumque.* lege, *flexumve.* HEINS.

15. *Mala legunt donum Veneris*] Imo *Veneri*, quae donum Veneri ferrent. HEINS. Immo *Veneris*, quae illa daret amantibus, ut in fabula Hippomenis. BURM.

16. *Ulmos*] *almos* Wolf.

17. *Defendunt alii lucum*] *lucas* prim. & quart. Vatic. & Ambroſ. Lege, *luco*, & vide quae diximus ad Lib. III. in Stilich. 171. mox ſchedae Gudianae, *Inſpectant cupidi.* HEINS.

20. *Intendunt*] *incendunt ſpicula flammis* Buſtid.

23. *Auditae per rura lyrae*] *tubae* opt. Ambroſ. & Gudiana excerpta. HEINS.

Celerina] Haec domus videtur fuiſſe antiqua. Plinii Secundi ſocrus id nominis habuit. vetus lapis Romae: FRONTINUS FRATRI DULCISSIMO ET CELERINA SOROR. In ſchedis P. Gnoſii viri doctiſſimi videtur ſcriptum fuiſſe *Caeſina*, aut quid ſimile, alias, *celebrata*, aut *Serena*, inepte. CLAVER. *celebrata* Buſtid. & alii, ut & editiones veteres. mox, *canitur montes* Wolf.

27.

Et reliquum nitido deterſit pollice ſomnum.
Utque erat interjecta comas, turbata capillos,
Mollibus exſurgit ſtratis, Hymenaeon & omne
Agmen, & innumeros Hymenaeon poſcit Amores.
Hunc Muſa genitum legit Cytherea, ducemque
Praefecit thalamis: nullum junxiſſe cubile
Hoc ſine, nec primas fas eſt adtollere taedas.
Conſpicitur tandem. platano namque ille ſub alta
Fuſus inaequales cera texebat avenas,
Maenaliosque modos, & paſtoralia labris
Murmura tentabat relegens, orisque recurſu
Diſſimili tenuem variabat arundine ventum.

27. *Et reliquum*] *Et liquidum* Voſſ. *decerpit pollice* Butlid.

28. *Utque erat interjecta comas*] Sic prim. & tert. Vatic. aliique nonnulli ex melioribus. *Utque fuit intexta* quinque ſcripti. *Utque fuit interjecta* duo cum Gudianis ſchedis. *Utque fuit intecta* alii quatuor. *Utque erat intexta* Lucenſ. An legendum, *Utque erat indepexa comas*, vel, *indigeſta*. opt. Ambroſ. *Utque fuit detecta*. Rottendorph. *Utque erat intecta*. ſec. Vatic. *Utque erat intertexta*. Forte pro, *rejecta* aut *neglecta*. Statius IV. Theb. 754. *neglecta comam, nec dives amictu*. Gyrald. *Utque fuit turbata comas*. mox pro *turbata capillos*, Lucenſ. *intecta*. Gyrald. *merita* vel *incompta*. Adſcripſi religioſe diverſas codicum lectiones, ut alienis quoque conjecturis locus eſſet. Mihi impenſe placet, *Utque erat indigeſta comas*. Helmaeſtadienſis a manu ſecunda, *Utque fuit impexa comas*. pro *turbata capillos*, ne bis idem dicatur, Oiſelianus, *turbata papillas*. deinde *aſſurgit ſtratis*, non *exſurgit*, in plerisque vetuſtioribus. HEINS. Forte, *Utque fuit turbata comas, intecta papillas*. certe, *comae* & *capilli* inepte eodem verſu cumulantur. forte etiam, *Utque fuit detecta ſinus, turbata capillos*. nam ſupr. v. 6. amictum faſtidiſſe dicit, & nudo pectore fuiſſe, & contra infra vs. 100. *legemque capillo Reddit, & ornatum formae. ſinus* vero & *comas* commutari, docere poſſunt notae Ovidianae ad Lib. II. Met. 335. & X. 386. & alibi. BURM.

29. *Interque ſuarum*] Ita vetus liber. Alias, *ſociumque requirit*. male. ſic vero diſtinximus, ut Venus inter agmen ſuarum comitum, & inter innumeros Amores incedens, quaerat Hymenaeum. CLAVER. prior Moreti, *revocatque ſuorum*, ſed manu recenti, ut interpolatoris figmentum eſſe facile appareat. admiſit tamen nimia facilitate Raphelengius. In aliis plerisque ſcriptis aut lacuna relicta, aut manu minus vetuſta ſuppleta erant. Certe primus Vaticanus omnium, quos ipſe inſpexi, verterimus, lacunas paſſim in hoc poëmatio prodebat. Septem noſtri cum Claveriano & Gudii excerptis, *interque ſuorum Agmen & innumeros Hymenaeum quaerit Amores*. quart. Vatic. *procul ecce ſonorum Agmen*. In Viennenſi poſt lacunam priori verſu relictam:

Inde per immenſos Hymenaeum quaerit amores.

pro *quaerit* Gyrald. & Lucenſ. *poſcit*. recte. vide quae notamus de eo verbo Lib. II. in Rufin. 298. Raphelengius contra ſcriptos, *in numeris Amoris*. pro *interque ſuorum* Lucenſ. *Hymenaeus it omne*. Lego minima mutatione & optimo ſenſu:

——— *Hymenaeon & omne*
Agmen & innumeros Hymenaeon poſcit Amores.

accuſativus Graecus loco corrumpendo occaſionem dedit. HEINS. *interque ſuorum agmen & in medios b*. Butlid. vid. ad II. Rapt. 230. ſed bis *Hymenaeon* poni ſine ulla cauſſa puto. ſed nihil extrico. mihi non diſplicet:

——— *interque ſuarum* (ſc. famularum)
Agmen, & innumeros Hymenaeon quaerit Amores.

an, *interque ſocorum Agmen*? BURM.

32. *Nullum vinxiſſe cubile*] *junxiſſe* libri cum Barthio. ſic & *ſociare cubilia* Ovid. Epiſt. III. 109. & X. Met. 635. Stat. I. Silv. II. 182.

Ergo age junge toros, atque otia dema juventae.

nullis junxiſſe ſchedae Gudii. HEINS. *vinxiſſe* praefert Bern. Martin. III. Var. Lect. 17. eadem varietas II. de laud. Stilich. 101. & centies alibi.

34. *Conſpicitur*] Hic novi carminis initium cum titulo, *De eodem*, erat in Parmenſi.

35. *Fuſus*] *Doctus* Butlid. pro *labris* mox *libris* Oxon. duo Voſſ. & Butlid. cogitabant forte librarii de corticibus arborum.

37. *Recurſu*] Heinſius conjecerat *recuſſu*. vide II. de laud. Stil. 405.

38. *Diſſimili tenuem*] *Diſſimilem tenui* prim. Vatic. & Ambroſ. cum Gudii ſchedis, ut *tenuis avena* apud

Digitized by Google

Reſtitit, ut vidit Venerem, digitisque remiſſis
Ad terram tacito defluxit fiſtula lapſu.
Dulce micant oculi: niveas infecerat igni
Solque pudorque genas: dubiam lanuginis umbram
Caeſaries intonſa tegit. prior ipſa ſilentem
Conpellat: Numquamne, puer, dilecta relinques
Carmina? maternis numquam ſatiabere donis,
Dedite Muſarum ſtudio, nimiumque parentis
Aemule? quid medio tecum modularis in aeſtu?
Jamne tibi ſordent citharae? jam luſtra Lycei,
Atque pecus cordi, redituraque rupibus Echo?
Huc ades, & tantae nobis ediſſere cauſſas
Laetitiae: cui pompa toro tam clara reſultet,
Quae nova dotetur virgo: patriamque genusque
Pande, quibus terris orti, quo ſemine ducti.
Haud ignarus enim: nec te connubia fallunt
Ulla: tuo primae libantur foedere noctes.
Ille refert: Equidem dudum te, Diva, morantem

Mira-

apud Virgil. I. Ecl. 2. mox *flatu* pro *lapſu* opt. Ambroſ. & prim. Vatic. tum pro diverſa lectione Oiſelianus. Adeantur quae notamus ad Naſonem VI. Faſt. 704. HEINS. Sed & *tenuis ventus* recte dicitur. Ovid. III. Amor. II.

Vis tamen interea tenues arceſſere ventos.

ubi vide. *diſſimilis* Parm. *diſſimilis arundo* eſt impar & inaequalis. *ventus* eſt ſpiritus, ſonus ex inflata tibia. *ſubito lapſu* Voſſ. BURM.

39. *Reſtitit*] Quomodo *reſtitit*, qui non currebat, ſed fuſus ſub platano jacebat cantans avena? legendum puto, *Deſtitit*, ſcilicet a canendo. ſaepe haec verba commutata vide ad Ovid. IV. Ep. 8. noſter I. in Eutrop. 43. *nec deſtitit umquam*, *Saepe tamen coepit*. in primis literis magna ſaepe confuſio. BURM.

41. *Infecerat igni*] *interſerit* Lucenſis. alii etiam, *igne*. forte, *niveis interſeris ignem Solque pudorque genis*. HEINS.

44. *Relinques*] *relinquens* Oxon. mox pro *ſatiabere*, *ſociabere* Parm.

49. *Atque pecus cordi*] *Jamque* duo Medic. Palat. & unus Petav. *Atque nemus* Ambroſ. cum Gudii ſchedis. Puto, *Jamne nemus*. mox pro *tantae* Lucenſ. & Gyrald. *tantas*. prior Moretti, *tacitae*. prim. Vatic. & opt. Ambroſ. *tandem*. HEINS. Ita *nemus* & *pecus* confuſum apud Ovid. III. Faſt. 71. ubi vide. BURM.

Rupibus] *montibus* Voſſ.

51. *Quae pompa toro*] Lege cum Vatic. & Ambr. optimis, *cui toro*. nec aliter ſchedae Gudianae. HEINS. Ego malim, *cui pompa viro*. nam mox *orti* virum & virginem ſpectant. & notum *virum* & *torum* millies permutari. *tori* Wolff. BURM.

Clara] *lacta* Buslid. *clara* eſt reſonans. vid. ad Virgil. III. Aen. 519.

53. *Terris orti*] *terris*, *ſimul & quo ſemine* Busl. mox *fallunt Una* Voſſ.

55. *primae noctes*] eaedem Gudianae ſchedae *cunctae*. an *junctae*? HEINS.

Libantur] *labantur* Buslid.

56. *Diva morantem*] Prim. Vatic. & Ambroſ. idem, *morari*. mox *Mirabar quid*, non *quod*, ſcribo. quomodo Barthius quoque curis ſecundis. Virgil. I. Ecl. 47.

Mirabar, quid moeſta Deos, Amarylli, vocares.

Propertius Lib. III. El. IX.

Mirabar quidnam miſiſſent mane Camenae?
Ante meum ſtantes Sole rubente torum.

quo loco ſcribendum videtur, *viſiſſent*, ut & paulo poſt *viſere*. Terent. Eun. Act. II. Sc. II.

Miror quid in Piraeo abierit.

Cicero Trebatio Lib. VII. Ep. Famil. XII. *Mirabar quid eſſet, quod tu mihi litteras mittere intermiſiſſes.* Symmachus Lib. IV. Epiſt. ult. *Mirabar, quid eſſet rei, quod amicitiae obſervantiſſimus diu ſcribendis literis abſtinebas.* Livius Lib. II. cap. 54 *mirari primo quid non deſcenderet tribunus.* ita recte codex Palatinus, non *quod* vel *qui*. HEINS. vid. ad Petron. cap. LXIX. & ad Calpurn. Declam. IV. *tanti quid adhuc ſecura* Buslid.

Mirabar, quid adhuc tanti ſecura maneres
Conjugii: non parva tibi mandatur origo.
Falcibus inſignes, & legum culmine fultae
Convedere domus, & qui lectiſſimus orbi
Sanguis erat rubris quae fluctibus inſula latrat,
Quis locus Aethiopum, quae ſic inpervia famae
Seceſſit regio, quo non rumore ſecundo
Palladii penetravit amor, mentisque benignae
Temperies, doctique ſales, & grata ſenectus?
Per cunctos iit ille gradus, aulaeque labores
Emenſus, tenuit ſummae faſtigia ſedis,
Eoum ſtabili moderatus jure Senatum.
Hic ſplendor juveni. cunabula prima puellae
Danubius, veteresque Tomi: Mavortia matris
Nobilitas ſpoliis armisque exſultat avitis,
Inmenſamque trahit Celerini robore lucem,

Qui

59. *Culmine*] *carmine* Buslid. ah *cardine*? vide ad laud. Seren. 193. Burm.

60. *Lactiſſimus urbi*] *lectiſſimus* ſeptem ſcripti. Vatic. & Ambroſ. *lectiſſimus orbi*. ſic Statius IV. Theb. 483. *juvenes lectiſſima bello Pectora*. mox bene *fluctibus* cum ſcriptis Raphelengius. *Qui locus* non *quis* primus Vatic. Heins. Si legiſſent notas Heinſii nuperi editores Gratii, non hunc locum egregie favere *lactis venantibus antibus* ſomniaſſent. Burm.

61. *Fluctibus*] *quo fluctibus inſula luſtrat* Buslid. *flatibus* Parm. Junt. Iſingr. Pulm. Ald. & editiones plurimae.

62. *Quae ſic*] *quo ſic* Voſſ. & mox, *quo nunque timore* Busl. *quae nunc inpervia flammae* Wolf. a m. pr.

63. *Succeſſit regio*] *Seceſſit* cum libris & Barthio. ſequenti verſu *penetrarit* malim. Heins. ita *receſſus rubri aequoris* II. in Rutil. 242.

65. *Et grata ſenectus*] duo Florent. & tertius Vaticanus cum Oiſeliano, *terga*. puto pro *terſa*. quatuor alii, *amica*. Juvenal. Sat. IV. *Criſpi jucunda ſenectus*. mox *benignae* recte opt. Ambroſ. Heins. Forte, *gnava ſenectus*, ut adhuc viridis ſit, non effoeta. ita apud Ovid. I. ex Pont. X. 12. *gnava juventa*. ubi alii *grata*. ſed & Calpurn. V. Ecl. II. *gnavam juventam* dixit. & apud Liv. X. 39. *gnaviter* pro *graviter* in ſcriptis occurrit. ita doctiſſimus Markl. apud Stat. V. Silv. I. 76. reponit *gnavam quietem*, non ſine ſpecie veri. ubi antea *varam*, vel *vanam* legebatur. & alia quaedam loca in hac voce corrupta emendat. in quibus tamen omnibus non idem ſentio. in Buslid. erat. *doctique ſales & amica ſenectus*. ſed infra vs. 133. *juvenem* vocat. forte quia innuptus erat, vel, quondam juvenis. Burm.

66. *Iit*] *it* Parm. mox pro *moderatus*, *moderatur* Wolf.

68. *tenuit*] *tennis* ed. Ald. Iſingr. & aliae. ſine ſenſu. forte intelligit praefecturam Urbis. Burm.

69. *Hic ſplendor juvenum*] *juveni* cum ſcriptis legendum, quod ab aliis jam occupatum. lege, *Hinc ſplendor juveni*. ut alibi, *Hinc honor Europio*. Heins.

70. *Veteresque Tomi*] Haec gens, licet barbara, Romanos ipſos urbanitate ſuperavit, & amore literarum. Itaque Ovidius charam ſibi Tomim denunciat, quae aliquibus *Tomis* dicitur, unde Tomitae. quod minime miror; ſunt enim Graecae originis: quinimo & Flaccia a duce Romano dicta iis quaſi finitima eſt. apud eos profecto immunis egit Poëta, & coronam publico ſibi conſenſu impoſitam velut diadema geſſit ideo crediderim inclitae genti Polonicae innata virtutum & doctrinae femina ex coeli non diſſimilis conſtitutione. Claver. *veteres thalami* Buslid.

Mavortia matris Nobilitas] Celerina patrem habuit Tomitanum ſeu Getam. ex qua regione etiam opinor Stilicho. nobilitas vero matris eſt alicujus momenti. Ovid.

Hinc fuit Euander, qui quamquam clarus utroque,
Nobilior ſacrae ſanguine matris erat.

vide Dig. ad Municipalem. Nobilis vero is eſt, auctore Livio, qui patrem aut avum ciere poteſt. denique miles videtur nobilis propter cingulum. Claver. Lego, *patris* vel *patri*. nam Moreti codex, *Marti*. alii quidam, *Martii*. Heins.

72. *Celeris de*] Ita vetus liber. alias, *Celerini*. ſed, ut verum fatear, hic locus mihi valde obſcurus. de hoc tamen Celere Statius videtur loqui Lib. III. Silv. in Propemptico Metii Celeris. Cla-

ver.

Qui quondam Meroën juſſus Nilumque tueri,
Quum ſibi, poſt obitus & Parthica fulmina Cari,
Sceptra daret miles, rebusque inponere vellet,
Deſpexit fremitus, & praetulit otia regno:
Reſpuit ingeſtum, quod vi, quod poſcere ferro
Poſthabita pietate ſolent. tum purpura primum
Inferior virtute fuit, meruitque repulſam

80. Ob-

VER. Claverius ex veteri libro, *Celeris de.* Celerina gens iis temporibus nobiliſſima, in qua etiam martyres nonnulli. adi Cyprianum Epiſtola XXXIV. & quae illic notat Pamelius. HEINS. *Celerine* Voſſ. *Cupidinus Celerinus* memoratur Capitolino in Maximin. cap. ult. qui an intelligatur, neſcio. certe ad Gordiani tempora referri poſſet. ſed quia potius Cari tempora noſter memorat, forte ex ejus poſteris. quamquam hoc mirum videri poſſit, a nemine memorari ſcriptore, cum Caro ſuperſtites filii fuerint, & nemo ſcribat milites non voluiſſe obtemperare, cum demum Diocletianus poſt Numeriani caedem ſuſceperit imperium. in Indice Gruteri videntur etiam *Celerini* & *Celerinae* quaedam. *Scelerini* Parm. BURM.

73. *Meroën*] Papinius de Celere III. Silv. II. 102.

Nunc regina Pbari, numenque Orientis anheli
Excipe multijono puppem Mareotida ſiſtro.
Ac juvenem egregium, Latius cui ductor Eoa
Signa, Palaeſtinasque dedit frenare cobortes
Ipſa manu placida &c.

& ſub finem v. 136.

Tu rapidum Euphraten, & regia Bactra, ſacrasque
Antiquae Babylonis opes. vide reliqua. CLAVER.

74. *Poſt domitas ad Parthica flumina Carrbas*] Ita vetus liber. vulgati, *Cum ſibi poſt domitas & Parthica fulmina claros.* Eſt & alius MS. non adeo antiquus, ubi non *claros*, ſed *Caro*, quod etiam notavit Cujacius. Id vero ſpeciem habet conjecturae, quaſi de Caro Imp. fulmine tacto apud Parthos hic agatur. CLAVER. Nonnulli; quos inter ſecundus Vaticanus, *domitos Carros. domitas Carras* Raphelengius cum optimo Ambroſiano. Claverius ex antiquo codice, *domitas ad Parthica flumina Carras.* quod nec mihi diſplicet. Cum poſt domitas Carrhas ſceptra ſibi miles daret ad Parthica flumina. Carrhae cum ab aliis Imperatoribus, tum a Gordiano tertio captae: qui in expeditione illa occubuit, a Philippo nefarie trucidatus, ſepultusque in caſtro Circeſſo ſeu Circenſi, quod inter duos fluvios ſitum, Euphratem videlicet & Aboram, teſtibus Ammiano Lib. XXIII. & Procopio Lib. II. Perſic. qui id caſtrum Cercuſium appellant. Circeum eſt Capitolino, Euagrio Circeſium, Circuſium Zoſimo Lib. III. qui id pari prorſus modo inter duos ponit fluvios. ut appareat cur *ad Parthica flumina* dixerit Claudianus. Appoſite Ammianus Lib. XXIII. de Juliano: *Moeſtus exinde digreſſus venit curſu propero Carras, antiquum oppidum, Craſſorum & Romani exercitus aerumnis inſigne: unde duae ducentes Perſidem viae regiae diſtinguuntur, laeva per Adiabenam & Tigridem, dextra per Aſſyrios & Euphratem.* Oſſelianus, *poſt domitos & Parthica fulmina caros.* Gyrald. tamen Lucenſ. & prim. Vatic. *poſt obitus & Parthica fulmina caro*, vel *claros.* Scribe:

Cum ſibi, poſt obitus & Parthica fulmina Cari
Sceptra daret miles.

vel *ad Parthica flumina.* ut de Caro Imperatore intelligatur, qui ad Cteſiphontem fulmine ſublatus, ut quidam volunt. Confirmat unice hanc conjecturam ſummus Claudiani imitator Sidonius Apollinaris Narbone:

Nam quis Perſidis expeditionem,
Et victricia caſtra praeteribit
Cari Principis, & perambulatum
Romanis legionibus Niphaten:
Tum, cum fulmine captus Imperator
Vitam fulminibus parem peregit.

ubi verſu penultimo *fulmine tactus*, vel *raptus*, legendum. HEINS. *Qui ſibi poſt domitos & Parthica flumina Carros* Buslid. *& Parthica fulmina Chuyn* Ald. *Carros* Wolf.

77. *Reſpuit inceſtum*] *ingeſtum* Gruter. ad Senec. Medeam v. 132. & ſic Lucenſ. & prim. Vatic. *incertum* Scaliger. Delrius ad Senecam, *hoc ſceptrum.* perperam. Juſtinus de Epaminonda Lib. VI. *recuſanti omnia imperia ingeſta ſunt.* Capitolinus Pertinace; *Donativum promiſit, ingeri ſibi imperium a Laeto & Electo dixit.* Lampridius Alexandro Severo, *Unum me de vobis cenſete potius, quam Magni nomen ingerite.* Sidonius Panegyrico Aviti:

Us primum ingeſti pondus ſuſcepit honoris.

Plura adſtruendae huic ſcripturae congeſſit curis ſecundis Barthius. videndus etiam de hoc verbo Juretus ad Symmachum Lib. IV. Ep. 29. mox *tum* pro *non* ſcripti. ſchedae Gudianae, *huic.* non male. HEINS. vide & ad Valer. Flacc. VII. 651. *non purpura* Parm. Junt. Iſingr. Gryph. Colin.

79. *Meruitque repulſam*] Iino, *meruitque* cum libris. Statius Surrentino Pollii vs. 125.

Obvia majeſtas: doluit Fortuna minorem
Se conceſſa viro. magnum delata poteſtas,
Majorem contemta probat. cognomina ſumſit
Plena ducis genitor; paullatim evectus in altum;
Princeps militiae, qua non inluſtrior exſtat
Altera: cunctorum tabulas adlignat honorum;
Rectorum tractat numerum; conſtringit in unum
Sparſas imperii vires, cuneosque recenſet
Diſpoſitos: quae Sarmaticis cuſtodia ripis,
Quae ſaevis objecta Getis, quae Saxona frenat,
Vel Scotum legio; quantae cinxere cohortes

Ocea-

Spemque metumque domas indignantemque repellis
Fortunam.

ſic lego, non *refellis*. HEINS.

81. *Se conſeſſa viro*] Bene iidem ſcripti, *conceſſa*. mox, *delata* recte Pulmannus cum primo Vaticano & Ambroſ. pro *delecta*. HEINS.

82. *Contemta*] *concepta* Parm. Junt. Iſingr. Gryph. Colin.

83. *Plena ducum*] Florent S. Marci, & Buslid. *ducit*. lege *ducis*. *diem* Oiſelianus. HEINS.

Vectus ad altum] *in altum* quatuor libri. Lego, *evectus in altum*. *ſubvehere* dixit Statius Lacrimis Etruſci vs. 76. ubi *ſubrexit* minus concinne nunc legitur:

Praecipuos ſed enim merito ſubvexit in actus
Nondum ſtelligerum ſenior dimiſſus in axem
Claudius.

HEINS. 1. in Rufin. 22. *tolluntur in altum.*

84. *Quo non inluſtrior exſtat Alter*] *Qua* & *Altera* cum libris. pro *aſſignat*, *adſignat* prim. Vatic. forte, *ac ſignat*. Ceterum huc videtur referenda vetus Inſcriptio apud Sirmondum pag. 18. notarum in Sidonium: FL. CELERINUS. V. D. SCRINIARIUS. IN. L. PATRICIAE. SEDIS. DEP. ID. NOVEMB. D. N. FL. VALENTINIANO. AUG. VII. ET. AVIENO. V. C. COSS. HEINS. *exit* Buslid.

85. *Tabulas adſignat*] Haec non ſunt adeo cuilibet expoſita. ſed non dubito, quin Celerinae pater fuerit Primicerius Notariorum in Occidente, vir ſpectabilis, ad quem pertinuit cura Laterculi majoris, ut eſt in Notitia. Sub eo omnium dignitatum & adminiſtrationum notitia, tam militarium quam civilium. Scholas & numeros tractat, quae omnia recenſet Claud. Tribunus & Notarius, ideoque hujus rei ſciens, ſi quis alius. vid. Cod. Lib. XII. tit. 7. Papinius vero Silv. 1. v. 85. de Abaſcantio, cui Domitianus,

Molem immenſam humeris, & vix tractabile pondus
Impoſuit (nec enim numeroſior altera ſacra
Cura domo) magnum late dimittere in orbem,
Romulei mandata Ducis, vireſque modoſque
Imperii tractare manu, quae laurus ab Arcto,
Quid vagus Euphrates, quid ripa binominis Iſtri
Quid Rheni vexilla ferant.

quae conferenda ſunt cum Claudiano. CLAVER.

86. *Regnorum numeros*] *Rectorum numerum* primus Vatic. & Gudii excerpta. ut Lib. II. in Eutrop. 590.

Rectorum numerum terris pereuntibus augens.

Rectorum numeros Oiſelianus de Praefectis Provinciarum agit. mox primus Vaticanus, *conſtringit in unum Sparſas imperii vires, cuneosque recenſet*. HEINS. *numeros* de militaribus copiis interpretatur Torrent. ad Sueton. Veſp. VI. Barthius legebat: *exſtat. Alter cunctorum* &c.

88. *Depoſitum quae*] *Diſpoſitos* Lucenſ. & Oiſelianus. *Diſpoſitos quam* Gyrald. *Diſpoſiti quae* ſchedae Gudianae cum primo Vaticano. ſecundus, *Depoſitam*. Scribe ex veſtigiis optimorum codicum, tranſpoſita verborum ſerie, hoc ordine:

Rectorum tractat numerum, conſtringit in unum
Sparſas imperii vires, cuneosque recenſet
Diſpoſitos: quae Sarmaticis cuſtodia ripis &c.

Aliter Barthius, quem boni codices hoc loco defecere. *Diſpoſiti cunei*, quomodo in veteri Inſcriptione Ariminenſi:

Auſoniis populis gentiles vite cohortes
Diſpoſuit, ſanxit foedera, jura dedit.

diſpoſiti in turmas equites apud Statium Theb. v. & Achill. 1. 458. de exercitu Graeco ad Trojam ituro:

——— *Tum ſparſa & diffuſa moles*
In corpus vultumque coit, & rege ſub uno
Diſpoſita eſt.

mox *Getis* pro *Rhoetis* libri. HEINS. ita *ſtationes diſponere* dixit Sueton. Aug. XXXII. Tib. XXXVII. & LXXII. & *diſponere excubias*, & ſimilia paſſim. BURM.

90. *legio*] *regio* Parm. Iſingr. Gryph. Colin.

Quan-

Digitized by Google

Oceanum, quanto pacatur milite Rhenus.
Caſta domus, ſincera fides, induſtria ſollers:
Elegit Stilichon. nihil ultra laudibus addi
Judiciove poteſt. tali nubente puella
Nonne tibi ceſſare nefas? duc protinus omnes
Duc age. marcentes cupio quaſſare coronas,
Et vibrare faces, & noctem ducere ludo.
Haec quoque non vilem mihi fiſtula commodat uſum,
Reſponſura choris. vix haec Hymenaeus. at illa
Fontibus abluitur gelidis, legemque capillo
Reddit, & ornatum formae: praelisque ſolutae
Mira Dionaeae ſumit velamina telae.
Floribus exſtruitur currus: juga floribus halant;
Florea purpureas adnectunt frena columbas.
Undique concurrunt volucres, quaecumque frementem
Permulcent Atheſin cantu, quas Larius audit,

Quas

Quantum cinxere cohortes] *Quanta*, & mox, *quanto* bene Raphel. ſcripti confirmant. HEINS. ſed vide ſupra 11. in Stilich. 439. & Conſ. Mall. 57.

93. *Elegit*] Id eſt, adoptavit. Adoptio enim fit electione, quae naturam imitatur. Habuit vero Stilicho ſororem, quae nupſit Heracliano, ex quo forte haec Celerina. quod ſi verum eſt, crudelis & ingratus fuit Heraclianus, qui Stilichonem manu ſua interfecerit, tanquam novandi cupidum. cum ipſe poſtea in Africa tyrannidem occupaverit, ut teſtatur nummus ita inſcriptus *Dn. Heraclianus P. F. Aug.* unde illa Conſtitutio Cod. Theod. *Heraclianı vocabulum, nec privatim nec publice ulla memoria teneat* CLAVER.

96. *Cupio*] *cupias* Ald. quod non incondignum eſſet, niſi inſuaviter ad aures repetitio illa ſyllabarum *as* in *quaſſare* & *coronas* accideret. *ceſſare* Buslid. ex praecedente verſu. BURM.

97. *Ducere ludo*] vide ad Val. Flacc 1. 251.

98. *Mihi fiſtula*] *Jam fiſtula* prim. Vat & Ambroſ. cum Gudianis excerptis. malim &, *commodet*, HEINS.

99. *Reſponſura choris*] *thoris* Buslid.

101. *Praelis*] Sic habuit vetus liber. alias, *populis*. Cujacius etiam notavit legi, *Pepli*, quod conſidera. Martialis (11. 46.)

Sic tua ſuppoſitis perlucent praela lacernis
Sic micat innumeris arcula ſyntheſibus.

Preſſoria dixit Ammianus. CLAVER.

102. *Dionaeae ſumit velamina telae*] *Cleoneae reddit miracula telae* prim. Vatic. *miracula* etiam unus Ambroſ. alii quidam, *peplisque*, *populisque* Gudii ſchedae. Buslid. *peplumque ſolutae* Lucenſ. & prim. Vatic. *praeliisque*. *vè ſolutae* in mendo cubat. Lego, *praelisque polita*. vel certe, *praelisque ſolutis*. Ammianus Lib. XXVIII. *Solutis preſſoriis veſtes luce nitentes arbitra diligenter explorante* pro *miracula* forte & legendum *ſpiracula*. ob odores. Huc refer illud Martialis XI. 9. *De Palatinis domini quod ſerica praelis*. ubi gratos odores recenſet. noſter 11. in Eutrop. 335. *Veſtis odoratae ſtudium*. pro *ſumit* excerpta Gudiana *fuuit*. pro *ſolvit*, opinor. ut locus fortaſſe totus ſic ſit conſtituendus:

——— *praelisque politae*
Mira Dionaeae ſolvit ſpiracula telae.

Virgil. IV. Georg. 415. de Venere, *ambroſium diffudit odorem*. HEINS. *populisque ſolutae* Parm. Junt. Ald. Colin. Gryph. Iſingr. & aliae. *plerisque* Voſſ.

103. *Exſtruitur currus*] *currum* unus Ambroſ. ut Graeciſmus ſit, neque aliter ſecundus & tertius Vaticani. HEINS. ita & Parm. ſed durior hic Graeciſmus videtur. de verbo *halare* vid. Heinſ. ad Ovid. IV. Met. 393 & VIII. 675. BURM.

105. *Quaecumque frementem*] *fremente* cum Lucenſi malo. mox *rauci Paduſae*, non *raucae*, Palat. *raucas volucres* olores dixit Maro Aen. VII. 705. noſter mox *raucam Paduſam* ob olorinum concentum. Auctor Pervigilii Veneris.

Jam loquaces ore rauco ſtagna cygni perſtrepunt.

HEINS. *quicumque* Voſſ. & in ſequentibus, *quos L. a. quos R. a quos* Oxon. & Voſſ. edd. Iſingr. Gryph. Colin. & Parm. niſi quod primo loco, *quo Larius*. *quas recipit* etiam Buslid. *accipit* Wolf. *promulcent* Parm. *frementem* rectius dicit fluvium, quam cantum. ut Conſ. Mall. 237. *Torrentes immane fremunt*. & alibi. BURM.

Quas Benacus alit, quas excipit amne quieto
Mincius: ereptis obmutuit unda querelis.
Eridani ripas, & raucae ſtagna Paduſae
Diffugiens nudavit olor. laetantur Amores,
Frenatisque truces avibus per nubila vecti
Oſtentant ſe quisque Deae, magnoque tumultu
Confligunt; pronique manus in verbera tendunt,
Atque inpune cadunt. lapſus meliore volatu
Conſequitur, vincitque ſuos auriga jugales.
Ut thalami tetigere fores, tum vere rubentes
Deſuper invertunt calathos, largosque roſarum
Imbres, & violas plenis ſparſere pharetris,
Conlectas Veneris prato, quibus ipſe pepercit
Sirius, & teneras clementi ſidere fovit.
Gemmatis alii per totum balſama tectum
Effudere cadis, duro quae faucius ungue
Niliacus pingui deſudat vulnere cortex.
Adgreditur Cytherea nurum, flentemque pudico
Detraxit matris gremio. matura tumeſcit
Virginitas, ſuperatque nives ac lilia candor,
Et patrium flavis teſtatur crinibus Hiſtrum.

Tum

108. *Ereptis obmutuit unda querelis*] *abruptis* magis placet. ut 111. de Rapt. 160. *abrumpit mutas in fila querelas.* Statius VI. Theb. 183.

——— *ſic fata repente*
Concidit, abruptique immutuit ore querelis.

Libr. v. 552.

——— *moriens vagitus in auras*
Excidit, & ruptis immutuit ore querelis.

obmutuit unda, ut in illo Petronii:

——— *jam Phaſidos unda*
Orbata eſt avibus, mutoque in litore cantus
Solae deſertis adſpirant frondibus aurae. HEINS.

110. *Diffugiens nudavit olor*] *viduavit* puto. HEINS.

111. *Frenatisque*] *frenatique* Oxon. mox, *oſtendit ſe* Busl. *oſtendat* Oxon.

113. *Pronique manus in verbera tendunt*] *in verbera pendent* fortaſſe, ut ad verbera haec referantur, quae oloribus intentabant. ſic Virgilius & Silius non ſemel. de quo nos alibi ad Statii Silvas. fors etiam, *pronaeque manus*, quamquam Graecismum praeſtat non ſollicitari. HEINS. eſt imitatio Virgilii Lib. V. 147. *pronique in verbera pendent.*

114. *Lapſu meliore volantes*] Ordo horum verſuum in vulgatis libris turbatus erat. deinde, *lapſus meliore volatu* cum Lucenſi & octo aliis. HEINS. *lapſi* Voſſ.

116. *Tum vere*] *timuere* Buſlid. *tumuere* Voſſ. haec ex vitioſa & indiſtincta ſcriptura nata ſunt. *vernus rubor* ita dictus 11. de Rapt. 90. 11. Stilich. 423. BURM.

117. *Deſuper invertunt calathos*] Malo, *invergunt*. de quo verbo adeantur quae notamus ad Ovid. 1. ex Pont. IX. 54. pro *plenis pharetris* vide ne ſcribendum ſit, *plenis caniſtris*. in *caniſtris* enim flores legebantur. Adi notata ad Faſtos Naſonis Lib. IV. 451. HEINS. In alia re recte quidem, ſed Amores paratas habebant pharetras (vid. ſupr. vs 12.) quibus pro caniſtris utebantur. *ſpiris ſp. pharetris* Buſlid. quod quid velit neſcio. an *ſpiſſis*? Idem Buſl. *deſinitur mulcent thalamos.*

119. *Prato*] *campo* Voſſ. *collectis* Parm.

124. *Adgreditur Cytherea virum*] *nurum* ſcribe cum melioribus libris, & mox *pudico* pro *Cupido*. HEINS. *pudico* Wolf.

127. *Crinibus*] *civibus*, ſed correctum *crinibus*, Voſſ. *deducit crinibus* Buſlid.

128. *Tum*

Digitized by Google

Tum dextram conplexa viri, dextramque puellae
Tradit, & his ultro fancit connubia dictis:
Vivite concordes, & noſtrum diſcite munus;
Oſcula mille ſonent. liveſcant brachia nexu,
Labra ligent animas. neu tu virtute paterna
Confidas, juvenis. non eſt terrore domanda,
Sed precibus pacanda tibi concede marito
Tu quoque, neu Scythicas infenſis unguibus iras
Exercere velis: vinci patiare rogamus:
Sic uxor, ſic mater eris. quid lumina tinguis,
Virgo? crede mihi, quem nunc horreſcis, amabis.
Dixit: & aligera geminos arcuque manuque
Praeſtantes e plebe vocat. puer ilicet Aethon,
Et Pyrois rutilas reſperſi murice plumas

Pro-

128. *Tum dextram*] Hic apparet *ἰσολογίας* nativa ſpecies, ſed profana. CLAVER.

129. *Et bis*] *ex iſtis* Buſlid.

131. *Oſcula*] *ſecula* Buſlid.

132. *Labra ligent animas*] *animas* lege, ut Nuptis Honorii, *labris animam conciliantibus*. quomodo recte illic Clar. Gronovius ex illo Graeco τὴν ψυχὴν Ἀγαθῶνα φιλῶ ἐπὶ χείλεσιν ἔχον. & illo Latino: *Animula aegra & faucia cucurrit ad labias mihi*. quod utrumque exſtat apud Gellium Lib. XIX. cap. XI. vide totum carmen; plura enim illic ad rem. Adde Propertium Lib. I. Eleg. XIII.

Et cupere optatis animam deponere labris.

Ita enim ſcribendum, non *verbis*, quod eſt in vulgatis. multo minus *membris* cum Scaligero. Ariſtaenetus Lib. II. Ep. 19. νῦν ἀλλήλων συναχθέντων ἀμφὼ, ἃ μὲν εἶδον ἀκούσαντες, ἃ δὲ νῦν διδάσκεσθαι ἐπιτυχόντες τὰς ψυχὰς τοῦτο γὰρ φίλημα δύναται. νῦν τοῦτο ἦν ὃ βουλόμενοι σπένδονται αἱ ψυχαὶ διὰ τῶν στομάτων πρὸς ἀλλήλας. νῦν δὲ καὶ τὰ χείλη συμπίπτει. νῦν δὲ ὑπὲρ ζωὴν γλυκεῖαν γίνεται τῶν ψυχῶν. ubi plura ex Heliodoro & Lucretio Mercerus. rurſus Lib. I. Epiſt. XVI. ὥστε προσφῦσαι μανικῶς, ὥστε μόλις ἀποσπάσαι τὰ χείλη, ᾧ καθιτηθί μου τὸ στόμα, τῶν δὲ χειλέων ἀντῆς ὑπαποιχθέντων, ἀτμὸς ἐνῆσαν νῦν τὸ ἔξωθεν μὲ ἐλκτέον καὶ πόσεως, εἰς τὴν ψυχὴν ἐπωχετεύετο τὸν ἐμὸν Petronius: *jam pluribus osculis collisa labra crepitabant, jam alligata mutuo ambitu corpora animarum quoque mixturam fecerant*. denuo Idem:

——— *baeſimus calentes*
Et transfudimus hinc & hinc labellis
Errantes animas.

Theocritus in Oariſti, ubi luſum ſimilem Venerium deſcribit, τὰν ψυχὰν ἐπιβάλλειν dixit. Bion Epitaphio Adonidis

Τοσσατόν με φίλησον ὅσον ζώει τὸ φίλημα
Ἄχρις ἀπὸ ψυχᾶς ἐς ἐμὸν στόμα, κ' εἰς ἐμὲν ἔμπαν
Πνεῦμα τεὸν ἔλθῃ.

Lucilius:

Eduxique ollis animam in primoribus labris.

in Catalectis,

Jungere & innumeras nexa per ora animas.

Manilius Lib. VI. 624.

Oſcula, & in proprias animam transferre medullas.

mox, ut ad Claudianum revertamur, pro *virtute paterna* Gyrald. & prim. Vatic. *proterva*. HEINS.

133. *Terrore*] *virtute* Oxon.

134. *Sed precibus placanda*] *pacanda* lege cum Vatic. ut Nupt. Honor. Feſcenn. 104. *Inpacata licet ſaeviat unguibus*. HEINS.

135. *neu Scythicas*] *nec Futilibus* Buſlid.

137. *Sic uxor, ſic mater eris*] Auguſtinus: *Femina nubit, ut mater fiat*. unde matrimonium ominis cauſa dictum. CLAVER. Malo, eas. ſic apud Ovid. IV. Faſt. 519. *Sospes eas femperque pareris*. Adeantur quae notamus ad Epicedium Druſi Naſonianum 472. & Lib. II. in Europ. 157. de formula *Sic eat*. HEINS. Non ubique contra ſcriptos talia, quae amabat Heinſius, intrudenda. Ovid. II. Faſt. 426.

Nec prece, nec magico carmine mater eris.

& paulo poſt v. 448.

Utque pater jubito, nuptaque mater erat.

II. Amor. IV. 22.

Quae fuerat virgo tradita, mater erat.

pro *tingis*, *ſtringis* Buſl. *tinguis* Wolf.

139. *Dixit: & aligeros*] *aligera*. mox *reſperſi*, pro *diſperſi* cum libris. HEINS. *reſperſi* Wolf. Parm. & Ald.

140. *E plebe*] *de plebe* Buſlid. Voſſ. Oxon. & Wolf. *Pyroes* Voſſ. & Wolf.

143. *Ille*

Profiliunt, puroque inbutis melle ſagittis,
Hic nuptam petit, ille virum. ſonuere reducta
Cornua: certa Notos pariter ſulcavit arundo,
Et pariter fixis haeſerunt tela medullis.

143. *Ille virum*] *illa* Parm.
144. *Sulcavit*] *ſuccavit* Wolf.
145. *Tela*] *membra* Buſſid. ſed tum legerem, *fixis haeſerunt membra ſagittis*. vulgatum tamen praefero. Burm.

Digitized by Google

CL. CLAUDIANI

LIBRI I.

DE RAPTU PROSERPINAE

PRAEFATIO.

INventa ſecuit primus qui nave profundum,
Et rudibus remis ſollicitavit aquas:

Qui

Praefigitur huic libro Praefatio, in qua vulgo, & etiam in meo MS. legitur, *Augustas hiemes*, *Fenumque*. ſed MS. liber, quem mihi utendum Victor Giſelinus, ſingulari vir doctrina, conceſſit, *Jenisamque* continebat, quod etiam concinnius videtur. DELR. Apud Graecos olim tantum non deſita prooemia & epilogi. at Juriſperitis aliter viſum, ac poëtis majorum gentium. utriusque rei exempla ſunt apud Virgilium, Statium & Ovidium. Sed, ut verum fatear, paulo circumſpectius videntur egiſſe Perſius & Claudianus ſeparata praefatione a juſto poëmate ipſo genere carminis, cum divinus alioqui Maro unum corpus fecerit. Et tamen magnus ille Scaliger ſenior indignatur iis, qui tanti viri judicio arbitrium ſuum & cenſuram praetulerint. Nullum vero antiquius aut ſplendidius argumentum ſcribendi fuit hoc Raptu: quem Nicomachus artifex memorabilis in tabula depinxit adeo pulchre, ut Jovis Capitolini templo dedicata ſit. De hujus operis Mythologia Actio 5. in Verrem tibi fecerit fatis, ſi adjunxeris quaedam ex Natura Deorum. Adde, ſi libet, Metamorphoſin & Faſtos Ovidii. Verum excellit hac in re Poëta noſter: *Qui ferruginei thoros mariti*, *Et Muſa canis Inferos ſuperna*, ut eleganter Sidonius. Ceterum imitatio eſt Achilleidos. ut enim Thetis filium in Scyro, ſic filiam Ceres in Sicilia deponit, unde *inter utrumque volat dubiis Victoria pennis*. quod ſine ullius offenſa dictum velim. CLAVER. Poëma hoc ἀτελὲς & mutilum ad nos pervenit, ut & alia nonnulla ex Claudiani operibus. *Raptum Proſerpinae* auctor, puto, Inſcripſerat, non *de Raptu*, quod barbarorum commentum. Sic *Triſtia*, *Faſti*, *Amores*, *Ars Amatoria*, & ſimilia apud Ovidium, non *de Triſtibus*, *de Faſtis*, atque ita porro. *L. Junii Moderati Columellae Rei Ruſticae libros*, non *de Re Ruſtica* optimus ac vetuſtiſſimus codex S. Germani Pariſinus inſcribit. Florentino dedicatum hoc opuſculum ex Praefatione libro ſecundo praemiſſa colligimus, ut omnino mihi perſuadeam, hinc errorem quorumdam profluxiſſe, qui Claudianum Florentinum fuiſſe ſuſpicati ſint; cum nihil tam certum ſit, quam in Aegypto, & quidem Alexandriae natum. quod argumentis multis evinci a me poſſet, niſi alii id jam praeſtitiſſent. Quid quod Alexandrinos dicaciſſimos fuiſſe conſtat? qua in re tam aſſiduus eſt noſter, non tantum in epigrammatis, verum etiam in verſibus epicis, & ubi maxime deberet eſſe ſerius, ut jure cenſeri poſſit decori hic non valde ſtudioſus, & ad ſatyram quandoque deſcendat. Ceterum *Raptus* hic in V. Cl. Patricii Junii codice, in utroque Oxonienſi, priore Moreti, Puteaneo, Regio, tribus Petavianis, quatuor Mediceis, Florentino S. Marci, Bononienſi, & duobus Ambroſianis, tribus Vaticanis & Palatino legebatur. In excerptis quoque Gyraldi & Livineji Vaticanis exſtabat. quamquam primo Vaticano codici manu recentiore poëmatium hoc erat adſcriptum. in reliquis codicibus deſiderabatur. Habui praeterea alium Patricii Junii codicem, alium item Petavianum, duos Voſſianos, duos meos, duos Vaticanos, unum V. Cl. Thomae Bartholini, in quibus poëmatium hoc tantum, ceteris Claudiani omiſſis, exhiberetur. Florentino haec inſcribunt vulgati codices, quod ſcripti non confirmant. HEINS.

De Raptu Proſerpinae] Proſerpinae raptus. trita veteribus fabula, dat operi nomen, quem Nicomachus pinxit. Plin. Lib. XXXV. cap. 16. Praxiteles ex aere finxit. Idem libro XXXIV. cap. 8. ſed nec hujus color & juventus, nec illius caelum cum divinis Claudiani verſibus conferri poſſunt. Fabulam fuſe deſcripſere Ovidius Lib. V. Metam. Fab. VI. & Faſtor. Lib. IV. Tull. Act. VI. in C. Verrem, qui tamen ex Ennenſium nemore raptam a Dite virginem contendit, noſtro reclamante, qui ſub Aetna id factum vult: cui favet Diodorus Lib. VI. cap. 2. Argumentum autem pete ex Servio ad illud 1. Georg. 39.

Nec repetita ſequi curet Proſerpina matrem.

mythologiam ex Plutarcho Lib. Περὶ τῶ ἰμφανισθῆναι πρεσβύτερα τῷ κόσμῳ τὸς σελήνης. DEMPSTER.

1. *Primus qui*] *qui primus* Oxon. Jun. Voſſ.

Digitized by Google

Qui dubiis auſus conmittere flatibus alnum,
Quas natura negat, praebuit arte vias.
Tranquillus primum trepidus ſe credidit undis,
Litora ſecuro tramite ſumma legens:
Mox longos tentare ſinus, & linquere terras,
Et leni coepit pandere vela Noto.
Aſt ubi paullatim praeceps audacia crevit,
Cordaque languentem dedidicere metum;
Jam vagus exſultat pelago, coelumque ſecutus
Aegaeas hiemes Jöniasque domat.

2. *Rudibus remis*] Id eſt ramis arborum, non politis. *robora ſilvis infabricata* vocat Virg. IV. Aen. 399. vide ad Valer. Fl. VIII. 287. non bene ceperat Barthius, pro, qui antea non experti erant mare. BURM.

3. *Flatibus*] *Fluctibus* Jun. duo. eadem varietas Epith. Pallad. 61. & alibi. *alnum e. flatibus auſus* Jun. *alveum* Voſſ.

4. *Negat*] *vetat* Jun.

5. *Credidit*] *praebuit* Voſſ.

6. *Litora ſecuro tramite ſumma legens*] Vetus liber Voſſianus, *ſecreto tramite*. Prudentius:

Invenit expoſitam ſecreti in litoris aſtu.

Apulej. X. Met. ſub finem, *electo ſecreto litore*. ſic & apud Val. Flacc. Lib. III. 372.

Tum ſecreta trahens Phoebeum ad litora Mopſum.

Lucanus Lib. V. 376. *Secretoque litora Leucae*. Sil. Ital. XII. 326.

Et tu ſecretis concede penatibus & me
Linque meae menti.

ita legendum videtur, vulgo *ſecuris*. Idem Lib. XVI. 243.

— — — *ſecretisque aedibus hoſpes*
Sceptrigero cum rege pari ſub honore reſidunt.

in remota enim aedium parte haec agebantur. Sic Cicer. II. de Finib. *locum celebrem & ſecretum* inter ſe opponit: *Loco* inquit, *publico privatone, celebri an ſecreto &c. intereſt plurimum*. Severus in Aetna:

Ni furtim generet ſecretis callibus humor
Materiam. quod fortaſſis ille ex Lucretio ſuo hauſerat, qui dixit, *ſecretos egit calles mare*. ſic Iſidorus in Gloſſis, *calles ſunt viae paucorum veſtigiis tritae*. ut fortaſſis legendum, non ut vulgo, *pecorum veſtigiis*. quamquam & ea lectio lectorum ex ſententia conſtet. HEINS. Ego *ſecuro* praeferrem; terram enim legens non *ſecreto tramite*, ſed *ſecuro* navigat, & *audacia* mox docet primo *ſecura* elegiſſe. *ſecretum* enim eſt a frequentia hominum remotum, ut *ſecreta Nili naſcentis* II. in Rufin. & ſimilia. *ſecure* Voſſ. unus a m. prim. voces vero hae paſſim confunduntur. vid. ad Ovid. IX. Met. 558. *ſumma vero litora* in mare excedentia, extrema, vocat. BURM.

9. *Praeceps audacia crevit*] Euſtathius Swarthius in Analectis, & curis prioribus Barthius, legunt, *in praeceps*. non ſequor. Lib. I. in Rufin. 34. *caeco praeceps audacia vultu*. Stat. V. Theb. 368.

Tunc primum ex animis praeceps audacia ceſſit.

Ovid. Halieut.

At laus prima eorum, quibus eſt audacia praeceps.

Ammianus Marcellinus Lib. XXX. *Horum obſtinatione libertatem temeritas, conſtantiam audacia praeceps, eloquentiam inanis quaedam imitatur fluentia loquendi.* Lib. XX. *Defenſores, ni vigilaſſent, exitium adfore jam ſperantes, in audaciam ruere praecipitem.* ita *praeceps amentia* & *diſcordia* Statio. HEINS. ſic *praeceps virtus* Grat. Cyneg. 167. *crevit*, ut Praef. Conſ. Mall. 5.

An tibi continuis crevit fiducia caſtris? BURM.

11. *Jam vagus erupit pelago*] *exſultat* Iſingrinus. eleganter. ut apud Ovidium Lib. I. Met. 130.

Fluctibus ignotis inſultavere carinae.

& apud Silium Lib. XIV. 364. *Inſultant pariter pelago.* Pro *irrupit* plerique tamen, *irrumpit*, & *pelagus* duo Petaviani cum uno Mediceo, quod praeſtat. ſic, *Intacti cum clauſtra freti audax irrumperet Argo*. Bell. Get. 2. & Bell. Gildon. 138. *talique ſupernas Irrumpit clamore fores. & cohors experta penitus irrumpere* Statio VI. Thebaidos. HEINS. *vagus irripuit* Voſſ. *irrumpit* alius Voſſ.

12. *Aegaeas*] Ita veteres duo codices, & recte, nam haec duo ſaepe junguntur apud Poëtas. Statius: *Ionium Aegeumque premi*. vana igitur illa repetitio, *Ioniasque hiemes Ioniumque domat*. CLAVER. Statius Lib. V. Silv. II. 5.

Ceu ſuper Aegeas hiemes abeuntis amici
Vela ſequar. HEINS. *Ioniumque* fere omnes ſcripti, & Parrhaſ. Vicet. Parm. Ald. Iſingr. Gryph. Colin. editiones. neſcio quid praeſtet. *Jonias iras* dixit infra VS. 147. *Jonia pericula* Statius IV. Silv. IV. 100. ubi perperam *procellas* reponit vir doctus; nam ita & idem Stat. V. Silv. I. 68. *medii pericula ponti* dixit. In codice Sangallenſi adjectum erat diſtichon hoc:

Sic ego qui rudibus ſcripſi praeludia verbis
Ingredior Stygii nobile Ditis opus.

quod a monachali manu profectum eſſe nullus dubito. BURM.

CL.

Digitized by Google

CL. CLAUDIANI
RAPTUS PROSERPINAE.

LIBER I.

INferni raptoris equos, adflataque curru
Sidera Taenario, caligantesque profundae
Junonis thalamos audaci prodere cantu

Mens

1. *Inferni raptoris*] Exordium mutuatus est a Silio, qui ita habet Punicorum VII.

Ceu quondam aeternae regnator noctis ad imos
Quam fugeret thalamos, Aetnaea virgine rapta,
Egit nigrantem picea caligine currum.

DEMPST. Mira in hoc versu gravitas, & quae tamen instar orationis paullatim adsurgentis. Plinius Secundus, *non affectanda semper elata, in pictura umbra, in oratione submissio laudabilis.* Alia poëmata e contra, ut est apud Servium, dactylum requirunt. At Papinius ita suam Thebaïda orsus est, ut Silio numerosior appareat. CLAVER.

Adflataque] Phrasis elegans, atque Statiana:
Adflatusque fugit curru majore Boëtes.
apud Arbitrum: *ventosa loquacitas animos juvenum pestilenti fidere adflavit.* CLAVER.

2. *Taenario*] *Taenareo* Voss. & Mediol. edit. Vicet. Parm. *tartareo* Jun. ita solere librarios promiscue has voces exhibere vidimus ad Ovid. IV. Fast. 612. & dubito quid hic aptius, quia in Sicilia res gesta, non Peloponneso. vid. & Lib. II. 307. *Trinacrio* cod. Leid. & in margine, *alii*, *Taenario*. BURM.

3. *Junonis*] Proserpina *Juno Lucina* a Latinis dicta, ut ex duplici ratione discres a Varrone IV. de Ling. Lat. *Stygia* a Statio IV. Theb. *Stygiaeque severas Junonis thalamos.* ab eodem etiam *Aetnaea* Lib. V. Silv. III. *imbrarum reges, Aetnaeaque Juno.* & *Averna* a Silio Lib. XIII. *conjux Junonis Avernae.* a Marone *Inferna* VI. Aen. *Junoni infernae dictus sacer.* Forte quod *inferius terrae hemisphaerium per illam a Physicis antiquis significatum* Macrob. I. Saturn. cap. XXI. DEMPSTER.

Prodere cantu] Vetus liber, & Vicetin. Mediolan. & Parisiens. *promere.* DELR. *prodere* in veteri codice, quod facile admisi, nam in Rufin. dixit, *quid prodere tanto relatu?* at prius dixerat Lucanus: *causas exprimere rerum.* CLAVER. *prodere* Isingrinus & ex nostris octo. vere. quod & Claverius expressit, & probat curis secundis Barthius. Glossae MSS. Balthasaris Moreti: *Prodo, decipio, manifesto, vel credita detego, vel secreta in lucem produco.* Sic vates dicebantur *Deos prodere*, quorum mentes aut arcana revelabant. multus in ea locutione Lucanus, qui apposite Lib. V. 176. *nec tantum prodere vati, Quantum scire licet.* & Lib. X. 194. apud eundem Achoreus vates:

Fas mihi magnorum, Caesar, secreta Deorum
Prodere.

ita vetus liber Lovanienss, non *perendum.* paulo ante Caesar illi ipsi Achoreo V. 180.

——— *quodcumque vetustis*
Insculptum est adytis, profer, noscique volentes
Prode deos.

atque ita ille saepe, ut Lib. I. 631. Arruns, vir *fas, Superi, quaecumque monetis Prodere me populis.* & mox V. 677.

——— *rapitur matrona per urbem*
Vocibus his prodens urgentem pectora Phoebum.

apud Curtium Lib. VII. cap. VII. Alexander ad Aristandrum vatem: *Erigyius arcana mea & secreta, te prodente, cognovit.* Ovid. III. Fast. 291.

Sed poterunt ritum Picus Faunusque piandi
Prodere.

ita meliores membranae, vulgo *tradere.* Flavius Vopiscus Aureliano: *Itum deinde est ad templum, inspecti libri, prodita versus.* ubi de Sibyllinis oraculis. Valer. Flacc. III. 408.

Ille mihi, quae danda forent lustramina caesis,
Prodidit, ille volens Erebum terrasque retexit.

& paulo ante V. 216. *Vos prodite Divae Eumenidum noctisque globi.* Phineus vates apud eumdem Lib. IV. 480.

Fata loquax mentemque Jovis, quaeque abdita solus
Consilia & terris subito ventura parabat,
Prodideram.

Noster infra Lib. III. 55.

Quod si quis Cereri raptorem prodere dictis
Audeat.

Digitized by Google

Mens congesta jubet. gressus removete, profani.
Jam furor humanos de nostro pectore sensus
Expulit, & totum spirant praecordia Phoebum.
Jam mihi cernuntur trepidis delubra moveri
Sedibus, & claram dispergere culmina lucem,
Adventum testata Dei. jam magnus ab imis
Auditur fremitus terris, templumque remugit
Cecropium, sanctasque faces extollit Eleusin.

Angues

& paulo post, *passurus prodita regna*. sed jam nimii sumus. HEINS. vide & II. in Eutrop. 193. & ad Ovid. v. Fast. 508. in aliis quoque rebus saepe utitur noster hoc verbo. ut IV. Cons. Hon 416. Cons. Mall. 220. Lib. II. de laud. Stilich. 210. & alibi passim. BURM.

4. *Mens concussa*] Legi *congesta*, praeter veteres libros, tam scriptos quam excusos, etiam Brodaei Miscellanea jubent. DELR. Hanc lectionem vetus exemplar & Colinei editio agnoscit. Constat vero hunc Poëtam Platonis imitatione delectari. neque immerito Brodaeus, juvenis olim peracutus, & serio doctus, arguit eos, qui vim tam bellae dictionis non adverterint. Siquidem ἡ ψυχὴ λογίζεται κάθαρτα, ὅτι μάλιστα ἀυτὴ καθ' ἀυτὴν γίγνεται. ergo *congesta mens* vere est συνθρομένη ψυχὴ. quamvis apud Virgilium, *fecundum concute pectus*. unde forte *concussa* magis placuit Scaligero seniori, quod sane in deliberationem cadit. CLAVER. Codex Gryphii *concussa*, sed nostra lectio probatur Brodaeo ex Platone: ac si dicat, congerie rerum confusa mentem implicitam non facile posse ordiri. At ego memini me legere puerum in Vaticano, *commota*, quod confirmat Seneca Lib. de Tranquil. anim. ad finem: *non potest grande aliquid & supra ceteros loqui, nisi motâ mente*. DEMPST. *conjecta* Oxon. *concepta*, *conjecta* vel *angusta* Voss. Glossator codicis Leidensis *conjectum* explicat, omni tempore coadunatam per favorem Apollinis, Musarum, Palladis, Bacchi, Cereris & aliorum Deorum. *concussa* probat Scaliger ex Virgilii Lib. VII. 338. *fecundum concute pectus*. ubi Cerda *congesta* praefert hoc loco. BURM.

5. *Furor*] Id est, *furentis animi vaticinatio*, ut est apud Petronium, cum scilicet *praecipitatur liber spiritus*. CLAVER.

Nostro de] Mollius est *de nostro*, ut in Vossiano, ne ultima syllaba in *humanos*, sequente *nostro*, durum faciat sonum. BURM.

8. *Culmina lucem*] Vetus liber cum Paris. & Vlect. *lumina*, hoc est jubar Phoebaeae lampadis. DELR. Scripti omnes, *lumina* vel *limina*. nihil immuto. Statius I. Theb. 209. *radiare majore serena Culmina*. Valer. Flacc. V. 244.

Curvare per summi fulgar laquearia tecti.

Ovid. I. Fast. 77.

Flamma nitore suo templorum verberat aurum,
Et tremulum summa spargit in aede jubar.

Male ergo vir doctissimus Johannes Meursius in libro de sacris Eleusiniis, *fulmina* legendum hic censet. si quid mutandum, *culmine* rescribam, ut ad τὸ *delubra* referatur. Aldi certe editio, *lumine*. Appositе omnino Justinus Lib. XXIV. cap 8. de Brenno Delphos oppugnante: *advenisse Deum clamant, eumque se vidisse desilientem in templum per culminis aperta fastigia*. HEINS. Dubia sane lectio, scribendumne sit *limina*, an *culmina*. ita apud Lucan. IV. 155.

Excussae taurus, immotaque culmina templi.

ubi alii codices, *limina*. Hamburg. *immota cacumina*. doctissimus Oudenporpius in *limina* pronior est, quae & hic vult restitui. Locus Justini, quem & Oudendorpius adduxit, ad hostilem Apollinis descensum referendus, huc non pertinet. ille enim καταιβάτης etiam dictus. vide quae diximus de Jove Fulgeratore capt. ult. & praecipue locum Propertii ibi adductum. denique saepe *culmina* & etiam *limina* pro toto templo dicunt. ut Noster II. de Laud. Stilich. 401. *Pythia culmina*. ubi etiam *limina* alii. sic *Tarpejum culmen* Silius III. 609. *culmina* est in Isingr. & Gryph. sed *lumine lucem* Colin. BURM.

9. *Dei*] Phoebi adventum trepidatione delubri ac lucis indicio notat. Dido IV. Aen. sacrificat Phoebo, Cereri, & Lyaeo, qui & hic, & Cassandra, *Dei jussu os aperit*. Ovidius, *Signa Deum nosco per sua, Phoebus adest*. alii Cererem explicant. CLAVER. *Deae* etiam Parrhas. conjiciebat, ut de Cerere intelligatur.

10. *Fremitus*] *strepitus* Juniani duo. eadem varietas apud Valer. Flacc. I. 159. sed *fremitus* in hac re proprius, unde inter prodigia saepe *fremitus terrae* & *inferorum* notantur ab Obsequente. vid. cap. 106. 108. 113. 120. *coelumque* unus etiam Voss. pro *templum*. sed hoc praefero, licet & coelestem fremitum auditum narret Obseq. cap. 101. de quibus Schefferus videndus ad dicta loca. BURM.

11. *Cecropidum*] Unus liber MS. *Cecropium*. DELR. *Cecropium* & *attollit* meliores libri, non *Cecropidum*, nec

Angues Triptolemi ſtridunt, & ſquamea curvis
Colla levant adtrita jugis, lapſuque ſereno
Erecti roſeas tendunt ad carmina criſtas.
Ecce procul ternas Hecate variata figuras
Exoritur, lenisque ſimul procedit Jacchus,

Cri-

nec *extollit*. Noſter Epithal. Celerinae 33. *primas nec fas attollere taedas*. Stat. Theb. II.

Multifida attollens antiqua lumina cedro.

Silius Lib. X. 550.

Ipſe manu celſam pinum flammamque comantem
Attollit ductor.

apud Apulejum: *Erant qui praeacutas fudes attollerent.* Lib. VIII. Met. & poſtea: *brachiisque humero tenus remudatis immanes gladios ac ſecures exſiliunt.* Seneca Hippolyto, appoſite de eadem re:

Mentem relaxa, noctibus feſtis facem
Attolle.

HEINS. Sed *erexit taedas* II. in Rufin. 97. *extollere* plus quam *adtollere*, & majorem altitudinem notare puto. vid. II. in Rufin. 176. & 205. *ad aſtra extellis palmas*. quare retinui priorum omnium editionum ſcripturam. in ſolo Juniano *attollit* erat. quod licet aliis locis occurrat, minime coactus fuit Poëta ſemper eo verbo uti, ſed forte librarii ex frequenti ejus uſu adripuerunt etiam hoc loco. BURM.

Sanctaſque] Meus vetus liber, *ſacraque. ſanctas* autem, hoc eſt, omni temporum obſervatione inviolatas, quo pacto muros civitatis *ſanctos* dicimus. DELR. *Faces ſanctae* ideo, quod in ſacrificiis Eleuſiniis adhiberentur exemplo Cereris, quae filiam quaeſitura, taedas inflammavit ex ignibus, qui ex Aetna erumpunt, ut ait Tull. VI. Verr. & Noſter Lib. III. de Raptu ad finem:

——— *notaeque jugis illabitur Aetnae*
Noctivago taedas inflammatura labori.

hinc in iis ſacris ſollennis erat δαδουχία, *taedae geſtatio*. & Callias ſacerdos Cereris δαδοῦχος *ſacifer* dicitur. Plut. Ariſtide princ. ita intellige poëtas. Ovid. Epiſt. II. 42. *taediferae myſtica ſacra Deae*. & III. Faſt. 786. *Quas cum taedifera nunc habet ille Dea.* Juvenal. Sat. II. 91. *ſecreta coluerunt orgia taedae.* Stat. IV. Silv. VIII. 50.

——— *Actaea Ceres, curſu cui ſemper anhelo*
Votivum tacitae quaſſamus lampada myſtae.

Et Dianae Segeſtanae ſimulacrum dextra manu facem ferebat, ex Tull. VI. Verr. eandem autem eſſe Dianam & Proſerpinam diſces ex Iſidoro Lib. VIII. cap. XI. & ex verſu illo vulgato ſed ingenioſo:

Terret, luſtrat, agit, Proſerpina, Luna, Diana,
Ima, ſuprema, feras, ſceptro, fulgore, ſagitta.

DEMPTER.

Eleuſis] *Eleuſin* rectius codices nonnulli, de quo ad Naſonem pluribus. HEINS. Nullum vidi, in quo non *Eleuſis*.

12. *Stridens*] Alii, *ſtridunt*, qui ſonus hic non placet. At Scaligero ſeniori hic ordo mutatur. ſic enim ille: *Triptolemi ſtridens angues.* CLAVER. vid. ad Lib. III. 399.

Squammea] Bartholin. de Luce Animal. Lib. II. cap. 10. *flammea* corrigebat. BURM.

13. *Adtrita*] Id eſt polita, ſeu levia, non recutita. Cicero dixit *mentum ſimulacri attritius oſculis. adſtrictus* inepte. CLAVER. vide quae diximus ad Val. Flacc. I. 282. Senec. Hipp. 34. *tendant Creſſae fortis trito vincula collo.* Stat. VIII. Th. 229. *manibuque attrita Tonantis cornua.* ſimilis diverſitas infra Lib. III. 161. vide & Heinſ. ad Lib. III. 102. *aſtrictus* Cod. Mediol. Vicetin. Parm. & Parrhaſii, qui & *attrita jubis* agnoſcit. *attrita jugis* Ald. Iſingr. & alii. BURM.

14. *Erecti*] *Erepti* Jun. & unus Heinſii.

Roſeas] Suavia ſane & placida hic deſtinato apparent. *Roſeas* enim *criſtas lapſui ſereno* ſubjungit, denique roſas loquitur, dum ſanguineum ac luteum colorem pulcra temperie mitigat. vir tamen cum cenſoria virgula in lucem editus, ac valde judicioſus, humile neſcio quid huic epitheto adſignat, Lucretius: *Forſitan & roſeo ſol alte lampade ſurgens.* Claudian. alibi dicit, *roſeum Luciferum.* & Aurorae color dicitur non male *roſeus*. CLAVER.

Carmina] Victoris liber, *cornua*. DELR.

15. *Ecce*] *Jamque* unus Heinſii.

ternis Hecate variata figuris] Haec ternis figuris varia, idque explicat eleganter Prudentius, & illi verſiculi incerto auctore,

Terret, luſtrat, agit: Proſerpina, Luna, Diana.
Ima, ſuperna, feras: ſceptro, fulgore, ſagitta.

CLAVER. Petavianus unus & Bonon. *ternas figuras* elegantiori Graeciſmo. Prudent. contra Symmach. *terque ſuas eadem variare figuras Creditur.* Statii illa reſpexit noſter, Theb. X. 360.

——— *arcanae moderatrix Cynthia noctis*
Si te tergeminis perhibent variare figuris
Numen. HEINS.

16. *Laetusque ſimul*] Anacreon de Baccho, δι' ὃν ἀμπαύεται λύπη δι' οἰνοβαρεῖς ἀνία. eumdem Maro *laetitiae datorem* vocat. idcirco noſter in veteri libro & tribus excuſis, *laetum* nominat. DELR. *lenis* vetus codex. alias, *lactus*. non male ex Virgilio. ſed

Crinali florens edera, quem Parthica velat
Tigris, & auratos in nodum colligit ungues:
Ebria Maeonius firmat veſtigia thyrſus.
Dî, quibus innumerum vacui famulantur Averni

Vul-

alludit ad *Lenei* nomen, qui Donato dicitur, quaſi *mentem leniat*. alii Graecam originem tenent mordicus, ignari antiquae conſuetudinis. quod enim in Jure *teſtatio mentis*, alluſio quidem eſt, ſed talis, ut melior teſtamenti definitio dari non queat. analogias ſane, vel etyma, vel origines boni illi non neſciebant. ſic opinor *furet* a ferendo, vel ἀπὸ τῦ φέρειν, ſine periculo dixeris. CLAVER. *leniſque* multi codices. alii, *laetuque*, quod Barthius amplectebatur curis ſecundis. ſed nil neceſſe. Auſonius Epiſt. XIII.

Sollicitat lenem comi ſermone Lyaeum.

poſſis tamen & *levis Jacchus* pro imberbi reponere, quomodo *levis Agyeus* de Phoebo apud Horat. IV. od. 6. HEINS. vide quae diximus ad Nemeſ. Eclog. III. 37. ubi eadem varietas. *praecedit* etiam Junianus. *lenis* vero Bacchus, quia mite numen vulgo habebatur. vide ad Ovid. XI. 134. & ita *mitis* dicitur Statio Lib. V. 286. qui locus in editione Lind. vitioſus exhibetur. quamquam & atrox & iracundus aliquando fingatur. in Voſſ. erat, *litusque ſ. pr. biatus*. in Mediol. *levique*, ut conjecerat Heinſius. nam inberbem & perpetuae juventae fingi notum eſt. ſic Horat. III. od. 18. Faunum precatur, ut *lenis incedat*. recte *procedit* pompam & dignitatem dicare notat Barthius. BURM.

17. *Crinali*] Ita *crinales lauros* dixit Rutilius Lib. I. Itiner. 15. ubi vide Comm. BURM.

18. *quem Parthica velat Tigris*] Nebrida, vel ſpolium tigridis accipe, quod etiam humano capiti aptari queat. Camillae apud Maronem (XI. 577.) *Tigridis exuviae per dorſum a vertice pendent*. Ceterum ſi quis viderit figuras ſigniferorum Romani exercitus, facile agnoſcet has induvias. CLAVER. victa India curribus triumphalibus Bacchus junxit tigres. Ovid. I. Amor. Eleg. 11. Martial. Lib. VIII. Ep. 26. Silius Lib. XVII. in fine. noſter IV. Conſ. Hon. 684. *frenat blandae ſub vincula tigres*. ideo hoc fictum, quod vinum ferocia quaeque corda domet. Fulgent. Mythol. II. notum ſatis heroes pellibus ferarum veſtiri ſolitos quas ſuperaſſent. ſic Herculi Leonis, ut & Antaeo, datur tergus. Lucan. Lib. V. aper Tydeo Stat. XI. Theb. urſae Aceſtae. Leopardi Paridi III. Iliad. princ. Tigris Baccho. Stat. I. Silv. II. *flavam maculoſo nebridā tergo*. Sidon. carm. X. in princ. Imo & Bacchae ſic indutae. Sidon. carm. XI.

— *diſtincta latus maculoſa nebride Thyas.*

Avienus:

Orgia ludentes & nebride pectore cinctae
Deducere choros.

auratos ungues ad mimeſin Statii VI. Theb. *extremos auro manſueverat ungues*. DEMPST. Unus Medic. *Parthia*. ſic *Arcadia nemora* pro *Arcadica* apud Senec. Herc. Furent. in vetuſto exemplari. noſter *Armenia ora* IV. Conſ. Hon. *Galliae mulieres* Saluſt. apud Nonium. *Pharſalia tecta* Catullo. *gens Maſſylia* Lucan. Lib. IV. & ſimilia. Παῤῥάσιοι ἄνδρες pari modo apud Anacreontem Od. LV. *Acriſia puella* pro Acriſebnea Sulpicio Luperco in Catalectis Pithoei. *Lydius infans*, & *Lydia virgo* pro *Lida* in iisdem Catalectis. *Graecia tellus* in Periegeſi Priſciani. *Mauſolus rex terrae Cariae* Ciceroni apud Gellium Lib. X. cap. 18. *Eurimedon Pamphylicus flumen* pro Pamphylo apud Ammianum Lib. XVII. HEINS.

Ungues] Bartholinus de Luce Animal. II. 10. *angues* legebat.

19. *Fulſit*] Hoc mendoſum eſt, nam dicere voluit Bacchum meraco vino titubantes pedes Lydis thyrſis confirmaſſe. quae ſententia erit, ſive *fulcit* ut Moguntini, & Baſileenſes, ſive *firmat*, ut meus MS. legamus. Colinei & Parrhaſii lectio, videlicet *figit*, a Victoriano codice confirmatur. DELR. Diverſa lectio, *figit*, *fulſit*, pro *fulcit*. at Statius, Claudiani norma & Lydius lapis: *firmat veſtigia virga*. unde vetus lectio etiam firmatur, alioqui *fulcit* delicatum ſatis. CLAVER. *firmat* meliores. alii, *figit*. minus bene. Virgil. III. Aen. 659.

Trunco manum pinus regit & veſtigia firmat.

Lucan. IV. 41.

Dum labat & fixo firmat veſtigia pilo.

Statius Theb. II. *medica firmat veſtigia virga. firmare cono veſtigia* apud Sidonium Majoriani Panegyrico, & Epithalamio Ruricii, *veſtigia pinnis firmare*. Alcimus Avitus Lib. I.

Surgit, & erectis firmat veſtigia plantis.

noſter III. Conſ. Hon. 39.

Mox ubi firmaſti recto veſtigia greſſu.

Juvenalis tamen Sat. XIV. 272. quamquam minus ad rem, *ancipiti figens veſtigia planta*. HEINS. *figit* Vicet. Parm. *fulcit* Iſingr. Gryph. vide Bell. Get. 483. *figens* unus Heinſii. *Maebonius figit* Voſſ.

20. *Dî*] Orpheus apud Ovid. (X. Met. 17.)

O peſiti ſub terra numina mundi
In quem recidimus, quidquid mortale creatur.

CLAVER.

In

Vulgus iners, opibus quorum donatur avaris,
Quidquid in orbe perit, quos Styx liventibus ambit
Interfusa vadis, & quos fumantia torquens
Aequora gurgitibus Phlegethon perlustrat anhelis;
Vos mihi sacrarum penetralia pandite rerum,
Et vestri secreta poli: qua lampade Ditem
Flexit Amor, quo ducta ferox Proserpina raptu
Possedit dotale Chaos; quantasque per oras
Sollicito genitrix erraverit anxia cursu.
Unde datae populis leges, & glande relicta

Cesse-

In numerum] Fauni ludunt *in numerum* Virgilio, hic vulgus Averni famulantur. sic ad Symphoniam Carpus ille famulatur apud Arbitrum. CLAVER. Ita veteres & recentiores quaedam editiones. sed Barthius & alii, una voce *innumerum*. nam apud inferos statuere in numerum famulatos, esse absurdum. *innumeri* Voss. BURM.

Famulantur] non *famulatur*, potiores scripti & primae edd. probe. Sil. Ital. VI. 562. *jacent portis ululante dolore Dispersum vulgus.* ita bene vetus liber. lego etiam, *ululantque*, Ovid. XII. *venium leve vulgus, euntque.* HEINS.

21. *Vulgus*] Naso (II. Fast. 653.)

Perque vias urbis, latosque ululasse per agros
Deformes animos vulgus inane ferunt. CLAVER.

Opibus avaris] In Culice: *non avidas agnovit opes.* Cicero: *Pluto ideo vocatur Dis, quod omnia & recidant in terras, & oriantur e terris.* CLAVER.

Donatur] *dominatur* Oxon. m. s. Heinsius olim conjecerat *damnatur*. vid. I. in Rufin. 143.

22. *Perit*] *petit* Ald. & Colin. vitio, credo, operarum pro *liventibus*, *humentibus* Jun. *angit* etiam Mediol. & Leid. codex. mox pro *torquens*, *torrens* Voss. ita Lib. II. 198. *torrentius amne. spumantia* Leidensis.

24. *Verticibus*] In juniores libros haec vox ex glossemate pro *gurgitibus* irrepsit. DELR. Scripti, quos vidit omnes, *gurgitibus*, ut apud Silium Lib. III. 452. *quem gurgitibus complexus anhelis Cunctantem immergit.* HEINS. eadem varietas apud Lucan. IV. 102. ubi vide varias lect. Aldus edidit *gurgitibus. flegeto* Leid.

27. *Flexit Amor*] Hoc non improbo. at vetus liber, *Ulsit*. unde facilis conjectura *vũ ussit*. Tibullus in hanc rem:

Illius ex oculis, cum vult exurere Divos,
Accendit geminas lampadas acer Amor.

sed infra dicet Claudianus (II. 13.) *flexura vbast.* imo etiam *urere cuncta*. nihil tamen mutandum censeo, quia plenior est versus. Statius: *lampade parcentes & inani strinximus arcu.* CLAVER. *quae ducta* Barth. edit. prim.

Ferox] Alii contra veterem scripturam, *fero*. At Scaliger senior τὸ *ferax* non probat. sane *virgo ferax* est apud Ovidium, & *juvenilis ferocia* dicitur Senecae. CLAVER. *ferax* hic est virginitate tumens. vid. Barthium.

29. *Cursu*] *curru* Voss. & Leid. *passu* alter Voss.

30. *Datae leges*] Omnia, praeter unum, exemplaria habent, *fruges*. sed statim subjungit *aristas*, quod idem est. Maroni dicitur *Ceres legifera*. ad Parisios supra aedem D. Mariae Campestris simulacrum ejus, aërium valde, visitur, gerentis, ni me oculi fefellere, tautinam, legum & justitiae symbolum, qualis est in numo Diocletiani. CLAVER. *Leges* Claverii codex. quod placet. ita leges & aristas conjunxerit; utraeque enim Cereris munus, unde & *legifera* Virgilio dicta Lib. IV. 58. ubi *Frugifera* multi codices perperam. hinc & Θεσμοφόρια ejus sacra, & Θεσμοφορίζουσαι. sed & Θεσμόφορος Ceres ipsa. utrumque etiam conjunxit Ovidius Lib. V. Met. 342. de Cerere:

Prima dedit fruges alimentaque mitia terris,
Prima dedit leges.

Et Callimachus in Cerer. 18.

Μὴ μὰ ταῦτα λίγωμαι, ἃ δάκρυον ἤγαγε Δηοῖ
Κάδμου, ὡς πόλιν εὗδε τέθμια δῶκε,
Κάδμου, ὡς καλάμων τι μὴ ἱερὰ δράγματα πρῶτα
Ἀσαχέων ἀνίνηφι.

Plinius Lib. VII. cap. LVI. *Ceres frumenta invenit, cum antea glande vescerentur. eadem prima leges dedit.* Triptolemus quoque tam leges, quam fruges Athenienses dedisse credebatur. quam rem Porphyrius de abstinentia animalium Libro IV. & Hieronymus contra Jovianum libro primo attigerunt. HEINS.

Glande relicta] Veterum cibos glandes fuisse tritissimum ex Juvenal. Sat. VI. princ. Val. Flacc. Argon. I. Virg. Georg. I. princ. Plin. Lib. VII. cap. 56. princ. Sidon. carm. IX. Arnob. Lib. II. *Sit panis ex farre, aut, ut secula imitemur antiqua, ex cinere calido glandes.* quod inventum fuit Pelasgi regis Arcadum; qui ob id Βαλανοφάγοι vocantur, apud Herodotum in oraculo Pythio.

Digitized by Google

Ceſſerit inventis Dodonia quercus ariſtis.
Dux Erebi quondam tumidas exarſit in iras,
Proelia moturus Superis, quod ſolus egeret
Connubii, ſterilesque diu conſumeret annos,
Inpatiens neſcire torum, nullasque mariti
Inlecebras, nec dulce patris cognoſcere nomen.
Jam quaecumque latent ferali monſtra barathro
In turmas aciemque ruunt, contraque Tonantem
Conjurant Furiae: crinitaque fontibus hydris
Tiſiphone quatiens infauſto lumine pinum
Armatos ad caſtra vocat pallentia Manes.
Paene reluctatis iterum pugnantia rebus
Rupiſſent elementa fidem, penitusque revulſo
Carcere laxatis pubes Titania vinclis

Pythio. Rhodig. Lib. XVI. cap. 3. ubi tamen nota J. C. glandis appellatione *omnes fructus* continere, ut ait Cajus L. *qui venenum* 236. §. de V. Sign. DEMPST. pro &, malo, *ut*. tres ſcripti, *tum*. Forte, *cur*. HEINS. *cum* unus codex Heinſii, Leid. & Mediolan. ſi vero *ut* legatur, poſſet *fruges* retineri, quod omnibus ſcriptis & editis, praeter Claveriano codici, inſedit. & ille forte conjecturam Cujacii nobis dedit. de Cerere Legifera omnia jam vulgata. *fruges populo* erat in Mediol. *populis* Leid. BURM.

31. *Dodonia quercus*] Alludit ad morem Graecorum, qui ſponſam curru vehebant ad maritum, comitante affini, qui *paranymphus* ſive *chamaepus* dicitur. Pollux Lib. III. Onom. cap. 3. eum Pauſanias *paranymphum* appellat. licet de curru Plutonis nude intelligi poſſit, ut II. de Raptu habetur. vide noſtrum (Epith. Honor. 186.) ubi inquit: *pilentoque ſacram Praeradiant dulcia matrem*. DEMPST. *Dodonea* Voſſ. *Dodoneia* Leid.

32. *Dux Erebi*] Statius: *Forte ſedens media regni infelicis in aula Dux Erebi*. CLAVER.

exarſit in iras] Hic Amor & Ira in eandem perſonam concurrunt, nec jam demiror illud Horatii, *difficili bile tumet jecur*. quamvis ſit ſedes libidinis, quo ſpectat illud ſatis concinnum:

Cor ſapit, & pulmo loquitur, Fel commovet iras,
Splen videre facit, cogit amare jecur.

CLAVER. Pro *exarſit*, *exivit* Voſſianus alter & ſecundus Vaticanus. ut apud Lucanum Lib. III. 112. *in mea exit in iram*. Plinius Hiſt. Nat. Lib. VII. cap. 19. *Exit hic animi tenor aliquando in rigorem*. vulgata tamen lectio non eſt ſollicitanda. Martialis Spectaculis:

O quam terribiles exarſit promus in iras.

mox *connubii*, pro *connubiis* meliores libri, quod altero elegantius. HEINS. vide ad Ovid. III. Art. Am. 419. & *ardere in iras* ſaepe occurrit. Virgil. VII. 445. *Talibus Alecto dictis exarſit in iras*. ubi vid. Serv. Tacit. XV. Annal. 54. & *in mucronem ardeſcere juſſit*. pro *connubii*, *conjugii* Voſſ. *connubiis* edd. Vicet. Parm. Junt. Ald. Paſſer. Colin. *conſumſerat* alter Voſſ. BURM.

35. *Mariti*] Aliter habuit vetus liber, nempe, *nudasque maritae*. quaſi illecebrae & blanditiae ſint magis propriae feminarum, ut infra vs. 104. *Neptunum gremio complectitur Amphitrite*. & in opuſculo de Magnete vs. 31. CLAVER. *maritae* probarem, nam illecebrae propriae mulierum ſunt. mox pro *nec dulce*, & *dulce* Vicet. Parm. & Paſſer.

39. *Conjurant*] *conſurgunt* Oxon. verſu ſuperiore pro *aciemque*, *aciesque* Oxon. Voſſ.

Crinita] *crinata* Voſſ. *fontibus Hydris* Aldi editio, mendoſe.

40. *Infeſto*] Sequor vet. Lib. & alios, quibus *infauſto* arridet. DELR. *infauſto* Aldus cum Parrhaſio & ſcriptis. recte. Ovidiana Hypſipyle Epiſt. VI. 45.

At mihi nec Juno, nec Hymen, ſed triſtis Erinnys
Praetulit infauſtas ſanguinolenta faces.

Statius Theb. III. 691. *movitque infauſta ſiniſtram Juno facem*. HEINS. ita Lib. II. 347. *feſtas faces*. ubi *fauſtas* olim Heinſius legebat. vide ad Epith. Honor. 196. & eadem varietas Lib. III. 124. & II. in Eutrop. 407. *infauſto limine primum* Leid. BURM.

41. *Vocat*] *movet* unus Heinſii & Mediol. & ita edd. Vicet. Parm. Junt. Paſſer. Ald. & Colin. *pollentia* Voſſ. Sligtenhorſtium voluiſſe, *ad noſtra vocat*, notavit Heinſius; ſed *armatis* reſpondent melius *caſtra*. BURM.

42. *Reluctatis*] Id eſt auſis reluctari. CLAVER. Barthius tentabat, *relaxatis*. vid. Heinſ. ad Ovid. XII. Met. 264.

Digitized by Google

Vidiſſet coeleſte jubar: rurſusque cruentus
Aegaeon poſitis arto de corpore nodis
Obvia centeno vexaſſet fulmina motu:
Sed Parcae vetuere minas, orbique timentes
Ante pedes ſoliumque ducis fudere ſeveram
Canitiem, genibusque ſuas cum ſupplice vultu
Admovere manus, quarum ſub jure tenentur
Omnia, quae ſeriem fatorum pollice ducunt,
Longaque ferratis evolvunt ſecula penſis.
Prima fero Lacheſis clamabat talia regi,
Incultas diſperſa comas: O maxime noctis
Arbiter, umbrarumque potens, cui noſtra laborant
Stamina; qui finem cunctis & ſemina praebes,
Naſcendique vices alterna morte rependis:
Qui vitam letumque regis: nam quidquid ubique

60. Gi-

46. *Arto*] Vetus liber vel *aucto*, vel *acto*, vel *alto*, vel *arto*. DELR. Pro arctato. ſic Statius: *Anguſtam centeni Aegaeonis umbram*, id eſt, anguſtatam, ſeu conſtrictam, non parvam. apud Terentium: *matres filias faciunt curatura junceas*. CLAVER. Prim. Vatic. *pectore*. pro *arcto pectore* multi, *aucto*, hoc eſt *aucto*. quomodo tres quatuorve ex noſtris codicibus. *arcto corpore*, quomodo *arctare* Lib. IV. 370. & *anguſtare animam* Lucanus dixit. Mox pro *vultu* minus bene alii, *flectu*. Complecti & oſculari genua ſupplicibus uſitatum. HEINS. *vinclo de corpore* Oxon. *alto* Junian. alt. *arcto* poſſet firmari ex Stat. IV. Theb. 827. *validi cum celia minantia monſtri Angegeret, & tumides animam anguſtaret in artus.* & hinc eodem Libro 535. dixit *anguſtam centeni Aegaeonis umbram*. ubi perperam *auguſtam* editio Pithoei. quamquam aliter explicet Lutatius, quem vide. *anguſtare animam* apud Lucanum non reperi, ſed Lib. IV. 327. *pulmo anguſtat aëris meatus alternos.* BURM.

47. *Fulmina*] *flumina* Oxon. Voſſ. duo.

48. *Vetuere*] *timuere* Voſſ.

49. *Ducis*] ita *dux Erebi* dicitur ſupra v. 32. & Statio Lib VIII. Theb. 22. & paſſim. BURM.

50. *Genibusque*] *pedibusque* Jun. *ſuis* Pulm.

Fletu] Unus MS. *vultu*. DELR. *vultu* non *fletu*, neque enim flent facile Deae inexorabiles, atque, ſi Ovidio credimus, ipſae Furiae tunc demum flevere, cum Orpheus miſerabilis apud Inferos uxorem repeteret. CLAVER. Leid. pro varia lectione *cetu*, id eſt *caetu*.

51. *Admovere manus*] Supplicantum mos genua contingere. Plin. XI. 45. quod multis vir omniſcius Tiraquellus in Alexandrum docet. vide Suet. Tiber. XXIV. Claud. XLIV. quod quam ſit antiquum ex Homero patet Iliad. I. 417. Iliad. VI. princ. ratio pulcherrima eſt apud Iſidor. Lib. XI. cap. I. *quod ad genua proſtrati lachrymantes uterum maternum animo reputent, nam in homine formando genua genis haerent.* Ennius, *genua comprimit arta genis.* DEMPST.

52. *Omnia*] Vetus liber, *omina*, utrumque recipi poteſt. DELR.

Fatorum pollice ducunt] *fatali* Gyraldinus. & mox pro *penſis* Moret. & prim. Petavian. cum uno Vatic. *fuſis*. ut apud Virgilium de Parcis IV. Ecl. 96.

Talia ſecla ſuis dicentur currite fuſis.

HEINS. *fuſis* etiam Voſſ.

54. *Fero*] meus MS. *ferox*. DELR. Non *ferox* Lacheſis. tangit enim Plutonis cum adoratione ſupplici genua. CLAVER. *ferox* Voſſ. & Leid. ita variant codices apud Lucan. II. 549. & alibi. *conclamat* Voſſ.

Noctis Arbiter] Imitatur hic Senecam, qui Hercule Furent 581. *Tandem mortis, ait, vincimur arbiter.* memoriae, credo, vitio, *noctis*, etiam citans eum locum, legit Barthius hic, & ad Gratii Cyneg. 331. & ex eo hoc ſecuri compilatores in Fabri Theſaurum contulere. noſter ita *arbitrum almi* dixit I. de laud. Stil. 285. ut *regna ratis* Val. Flacc. I. 418. BURM.

57. *Naſcendique vices*] *naſcendique modos* Voſſ.

59. *quidquid ubique*] alter MS. *quidquid in orbe*. utrum gloſſema ſit, aliorum judicio permitto. DELR. Ortum ex vs. 22. & confuderunt haec duo etiam librarii IV. Conſ. Hon. 580. & Praefat. Conſ. Mall. vs. ult. & alibi. BURM.

59. *Qui vitam letumque regis*] *ferit* prim. Petav.

Gignit materies, hoc te donante creatur,
Debeturque tibi; certisque ambagibus aevi
Rursus corporeos animae mutantur in artus.
Ne pete firmatas pacis dissolvere leges,
Quas dedimus, nevitque colus: neu foedera fratrum
Civili converte tuba. cur impia tollis
Signa? quid inceſtis aperis Titanibus auras?
Posce Jovem, dabitur conjux. vix illa; pepercit,

Eru-

eleganter. Statii fui illa Lib. VIII. 26. respexit:

Fata ferunt animas, & eodem pollice damnant.

& mox illa, ubi Amphiaraus ad Ditem v. 92.

——— *o cunctis finitor maxime rerum,*
At mihi, qui quondam causas elementaque noram,
Et fator.

Janus A. Septimio apud Terentianum de Metris, *catus rerum fator. hominum fator atque Deorum* Jupiter Virgilio I. Aen. 254. & *Divum fator* Statio, & *aevi fator* Silio Italico IX. 306. *Soi lucis fator* Rufo Avieno. *aries ovium fator* in Catalectis Pithoei. Arnobius Lib. I. de Deo: *ipse est enim fons rerum, fator seculorum ac temporum.* Paulo post, *certique* malim. HEINS. in Vossiano superscriptum *feris.*

61. *Certique ambagibus aevi*] Quamvis non desint viri docti, qui *cunctisque* retinuerint, attamen veteris libri auctoritate, & sententia efflagitante, *certisque* edendum curavi, quia παλιγγενεσίαν respexit, in quam Silius mentem intenderat, dum canebat, *animae coelum repetunt, ac mille peractis Oblitae Ditem redeunt in secula lustris.* DELR. *cunctisque* Voss. Leid. *cunctis* Mediol. edd. Vicet. Parm. Parrhas. *certis ambagibus* Voss. alter, & Junii. ita *certus* & *cunctus* permutantur III. Rapt. 116. Bell. Get. 10. & 373. & alibi. BURM.

62. *In ortus*] ita vetus lectio, non, *Artus. corporei ortus* corpora nascentia designant. Virgil. VI. 751.

Rursus & incipient in corpora velle reverti.

CLAVER. *in artus* vera lectio, quam primae editiones agnoscunt, & meliores scripti. male ex suo libro Claverius *mittuntur in ortus.* μετεμψύχωσιν Pythagoricam respexit noster, Statium suum denuo imitatus, qui Lib. VII. Theb. 205.

——— ——— *pigetque*
Tot mutare animas, tot reddere corpora vitae.

Pythagoras ipse apud Ovidium XV. Met. 165. *Omnia mutantur, nihil interit.* multa ad hanc rem habes in Idyllis nostri, & Lactantii de Phoenice, ubi *mutata Phoenicis figura*, & *mutabile corpus Phoenicis* occurrunt. *animas & artus* Maro etiam conjunxit Aeneid. IV. 385.

Et cum frigida mors anima seduxerit artus.

mox ibidem v. 695.

Quae luctantem animam nexosque resolveret artus.

HEINS. *muto & mitto* saepe permutantur. vid. ad Ovid. Ep. IV. 37. & III. de laud. Stilich. 147. *mutantur* hic etiam defendit Gronov. Lib III. Obs. I. *terrenus artus* vocat Virgil. Lib. VI. 737. quos noster *corporeos.* BURM.

64. *Foedera*] Ita MS. & excusi multi. Parrhasius & Cellanus, inscite credo, *proelia* legerunt. nam nobilem illam Saturniae hereditatis sortitionem intellexisse, proxime praecedens carmen indicat. DELR. *Foedera* optime, non *proelia*, quamvis Statius habeat *proelia fratrum*, quod non est hujus loci. CLAVER. *nec proelia* Mediol. *neu proelia* Leid. Vicet. Parm. Parrhas. *ne foedera* Jan.

65. *Converte*] Id est, everte. Tullius dixit eodem sensu, *conversiones Rerumpublicarum.* CLAVER. hoc est, muta. Vir maximus in ora libri sui, *convelle.* perperam. noster Epistola ad Olybrium:

Canescet Geticis Meroë conversa pruinis.

ubi frustra legunt, *conspersa.* Si quid mutandum, *commiste* cum tribus Mediceis & codice Bartholini corrigam. mox pro *incestis* Vatic. Isingr. & quatuor alii, *illicitas.* non sequor. HEINS. vide an simili modo *hereditates omnium convertere percussione digitorum* apud Ciceron. III. de Offic. 19 possis interpretari, id est, turbare, mutare. ubi vide quae ex Gronovii Lib. IV Obs. 5 adducuntur. *quid abiratas aperis* Parrhasius ait alios legere. in Vicetin erat, *neu praelia fratrum Civili converte tuba*, & ad marginem, manu viri docti, *aperis Titanibus orbem. illicitas* Voss. & Leid in margine. BURM.

66 *Titanibus*] Legimus sane Angelos peccantes rudentibus inferni detractos in tartarum. vide Arnobium in illud: *sicut unus e principibus caetris.* Homerus vero, ὅτι ῥα χθονὸς ἔστι βέρεθρον. CLAVER.

67. *Posce Jovem*] Mos prius uxorem petere quam ducere. noster in Epist ad Serenam. Sidon. Lib. VII. Ep. 2. *adolescens uxorem petit, impetrat, conscribuntur tabulae nuptiales.* Ovid. I Metam. fab. IX. Catull. Ep. LXVIII. Isidor. Lib. IX. cap. 8. *proci nuptiarum petitores.* L. un. C. Theod. si quis eam cujus tut fuer. corrup. Plaut. Curcul. act. V. sc. II. fine. & Aul. sc. *Prae-*

Digitized by Google

Erubuitque preces, animusque relanguit atrox,
Quamvis indocilis flecti, ceu turbine rauco
Quum gravis armatur Boreas, glacieque nivali
Hiſpidus, & Getica concretus grandine pennas,
Bella cupit, pelagus, ſilvas, camposque ſonoro
Flamine rapturus: ſi forte adverſus aënos
Aeolus objecit poſtes, vaneſcit inanis
Inpetus, & fractae redeunt in clauſtra procellae.
Tum Maia genitum, qui fervida dicta reportet,
Imperat acciri. Cyllenius adſtitit ales,
Somniferam quatiens virgam, tectusque galero.
Ipſe rudi fultus ſolio, nigraque verendus

Ma-

ſc. *Praeſagibat.* unde formulam petendi ſpondendique diſces. DEMPST.

vix ille pepercit] *Vix illa: pepercit* Barthius, probe. paulo poſt, *Bella cupit*, pro *Flare*, e Claverii libro eſt. Silius Lib. XII. 617.

Hinc Notus, hinc Boreas, hinc fuſcis Africus alis
Bella movent.

HEINS. Cui rei *pepercit*? Francicus Paraphraſtes deſiit furere explicat. ego *verbis*, quae ira antea effuderat, ſubintelligo, & idem eſſe puto, quod conticuit. & ita veteres dixiſſe *paſcito linguam* pro *parcito*, id eſt, contineto, taceto, docet Feſtus in *paſcito*. quia veteres litera *s* pro *r* utebantur. vide Colv. ad Apulej. IX. Met. pag. 130. vel legendum, *parcito*, ut Salmaſ. Exercit. Plin. pag. 73. contendit. & ita Servius ad Virgil. X. Aen. 532. ex Plauti Milite laudat *parce vocem*. BURM.

68. *Animusque relanguit*] *elanguit* idem Barthius, ex illo Statii loco Lib. XI. 382. *bis paulum furor elanguescere dictis Coeperat.* HEINS. *animoque* Leid. ut ſit imitatio Naſonis, apud quem Lib. II. Amor. IX. 27. *animoque relanguit ardor.* Caeſar II. Bell. Gall. 15. *His rebus relanguescere animos & remitti virtutem exiſtimarent.* BURM.

70. *Minaci*] Omnes codices, exceptis iis, qui Lugduni excuſi fuerunt, *nivali*, quod cuſtodio. DELR. *minaci* editio Claverii, qui nec monuit unde habeat. ſed *nivali* rectum eſt. nix enim concreta & congelata intelligitur. ſic *undas nivales* dixit Martial. Apoph. XIV. 118. quas antea *aquam de nive rigentem* vocavit. & ita paſſim *concreta nix* occurrit. BURM.

71. *Getica*] *gelida* Heinſii unus, Leid. Mediol. & edd. Parm. & Colin. apud Ovidium ſaepe hae voces permutatae. ut VI. Ep. 106. IV. Triſt. VIII. 26. pennas vero & alas paſſim Poëtae ventis dare, docuit Illuſtris Cuperus in Apoth. Homeri p. 178. BURM.

72. *Bella*] Sic habuit vetus MS. non *Flare cupit.* dicet enim poſtmodo, *Flamine rapturus*, ſine Statius Lib. II. 328. *Bella cupit.* & ſaepe. Ovidius de ventis, *tanta eſt diſcordia fratrum.* inde & *proelia ventorum* apud Virgil. & *bella anni* Lucretio. Hic vero notabis aptiſſimam comparationem. ceterum, ut ait Ariſtoteles, χαλεπὸν τῶν ἀδελφῶν πόλεμος. CLAVER. *disrumpis pelagus* Voſſ. *pelagus*, *ſaltus* unus Heinſ. *capit pelago* Mediol. *flare cupit* multi ſcripti. & edd. Vicet. Ald. & aliae. ſed *bella cupit* etiam Ovid. I. Triſt. II. 30. BURM.

73. *ſonoro Flamine rapturus*] Simplex pro compoſito, ut ſaepe. Statius: *lacerant cava nubila venti, Diripiuntque fretum.* CLAVER. *ſonoros* Voſſian.

Adverſus] *averſus* Jun. Voſſ.

74. *Objecit*] *abjecit* Voſſ. *vaneſcit in auras* Voſſ. alter. ſed cum redeant in clauſtra, non ſatis apte *in auras* impetum vaneſcere dixiſſe videtur, ſed librarius hanc lectionem arripuit ex communi locutione Poëtarum, qui irrita & vana in ventos & auras vaneſcere ſaepiſſime dicunt. ut Ovid. Ep. I. 79.

Fallar, & hoc crinen tenues vaneſcat in auras.

& ita paſſim. *redeunt in cauſtra* Leid. & Mediol. BURM.

77. *Adſtitit*] *adfuit* Voſſ. & ita videtur legiſſe Barthius. exempla enim hujus verbi, non *adſtitit*, plura adfert. ſed proprius *adſtitit*. BURM.

78. *Somniferam*] *ſomnifera* Mediol.

Galero] Mercurii petaſum intellige, quo Solis & ſiderum ardorem defendit, dum per aëra magnum remigat. Papinius: *Obnubique comas & temperat aſtra galero.* Auguſtus Caeſar (quem filium Majae ſeu Mercurium adpellat Horatius) ſolis, ne hiberni quidem, patiens fuit, domi quoque non niſi petaſatus ſub dio ſpatiabatur. Sed credo ita formae ſuae indulſiſſe, quae pulcherrima apparet in ipſius aureo numismate, quod inter alia innumera vidimus apud Cujacium. CLAVER.

79. *Fultus ſolio*] *ſolio fultus* Leid. Jun.

Nigra] *Tenebrae ſane*, ait Arnobius, *non omnibus creaturis obſcurum faciunt*, ſiquidem ferae multo,

Majeſtate ſedet: ſqualent inmania foedo
Sceptra ſitu; ſublime caput maeſtiſſima nubes
Aſperat, & dirae riget inclementia formae:
Terrorem dolor augebat. tum talia celſo
Ore tonat. tremefacta ſilent dicente tyranno
Atria; latratum triplicem conpeſcuit ingens
Janitor, & preſſo lacrimarum fonte reſedit
Cocytos, tacitisque Acheron obmutuit undis,
Et Phlegethonteae requierunt murmura ripae.
Atlantis Tegeaee nepos, commune profundis
Et Superis numen, qui fas per limen utrumque
Solus habes, geminoque facis commercia mundo,
I celeres proſcinde Notos, & juſſa ſuperbo
Redde Jovi: Tantumne tibi, ſaeviſſime fratrum,

In

tae, & cattae atque aves nullum patiuntur noctium obſcurum, neque nox rebus omnibus colorem adimit, auctore Servio & Academicis, ut ipſe ait, nam & ſquamae piſcium noctu lucidae, & quidam vermiculi. CLAVER.

81. *Nubes*] *Mens humana etiam* (ait Symmachus) *liquido diei nitet, coacta nube flaccefcit.* CLAVER.

82. *Dirae*] Seneca Herc. Fur. Act. III. Sc. 2. *dira majeſtas Dei, frons torva*, de Plutone. DEMPST. *durae* Voſſ. Jun. Oxon. duo, & Leid. eadem variatio apud Ovid. I. Faſt. 353. *Dira viro facies.* ubi diximus. BURM.

83. *Terrorem*] *Horrorem* prim. Petavianus & quintus Vatic. pro diverſa lectione, ut de formae ſqualore & inclementia intelligatur. mox, *Cocytos* meliores ſcripti. HEINS. *Horrorem* etiam Voſſ.

85. *Atria*] Meus liber, *Tartara*, quod niſi Victoris Lib. vulgatis conſentiret, repraeſentarem. DELR.

87. *Cocytos*] *Cocyton* & Lib. II. 353. ut hic vitioſe. etiam Jun. Leid. & Mediol. *Cocbitos* Oxon. Jun. & ita ſaepe Silius, Statius, & noſter. vid. II. in Rufin. 467. deinde *tumidis* Oxon. *tacitis* Jun. & Leid. unus Heinſii, & edd. Vicet. Parm. Ald. Colin. & aliae. Leidenſis etiam *tacitis Acharon.* & in margine pro varia lectione *umbris*, cum gloſſa, id eſt *animabus.* BURM.

90. *Fas*] Sic in veteri codice. alias, *jus*, quod non implet numerum. *fas* itaque pro jure fandi, ſeu copia hîc dici videtur. ſed Auſonius:

Fas habet & patriam propter conſidere dextram.

CLAVER. *jus* & *tamen* Voſſ. ſed *fas* hic eſt poteſtatem datam a Diis vel fatis, commeandi utrimque. ita Virgil. VI. 438.

Fas obſtat triſtique palus inamabilis unda
Alligat.

ubi alii codices, *Fata obſtant.* Idem Lib. IX. 95.

Mortaline manus factae immortale carinae
Fas babeant. BURM.

92. *I celeres*] Horatius: *I pete unguentum*, alias, *I celer et.* non male, ſed minore energia. Tibull. *I puer & liquidum fortius adde merum.* CLAVER. Sic Iſingrinus & ex ſuis Claverius. ceteri male, *I celer et.* & ſane elegantius τὸ & ſubintelligitur, quomodo frequenter Statius, ut omnino exiſtimem Lib. VII. Theb. v. 6. legendum:

I medium rapido Boream praelabere ſaltu.

non *Boreamque elabere.* noſter infra Lib. III. 3.

Illa colorato Zephyros praelapſa volatu.

Statius Lib. VIII. Theb. 65.

Sed quid ego haec? I, Tartareas ulciſcere ſedes
Tiſiphone.

Prudentius Periſteph. Paſſione Agnetis: *I ſtringe ferrum, miles.* & Apotheoſi, *I, ſcriba, tripliciis digere verſiculis.* ſic utroque loco ex optimis exemplaribus ſcribendum. HEINS. vide ad Epith. Hon. 202. & VI. Conſ. Hon. 159. miror vero non geminaſſe Heinſium & legiſſe, *I celer, i proſcinde Notos.* ut VI. Conſ. Hon. 227. vid. ad Ovid. IV. Epiſt. 127. *praeſcinde* hic etiam Oxon. ſed an pro praelabi, praeterire, poſſet dici hoc ſenſu, dubito, cum verbum hoc auctoritate careat. aliter ſenſus eſſet optimus. ut Stat. I. 294.

——— *inpiger ales*
Portantes praecede notos, Cyllenia proles.

quem locum noſter ante oculos tamen habuiſſe videtur. in Leidenſi a manu ſecunda: *Ito celer proſcinde* cum gloſſa: *velocius quam venti ſcindendo vela.* BURM.

93. *Fratrum*] *frater* Jun. & Voſſ. *ſemper* Voſſ. *tantum tibi ne* alter Voſſ.

94. *Juris*

Digitized by Google

In me juris erit? ſic nobis noxia vires
Cum coelo Fortuna tulit? num robur & arma
Perdidimus, ſi rapta dies? an forte jacentes
Ignavosque putas, quod non Cyclopia tela
Stringimus, aut vanas tonitru deludimus aures?
Nonne ſatis viſum, grati quod luminis expers

Ter-

94. *Juris erit*] *juris habes* Voſſ. Leid. & unus Heinſ. & edd. Vicet. Parm. Colin. Parrhas. ſed repetitum ex vs. 91. & *tibi* non convenit τῷ *habes*. utrumque vero ſaepe occurrit. vid. ad Ovid. I. Art. 5. BURM.

Sic nobis noxia vires] Vetus liber, *ſit: nobis noxia vires Cum coelo fortuna* &c. utrumque bene. DELR. Haec & ſequentia ſcriptis debemus, quae mendoſe vulgo circumferuntur. vidit & Barthius. HEINS. *vires ſi noxia nobis* Junian. *ſic nobis anxia*, vel *non*, vel *cur* Voſſ. *non nobis noxia* pro *num* in uno Heinſii codice.

Tulit] Quidam exponunt abſtulit. ego intulit vires, id eſt vim, ut ſaepe apud Poëtas. ſic & *opes* pro *ope* notavi non ſemel. nam Pluto habet vires, neque ei ablatae, ut docet Statius: *tumidumne meas regnator Olympi Explorat vires.* ſed illud *tulit*. non placet Scaligero ſeniori propter ambiguam notionem, atque ita hunc locum emendare voluit: *Si nobis noxia ſedem Cum coelo Fors eripuit.* CLAVER. *tulit* ſine dubio hic pro abſtulit, ademit, capiendum, ut & Lib. III. de laud. Silich. 164. *Medoque tulit moderamina Perſes.* Idyll. I. 29. *Quas tulit auxumnus, dederit cultoribus umbras.* vid. Serv. ad Virgil. IX. Ecl. 51. & nos ad Val. Flacc. II. 577. *ferre vim* pro inferre vel adferre, neſcio an liceat dicere. *cum Fortuna tulit* edd. Vicet. Parm. omiſſo τῷ *coelo*, unde liquet quam negligenter priores editiones ſequantur alii. BURM.

95. *Num*] *non* Voſſ. Oxon. edd. Parm. Iſingr. Colin. Raphaeleng.

Robur] *Animi robur* dixit Tullius, ſed magis eſt forte, ut Ditis trabale ſceptrum intelligas, ut infra videris. At enim clava Herculis *robur* ab eodem dicitur. CLAVER.

97. *Cyclopia*] *Cyclopeia* Mediol. & edd. Vicet. Parm. Junt. Ald. Colin. & aliae. quod amplecteretur editor Gratii, cui tales diphthongi breves eſſe poſſe videntur. *Cycolepea* Parrh. vid. ad Virgil. I. Aen. 201. & ſupra ad Lib. II. in Eutrop. 377. BURM.

98. *Stringimus*] Duo veteres, *ſpargimus*. Ovid. III. Faſt.

Ecce Deum genitor rutilas per nubila flammas
Spargit.

HEINS. *Cyclopia tecta Stringimus*, & in margine, *alii, tela Spargimus* Leidens.

Vanas auras] Legendum *aures*. quod ſecundus Vaticanus confirmat. codex Pomponii Laeti, *vano tonitru deludimus auras*. Virgilii illa cogitabat:

——— *an te, genitor, cum fulmina torques,*
Nequicquam horremus, caecique in nubibus ignes
Terrificant animos, & inania murmura miſcent?

Iſingrini certe codex, *vanas hominum deludimus aures*. ſic *ſtolidas aures* Prudentius dixit Apotheoſi, & Hamartigenia v. 655.

Auditus felix ſtolida conſervet ab aure.

ita antiquiſſimus Puteanorum codex, vulgo, *ab arce*. Naſo Lib. XI. Met.

——— *nec aures*
Humanam ſtolidas patitur retinere figuram.

HEINS. In Cujaciano fuit, *vano tonitru deducimus aures* & ita ed. Parm. *varias ton. del. auras* Voſſ. & Mediol. & *vanas* Voſſ. ſed *aures* rectum puto. *vanae aures* ſunt, quae vano terrore conſternantur, vel more poëtico dictum, pro *vano tonitru deludimus aures*. ut ita Epith. Pall. 109. *rauca Paduſa*. ubi rauci olores ad Paduſam intelliguntur, & paſſim *litora rauca*. & ita mox vs. 120. *blandas leones ſubmiſere jubas*, pro *blandi leones*. & ſexcenta talia. & ita *vanum tonitru* intelligitur, quod cadit ſine noxa, ut tela &c. *vana* cadere dicuntur Livio Lib. VII. 23. qui & *vanos ictus* dixit cap. 34. *aures* vero notant ipſos homines ſtolidos, ut ita contra *doctae aures* &c. de quibus ad Phaedr. III. 18. ita *adcenitas aures* noſter Conſ. Mall. 20. *dominas* Praefat. III. Conſ. Hon. 17. & alii paſſim. poſſent tamen & *vanae aures* pro ſuperſtitioſis capi, quia maximus apud veteres terror ex tonitru & fulmine incutiebatur hominibus, & ex illis ſacerdotes perſuadebant Deos eſſe, & Jovem, ut notum ex Horat. I. od. 34. & ex fulmine credebant & colligebant regnare Jovem. Lucret. III. 318. & Horat. III. 5. & hinc Ovidio, *humanas motura tonitrua mentes*. & Virg. IV. Aen. 208.

——— *an te, genitor, cum fulmina torques,*
Nequicquam horremus.

& quae innumera talia ſunt. *vanae aures* ergo dictae, ut *Vana ſuperſtitio veterumque ignara Deorum* Virgil. VIII. Aen. 187. & Silio Lib. V. 126. & aliis. BURM.

99. *Viſum*] *viſum eſt* vulgatae editiones, & codices aliquot. ſed Virgil. II. Aen. 427. *Dis aliter viſum*. Ovid. I. 366. *Sic viſum Superis*. ubi & *viſum eſt* vulgo. vide ad Lucan. II. 5. BURM.

Grati quod luminis expers] *Superis* prior Moretl. lego, *ſuperi luminis*. ut *ſuperum lumen* lumini infero

Tertia ſupremae patior diſpendia ſortis,
Informesque plagas; quum te laetiſſimus ornet
Signifer? & vario cingant ſplendore Triones?
Sed thalamis etiam prohibes, Nereïa glauco
Neptunum gremio conplectitur Amphitrite.
Te conſanguineo recipit poſt fulmina feſſum
Juno ſinu. quid enim narrem Latonia furta?
Quid Cererem, magnamque Themin? tibi tanta creandi
Copia: te felix natorum turba coronat.
Aſt ego deſerta maerens inglorius aula
Inplacidas nullo ſolabor pignore curas?

Non opponat. Virgil. VI. Aen. 680.

Incluſas animas ſuperumque ad lumen ituras
Luſtrabat.

HEINS. *quod grati* Jun. & Voſſ. *ſuperum lumen* recte dici poſſe video, & ad Val. Flacc. VII. 259. oſtendi, ſed hic eſſe gloſſatoris puto. *gratum* enim hic tenebris illis, & nocti inviſae & inamoenae rectius opponitur, & ſequentia *laetiſſimus* & *ſplendor* id exigunt. BURM.

100. *Tertia*] Vetus monumentum ſic habet:

Jupiter aſtra, fretum Neptunus, Tartara Pluto,
Regna paterna tenent, tres tria, quisque ſuum.

ſed enim tergeminus fuit Jupiter, quippe Tonans, Marinus, Stygius, quae unio diviſionem non videbatur pati. Euſtathius Ζεὺς ἄνομα Διὸς, Ποσειδῶν ⊙, καὶ Ἅιδης. CLAVER.

Patior] *patiar* Voſſ.

Sortis] Olim magiſtratus ſorte electi, & poſtea Eccleſiaſtici. Auguſtinus: *ſors eſt res in dubitatione humana divinam indicans voluntatem.* ſed hodieque in diviſione hereditatis ſors mittitur. Diana enim Phoebi conſors apud Ovidium. CLAVER. Diviſionem fratrum Deorum infinitis pene locis Tiraquellus confirmat, reclamante tamen Callimacho in hymno Jovis. Ego puto conſuetudinem illam manaſſe ex eo, quod regna ambigua ſorti ſubjicerentur, quod de Tyrrheno & Lydo narrat Patercul. Rom. Hiſt. Lib. I. Serv. ad II. & VIII. Aeneid. & ſucceſſoribus Alexandri Eumene. hinc Sidonius Lib. VI. Ep. 6. *limes Gothicae ſortis.* & Lib. VIII. Ep. 3. *Promotae limitem ſortis.* id eſt regni. quod in re incerta tantum valebat L. ſed cum ff. de Judiciis. L. ſi quae ff. famil. erciſc. antiquitas ejus ritus a bello Thebano petitur. Stat. I. Theb. *ſorte cadebat Dilatus Polynicis honor.* & ipſe Etheocles Lib. II. *qua ſors juſta mihi.* & ibidem, *qua ſorte ſecunda Fratris Ecbionia ſtetoras privatus in aula.* DEMPST.

103. *Sed thalamis etiam prohibes*] Non *thalames* meliores ſcripti & editiones nonnullae. recte. ſimili modo apud Naſonem multis locis peccatur, qua de re ad illum Poëtam Lib. II. Art. 335. Caeſar Lib. II. de Bell. Gall. *Sin minus poſſent, agros Rhenorum popularentur, qui magno nobis uſui ad bellum gerendum erant, commeatuque noſtros prohiberent.* ſic veterrimus liber Lovanienſis. atque ita alibi quoque Caeſar. vulgo, *commeatusque noſtros ſuſtinebant.* mox quartus Vaticanus, *Nereida glauco Neptunus gr. c. Amphitriten.* HEINS. & ita Oxon. niſi quod *Amphitritem* habeat. *Nereica* etiam Mediol. *cum Nerea.*

106. *Latonia*] *latitantia* Parrhaſius quosdam legere ait. & ita in edd. Vicet. Parm. Junt. & in Mediol. & Leid. codice, qui in margine *Latonia* cum gloſſa, *id eſt cum Latona.* Heinſius malebat *Latoia.* vid. ad Ovid. III. Triſt. II. 3. ſed *Latonia Delos* IV. Conſ. Hon. 133.

107. *Themin*] *Thetin* Oxon. Voſſ.

Tibi tanta] Non *ubi.* quaſi dicat, tot arva genitalia tibi ſunt expoſita, ut ubivis queas vomerem figere. venuſte vero Seneca ridet hunc ſobolis propagatorem, quaerens cur poſt tot natos liberos ſterileſcat. CLAVER. *ubi* Vicet. Parm. Ald. Parrh. Colin. docta manus in ora ed. Vicet. *cui tanta.*

108. *Felix natorum turba*] *Qui liberos plures habebat, prior faſces ſumebat*, ex capite ſeptimo Legis Juliae. Gell. Lib. II. cap. XV. notum eſt jus trium liberorum habenti multa ſupra alios licuiſſe ex Martiale. Suet. Caeſ. cap. XX. & *ἀτεκνία* primi divortii cauſa ex Val. Lib. II. cap. I. & Gell. Lib. XVII. cap. ult. & Lib. IV. cap. 3. Halicarnaſſ. Lib. II. ideo *felicem natorum turbam* vocat, quod multa commoda afferret, ut poſt, *gaudia noſtri ſanguinis.* DEMPST. *natorum, te felix* Voſſ. quod neſcio an non rectius, quum *creandi* ita abſolute poſitum durius ſit, & *creandi natorum* dictum ſit, ut *creandi Praetorum* Liv. Lib. XXIV. 23. ubi vid. Gronov. & paſſim alios. *felix* hic eſt bonus, magnus proventus. Juſtin. XXXVI. 2. *Iſraëlem felix decem filiorum proventus majoribus ſuis clariorem fecit.* ita *felix arbor, rus, agri felices*, & ſimilia paſſim obvia. BURM.

III.

Digitized by Google

Non adeo toleranda quies. primordia teſtor
Noctis, & horrendae ſtagna intemerata paludis,
Si dicto parere negas, patefacta ciebo
Tartara: Saturni veteres laxabo catenas;
Obducam tenebris lucem: compage ſoluta
Fulgidus umbroſo miſcebitur axis Averno.
Vix ea fatus erat, jam nuntius aſtra tenebat:
Audierat mandata pater, ſecumque volutat
Diverſos ducens animos, quae tale ſequatur
Conjugium, Stygiosque velit pro Sole receſſus.
Certa requirenti tandem ſententia ſedit.
Hennaeae Cereri proles optata virebat

Uni-

111. *Quies*] Mavult eſſe irrequies, quam ἄγαμος, quamvis capiſtrum maritale non ſolum curis, ſed & ſtultitiae adſcribatur, unde ille Grammaticus, (apud Auſonium) *Arma virumque docens, atque arma virumque peritus, Non duxi uxorem, ſed magis arma domum.* verum Graecus ita ſuadet, Μὴ μίσης ἄγαμον μὴ πως γόνυμον ἕλῃαι deinde ſubjungit τίκτε δ' ἰμεραλῆ, quae plane huic loco ſunt conſona. Pluto enim ſe inglorium, id eſt γόνυμον queritur, quod ſine uxore & liberis in aula ſua deſideat. CLAVER. *nunc adeo toleranda* Oxon. *figna* Mediol. & Voſſ. alter cum Leidenſi.

112. *Intemerata*] Victoris liber, *invidioſa*, vel ut ceteri. DELR *intemerandа* malebat Heinſius.

113. *Si dicto*] *dictis* Oxon Voſſ. unus Heinſii. *negat* Voſſ. *neges* Oxon. Voſſ alter, & unus Heinſii, edd. Parm. Ald. Parrh.

114. *Saturni laxabo catenas*] Saturnus catenatus, ob tarditatem motus ſui. Fulgent. ſeu quod tardi ſint Dii ad vindicandum, ceu quod pueri in utero quibusdam vinculis detineantur. Macrob. ex Apollodoro Lib. I. Saturn. cap. 8. Saturnalibus ſolvebatur. Stat. Lib. I. Silv. 6. princ. *Saturnus mihi compede exolutus.* inde in omnibus fanis Romanorum vincula ſtatuis Saturni injecta erant, quae feſto ipſius ſolvebantur, in memoriam ſecuritatis, & felicitatis; quam ſub illo egerunt homines. DEMPST.

115. *Obducam tenebris ſolem*] non *lucem*, ſcripti. HEINS. ſed mox vs 120. *ſol* ſequitur, & *lucem* tenebris opponit. BURM.

Compage ſoluta] vide ad Val. Flacc. I. 829.

116. *Fulgidus*] Sic vetus liber, non *Lucidus*. quod vetius puto propter *lucem*, quae ſupra. Statius eodem ſenſu, *Stygio praetexam Hyperiona coelo.* vide Lib. VIII. Theb. unde plurima in uſum ſuum transmovet hic Poëta. CLAVER. *Lucidus* omnes fere ſcripti & editi pro *arti* quo dam *aëi* legere natat Parrhaſius. & ita in Mediol & ed. Vicet. & Parm. neglecta lege Pedia, quod defendit tamen Maſerius ad Val. Flacc. V. 560. BURM.

117. *Jam nuntius*] *Et nuntius* Jun. quod non de nihilo; nam illud & celeritatem oſtendit, ut ad Virgil. III. Aen. 9. Servius. ubi nos plura diximus. BURM.

119. *Diverſo*] in diverſum. ita vetus liber, adverbii ſpecie, ut *neceſſario, voluntario.* eodem ſignificatu dixit Auſonius: *Videbis alio ſummae ictus tranſire rationem.* Virgil. (IV. Aen. 285.) dixit: *Huc illuc, & in partes varias verſare animum.* in aliis cod. *Diverſos ducens.* ipſum te conſule. CLAVER. *diverſo* Claverius ex libro ſuo. Putem, *Diviſos ducens animos.* ut in illo Maronis,

Atque animum nunc huc celerem nunc dividit illuc.

Adeantur curae noſtrae ſecundae ad Naſonis Met. III. 380. ſed vulgatae controverſia non eſt movenda. Livius Lib. XXVI. cap. 5. *Hannibalem diverſum trahebant curae.* ſic meliores ſcripti, non, *in diverſum, diverſus diſtrahor* apud Plautum. *animum in diverſa verſare* Curtio Lib. III. cap. 6. *Fulgidus* etiam pro *lucidus* paulo ante ab eodem libro eſt. HEINS. *animo* pro *animum* poni docuimus ad Phaedr. II. Fab. 2.

Quae tale] Propert. (III. XI. 19.) *Quae viva ſequatur Conjugium.* CLAVER. Sed ibi longe alius eſt ſenſus. *ſequi conjugium* eſt honeſtius hic dictum, quam *virum.* quod libidinoſae & ſecutulejae eſſe mulieris diximus ad Petron. LXXXI. vide & ad Epiſt. Sabini I. vs. 80. *quod tale* Voſſ. *ſtygiaeve* Jun. duo & Oxon.

121. *Tandem ſententia*] *tandem haec* malebat Heinſius.

122. *Hennaeae*] *Aetnaeae* omnino legendum ex veterum auctoritate & ſcriptura, quidquid Liſius ambigat, vir quidem doctus, ſed liberior impendio, ut patet ex vita Auſonii & huius Poëtae. CLAVER. pro *Hennaeae Cereri* alii legunt *Aetnaeae Cereri. Aetnaea* ab Aetna, vulgaris lectio, ſivente Silio Lib. VI. Stat. IV. Theb. 125 At *Ennaeam* recepere docti ex VI. Verr. Arnob. Lib. V. ab Enna Siciliae oppido, juxta quod rapta fuit Proſerpina.

Sil.

Digitized by Google

Unica; nec tribuit ſobolem Lucina ſecundam,
Feſſaque poſt primos haeſerunt viſcera partus,
Infecunda quidem; ſed cunctis altior exſtat
Matribus, & numeri damnum Proſerpina penſat.
Hanc fovet, hanc ſequitur. vitulam non blandius ambit
Torva parens; pedibus quae nondum proterit arva,

Nec

Silius Lib. I. *Enneae numina divae.* & Lib. XIII. *Caeditur Ennaeae caſta cervice juvenca.* Senec. Herc. Fur. II. Act. III. DEMPST. *Ennaeae* Turnebus in Adverſariis (Lib. VIII. 12.) quod Gyraldinus codex & Oxonienſis confirmant, niſi quod aſpiratio addenda. in tertio Vaticano mendoſe, *Eunaeae.* fruſtra igitur Claverius Gyraldum Syntagmate XIV. de Diis Gentium ſic emendantem carpit. fruſtra pro vulgata ſcriptura velitatur Barthius. *Hennaea Ceres* tam ab oppido Siciliae, quam pago Attico, ubi colebatur, dicta. Callimachus in ejus Hymno:

——— Ὅτε δ' ἐπεμαίνετο χώρῳ
Ὄρνιν Ἐλευσῖνι, Τριόπῳ θ' ὅσον ἐκτόσθεν Ἔννα.

ubi Scholiaſtes, Ἐλευσῖνι τῇ Ἔννα, δῆμοι Ἀττικῆς. niſi lapſus eſt. Statius Theb. IV.

Hennaeae Cereri negat ausia Dyme.

Lycophroni etiam Ἔνναῖα ἱρηὶς dicta. *Hennaeam divam* eandem idem Silius non uno loco appellat, & *Hennaeam virginem* Proſerpinam. *Hennenſis Ceres* apud Firmicum de errore profanarum religionum. Lucan. Lib. VI. 739. *quae te Detineant Hennaea dapes.* ubi male vulgo, *Contineant Aetnaea.* Sidonius Paneg. Majoriani: *Enna Perſephone, Minerva Hymetto.* plura alii congeſſerunt, quos non compilo. Ceterum *Henna* non tantum conſtanter veterrimi apud Ovidium, Silium, Solinum, Arnobium, alios, agnoſcunt, addita aſpiratione, codices, ſed nec aliter ſcribendum Plinii auctoritate evincitur Lib. III. cap. 8. Natur. Hiſt. ubi Siciliae civitates ordine Alphabetico recenſet. In antiquiſſimo Livii codice Mediceo, *Emendavi Nicomachus Flavianus III. Praef. Urb. apud Hennam.* Nummus aereus vetuſtus apud virum rei antiquariae perquam ſtudioſum, Franciſcum Gothofredum, Romae mihi conſpectus, ab una parte caput muliebre exhibebat, Cereris, ut puto, hiſce additis literis. M. CEST..... MUNATIO. ab altera parte vir & femina, currui quadrijugo inſiſtentes, quo Raptus Proſerpinae exprimebatur emblemate, addita inſcriptione, MUN. HERMAE. *Municipium Hennae.* Columella Lib. X.

Cum Cereris proles veſtris intenta choreis
Aequoris Hennaei vernantia lilia carpſit.

ita veterrimus codex S. Germani, non *Aetnaei.* Statius Silvar. V. III. Epicedio Patris,

At vos umbrarum reges, Hennaeaque Juno.

ſic ſcribendum. Idem Achilleidos Lib. II. 151.

——— *qualis Siculae ſub rupibus Aetnae*
Naïdas Hennaeas inter Diana feroxque
Pallas & Elyſii lucebat ſponſa tyranni.

quomodo neceſſaria correctione emendamus, ne *Aetnae* & *Aetnaeas* ſuperflua & incondita repetitione aures delicatas offendant. Auctor Pervigilii Veneris:

Hybla florem rumpe veſtes, quantus Hennae campus eſt.

in veterrimo quoque Minucii Felicis codice Regio, qui Lutetiae exſtat, *Hennaeis ignibus*, & *ignes Hennae* ſcribitur, pro *Aetnaeis* & *Aetnae.* apud Julium Firmicum libro contra Gentes bene paſſim cum aſpiratione vox ea occurrit in vulgatis exemplaribus. etiam apud Arnobium Lib. V. bis terve in exemplari Regio jam laudato. Infra quoque eam vocem in hoc Poëmate ſemel iterumque reſtituemus. HEINS. vide & ad Ovid. II. ex Pont. X. 25. & V. Metam. 385. & Parrhaſius notat quosdam *Ennaea* legere.

Virebat] *nitebat* Jun. ſollemni variatione. vide ad Ovid. IV. Faſt. 126. & II. Met. 796. & infra vs. 236. ſed *virebat* eſt, in flore aetatis erat, unde *viridis juventus*, & ſimilia paſſim. BURM.

123. *Sobolem*] *prolem* Voſſ.

124. *Haeſerunt*] *requierunt* Voſſ. ita fere Virgil. I. Georg. 82.

Sic quoque mutatis requieſcunt foetibus arva.

Gloſſa Leidenſis *haeſerunt* exponit per *ceſſarunt* BURM.

126. *Numeri damnum*] *numerum Danaum* Mediol. pro *penſat*, *penſet* Oxon.

127. *Vitulam*] Haec videtur ſatis humilis comparatio, ſed oppido quam venuſta, neque ſine Ovidii exemplo, de eadem re. vide IV. Conſ. Hon. & Martialem. CLAVER. *vitulum* Voſſ. *nullam* Leid. & in margine, *alii vitulam.* & ita edd. Vicet. Parm. & aliae. *vitulum qui* ex codice S. Gall. praefert Canneg. ad Aviani fab. XXVIII. *nec blandius* Mediol.

128. *Proterit arva*] *herbas* Voſſ. rectius judice Heinſio. *proterere arva* enim magis noxium. vid. Ovid. II. Met. 791. fortaſſe Horatium imitatur, qui de vitulo Lib. IV. Od. 2. 54.

——— *qui largis juveneſcit herbis,*
Fronte curvatos imitatus ignes
Tertium Lunae referentis ortum.

&

Digitized by Google

Nec nova lunatae curvavit germina frontis.
Jam vicina toro plenis adoleverat annis
Virginitas; tenerum jam pronuba flamma pudorem
Sollicitat: mixtaque tremit formidine votum.
Perſonat aula procis. pariter pro virgine certant
Mars clipeo melior, Phoebus praeſtantior arcu.
Mars donat Rhodopen, Phoebus largitur Amyclas,
Et Delon Clariosque lares. hinc aemula Juno,
Hinc poſcit Latona nurum. deſpexit utramque
Flava Ceres; raptusque timens (heu caeca futuri!)
Conmendat Siculis furtim ſua gaudia terris,
Ingenio confiſa loci. Trinacria quondam
Italiae pars una fuit: ſed pontus & aeſtus
Mutavere ſitum, rupit confinia Nereus

Vi-

& Virgilium, qui IV. Georg. II.

——— *errans bucula campo*
Decuſſas rorem, & ſurgentes adterat herbas.

manus viri docti in ora Vicetinae editionis, *quae non protriveris arva.* BURM.

129. *Germina*] Vetus liber, *cornua.* ſed iis non ſum addictus, ut non arbitrer poſſe me diſſentire. DELR. ita & III. de laud. Stilich. 289. *frons diſcolor auro Germinat.* MOX pro *adoleverat, adoleveris* edit. Iſingr. & *fauna* Leid.

132. *tremit votum*] Pro nuptiis Metam. XII. Fal. IV. Lib. VII. Tab. I. *ſtans mecum vota ſororis.* DEMPST. *fremit* Mediol.

136. *Hinc aemula*] Meus vetus liber, *hanc aemula Juno, Hanc poſcit Latona nurum. deſpexit utramque* idem inferius, ubi ceteri pro *ſitum*, habent *locum.* DELR.

137. *Deſpexit utramque*] *utramque* prim. Petav. & Delril liber. recte. de Junone enim & Latona ſermo. HEINS.

138. *Raptusque*] *raptumque* Voſſ. *raptuque* alter. *haec caeca* Leid.

138. *Conmendat*] Hic verſus abeſt a quodam libro, ſuntque hi tres dubiae electionis, ego medium elegerim, ſi detur optio. In hanc vero ſententiam dixit Tibullus: *Heu cui mea pignora credo.* ſed idem contigit Ovidio, quod huic Poëtae noſtro; nam in Metam. de Apro, quem occidit Meleager:

Et ſetae demiſſi ſimiles haſtilibus horrent,
Stantque velut vallum, velut alta haſtilia ſetae.
CLAVER.

Aethera deſeruit Siculaque relegat in ora vetus codex praefert. non *Siculas oras.* nota eſt e Jure formula relegationis: *Provincia illa, Inſulisque illis te relego.* CLAVER. De Sicilia lege Pontanum in III. Aen. Ovid. IV. Faſt. Flor. Lib. II. cap. 2. Diodor. Lib. V. cap. ult. fin DEMPST. Verſus duos ſuperfluos expunximus, nam vulgati codices praeponunt huic iſtos:

Commendat Siculis furtim ſua pignora terris
Infidis natam laribus commiſit alendam.

quorum modo hunc, modo illum codices praeſtantioris notae omittunt. Mihi uterque viſus eſt delendus, ne ter idem dicat importuna repetitione. ſi quis priorem malit tueri, non repugno, & tum *gaudia* pro *pignora* rectius legas, cum Moreti libro, ut poſtea, *gaudia noſtri Sanguinis, & chares uteri commendo labores.* In ſcriptis quibusdam magnus hiatus eſt usque ad vs. 215. ut pateat haec inquinatata admodum eſſe. pari modo haec curis ſecundis caſtigaſſe Barthium poſtea vidi. HEINS. *infidis natam laribus dimiſit* Jun. *commiſit alendam* Mediol. *commiſis* Parm. interpolatum ex VI. Conſ. Hon. 583. *dimiſis iturum* Jun. a m. prim. & ita Oxon. qui hunc verſum in margine habebat. *commiſis iturum* Voſſ. qui & *Siculaque relegat. in oras* alter & ed. Vicet. Parm. Ald. & aliae. *horas* Mediol. & [illegible]

140. *Trinacria*] Ovidius de Gigante, cui Sicilia impoſita eſt, ita differit, ut dicat ejus dextram Peloro premi, Pachyno laevam, pedes vero Lilybaeo; e quibus elicitur figura illa triquetra Δ cujus proportio hominem emendatae ſtaturae, manibus aequaliter extenſis, junctisque cruribus jacentem oculis ſubjicit. vide B. Auguſtinum de menſura hominis. CLAVER.

141. *Et aeſtus*] *& aetas* Leid. & in margine, *extus* id eſt fervor, pro *aeſtus.*

142. *Rupit*] *rapuit* Mediol. & unus Heinſii. *abſci-*

In dextrum laevumque latus, tunc insula fundo
Vellitur, & dubiae nutant cum moenibus urbes.
Aetnaeos apices solo cognoscere visu,
Non aditu tentare, licet. pars cetera frondet
Arboribus: teritur nullo cultore cacumen.
Nunc vomit indigenas nimbos, piceaque gravatum
Foedat nube diem: nunc molibus astra lacessit
Terrificis, damnisque suis incendia nutrit.
Sed, quamvis nimio fervens exuberet aestu,
Scit nivibus servare fidem, pariterque favillis
Durescit glacies, tanti secura vaporis,
Arcano defensa gelu: fumoque fideli
Lambit contiguas innoxia flamma pruinas.
Quae scopulos tormenta rotant? quae tanta cavernas

170. Vis

sed *motat* tantum, non *mutat*, unde Ovidius: *Nititur ille quidem, tentatque resurgere saepe.* CLAVER. Isingrinus, *Dejectas*. Puto, *rejectas*. non enim *dejectas*. sequentia probant, *In dextrum laevumque latus*. Seneca Thyeste,

——— *rum rejecto*
Latus explicuit monte Tyboeus?

HEINS. *dejecis* Voss. *dejectas* alter.

Rebelli] In meo codice reperi, *reflexa*. DELR. *cervicere flexa* edit. Claver. ita Statius Achill. I. 382.

Tunc exceptа freto longe cervice reflexa.

& Ovid. Lib. III. Art. 779. *pavium cervice reflexa Femina*. sed hoc blandius & sponte respicientis est. BURM.

157. *Tunc insula*] *nunc insula* Mediol. *in laevum dextrumve* Jun. & Voss *in dextrum laevumve*. Voss. alt.

158. *Cum moenibus*] *pro moenibus* Mediol. male. Ovid. I. Met. 214. *magnae pereunt cum moenibus urbes*. BURM.

159. *Non aditu*] *Non aditus* Voss.

161. *Vomit*] *movet* perperam in excusis. *vomit nimbos*, id est, flammarum globos. *liquidus ignis* dicitur Lucretio. *Ignes irrigui* Corn. Severo. CLAVER. *monet* Leid. *movet* Voss. & alii.

Nimbos] nisi Victoris liber hanc vocem agnosceret, & immediate sequeretur *piceaque gravatum Foedat nube diem*, non dubitarem ex meo MS. legere, *nubes*, quia Virgilius hos fumi globos vehementi actos spiritu, *atram nubem* alicubi dixit. DELR. *nubes* Voss. unus.

162. *Motibus astra lacessit*] Puteaneus, *molibus*. recte. de saxis enim agit, quae ex Aetna pelluntur in altum. Severus in Aetna:

Pellitur exustae glomeratus nimbus arenae;
Flagrantes properant moles.

paria habes & apud Virgilium III. Aeneid. cujus imitatione plenus hic loci noster. HEINS.

163. *Terrificis*] *Fumificis* MS. Pulm. & tunc *motibus* retinendum esset. ut Sever. Aetn. 92. *canam, quo fervida motu Aestuet Aetna*. ita Ovid. VII. Met. 114. dat *fumificos mugitus* Tauris Colchicis, ubi alii *flammiferos*. ut ita Cacus etiam *mixtos vomit cum sanguine fumos* apud eumdem Nasonem I. Fast. 577. sed & *motibus terrificis* retineri potest, ut *mugitus terrificos* dat Aetnae noster Lib. II. Rapt. 8. pro *incendia nutrit* erat in Vossiano *miscet*. BURM.

164. *Exuberet*] *exuberat* Voss.

165. *Fidem*] Haec vocula Poëtae amica; ea vero nil aliud signat, quam foedus elementorum. Principia enim, ait ille, consusio & amicitia. Scaliger senior tamen improbat eo, quod, inquit, nihil promisere ignes nivi. vide hujus totius loci censuram in Hypercritico. CLAVER. Id est, non laedit, non liquefacit nives. *Scit nubibus* edd. Vicet. Parm.

166. *Vaporis*] *caloris* Jun. ex glossa.

168. *Lambit*] ex Virgil. II. 683. *talisque innoxia molli Lambere flamma comas*. BURM.

169. *Quae scopulos*] Interrogatio Homerica seu Pindarica. eam vero expressere Horatius & Virgilius, qui de Camilla (XI. Aen. 664.)

Quem telo primum, quem postremum aspera virgo
Dejicis?

deinde narrat. *Eunaeum Clytio primum patre*. Scaliger autem ait; Poëtam importune quaerere ex persona sua causam incendiorum; quid enim, inquit, nunc agat Physicum? si quem narrantem introduxisset, pateremur. CLAVER. *Quae scopulos tormenta ro-*

170. Vis glomerat? quo fonte ruit Vulcanius amnis?
Sive quod objicibus diſcurrens ventus opertis

Offen-

rotant praeſtantiores libri, & mox, *glomerat* & *ruit*. Severus:

Nunc quoniam in promptu eſt operis natura ſolique;
Unde ipſi venti, quae res incendia paſcit,
Cur ſubito celebrent vires, quae cauſa ſilendi,
Subjequar.

quomodo illa caſtiganda ſunt ex veteri codice. HEINS. *ſcopulis* Voſſ. a m. pr. *ſcopulo* a m. s. *quae tanta catervas* Jun. *ratent*, & *glomeret*, & *ruat* Leid. & edd. Vicet. Parm. Junt. Ald. & aliae plures.

170. *Vulcanius ignis*] Puteaneus & unus Petavianus, *amnis*. optime. qua voce etiam uſus Severus in Aetna:

Donec confluvio revolutis aeſtibus amnis
Exilit, atque furens tota vomit ignea Aetna.

Pindarus Pyth. a. vs. 40.

Τᾶς ἰρεύγονται μὲν ἀπλά-
τοι πύρῳ ἀγνόταται·
Ἐκ μυχῶν πυγαί, ποταμοὶ
Δ᾽ ἀμέρᾳ μὲν προχέοντι ῥόον κάπνῳ
Αἰθων᾽, τ᾽ ἀλλ᾽ ὸ ὀρφναίοι πίτυας
Φόινισσα κυλινδομένα φλὸξ ἐς βαθέ-
αν φέρει πόντου πλάκα σὺν πετάγῳ.
Κεῖνο δ᾽ ἀφείσατο κρυπτὸς.

vide A. Gellium Noct. Attic. XVII. cap. X. *qui fluere omnes fumi & flammarum fulva & tortuoſa volumina in plagas maris ferri quaſi quosdam igneos amnes tranſtulit*. hinc *undans Aetna* Virgilio I. Georg. 472. & Lucano. v. 100. *redundans* noſtro in Idyllio de piis fratribus. Seneca Hippolyto: *qualis Aetnaeo vapor Exundat antro*. ποταμὸς πυρὸς pari modo apud Aeſchylum alicubi occurrit in Prometheo. *flammarum fluenta* Apulejo de Mundo, & *flammarum flumina* de Aetna, quae ex Graeco feliciter tranſtulit. *tandem ignis* auctor Aetnae. Lucanus Lib. VI. 294.

——— *cum tota cavernas*
Egerit, & torrens in campos defluit Aetnae.

Valde luxuriant hic Poëtae Graeci, ut modo ex Pindaro vidimus, quae & Macrobius notavit Saturn. Lib. v. cap. 17. *Virgilius quidem Graecas fontes imitatus, ignes eructari, & fluere amnes fumi, & flammarum fulva & tortuoſa volumina in plagas maris ferri, quaſi quosdam igneos amnes dixit*. Vetus Poëta apud Longinum ἀεὶ ὕψος de flamma agens πλατάνῳ χείμαῤῥον quaſi torrentem appellat. apud Alcimum Avitum Lib. III. non longe ab initio locus eſt, ubi Sodomam conflagrantem deſcribit, plenus audaciſſimis tranſlationibus. ſed liber non eſt ad manum. *ignes irrigues* habes apud Severum in Aetna, & *exundantem flammam*, & *undam ignis*. *flammarum torrentem* apud Silium Ital. Lib. XIV. ubi de Aetna agit. Virgilius de Caco flammam vomente Lib. VIII. 257.

qua plurimus undam Fumus agit. Gratius de Vulcano v. 444.

——— *ruptoque e pectore montis*
Venit ovans auſtris, & multo flumine flammae.

ubi *ovans auris* fortaſſis legendum, ut *fulminis auras* apud Poëtas, & *venti fulminis* apud Maronem Lib. XI. 649. val. Flacc. Lib. VII. 571.

Taurus & immani proflavit turbine flammas
Arduus atque atro volvens incendia fluctu.

HEINS. vide ad Gratii Cyneg. 445.

171. *Apertis*] Mens Claudiani haec fuit: ſive ſpiritus ex circumfuſo aëre ortus, nimis Aetnae viſceribus concluſis, primum exitum quaerens, quia illum nancisci nequit, conglobatur, deinde vi nactus tenuem aliquam rimulam, violenter illac erumpit: quod cum ſine maxima vi, motuque rapidiſſimo non fiat, confeſtim fumi flammaeque ingens copia elicitur. Itaque nihil amplio, quin hic ex MS. *opertis* legatur. DELR. *Apertis*, non *opertis*. Severus in Aetna:

Sedes eſt omnis bumus, penitusque cavata latebris:

Lucretio, *venigeni crateres*. CLAVER. Male *apertis* Claverius. noſter II. in Eutrop. 27. *terrae Baccbatas per aperta tremor*. Statius Theb. VIII. 110.

——— *dum per cava viſcera terrae*
Vade diu pendens, & in aëre volver operto.

quae vera lectio. unde & alter locus ejusdem Statii caſtigandus IV. Silv. II. 23.

Tanta patet moles, effuſaeque impetus aulae
Liberior campis, multumque amplexus operti
Aetheras, & tantum domino minor.

certe *operti Aetheras* manifeſte exhibet vetus editio Parmenſis. Severus:

Flumina quin etiam latis currentia rivis
Aut occulta fluunt tectis adoperta cavernis.

HEINS. recte *opertis*. & locus ipſe Severi vs. 94. contra Claverium facit legendus vero ex antiquis editionibus:

Non totum in ſolidum deſit, namque omnis biatus
Sedes eſt omnis bumus, penitusque cavata latebris,

latebrae certe opertos obices oſtendunt. ſic & vs. 206. ex Aldi editione: *congeries operis ſaxorum & pusris arenae* &c. & vs. 373.

Saepe premit fauces magnis exſtructa ruinis
Congeries, clauditque vias luctamine ab imo
Et ſciſſo veluti tecto, ſub pondere perſtat.

ita enim legendum. & deinde vs. 411.

Totus enim denſo ſtipatur robore, tarda
Per tenues admiſſa vias incendia nutrit.

ex quibus patet, id quod Juſtinus dicit in fiſtuloſa & rimoſa illa terra ventum luctari, & ſibi quaerere viam. noſter *diſcurrere* & *furere*, donec offendat, id eſt, reperiat meatum & exitum. Heinſius olim de-

Digitized by Google

Offenſo per ſaxa furit rimoſa meatu,
Dum ſcrutatur iter, libertatemque repoſcens
Putria multivagis populatur flatibus antra.
Seu mare ſulphurei ductum per viſcera montis
Oppreſſis igneſcit aquis, & pondera librat.
Hic ubi ſervandum mater fidiſſima pignus
Abdidit, ad Phrygios tendit ſecura penates,
Turrigeramque petit Cybelen, ſinuoſa Draconum
Membra regens, volucri qui pervia nubila tractu
Signant, & placidis humectant frena venenis.
Frontem criſta tegit: pingunt maculoſa virentes
Terga notae: rutilum ſquamis intermicat aurum.
Nunc ſpiris Zephyros tranant: nunc arva volatu
Inferiore ſecant. cano rota pulvere labens
Sulcatam ſecundat humum: flaveſcit ariſtis
Orbita: ſurgentes condunt veſtigia culmi:
Veſtit iter comitata ſeges. jam linquitur Aetna,

To-

currens ventus correxerat ex Severi Aetna v. 328.

Quod ſi forte putas isdem decurrere ventos
Faucibus.

niſi & illic *diſcurrere* ſit legendum. ſed *diſcurrere* hic eſt per ima viſcera terrae vagari, ut Lib. II. 50. & Ovid. II. Faſt. 285. Senſus ergo eſt, ventum per ſubterraneas, excavatas, & fiſtuloſas cavernas, quae morantur, ut obices, diſcurrere, & cum meatum repererit, erumpere furioſum, & ejicere ſaxa, ignes &c. BURM.

172. *Offenſo per ſaxa furit rimoſa*] Vetus liber unus, *offenſo rimoſa furit per*. alter O. *rim. ruit per ſaxa*. DELR. *ruit* Mediol. & Voſſ.

Saxa rimoſa] Juſtinus Lib. IV. 1. *Eſt ipſa terra tenuis ac fragilis, & cavernis quibusdam fiſtulisque ita penetrabilis, ut ventorum tota ferme flatibus pateat.* vid. & ſeqq. BURM.

174. *Putris*] *Putrida* Voſſ. edd. Vicet. Parm. Junt. Ald. & aliae.

177. *Hic*] *Hinc* cod. Pulm. recte ſi cum *tendit* jungatur. *& Phrygios* Leid.

179. *Sinuoſa*] Hoc loco meus MS. ſic legit: *ſinuoſa Draconum Colla regens, volucri qui pervia.* ita commode. alter ei, niſi *membra* contineret, aſſentiretur. *nubila pervia* vocat, quae Cereri ceterisque Diis iter praebebant. quin etiam vetus German. *pervia* agnoſcit, & Celſinus, *volucri per pervia* quondam ediderat. Seneca praeterea in Hippolyto ſcripſit: *Solis & aër pervius ventis erit.* DELR. *ſquamoſa* Vatic. HEINS. *Colla* etiam Voſſ. quod mihi praeferendum videtur; frenis enim colla reguntur. ita ſupra vs. 13. *colla levant edirta jugis.* IV. Conſ. Hon. 607. *Caſpia flectit eburnis Colla jugis.* ita Bacchus *colla premit Lyncum* apud Ovid. IV. Met. 21. & ita millies apud Poëtas. *Membra regens* Junian. *ſpumoſa dr. m. tegens* Leid. BURM.

180. *Volucri qui*] *volucrique per avia* Leid. edd. Parm. Junt. Ald. Iſingr. *volucri per pervia* edit. Vicet. *volucri per avia* Colin.

184. *Spiris*] Ita vetus liber. Hic vero Scaliger ait Cereris currum leviſſime ab Ovidio deſcriptum, cum Poëta noſter ambitioſe feratur. CLAVER. *Nunc leves* marg. Iſingr. *Tunc ſpiris* Voſſ. *Zephyros turbant* Voſſ. alter. vid. Lib. III. vs. 3. Virgil. IV. Aen. 245. *turbida tranat Nubila.* ubi Servius, *transvolat.* alios legere *tenues Zephyros* notat Heinſius. vide Barthium. BURM.

187. *Scindunt*] Tantam dicit frugum copiam exortam, ut ſtatim ſublato pede veſtigia impreſſa frugibus cooperirentur. patet ex veteribus libris, in quibus *condunt* lego. DELR. *condunt* vetus liber, non *ſcindunt*, quod eſt commentitium. CLAVER. *condunt* Iſingrini codex & Claverii editio. vulgo, *ſcindunt veſtigia fruges.* alii libri, *condunt veſtigia meſſes.* HEINS. ita fere dixit Lib. III. 442. *omnis perit orbita flatu.*

188. *Veſtit iter*] Uſurpat *veſtire* Prudentius Lib. II. in Symmachum:

Denſius & gravidis ſe veſtiet aequor ariſtis.

Totaque decreſcit refugo Trinacria viſu.
Heu quoties praeſaga mali violavit oborto
Rore genas! quoties oculos ad tecta retorſit.
Talia voce movens! Salve, gratiſſima tellus,
Quam nos praetulimus coelo. tibi gaudia noſtri
Sanguinis, & caros uteri commendo labores.
Praemia digna manent: nullos patiere ligones,
Et nullo rigidi verſabere vomeris ictu:
Sponte tuus florebit ager: ceſſante juvenco
Ditior oblatas mirabitur incola meſſes.
Sic ait, & fulvis ſerpentibus adtigit Iden.
Hic aedes auguſta Deae, templique colendi
Religioſa ſilex, denſis quam pinus opacat

Iſid. Lib. VIII. cap. 81. in Veſta. noſter de Bell. Getic. 319. *dulci veſtit qua littus oliva* DEMPST.

189. *Decreſcit*] Statiana locutio (II. Achill. 42) *decreſcit Bacchica Naxos Ante oculos creſcente Sama.* CLAVER. vide ad Val. Flacc. VI. 393.

190. *Oborto*] *aborto* Jun. Voſſ. unus Heinſii & ed. Parm.

191. *Ad tecta*] *ad cretа* Voſſ. vid. ad Ovid. VII. Met. 223. *retorxit.* Mediol.

192. *Salve*] Victoris liber, *ſalve* ℓ. DELR. Thetis apud Statium:

Cara mihi tellus, magnae cui pignora curae
Depoſitumque ingens timido commiſimus aſtus,
Sis felix, tacitaque precor. CLAVER.

194. *Sanguinis gaudia*] Alibi dicet, *ſanguinis affectum.* Tribunianus: *in hominum procreatione utramque perſonam fungi ſimili naturae officio*, denuntiat. nota eſt *ſanguinis merces* apud Juvenalem. CLAVER.

195. *Patiere*] *patiare* Junian.

196. *Verſabere vomeris ictu*] *vexabere* prior Petav. ut ſaepe noſter. dictum alibi. HEINS. & ita Voſſ. pro varia lectione. vid. ad I. in Ruſin. 65. Barthius putat hic memoriae vitio Poëtam peccare. ſed nota jam agricultura Siculis. per Triptolemum vero edocti fuere Graeci reliqui. BURM.

197. *Sponte tuus*] *ſponte ſua* Voſſ. & mox pro *ablatas*, *ablatas* Jun. quod eſſet in horrea latas. BURM.

199. *Serpentibus adtigit Iden*] *tetigit ſerpentibus* Jun. Voſſ.

200. *ſedes Auguſta*] Ovidius: *Templa vocant auguſta patres.* alias, *anguſta*, neque ideo minus auguſta, ſi modo, ut ait idem, *Sacerdotum vite dicata manu.* CLAVER. *aedes auguſta* Aldus & ſcripti meliores. alii, *ſedes anguſta*, quod perperam arripuit vir doctus. Ovid. I. Faſt. 609.

——— *auguſta vocantur*
Templa ſacerdotum rite dicata manu.

Idem II. Triſt. 287. *Quis locus eſt templis auguſtior?* HEINS. *ſedes* alii. vid. Parrh.

201. *Silex*] De hoc vide Livium. ſic forte apud Ovidium (III. ex Pont. II. 52.) in templo Dianae Scythicae vaſtis columnis inſigni, *Stat baſis orba Dea.* vide etiam Lib. IV. Faſt. 265.

Mittuntur proceres, Phrygiae tunc regna tenebat
Attalus, Auſonitis rem negat ille viris.

deinde,

Ipſa peti volui: nec ſis mora; mitte volentem
Dignus Roma locus, quo Deus omnis eat. CLAVER.

Pinus] Sic apud Theocritum cupreſſi: Ἀμέλγεις ἁλίοντι τίον γάλα ἢ κυπάρισσος Virgil. VII. Ecl. I.

Forte ſub arguta conſederat ilice Daphnis.

ubi Servius optime *ſtridulam* exponit. quod non capit Gifanius, vir ſubtilitatis haud plebejae. Olympius:

Dic age, ſed nobis ne vento garrula pinus
Obſtrepat, has ulmos potius fagosque petamus. CLAVER.

Obumbrat] Meus MS. *opacat*, id eſt, obumbrat. poſterior tamen vox in ceteris omnibus continetur. DELR. Cybeli matri Deûm altiſſima arbor pinus ex II. Georg. ſacra, quia Atys in eam mutatus. X. Metam. Fab. 2. Stat. Lib. II. Senec. Troad. Choro I. templum ejus in Luco Pineo. IX. Aen.

Pinea ſylva mihi multas dilecta per annos.

Cybele Jovem alloquitur, & myſtae pineam haſtam vibrant, ut bacchantes thyrſum. noſter Lib. I. in Eutrop.

Cymbala ferre licet, pectusque illidere pinis.

DEMPST. *opacat* cum melioribus ſcriptis legendum jam vidit Gronovius noſter Elench. Antid. p. 75.

Fron-

ha-

Digitized by Google

Frondibus, & nulla lucos agitante procella
Stridula coniferis modulatur carmina ramis.
Terribiles intus thiasi, vesanaque mixto
Concentu delubra gemunt: ululatibus Ide
Bacchatur: timidas inclinant Gargara silvas.
Postquam visa Ceres, mugitum tympana frenant;
Conticuere chori; Corybas non inpulit ensem;
Non buxus, non aera sonant: blandasque leones
Submisere jubas. adytis gavisa Cybebe
Exsilit, & pronas intendit ad oscula turres.
Viderat haec dudum summa speculatus ab arce
Jupiter, ac Veneri mentis penetralia nudat.
Curarum secreta tibi, Cytherea, fatebor.
Candida Tartareo nuptum Proserpina regi
Jam dudum decreta dari. sic Atropos urguet:
Sic cecinit longaeva Themis. nunc matre remota

(Rem

habes Id verbum apud Virgilium, Val. Flaccum, alios. Silius Lib. XIII. 331.

Cingit acuta comas & opacat tempora pinus.

paulo post, *coniferis modulatur carmina ramis*, cum prima editione & quibusdam membranis scribimus. *coniferi modulantur rami* contra libros Raphelengius. HEINS. *quam densis* Voss. *corniferis* edd. Vicet. Parm. Isingr. Colin. & codex Voss. & Leid.

202. *Frondibus*] *Floribus* Jun. & Voss. duo.

203. *Modulatur*] *modulantur* Barth. edd. Vicet. Parm. Ald. Junt. & aliae. *inclinat cornua ramis* Leid. mox pro *mixto*, *multo* Voss.

205. *Gemunt*] *gerunt* Leid.

206. *Timidas*] In meo MS. ut in altero correctum, *tumidas*. DELR. *tumidas* Jun. Voss. male. supra vs. 7. *trepidis delubra moveri Sedibus*. BURM.

208. *Conticuere chori*] Statii hemistichium. insuper figura, quae vitii habet speciem, qua usus Virgilius, & quam adfectavit Tibullus, teste Mureto, hanc duplicat Lucanus III. 272. *Et Croeso fatalis Halys*. Item Cicero in versu. At Claudianus, *Conticuere chori, chorybas*. CLAVER.

Ensem] Id est, gladium sive cultrum. apud Jurisconsultos, cum non liceat alterum laedere, olim in corpus suum saevire licitum est. sed alia ratione. CLAVER. *intulit* Voss. & Leid. pro varia lectione. *enses* Junian.

209. *Blandasque leones*] Non *blandique*, codices. HEINS.

211. *Intendit ad oscula turres*] Vetus liber, *extendit*. DELR. Libri quidam, *extendit*. ut infra Lib. II. 346.

Extendunt socios ad pocula plena cerastas.

HEINS. *contendit* Voss. ita *contento poplite* apud Horat. II. Sat. 7. Scholiastes explicat *extento*. *ostendit* Leid. sed olim fuerat *tendit*, adscripto alia manu *as. pronos currus* etiam Voss. alter. BURM.

212. *Viderat haec*] *hoc* Voss. *at Veneri* Vatic. Mediol. Jun. duo, Oxonienses & Leidensis. *hinc Veneri* Voss. *praecordia* Voss. alter pro varia lect.

213. *Nudat*] Sic in veteri codice, delicate id quidem & Latine. cum alias legatur, *monstrat*, aut, *pandit*. SERV. VI. Aen. *tegere est celare, nudare est indicare*. CLAVER. Tres nostri, *monstrat*. duo Pulmanni, *pandit*. quomodo supra:

Vos mihi sacrarum penetralia pandite rerum.

de *mutandi* verbo tamen hac significatione videatur eruditissimus Gronovius Notis ad Livium Lib. XLIV. cap. 38. HEINS. *monstrat* Leid. edd. Vicet. Parm. Parrhas. vide ad Phaedr. Lib. II. prol. vs. 4.

214. *Secreta tibi, Cytherea*] Meus liber, *Cytherea tibi secreta*. sic inferius, ubi vulgo, *terret quae Maenala*, habet, *quae terret Maenala*. porro alludit ad illud sive Homeri, sive alterius, *παῖς χρύσεια τέῳ τετάνυται Πίμπλουτα γουνὸς βίλα τροφὶς ἢ κάρπια Ὑψιλᾶν ὀρέων*. DELR. *Cytherea tibi secreta* Voss.

215. *Regi*] *regi est* Leid.

216. *Jam dudum*] vetus liber *Jam pridem*. DELR. *Jam pridem est* Voss.

217. *Sic cecinit Themis*] Olim oraculum penes The-

Digitized by Google

(Rem peragi tempus) fines invade Sicanos,
Et Cereris prolem patulis inludere campis,
Craſtina puniceos cum lux detexerit ortus,
Coge tuis armata dolis; quibus urere cuncta,
Me quoque ſaepe ſoles, cur ultima regna quieſcunt?
Nulla ſit inmunis regio, nullumque ſub umbris
Pectus inaccenſum Veneri. jam triſtis Erinnys
Sentiat ardores: Acheron, Ditisque ſeveri
Ferrea laſcivis molleſcant corda ſagittis.
Adcelerat praecepta Venus, juſſuque parentis
Pallas, & inflexo quae terret Maenala cornu,
Addunt ſe comites. divino ſemita greſſu
Claruit. augurium qualis laturus iniquum
Praepes ſanguineo dilabitur igne cometes,

Pro-

Themidem Lib. I. Met. fab. 7. Interpr. Juvenal. ad Sat. I. Lucan. v. 81. Sidon. carm. v.

——— *ſi denique verum*
Phoebe, Themis Dodona canit.

& carm. IX. *Reſponſa aut Themidis priora Delphis.* DEMPST. vide eumdem in Etruria Regali Lib. I. cap. 18. pag. 80.

218. *Rem peragit tempus*] Aldus & Moreti codex, *peragi*, ut Barthius conjecerat. Bell. Gildon. 428. *promiſſa minasque Tempus agi.* Virgil. v. Aen. 638. *nunc tempus agi res.* Stat. v. Theb. 140. *dum tempus agi rem*, ut quidem illis locis videtur corrigendum. HEINS. *peragi* Junt.

220. *Puniceos*] *purpureos* Jun. alter. *cum nox* Junian. prior. eſt imitatio Maroniana ex Lib. IV. 118. BURM.

221. *Coge*] *falle* cod. Pulm. marg. Iſingr. an *pelle?*

222. *Soles*] *vales* Oxon. & Jun. malim etiam, *quieſcant* cum Oxon. mox pro *ſub umbris, ſalubris* Jun.

224. *Inacceſſum*] Unus liber vetus, *inaccenſum*. DELR. *inacceſſum* recepta lectio, & quam vetus liber agnoſcit. Virg. VIII. 195. *Speluncam* dixit *Solis inacceſſam radiis* in animis enim hominum ſi non ſpeluncae, tamen latebrae ſunt, & receſſus. alias, *inaccenſum*, quod non adeo vulgare eſt. CLAVER. Imo *inaccenſum* cum melioribus. male vulgatum tuetur Claverius. apud Silium bene etiam Lib. I. veteres libri, *inaccenſi flagrant altaribus ignes.* HEINS. *Veneris* Oxon. *Corpus inaccenſum* marg. Iſingr.

226. *Laſcivis molleſcant*] *molleſcant laſcivis* Jun. Voſſ.

228. *Pallas, & inflexo* &c.] Scaliger carpit Poëtam, quod virgines det Veneri comites: neſcius id ingenio ſummo factum, *ne Veneris dolos perſentiſceret rapienda.* quod ſi culpatur in noſtro, falſi & alii, inter quos eſt Flaccus Argon. Lib. V. 445.

Aut Sicula ſub rupe chorus hinc greſſibus haerens
Palladis huic claras Proſerpina juncta Dianae,
Altior & nulla comite certarat priusquam
Palluit.

Diodor. Lib. VI. cap. 11. ne tantum id exiſtimaſſe putes Poëtas. DEMPST.

230. *Claruit*] Malo, *Canduit*, cum Iſingrini codice. mox, *augurium iniquum* ex ſcriptis alii jam legendum viderunt. HEINS. vid. ad Conſ. Olybr. 102. & IV. Conſ. Hon. 193.

In orbem] Vetus liber, *iniquum*, quod repraeſentavi. DELR. *in orbem* Leid. qui in margine, *inſquum. in orbem* edd. Vicet. Parm. Junt. Ald. & aliae.

231. *Praeceps*] Admonitus a veteri libro hic *praepes* repoſui. DELR. *Praeceps*, poëtice id quidem, ſed pulchre mea ſententia. ita enim ſublimi aëris regioni adfixus eſt cometa, ut jamjam lapſurus videatur. ſed enim Scaliger hic: non eſt praeceps cometa, neque delabitur, atque in iisdem haeret veſtigiis Silius:

Scintillat ſidus, terrisque extrema minatur.

CLAVER. Omnes fere libri, *Praepes*, & *dilabitur* Moreti codex. recte; non enim delabitur cometa, ſed ſcintillans dilabi ac diſpergi videtur. praeterea motu celerrimo procedit. de ſtellis, quae delabi quandoque videntur, alia res eſt. ut jam tutus ſit a cenſura viri magni Claudianus. HEINS. vide de commutatione harum vocum ad Ovid. IV. Met. 717. *delabitur* Voſſ. & Leid. & edd. Vicet. Parm. Ald. Junt. Iſingr. & aliae. *ore cometes* Jun. BURM.

232.

Digitized by Google

Prodigiale rubens: non illum navita tuto,
Non impune vident populi: ſed crine minaci
Nuntiat aut ratibus ventos, aut urbibus hoſtes.
Devenere locum, Cereris quo tecta virebant
Cyclopum firmata manu: ſtant ardua ferro
Moenia; ferrati poſtes: immenſaque nectit
Clauſtra chalybs. nullum tanto ſudore Pyracmon,
Nec Steropes conſtruxit opus: nec talibus umquam
Spiravere notis animae: nec flumine tanto

In-

232. *Non illum*] *non illo n. tute* Voſſ. *tutum* Voſſ. & Jun.

234. *Hoſtes*] Plinius ait, cometem eſſe cladium magnarum praenuntium. quod negatur. alias, *nubibus ignes*. inepte prorſus. CLAVER. *nubibus ignes* edd. Vicet. & Parm.

235. *Quo tecta virebant*] Ita multi ex noſtris. nec dubito, quin vere. vulgo, *nitebant*. alii, *manebant*, vel *micabant*, vel *latebant*. ſic *florere* infra Lib. III. 202. *florebat tranquilla domus*. quod ex illo Statii habuit Lib. V. Silv. I. 142.

Florebant bilares inconcuſſique penates.

Ovidius Athenas II. Met. 795. dixerat,

Ingeniis, opibus, & feſta pace virentes.

apud noſtrum Lib. II. in Rufin. 188. *virent oppida*. ut codices vetuſti illic agnoſcunt. HEINS. vide. Conſ. Olybr. 16. & ſupra v. 122. ita forte apud Statium Lib. III Sylv. 5. 75. *Urbes ſtant populique virent* legendum cenſebat Heinſius. Idem Lib. IV. Sylv. 8. 56. *urbem*, *Vace opibusque juvent*, *viridique in nomine fervent*. Lib. I. Theb. *Hic ſexus melioris inops, ſed prole virebat Feminea*. & ita ille ſaepe. *quo teſta* Jun. duo Voſſ. Oxon. *qua* Parm. *micabant* tueri poſſis ex Conſ. Mall. 200. *crebisque micantem Urbibus Italiam*. BURM.

236. *Firmata*] Multo plenior ac verior haec eſt lectio vetus, quam *fundata*, nam ingenio loci munita firmari queunt. CLAVER. primus Vaticanus, *fabricata*. ut apud Virgil. IX. Aen. 145. *moenia Trojae Neptuni fabricata manu*. & noſtrum infra Lib. II. 250.

Cur non torſiſti manibus fabricata Cyclopum
In nos tela, pater?

quatuor ſcripti, *formata*. ut VI. Conſ. Hon. 571. *quae terra metallo Naſcentes informat equas*. Virgil. VIII. Aen. 426.

His informatum manibus jam parte polita
Fulmen erat.

mox, v. 447. *ingentem clipeum informant*. & apud Statium: *Siculis an conformata caminis Effigies*. de quo verbo plura Lib. III 331. Parrhaſii codices, *fundata*. HEINS. eadem varietas in illis Tibulli II. 5. 23.

Romulus aeternae nondum formaverat urbis
Moenia.

ubi vide Broukhus. vide & ad Vellej. II. 110. infra Lib. III. 115.

Non mihi Cyclopum quamvis exſtructa caminis
Culmina fida ſatis.

ubi *fabricata* Pulmanni codex. ego hic vulgatum ſervo. in Voſſiano erat a prima manu *formata*. & correctum *firmata* BURM.

237. *immenſaque nectit Clauſtra chalybs*] Hinc emendati Markland. ad Stat. II. Silv. I. 217. locum Valerii Flacci Lib. I. 393.

——— *quem juſſa vereri*
Saeva cohors: immenſa chalybs iteratoque muris
Saxa domant Eurus.

ubi vulgo *in monte chalybs*. quaſi ſemper eodem modo loqui deberent Poëtae. ſed an *chalybs* eſt feminini generis? nam hic *immenſa* ad *clauſtra* referri debet, non ad *chalybs*, ut fecit Markl. nec in Valerii loco ad *saxa* poteſt referri, quaenam enim haec eſſet conſtructio, *chalybs immenſa & iterata saxa domant Eurus*. indignor, quandoque bonus dormitat Homerus. pro *clauſtra*, *cloſtra* Erhard. ad Petron. cap. 140. BURM.

238. *Sudore Pyracmon*] Famuli Vulcani, *Brontes* a tonitru: *Steropes* a fulgetra; *Pyracmon* ab incendio. Serv. ad finem VIII. Aen. DEMPST.

239. *Nec Steropes conſtruxit opus*] Voſſianus, *commiſit*, pro *commiſit*. quod elegans verbum. Prudent. Pſychom.

Induerat thoraca humeris, ſquamoſaque ferri
Texta per intortos commiſerat undique nervos.

HEINS. ita Nupt. Honor. 147. *qua Piſtris commiſſa viro*. Juvenal. Sat. XIV. 210. *domus plumbo commiſſa*. Flor. I. cap. 4. *interfluentem Urbi Tiberinum ponte commiſit*. Valer. Flacc. IV. 310. *quae primo cervix commiſtitur artu*. & ita paſſim alii. *Non St. c. e. non talibus* Voſſ. *opes* edd. Vicet. & Parm. vitioſe. BURM.

240. *Notis*] Id eſt ventis forte, ut ſit ſpecies pro genere, niſi malis indicia intelligi. ut Celſus: *ſalutis & morbi notas*. Terentius: *magnum argumentum eſt extra noxiam eſſe*. CLAVER. De *notis* ventis etiam accipit Barthius. quod abſurdum, cum *animae* ſint venti, diceret ergo, venti numquam talibus ventis ſpiravere. ſed *notae* hic ſunt, ut fere ſemper, quae propria alicujus rei ſunt ſigna & diſtinguunt ab aliis. infr. vs. 385. *Ditisque nota ſignatus Alaſtor*. Corn. Sever. 529. *etiam ipſo nomine ſignant Fuſilium*

Incoctum maduit laſſa fornace metallum,
Atria veſtit ebur: trabibus ſolidatur aënis
Culmen, & in celſas ſurgunt electra columnas.
Ipſa domum tenero mulcens Proſerpina cantu
Inrita texebat rediturae munera matri.
Hic elementorum ſeriem ſedesque paternas
Inſignibat acu: veterem qua lege tumultum
Diſcrevit Natura parens, & ſemina juſtis
Diſceſſere locis: quidquid leve, fertur in altum:
In medium graviora cadunt: incanduit aether:

Egit

eſſe notas. ita *nota* quidquid diſcrimen oſtendit inter res. vid. ad Petron. cap. 83. & Scalig. ad Sever. Aetn. 522. Scaliger emendaverat, *Spiravere tonis. morbis* Leid. cum gloſſa, *inflationibus*, & *animas* exponit *folles*. Burm.

Animae] Dici videntur quaſi ἀνέμους. Horat. *impellent animae lintea.* Virg. *ventoſis follibus auras accipiunt reddunſque.* ſane *anima* follis dicitur Plauto, & Lucretio, *anvarum animae.* Claver.

Flumine] Sic vetus codex, non *flamine.* Virgil. *Fluit aes rivis aurique metallum.* & iv. Georg. 172. *alii ſtridentia tingunt Aera lacu.* id eſt flumine. Lucretius de ferro candente: *Stridit ubi ingelidum propere demerſimus imbrem.* Claver. *flumine tanto* pro *flamine* cum ſcriptis legendum, quidquid alii obſtant. Virg. viii. Aen. 445. ubi antrum Cyclopum deſcribitur,

——— *fluit aes rivis aurique metallum,*
Vulnificusque chalybs vaſta fornace liqueſcit.

noſter Lib. iii. in Stilich. 236.

Argenti potuere lacus & flumina mitti.

Silius Lib. xii.

—— *ſumma liquefacta eſt cuſpis in haſta,*
Et fluxit ceu correptus fornacibus enſis.

Rutilius Itinerario:

Non Biturix largo potior ſtrictura camino,
Nec quae Sardoo ceſpite maſſa fluit.

vid. notas Lib. ii. in Stilich. 177. Heins.

241. *Fornace*] Ita vetus liber, non *cervice.* Virgil. *vulnificusque chalybs vaſta fornace liqueſcit.* Claver. *laſſa fornace*, non *cervice*, cum Iſingrino & Claverii libris legendum. Virgil. viii. Aen. 420.

——— *ſtridunique cavernis*
Strifturae chalybum, & fornacibus ignis anhelat.

Caeterum quod praeceſſit paulo ante, *ſpiravere notis animae*, pro ventis capiendum. ita Vulcanus de ſollibus apud Maronem viii. 401.

Quidquid in arte mea poſſum promittere curae,
Quantum ignes animaeque valent.

Sympoſius in Aenigm. Utris:

Nunc mihi magna meae eſt animae, nunc nulla facultas.

hinc *exanimare folles*, pro ventum ex ſollibus exprimere, apud Severum in Aetna. Heins. *lumine tanto* Mediol. de fornace vide Lib. ii. 174. ut vero *laſſam fornacem*, ita *anhelas fornaces* dixit Prudent. Apoth. 132. *laxa cervice* Leidenſis, quod Gloſſator exponit, *defatigatis iſtis fabris. laſſa cervice* Voſſ.

242. *Atria veſtit ebur*] ſic Moreti codex, non *cingit.* Lucani hemiſtichium eſt Lib. x. 119.

——— *ebur atria veſtit,*
Et ſuffeſta manu foribus teſtudinis Indae
Terga ſedent.

ita pro *ſuffixa* legendum ex antiquis codicibus, quomodo & Statius Equo Domitiani Silv. iv. ii. 29. de marmore Lunenſi:

Lunaque portandis tantum ſuffeſta columnis.

Heins. verbo *veſtire* de multis, quae tegunt & operiunt, poëtae ſolent uti. vid. Val. Flacc. Lib. iv. 666. v. 566. ſupr. vs. 189. Burm.

244. *Tenero mulcens*] *mulcens tenero* Leidenſis, & edd. Vicet. Parm. Junt. Ald. Iſingr. & aliae. mox pro *matri*, *terrae* Voſſ.

245. *Inrita texebat*] Puellarum matronarumque laus in textrina & lanificiis. Tiraquell. in xi. Connub. abundantiſſime. adde Ovid. i. Amor. El. xiii. Lib. xii. Met. Fab. 5. Auſon. parent. v. & xiii. noſtrum de phaleris equi regii. Tull. vi. Verr. variis in locis. Dempst.

246. *Seriem*] *ſeries* Voſſ. Mediol. unus Heinſii, cum Leidenſi, & edd. Vicet. Parm. Junt. Ald. Colin.

247. *Acu*] Scaliger ſenior hic: tela Proſerpinae cum Ovidio certat de rerum ſedibus poſt primam confuſionem. Claver.

Veterem qua lege tumultum] Unus MS. *veteres tumultus.* Delr. *veterem de lege* Voſſ.

248. *Semina juſtis*] *juſſis* prim. Vatic. utrumque bene. Fortaſſis etiam, *ut ſemina juſſis Diſceſſere locis.* *ut*, pro quomodo. Heins. *ut ſemina* edit. Parrh. jam exhibet. Heinſ. ad ii. in Rufin. 210. citat *cum ſemina*, ubi vide.

250. *Cadunt*] Meus liber, *ruunt.* Delr. Delrii codex & duo ex noſtris, *ruunt.* ut Lib. i. in Rufin. *tolluntur in altum, ut lapſu graviore ruant.* Virgil. iii. Aen. 508.

Sol

Egit flamma polum: fluxit mare: terra pependit.
Nec color unus ineſt: ſtellas accendit in auro,
Oſtro fundit aquas, adtollit litora gemmis,
Filaque mentitos jam jam caelantia fluctus
Arte tument: credas inlidi cautibus algam,
Et raucum bibulis inſerpere murmur arenis.
Addit quinque plagas: mediam ſubtemine rubro
Obſeſſam fervore notat: ſqualebat aduſtus
Limes, & adſiduo ſitiebant ſtamina ſole:
Vitales utrimque duas: quas mitis oberrat

Tem-

Sol ruit interea & montes umbrantur opaci.
Id eſt deſcendit, vel cadit. & Statius II. Achill. ut in veteri codice, quem inſpexi, legitur:

——— *humiliique ex aequore Titan*
Rorantes evolvit equos, & ab aethere magno
Sublatum curru pelagus ruit.

cum vulgo legatur, *Sublatum curſu pelagus cadit* HEINS.

251. *Legit flamma*] Sic vetus liber. alias, *Egit*. nullo ſenſu. Ovid. I. Met. 27. *ignea vis Emicuit, ſummaque locum ſibi legit in arce.* & in Faſtis: *coelum flamma petit*, id eſt legit, ſeu eligit, vel fortitur. CLAVER. pro *egit* Claverius *legit*. quomodo & quintus Vaticanus. vulgatum de vertigine poli aſſidua intelligendum. apud Tullium Libro II. de Natura Deor. *ne quod eſt calidum & igneum, cietur & agitur motu ſuo.* vid. Gronov. Lib. III. Obſ. cap. 21. qui & malit e ſcripto, *incanduit aër* HEINS. *egit* eſt inpulit, movit. vid Bell. Gildon. 150. ita Praefat. Lib. II. 24. *Orpheis laurus vocibus acta venit. egit* Gloſſator Leidenſis explicat per repraeſentavit. *aër* legebatur in Voſſ. duobus, & uno Heinſii. *jam canduit aether* Junian. *aether* defendit Daviſ. ad Cic. II. de Nat. Deor. cap. 36. BURM.

252. *Nec color unus erat*] *ineſt* ſcripti duo & vetuſtae editiones. Ovid. IV. Faſt. 489.

Jam rebus color unus ineſt, tenebraeque teguntur
Omnia.

noſter infra Lib. II. 253. *nihilumne paternae Menſis ineſt?* ſic & alibi. HEINS. *non color unus* Leid. Mediol. unus Heinſii, ut & edd. Vicet. Parm. Junt. Ald. Colin.

253. *Fundit*] unus MS. *fudit*, alter, *pingit*, inde quidam, *fingit*. DELR. *jungit* Jun.

254. *Subtercelantia*] Eleganter vetus liber, *jamjam caelantia*. DELR. Recepta lectio uno vetere codice ſubnixa. ſed alter habuit, *jamjam curvantia*, quod non ſpreverim libens, quia Lib. II. 101. *curvata tumore Parvo planities*. CLAVER. Libri veteres, *jamjam caelantia*. Iſingr. *curvantia curvatae undae* apud Silium. Forte, *jam jamque levantia*. ut Lib. II. in Eutrop. 237. *primo levat aequore ſolem India*. ubi plura. ſic & *tollere fluctus* ſcriptores paſſim. *levare fluctus* elegans & Latinum. merito locum ſuſpectum habuit Barthius. vulgata tamen ſcriptura ex illis Virgiliani Culicis defendi poteſt:

Tmolia pampineo ſubter cava cacumina fluctu.

HEINS Heinſ. ad Lib. III. 267. citat. *Filaque caerulea jam jamque levantia fluctu.* Ego illud *jam jam* nex gloſſa natum ſuſpicor, cum ſcripſiſſet noſter, *jubie*, quod *jam jam* explicuit interpres poſſet & legi:

Filaque mentitos tanta ſimulantia fluctus
Arte tument, credas inlidi ut cautibus algam.

ita *ſimulare* mox vs. 269. pro *finxere*. qui *curvantia* praeferunt, habebunt, quo defendant, exempla apud Comment. Silli Lib. I. 472. *celantia* Barth. ed. *cellantia* Mediol. *mentitis* ed. Vicet. pro *tument* etiam *tremunt* legi teſtatur Parrh ſed *tumere* & *tumidum* paſſim mare dicitur agitatum fluctibus. *cautibus algas* etiam Oxon. duo. Voſſ. *alga* edit. Vicet. *alnus* marg. Iſingr. BURM.

256. *Et raucum*] Barthius ad Calpurn. II. Ecl. 16. profert, *Et tremulum*. cujus tamen lectionis nullum eſt veſtigium in codicibus, nec in ipſis Barthii ad hunc locum notis. vid. Heinſ. ad Ovid. II. Met. 788. BURM.

257. *Addit quinque plagas*] *Plagae* terrae, *Zonae* coeli dicuntur. Iſidor. I. cap. 43. *circulos* vocat. Plin. II. cap. 68 *partes*. Homerus in Achillis clipeo, τέσσαρας. Iliad. 18. eas ex Heraclide Pontico, libro de Allegoriis Homericis, deſcribit Maro I. Georg Ovid. I. Metam. Tibull. Lib. IV. ad Meſſallam & alii. ſed quod inhabitabiles aliquas credidit antiquitas, falſum eſt. DEMPST.

Subtemine] *ſubtegmine* Voſſ. & alii. *ſub tegmine* Parm.

258. *Squalebat aduſtus*] MSS. *inuſtus*. & poſt. ubi alii *cum fine*, illi, *in fine*, & pro *telas* habent *telam*. DELR. *inuſtus*, & *tum fine*, ſcripti. HEINS. *in fine* Voſſ. duo. *ſub fine* Oxon *confine* unus Heinſii & Mediol. vulgo, *cum fine*, ut Leid.

260. *Vitales*] id eſt, habitabiles. vide ad Rutil. I. 61. BURM.

Temperies, habitanda viris: tum fine ſupremo
Torpentes traxit geminas, brumaque perenni
Foedat, & aeterno contriſtat frigore telas.
Nec non & patrui pingit ſacraria Ditis,
Fatalesque ſibi Manes. nec defuit omen:
Praeſcia nam ſubitis maduerunt fletibus ora.
Coeperat & vitreis ſummo jam margine texti
Oceanum ſinuare vadis: ſed cardine verſo
Sentit adeſſe Deas, inperfectumque laborem
Deſerit, & niveos infecit purpura vultus
Per liquidas ſuccenſa genas: caſtaeque pudoris
Inluxere faces. non ſic decus ardet eburnum,
Lydia Sidonio quod femina tinxerit oſtro.

Mer-

260. *Quas mitis oberrat*] *obumbrat* in priori Voſſiano. melius fortaſſe & elegantius. HEINS.

262. *Traxit*] In priori Voſſiano, *texit*, ut referatur ad id quod ſequitur, *brumaque perenni Foedat*. ſed optime ſeſe vulgata habet lectio. eo enim verbo teporem Zonarum Borealium expreſſit. quare nihil mutamus. ſic Lib. II. 35.

——— *mataque in ſtamine Deiot*
Errat, & aurato trabitur circumfiua ponto. HEINS.

263. *Contriſtat*] Vetus lectio. Horat. *contriſtat Aquarius annum*. alias, *conſtringit*. CLAVER. *contriſtat* recte Claverius & meliores noſtri. quod verbum uſitatum Poëtis. mimeſis Maroniana III. Georg. 278. *pluvio contriſtat frigore coelum*. Lib. X. Aen. 275. *laevo contriſtat lumine coelum*. HEINS. *telam* Voſſ. *conſtringit* poſſet defendi ex Bell. Get. 60. & 327. & mox Praefat. Lib. II. 18. & multis aliis Poëtarum locis. vide & ad II. laud. Stilich. 69. ſed alterum verbum Poëtae eſſe videtur. BURM.

264. *Pingit ſacraria Ditis*] In ora libri veteris, *penetralia*, ſed minus vere. Cic. *Euandro familiariter utor, is habitat in ſacrario*. legimus in Codice Theod. *ſacrarium principis*, & apud Auſonium, *ſacrarium imperialis oraculi*. At ſacraria differunt a loco ſacro, ut colligitur ex Ulpiano. ſed Ennius, *Acheruſia templa orci ſalvete infera*. CLAVER. Iſingr. & tert. Ambroſ. *fingit*. de quo verbo Conſ. Olybr. 99. diximus. ſed *acu pingere* uſitatum bonis ſcriptoribus. mox, *caſtaeque*, non *caſtique*, ſcripti. HEINS. eadem varietas Lib. II. 52.

266. *Praeſcia*] Forte, *Neſcia*. BURM.

267. *Summo*] *ſupremo* Oxon. *ſummo de margine* Mediol. & Leid. *ſumma jam* Oxon. prior. & ſeminino genere dici *marginem* docet Chariſius Lib. I. Gram. Inſt. p. 49. vid. Barth. Adverſ XXI. I. BURM.

268. *Sinuare*] In Baſileenſi Iſingriniana *ſimulare* legebatur, quod eſſet *ſimilare*. ſed nihil mutandum. perſiſtit enim in elegantiſſima metaphora. HEINS.

269. *Senſit adeſſe Deas*] Sic meliores, non *Cernit*. quintus Vatic. *Sentit*, quod verum opinor. idem mox, *imperfectumque laborem Definit*, non *Deſerit*. de quo loquendi modo copioſe egi ad Naſonem Lib. II. Art. Am. II. 725 HEINS.

270. *Purpura*] Pudorem innuit. ſimili figura dixit Papinianus, *quasdam uſuras non ſine rubore peti*. CLAVER.

271. *Caſtaeque*] vulgo *caſtique*, ſed prius ſcripti habent *caſtaeque*.

273. *quod femina tinxerit*] Sic optimus codex. alius, *texuit* inepte. ut docetur ab Ovidio:

Aut quod, ne longis flaveſcere poſſit ab annis,
Maeonis Aſſyrium foemina tinxit ebur.

CLAVER. Vaticanus & Moreti codex, aliique quidam, *texuit*. ſed fruſtra. Homerica comparatio Iliad. Δ. Ὡς δ' ὅτε τις τ' ἐλέφαντα γυνὴ Φοίνιξ μίνη Μῃονὶς ἠὲ Κάειρα. *tinctum* etiam *ebur* Ovidio dictum Met. IV. 331.

Hic color aprica pendentibus arbore pomis
Aut ebori tincto eſt.

apud eumdem in Amor. II. VI. 22. de Pittaco:

Tincta gerens rubro punica roſtra croco.

ſed appoſite idem in ſimili comparatione Amor. II. 5. 37.

Quale roſae fulgent inter ſua lilia mixtae,
Aut ubi candentis luna laborat equis.
Aut quod, ne longis flaveſcere poſſit ab annis,
Maeonis Aſſyrium femina tinxit ebur.

violare ebur oſtro dixerat Maro Lib. XII. 67. *corrumpere* Statius in Achilleide. HEINS. *tinxerat* Jun. Voſſ. *texuit* Vicet. Parm. mox pro *ſomno*, *coelo*. Oxon. & pro *invexerat*, *invaſerat* Voſſ. *invexeris* Jun.

276. *Plu-*

Digitized by Google

Merſerat unda diem: ſparſo nox humida ſomno
Languida caeruleis invexerat otia bigis.
Jamque viam Pluton ſuperas molitur ad auras
Germani monitu: torvos inviſa jugales
Alecto timone ligat, qui paſcua mandunt
Cocyti, ſpatiisque Erebi nigrantibus errant,
Stagnaque tranquillae potantes marcida Lethes
Aegra ſoporatis ſpumant oblivia linguis:
Orphnaeus crudele micans, Aethonque ſagitta
Ocior, & Stygii ſublimis gloria Nycteus
Armenti, Ditisque nota ſignatus Alaſtor,
Stabant ante fores juncti, ſaevumque fremebant
Craſtina venturae ſpectantes gaudia praedae.

276. *Pluton*] ultima litera non fuit adeo neceſſaria, ut in illo verſu Virgilii,

Odit & ipſe pater Pluton, odere ſorores.

ſed fortius cadit, eſtque magis rotundum. At Statius contra: *ſtimulatque Agamemno volentes.* CLAVER. *Pluto* Jun. Leid. Voſſ. & multi alii, & Vicet. aliaeque vetuſtiores editiones. *ſuperas Pluto* Raphel.

Superas arces] Vetus liber, *auras.* DELR. *ſuperas* vetus haec lectio, cum in aliis: *Siculas oras*, non male. ſed alterum retinui, quia Virgilius noſtrum habitaculum *Aetherem* vocavit inferiorum comparatione: vide Serv. CLAVER. *ſuperas molitur ad auras* ex Claverii & Iſingrini codice legendum. confirmant quatuor ex noſtris. *ſuperas auras* pro coelo frequenter ponunt Poëtae. reliqui ſcripti cum Aldo, *ſuperas arces.* vulgo, *Siculas arces.* ſupra vs. 99. *ſuperum lumen* ex vetuſtis codicibus habuimus. HEINS. Virgil. VI. Aen. 128. *ſuperas evadere ad auras.* vide ad Val. Flacc. VII. 259. BURM.

277. *Germani*] Recte ſic, nam Pluto & Jupiter eodem patre eademque matre nati fuerunt, quales Juriſconſulti *germanos* nominant, quibus ἑτεροθαλεῖς opponuntur, qui ſi ὁμογάστριοι ſint, uterini, ſin ὁμοπάτριοι καὶ ἀμφιμήτορες, conſanguinei dicuntur. DELR.

Torvos inviſa jugales] Plutonis equi a natura terrae nomen habent; ipſe enim nihil aliud eſt quam terra. ὀφθαλμῶν tenebroſus, moriendi neceſſitatem poteſt ſignificare, ceterorum nomina poenas animarum; nam ἄιθων, vim *habens adurendi*, νύκτιος, *nocturnus.* ἀλάστωρ *ultor*, qui punit ἄλαστα, non *obliviscenda*, pro daemone malo legitur apud Plut. Lib. de def. Orac. pro furia apud eumdem in Cic. eſt & nomen ducis apud Homer. Iliad. 13. vs. 421. DEMPST.

278. *Ligat*] *jugat* Jun. a m. prim. vid. Conſ. Olyb. 81.

279. *Pratisque*] Sic unus etiam MS. ſi tamen ad inane illud inferorum alludit, ut rectius plerique, *ſpatiisque.* DELR. *Spatiisque* primae editiones, ac ſcripti aliquot. appoſite Seneca de inferis Herc. Fur. 672.

Hinc ampla vacuis ſpatia laxantur locis,
In quae omne merſum pereat humanum genus.

Silius Lib. III. 659.

——— *medio tenduntur ab orbe*
Squalentes campi, tumulum natura negavit
Immenſis ſpatiis.

Statius II. Th. 504. *devexoque latis Arva facere ſpatiis.* & IV. Silv. III. 122. *novisque late Bacchatur ſpatiis.* ſic & *ſpatia campi* Virgilio III. Georg. 203. Statioque. *ſpatia circi* apud Lamprid. Heliogab. noſter II. in Rufin. 172.

Nec multo ſpatii diſtantibus aequare vallis.

quaſi dixiſſet *campi aequore*, quod Barthius ſuſpectum habere non debuit. HEINS. *ripisque* Oxon.

281. *Spumant oblivia*] *ſpirant* quintus Vaticanus. HEINS.

282. *Orphnaeus*] Varie haec nomina equorum dant codices MSS. *Orgneus*, *Orneus*, *Ormenus*, *Orpheus.* deinde, *Ethomusque*, *Ethoneusque*; & pro *Nycteus*, *Ritheus*, *Recbus*, *Matheus*, *Retheus.* deinde, *Aleſter*, *Alaſter*, *Adaſter*, *Alefter.*

284. *Nota*] Id eſt Π litera Graeca, quae πλάτανα indicat, didicimus autem vel ex Anacreonte, equos nobiles ſignum coxae inuſtum habuiſſe. Ἐν ἰσχίοις μὲν ἵππου Πορὸς χάραγμ' ἔχου. vide & locum Parrhaſii. CLAVER. pro *ſignatus*, *dignatus* Oxon.

285. *Saevumque*] *ſcevumque* Mediol. pro *ſcaevumque.*

286. *Spectantes*] Id eſt, *exſpectantes.* neque enim ſpectare potuerunt terra nondum aperta, ac ſubti-

liſſimus Scaliger quaerit, unde id ſcierint equi? hic vero pauſam fecit Claudianus, dum excitaretur, exemplo Statii, qui Achilleida ſuam primis metis haerere ſivit, ut ipſe loquitur. CLAVER. *Spectantes gaudia praedae* ſcripti potiores. Juſtinus Lib. XII. 3. *omnibus reditum in patriam ſpectantibus.* ſic recte codices quidam. vulgo perperam, *exſpectantibus.* Lib. XIII. c. 1. *grande pondus auri velut inopinatam praedam ſpectabant.* ubi fruſtra codices nonnulli, *ſperabant.* mox, *Sed amici Alexandri fruſtra regnum ſpectabant.* ubi perperam *exſpectabant* reponunt vel *ſperabant* ex antiquis libris. Curtius Lib. V. c. 1. *praedam opimam paratamque ipſum & milites ejus ſpectare.* cap. XII. *quod perfidi hominis inſidias jam Alexandri opes ſpectantis caute vitaſſet.* HEINS. *ſperantes* unus Heinſ. & Leid. *exſpectantes* Voſſ. Germanicus Phaen. 292.

Et cum terrores auget nox atra marinos
Multum clamatos fruſtra ſpectaveris ortus,

ubi male Grotius, *exſpectaveris.* Livius Lib. IX. 10. *arma cunctis ſpectant & bellum.* vide ad III. Stilich. 86. BURM.

CL.

Digitized by Google

CL. CLAUDIANI

IN LIBRUM II.

RAPTUS PROSERPINAE

PRAEFATIO

AD FLORENTINUM.

OTia ſopitis ageret quum cantibus Orpheus,
Neglectumque diu ſepoſuiſſet ebur;
Lugebant erepta ſibi ſolatia Nymphae,
Quaerebant dulces flumina moeſta modos.
Saeva feris natura redit, metuensque leonum
Inplorat citharae vacca tacentis opem.
Illius & duri flevere ſilentia montes,
Silvaque Biſtoniam ſaepe ſecuta chelyn.
Sed poſtquam Inachiis Alcides miſſus ab Argis

10. Thra-

Praefatio haec ſcripta eſt ad Florentinum, virum pacis bellique artibus nobilem, ut diſcimus ex Epiſtolis Symmachi, & Cod. Theod. Fuit vero Praefectus urbi anno 397. Caeſario & Attico Conſulibus. quo tempore videtur Poëta opus intermiſſum ipſius hortatu perſecutus eſſe. CLAVER. Praefatio haec alieno loco inſerta videtur. ad rem certe non facit, ut tollenda fortaſſe ſit. nam ſic Regius & Oxonienſis libri jubent, quorum margini haec adſcripta: *Illud totum ab hoc verſu, usque illum locum, Impulit Fanias, vitioſum inſertum eſt, quia non eſt de hoc opere, ſed Praefatio cujuſdam alterius, ejusdem tamen auctoris.* HEINS.

1. *Quum*] *dum* Oxon. & Voſſ.

2. *Sepoſuiſſet opus*] Non, *depoſuiſſet* Claverii codex. in priori Voſſiano *ebur* legebatur. optime. pro eburnea chely. ſic & infra dixit, *Pollice feſtino nobile duxit ebur*. HEINS. *diſpoſuiſſet* Jun. *depoſuiſſet* Leid. & Voſſ.

3. *Solatia*] Meus MS. *ſolamina*. DELR.

4. *Lugebant dulces*] Vet. lib. *Quaerebant*. DELR. Ita & Raphelengius cum ſcriptis noſtris. vetuſtae editiones, *Lugebant*, quae repetitio non eſt ingrata. male mox ſcripti, *leonum*. HEINS. *quaerebant* Leid. cum gloſſa *petebant*. & edit. Ald. ita Lib. III. 433. *ſic Venerem quaerat deſerta Dione*. vide ad Ovid. II. Met. 239. *leonem* edd. Vicet. Parm. Junt. Ald. Colin. BURM.

Flumina] Gloſſator Leidenſis exponit homines inſtabiles, ut per *leones* intelligit homines crudeles & magnos.

7. *eduri*] Sic vetus liber, alias *& duri*, non adeo vere. CLAVER. *eduri* Claverii codex, vulgo, *& duri*, quod non auſim mutare. HEINS. vide ad Ovid. III. Art. Am. 476. *Illius & divi* Voſſian. pro *diri*. ut mox v. 11. *duri* montes ſaxoſi ſunt Gloſſatori, *durus Amanus* Lucano Lib. III. 244. Ovid. XIV. Met. 557. *duris in montibus ortae*. ſed hic *duri montes*, qui, niſi Orphea audiſſent, muſicos ſonos non curaſſent. BURM.

8. *Chelyn*] *lyram* Leid. edd. Vicet. Parm. Junt. Ald. Colin. Parrh.

9. *Inachiis ab Argis*] Vetus liber, *oris*, unde videtur *Argis* eſſe gloſſema. DELR. *oris* ex ſuo libro Delrius. ut apud Statium Theb. VIII. 319.

Externi Inachiis huc adventamus ab oris.

noſtri quidam *avis*. fruſtra. Virgil. VII. Aen. 286.

Ecce autem Inachiis ſeſe referebat ab Argis.

Sta-

Digitized by Google

Thracia pacifero contigit arva pede,
Diraque ſanguinei vertit praeſepia Regis,
Et Diomedeos gramine pavit equos:
Tum patriae feſto laetatus tempore vates
Deſuetae repetit fila canora lyrae,
Et reſides levi modulatus pectine nervos
Pollice feſtino mobile duxit ebur.
Vix auditus erat: venti frenantur & undae.
Pigrior adſtrictis torpuit Hebrus aquis.

Por-

Statius I. Theb. 660.
Pallidus Inachiis qui deſuper imminet Argis.
Valer. Flacc. Lib. I. 107.
Advolat Inachiis ultro Tirynthius Argis.
& Lib. III. 666.
Atque iterum Inachiis jam nuncius urget ab Argis.
ſic & alii Poëtae. HEINS. vide ad Ovid. I. Amor. X. 5. *boris* Mediol.

10. *Pacifero*] *pacifico* Voſſ.

11. *Diraque*] *duraque* Junian. mox pro *Tum patriae*, *Tum primum* Voſſ. & unus Heinſ. *Tum primae* Vicet. Parm.

12. *Gramine*] Vetus haec eſt lectio, non *ſanguine*, nam dedidicere carnium humanarum eſum objectu graminis, ab Hercule abducti, atque, ut ait Statius, *ferâque equus dominum*; quod facit ut Diomedis ſanguinem non depaſti videantur. CLAVER. In aliis codicibus *ſanguine*, quod ſcitanter nimis eruditi probant. Hunc errorem etiam caſtigatiſſima Raphelengii editio erravit. veram lectionem vidit Claverius. Manſuefactos Diomedis equos gramine pavit Hercules, qui ſanguine & humanis carnibus ante paſcebantur. Dio Chryſoſtomus Oratione prima de Fortuna: Διορμήσω τὸν Θρᾷκα Διομήδην ἵππους οὔτε διδόντας μὴ ἀνθρώπους ἐσθίειν. ita Bacchi tigres introducit Statius VII. Theb. 569.
Sanguinis oblitas atque Indum gramen edentes.
Video a Barthio veram quoque ſcripturam curis ſecundis deprehenſam eſſe. Gebhardus, *Diomedeo ſanguine*, ut ipſe Diomedes equis ſuis objectus deſignetur. ſed veram ſcripturam nos exhibuimus. HEINS. *gramine* etiam Voſſ. vid. Lutat. ad Stat. XII. 156. *Diomedeas ſanguine* Leid.

14. *Defuetae repetit*] *reparat* Iſingr. rectius, ut dictum bello Getic. 438. HEINS. *diſſuetae* Voſſ. *diſſueta* Junian. *coepit fila movere lyrae* MS. Pulm. *ſonora* Voſſ.

15. *Et reſides levi*] *levi* Aldus & ad Statium Gronovius cap. IX. qui ſequentem etiam verſum legit, ut a nobis expreſſus eſt, & in membranis praeſtantioribus exhibetur. vulgo, *feſtivo nobile*. Petronius.
Calculus in tabula mobile ducit opus.
ita *movere barbiton* Praefat. de Nupt. Honor. 97. HEINS. *levi* ed. Vicet. *moderatus* Gronov. in Elench. Antidiatr. p. 60. vid. Lib. I. 204. VI. Conſ. Hon. 629. Stat. III. Silv. III. 174. vid. ad Ovid. XI. Met. 154. ubi de confuſione horum verborum. *mobile ebur* recte. unde *movere lyram*, *barbiton* &c. vide praef. Epith. Hon. 9. ita *plectra movere* Stat. I. Silv. II. 2. & III. II. 132. & paſſim alii. pro *ebur*, *opus* Oxon. habebat, ut contra ſupra vs. 2. in Voſſiano erat BURM.

17. *Venti ſternuntur & undae*] Vetus liber, *frenantur*. DELR. *frenantur* ſcripti fere omnes cum Raphelengio. probe. quidquid obluctetur vir doctus. reſpexit illa Virgilii Lib. I Aen. 53.
Luctantes ventos, tempeſtatesque ſonoras
Imperio premit, ac vinclis & carcere frenat.
Idem IV. Georg. 136. *& glacie curſus frenaret aquarum.* ita *refrenare aquas* Ovid. Ep. VI. 87.
Illo refrenat aquas, obliquaque flumina ſiſtit.
& I. Met. 280. de aquis diluvii tempore:
Et defrenato volvuntur in aequora curſu.
Ipſe etiam Claudianus non raro eo verbo utitur. ſic Lib. I. Rapt. 208.
Poſtquam viſa Ceres, mugitum tympana frenant.
& libro II. 150. ubi Dianam deſcribit,
——— *libertatemque comarum*
Injecta voluit tandem frenare corona.
ubi inſulſe in uno codice *curvare* legitur. & Lib. III. 179. *poſtquam ſuſpiria tandem Laxavit frenoſque dolor.* ubi perperam in uno codice, *fletuque*. & vs. 127.
——— *vox blanda carinas*
Alligat, audito frenantur carmine remi.
de Syrenibus in Conſ. Mall. 98.
Quae vincat ratione metus, quae frenet amores. HEINS.

18. *Adſtrictis*] Meus MS. *adfectis*. DELR. *adfectis* eleganter meo judicio ex veteri codice, non *adſtrictis*, quia *torpuit* ſufficere videtur. Cicer. *ſe variis adfectum* dicit. CLAVER. *adfectis* ex veteri editione Claverius. quam ego quidem quae ſit neſcio. hoc ſcio vulgatam lectionem non eſſe ſollicitandam. appoſite Germanicus Caeſar in Epigrammate:
Thrax puer adſtrictis glacie dum ludit in Hebro.
Ovid.

Digitized by Google

Porrexit Rhodope ſitientes carmina rupes,
Excuſſit gelidas pronior Oſſa nives.
Ardua nudato deſcendit populus Haemo,
Et comitem quercum pinus amica trahit.
Cirrhaeasque Dei quamvis deſpexerit artes,
Orphêis laurus vocibus acta venit.
Securum blandi leporem fovere Moloſſi,
Vicinumque lupo praebuit agna latus.
Concordes varia ludunt cum tigride damae,
Maſſylam cervi non timuere jubam.
Ille novercales ſtimulos, actusque canebat
Herculis, & forti monſtra ſubacta manu;
Qui timidae matri preſſos oſtenderit angues,
Intrepidusque fero riſerit ore puer.
Te neque Dictaeas quatiens mugitibus urbes
Taurus, nec Stygii terruit ira canis:
Non Leo ſidereos coeli rediturus ad axes,

Non

Ovid. III. ex Pont. III. 26.
Et coit adſtrictis barbarus Hiſter aquis.
Rutilius Itinerario:
——— *glacie riget horridus Hiſter,*
Grandiaque adſtricto flumine plauſtra vehit.
Lucanus Lib. I. 18.
Et qua bruma rigens ac neſcia vere remitti
Adſtringis Scythicum glaciali frigore pontum.
Lib. V. 436.
Sic flat iners Scythicas adſtringens Boſporos undas.
Statius IX. Theb. 797.
Protinus adſtrictos didici reptare per amnes.
quare cum in hexaëmero Dracontii legatur:
Non glacies diſtricta domat, non grandinis ictus.
opinor caſtigandum, *adſtricta.* Naſo Lib. I. Met. 120. *ventis glacies aſtricta pependit.* II. Triſt. 196.
Longius hac mihi eſt, niſi tantum frigus & hoſtis,
Et maris adſtricto quae coit unda gelu.
ſic & alii. noſter Bell. Get. 327. *flaventes adſtringit ſtiria ſetas.* ſequenti verſu *rupes* non *montes* cum ſcriptis fere omnibus legendum. paullo poſt male Raphelengius cum membranis quibusdam, *Cyraciique. Cirrhaeas artes* cantum vocat. idem mox bene, *acta venit*, & confirmant veteres. vulgo, *apta.* HEINS. *adſtrictus* Voſſ. Barthius, admiratione, non glacie, adſtrictis, interpretatur: & certe velocem curſum inhibuiſſe Hebrum, ut audiret placidus Orphea, vult indicare. BURM.

19. *montes*] vetus liber, *rupes.* DELR.

23. *Cirrhaeasque*] *Cirrhaeique* Jun. ed. Raphel *deſpexerat* Oxon. duo Voſſ. *arces* etiam legere alios docet Parrhas. & ita in Leid. & Mediol. & edd. Vicet. & Parm. vid. ad Ovid. Ep. XII. 127.

24. *Apta*] Victorii liber in contextu *apta*, ſed ſupra, vel *acta*, ut legitur in meo codice, eſtque id *ἰμφατικώτερον.* Varro, *γνῶθι σεαυτὸν: nonne videtis unus ut parvulus amor ardifera lampade arida agat amantes aeſtuantes.*? ubi ſortaſſis legendum, *ardue agat.* DELR. *Orphei* Voſſ. Jun. & alii multi. infr. Lib. II. 107. eadem varietas in *apta* & *acta. aulta* Leid.

26. *Lupo*] *lupis* Jun.

27. *Varia ludunt*] male meus MS. *varie.* nam tigres partim rubeis, partim violaceis maculis ſunt diſtinctae, auctore Oppiano. hinc Seneca, *tigres varias*, & alius, neſcio qui, *maculoſas* nuncupat. DELR.

28. *Maſſylam*] *Maſſiliam* Jun. duo. Voſſ. & Leid. *Maſſyliam* ed. Vicet. *Maſſyliam* Parm.

29. *Stimulos*] *ſtimulosque* unus Heinſii, & Mediol. edd. Vicet. & Parm.

31. *Oſtenderis angues*] Malim, *oſtenderis* & *riſeris*, ut hinc incipiat apoſtrophe ad Herculem. HEINS. *oſtenderis* fuit in uno codice Heinſii. *Quod timidae* Jun. duo Oxon. *Quo timidae* Med. & Leid. *Ut timidae* Ald. *trepidae* jun. forte, *Quam. ſtrictos oſtenderit* Voſſ.

32. *fero riſerit ore puer*] unus manuſcriptus *puer riſerit ore fero.* DELR. *feros* Barthius. angues videlicet. HEINS.

34. *Nec Stygii*] *non Stygii* Voſſ. Mediol. & editiones antiquae.

35. *Non Leo*] Meus MS. *nec.* & paulo inferius,

 nec

Non Erymanthei gloria montis aper.
Solvis Amazonios cinctus, Stymphalidas arcu
Adpetis; occiduo ducis ab orbe greges:
Tergeminique ducis numerosos dejicis artus,
Et toties uno victor ab hoste redis.
Non cadere Antaeo, non crescere profuit hydrae:
Non cervam volucres eripuere pedes.
Caci flamma perit: rubuit Busiride Nilus:
Prostratis rubuit nubigenis Phloë.
Te Libyci stupuere sinus: te maximus Atlas
Horruit, inposito quum premerere polo.
Firmior Herculea mundus cervice pependit.

Lu-

nec Erymanthei. DELR. Hic locus non vulgaris, de quo videas licet Parrhasium. Infra sane dixit cuncta animalia lunari globo subjecta, & in laud. Herculis: *Taurus medio sidere lunae editus est.* At quidam vir doctus *redeuntem* dici putat pro *iturum*, ut sit compositum pro simplici. sic apud Statium *regemunt* pro gemunt. & alia multa, quod esset satis planum, nemo enim ignorat sidus Leonis Herculei. tu confidera. CLAVER. *fidereas arces* Jun. & Voss. vide ad Ovid. III. Amor. X. 21. BURM.

37. *Solus Amazonios cinctus*] Cum sic antea male legeretur, ex meo codice reposui, *Solvis Amazonios cinctus*, hoc est Hippolytae Amazonum reginae baltheum eripuisti. Interpres id non intelligens plurimum caecutitur, dum ad loci mutilati explicationem docta collyria conatur adhibere. si, ut emendavi, legamus, cuncta facilia erunt. hac de re Dionis Chrysostomi verba intellige, dum ait in prima περὶ τύχης oratione: τάς τε Ἀμαζόνας ὅτι οὐκ γυναῖκες ἦλεγχεν. & Plauti, *meo quidem animo ab Hippolyta sic cingulum haud Hercules aeque magno unquam abstulit periculo.* & Aulli: *Thraeciam sexto spoliavit Amazona baltheo.* DELR. *Solvis* vetus codex, idque, ni fallor, jam conjecerat nobilissimus Delrius. CLAVER. *Solus* edd. Vicet. Parm. Ald. Junt. Colin. Isingr. Gryph. perperam. ita enim & noster Fescenn. 37.

Et seminudo pectore cingulum
Fortis negatum solveret Herculi. BURM.

39. *Stymphalidas*] *Stybalcidas* Voss. mox *ore* Leid. pro *ab orbe.*

39. *Numerosos dejicis artus*] Vir summus in ora libri sui, *numero tot.* codices quidam, *nervosos*, & *innumeros.* frustra. sic *numeroso pectine* in Nuptiis Honorii dixit. & *saeva Lernae monstra numerosum malum* hydra Senecae dicta Hercul Fur. 240. HEINS. vid. ad Ovid. VII. Met. 126. *nervosos d. arcus* Voss. *dividis artus* Mediol. non male. mox pro *uno*, *victo* Voss.

42. *Non cervam*] Alii, *Nessum.* sed Nessus inter Herculis labores non numerandus. pro *rubuit* mox cum membranis quibusdam, *maduit* Raphelengius. mihi non inconcinna haec visa repetitio, cui similem initio hujus Elegiae ex scriptis jam voluminibus exhibuimus. aliter tamen Barthius. HEINS. *cervum* Voss. *cervam celeres* MS. Pulm. & Voss. & marg. Isingr. *nec cervam* Leid. alter *non celeres cervam.* alius *non Nessum volucres.*

43. *Caci*] *Cbacbi* Leid.

44. *Rubuit*] Vetus liber, *maduit.* DELR. *rubuitque Busiride* Voss. Jun. Oxon. *prostratus* Mediol. *vastatis maduit* Oxon. Lib. II. in Rufin. *Sic mons Aonius rubuit* &c. sed praecessit. ortum hoc ex sollemni variatione horum verborum. de qua vid. ad Ovid. IV. Met. 482. & II. Amor. XVI. 40. sic apud Statium V. Theb. 311. *cuncta rubent tabo.* ubi Barthius dignius tam horribili re censet *madent.* vide ad Lucan. II. 104.

45. *Te Libyci timuere sinus*] *stupuere* maliores membranae. HEINS. *stipuere* Voss.

Te maximus Atlas] Vetus liber, *te maxima Thetis*, inter quae quantum interfit, nemo non videt. DELR. *maxima Tethys*, non *maximus Atlas*, iisdem membranis auctoribus legendum, quamvis utrumque ferri possit. ut apud Ovid. II. Met.

Ne ferar in praeceps Tethys solet ipsa vereri.

maxima etiam *Tethys* Statio III. Theb. 34.

——— *ubi primum maxima Tethys*
Impulit Eoo cunctantem Hyperiona porto.

& I. Achill. 222. *Gurgite Atlanteo quos illi maxima Tethys Nutrierat.* ubi Tethys cum gurgite Atlanteo conjungitur, ut hic cum Libyco sinu. noster Cons. Olybr. pari modo V. 31. *Tethyos ambages Atlanteosque recessus* dixit. HEINS. vid. ad Val. Flacc. III. 217.

47. *Firmior Herculea*] Sidonius: *Cum Libyco se rupe Gygas subduret* (lege, *subduceret*) *& cum Tutior Herculeo sedisset machina dorso.* DELR. *purior* Voss. *fortior* Mediol. & Leid.

48.

Digitized by Google

Luſtrarunt humeros Phoebus & aſtra tuos.
Thracius haec vates: ſed tu Tyrinthius alter,
Florentine, mihi: tu mea plectra moves:
Antraque Muſarum longo torpentia ſomno
Excutis, & placidos ducis in orbe choros.

48. *Luſtrarunt*] explicat Gloſſator *luminarunt*. ita VI. Conſ. Hon. 412. *Phoebus radiis omnia luſtrat. luſtrarantque* Voſſ.

49. *Sed tu*] Hinc ſumſit Sidonius: *Haec quondam Alcides, ſed tu Tirynthius alter.* DELR.

50. *Tu mea plectra*] Non *nam* ſcripti. & ſic curis ſecundis Barthius. HEINS.

51. *Longo*] *largo* Voſſ. vid. Bell. Get. Praefat. 1. mox, *excipis* Voſſ.

52. *Placidos ducis ab ore ſonos*] Vetus liber unus, *ab orbe coros*, alter *in orbe choros*. DELR. *placito* liber antiquus exhibet. alii, *placido*, vel *placidas*, quod non placet. nam indicat, Florentinum a ſe, qui antea libro primo placuerit, alios libros elicere, vel efflagitare. CLAVER. *placidos ducis in orbe choros* ſcripti potiores. alii, *placido*. vulgati, *placidos ducis ab ore ſonos*. unde Claverius & Raphelengius, *placito ore* fecerunt. fruſtra. ſimilis locus eſt Praefat. in Nupt. Honorii, ubi

Terpſichore mollis ducit in antra choros.

de Muſarum choris paſſim Poëtae. *ducere choros* elegans. Horatius, *Jam Cytherea choros ducit Venus.* Naſo Triſtibus,

Et Niobe feſtos ducat ut orba choros.

ſic & alii. immerito hanc lectionem curis ſecundis damnavit Barthius, qui *placito ab ore*, vel *placitos ab ore* malit. Avienus Deſcriptione orbis terrarum:

Orgia ludentes & pectora nebride cinctis
Deduxere choros Nyſaei ludicra ritus.

& mox:

Maenis hic etiam deducit turba choreas.

HEINS. vide Val. Flacc. V. 345. *placidus ducit in orbe choros* marg. Iſingr.

Digitized by Google

CL. CLAUDIANI
RAPTUS PROSERPINAE
LIBER II.

INpulit Jönios praemiſſo lumine fluctus
Nondum pura dies: tremulis vibravit in undis
Ardor, & errantes ludunt per caerula flammae.
Jamque audax animi, fidaeque oblita parentis,
Fraude Dionaea riguos Proſerpina ſaltus
(Sic Parcae voluere) petit. ter cardine verſo
Praeſagum cecinere fores: ter conſcia fati
Flebile terrificis gemuit mugitibus Henna.

Nul-

1. *Inpulit*] Hoc verbi figurate ſumitur. ſic Ovid. (1. Faſt. 77.).

Flamma nitore ſuo templorum verberat aurum,
Et tremulum ceſſa ſpargit in aede jubar.

Lucretius etiam dixit, *radiorum verbera*, & *tela diei*. ſed quia aequora noctu dicuntur etiam quieſcere IV. Aeneid. illud *impulit*, pro *excitavit* accipias licet. CLAVER. Varius hujus verbi uſus eſt praecipue apud Statium, & poſterioris aevi ſcriptores, de omni actione, quae vim aliquam aut motum notat. vide hic Barthium. & ad Stat. IV. Th. 310. & multis aliis locis. & ad Val. Flacc. III. 325. male vero Gallicus interpres per *illuſtravit* vertit. eſt enim movit, aut cauſſa motus fuit, quia aurae ſolent mane ſurgere. vide Parrhaſium. BURM.

Praemiſſo] vide ad Lucan. Lib. VIII. 778.

2. *Vibravit in undis*] Scripti, *vibratur*. quod gloſſema eſt. Lucanus de mari Lib. V. 446. *Non borreve tremit, non Solis imagine vibrat.* Ita & Silius frequenter. HEINS. ſic & ed. Ald. & Parrhaſ. ita Petron. CXVIII. *vibrantes ſententiolae*. vid. Comm. ad cap. XLVII. & ad Sil. IV. 156. BURM.

4. *Animi*] *animo* Oxon. male. vid. Barth. ad Stat. V. Silv. III. 135. & Cl. Drakenb. ad Sil. Ital. XIV. 416. *fideique* unus Heinſii, & edd. Vicet. Parm. Ald. Colin.

6. *Juſſere*] Meus MS. in contextu, *fuaſere*, ſed alia manu emendatum, *juſſere*. alter *voluere*. DELR. Tribus aut quatuor ſyllabis *volvere* vel *voluere* nil intereſt. Virgil. Aen. 22. *ſic volvere Parcas*. Horat. *ſic Dii voluere*. ſed *volvere* Parcarum eſt. alias, *juſſere*, non improbe. CLAVER. Alii aeque bene *voluere*. unde Claverius, *volvere*, ex illo Virgiliano Aeneidos primo, *ſic volvere Parcas*. argute magis, quum vere. Statius VI. Theb. 376.

Sic Jovis imperia & nigrae voluere ſorores.

Idem: *Lachefis ſic dura jubebat.* apud Naſonem Memnon Lib. XIII. Metam. 597.

Occidit a forti (ſi Di voluiſſe) Achille.

HEINS. ut *Parcae juſſere* Voſſ. vide ad Petron. LXI.

7. *Praeſagae*] Vetus liber, *praeſagium*. DELR. Codices plerique *praeſagium*. quatuor, *Praeſagum*. optime. vide annotata ad Conſul. Olybr. 119. HEINS.

Cecinere fores] Ominoſum offendiſſe pedem in limine. Ovid. Epiſt. Laodamiae. Tibull. I. El. 3. Sueton. Neron. 19. ideo ne limen quidem tangere novis nuptis permiſſum. Plut. Probl. 42. Servius ex Varrone ad Ecl. 8. hinc Troiae evertendae argumentum eſt, quod equus II. Aen. *quater ipſo in limine portae ſubſtitit.* DEMST. *Cecinere*, id eſt, ſonuere. in Ciri:

——— *ſonitum nam fecerat illi*
Marmoreo aeratus ſtridens in limine cardo. CLAVER.

Fati] Unus vetus liber, vel *facti*, vel *furti*. DELR. *concita* Oxon. *tum* MS. Pulm. *tunc* Leid. edd. Vicet. Parm. *tunc conſcia facti* Mediol. & Leid. pro varia lectione.

8. *Terrificis*] vide Lib. I. 64.

Mugitibus Henna] Sic Oxonienſis & Regius. probe. ut libro primo dictum. ſic *Hannibal*, *Haemonia*, *Helyce*, *Hiberia*, *Hebrus*, *Hiſter*, *Haemus*, *Herebus*, & ſimilia ſemper in vetuſtiſſimis libris. HEINS.

9. *Mo-*

Digitized by Google

Nullis illa tamen monſtris, nulloque tenetur
Prodigio. comites greſſum junxere ſorores.
Prima dolo gaudens, & tanti callida voti
It Venus, & raptus metitur corde futuros,
Jam durum flexura Chaos: jam, Dite ſubacto,
Ingenti famulos Manes ductura triumpho.
Illi multifidos crinis ſinuatur in orbes
Idalia diviſus acu: ſudata marito
Fibula purpureos gemma ſuſpendit amictus.
Candida Parrhaſii poſt hanc regina Lycei,
Et Pandionias quae cuſpide protegit arces,
Utraque virgo, ruunt: haec triſtibus aſpera bellis;
Haec metuenda feris: Tritonia caſſide fulva
Caelatum Typhona gerit, qui, ſumma peremtus,
Ima

9. *Movetur*] Sive ſic, ſive *tenetur*, legas, non laboro, dummodo ſcias poſterius in veteri libro contineri. DELR. *tenetur* ſcripti & primae editiones. HEINS. vid. Lib. I. 149.

11. *Tanti conſcia furti*] MS. meus, *tanti conſcia voti*. alter, *tanto conſcia voto*. DELR. *callida voti* vetus liber, non *conſcia furti*. ſupra dixit de Proſerpina jam nubili: *miſtaque tremit formidine votum*. inde votorum feſtinatio. CLAVER. *Tanti callida voti* Claveri lectio. ſic & infra III. 244. *voto redisse peracto Nec manjere Deae*. vulgo, *tanti conſcia furti*. ſcripti, *tanto conſcia voto*, vel, *tanti voti*. ſic *arcani conſcia voti* Laude Serenae 95. ſed *rò conſcia* minus placet, quia praeceſſerat. *callida voti*, ut callidus temporum & rei militaris apud Tacit. IV. Ann. 33. & II. Hiſtor. 4. *callida* quoque Venus infra Lib. III. 221. dicitur, *vicinos callida flores Ingeminat*. *callidus voti* Graeciſmus. & ſane per genitivum haec talia verba enunciare Claudianus amat. ſic *audax animi* ſupra. ſed nondum ſatis videtur ſanatus locus. *tanti* enim *callida voti* praeſtiterit puto, quam *tanti*. ſic IV. Conſ. Hon. 77. *cautumque dabant exempla ſequentem*. ubi *tantumque* eodem modo legebatur. amat id vocabuli noſter. ſed plerumque mendoſum eſt. infra Lib. III. 206. *cautique per aſtra iudi*. Bello Gildon. 492.

Ah nimium ſegnes, cauta qui mente notatis.

Lib. III. in Stilich. 320. *non cauta latent, non mole reſiſtunt Fortia*. ita enim illis locis vetuſti codices: ſi quis vulgatam opinatur defendi poſſe, non repugno praefracte. Nam & bello Gildonico habes:

Dum ſtupet & tanto cunctatur credere voto.

mox, *dirum flexura chaos*, non *durum*. multi veteres. HEINS. *tanto conjcia furto* Voſſ. *fato* Jun. & alt. Voſſ. *tanti conſcia furti* Leid. edd. Vicet. Parm. Ald. & aliae olim. mox, *jam dudum flexura* Voſſ. & marg. Iſingr. *domitura* Pulm. Cod.

12. *Metitur*] vide ad Lucan. VIII. 346. & hic Barthium.

13. *Dite*] unus MS. *duce*. DELR.

15. *Illi multifidos crinis ſinuatur*] Ita vetus liber, & plerique vulgati. membranae meae etiam, *multimodos*. Janus Parrhaſius & Barnabas Celſanus legerunt, *multiplices crinis variatur*. licet ille legi in antiquo libro, *ſinuatur* admonuerit. DELR. vid. Epith. Honor. 103. Codices hic & editiones priſcae variationes Delrio memoratas exhibent. *crines ſinuantur* in aliis.

18. *Parrhaſii*] *Parnaſii* Mediol. *poſt haec* Voſſ. & mox. *Pandioneas* Voſſ.

20. *Utraque*] Diodorus libro V. ut monuit Scaliger magnus, ait, Dianam, Minervam, & Proſerpinam ſocias in Sicilia flores legiſſe, atque ex iis veſtem Jovi texuiſſe. ſed hujus loci ratio a me deprehenſa Lib. III. nempe ejusmodi comites Veneri additas, ne ſuſpecta foret. Statius I. Achill.

——— *quales Siculae ſub rupibus Aetnae*
Nil ias Emireas inter Diana ferosque
Pallas. CLAVER. *virgo ruit* Voſſ.

22. *Typhona*] *Phitona*, *Pythona* MS. *Phytona* Mediol.

Summa] Haec vox adverbii vice eſt. ſic apud Horat. *caetera fulvus*. Aeneid. III. de Scylla, *prima hominis facies*. τὰ πρῶτα ἀνθρώπου, *poſtrema preſtis*. τὰ ἔσχατα πρῆις. Eodem modo Alciatus accipit verſum Val. Flacci: *Prima Deum magnis canimus freta pervia ventis*. quod tamen examina. Quidam vero adprime doctus hoc *ſumma* quaſi ablativum accipit, ſimili errore cum Tyb. Donato, qui Muſis iratis dixit: *Ille triumphata Capitolia ad altä Corintho*. CLAVER. ita Heinſius apud Ovid. V. Faſt. 382. *ſummas viret quercus*. vide ad Lucan. II. 272.

Ima parte viget, moriens & parte ſuperſtes;
Haſtaque terribili ſurgens per nubila gyro
Inſtar habet ſilvae: tantum ſtridentia colla
Gorgonos obtentu pallae fulgentis inumbrat.
At Triviae lenis ſpecies, & multus in ore
Frater erat; Phoebique genas & lumina Phoebi
Eſſe putes, ſolusque dabat diſcrimina ſexus.
Brachia nuda nitent: levibus projecerat auris
Indociles errare comas, arcuque remiſſo
Otia nervus agit: pendent poſt terga ſagittae.
Criſpatur gemino veſtis Gortynia cinctu
Poplite fuſa tenus, motoque in ſtamine Delos
Errat, & aurato trahitur circumflua ponto.
Quas inter Cereris proles, nunc gloria matris,
Mox dolor, aequali tendit per gramina paſſu,

Nec

23. *Moriens & parte ſuperſtes*] Haec Barthio ſuſpecta ſunt. nonnulli codices, *in parte*. Fors ſit, ut reliquerit Claudianus noſter:

——— *qui ſumma perentus.*

Ima viget, moriens partim, partimque ſuperſtes. HEINS.

24. *Gyro*] Unus MS. *ferro*. DELR. *gyro* vetus liber, cum in aliis, *ferro*. *Gyrus* autem hic eſt rotunditas. Auſonius *per teretes feminum gyros*, id eſt, quaſi bene tornatos, ut ſunt jaculi & haſtae. CLAVER. *ſurgens in nubila* Voſſ.

25. *Inſtar ſilvae*] Hyperbole. tale fuit Aeneae ſaxum. ſic & Auſon.

Nec praeter dominum vibrabilis ornus Achilli.

mira etiam referunt de arcu Ulyſſis. vide haſtam bellorum arbitri II. in Eutrop. CLAVER. *inſtar erat* multi codices. *tanto* Jun.

26. *Gorgonis obtentu*] *Gorgonos* Petav. & mox, *inumbrant*, pro *obumbrant* fere omnes. Reſpexit illa Virgilii XI. 66.

Extructosque thoros obtentu frondis inumbrant.

HEINS. *obtectu* ut Mediol. vel *objectu* Voſſ. *obtatu* edd. Vicet. & Parm. vid. infr. 226. ſic *obtentis armis* Stat. Lib. VI. & *obtenta palla* XII. 469. Gellius Lib. X. 18. *obtentu togae. inumbrat* etiam Conſ. Olybr. 99.

Obumbrat] Vetus liber, *inumbrat*. DELR. *inumbrat* vetus codex, non *obumbrat*. Virgil. *Obtentu frondis inumbrant*. CLAVER.

27. *At Triviae*] *It Triviae levis* Mediol.

At Triviae lenis ſpecies, & multus in ore] Divina haec eſt deſcriptio, quam tamen a Statio videtur mutuatus, apud quem Achilles hoc modo deſcribitur I. Achill. 163.

Nec dum prima nova lanugine vertitur aetas,
Tranquillaeque faces oculis, & plurima vultu
Mater ineſt. HEINS. *ignitus in ore* Voſſ.

29. *Solusque dabat diſcrimina ſexus*] In ejusmodi formae deſcriptione oblectarunt ſe Poëtae, ſed palmam tulit Auſonius uno diſticho, quod a mortali factum negabat Auratus. Id tale eſt,

Dum dubitas Natura, marem, faceretne puellam,
Factus es, o pulcher, paene puella puer.

in quam ſententiam proferebat aliud Petronio adſcriptum:

Seu puerum vidi formoſum, ſive puellam
Formoſam, ſit uter ſexus enim dubito.
Inter utrumque decus formae dubitare coactus,
Contra Grammaticos ne faciam vereor.
Sin pulcer, ſeu pulcra mihi dicatur, & errem,
Muſa ſoloecismi noſtra futura rea eſt.

quae ſane ipſi poëtae Regio tribuerim libentius. CLAVER. *facit* tres libri, ut apud Plin. Hiſt. Nat. XI. 51. *Explanatio animi inter homines diſcrimen aeque grande, quam a belluis fecit.* Quinctil. Lib. VII. 2. *aetas quoque ejus qui perierit diſcrimen facit.* Virgilius tamen Lib. X. Aen. 382. *diſcrimina coſtis Per medium qua ſpina dabat.* & mox V. 392.

At nunc dura dedit vobis diſcrimina Pallas.

& V. 529. *haud anima una dabit diſcrimina tanta.* HEINS. *diſcrimen facit* dixit & Ovid. I. ex Pont. VIII. 62.

30. *Nitent*] vet. Lib. ſic, vel, *patent*. DELR. *nitent* ed. Junt. mox pro *remiſſo*, *revulſo* Jun. & Voſſ.

33. *Gortynia*] MS. unus, *Coccinea*. DELR. *Corinthia* edd. Vicet. Parm. & Junt. *veſtis gemino* Junian. pro *fuſa*, *fluxa* Jun.

37. *Paſſu*] *greſſu* Voſſ. *curſu* Mediol.

39.

Digitized by Google

Nec membris nec honore minor; potuitque videri
Pallas, ſi clipeum, ſi ferret ſpicula, Phoebe.
Collectae tereti nodantur iaſpide veſtes.
Pectinis ingenio numquam felicior arti
Contigit eventus: nullae ſic conſona telae
Fila, nec in tantum veri duxere figuram.
Hic Hyperionio Solem de ſemine naſci
Fecerat, & pariter, forma ſed diſpare, Lunam,
Aurorae noctisque duces: cunabula Tethys
Praebet, & infantes gremio ſolatur anhelos,
Caeruleusque ſinus roſeis radiatur alumnis.
Invalidum dextro portat Titana lacerto,
Nondum luce gravem, nec pubeſcentibus alte
Criſtatum radiis: primo clementior aevo
Fingitur, & tenerum vagitu deſpuit ignem.
Laeva parte ſoror vitrei libamina potat
Uberis, & parvo ſignatur tempora cornu.
Tali luxuriat cultu. comitantur euntem
Naïdes, & ſocia ſtipant utrimque corona,

Quae

39. *Pallas, ſi clipeum*] Sic Oxon. & Regius cum uno Vaticano. concinne. paulo poſt diſtinctionem etiam cum ſcriptis mutavimus. HEINS. *ferret ſi* editiones veteres & Leid. *ſi clipeum ferret, ſi ſpicula Phoebe.* edd. Vicet. Parm. Junt. Parrhas.

41. *Arti*] *artis* Voſſ.

42. *Nulli ſic conſona telae*] *nullae* rectius libri, & *figuras* ſequenti verſu. HEINS. *ducere figuram* proprie in hac arte. vid. 11. de laud. Stil. 332. diſtinguebat olim Heinſius, *nodantur iaſpide veſtes Pectinis ingenio. Nullae ſic* &c. in Mediol. deerat *ſic.* Sed ad veſtes nodandas fibula, quam per iaspidem intelligit, adhibebatur, non pecten; niſi de textorio pectine, ut Parrhaſius, cujus ingenio veram figuram reddidit intextam. ſed veſtes revera nodoſae ſive ſuccinctae fuerunt, reliqua vero, quae ſequuntur, intexta fuere magna arte. ut in Dianae vs. 34. quae cincta veſte, quae Delum exhibebat. *ingenio* eſt ablativi caſus, *arti* dativus. de verbo *nodare* vid. Gronov. Obſ. in Eccl. Scriptor. cap. XVIII. BURM.

43. *Figuram*] vet. Lib. *figuras.* DELR.

44. *Hic*] *Hac* Voſſ. *de ſanguine* Jun. *de ſemite* Vicet. *Tperioneo* Leid. *Hyperionaeo* Parm. quae. *& pariter lunam ſed diſpare forma.* & ita Vicet. Junt. Ald. Iſingr. & aliae.

45. *Sed forma diſpare Lunam*] Ita ſex ſcripti. mox, *Aurorae noctisque vices*, non *duces* in multis. HEINS. vid. ad Val. Flacc. I. 283.

47. *Infantes gremio ſolatur anhelos*] *anili* meus liber. & placet. Ovid. x. Met. 406. *gremio lacrimantem tollit anili.* Seneca Hercul. Oetaeo v. 1760. *Anilis heu me cepit Alciden ſinus!* mox, *ſignatur tempora* eleganti Graeciſmo quatuor codices. vulgo, *ſignantur.* HEINS. *anili* Leid. cum gloſſa *antiquo.* ſed *anhelos* a fletu & vagitu. ſic vox *anhela* II. in Eutrop. 390. male Parrhaſ. radiis & luce coruſcos explicat. Heinſ. ad Conſ. Olybr. 216. citat, *primo ſignatur tempora cornu.*

50. *Nec pubeſcentibus*] *non pub.* Oxon. *pubeſcentibus annis* Jun.

52. *Fingitur*] *pingitur* Oxon. Jun. Voſſ. Mediol. *diſpuit* Oxon.

53. *Potat*] *portat* Mediol. & Leid. cum gloſſa, *lactat*, unde *potat* legiſſe videtur, & ſub litera r punctum erat poſitum. ita *potare* & *portare* permutata III. Conſ. Hon. 49. & apud Suet. Neron. 5. BURM.

55. *Comitantur euntem*] *euntes* edd. Vicet. Parm. Junt. Parrh. Ald. Colin.

56. *Naïdes*] ſic ſcribendum a *Naïs. Naïades* a *Naïas* quadriſyllabum eſt. HEINS.

Corona] Vetus liber, *caterva.* DELR. *ſtipantur utrimque* unus Heinſii. *ſtipant utramque* Voſſ. *caterva* etiam plurimi. vid. IV. Conſ. Hon. 441.

57. *Crim-*

Quae fontes, Criniſe, tuos, & ſaxa rotantem
Pantagiam, nomenque Gelan qui praebuit urbi,
Concelebrant: quas pigra vado Camerina paluſtri,
Quas Arethuſaei latices, quas advena nutrit
Alpheus. Cyane totum ſupereminet agmen.
Qualis Amazonidum peltis exſultat aduncis
Pulchra cohors, quoties Arcton populata virago
Hippolyte niveas ducit poſt proelia turmas;
Seu flavos ſtravere Getas, ſeu forte rigentem
Thermodontiaca Tanain fregere ſecuri.

Aut

57. *Crimniſe*] Hanc vocem Parrhaſius, cum legeretur, *Eraſine*, invexit. Brodaeus Turonenſis alicubi ſubſtituendum auguratur: *Quae fontes Amazene tuas.* ſed pace tanti viri dixerim, eſt hoc nimis audax commentum. nam licet Amaſenus Siciliae fluvius ſit, non continuo ſequitur, ita Poëtam ſcripſiſſe, praeſertim cum in omnibus vetuſtis libris legatur, *Criniſe*. unde reponendum apparet *Crimiſe*, quem ejus inſulae amnem ignorat nemo, de quo Gemiſtus ἔχ τάχ' ἦν ἐς πόλιν Κριμίσσον. Lycophron & Plutarchus eumdem ſic appellant. DELR. *Crimniſe* vetus liber. Brodaei conjectura *Amazene*, alias, *Eraſine*. ſed *Crimniſus* eſt fluvius Siciliae, quod bene habet. CLAVER. *Criniſe* cum membranis leginus, non *Crimniſe*, aut *Eraſine*, quod alii volunt. Graeci quoque variant in hoc nomine. plerisque tamen Κριμισσὸς eſt. & ſane Servius ad Lib. 1. Aen. 550. Virgilium *Crinisſum* pro *Crimiſo* licentia poëtica dixiſſe notat. nec aliter initio Lib. v. Aen. 38. ubi locus, quem Servius reſpexit, exſtat, in optimis veterrimisque membranis ſcribitur. etam apud Hyginum Fab. CCLXXIV. Vibio Sequeſtro *Crunisos* eſt, mendoſe, pro *Crimiſos* vel *Criniſos*. Certe & in exemplaribus Diodori Siculi nonnullis Κεμινσὸς legitur Lib. XIX. Κριμισσὸν pro Κριμισσὸν exſtat apud Antigonum Hiſtoriae mirabilis cap. CXLV. mox, *Camerina*, non *Camarina*, libri antiqui, tam hic quam apud Virgilium & Ovidium. aliter apud Silium. Graecis quoque Καμαρίνα eſt. HEINS. vide ad Ovid. XV. 12. & Octav. Cajetan. Iſag. ad Hiſt. Sicil. cap. III. §. 12. in codicibus hic erat *Crimiſe*, *Criſine*, *Criniſſe*, *Crimiſe*, *Criſine*, in Vicet. & Parm. *Eraſine*. *Pantagian* Voſſ. *armiſe* cod. Barth.

60. *Advena*] ex Statio, ut obſervat Barthius, qui Lib. IV. 239. *terris Alphee Sicanis Advena*. vide ad Val. Flacc. I. 588.

61. *Alpheus*] *Alveus*, at *Cyane* Jun. *ſuperaverat* Voſſ.

62. *Ademptis*] Vetus lectio, quam Statius defendit:

Cum Scythicas rapuere domos & capta Getarum,
Agmina ſuppoſitis epulantur Amazones armis.

quae imitatur Claudianus. ſed haec dictio non placet Scaligero ſeniori, quare de ſuo ſic emendat: *Qualis Amazonidum poſitis agit agmina peltis Pulchra cohors.* CLAVER. *peltis aduncis* quatuor ſcripti cum Raphelengio. Claverius aliud agebat, qui τὸ *ademtis* tuetur. *lunatae peltae* Virgilio I. 490 Silio Lib. II. 76. *lunata arma*. HEINS. *adeptis* Oxon. *ademtis* Oxon. alter, Jun. Voſſ. & unus Heinſii, & edd. Vicet. Parm. Junt. Ald. & aliae. *adultis* Voſſ. in Leidenſi deerat vox, & alia manu adſcripta *aduncis*, cum gloſſa *curvatis*. deinde *Comparat*, ſed correctum *Compar. pulchra cohors quoties populata virago*. ſed in margine erat vulgata adſcripta. illud *comparat* ex lemmate natum. nam, ut ſaepe in MSS. aliquis adſcripſerat, *Comparatio*. BURM.

65. *Niveas ducit poſt proelia turmas*] Iſtae *niveae turmae* parum hic ad rem faciunt, praeſertim cum easdem jam *cohortem pulchram* appellarit. Fors ſit, ut dederit nobis ipſe Claudianus *viduas turmas*. ſic Aeſchylus Iceſiſin, Καὶ τὰς ἀνάνδρους χροβρότους τ' Ἀμάζονας. HEINS. Sed *niveas* interpretor equis candidis vectas, ut in triumpho moris erat. ut Ovid. I. Art. 214.

Quatuor in niveis aureus ibis equis.

vide & VI. Faſt. 724. & paſſim. inepte ad nives ſeptentrionales reſpici conjicit Gallus interpres. melius pulchras cum vulgo reddit, quod a parte nimirum nuda corporis poſſet capi. ut Conſ. Olybr. 87. *niveos exſerta lacertos Audacem retegit mammam*. exſerta enim mamma & humero erant, ut notum. ſed malo de equis triumphalibus capere. in Leidenſi erat, *dominae poſt*, ſed in margine *ducit*. BURM.

66. *Thermodontiaca*] Sex ſyllabis non ſeptem. Propertius:

Et tu femineae Thermodon cognite turbae.

Sidonius: *Thermodontiacas calere turmas*. CLAVER. *Thermodontiaca* non *Thermodoontiaca*, recte meliores libri, etiam apud alios Poëtas. Periegetae ἰνάλιος Θερμώδων. Ovidio, *virgineus Thermodon*, Silio, *Amazonius Ther-*

Digitized by Google

Aut quales referunt Baccho ſollemnia Nymphae
Maeoniae, quas Hermus alit, ripasque paternas
Percurrunt auro madidae; laetatur in antro
Amnis, & undantem declinat prodigus urnam.
Viderat herboſo ſacrum de vertice vulgus
Henna parens florum, curvaque in valle ſedentem
Conpellat Zephyrum: Pater o gratiſſime veris,
Qui mea laſcivo regnas per prata meatu
Semper, & adſiduis inroras flatibus annum,
Reſpice Nympharum coetus, & celſa Tonantis
Germina, per noſtros dignantia ludere campos.
Nunc adſis faveasque, precor: nunc omnia foetu

Pu-

Thermodon in fine verſus. Carrio ad Val. Flaccum in contraria abit, ſed fallitur. HEINS. *Thermodontiaca* ed. Vicet.

69. *Percurrunt auro madidae*] *Circueunt* Moreti liber. alii codices, *auro gravidae*, unde *gravidas* contra ſcriptos Raphelengius. nihil muta. Conſ. Mall. 286. *madidoque jubas adſpergitur auro.* Naſo XI. Met. 146.

Arva rigent auro madidis pallentia glebis.

HEINS. ita *riguum aurum* de Hermo Silius II. 158. & noſter II. de laud. Stilich. 345. *puerum auri fonte lavant.* & ita paſſim in his luxuriant Poëtae. BURM.

In antro] *in auro* Mediol.

71. *Herboſo*] *umbroſo* Jun.

72. *Aetna*] Sunt qui malint *Enna*, quae pars Aetnae ſubjecta, quod non probabis, ſi textum perpendas. Ennae vero deſcriptio eſt apud Cicer. Act. in Verrem. ſed Auſonius: *Qualis floricoma quondam populator in Aetna.* quae hanc veterem lectionem fulciunt. CLAVER. *Henna parens florum* Oxon. quod & in ſuis Parrhaſius invenit, & curis ſecundis probat Barthius. Claverius τὸ *Aetna* tuetur, quod *floricoma* Auſonio dicta ſit. At Solinus: *In Sicilia campus Ennenſis in floribus ſemper & omni vernus die.* Arnobius Lib. V. *In nemore Ennenſi flores Proſerpina virago quondam lectitabat.* Julius Firmicus de Errore profan. Religion. *Percus autem lacus in Ennae civitatis finibus, cujus amoenitas ex florum varietatibus naſcitur. Nam per omnem annum ſibi viciſſim ſuccedentibus floribus coronatur.* noſter infra 289.

Perpetui flores, quas nec tua protulit Henna.

& Lib. III. 85. *roſeae convallibus Hennae.* ut legendum puto. HEINS. vide ad Lib. I. 122.

74. *Laſcivo volatu*] Primus Vaticanus & tres alii cum vetuſtis editionibus, *meatu.* optime. vulgata lectio merum gloſſema eſt. Noſter Idyllio de Phoenice v. 78.

Obnubit vario late convexa meatu.

Lucanus Lib. IX. 668.

Perſeo Phoebeos conventi juſſit ad ortus
Gorgonas averſo fulcantem regna meatu.

ſic probe omnino vetus liber. Statius Theb. III. 501.

Amphiarae vides, curſus ut nulla ſerenos
Ales agat, liquidoque polum complexa meatu
Pendeat?

Idem Libro II. v. 58. de Mercurio volante, *Arva ſuper populoſque meat.* Silius Lib. XII. 112. de Daedalo,

Hic pro nubivago gratus pia templa meatu
Inſtituit Phoebo, atque audaces exſuit alas.

Manilius Lib. V. 366.

Et medios inter volucrem prenſare meatus.

Plinius Lib. X. cap. 38. *aves vario meatu feruntur & in aëre & in terra.* Prudentius Hymno in Eulalium: *vidit & ipſe ſatelles avem Feminae ab ore meare palam.* Marcianus Capella Lib. I. *per aërios etiam tractus, quibus formare ſolitus & volucrum diverſos meatus, & oſcinum linguas, & praepetis omina pennae, fruſtra incaſſumque diſquiritur.* & Libro II.

Ejus, meante penna
Qui ſolus aſtra mundi
Praetervolans peregit.

& mox: *Non enim de humilitate aëris illius quaero, qui volucribus permeatur.* Sympoſius Aenigmate LX. de Sagitta:

Aëra per medium volucri contendo meatu.

Haec diffuſius. HEINS. *meatu* etiam Leid. & Mediol. ut & edd. Vicet. Parm. & Parrhaſ.

77. *Germina*] *Gramina* Leid. a m. pr.

Pubeſcant virgulta velis, ut fertilis Hybla
Invideat, vincique ſuos non abnuat hortos.
Quidquid turiferis ſpirat Panchaïa ſilvis,
Quidquid odoratus longe blanditur Hydaſpes,
Quidquid ab extremis ales longaeva Sabaeis
Colligit, optato repetens exordia buſto,
In venas diſparge meas, & flamine largo
Rura fove: merear divino pollice carpi,
Et noſtris cupiant ornari numina ſertis.
Dixerat. ille novo madidantes nectare pennas

Con-

79. *Pubeſcant virgulta velis, ut*] Vaticanus unus melioris notae:

Pubeſcant virgulta novo: nunc fertilis Hybla.

Idem mox, *large blanditur*, non *longe*. HEINS. *pubeſcunt* Mediol.

80. *Abnuat*] Vetus liber, *abneget*. DELR. vide II. in Rufin. 72. *abneget* ex gloſſa; nam in Leidenſi ita explicabat alia manus τὸ *abnuat*.

81. *Quidquid turiferis*] Alter Voſſianus, *roriferis*, vel *floriferis*. utrumque vulgato nihilo detectius. Ovid XV. Epiſt. 76.

Non Arabo noſter rore capillus olet.

Idem X. Met. 309.

Tura ferat, floresque alios Panchaïa tellus.

quomodo & *Sabaei flores* Statio Pietate Abaſcantii Lib. V. Silv. HEINS. *Quidquid odoriferis* Voſſ. nec hoc ſpernendum putarem, niſi *odoratus* ſequeretur, & tura Panchaia celebratiſſima. vid. III. Conſ. Hon. vs. ult. BURM.

83. *Quidquid ab extremis*] Phoenicis comparatio valde antica fuit huic Poëtae, deque ave illa ſingulare carmen edidit, & forte Lactantius. CLAVER. *ab externis* Leid. edd. Vicet. Parm. Junt. Iſingr. Gryph. Colin. *extremos Arabas* dixit & Horat. I. Ep. 6. *extremos Hiberos* noſter III. de laud. Stilich. 147. *extremas Indas* IV. Conſ. Honor. 257. *extremus Eurus* Epiſt. ad Seren. 15. BURM.

Ales longaeva colonis] Iſingr. *Sabaeis*. placet. unus Petav. & Medic. *ales longaevus arenis*. in quo verae lectionis veſtigia apparent. Lactantius Elegia de Phoenice:

Colligit hinc ſuccos, & odores, divite ſilva
Quos legit Aſſyrius, quos opulentus Arabs.
Quos aut Panchaeae gentes, aut India carpit,
Aut molli generat terra Sabaea ſinu.

Noſter in Phoenice:

Et tumulum texens pretioſa fronde Sabaeum,
Componit buſtumque ſibi partumque futurum.

Heins. Illud *arenis* ex Virgilio forte repetitum, qui Lib. II. Georg. 139.

Tetaque turiferis Panchaia pinguis arenis.

84. *Optati*] Ita vetus liber, cum in altero legitur, *optato repetens exordia buſto*. & vero idem in Phoenice: *incendia poſcit*. ſed prior lectio eſt amoenior; atque ita forte *ſecla ferarum* dixit Lucretius. CLAVER. *optato repetens exordia ſaecla* quidam codices. alii, *partu*, vel *fato*. Iſingr. *buſto*. bene. ut alibi de Phoenice noſter: *gaudetque mori feſtinus in ortum*. vulgo, *optati referens exordia ſaecli*. Oxon. non male, *exacto repetens exordia ſaecla*. Poſſet &, *optato buſto* legi, vel *optato lecto*. HEINS. *repetens primordia* Jun. vide II. in Rufin. 493. *exordia ſacra* quatuor Heinſii.

Referens] vetus liber, *repetens*. DELR.

85. *Diſperge*] *effunde* Jun. *diſparge* Mediol. *experge* Voſſ. de quo verbo plura Heinſius ad *Virgil.* III. Aeneid. 625. *flumine* Jun. & Voſſ. *nectare* Oxon. *nectare ſacro* Voſſ.

86. *Ut merear*] Meliores libri τὸ *ut* omittunt. HEINS.

87. *Et noſtris cupiant*] Petav. optimae notae, *foveant*, puto pro *vocent*, aut *faveant*. quomodo Ennius:

Matronae muros complent ſpectare faventes.

Ovid. Epiſt. VI. 99.

Adde, quod adſcribi factis proceremque tuisque
Se fovet.

ut in vetuſtioribus membranis legitur. vulgo, *Se facit*. HEINS. *fovent*. Voſſ. ſed repetitum ex praecedenti verſu.

88. *Madidantes*] vetus liber Victoris, *madefactas*. DELR. *madidantes* vetus lectio, quam quaſi ream peregrinitatis facit Cenſor maximus, qui libentius *manantes* legeret, licet minus impleat numerum. at enim *latitans* pro latente, & *viridans* pro virente, efferunt Lucretius, Virgilius, & Plinius. CLAVER. *madefactas* Jun. *ridentes* Leid. & in margine, *ridentes*, id eſt, alacres.

90. *Ver-*

Digitized by Google

Concutit, & glebas fecundo rore maritat:
Quaque volat, vernus ſequitur rubor. omnis in herbas
Turget humus, medioque patent convexa ſereno:
Sanguineo ſplendore roſas, vaccinia nigro
Induit, & dulci violas ferrugine pingit.
Parthica quae tantis variantur cingula gemmis
Regales vinctura ſinus? quae vellera tantum
Ditibus Aſſyrii ſpumis fucantur aëni?

Non

90. *Vernus ſequitur color*] Victorius liber, *vernus ſequitur rubor*. meus, *veris ſequitur color*. ego confuſis ſcripturis, *veris ſequitur color*. DELR. Scripti, *rubor*. ut Nuptiis Celerinae 116. *tum vere rubentes Deſuper invertunt calathos*. HEINS. *varius* Oxon. *veris* Jun. *color* Oxon. Valer. Flacc. tamen Lib. VI.

Lilia per vernas lucent velut alba colores.

91. *Medioque patent convexa ſereno*] argute Puteaneus, *madidoque*. noſter de Nilo:

Aegyptus ſine nube ferax imbresque ſerenas
Sola tenet.

Ennodius Epigr. CXLIX.

En ſine nube pluit ſub tectis imbre ſereno,
Et coeli facies pura miniſtrat aquas.

Statius Lib. I. Silv. VI. 23.

Qualis per cuneos hyems Latinos
Plebem grandine concutit ſerena.

ſic omnino ſcribendum, non *ſerenam*. agit de ſparſione theatrali. confirmant quae ſequuntur:

Ducat nubila Juppiter per orbem,
Et latis pluvias minetur agris,
Dum noſtri Jovis hi ferantur imbres.

ludunt in hiſce poëtae. Idem Statius III. Silv. III. 34.

— tu meſſes Cilicumque Arabumque ſuperbis
Merge rogis. ferat ignis opes heredis, & alta
Aggere miſſuri nitido pia nubila coelo
Stipentur cineres.

HEINS. In Leidenſi ſequebatur:

Sidera, tum flaventi emittit terra nitentes
Sanguineo &c.

92. *Roſas*] Vide fabellam ſatis jucundam, quam delineat Aphthonius, at quae nimium arriſit Politiano. CLAVER. In Mediol. erat, *genas roſas*. prior vox fuit ſcribae, ita in aliis legi notantis, vel aberrantis & nolentis corrigere, ne macularetur codex. BURM.

Vaccinia nigro Imbuit] *Induit* unus Ambroſ. & vetuſtae editiones. recte. Conſ. Olybr. 273. *te meſſibus aeſtas Induit*. & Lib. I. in Stilich. 86. *cum floribus aequora vernis Boſphorus induceret*. Pentadius de vere in Catalectis Pith. pag. 173. *foliis ſeſe induit arbor*. Avienus Prognoſticis:

Induit immodicis cum ſemet floribus ilex.

quod ex Virgilio ſumtum Lib. I. Georg. 187.

— cum ſe nux plurima ſilvis
Induet in florem.

idem Georg. IV. 142.

Quaeque in flore novo pomis ſe fertilis arbos
Induerat, totidem autumno matura tenebat.

ſic *induere arenas* de fluctibus eleganter Statius Theb. XII. ex antiquo codice,

— — ceu gurgite cano
Nunc retegit bibulas nunc induit aeſtus arenas.

ubi vulgo *obruit*. infra apud Noſtrum: *pampinus induit ulmos*. HEINS.

93. *Violas*] *phialas* Jun. *ferrugine tingit* Junian. prior.

94. *Parthica*] *Parthia*. vide I. in Eutrop. 342. & ſupra Lib. I. 17.

Quae tantis] *non tantis* unus Heinſii & Leid. *nec* Jun. *venerantur* Voſſ. *cingula donis* edit. Parrhaſ. & margo Iſingr. mox, *nec vellera* Leid.

95. *Regales junctura ſinus*] Imo *vinctura* cum ſcriptis. HEINS. ita annulus *vincire digitum* dicitur Ovid. II. Amor. XV. I. BURM.

96. *Spumis fuſcantur aëni*] *fucantur* lego. quod Parrhaſii codices confirmant. Virgil. II. Georg. 465.

Alba nec Aſſyrio fucatur lana veneno.

Georg. IV. 334.

— Mileſia vellera nymphae,
Carpebant hyali ſaturo fucata colore.

Gratius:

Interdum Libyco fucantur ſandice pinnae.

Silius Lib. VIII. 438.

Stat fucare colus, nec Sidone vilior Ancon.

& XVI. 177.

Nec fuit aut ebore aut ſolido qui vinceret auro,
Gaetulisve magis fucaret vellus aheneis.

Ita ſcribe, vulgo, *Nec foret*. Statius II. Achill. 110.

Laëteo Maſſagetae velati cum pecula fucant.

Ita enim legendum. Sidonius Epithalamio Polemii:

Palla Jovis rutilat, cujus bis coctus aheno
Serica Sidonius fucabat ſtamina murex.

ſed haec jam nota. de fuco diximus plura Lib. I. in Rufin. 208. *fucandas purpuras miniſtri* apud Ammianum Marcell. Lib. XIV. HEINS. vide I. de laud. Stilich. 156. *fuſcantur* Voſſ. edd. Vicet. Parm. Junt. Ald. Iſingr. & aliae.

Non tales volucer pandit Junonius alas:
Nec ſic innumeros arcu mutante colores
Incipiens redimitur hiems, quum tramite flexo
Semita diſcretis interviret humida nimbis.
Forma loci ſuperat flores: curvata tumore
Parvo planities, & mollibus edita clivis
Creverat in collem: vivo de pumice fontes
Roſcida mobilibus lambebant gramina rivis.
Silvaque torrentes ramorum frigore ſoles
Temperat, & medio brumam ſibi vindicat aeſtu.
Apta fretis abies, bellis adcommoda cornus,
Quercus amica Jovi, tumulos tectura cupreſſus,
Ilex plena favis, venturi praeſcia laurus:
Fluctuat hic denſo criſpata cacumine buxus,

Hic

97. *Volucris pandit Junonia pennas*] Vet. lib. *volucer pandit Junonius alas.* magna ſane diverſitas. DELR. Veterem hanc lectionem *volucer* a grammatiſta aliquo rejectam indigne tuli, quamvis non ignorem illud Ovidii,

Laudatas homini volucris Junonia pennas
Explicat.

itaque *volucer Junonius* eſt pavo, ut apud Lucanum *volucer Jovis* aquila eſt. Hic vero *alae* pro pennis, quae in cauda pavi. Sic in Eutrop. 1. 109. *roſeis pavonum ventilat alis.* ſed & cauda remigat, & alarum officio fungitur. CLAVER. *volucris p. Junonius* Jun. & quatuor Pulm. vide ad Petron. cap. CXXIII. ſed altera lectio, quae eſt in Leidenſi & aliis, *volucris pandit Junonia pennas*, ex Ovid. Medic. 33. & 1. Art. 627. poteſt defendi. *tales volucrum* Oxon. *talis* Mediol. BURM.

98. *Nec ſic*] *Non ſic* multi ſcripti, & ed. Parrhaſ. *arcu variante* Voſſ.

99. *flexo*] *picto* marg. Iſingr.

100. *Diſcretis*] Meus codex, *diſjunctis.* aliud magis poëticum eſt. DELR. *diſjunctis* Jun. *diverſis intermicat* Voſſ. *diverſis* alii.

101. *Forma loci*] Hujus comparationis tale eſt Scaligeri magni judicium, ut Poëta noſter ſit multo compoſitior Ovidio, minusque laxus. neque enim ſolum, inquit, prata floribus, ſed flores ipſos pingit coloribus fabularum, itaque & in illis pictior phraſis. CLAVER. *flores forma loci ſuperat* Oxon. Jun.

102. *Parvo planities*] Alter Junianus, *Prono.* mox, *vivo de pumice*, non *niveo*, Aldus & ſcripti quidam. bene. Ovid. II. Faſt. 315.

Antra ſubit topbis laquentaque pumice vivo.

pro vulgata tamen ſcriptura ſtat Barthius curis ſecundis. HEINS. *pomice* Oxon. *viſus de pumice* Parm. *miſſi de pumice fontes* legere quosdam notat Parrhaſius. Barthius tuetur *niveo*, quia & *ater pumex* Petronio in Bello Civili. ſed ibi Regia Ditis, in qua omnia nigra ſunt, deſcribitur. ſed *vivus* etiam Ovidio III. Met. 159. ut paſſim *viva ſaxa*, *viva aqua*, & ſimilia. BURM.

103. *Et mollibus*] *in mollibus* Jun. & mox, *creverat in colles* Voſſ.

104. *Lambebant*] *laniabant* Jun. *vipis* MS. Pulm. male. Horatii illa ex Lib. 1. od. 7. reſpexit, *Et unda mobilibus pomaria rivis. roſcida* Mediol. edd Vicet. & Parm.

105. *Silvaque*] Tullius auctor eſt circa Ennam lacus & lucos eſſe plurimos: denique Ennam eſſe in loco edito, quo agri planities aequata eſt, ubi aquae perennes. Nicephorus pro Paradiſo videtur figurate uſurpare. CLAVER.

Torrentes] Victoris liber, *torpentes.* DELR. ita & Voſſianus prior. *ſilvaque ramorum torrentes* Jun. alter.

106. *Temperat*] In Oxonienſi erat haec Gloſſa: *Iſtud eodem quoque modo dictum apud Statium in* 1. 305. *temperat aſtra galero, id eſt, induit galeam propter calorem aſtrorum.*

Modico aeſtu] *medio* Iſingr. & plerique noſtri. IV. Conſ. Hon. 27.

Qui medios Libyae ſub caſſide pertulit aeſtus.

Bell. Gild. 317. *ſolis medios objecerit aeſtus.* Epithal. Pallad. 47. *quid medio tectum modularis in aeſtu?* HEINS. ita Aldus. Bell. Gildon. 149. *medius flagrantis Olympi Me quoque limes agat. in medio* Voſſ.

107. *Apta fretis abies*] *abies* pro navi II. Georg. princ. VIII. Aeneid. princ. Ovid. Epiſt. Oenones. Petron.

Pulſumque marmor abiete impoſita gemit.

Pontanus Lib. 1. Uranies: *Fontiumque abies verſura profundum.* DEMPST. *Acta* Voſſ. vid. Praefat. vs. 24. In Oxonienſi Gloſſator adſcripſerat Virg. II. Georg. 68. *caſus abies viſura marinos.*

108. *Amica*] *amata* Oxon. mox pro *plena*, *plana* Jun.

110. *Fluctuat*] *aeſtuat* Voſſ. *fluctuat indenſo* Jun. duo.

Hic ederae ſerpunt, hic pampinus induit ulmos.
Haud procul inde lacus (Pergum dixere Sicani)
Panditur, & nemorum frondoſo margine cinctus
Vicinis palleſcit aquis: admittit in altum
Cernentes oculos, & late pervius humor
Ducit inoffenſos liquido ſub gurgite viſus,
Imaque perſpicui prodit ſecreta profundi.
Huc elapſa cohors gaudent per florea rura.
Hortatur Cytherea, legant: Nunc ite, ſorores,
Dum matutinis praeſudat ſolibus aër,
Dum meus humectat fluventes Lucifer agros,

Ro-

duo. Oxon. duo. *hinc denſo* unus Heinſ. edd. Vicet. Parm. Parrhaſ. Iſingr. Gryph. Colin. *cacumina* Oxon.

112. *Pergum*] *Pergam* Jun. *Pærgum* Voſſ. vid. Ovid. v. Met. 385. *dixere priores* MS. Pulm.

113. *Cinctus*] *tectus* MS. Pulm. eodem redit. vid. ad Val. Flacc. v. 151.

116. *Sub gurgite*] *ſub flumine* plurimi ſcripti, ſed eſt Gloſſatoris. pro *Imaque*, *Jam quoque* unus Heinſii & ed. Vicet. *pandit* Jun.

118. *Huc elapſa cohors gaudet*] *gaudent* Puteanea excerpta. ſic mox 123. *cetera ſolitus Invaſere cohors.* HEINS. Hic verſus deerat Voſſiano priori, Leid. & Oxon. *delapſa* Voſſ. neſcio an rectius.

Florea rura] MS. meus, *florida*. porro totus hic verſus deeſt MS. Victoris. DELR. *florida* Jun.

120. *Praeſudat*] Non hic ſumendus calor, qui ſudorem eliciat, ſed quaſi praeludia ſideris unici, ita ut vere ſudum non ſit, ſed frigidula aurorae naſcentis temperies. ſic apud Statium *praeſudat Achilles.* & Theb. VI.

——— *ludum quo Martia belli*
Praeſudare parat, ſeſeque accendere virtus.

CLAVER. *perſudat ſolibus aether* Voſſ.

121. *meus Lucifer*] Eadem ſtella Venus, mane eſt Lucifer, ſeu φωσφόρος, noctu Heſperus, ſeu Veſperugo. Iſidor. Lib. III. cap. 70. dubie tamen Plinius Lib. II. cap. 8. Silius Lib. XII. *ignem* vocat *Cytherium*, & tamen diſtinguit. Lib. VII. *renovatus Lucifer* unda *Laudatur Veneri.* ut & Val. Flacc. Lib. VI. 527.

——— *qualis roſeis it Lucifer alis,*
Quem Venus illuſtri gaudet producere coelo.

Noſter in Epith. Honor. Feſcenn. 100. *dilectus Veneri naſcitur Heſperus.* DEMPSTER.

Flaventes] *florentes* Junian.

122. *Rorani proveltus equo*] *praevectus* bene ſcripti. Frequenter id verbum in Livio occurrit, etſi quandoque corruptum. Virgilius Lib. VII. 166.

Cum praevectus equo longaevi Regis ad aures
Nuncius ingentes ignota in veſte reportat
Advenisſe viros.

ita ſcripti omnes, quos ego ac Pierius Valerianus magno numero evolvimus. Statius Theb. VII. 131. de Marte,

——— *ut vero amentibus ipſe*
Incidit, & ſacrae circum faſtigia vallis
Turbine praevectus rapido ter juſſulit haſtam,
Ter contorſit equos.

Silius Lib. V. 170.

Hinc praevectus equo poſtquam inter proelia notam
Accepit vocem.

Lib. VII. 117.

Ac praevectus equo nunc dextra provocat hoſtem.

Lib. IX. 572.

Nam, praevectus equo, ſtimulis majoribus ire.

Lib. XII. 190.

——— *dux Dardanus inſtat*
Antonio praegreſſus equo.

Lib. XVII. 150.

Ante omnes praevectus equo trahit agmina voce.

ſic verſus illi ex optimo codice ſcribendi. Lucanus Lib. VII. 342.

——— *tutumque per agmen*
Sublimi praevectus equo.

ubi vulgo etiam peccatur. HEINS. *pervectus* Voſſ. multis certe locis, & praeſertim apud Livium, & Silium VII. 117. *praevectus* praetitat, ubi capi poteſt pro *praetervectus*. ſed in Lucani loco *provectus* retineo, quia additur, *totumque per agmen*, quod requirit *provectus*. & ita apud Frontin. I. XI. 10. *in curru candidorum equorum ſublimem conſtituit, qui dato ſigno pugnae proveheretur.* ſcilicet ex luco. ſic apud Lucan. IX. 1011. *medium provectus in aequor.* ubi itidem Heinſius *praevectus* volebat. hic vero utraque lectio defendi poſſet. ſed malo ſcriptos ſequi, quia Lucifer praeit & praevenit diem, unde & Ovid. I. Faſt. 548.

Quid ſolito citius liquido jubar aequore tollit
Candida, Lucifero praeveniente, dies,

ubi etiam *proveniente* Moreti codex, fruſtra, de equo

Roranti praevectus equo. ſic fata, doloris
Carpit ſigna ſui. varios tum cetera ſaltus
Invaſere cohors. credas examina fundi
Hyblaeum raptura thymum, quum cerea reges
Caſtra movent, fagique cava demiſſus ab alvo
Mellifer electis exercitus obſtrepit herbis.
Pratorum ſpoliatur honos. haec lilia fuſcis
Intexit violis: hanc mollis amaracus ornat.
Haec graditur ſtellata roſis; haec alba liguſtris.
Te quoque flebilibus maerens, Hyacinthe, figuris
Narciſſumque metunt, nunc inclyta germina veris,
Praeſtantes olim pueros: tu natus Amyclis;
Hunc Helicon genuit: te diſci perculit error;
Hunc fontis decepit amor: te fronte retuſa
Delius, hunc fracta Cephiſus arundine luget.

Ae-

Luciferi, &, ut alii, etiam curru, vide quae ad Rutil. 1. Itiner. 511. diximus. BURM.

Cruoris] vetus liber *doloris*, ſicque legendum contra Politiani ſententiam Parrhaſius oſtendit. cujus rationibus Homeri ſic ſcribentis auctoritas adjungi poteſt: *βλὼ δ' ἀμβροτον αἷμα θεοῖο ἰχῶρ, οἷός τε ῥέει μακάρεσσι θεοῖσιν, Οὐ γὰρ σῖτον ἔδουσ', οὐ πίνουσ' αἴθοπα οἶνον Τοὔνεκ' ἀναίμονές εἰσι, καὶ ἀθάνατοι καλέονται.* DELR. Mirum non eſt tantam olim fuiſſe Politiani auctoritatem, ut libri excuſi fere omnes ejus conjecturam praeferant. fuit enim ſui ſeculi princeps, idemque notavit Muretus de Oarione: At ſi quis Lucretium Graeculi Marulli conſideret, non mirari ſolum, ſed miſereri occipiet. Hic vero *cruoris* legi volebat Angelus ex Aphthonio Sophiſta, cum non de roſa, ſed de Anemone agatur. CLAVER. pro *doloris* alii legunt *cruoris*. de cruore Veneris in roſam mutato fabulam lege apud Politian. cap. XI. Miſcell. DEMPST. Alii codices *cruoris*. minimum refert. videantur hoc loco Barthii curae ſecundae. HEINS. *cruoris* tantum in Oxonienſi legitur: *coloris* in altero Oxon. *cruoris* tuetur Guidalottus ad Nemes. Ecl. II. 73.

125. *Raptura*] *ruptura* Voſſ. mox, *dimiſſus* Voſſ. Jun. duo, & Oxon. duo. *cavo ab alvo* ed. Vicet. Parm. Junt. Ald. Parrh. Colin. utroque genere efferri, & *alvum* pro alveo dici vidimus ad Quinctil. Declam. XIII. 3. apud Columellam, ut Lib. IX. cap. 3. 4. & ſeq. *alvaria* pro alvearia, & paſſim *alvus* pro *alveo* in MSS. exhibetur. ita *alvaria* pro *alveariis* apud Plinium ex vetuſſimo codice notat Gronov. ad Lib. XXI. 12. vide & Pier. ad Virgil. IV. Georg. 34. & ita quidam *alvum* pro ventre duplici genere poni contendunt. vide ad Ovid. Ibin 389. BURM.

127. *Electis*] *& lectis* Jun. *aſtrepit* Oxon.

130. *Stellata*] *vallata* cum gloſſa, id eſt, *coronata*. Leid. & ita Mediol.

131. *Hyacinthe*] Hos verſus de Hyacintho & Narciſſo praeſertim cum Ovid. IV. Faſt. & V. Met. confert Scaliger Lib. V. Poët. cap. 16. ſub finem. *Uterque*, ait, *ſpecioſe*, *tamen laxius Ovidius*, *compoſitior Claudianus. neque enim prata floribus*, *ſed & flores pingit coloribus fabularum*. fabulas pete ex Ovid. III. Met. fab. 6. & fab. 5. DEMPST.

132. *Metunt*] *legunt* Jun. Voſſ. Leid. & Mediol. *Germina veris*] non *gramina*, ex libris. mox, *fronte retuſa* ſcribendum alibi jam dixi. HEINS. ſic ſupra Lib. 1. *germina frontis* pro cornibus dixerat. ita *germina maris* Epiſt. ad Seren. 14. vid. & Epigr. II. 15. *tunc* edd. veteres.

134. *Te diſci*] *diſci te* MS. Pulm. Oxon. *perdidit* Voſſ. *perculit horror* Mediol. & mox, *tunc fronte*.

135. *Retuſa*] Si ſic cum uno MS. erunt haec ad Phoebum referenda. ſin cum altero *recuſſa* legamus, ad ipſum catamitum. DELR. *retuſa* in veteri codice. vere, meo judicio. alii *recuſſa*, non adeo male. Virgil. II. Aen. 52. *uteroque recuſſo*. Ovidius de eodem puero Lib. X. Met. 184.

Diva repercuſſo ſubjecit in aëre tellus]
In vultus, *Hyacinthe*, *tuos*.

CLAVER. *recuſſa* Voſſ. Leid. *reciſa* Jun. *recluſa* Voſſ. 2 m. pr. vid. Conſ. Olybr. 22.

136. *Fracta*] Eſt imitatio Statii Lib. V. 582. *illum fracta gemuiſtis arundine Fauni*. BURM.

Ce-

Digitized by Google

Aeſtuat ante alias avido fervore legendi
Frugiferae ſpes una Deae: nunc vimine texto
Ridentes calathos ſpoliis agreſtibus inplet:
Nunc ſociat flores, ſeſeque ignara coronat,
Augurium fatale tori. quin ipſa tubarum
Armorumque potens, dextram, qua fortia turbat
Agmina, qua ſtabiles portas & moenia vellit,
Jam levibus laxat ſtudiis, haſtamque reponit,
Inſolitisque docet galeam miteſcere ſertis.
Ferratus laſcivit apex, horrorque receſſit
Martius, & criſtae pacato fulgure vernant.
Nec, quae Parthenium canibus ſcrutatur odorem,
Adſpernata choros, libertatemque comarum
Injecta tantum voluit frenare corona.

Cephiſſus] Codex Bartholinianus, *Cephiſos*. HEINS. *Cephesius* Jun. *Cephesus* Voſſ. vide ad Ovid. III. Met. 343.

137. *avido*] *avide* Voſſ.

138. *Vimine textos*] Ex Victoris libro *texto* edidi. DELR. *textos* ſcripti, bene. HEINS. *textes ridenti* olim correxerat Heinſius.

139. *Foliis agreſtibus*] Faciemus non abſurde, ſi membranas ſequamur, quae *ſpoliis* habent; dixit enim *pratorum ſpoliator bonos*. DELR. *Spoliis* ſcriptorum eſt. vulgati, *foliis*. Prudentius Cathemerinon Hymno IV. *Hic mihi multa roſae ſpolia*. noſter ſupra, *pratorum ſpoliatur honos*. quod hemiſtichium & apud Corippum Libro III. occurrit. ſic & *foliis ſpoliare nemus* Lucani libro VI. 112. ita enim libri. HEINS. vide I. in Eutrop. 226. Ovid. Epiſt. XVI.

Ardua proceris ſpoliantur Gargara ſilvis.

ubi vide. Lucan. III. 395. *ſpoliantur robore ſilvae*. *folia* & *ſpolia* etiam alibi permutata. vid. ad Ovid. II. Art. 744. BURM.

141. *Quippe*] vetus liber, *quin*. DELR. *quin non quippe* libri cum Aldo, & mox, *qua moenia* unus Petavian. HEINS. *quin* etiam Mediol. & Junt.

143. *Vellit*] *tollit* Voſſ. mox pro *laxat*, *laſſat* Jun. Voſſ. *Aptat jam levibus* Jun.

145. *Inſolitisque*] Legitur tamen in veteri libro, *inſuetisque*. ſic etiam poſt aliquot verſus, *preſſaque gigas cervice laborat*. ubi vulgati, *preſſaque gravi*. pro *receſſit* unus MS. *recedit*. & pro *placato*, vetus liber, *pacato*. DELR. *inſuetisque* omnes fere ſcripti. *docet bellum miteſcere*, ſed in margine, al. *galeam* Leid.

147. *Placato fulgure vernant*] *Pacato* Aldus & ſcripti. ſic in fine hujus libri,

Tunc & peſtiferi pacatum lumen Averni.

ſimiliter apud Statium Achill. I. 300. legendum, ubi de Pallade agit: *exempta pacetur caſſide vultus*. noſter IV. Conſ. Hon. 14. *pudeat, Gradive, ſecures Pacata geſtare manu*. HEINS. vide & IV. Conſ. Hon. 226. & ad Ovid. IV. Met. 31. *fulgere* Voſſ. BURM.

148. *Parthenium canibus ſcrutatur odorem*] Revocavimus antiquam lectionem. vulgati, *odoris*. *Parthenium odorem*, ut *pratum odoratum* Nemeſianus V. 235.

Namque & odorato noſcunt veſtigia prato.

& *elidum cubile* Rutilius I. Itiner. 126.

Inſtrumenta parat venandi villicus beſpes,
Atque elidum doctas noſſe cubile canes.

notum Laevii μείμημα,

Dirige odoriſequos ad certa cubilia canes.

odoris in venatione etiam meminit Virgil. VII. 479.

——— *canibus rabiem Cocytia virgo*
Objicit, & noto nares contingit odore.

Silius Lib. X. 81.

——— *conceptum ſectatus odorem*
Deprendit ſpiſſis arcana cubilia dumis.

Seneca Thyeſte Act. III. 497.

Sic cum feras veſtigat, & longo ſagax
Loro tenetur Umber, ac preſſo vias
Scrutatur ore, dum procul lento ſuem
Odore ſentit.

Maronianum illud Lib. IV. Aen. 132. *odora canum vis* pro vulgata facere ſcriptura poſſit videri. ſed vetuſtos codices hic ſequor. HEINS. *odores* Mediol. Vlitius ad Nemeſ. Cyn. 235. *odoris* tamen retineri poſſe credit, & tunc *Parthenium* poſſet capi pro monte Parthenio, ut *Aventinum* Livius I. 33. vide Cort. ad Salluſt. XXXI. 17. *Huec quae* & *odoris* Leid. *haec quoque P. c. s. odoris* edd. Vicet. & Parm. BURM.

149. *choros*] *toros* Voſſ. a m pr. ed. Vicet. Parm. Junt. Ald. & aliae. *cohors* Jun.

150. *Injecta tandem*] Imo, *tantum* cum ſcriptis. HEINS.

Digitized by Google

Talia virgineo paſſim dum more geruntur,
Ecce repens mugire fragor, confligere turres,
Pronaque vibratis radicibus oppida verti.
Cauſſa latet. dubios agnovit ſola tumultus
Diva Paphi, mixtoque metu perterrita gaudet.
Jamque per amfractus animarum rector opacos
Sub terris quaerebat iter, gravibusque gementem
Enceladum calcabat equis: inmania findunt
Membra rotae, preſſaque gigas cervice laborat
Sicaniam cum Dite ferens, tentatque moveri
Debilis, & feſſis ſerpentibus inpedit axem:
Fumida ſulphureo praelabitur orbita dorſo.
Ac velut occultus ſecurum prodit in hoſtem
Miles, & effoſſi ſubter fundamina campi
Tranſilit eluſos arcano limite muros,
Turbaque deceptas victrix erumpit in arces,
Terrigenas imitata viros: ſic tertius heres
Saturni latebroſa vagis rimatur habenis
Devia, fraternum cupiens exire ſub orbem.

170. Ja-

HEINS. *voluit tandem* Leid. edd. Vicet. Parm. Junt. Ald. Iſingr. Gryph. Colin. *illecta* Oxon. Voſſ. *innexa* Ambroſ. *curvare* Voſſ.

152. *Repens*] *recens* unus Heinſii & Mediol. & edd. Vicet. & Parm. in Leidenſis margine erat, alii *frequens*, id eſt, *creber*. vide I. in Eutrop. 403. *conſidere turres* Voſſ. *conſigere* unus Heinſii. vide II. in Eutrop. 26. BURM.

153. *Pronaque*] *Ipſaque* Oxon. an *Lapſaque?* vide ad Ovid. Triſt. II. 86. BURM.

156. *Opacos*] *opacum* Leid. cum gloſſa, *ſine luce, obſcurum*. mox pro *gementem*, *tremendum* Jun. & Mediol.

158. *Findunt*] *ſcindunt* Mediol. & ed. Parrhas. *fundunt* Oxon. Voſſ. *figunt* Voſſ. alter. mihi *ſcindunt* placeret, ſi codices addicerent. ſed nec vulgata temere mutanda. ita *findere* & *ſcindere terram* paſſim aratores, & *aequor* nautae fere dicuntur. vid. ad Ovid. III. Amor. VIII. 41. & II. Met. 159. BURM.

159. *Gigas*] Alii codices, *gravi*, contra MS. codicem, idque inepte. CLAVER. *gravi* etiam cod. Heinſii & Leid.

161. *Inpedit*] *implicat* ed. Parrhas. ſed & Statius Lib. X. 472.

——— *gravis exterit artus*
Ungula, ſanguineus lavat imber, & impedit axes.
BURM.

162. *Praelabitur*] *delabitur* Oxon. & Jun. *prolabitur* unus Heinſii, Leid. edd. Vicet. Parm. Parrh. Ald. Col. Iſingr. Gryph. *perlabitur* Voſſ. quod placeret, ſi *ſulſureum dorſum* legeretur. ut Virgil. I. Aen. 147. *rotis ſummas perlabitur undas*. ſed *praelabitur* eſt praeterlabitur, tranſit deſuper. ut Lib. III. 3. BURM.

163. *At velut*] *at* vel *&* Voſſ. *occultum ſecurus* Voſſ. *occulto ſe curru ſpargit* prior Voſſ. unde olim Heinſius, *occulto ſe curſu ſpargit*.

Prodit in hoſtem] *pergit* ſcripti. quomodo & Virgilius Lib. XI. 521. dixerat, *pergere in hoſtem*. putabam aliquando, *emergit*. mox, *eluſos*, non *incluſos*, recte iidem ſcripti. aliis jam viſum. HEINS. *incluſos* Leid. & ed. Vicet. *illuſos* etiam vel *incluſos* conjecerat Heinſius. *eluſos muros* explico, propugnatores murorum, qui a tergo emergentes hoſtes non exſpectabant, & ita eluſi erant. *milite* Leid. Oxon. Jun. Voſſ. & unus Heinſii. *limine* ed. Gryph. BURM.

165. *Tranſilit*] Hic verſus elegans, ſed cui nociva fuerit quorumdam imperitia, cum ea ſit vetus lectio. *Tranſilit eluſos arcano limite muros*. alias, *Tranſiliit eluſos arcano limine muros*. CLAVER.

167. *Terrigenas*] *terrigenos* Oxon. *turrigenas* Voſſ.

168. *Saturni tenebroſa*] membranae, *latebroſa*. HEINS. ita Silius Lib. I. 366. *caecam latebram* vocat teſtudinem. *ſervetur* etiam Leid. & Mediol.

169. *Sub orbem*] *per orbem* Oxon. Voſſ. duo.

171.

Digitized by Google

Janua nulla patet: prohibebant undique rupes
Oppoſitae, duraque Deum compage tenebant.
Non tulit ille moras, indignatusque trabali
Saxa ferit ſceptro. Siculae tonuere cavernae:
Turbatur Lipare: ſtupuit fornace relicta
Mulciber, & trepidus dejecit fulmina Cyclops.
Audiit, & ſi quem glacies Alpina coërcet,
Et qui te, Latiis nondum praecincte tropaeis
Thybri, natet, miſſamque Pado qui remigat alnum.
Sic, quum Theſſaliam ſcopulis incluſa teneret
Peneo ſtagnante palus, & merſa negarent
Arva coli, trifida Neptunus cuſpide montes
Inpulit adverſos: tum forti faucius ictu
Diſſiluit gelido vertex Oſſaeus Olympo.
Carceribus laxantur aquae, fractoque meatu

Red-

171. *Duraque Deum compage tenebant*] Vetus liber, *Siculaque*. Delr. Multi, *Sicul-que*. perperam. nam *Siculae* ſequitur. Iſingr. *ſolitaque*. lege, *ſolidaque*. Lucan. IV. 467.

Si ſolida Libye compage & pondere duro
Clauderet exeſis Auſtrum ſcopuloſa cavernis. Heins.

172. *Moras*] *minas* Voſſ. a m. pr.

Indignatusque trabali] *indignatusque teneri* Voſſ. & mox, *Jaxa ferit virga* idem.

173. *Siculae tonuere cavernae*] Scripti nonnulli, *tonuere*. rectius. Virgil. III. Aen. 571. *horrificis juxta tonat Aetna ruinis*. de eadem Silius XIV. 61. *per caecos tonat irrequieta fragores*. Statius III. Theb. 595. *procul igneus auctis Mons tonat, exundant apices*, quod noſter imitatus infra III. 396. *compreſſo mons igne tonat*. Valer. Flacc. IV. 507.

Sic ubi praerupti tonuit cum forte Veſevi
Heſperiae letalis apex. Heins. vide II. in Rufin. 182. & Epith. Hon. 132. & alibi. *tremuere* Oxon. Voſſ.

174. *Lipare*] *Liparis* Leid. Voſſ. Oxon. duo Jun. & unus Heinſii, edd. Vicet. Parm. Junt. Parrh. Raphel. Iſingr. Gryph. Colin. mox, *Mulcifer* Oxon. *flumina* unus Heinſii. *rejecit fulmina* malebat Heinſius.

177. *Et qui te latis*] duo Juniani & unus Ambroſ. *Latiis*, ut puer olim conjeceram. ſic *Latias triumphas* dixit VI. Conſ. Hon. 507.

Cantida qui Latiis praebent armenta triumphis.
pari modo peccatur apud Silium Lib. XII. 411. *reſonare docebit Hic Latiis Helicona modis*. frequentiſſime hic error a librariis ſupinis commiſſus. vidit hoc curis ſecundis Barthius. ſimiles naevos Naſoni multis in locis deterſimus. ſequentia ex illis Maronianis Lib. II. Georg. 451. expreſſa ſunt, *undam levis innatat alnus Miſſa Pado*. Heins.

Nondum] *mundi* Jun. imitatur hic Statium Lib. IV. Theb. 239.

Qui te flave, natant terris, Alphaee, Sicanis
Advena. ut legendum eſt. vide ad Grat. Cyneg. 314. deinde, *nondum patiente* Mediol. Burm.

179. *Sic, quum Theſſaliam* &c.] Stagnavit olim Theſſalia (ut ait Strabo) ſed poſt terrae motum abrupti montes, atque datus aquis exitus. At Diodorus & Seneca id Herculi, non etiam Neptuno tribuunt. Cleaver. Conferenda haec cum Lucani Lib. VI. 343. & ſeqq. quae Claudianus ante oculos habuit, niſi quod Neptuno adſcribit, quae Lucanus Herculi. Burm.

180. *Et merſa negaret Arva coli*] *negarent* ſeptem libri, pro recuſarent. quod verum. I. in Eutrop. 127. *caedere ligna cultinae Membra negant*. Silius Lib. XVI. 599.

——— *impius ignis*
Diſſiluit, cineresque ſimul jacuiſſe negarunt.
Statius Theb. VIII. de fluviis:

——— *ſibi quisque ſuperbus*
Ire cupit, pontoque negant deſcendere mixti.
Valer. Flacc. Lib. V. 28. *Minyae clamore morantur Avellique negant*. ſic & alii paſſim. Heins. *vetaret* Voſſ. ed. Pulm. & aliae. eadem variatio Praefat. Lib I. 4.

182. *Tunc forti faucius ictu*] *Ter* unus Medic. & Puteana Excerpta. Heins. *cum forti* Voſſ. mox, *ſe ſolvit gelido* Jun. Voſſ. & Oxon. duo. *diſſolvit* Voſſ. alter.

184. *Fractoque meatu*] vetus liber *factoque*. quod

Redduntur fluviusque mari tellusque colonis.
Poſtquam vićta manu duros Trinacria nexus
Solvit, & inmenſo late diſceſſit hiatu;
Adparet ſubitus coelo timor: aſtra viarum
Mutavere fidem: vetito ſe proluit Arctos
Aequore: praecipitat pigrum formido Booten:
Horruit Orion: audito palluit Atlas
Hinnitu: rutilos obſcurat anhelitus axes
Diſcolor; & longa ſolitos caligine paſci
Terruit orbis equos. preſſis haeſere lupatis
Adtoniti meliore polo; rurſusque verendum
In Chaos obliquo pugnant temone reverti.
Mox, ubi pulſato ſenſerunt verbera tergo,
Et ſolem didicere pati, torrentius amne
Hiberno, tortaque ruunt pernicius haſta.
Quantum non jaculum Parthi, non inpetus Auſtri,
Non leve ſollicitae mentis diſcurrit acumen.

San-

quamvis improbet Parrhaſius, retinebo. ſententiae enim non repugnat, & ea, quam adducit, cauſa, ad hanc ſcripturam exturbandam ſufficiens non eſt. DELR. Cave audias membranas, in quibus, *facile*. Severus in Aetna:

Quidquid in obliquum eſt, frangunt iter.

HEINS. idem eſt quod rumpere curſum, viam, iter, de quo ad Val. Flacc. 1. 3. ita 1. in Rufin. 64. *fluvios rapis inmittite ripis*. BURM.

185. *Reddantur fluviisque*] non *fluviique*, codices. HEINS. vide 1. de laud. Stilich. 128. II. in Europ. 128. & alibi. & ad Ovid. II. Art. 81. & Rem. Am. 484. BURM.

186. *Vicla manu*] *vincta* Oxon. *juncta* Voſſ. *Tenacia* Leid. mox, *& inmerſo* Oxon. *diſcedit* Oxon. alter. *diſſolvit* Leid.

187. *Hiatu*] Cicero ait, circa Ennam ſpeluncam tradi infinita altitudine ad Aquilonem converſam, qua Ditem ferunt cum curru aſcendiſſe, ita ut ſubito, non longe a Syracuſis ſub terras penetrarit. CLAVER.

188. *Subitus*] *ſubito* Oxon. *coelo ſubitus* Voſſ. *tumor* Leid. cum gloſſa, *inflatio*. mox pro *Mutavere*, *Monſtravere* Leid. deinde, *ſe perivit* Voſſ. *ſe pallivit* Jun. unde Heinſius, *pallivit* conjiciebat. deinde pro *audito*, *auditu* Mediol.

193. *Diſcolor*] *decolor* Parrh. agnoſcit etiam. vid. ad Bell. Gildon. 193.

Caligine paſci] *ferrugine* unus Petav. HEINS.

195. *Meliore*] magis lucido. ita infra 288. *Zephyri meliores*. BURM.

196. *Pugnant temone reverti*] Sic primae editiones & meus liber. alii, *certant* vel, *tentant*. *pugnare reverti* eleganter, pro nituntur aut contendunt. Ovid. v. Met. 349.

Nititur ille quidem, pugnatque reſurgere ſaepe.

quae vera lectio. II. Faſt. 648.

Et ſolida ramos figere pugnat humo.

Statius VI. Theb. 394. *pugnant exire paventque*. & appoſite idem IV. Theb.

Ipſe quidem mallet terras, pugnatque reverti.

HEINS. vide ad Ovid. III. Faſt. 308. & alibi ſaepe. mox pro *terga*, *dorſo* Oxon. & pro *tortaque*, *totaque* ed. Parm.

198. *Torrentius amne*] Conferam ſummos Poëtas de palma certantes in celeritate deſcribenda. Statius VI. Theb. 405.

——— *quae tantum nubila coelo,*
Quae belli ſic pila volant, quae carbaſa pontо?
Amnibus hibernis minor eſt, minor impetus igni,
Tardius aſtra cadunt. &c.

ſed illum premit Ovidius X. Met. Fab. XI. hunc Maro VII. Aencid. in fine. quem noſter longis parasangis etiam iisdem verbis exſuperat III. Cons. Hon. in fine. confer, & me impudentiae argue, ni ita ſit. DEMPST.

200. *Parthi*] Prudentius:

Parthica non aeque ventos tranſcurrit arundo.

Lucretius, *verſi curſum* dixit. CLAVER.

201. *Non leve*] *nec* edit. Parrh. mox pro *aures* *aures* Jun.

Diſ-

Sanguine frena calent: corrumpit ſpiritus auras
Letifer: infectae ſpumis vitiantur arenae.
Diffugiunt Nymphae: rapitur Proſerpina curru;
Inploratque Deas. jam Gorgonos ora revelat
Pallas, & intento feſtinat Delia cornu:
Nec patruo cedunt. ſtimulat communis in arma
Virginitas, crimenque feri raptoris acerbat.
Ille velut ſtabuli decus armentique juvencam
Quum Leo poſſedit, nudataque viſcera fodit
Unguibus, & rabiem totos exegit in armos,
Stat craſſa turpis ſanie, nodosque jubarum
Excutit, & viles paſtorum deſpicit iras.
Ignavi domitor vulgi, taeterrime fratrum,
Pallas ait, quae te ſtimulis facibusque profanis
Eumenides movere? tua cur ſede relicta
Audes Tartareis coelum inceſtare quadrigis?

Diſcurrit acumen] Mentis equum, & mentis alas habent Philoſophi. Animi celeritas ab Auſonio etiam praedicatur. an vero ad Iram hoc pertinet? Idem Claud.

Pro telo geritur quidquid ſuggeſſerit ira.

Apud Homerum ſunt ἴππια πτερόεντα. Ennius dixit, *vagore volanti*. ab Auſonio celebratur ſermonis noſtri properatio. quae omnia ſunt valde ſubtilia. CLAVER. malim, *diſcurrat*. Heinſ.

202. *Calent*] Unus vetus liber, *madent*. idem, ubi ceteri *cornu*, tenet, *telo*. DELR.

205. *Gorgonis*] *Gorgonas* ſcripti. HEINS.

Revelat] *recludit* Jun. *revellat* Leid. & Mediol. ut ſolet duplicare literas. ita mox, *villes* pro *viles*, *molles*, pro *moles* &c. *in tanto feſtinat* ed. in uſum Delphini.

208. *Crimenque*] *fatumque* Leid.

209. *Ille*] Nihil ſequitur quod reſpondeat huic verbo, nec quid agat Neptunus comparatus Leoni.

210. *Pectora*] Vetus liber, *viſcera*. & hoc vim continet majorem. DELR. *pectora* vulgati. paulo ante fruſtra vetuſti codices, *telo* pro *cornu*. ſupra Lib. I. 229.

Pallas & inflexo quae terret Maenala cornu.

Ovid. Epiſt. IV. 39.

Jam mihi prima Dea eſt cornu praefignis adunco
Delia.

ſic vetus liber, non *arcu*. HEINS.

211. *Exegit*] Leidenſis pro varia lectione, *excidit*, cum gloſſa, *commovit*, & *excitavit*. unde *excivit* voluiſſe conjicitur, ſed dictum, ut *exigere enſem* &c. BURM.

213. *Paſtorum deſpicit iras*] Putean. *deſpuit*. IV. Conſ. Hon. 403. *Torquati deſpue mores*. *reſpuere* & *deſpuere* a Poëtis videntur confundi. ſic *reſpuere preces* & *deſpuere*, ſimiliaque. VI. Conſ. Hon. 108. *aliter praecepta vocantis Reſpuit* Conſ. Manl. 159. *quis inſignem tanto ſub Principe curam Reſpuat*. ſic ſaepe noſter. diximus jam nonnihil libr. I. 137. HEINS. vide Bell. Gill. 30. *deſpuit* etiam Leid. cum gloſſa, *non curat*.

214. *Domitor vulgi*] Impreſſi quinque, *mundi*. ſed tres, quibus membranae conſentiunt, *vulgi*. egregie. ita ſupra manes *vulgus iners* appellavit. DELR. *vulgi* editiones nonnullae & plerique ſcripti. ſic ſupra Lib. I. 20. *vacui famulantur Averni Vulgus iners*. I. in Rufin. 68. *vulgi pars maxima*. vide & ibid. 41. & apud Statium, *inane vulgus*, *vulgus cava ſub nocte repoſtum*, *vulgus exſangue*, & ſimilia, pro inferis. HEINS.

215. *Teterrime*] Vetus liber, *deterrime*. DELR. ita Voſſ. Jun. duo Oxon. & Leid. vide II. in Rufin. 385.

216. *Tua*] *tuae* Mediol. & Voſſ. edd. Vicet. & Parm. quod acutum videbatur Heinſio. *tuae*, id eſt, te dignae, ut mox vs. 219. ſed tunc ex Leidenſi, qui carebat *te*, ſed in margine pro varia lectione, *quis te ſtimulis* pro *quibus* legendum eſſet. BURM.

217. *Coelum inceſtare quadrigis*] Alii *mundum*, quod minus placet, quia mox ſequitur. Gyraldinus etiam cum Vaticano, aliisque, *infeſtare*. perperam. Statius Theb. XI. 119.

Illas ut ſumma vidit pater altus Olympo
Inceſtare diem.

& Lib. V. Silv. 5. 4. *quas inceſtavimus aras?* Noſter. II. in Eutrop. 76. *cunctas hoc ore laborans*

Sunt tibi deformes Dirae: ſunt altera Lethes
Numina: ſunt triſtes Furiae, te conjuge dignae.
Fratris linque domos: alienam defere ſortem:
Nocte tua contentus abi. quid viva ſepultis
Admiſces? noſtrum quid proteris advena mundum?
Talia vociferans avidos tranſire minaci
Cornipedes umbone ferit, clipeique retardat
Objice, Gorgoneisque premens adſibilat hydris,
Praetentaque operit criſta. libratur in ictum
Fraxinus, & nigros inluminat obvia currus.
Miſſaque paene foret, ni Jupiter aethere vulſo
Pacificas rubri torſiſſet fulminis alas,
Confeſſus ſocerum. nimbis Hymenaeus hiulcis

Inceſſare vias. Bell. Get. 237. *patriis lunare venenis Incertare jubar.* Conſ. Manl. 267. *Latios inceſſant numina faſtos.* ſic & alii Poëtae. HEINS. *mundum foedare querelis* Voſſ.

218. *Dirae*] *Furiae* Voſſ. *Nymphae* Jun.

Sunt altera Lethes Numina] Sic reſcripſimus ex quatuor Pulmannianorum & prioris Voſſiani auctoritate, & ſic recte edidit Claverius, quidquid vir doctus diſſentit. Imperitus librarius, qui nulla Lethes numina audiverat, cum de Lethaeis fluminibus inaudiviſſet quaedam, id ipſum ſubſtituit. nimis profecto temere, nam *Lethes flumina* locum hic habere non poſſunt. Agit enim Claudianus de Deabus inferni, quas Plutonis thalamis dignas aſſerit, & dedignatur raptum Proſerpinae. Ait itaque Pallas; quid ex orbe ſponſum tibi affers, cum abunde in ipſo Tartaro materies nuptiarum tibi ſuppetat? ſunt, inquit, illic Dirae, ſunt Lethes numina, ſunt Furiae, quid alterius poſſeſſionem invadis. *Lethen* itaque pro toto inferno poſuit, ut Stygem, Acherontem, Cocyton, Taenara, Poëtae paſſim. & *Lethes numina*, numina infernalia. *Lethaeum janitorem* ita Cerberum vocat Statius Propemptico Metii Celeris Lib. III. Silv. III. vulgo *flumina*, quod & Barthio improbatum. HEINS. *flumina* Leid. pro varia lectione & ita olim editi.

220. *Fratris*] *Noſtras* Oxon.

223. *Avidos*] *avido* ed. Barth. prior.

226. *Praetentas*] Sic in veteri libro. pulchre autem alludit, opinor, ad cohortis avem, quae ad pugnam ſe erigens, criſtas videtur aperire; niſi haec de criſtis ſerpentum, qui in Gorgone. CLAVER. Hic denuo vetuſtam lectionem damus omnium librorum, ut Claverium mirer in contraria euntem. quid enim eſt *praetentas aperire criſtas? velare* Lib. III. in Stilich. 168. dixit, ut hic *operire*. *Hanc tota Tritonia Gorgone velat.* Si quid mutandum, legam cum uno Florentino & Puteani excerptis, *Praetentaque operit palla*, quomodo ſupra vs. 26.

——— *tantum ſtridentia colla*
Gorgones obtentu pallae fulgentis inumbrat.

quod ex illo Maroniano hauſit Lib. XI. 66.

Exſtructosque toros obtentu frondis inumbrant.

obtentum togae habes apud Gellium Lib. XI. cap. 18. Seneca Hercule Furenti:

Namque ipſa triſti veſtis obtentu caput
Velatur.

Valerius Flaccus Lib. III.

Ibat, & obtenta mulcebat lumina palla.

HEINS. *praetentaque operit criſta* etiam Mediol. ſed *praetentaque* edd. Vicet. Parm.

228. *Ni Jupiter aethere ſummo*] Unus, *juſſo*. alius, *lapſus*. tertius, *celſo*. Moreti codex, *vulſo*. quod placet. Statius Lib. III. Theb. 436.

Nubilaque & vulſo terrarum ſordida fundo
Tempeſtas.

Noſter ſupra Lib. I. 156. *nunc inſula fundo Vellitur.* Seneca Phoeniſſis:

Non ſi revulſo Jupiter mundo tonet.

mox bene Raphelengius *fulminis*, pro *luminis*, & *Confeſſus ſocerum*, pro *generum*. quod ſcripti meliores confirmant. HEINS. *aethere miſſo* Jun. *aequore ſummo* Voſſ. *miſſus* Oxon. forte, *ſciſſo*.

229. *Luminis alas*] Falluntur turpiſſime, qui ſic hunc locum contra veterum librorum fidem, in quibus *fulminis* continetur, deformant Val. Flacc. II. 97. *horrifici formatis fulminis alis*. DELR. *fulminis* vetus lectio, hactenus *luminis*. perperam, ut patet ex aliis auctoribus, & numinis antiquis, ubi fulmen alatum. CLAVER. ita *fulminis alas* dixit Valer. Flacc. Lib. II. 97.

230. *Generum*] Id malui ex v. cod. quam, *ſocerum*.

Digitized by Google

Intonat, & teſtes firmant connubia flammae.
Invitae ceſſere Deae. compeſcuit arcum
Cum gemitu, talesque dedit Latonia voces.
Sis memor, ô, longumque vale. reverentia patris
Obſtitit auxilio. nec nos defendere contra
Poſſumus. imperio vinci majore fatemur.
In te conjurat genitor, populoque ſilenti
Traderis, heu cupidas non adſpectura ſorores,
Aequalemque chorum. quae te Fortuna ſupernis
Abſtulit, & tanto damnavit ſidera luctu?

rum. nec alia ratione Venus *confeſſa Deam* apud Virgil. quam quod mortales viſus induerat. ſed hic non ſe videndum praebuit Juppiter. CLAVER. *ſocerum* Ald.

Nimbis Hymenaeus biuleis] Mirum eſt Hymenaeum intonare, & Jovis τῦ βροντᾶντ@· officio fungi. quare *Hymenaeon* legendum puto, ut ad Jovem referatur. *Hymenaeon intonare*, ut *tonare omina*, & ſimilia, de quibus Conſ. Olybr. 208. dictum. Apulejus Met. IV. *Domus tota lauris obſita, taedis lucida, conſtrepebat Hymenaeum.* Heſychius: Ὑμέναι@·, γάμ@·, ἀοιδὴ ἐπιγαμί@·. nihil frequentius apud Poëtas occurrit hac Hymenaei ſignificatione. *perſonare Hymenaeon* Statius Genethliaco Lucani Lib. II. Silv. VII. 87.

Et veſtros Hymenaeon ante poſtes
Feſtis cantibus ipſa perſonabo.

canere Hymenaeon Naſo XII. Met. 215.

Ecce canunt Hymenaeon, & ignibus atria fumant.

Seneca Troadibus:

Tritonum ab alto cecinit Hymenaeum chorus.

HEINS. vide Epith. Pall. 30. Reineſ. ad Daum. Epiſt. XXXIII. vulgatam ſervat & explicat: Hymenaeus, probato per fulmen a Jove conjugio, ſonatur a nimbis, & firmatur conjugium flammis. BURM.

231. *Teſtes flammas*] Ignis jugalis Statii deſignatur. Ovidius:

Cum faciunt juſtos ignis & unda viros.

CLAVER. Quia nuptiae non fiebant, niſi aquam & ignem in limine conjunxiſſet. Naſo II. de Arte,

Quos faciunt juſtos ignis & unda viros.

Serv. ad IV. Aen. 167. *Fulſere ignes & conſcius aether Connubii.* Valer. Flacc. Argon. VIII. 245. *ignem Pollux undamque jugalem Praetulit.* de nuptiis Medeae & Jaſonis. de Stellae & Violantillae nuptiis Statius Lib. I. Silv. 2. princ. hinc *aqua & ignis comites Veneris* ex Varrone Lib. IV. de Ling. Lat. Turneb. Lib. XX. cap. 26. & apud Iſt. in l. 66. ff. de Donat. inter vir. & uxor. *excipere conjugem aqua & igni*, hoc eſt ducere. Cujac. Lib. XI. Obſ. cap. II. rationes varias pete ex Plutarch. Probl. cap. I. DEMPST. *triſtes firmant* Oxon.

232. *Invitae*] *attonitae* Jun.

234. *Sis memor o*] *Sisque memor longumque* Jun.

236. *Majore*] Hic plane comperio θεῦ βίαν, quae major quam cui reſiſti poſſit. quin etiam locus Columellae hunc raptum ſatis (licet alia de re) repraeſentat: *Coeli vis major aut praedonis inceſſit.* ſic Juppiter caeli vice, Pluto vice praedonis eſt. fuit ſane olim, poſt ludos Romuli, raptus & rapina in uſu. Propert.

Nec mea de ſterili facta rapina domo,

quaſi Cornelia a Paulo vi abducta ſit. CLAVER.

239. *Cupidas*] haec vetus lectio. Alii, *cupias*, nullo ſenſu. in Ciri,

Et cupidas ſectum rapiens Galatea ſorores. CLAVER.

239. *Aequalesque choros*] Vetus liber, *aequalemque torum.* DELR. *Aequalemque chorum* rectius, quam *Aequalesque choros*, libri. Ovid. IV. Faſt. 449. in hac fabula:

At chorus aequalis cumulatis flore caniſtris,
Perſephone, clamant.

ubi male nunc legitur, *cumulatae flore miniſtras.* HEINS. ita *aequalis caterva* Val. Flacc. V. 343. VI. 497. VII. 181. *aequalemque torum* Jun. Voſſ. *aequalesque choros* Leid. & Mediol. eadem deſcrepantia ſupra 149. BURM.

240. *Damnavit ſidera luctu*] Meus liber, *damnarunt*, ex illorum opinione, qui fata aſtris & Fortunae imputabant. Lucanus Lib. V. 204. *& adhuc dubitantibus aſtris Pompeji damnare caput.* Lib. II. in Rufin. 240. *Hyperboreo damnatam ſidere Tbylen* dixit. & contra Lib. I. in Rufin. 142.

Heu neſcis, quid fata tibi, quid ſidera demens,
Quid fortuna paret.

mox, *pharetras*, non *pharetram*, ſcripti. HEINS.

Jam neque Partheniis innectere retia luſtris,
Nec pharetram geſtare libet. ſecurus ubique
Spumet aper, ſaevumque fremant inpune leones.
Te juga Taygeti, poſito te Maenala flebunt
Venatu, maeſtoque diu lugebere Cyntho.
Delphica quin etiam fratris delubra tacebunt.
Interea volucri fertur Proſerpina curru,
Caeſariem diffuſa Noto, planctuque lacertos
Verberat, & queſtus ad nubila rumpit inanes.
Cur non torſiſti manibus fabricata Cyclopum
In nos tela, pater? ſic me crudelibus umbris
Tradere, ſic toto placuit depellere mundo?
Nullane te flectit pietas? nihilumne paternae
Mentis ineſt? tantas quo crimine movimus iras?
Non ego, quum rapido ſaeviret Phlegra tumultu,

Signa

243. *Saevique fremant leones*] *ſaevumque* Moreti liber. optime. ſupra Lib. 1. 285.

Stabant ante fores juncti, ſaevumque fremebant.

plura diximus Conſ. Olybr. 119. habuimus jam ante hoc libro ex potioribus membranis, *Praeſagum cecinere fores.* HEINS. *ſaevique premant* Leid.

246. *Delphica quin* &c.] Oraculorum defectum inſinuat, quem Chriſto nato accidiſſe Eccleſiaſtici ſcriptores produnt, nec ipſe impietatis magiſter Symmachus negare audet Lib. IV. Ep. 33. victus nempe a Prudent. Apotheoſi, ex quo

——— *hominis Deus induit artus,*
Delphica damnatis tacuerunt ſortibus antra,
Non tripodes cortina tegit &c.

Sane ſub Nerone ſiluiſſe oracula habes ex Lucan. Lib. V. princ.

——— *multoſque obducta per annos*
Delphica fatidici reſerat penetralia Phoebi.

Nec omiſerim ex Euſebio id ultimum oraculorum cenſeri:

Me puer Hebraeus divos Deus ipſe gubernans
Cedere ſede jubet, triſtemque redire ſub orcum. DEMPST.

Delubra tacebunt] *filebunt* primus Vaticanus. HEINS.

247. *Curru*] *curſu* Oxon.

249. *Queſtus ad nubila fundit inanes*] Vetus liber, *rumpit.* DELR. Tres, *tendit*, unus, *tollit.* plerique omnes, *rumpit.* idque vere, id eſt, effundit. Maro Lib IV. Aen. 553.

Tantos illa ſuo rumpebat pectore queſtus.

Valer. Flacc. Lib. I. 508. *meritos fas & mihi rumpere queſtus.* Lib. IV. 42.

Tum lacrimis, tum voce ſequi, tum rumpere queſtus.

Virgilius tamen in Ciri:

Has adeo voces, atque haec lamenta per auras
Fluctibus in mediis queſtu volvebat inani.

HEINS. *per nubila* Mediol. *per nubila condit*, ſed pro varia lectione *fundit* Leid. *planctus profert ad nubila inanes* Voſſ. ſed *rumpit* verum eſt. ita Ovid. I. Art. 539. *rupitque noviſſima verba.* ita *rumpere gemitum ad ſidera* Silius IV. 458. *rumpere voces* noſter Bel. Gild. 235. & paſſim alii. vid. ad Virg. II. Aen. 129. BURM.

250. *Manibus fabricata Cyclopum*] Ex Ovid. I. Met. 259.

Tela reponuntur manibus fabricata Cyclopum.

vid. Lib. I. 237. mox, pro *fic me*, *fic mas* Oxon. *Tela pater fic me placuit cr.* Voſſ. *crudeliter* Jun. *umbris condere* Oxon. BURM.

251. *Crudelibus umbris Tradere*] Puteaneus, *Credere.* quod elegantius, ut dictum alibi. unus etiam Petav. *defendere mundo*, pro *depellere*, venuſte. quod monui Lib. III. in Stilich. 169. mox, *nihilumne paternae Mentis*, pro *nullumne* tres noſtri, quod ex ſuo codice Claverius jam occupavit. HEINS.

252. *Mundo*] MS. Giſelini, *coelo.* DELR. *licuit depellere mundo* Mediol.

253. *Nihilumne*] Sic vet. lib. alii, *nullum*, non bene. CLAVER. *nullumve* Mediol. Oxon. & ed. Parm. *nullumne* Leid. ed. Vicet. Junt. Ald. Iſingr. & aliae.

255. *Non ego, quum rapido*] Lego, *rabido.* ſic *rabidi clamores*, *rabida bella* & ſimilia. HEINS. *Non ego te contra quateret cum Phlegra tumultus*, unus Hein-

Digitized by Google

Signa Deis adverſa tuli: non robore noſtro
Oſſa pruinoſum vexit glacialis Olympum.
Quod conata nefas, aut cujus conſcia noxae
Exſul ad inmanes Erebi detrudor hiatus?
O fortunatas, alii quaſcumque tulerunt
Raptores! ſaltem communi Sole fruuntur.
Sed mihi virginitas pariter coelumque negatur:
Eripitur cum luce pudor: terrisque relictis
Servitum Stygio ducor captiva tyranno.
O male dilecti flores, deſpectaque matris
Conſilia, o Veneris deprenſae ſerius artes!
Mater io, ſeu te Phrygiis in vallibus Idae
Mygdonio buxus circumſonat horrida cantu,
Seu tu ſanguineis ululantia Dindyma Gallis
Incolis, & ſtrictos Curetum reſpicis enſes,
Exitio ſuccurre meo: conpeſce furentem:
Conprime ferales torvi praedonis habenas.

Ta-

Heinſii, Leid. Mediol. & edd. Vicet. Parrhaſ. & Parm. niſi quod, *tumultu.* de *rabido* vide I. Stilich. 188. Bell. Get. 520. color ductus ex Virgil. IV. Aen. 425. BURM.

256. *Non robore*] nec multi. mox, *glacialis vexit* Oxon.

258. *Cujus conſcia noxae*] Sic duo Vaticani & quinque alii, cujus gloſſema eſt τὸ *culpae*, quod in vulgatis libris exſtat. Seneca Phoeniſſis:

Non video noxae conſcium noſtrae diem.

HEINS. *cujus noxia noxae* Voſſ. & Leid. *noxa* idem quod crimen, culpa. Ovid. Ep. VII. 106.

Invidiam noxae detrahis ille meae.

I. Met. 214. *quantum noxae ſit ubique repertum.* BURM.

260. *Alii*] *alias* Leid. Oxon. & tunc legendum, *quoſcumque.* ut in Leid. deinde *luce fruuntur* Jun. Voſſ. Med. & unus Heinſ. *luce fruentes* Leid.

262. *Coelumque negatur*] Malo, *negantur.* HEINS.

263. *Eripitur cum luce pudor*] Vulgo, *ſole.* quod ferri non poteſt, quia praeceſſerat, *communi ſole fruuntur.* ubi *communi* dixerat, quia alius apud Inferos ſol. Virgil. VI. Aen. 641. *ſolemque ſuum, ſua ſidera norunt.* noſter paulo poſt vs. 284.

——— *lumenque videbis*
Purius, Elyſiumque magis mirabere ſolem.

quomodo legendum & libri veteres & ratio poſtulant, non *Elyſios campos.* Vetus Epitaphium in Catalectis Pithoei (Lib. III. p. 135.)

Numina nunc inferna, precor, Patri date lucos,
Quis eſt purpureus perpetuusque dies.

Pindarus od. II. Olymp. 109. de inferis:

Ἴσαι δὲ νυκτὸς αἰεὶ
Ἴσαι δ' ἐν ἡμέρᾳ πάλι-
- ον ἔχοντες ἀκτινίσιν,
Ἐπλοὶ τιμοῦσι βίοτον.

HEINS. Valer. Flacc. I. 843.

——— *donec ſilvas & amoena piorum*
Deveniam, campoſque, ubi Sol, totumque per annum
Durat aprica dies.

264. *Infelix Stygio*] Unus MS. *Servitum*, alter *Servitium.* auget παλαιστὰν, non, inquit, uxor aut pellex, ſed vile aliquod & quaſi de lapide emtum mancipium futura ducor. *Servitium* Ciceroni, Salluſtio, Livio nota vox eſt DELR. Haec epitheti (ſi fas) geminatio uſitata eſt Horatio & Virgilio, tamen Scaliger minus probat, at *ſupplices miſeros* habet Albius. ſed verius eſt *captiva* ſubſtantivum, niſi me animus fallit. Alii, *Servitium* & *Servitum*, quod non reperi in MS. CLAVER. *Servitum ducor* Aldus & membranae propemodum omnes, niſi quod in nonnullis, *Servitium*, corrupte. vulgati, *Infelix ducor.* Virgil. II. Aen. 786. *Grajis ſervitum matribus ibo.* Silius Lib. XVII. 196. *potui traducere captam Servitum gentem.* HEINS. Silius Lib. II. 570. *Sidoniis famulatum matribus aſtae. ſervitium* pro ſervo dixit & I. in Eutr. 43. & 150. BURM.

270. *Deſpicis enſes*] Sic quidam excuſi, alii, *deſeris*, nonnulli, *exſeris.* duo veteres libri, tot enim, nec amplius, ope, hunc Poëtam emendavi, *reſpicis.* DELR. *Deſeris* Mediol. Leid. & edd. Vicet. Parm. *deſpicis* Dan. Heinſius ad Silium Ital. III. 348. *reſpicis* Aldus. mox pro *Exitio*, *Exilio* Jun. & pro *praedonis*, *raptoris* Idem.

273. *Flo-*

Digitized by Google

Talibus ille ferox dictis fletuque decoro
Vincitur, & primi ſuſpiria ſentit amoris.
Tunc ferrugineo lacrimas detergit amictu,
Et placida maeſtum ſolatur voce dolorem:
Deſine funeſtis animum, Proſerpina, curis,
Et vano vexare metu. majora dabuntur
Sceptra, nec indigni taedas patiere mariti.
Ille ego Saturni proles, cui machina rerum
Servit, & inmenſum tendit per inane poteſtas.
Amiſſum ne crede diem. ſunt altera nobis
Sidera, ſunt orbes alii: lumenque videbis
Purius, Elyſiumque magis mirabere ſolem,
Cultoresque pios. illic pretioſior aetas,
Aurea progenies habitant: ſemperque tenemus,
Quod Superi meruere ſemel. nec mollia deſunt
Prata tibi. Zephyris illic melioribus halant
Perpetui flores, quos nec tua protulit Henna.

290. Eſt

273. *Fletuque decoro*] *planctuque* Voſſ. & ſecundus Vatic. ut ſupra 248. *planctuque lacertos verberat.* HEINS.

274. *Sensit*] *ſenſit* Jun. Oxon. Voſſ. duo, unus Heinſii.

275. *Lacrimas*] Hic Plutonem flere demiror. ſed hae ſunt quaſi lacrimae, ut Juriſperitus aliquis dicat. Ovidius praeclare: *Dixit: & ut lacrimae, neque enim lacrimare Deorum eſt, Decidit in tepidos lucida gutta ſinus.* CLAVER. pro *detexit*, *detergit* ſcripti. mox *timorem* pro *dolorem* Moreti codex. *pudorem* primus Vatic. HEINS. vide infra vs. 323. *detexit* quosdam legere patet ex Parrhaſ. & ita edd. Vicet. Parm. Junt. Ald. Colin. *deterſit* editiones priores. male autem Claverius lacrimas Plutonis explicat, cum ille Proſerpinae lacrimas veſte ſua detergat. BURM.

278. *Vano*] Voſſ. & Jun. mox, *patiare* Voſſ.

280. *Ille ego*] *Nempe ego* Oxon. duo. *Illa* unus Heinſii. *Nata ego* Jun. *machina mundi* Voſſ. Oxon.

282. *Amiſſum*] In his verſibus amoenitatem ſingularem notat Scaliger, quam ſane Virgilio partim acceptam ferimus. CLAVER. Ex Statio haec partim ſumta, qui Libro VIII. 46. *amiſſumque odiſſe diem.* & vs. 47. *Stygium coelum* Lib. V. Silv. III. BURM.

283. *Orbes alii*] *ignes alii* Jun. Oxon. quod ex Gloſſa, quae *orbes* ſtellas & ſidera explicat. in Leidenſi planetas exponebat interpres. *lumenque* Mediol.

285. *Purius*] *Clarius* Jun. Voſſ. vide ad Valer. Flacc. I. 844. & ad Petron. CXX. ſupra ad vs. 263. *mirabile* Voſſ. *Elyſiumque magis m. ſolem* Ald.

Elyſiasque magis mirabere campos] Sic hactenus a cunctis lectum fuit, neque ego quidquam immutavi, quia ſubjungit, *cultoresque pios.* & videri poſſit ad illa Maronis reſpexiſſe, *Quamvis Elyſias miretur Graecia campos.* Verum ne ipſa quidem. v. l. lectio inepta eſt, *Elyſiumque magis mirabere Solem.* dixit enim Virgilius Lib. VI. 640. *Largior hic* (apud inferos) *campos, aether, & lumine veſtit Purpureo, Solemque ſuum, ſua ſidera norunt.* DELR.

286. *Aurea progenies habitat*] *habitant* prim. Vatic. bene. HEINS.

287. *Meruere*] *tenuere* Jun. duo, Voſſ. Leid. Mediol. & Pulm. MS.

Nec mollia deſunt Prata tibi] Lege, *deerunt* vel ſine ſcriptis. Virgil. II. Georg. 199.

Non liquidi gregibus fontes, non gramina deerunt.

ſic optimus Mediceus. vulgo pari modo peccatur, ut & apud Lucanum Lib. I. 349.

Omnia dat, qui juſta negat. nec numina deerunt.

ita enim duo codices ex praeſtantioribus, quos vidi. neque aliter ſcribendum apud Statium v. Theb. 109.

Inveni, promitto viam, nec numina deerunt,
Qua renovanda Venus.

ubi pari modo peccatur. Valer. Flacc. Lib. VII. 68. *nec femina deerunt Quae prius ipſe dabam.* rurſus Maro VII. An. 261.

——— *non vobis rege Latino*
Mollitis uber agri Trojaeve opulentia deerit. HEINS.

289. *Quas nec tua protulit Henna*] Sic Bononienſis liber. quod & in ſuis videtur inveniſſe Parrhaſius. dictum ſupra. HEINS. *Quas non* Jun.

290. *Ar-*

Digitized by Google

Est etiam lucis arbor praedives opacis,
Fulgentes viridi ramos curvata metallo.
Haec tibi sacra datur. fortunatumque tenebis
Autumnum, & fulvis semper ditabere pomis.
Parva loquor. quidquid liquidus conplectitur aër,
Quidquid alit tellus, quidquid salis aequora verrunt,
Quod fluvii volvunt, quod nutrivere paludes,
Cuncta tuis pariter cedent animalia regnis,
Lunari subjecta globo; qui septimus auras
Ambit, & aeternis mortalia separat astris.
Sub tua purpurei venient vestigia reges
Deposito luxu, turba cum paupere mixti.
Omnia mors aequat. tu damnatura nocentes:
Tu requiem latura piis: te judice fontes
Inproba cogentur vitae conmissa fateri.
Accipe Lethaeo famulas cum gurgite Parcas.
Sit fatum, quodcumque voles. Haec fatus ovantes

Ex-

290. *Arbor*] Sacer est ramus aureus Proserpinae, quod avaritia in infernum ducat. Servius ad illud VI. Aen. 148. *petit ferri Proserpina munus.* seu, *quod sapientia mortem ipsosque manes vincat*, ideo Aeneas ad sapientissimam Dearum Proserpinam penetravit hoc duce. Plato in Cratylo. DEMPST.

Praedives opacis] *amoenis* sec. Vatic. Isingr. *Averni.* lego, *Avernis.* Virg. VI. Aen. 117.

——— *nec te*
Noquidquam lucis Hecate praefecit Avernis.

& v. 564.

Sed me cum lucis Hecate praefecit Avernis.

Silius Lib. VI. 154.

Letbaeam ripam & lucos habitabat Avernos.

sic & *tenebrae Avernae* Silio XV. 76. *valles Avernae*, & similia passim apud Poëtas. *Averna Juno* eidem Silio Lib. XIII. 601. apud Virgil. Georg. IV. 493. ex optimis membranis, *terque fragor stagnis auditus Avernis.* ubi *Averni* perperam est in vulgatis. *Averna loca* bis terve apud Lucretium Libro VI. occurrunt. HEINS. *Avernae valles* Ovid. X. Met. 51. *freta Averna* Virgil. I. Georg. I. 64. *palus Averna* Val. Flacc. VI. 158. blandius tamen puto, *opacis*, vel *amoenis*, & *Averni* ex glossa natum. BURM.

291. *Fulgentes viridi*] *Gradivo* prim. Vatic. nil muta. *viride metallum* ramum aureum vocat. sic Lib. I. 183. in veteri codice Moreti:

——— *pingunt maculosa virentes*
Terga notae, rutilum squamis interviret aurum.

HEINS. vide Bartholin. de Luce Anim. pag. 14. *viridi ramo* ed. pr. Barthii.

292. *Tenebis*] *videbis* Jun. *tenemus* Oxon.

293. *Ditabere pomis*] Junianus, *dotabere.* sic Lib. I. in Eutr. 91. *juvenum flammis Epbyrete Leis Et genibus dotata mari.* quomodo vetus liber. IV. Conf. Hon. 647. *veniet rursus omnibus arvis Et tota dotata mari.* Laude Serenae v. 43.

Seque minus jactet Libycis dotata trophaeis.

Nuptiis Honorii Aug. 281. *toto pariter dotabere mundo.* HEINS. Semel tantum dotatur conjux, non semper. quare *ditabere* praeferrem. BURM.

295. *Salis aequora*] Sic habet vetus codex, quod vena Maronis dignum est. Aen. III.

Et salis Ausonii lustrandum navibus aequor.

alias legitur, *maris.* CLAVER. Claverii codex, *salis*, non *maris.* HEINS.

Verrunt] MS. *vertunt.* DELR. *verrit* Voss.

297. *Animalia regnis*] *animantia* Junianus. HEINS.

298. *Globo*] *polo* Voss.

300. *Vestigia reges*] *fastigia* Barthius. sed *vestigia* pro pedibus posuit. Ep. ad Seren. 36.

Sub pedibus regitur terra fretumque tuis.

ubi vide quae noto. HEINS. vide I. in Eutrop. 173.

301. *Cum paupere*] *non paupere* Voss. *mixtim* Oxon.

305. *Gurgite*] *judice* Oxon. *sub judice*, & in margine *gurgite*, Leid. cum glossa, *quae excludantur in Lethea palude.*

306. *Sit fatum quodcumque velis*] Unus MS. *Sit-*

que

Exhortatur equos; & Taenara mitior intrat.
Conveniunt animae, quantus truculentior Auſter
Decutit arboribus frondes, aut nubibus imbres
Conligit, aut frangit fluctus, aut torquet arenas.
Cunctaque praecipito ſtipantur ſecula curſu
Inſignem viſura virum. mox ipſe ſerenus
Ingreditur, facili paſſus molleſcere riſu,
Diſſimilisque ſui. dominis intrantibus ingens
Adſurgit Phlegethon. flagrantibus hiſpida rivis
Barba madet, totoque fluunt incendia vultu.
Occurrunt properi lecta de plebe miniſtri.

Pars

que ratum q. voles. Alter, *Sit factum q. voles.* DELR. *Factum* vetus liber & Mirandulae excerpta. nam apud Deos dictum ac factum ejusdem momenti eſt. Servius in iſtud Jovis ad Junonem, *Do quod vis, bene praeſenti viſus eſt*, inquit, *nam promiſſio nimirum pro facto eſt.* Alii, *fatum*, vel, *Sitque ratum*, quibus fua non deeſt ratio. CLAVER. *Sit fatum, quodcumque voles*, ut in illo Lucani Lib. V. 92.

Sive cenſ fatum, ſeu, quod jubet ille, canendo
Fit fatum.

duo ſcripti, *Sitque ratum*, etiam non male. Claverius & quatuor e noſtris, *Sit factum.* Forte, *ſanctum*, vel *pactum.* nam *fata* paulo poſt ſequuntur. ita Lib. III. 65. *hoc ſanctum*, ubi & codices, *pactum. voles* etiam, non *velis*, ſcripti. Forte, *Sitque ratum, quodcumque voves.* HEINS.

306. *Haec fatus*] *Sic fatus* Jun. Voſſ. duo. *hoc* Mediol.

307. *Taenara*] *Tartara* plurimi ſcripti. vid. Lib. I. 2. & Ovid. IV. Faſt. 612. *exhortatur equos* ex Ovid. X. Met. 403. eſt deſumtum. *mitius inſeruit* Jun.

308. *Truculentior*] *violentior* plerique ſcripti & ed. Ald. ita *violentus Corus* II. in Eutr. 5. contra Ovidius Ep. XI. 9. *multoque ſuis truculentior Euris.* parum refert. *quamvis violentior* Voſſ. BURM.

309. *Decutit*] Haec comparatio vel auctore Scaligero fluxit ex VI. Aen. 309. ubi,

Quam multa in ſilvis autumni frigore primo
Loſſa cadunt folia.

CLAVER. *diſcutit* Jun. Voſſ. *Arboribus frondes decutit aut nubibus imbres* Leid.

311. *Stipantur Tartara curſu*] *ſaecula* Aldus & plerique ſcripti. Gloſſa Oxon. *ſecula, animas omnium ſeculorum* interpretatur, & recte. Statius Theb. XI. 592. ſimiliter de inferis:

Creſcat opus, totiſque exſpectent ſecula ripis.

Prudent. Pſychom.

——— *Nobis diſſima Tartara debent*
Quos retinent populos, quos vorarunt ſecula noſtrum eſt.

optime haec interpretatur Silius Lib. XIII. 438. & ſeqq. & 527. noſter Lib. II. in Rufin. 473.

Huc poſt emeritum mortalia ſecula vitam
Deveniunt.

Cicero Somnio Scipionis: *Ille vere vertens annus appellari poteſt, in quo vix dicere audeo, quam multa ſecula hominum teneantur.* paulo ante *Taenara* pro *Tartara* bene cum ſcriptis Raphelengius. HEINS. ſic *virum ſecula* Virg. II. Georg. 295. vid. Barth. ad Stat. XI. Theb. 592. pro *ſtipantur* in Mediol. *ſupersantur*, mox *viſura virum* idem. in Leidenſi erat gloſſa *ſpoliantur*, quod *ſtipantur* vix convenit. BURM.

312. *Ipſe*] *ille* Jun.

313. *Facile*] Forte, *faciem paſſus molleſcere riſu.* nam *ſe* ſubintelligere cum Barthio durius. & de vultu agi docent ſequentia *Diſſimilisque ſui.* quod ex Ovidio XI. Met. 274. vide ad Albinov. Eleg. in Druſ. 87. ſupra Lib. I. 82. *diras inclementiam formae* ipſi dederat. BURM.

314. *Intrantibus*] Manu exaratus liber, *venientibus.* DELR. vid. ſupr. 307. & II. in Rufin. 457. *facilis dominis* Mediol. ſuperfluo & ex proximo verſu repetito vocabulo. mox, *barba madent* idem.

315. *Adſurgit*] Aſſurgere eſt honore afficere. apud Plut. in Pompejo, Sylla ei aſſurgebat. Servius in II. Georg. 98. *Aſſurgit quibus & rex ipſe Phaneus.* Suet. Aug. LVI. Tiber. XXXI. Gell. VI. 9. Valer. III. 7. de Accio poëta Tull. II. Catil. *quis tibi intranti aſſurrexit.* Auſon. Ep. VI. *Aſſurgit Muſae noſtra Camoena tuae.* noſter de laud. Stilich. Lib. III. princ. *viſoque aſſurgere ſemper pulvere.* DEMPST.

316. *Totoque*] *tantoque* Jun. Heinſius, *toſto.* vid. II. de laud. Stilich. 460. *tetro* Barthol. de Luc. Anim. pag. 77. BURM.

317. *Occurrunt properi*] Non *propere* libri. HEINS. *concurrunt* Jun. vide ad Ovid. III. Amor. VI. 2.

Lecta de pube] vetus liber, *lecti.* DELR. *lecta* Jun. *lecti* Mediol.

318. *Re-*

Digitized by Google

Pars altos revocant currus, frenisque solutis
Vertunt emeritos ad pascua nota jugales.
Pars aulaea tenent, alii praetexere ramis
Limina, & in thalamum cultas extollere vestes:
Reginam casto cinxerunt agmine matres
Elysiae, teneroque levant sermone timores,
Et sparsos religant crines, & vultibus addunt
Flammea, sollicitum praevelatura pudorem.
Pallida laetatur regio, gentesque sepultae
Luxuriant, epulisque vacant genialibus umbrae.
Grata coronati peragunt convivia manea.
Rumpunt insoliti tenebrosa silentia cantus.
Sedantur gemitus. Erebi se sponte relaxat

Squa-

318. *Revocant*] *revocas* Jun. Voss. Oxon. *revocant altos* Jun. alt. sed quid est *revocare currus*? quod deberet notare currentes a cursu retrahere. Parrhasius explicat, loco restituunt, aut reducunt. hoc certe deberet significare. forte scripserit, *removent*, id est, e medio movent, ad stabula trahunt. sic *revocare* & *removere* confusa apud Ovid. Epist. XIII. 49. BURM.

320. *Ramis*] Statius, *obtendunt limina ramis*. vide Lucianum & Palladii Epith. CLAVER.

321. *Limina, & in thalamum*] Vulgo, *thalamis*, sec. Vatic. *thalamos*, non male. HEINS. *thalamos* etiam Voss. *thalamum* Ald. *extendere* MS. Pulm. quod esset pro sternere vestibus thalamum.

322. *Cinxerunt agmine*] Victoris liber, *cinxerunt ordine*. Solemnem nubentium morem respicit, cujus nec Papinius oblitus fuit, dum in Thebaide nuptias Polynicis & Tydei describit: *casta matres cinxére corona Argolicae*. quare crediderim perperam in meo MS. haberi, *conservant*. DELR. *circumdant* Jun. alter. *duxerunt* Mediol. & Leid. *undique matres* Jun. prior. an in illo *conservant*, latet, *constipant*? sed *cinxerunt* placet satis. Epith. Hon. 171. *nudae Venerem cinxere catervae*, vid. Parrhas. *agmine* vero & *ordine* confuderunt etiam Cons. VI. Hon. 633. vide ad illa Ovid. Ep. XVI. 183.

Occurrent denso tibi Troades agmine matres. BURM.

323. *Doloris*] Ita vetus codex, forte pro *dolores*. At *levare doloris* defendi potest. Virgil. etiam dixit, ut Claudianus noster, *laetus laborum*. sed magis ad rem dixit Horatius Graeca ratione: *abstinto irarum*, & *define querelarum*. & Apuleius, *recreabar animi*. si tamen mavis *dolores*, nil repugno. Statius, *Exhaustus fermone dolor*. CLAVER. *teneroque levant sermone timorem* Moreti liber. primus Vatic. cum aliis plerisque, *tenero timores*. nonnulli cum Isingrino, *teneros timores*. vulgo, *teneros dolores*. ex illis Statii haec adumbrata Theb. II. 227.

——— *castae matres cinxére corona*
Argolides: pars virginibus circum undique fusae
Foedera conciliant nova, solantur que timorem.

Ovid. X. Met. 466.

Accipit obscoeno genitor sua viscera lecto,
Virgineoque metus levat, hortaturque timentem.

Noster supra 276. ut idem Moreti codex: *Et placida moestum solatur voce timorem*. Isingrinianum illud, *teneros dolores* non displicet. pari modo apud Statium habes Theb. II. de Polynice: *teneramque dolorem Conjugis amplexu solatur*. HEINS. *teneros dolores* Vicet. Parm. Junt. Isingr. Colin. vide ad Ovid. IX. Met. 305. *tener fermo* dictus, ut *tener cantus* Lib. I. 245. *timores* etiam in MSS. Lib. III. 69. BURM.

324. *Religant*] *relegunt* Oxon. *relevant* Mediol.

325. *Flammea*] Ne a quoquam prius nupta conspiceretur, quam a marito, velato capite ad eum ducebatur. Ovid. III. Fast. *Anna tegens vultus, ut nova nupta, suos*. velamen hoc flammeum Martial. XII. 79. XII. 42. Suet. Neron. XXVII. Isidor. IX. 8. Catul. Epith. *Flammeum videor videre*. Noster Epith. Hon. Fescen. 102. *Jam produnt lacrimas flammea simplices*. gemmis ornabatur. Idem I. de laud. Stilich. 83. *gravibus subnectens flammea gemmis*. color ei luteus. Lucan. II. 361. *Lutea demissos velarunt flammea vultus*. a lutea herba, quam Graeci *ἴσατιδα*, Latini *glastum* vocant. Plin. XXI. 8. DEMPST.

Praevelatura pudorem] *praevellatura* ed. Vicet. & Parm. *praevallatura* Florent. S. Marci. HEINS. vid. II. in Rufin. 465.

330. *Sedantur*] *sed dantur* Voss. *Sedantur planius* Oxon. *gemitus Erebi, se* &c. ita distinguunt Voss. Leid. & edd. Junt. Ald. & plures alii. mox pro *aeternam*,

Squalor, & aeternam patitur rarescere noctem:
Urna nec incertas versat Minoïa sortes:
Verbera nulla sonant, nulloque frementia luctu
Inpia dilatis respirant Tartara poenis.
Non rota suspensum praeceps Ixiona torquet:
Non aqua Tantaleis subducitur invida labris.
(Solvitur Ixion: invenit Tantalus undas.)
Et Tityos tandem spatiosos erigit artus:
Squalentisque novem detexit jugera campi:
Tantus erat. laterisque piger sulcator opaci
Invitus trahitur lasso de pectore vultur,
Abreptasque dolet jam non sibi crescere fibras.
Oblitae scelerum, formidatique furoris,
Eumenides cratera parant, & vina feroci
Crine bibunt: flexisque minis jam lene canentes
Extendunt socios ad pocula plena cerastas,
Ac sestas alio succendunt lumine taedas.

Tunc

nam, *infernam* Voss. quae variatas & apud Lucan. VI. 781.

331. *Rarescere*] Alias, *clarescere*. sed apud Maronem, *Rarescunt plaustra Peleri*. & alibi, *Crebescunt optatae aurae*. CLAVER. *rorescere* edit. pr. Barthii, sed vitiose.

332. *Urna Minoia*] In judiciis usus urnae frequens, in quam nomina citandorum conjiciebantur. noster Lib. II. in Rufin. fine: *nigrique trahunt ad judicis urnam*. Horat. III. od. 1. Stat. II. Silv. fine. Senec. Herc. Fur. Act. III. Sc. II.

Judicia trepidis fera sortitur reis.

Serv. ad VI. Aen. *sortiri judicem*. Plin. in Praefat. operis sui. l. *Judaei* C. de Judaeis. l. *denuntiasse* ff. de Adult. l. *quoties* §. ult. C. de Privil. Schol. Lib. XII. qui ritus ab Athenienfibus fluxit, ob idque reprehensus Solon apud Aristot. Lib. II. Polit. cap. X. DEMPST.

333. *frementia*] *tremendia* Jun.

335. *Non rota*] *Nec rota* Voss. & Mediol. qui mox, *nec aqua*.

336. *Tantalicis*] Unus MSS. *Tantaleis*. DELR.

337. *Solvitur Ixion*] Versus hic ex duobus superioribus conflatus, ac proinde vel invitis libris expungendus est. quod eruditos interpretes fugisse miror. *Tantaleis* pro *Tantalicis* paulo ante legendum. sic Poëtae, Virgilius in Culice:

Hic & Tantalei generis decus altus Atrides.

Statius Theb. I. 279. *Tantaleis consedere tectis*. ubi *consistere* perperam nunc legitur. Idem Lib. XI. *funera mensae Tantaleae*. Propert. II. El. I.

Tantalea poterit radere poena manu.

Ita omnino scribendum, non *tradere*. sic & *radere fluctus*, *radere metam*, & similia. HEINS. *humida labris* Voss. Heinsius legebat, *uvida*.

338. *Et Tityus*] *Tityos* duo. bene. HEINS. *Tityon* Voss. *spatiosus* Voss. *exigit artus* Oxon.

340. *Laterisque*] *lacerique* Voss. mox, *lasso de corpore* Jun. *lapso* Voss. *laxo* unus Heinsii.

342. *Abreptasque fibras*] Malim, *Abruptasque*. ut apud Statium in Silvis: *abruptis debile venis Vulnus hiat*. HEINS. *arreptasque* plurimi scripti. *directasque d. non jam* Voss. an *direptas*?

343. *Formidatique furoris*] *formidandique* Exc. Putean. cum duobus Vaticanis & Bartholiniano. & mox, *laeta canentes*, non *lene*, unus Petav. HEINS. *sceleris* MS. Pulm. *formidatoeque* Jun. *timoris* Voss. *doloris* Voss. alter. *formidandique timoris* Leid. & Mediol.

345. *Crine*] *Carne* Voss. mox pro *facies*, *facias* Jun. Voss. & Mediol. ita apud Lucan. VI. 679. quidam codices *Libycae cerastae*.

347. *Ac sestas*] *faustas* olim correxerat Heinsius, sed mutavit sententiam. vid. Epith. Hon. 196. & supra Lib. I. 40. *At sestas* Oxon. Voss. duo, Leid. & Mediol. *Et* Jun. *aliae* multi scripti & Mediol. *flammas* etiam Voss. *alio*, non infernali & infausto, ut solent. BURM.

348. *Pa-*

Digitized by Google

Tunc & peſtiferi pacatum flumen Averni
Innocuae tranſiſtis aves, flatumque repreſſit
Amſanctus: fixo tacuit torrente vorago.
Tunc Acheronteos mutato gurgite fontes
Lacte novo tumuiſſe ferunt, ederisque virentem
Cocyton dulci perhibent undaſſe Lyaeo.
Stamina nec rumpit Lacheſis, nec turbida ſacris
Obſtrepitant lamenta choris. mors nulla vagatur
In terris, nullaeque rogum planxere parentes.
Navita non moritur fluctu, non cuſpide miles.
Oppida funerei pollent inmunia leti.
Inpexamque ſenex velavit arundine frontem
Portitor, & vacuos egit cum carmine remos.
Jam ſuus inferno proceſſerat Heſperus orbi.
Ducitur in thalamum virgo. ſtat pronuba juxta
Stellantes Nox picta ſinus, tangensque cubile
Omina perpetuo genitalia foedere ſancit.

365. Ex-

348. *Pacatum flumen Averni*] Sic Aldus & ſcripti, non *limen*. Apud Virgilium eadem habes, & Ariſtotelem εἰς θαυμασίων ἀκουσμάτων. qui tamen de avibus falſum hoc adfirmat, cum multi illic cygni inveniantur. HEINS. *fulmen* Oxon. Voſſ. *flumen* etiam Mediol. & Leid. pro varia lectione. & Junt. marg. Iſingr.

349. *Innocuae*] Eleganter. ſic Bell. Get. 12. *navis innocua*, id eſt, illaeſa. apud Tacitum *ignarus* pro ignoto. CLAVER.

tranſiſtis] *wanſuis* Voſſ. Leid. & Mediol. *fletumque* Voſſ.

350. *Amſanctus*] *Axantus* Voſſ. alter. *Acantus* Mediol. *Xanthus & fixo tacuit* Voſſ. prior. *An Xanthus* Colin. *Anxantus* Ald. Junt. *Anfractus* Parm. Gryph. & aliae. *Acantus* Leid. & pro varia lectione, *anfractus. fixo tacuit* plurimi.

353. *Undaſſe Lyaeo*] ſic ſcripti. vulgo, *ſtagnaſſe*. noſter infra Lib. III. 25. *Undaret neu ſilva favis*. parum refert. Silius Lib. I. 126.

Idaeoque lacus ſtagnantes ſanguine cerno.

ita lego. vulgo perperam, *ſtagrantes*. mox *ſtamina non rumpit*, pro *rupit* meliores. HEINS. *tumuiſſe Lyaeo* Jun. verſu priore pro *tumuiſſe*, *timuiſſe* Mediol. & Leid. ſed pro varia lectione *tumuiſſe*. pro *undaſſe* etiam *tumuiſſe* Jun.

355. *Obſtrepitant*] *obſtreperent* Leid. mox, pro *nullaeque*, *nullique* Oxon. duo, Jun. Leid. unus Heinſ. edd. Vicet. Parm. Parrhaſ. Ald. Junt. Gryph. Colin. pro *parentes*, *ſorores* Oxon. a m. s. pro *choris* etiam *thoris* Mediol. & *nulli regum*.

358. *Pollent*] *pallent* Jun. *immania* Leid. Mediol. & mox, *ſenes* Mediol.

359. *Impexas*] Haec ſane vetus ſcriptura, quam rejicere non potui, licet ſpecioſior ſit in altero codice, *Implexa* & *frontem*, non *impexas crines*. At Virgil. de eodem: *Canicies inculta jacet*, niſi propter nuptias quis velit ei artificium adſtruere. CLAVER. *Impexam frontem* libri fere omnes, niſi quod in quibusdam *Implexam*, quod doctiſſimus Gronovius Diatr. Stat. cap. XVII. amplexus eſt. vulgo, *Impexas crines. impexam frontem* dixit, quomodo Virgilius Lib. VI. 300. *canitiem inculta* de eodem Charonte. cui & *impexam barbam* dedit Seneca Hercule Furente 765.

Pavidosque manes ſqualidus vehat ſenex.
Impexa pendet barba.

HEINS. *canitiem impexam* dixit & Statius Lib. III. 138.

360. *Egit*] *vexit* Voſſ. credo pro *duxit*, ut exponit Gloſſa Leidenſis codicis. mox pro *proceſſerat*, *praeceſſerat* Jun. duo.

361. *Heſperus*] Noctu tantum nuptae olim ducebantur ad maritum. hinc poëtarum in Epithalamiis preces, ut nox properet. Plutarch. Probl. cap. LXV. ex Varrone Serv. ad Ecl. VIII. DEMPST.

363. *Stellantes*] *ſtellatos* Jun. *picta* Voſſ.

364. *Omina perpetuo*] Guilelmus Canterus, vir Graece & Latine doctus, Novis ſuis Lectionibus, hic *omina* legi juſſit, cujus conjecturam ſexaginta ante annos ſcholiaſtes approbavit, & ea eſt MSS. & veterum impreſſorum lectio. DELR. *Omina* ve-

Exſultant cum voce pii, Ditisque ſub aula
Talia pervigili ſumunt exordia plauſu.
Noſtra parens Juno, tuque o germane Tonantis
Et gener, unanimis conſortia diſcite ſomni,
Mutuaque alternis innectite colla lacertis.
Jam felix oritur proles: jam laeta futuros
Exſpectat Natura Deos. nova numina rebus
Addite, & optatos Cereri proferte nepotes.

tus liber. alii inepte, *Omnia genitalia.* ſed & ipſe Cujacius in ora codicis excuſi idem notavit, quare non fallebatur doctiſſimus Canterus, qui ita legendum eſſe cenſuerat. CLAVER.

Foedere ſancit] Non, *ſanxit.* HEINS.

365. *Cum voce*] Unus codex ſcriptus, *jam.* DELR. *Cum voce* vetus lectio. at in altero codice legi; Proferre quod mirabar primo intuitu. ſed P. Pithoeus vir ſanae mentis, clari judicii, ac ſermonis puri, ſi quis alius in Europa, mihi ſcrupulum ademit ex Optato: apud quem nova nupta, cum ad mariti domum perventum erat, in altum tollitur, ut ne limen contingat, atque invita virginitatem amittere videatur. Sed illud *Cum voce* mihi retinendum fuit propter conſenſum plurium. quae locutio recepta eſt. nam & ſupra dixit, *cum carmine.* Quaſi non ſatis fuerit umbris exſultare, niſi & linguis faveant. in hanc rem Virgilius Lib. VI. 644.

Pars pedibus plaudunt choreas, & carmina dicunt.

Ovidius:

Nunc dicenda bono ſunt bona verba die.

Martialis: *ſalutavit voce manuque Deum.* CLAVER. *Tum voce* Oxon. *jam* alii. *Exultant proferre* Voſſ.

Pii] Felices intellige. unde Ovidius de Tibullo:

Auxiſti numeros, culte Tibulle, pios.

C. Severus:

Sed veris ceſſere domus & jura piorum.

VIR enim aeternum fingitur in Elyſio. CLAVER.

366. *Talia pervigili ſumunt exordia*] Intrantem domum *nucibus jactis* ſalutabant ſponſam pueri; quas, dum concederet cubitum, movebant rurſus, *ne audirentur puellae voces*, nec minus cantionem iterabant, quae *Feſcenninus* dictus, ex Catull. in Epithal. Mallii & Julii, & noſtro in Odis ad Epithal. Honorii, & in Epithal. Palladii & Serenae, fine. DEMPST. *Sumunt exordia* ſcripti: vulgatum *ducunt* minus placet. III. Conſ. Hon. I.

Tertia Romulei ſumant exordia faſces.

VI. Conſ. 126.

Grataque patratis exordia ſumere bellis.

Lib. II. in Eutrop. *aliis exordia fumo rapinis.* Virgil. IV. 383. *quae prima exordia ſumat.* HEINS. Sic *initium ſumere* Suet. Aug. 10. *dicunt exordia* ed. Parrh. Iſingr. & Gryph.

367. *Noſtra parens*] *potens* Ald. & membranae potiores. forte, *Nocte potens Juno*, quomodo Virgil. VI. 247. *Hecaten coeloque Ereboque potentem* dixit. mox, *conſortia diſcite* Iſingrinus & quinque noſtri. bene. non, *ducite.* ſic Epith. Celer. 130.

Vivite concordes & noſtrum diſcite munus.

& Lib. II. in Stilich. 74.

Hinc fuit, ut primus in conjuge diſceret ignes.

denique *vota* pro *colla* idem Iſingrinus, & ex noſtris plerique. HEINS. vide I. in Eutr. 32. 276. II. 4. *unanimes* Leid. *unanimis* ed. Vicet. Parm. Junt. Ald. Iſingr. & aliae. *ducite lecti* Jun.

372. *Proferte*] MS. ſic, vel *portate.* DELR.

Digitized by Google

CL. CLAUDIANI
RAPTUS PROSERPINAE

LIBER III.

IUpiter interea cinctam Thaumantida nimbis
Ire jubet, totoque Deos arcessere mundo.
Illa colorato Zephyros inlapsa volatu
Numina conclamat pelagi, Nymphasque morantes
Increpat, & fluvios humentibus evocat antris.
Ancipites trepidique ruunt, quae causa quietos

Du-

Hic imperiti homines auss erant Praefationem inferere ex Manuscripto quidem, sed non ideo probae fidei. Sane indignor eo nomine Plantinianis editionibus & uni Lugdunensi. at Gryphius & Beringi ab hac labe sunt immunes. CLAVER. Praefationem, quae in nonnullis libris hoc loco legebatur, sexto Honorii Consulatui praefigendam jam alii monuerunt. HEINS. Habet hic Leid. Mediol. Voss. & edd. veteres fere omnes.

1. *Juppiter*] Hoc initium, quantum licet conjectura assequi, visum est Scaligero Seniori censurae obnoxium. Ego rem totam oculis subjicere non gravabor. Solent enim tales argutiae eruditorum animos quadam voluptate afficere. Veniant ergo in medium sublimia Scaligeri: *Juppiter interea variis Thaumantida nimbis Praecinctam ire jubet, totoque arcessere mundo Numina, quaeque polum radiantibus incita flammis, Quaeque orbis medii sedes, insanaque ponti Murmura & immotae moderantia pondera terrae.* Quae profecto sonora & plane heroica. sed confer, obsecro, cum Claudiani versibus. CLAVER. Descripsere concilium Deorum Poëtae. Maro simpliciter x. Aeneid. Ovid. i. Metam. Stat. Lib. i. Theb. quibus praeponit Claudianum Scaliger Poët. Lib. v. cap. xvi. quo magis mirum est, eum versus elegantissimos voluisse mutare. viderint docti. DEMPST.

Juppiter interea &c.] Iris nuncia Junonis frequenter dicta ix. Aen. princ. i. Ovid Metam. Fab. 7. noster Gygantom. tamen a Jove mitti sueta. ix. Aeneid. fine, ad Junonem legatur, ut ad Palladem apud Silium Lib. ix. idem fecit Homerus Iliad. 2. vs. 786. Iliad. 8. vs. 400. Iliad. 15. vs. 158. utque Mercurius ad pacem conciliandam mittitur, ita haec ad foedera discutienda. *Thaumantias* autem a θαυμάζω admiror, ob admirandam colorum varietatem. Plin. ii. cap. 59. Seneca i. Nat. quaest. cap. 3. & utroque posterior Rhodiginus Lib. xxii. cap. 24. ad 32. DEMPST.

Thaumantida] *Thaumantea* Oxon. & mox *omnes* pro *Deos* Jun.

3. *Transgressa*] Unus MS. & quidam excusi, *illapsa*, cui valde vicina est mei MS. lectio, *elapsa*. DELR. *inlapsa* in veteri codice. alias, *transgressa*, non male. sed enim Virgilius me securum facit, qui Lib. iv. Aen. 223.

Vade, age, nate, voca Zephyros, & labere pennis.

& sequentia. unde colligitur Flamine portari Mercurium, sive aequora supra, seu terras, ut loquitur Poëta. CLAVER. *Zephyros praelapsa* unus Petavianus. alii, *Zephyros illapsa, elapsa, praegressa. Zephyris illapsa, illata*, & similia. vulgo, *Zephyros transgressa*. Opinor veram scripturam esse, *Zephyros illapsa*. apud Statium Theb. vii. 6. Jupiter ad Mercurium pari modo:

I, medium rapido Boream illabere saltu.

Raphelengius *Zephyris illapsa*. HEINS. vide i. Rapt. 92. i. in Eutrop. 376. *illabi* vero cum accusativo construi, videbis apud Davies. ad Cicer. ii. de Legib. 16. noster tamen semper dativo jungere solet. ut infra vs. 330. *notaeque jugis illabitur Aetnae.* ii. Stilich. 367. *autumnis illabitur ebria serpens.* Bell. Gild. 226. *urbique illapsus Eoae.* quod ex imitatione Virgilii ii. Aen. 240. *mediaeque minans illabitur urbi.* qui & iii. Aen. 89. *animis illabere nostris.* in loco Statii Heinsius ad Lib. i. Rapt. 92. legit, *Boream praelapsus.* eligat lector *Zephyris* aut *Zephyros. Zephyros* vero elegit noster, specie pro genere posita, quia & illi celerrimi finguntur. ut infra 266. *mobilior Zephyro.* & de Phoenice v. 21. *Aurevolant Zephyros pennae.* BURM

6. *Ancipites*] *Ancipitesque ruunt trepidi* Oxon. mox

Jam pridem neglecta mihi, Saturnia poſtquam
Otia & ignavi ſenium cognovimus aevi,
Sopitosque diu populos torpore paterno
Sollicitae placuit ſtimulis inpellere vitae,
Incultis ne ſponte ſeges grandeſceret arvis,
Undaret neu ſilva favis, neu vina tumerent
Fontibus, & totae fremerent in pocula ripae.
Haud equidem invideo; (nec enim liveſcere fas eſt
Vel nocuiſſe Deos) ſed quid diſſuaſor honeſti
Luxus, & humanas oblimat copia mentes?
Provocet ut ſegnes animos, rerumque remotas
Ingenioſa vias paullatim exploret egeſtas?
Utque artes pariat ſollertia, nutriat uſus?
Nunc mihi cum magnis inſtat Natura querelis
Humanum relevare genus, durumque tyrannum

35. In-

VER. *Abduxere*, non *Adduxere* cum aliis. Lucan. VII. 311.

Dii quorum curas abduxit ab aethere tellus.

Cicero Tuſcul. Quaeſt. Lib. IV. *Sic igitur adfecto haec adhibenda curatio eſt. Abducendus etiam nonnunquam ad alia ſtudia, ſollicitudines, curas, negotia.* MOX *ſtimulis* pro *ſtimulos* recte veteres libri. HEINS. *adduxere* Parrhaſius probavit.

23. *Torpore*] *ſopore* edd. Vicet. Parm. Colin. ingrata repetitione, cum *ſopitos* praecedat, & contra legem metricam. reſpicit illa Virgilii I. Georg. 124.

Nec torpere gravi paſſus ſua regna veterno.

vid. ad Val. Flacc. I. 500. *languere* Voſſ. MOX, *ſtimulis impendere* Junian.

24. *Grandeſceret*] Sic apud Plinium, *frumenta grandeſcunt.* alias, *graneſceret*, quod eſt minus tritum. CLAVER. Plinius Lib. XVIII. *creſcente luna frumenta grandeſcunt.* vide & Feſtum in *ſementinis feriis.* Columella etiam ſic frequenter. ſcripti tamen alii, *graneſceret*, vel *caneſceret.* ut apud Ovid. I. Met. 110.

Nec renovatus ager gravidis canebat ariſtis.

HEINS. *concreſceret* Voſſ. *glandeſceret* Mediol.

25. *Neu ſilva*] *ne ſilva favis, ne vina* Mediol. Jun. *non ſilva* Voſſ.

26. *Fremerent*] Sic unus MS. in quo tamen emendatum fuit, *fluerent*, quam vocem alter agnoſcit. DELR. Haec ſatis inflata videantur alicui, ſed Poëtae non deeſt ratio. ſupra dixit, *tumere vina*, figuram igitur huc usque voluit producere, neque *fluerent* ab eo ſcriptum mihi quis facile perſuaſerit, negat enim vetus membrana. CLAVER. *frerement* retinendum. hoc enim verbum de liquoris ſonitu proprium. vid. Oudend. ad Lucan. IV. 101. & ita apud eumdem Lib. VI. 274. *cumulumque frementum undarum.* ita enim cod. Rottendorfii & Cortii. *aut totae* etiam Voſſ. hic. BURM.

27. *Invideo*] *invidia eſt* Voſſ. Jun. *invidia* Voſſ. alt. *aut equidem* ed. Parm.

28. *Sed quoi diſſuaſor honeſti*] *Quid* recte unus Petav. MOX pro *provocet ut*, meus liber, *aut.* Puto, *haud ſegnes.* delinceps, *Atque artes* Bononienſis. HEINS.

29. *Oblimat*] Sic in meo correctum, cum haberetur, *oblinat.* Victoris codex, *oblimat. vel excaecat.* DELR. *oblimat* optime in veteri codice. *ſublimare* eſt contrarium Ennio. idem igitur valet, quod deprimit, ſeu affigit humo. alias, *excaecat.* non adeo vere. CLAVER. Daumius Epiſt. XXXII. ad Reines. tollit interrogationem, & legit:

——— *ſed (quod diſſuaſor honeſti*
Luxus, & humanas oblimat copia mentes)
Provocet ut ſegnes.

pro *oblimat* eſt *obfuſcat* in Voſſ. *obliquat* Oxon. duo. Barthius de verbo *oblimare* multa congerit huc non ſpectantia. Sola Virgilii & Ciceronis verba oſtendunt notare, limo obducere, & ita quaſi mergere. Priſcian. Perieg. 522. *Et quas oblimat rivis Achelous amoenis.* eadem metaphora Petron. cap. CXX. *merſam coeno ſomnoque Romam* dixit. ubi vide notas. BURM.

30. *Rerumque vias*] vide ad Val. Flacc. III. 17. *moratas* etiam Jun. *exploret* ed. Parrhas. *paullatimque* Mediol.

32. *Utque*] *Atque* Jun.

34. *Humanum relevare genus*] Neſcio quid ſibi vult vir eruditus, qui verſum hunc expungendum cenſet. HEINS. *inſtat relevare*, pro, ut relevem, poſ-

Inmitemque vocat, regnataque ſecula patri
Conmemorat, parcumque Jovem ſe divite clamat,
Cur campos horrere ſitu, dumisque repleri
Rura velim, & nullis exornem fructibus annum?
Se jam, quae genetrix mortalibus ante fuiſſet,
In dirae ſubito mores tranſiſſe novercae.
Quid mentem traxiſſe polo, quid profuit altum
Erexiſſe caput, pecudum ſi more pererrant
Avia, ſi frangunt, communia pabula, glandes?
Haeccine vita juvat ſilveſtribus abdita luſtris,
Indiſcreta feris? Tales quum ſaepe parentis
Pertulerim queſtus, tandem clementior orbi
Chaonio ſtatui gentes avertere victu.
Atque adeo Cererem, quae nunc ignara malorum
Verberat Idaeos torva cum matre leones,
Per mare, per terras avido diſcurrere luctu
Decretum, natae donec laetata repertae
Indicio tribuat fruges, currusque feratur
Nubibus, ignotas populis ſparſurus ariſtas,
Et juga caerulei ſubeant Actaea dracones.
Quod ſi quis Cereri raptorem prodere Divûm

Au-

tum. *velcure* vero ex limo illo & caeno merſum erigere.

Dirumque] Uterque Mr. *durumque*, ſed in meo aliena manu emendatum, *dirumque*. DELR. *durantque* cod. Barthii. codices alii partim *durum* partim *dirum* agnoſcunt, ut & editiones. ſed mox *diru noverca* ſequitur. *vocans* Leidenſ. mox *patris* Voſſ. *patre* Mediol. & pro *Cur*, *qui* Jun. Oxon. Voſſ. *Quid* Voſſ. alt.

38. *Nullisque exornem*] Ita ſcripti potiores. HEINS. Alii, omiſſa copula &, habent, *velim nullis*. & ita Vicet. Parm. Junt. Ald. Parrh. Colin. *Arva velim* Jun.

39. *Quae genetrix*] Quidam *matrix*. alii *ductrix*, nonnulli *rectrix*. ceteri *mater*. penultimum & antepenultimum diſplicent. DELR. Ita variant & noſtri codices, ſed *Genetrix* ab auctore, quae recte novercae opponitur. vid. ad II. Stil. 442. *femina quae matrix* unus Heinſii, & Parrhaſius in ſuis invenit. & ita edd. Vicet. Parm. Colin. *in durae* MS. Pulm. ſed nil muta. Ovid. XII. Ep. 188.

Saeviet in partus dira noverca meos.

tranſire Jun. Oxon. duo Voſſ. & Mediol. *ſubitos* etiam Leid. *morem* Voſſ. BURM.

40. *Novercae*] Heſiodium illud eſt de die, quae modo μητρὸς modo μητρυιὴ. CLAVER.

43. *Avia*] unus MS. *devia*. DELR.

Frangunt] *frangant* Oxon. Jun. ita Virgil. II. Georg. 72. *glandemque fues fregere ſub ulmis*. BURM.

44. *Abdita*] *abdita* fere omnes ſcripti. mox pro *Chaonio*, *Dodonio* Oxon. *Chaonia s. g. a. glade* Voſſ.

48. *Atque adeo*] non *ideo*, meliores cum Aldo. ſupra Lib. I. III. *Non adeo toleranda quis*. HEINS. illud *ideo* Gryph. & Parrhaſius habent. male. Val. Flacc. Lib. II. 61.

Atque adeo non illa ſequi mihi ſidera monſtrant.

& Lib. IV. 128.

Atque adeo neque ego hanc motis avertere ventis &c. ubi Virgilianam eſſe formulam notavit Heinſius. & ita centies alii. BURM.

50. *Diſcurrere*] Veteres Libri *decurrere*. ceterum hoc ſciendum, me quoties numerum librorum non addo, utrumque MS. intelligere, ut cum vulgatos dico, de cunctis ſentio. DELR.

51. *Decretum*] *decretum eſt* MS. Pulm. Oxon. Voſſ. Jun. deinde, *natae donec* Voſſ. & Mediol.

52. *Currusque feratur Avius*] Scripti magna ex parte *Nubibus*. & praeſtat. HEINS. *Avius* Ald.

53. *Ignotas*] *ignotis populis* Voſſ. *ignotas pópulo* Jun.

55. *Divûm*] *dirum* Oxon. mox, *pacem molemque* Leid.

Digitized by Google

Audeat: imperii molem, pacemque profundam
Obteſtor rerum, natus licet ille, ſororve
Vel conjux fuerit, natarumve agminis una,
Se licet ille meo conceptum vertice jactet,
Sentiet iratum, procul aegide, ſentiet ictum
Fulminis, & genitum divina ſorte pigebit,
Optabitque mori: tunc vulnere languidus ipſi
Tradetur genero, paſſurus prodita regna,
Et ſciet an propriae conſpirent Tartara cauſſae.
Hoc ſanctum. manſura fluant hoc ordine fata.
Dixit, & horrendo concuſſit ſidera motu.
At procul armiſoni Cererem ſub rupibus antri

Leid. deinde pro *ille*, *ipſe* Jun. Oxon.

59. *Scilicet illa*] Lege, *Se licet*, quemadmodum I. Elegia Tibulli: *Satis eſt requieſcere lecto Scilicet*, legendum eſt, *Si licet*. quod, licet de eo alii addubitent, audacter ego affirmo. ne quis vero miretur, me. *natam de vertice* legere, ſciat, *natamque* haberi in meo codice, hinc *natam de* efficio, quamquam aliae membranae *conceptum* ſervent. DELR. *Se licet ille meo conceptum*, ſcribendum praecedentia ſequentiaque jubent, & membranae confirmant. nimis manifeſte Pallas tangatur, ſi cum vulgatis legas, *Se licet illa meo conceptum* HEINS. Et praeceſſit, *ſi quis Ditum*, & ſequitur, *languidus* & *paſſurus*. *ſcilicet ille* Mediol. Videtur autem has Jovis minas ex Homeri Iliad. Θ. 10. imitatus, & etiam tranſtulisse ad ſuccum ſuum Terent. Heaut. v. 4. 12. *jactet de vertice natum* Jun. alter. ſed praeceſſit *natarum*. *conceptum ſanguine* Voſſ. *jactat* etiam Jun. & Oxon. mox, *genitam* Jun. & Voſſ. BURM.

60. *Sentiet iratum procul aegide*] Vulgo, *iratam procul aegida*, minus bene. Hoc vult, non profuturam Palladi aegida. notum illud Virgili Lib. VIII. 435.

Aegidaque horriferam turbatae Palladis arma.

ſic & Jupiter apud Silium Lib. IX. 478.

Aegide praecelſans quantum horrida fulmina diſcet.

meliores ſcriptos ſecuti ſumus. & ſane *iratus Jupiter* apud Poëtas paſſim occurrit. de quo nos ad Fragmentum Petronii Tragurianum plura. HEINS. In lectione Heinſii, quam & roborat Parrhaſius, *procul aegide*, debet *procul* intelligi, non juvante aegide, remota longe ut apud Virgil II. Georg. 459. *procul diſcordibus armis*. eo ſenſu ſaepe *longe*. ut *longe illi dea mater erat* vide ad Flor. II. 2. & Gronov ad Senec. Hippol. 974. & in illa explicatione debuiſſet Gallicus interpres ſubſiſtere, nec ineptias de alio ſenſu *hũ procul* congerere, quamvis non intellexerit, cur Heinſius *aegide*, non *aegida* voluerit. *aegide* vero eſt in Jun. duobus. & Voſſ. totidem. *iratum* fere in omnibus ſcriptis & edd. Vicet. Parm. Aed. Colin. & diſtinguunt poſt *iratum*. *Procul aegida* &c. *iratus* vero *Jupiter* paſſim, ut apud Suet. Calig. 58. multi legunt, *Accipe iratum*. *ſentiet* explicuimus ad Petron. CXXXIX. *Junonem Pelias ſenſit*. Ovid. Epiſt. IX. 46.

Arbiter Eurytheus irae Junonis iniquae
Sentitur nobis, iraque longa Deae.

ſentiet ictus Voſſ. Jovis vero fuiſſe aegida olim, notis notum ex Homer. Iliad. B. 447. & alibi. Virgil. Lib. VIII. 352. & noſtro infra 335. II in Europ. 162. ea vero uſus in bello adverſus Gigantas, poſtea Minervae ſoli utendam dedit. vid. Triſtan. Comment. Tom. I. pag. 322. BURM.

61. *Sorte*] *ſtirpe* Voſſ. ut Ovid. II. Met. 633. *divinae ſtirpis alumnus*. & Lib. I. 760. *coeleſti ſtirpe creatus*. contra *mortalis ſors* II. Met. 90 ita ut parum referat. ſed *ſors* non videtur librariis deberi, qui ſaepe pro ea voce *ſtirpem* dedere. ut apud Ovid. VI. Met. 680. & XIII. 651. BURM.

62. *Languidus*] *ſaucius* Oxon. *cum dire ſaucius illu* Oxon. alter. *cum vulnere ſaucius ipſo* Voſſ. *dum* Voſſ. alt.

63. *Paſſurus*] Id eſt luiturus. Horat.

Quidquid delirant reges, plectuntur Achivi.

eadem ſtructura. CLAVER.

65. *Hoc ſanctum*] *hoc pactum* Voſſ. in Leid. *hoc ſeu* & pro varia lectione *ſanctum*. *fluens ex ordine fata* Jun. vid. ad Val. Flacc. IV. 449. *hoc carmine* Oxon. & Voſſ.

66. *Sidera motu*] Vaticanus melioris notae, Bononienſis, & unus Petav. *nutu*. placet. Naſo Faſt. de Jove: *nutu tremefactus uterque Eſt polus*. & ſic paſſim Poëtae. HEINS. mox, *armiſonis* Voſſ. *terroribus antri* Oxon. duo.

Securam placidamque diu jam certa peracti
Terrebant simulacra mali, noctesque timorem
Ingeminant, omnique perit Proserpina somno.
Namque modo adversis invadi viscera telis,
Nunc sibi mutatas horret nigrescere vestes,
Nunc steriles mediis frondere penatibus ornos.
Stabat praeterea luco dilectior omni
Laurus, virgineos quondam quae fronde pudica
Umbrabat thalamos. hanc ima stirpe recisam
Vidit, & incomtos foedari pulvere ramos.
Quaerentique nefas, Dryades dixere gementes,
Tartarea Furias debellavisse bipenni.
Sed tunc ipsa sui, jam non ambagibus ullis,
Nuntia materno facies ingesta sopori.
Namque videbatur tenebroso obtecta recessu
Carceris, & saevis Proserpina vincta catenis,

Non

69. *Timorem*] *timores* Jun. Oxon. ut Lib. II. 323. *teneroque levant sermone timores*. forte etiam, *noctisque timores Ingeminans*. nox enim ipsa saepe terrores incutit, quos Proserpina in somnio visa ingeminat. vid. ad Valer. Flacc. Lib. II. 38. & III. 362. BURM.

71. *Adversis invadi viscera telis*] Ita scripti, vulgo, *immissis*. mox, *quae quondam*, non *olim quae*, fidem. HEINS. vid. Gigant. 79. *ense Pelorum Transigit adverso*. Sil. IV. 207. *adversumque viro ruat obvius ensem*. Lib. IX. 626. *Extulerat dextram atque adversum comminus ensem*. Ovid. IV. Ep. 72.

Et cadat adverso cuspide fossus aper.

& II. Am. X. 31.

Induat adversis contraria pectora telis.

& Remed. 204. & ita omnia *adversa* dicuntur obvia & opposita nobis. ut ad Ovid. I. Am. IX. 11. docuimus. *immensis* Leid. BURM.

74. *Dilectior*] *delectior* Jun. Voss. *dilatior* Voss. alt. mox pro *quondam quae*, *olim quae* ed Barth.

76. *Umbrabat*] malebat Heinsius, *umbraret*.

Stirpe recisum] Veteres codices tam scripti quam excusi, *stipite caesum*. eodem sensu Virgilius, *imo quod stirpe recisum Matre caret*, unde fortassis recentiorum emendatio, depravatio dicere volebam, emanavit. DELR. *ima stirpe recisam* Isingrinus. vulgati, *imo stipite caesam*, quod frustra quidam tuentur. Virgil. XII. 208. *ima de stirpe recisum Matre caret*. noster Lib. I. in Rufin. 56. *vitiis a stipe recisis*. mox, *Quaerentique* idem Isingrinus bene. ex Statii Lib. IX. haec adumbrata, ubi inter cetera vs. 597.

——— *quaerenti Nympha cruentas*
Maenades aeque hostem dixit sensisse Lyaeum.

HEINS. *hanc primo stipite caesam* Voss. *imo caespite caesam* Oxon. & Leid. pro *incomtos*, *incisos* Voss. *in cunctos* Mediol.

78. *Quaerentique nefas*] Vet. lib. *Quaesentique*. DELR. ita Leid. & edd Vicet. Parm. Junt. Ald. Parrhas. & multae aliae. mox pro *bipenni*, *securi* Jun. Oxon. duo.

80. *Sed tunc ipsa sui*] Putean. *Sed tamen*. Puto, *Sed tandem*. HEINS. *sed non ambagibus* Mediol.

81. *Inserta sopori*] Aldus & meliores scripti, *ingesta*. Lucanus Lib. VII. 785.

Quod Styga, quod manes ingestaque Tartara somnis
Pompejo vivente videt.

quomodo optimae membranae. Statius Lib. VII. 467. *fratrem huic, fratrem ingeris illi, Aut utrique patrem*. utitur & eo verbo de somniis Macrobius saepe. Corippus Africanus,

Tempore quo dulcem nox intempesta quietem
Ingerit.

HEINS. *impressa* MS. Palm. *immissa* alter Palm. *infecta* Voss. *incerta* Voss. alt. vel *oblata*. vid. Epithal. Pallad. 77. infra 221. sed *ingesta* rectum. idem enim quod *inferre*, quo utitur in hac re Statius Lib. VIII. 625. *sponsum unde mihi sopor insulit amens Vix notum visu*. vide Oudend. ad Lucani locum ab Heinsio adductum, qui potuisset ex ipso quoque poëta adducere illa Lib. VIII. 432.

Umbra senis moesti Scythicis confixa sagittis
Ingerit has voces.

alia ratio est verbi in Epithal. Pallad. 77. BURM.

83. *Saevis Proserpina vincta catenis*] *duris* Florent.

S.

Digitized by Google

Non qualem Siculis olim mandaverat arvis,
Nec qualem roſeis nuper convallibus Hennae
Suſpexere Deae. ſqualebat pulchrior auro
Caeſaries, & nox oculorum infecerat ignes.
Exhauſtusque gelu pallet rubor. ille ſuperbi
Flammeus oris honos, & non ceſſura pruinis
Membra colorantur picei caligine regni.
Ergo hanc ut dubio vix tandem agnoſcere viſu
Evaluit: Cujus tot poenae criminis? inquit.
Unde haec informis macies? cui tanta facultas
In me ſaevitiae? rigidi cur vincula ferri
Vix aptanda feris molles meruere lacerti?
Tu, mea tu proles? an vana fallimur umbra?
Illa refert: Heu dura parens, nataeque peremtae,
Inmemor, heu fulvas animo transgreſſa leaenas.
Tantane te noſtri tenuere oblivia? tantum
Unica deſpicior? certe Proſerpina nomen
Dulce tibi, tali quae nunc, ut cernis, hiatu

Sup-

S. Marci, quod perpetuum catenarum apud Poëtas epitheton. HEINS. vid. Ovid. x. Epiſt. 89. & I. Amor. VI. 1. *ſaeva* tamen *vincula* dixit II. Art. 291. *catervis* hic in Junian. erat, quae eadem variatio mox vs. 106. BURM.

84. *Mandaverat*] *emendaverat* Parrhaſii editio, & in notis explicat, alendam commiſerat. vide infra vs. 214. *demandare* dixit Suet. Calig. IX. BURM.

85. *Nec qualem*] *Non qualem* Leid. & ed. Junt. & Barth. pr.

86. *Aetnae*] *Idae* MS. Pulm. qui *Ennae* volebat. vid. ſupr. Lib. II. 72. *proſpexere* Oxon. *conſpexere* Jun. *purior auro* Jun.

87. *Ignes*] *orbes* Oxon. & hanc lectionem agnoſcit Parrhaſius & inluſtrat. vide ad Bell. Getic. 259.

88. *Exhauſtusque gelu pallet rubor*] Unus vetus codex, *pudor*. idem inferius, ubi ceteri *poteſtas*, continet *facultas*. DELR. *Exuſtusque* Claudianum puto ſcripſiſſe. *uri gelu* aut *frigore* eleganter dicitur HEINS. *pudor* etiam Jun. Oxon. duo, & Leid. & Voſſ.

91. *Ergo hanc*] *Ergo haud* Voſſ. *Ergoque ubi hanc* Voſſ. prior. qui & *Evoluit*. *Ergo ut hanc* Leid. & mox, *poenae. cujus tot* Jun.

Agnoſcere viſu] Non *vulti* ſcripti. ſic ſaepe noſter. HEINS. vid. Bell. Gild. 19.

93. *haec informis*] *hic informis* Mediol. *facin* Jun. & duo Voſſiani.

Qui tanta poteſtas] Rectius Delrii codex, *facultas*. deinde *ſaevitiae*, non *ſaevitiae eſt* potiores ſcripti. ita Ovid. IV. Triſt. IX.

Denique vindictae ſi ſit mihi nulla facultas.

noſter II. in Rufin. 74.

Sermonumque foret vicibus permiſſa facultas.

ita ſcripti, neque aliter paſſim loquitur princeps Romanae eloquentiae. HEINS. *an tanta* Leid. a m. pr.

95. *aptanda*] *temptanda* Mediol.

96. *Tu mea tu proles*] Vet. liber *An mea*. DELR. *Tu mea progenies* MS. Pulm. *aut vana* Voſſ. *an mea tu proles* Mediol. malim *Tun' mea*.

97. *Dira parens*] Meis membranis ſubſcribo, in quibus, *dicta parens* legitur. quam emendationem a nemine, qui modo Muſas norit, improbatum iri confido. DELR. *dura* potiores ſcripti. HEINS. infr. 212. *torva* Jun. mox, *fulvas leones* Jun. Voſſ. duo. *ſaevas leaenas* Oxon.

100. *Unica deſpicior*] Unica, & ob id magis diligenda. Tull. Phil. IX. *ut nemo unquam unici filii mortem magis doluerit, quam ille ſit moeror patris.* pro Sexto Roſcio Amerino: *Quae tamen vitia fuerunt in unico filio, cur is patri diſpliceret.* Plaut. Aſin. princ. Noſter I. Rapt. *proles optata virebat Unica*. Homer. 16. Odyſſ. princ. & Phoenix IX. Iliad. *κάί με φίλησε, ἅτε τε πατὴρ ὃν παῖδα φιλήσῃ, μοῦνον τηλύγετον, & me dilexit, ut pater ſuum filium diligit, ſolum, unicum.* DEMPST.

Certe] *non eſt Proſerpina* Voſſ. mox, *ut cernor* MS. Pulm. Oxon. Voſſ. duo.

Suppliciis incluſa teror. tu ſaeva choreis
Indulges, Phrygiasque etiamnum interſtrepis urbes?
Quod ſi non omnem pepulisti pectore matrem,
Si tu nota Ceres, & non me Caſpia tigris
Edidit; his, oro, miseram defende cavernis,
Inque ſuperna refer. prohibent ſi fata reverti;
Vel ſaltem viſura veni. Sic fata trementes
Tendere conatur palmas. vis inproba ferri
Inpedit, & motae ſomnum excuſſere catenae.
Obriguit viſis. gaudet non vera fuiſſe:
Conplexu caruiſſe dolet. penetralibus amens
Proſilit, & tali conpellat voce Cybeben.
Jam non ulterius Phrygia tellure morabor,
Sancta parens revocat tandem cuſtodia cari
Pignoris, & cunctis objecti fraudibus anni.
Non mihi, Cyclopum quamvis exſtructa caminis,

Cul-

102. *Feror*] Quibusdam haec, licet vetus, lectio viſa eſt aut minus Latina, aut certe frigidior, atque in aliis *trahor*, & *teror*. ego textui adſentio. ſimplex enim pro compoſito, ut ſaepe notamus. ſic Terentius explicat: *Differor doloribus*. CLAVER. *teror* Aldus & meliores ſcripti. *teri* dicitur recte, quia ferreis catenis vincta. ſic digitus puellae anulo *teri* Ovidio dictus II. Amor. XV. 6. Statius IV. Theb. 131. *latus omne ſub armis Ferrea ſcuta terunt*. quod in *tegunt* non debuerat mutari ab editione Pariſina, aut in *premunt* a ſcriptis nonnullis. Idem Theb. VII. 499.

Inviſamque teris ferrato pectore matrem.

Ibid. *ferro atra teruntur Limina*. ſic & ſupra Lib I. 13. *colla levant atrita jugis*, quae ibi vera lectio non *aſtricta*. Phaedr. Lib. III. *a catena collum detritum canis* dixit. Seneca Hippol.

Et pugnaces tendant Creſſae
Fortia trito vincula collo.

HEINS. *ferar* defendit Barthius ex vs. 181. infra.

Saeva] *feſta* Voſſ. non male. niſi mavis, *laeta*. BURM.

103. *Etiammum*] Meus liber, *etiam nunc*. alter, *jam nunc*. DELR. *vel nunc* Oxon. duo, Voſſ. duo, & unus Heinſii. *etiam nunc inſtrepis* Voſſ. *Phrygias jam nunc* Mediol. & Leid.

104. *Pepuliſti*] *repuliſti* Jun. Oxon duo. Voſſ. duo. In Oxon. pr. erat haec Gloſſa: *idem auctor in Rufin.* (I. 42.) *pro huxit primam ſyllabam hujus dictionis repulit, duplicans p, obſtantes in tergum repulit hydras*. inanis haec obſervatio, ut ad Ovidium ſaepe notavimus. BURM.

105. *Sancta Ceres*] Vetus liber, *nota*. DELR. *nota Ceres & non me*, ſcriptis quoque debetur. unus Ambroſ. *Si tua nata, Ceres*. Vulgo, *ſi tu ſancta Ceres, & non te*. mox, *cavernis* pro *catenis* iidem. *receſſum tenebroſi carceris* & *biatum* ſupra vocat, quod hic *cavernas*. *catenae* mox ſequuntur. HEINS. *noſtra Ceres* Jun.

Et me] Sic in veteri libro, variat enim pulchrius haec Virgiliana imitatio, neque ſe Poëtae adeo ſervili nexu obligant, ut non ſuo jure uti liceat. CLAVER. *& me non* Ald. quod agnoſcit Parrhaſius. *ſi te non* Barthius *cavernas* infra etiam vocat & *biatum* 394. vide ſupra vs. 83.

108. *Vel ſaltem*] *Vel tantum* plurimi ſcripti & ed. Ald. *me tantum* Jun.

110. *Excuſſere*] Diſcrepant veteres libri, dum in his vel *ſolvere*, vel *movere* legitur. DELR. *ſolvere* plures ſcripti. *movere* Oxon.

116. *Cunctis objecti fraudibus anni*] *certis* duo Ambroſ. de qua voce Conſ. Olybr. 187. dictum. unus Petav. *cautis*, ut auctor Herculis Oetaei, *intrent fraudes cautique doli*. amat & eam vocem noſter, ut alibi notamus. HEINS. eadem differentia eſt in Bell. Get. vs 10.

117. *Non mihi*] *Nec mihi* Oxon. Voſſ. MS Pulm. ed. Ald. *exſtructa* quidam apud Parrhas. Leid. a m. pr. & edd Vicet. Parm. *hic ſtructa* Voſſ. *fabricata* MS. Pulm. quod repetitum ex Lib. II. 230. deinde pro *caminis* Voſſ. *cavernis*.

119. *Le-*

Digitized by Google

Culmina fida satis. timeo, ne Fama latebras
Prodiderit, leviusque meum Trinacria celet
Depositum. terret nimium vulgata locorum
Nobilitas. alias sedes obscurior oris
Exquirenda mihi. gemitu flammisque propinquis
Enceladi nequeunt umbracula nostra taceri.
Somnia quin etiam variis infausta figuris
Saepe monent, nullusque dies non triste minatur
Augurium, quoties flaventia serta comarum
Sponte cadunt: quoties exundat ab ubere sanguis:
Larga vel invito prorumpunt flumina vultu,
Injussaeque manus mirantia pectora tundunt!
Si buxos inflare velim, ferale gemiscunt:
Tympana si quatiam, planctus mihi tympana reddunt.
Ah vereor, ne quid portendant omina veri!
Heu longae nocuere morae! Procul irrita venti
Dicta ferant, subicit Cybele: non tanta Tonanti
Segnities, ut non pro pignore fulmina mittat.
I tamen, & nullo turbata revertere casu.
Haec ubi; digreditur templis. sed nulla ruenti

Mo-

119. *Leviusque*] *leviterque* Voss. *celat* Jun. *ferret* Voss.

124. *Infausta*] *infesta* Voss. duo, *infecta* Jun. Oxon. Voss. a m. s.

125. *Saepe monent*] Perperam alii, *movent*. noster 11. Stich. 217.

Aut monitos certa dignantur imagine somnos.

Plura de eo verbo ad Nason. Metam. XIII. 216. HEINS.

non triste] *quin triste* Voss.

127. *Exundat ab ubere sanguis*] Melius sic scripti, quam quod in vulgatis, *exsudat*. Silius Lib. V. 256.

Pulmone exundat per hiantia vulnera sanguis.

Lib. IX. *Sanguinis exundat torrens*. sic & *undare sanguine*, & *unda sanguinis* passim apud Poëtas. HEINS. vide Cl. Drakenb. ad Sil. Lib. X. 240. vide & 11. in Rufin. 68. & eadem varietas IV. Conf. Hon. 549. & 11. in Eutrop. 18. adde & notata Oudendorpio ad Lucan. IX. 619. *exudat* multi, ut edd. Vicet. & Parm. BURM.

129. *Injussaeque manus mirantia*] Unus MS. *invisaeque manus moerentia*. alter *invitaeque manus mirantia*. DELR. *mirantia* vetus lectio non reproba, quamvis etiam legatur, *moerentia*, sed minus argute, moestum quidem pectus dici queat, at animas miratur qui fiat, ut manus, se inconsulto vel inopino, pectus concutiant. CLAVER. *immissaeque* alii apud Parrhas. ita & Mediol. Leid. & edd. Vicet. & Parm. *invisaeque* Jun. Oxon. Voss? *invitaeque* Jun. alter. *moerentia* vel *mirantia* Voss. *fundant* etiam Mediol.

130. *Si buxos*] *Si buxus* Jun. duo Voss. & Oxon. quod nescio an Grammatici agnoscant. apud Ovid. XI. Met. 417. in Aroudeliano codice *buxus* legitur. BURM.

131. *Planctus*] *planctum* edd. Parm. Junt. Parrh. Isingr. Gryph. Colin. Rapheling.

133. *Heu longae*] Scripti plerique *Ne*. forte, *Nae*. HEINS. *Ha* hic & praecedenti versu Mediol. *Ha* vel *Hae* Voss. *Hae* Jun. Voss. alt. *Nae* Oxon. a m. pr. & *longas nocuisse moras* Oxon. *neu longae* Leid. *ne longae* edd. Vicet. Parm. Parrh.

134. *Subicit Cybele*] Septem *subiit*. sic IV. Conf. Hon. 351. *dicturum plura parentem Voce subis*. HEINS. Conf. Mall. 173. *subit ille loquentem talibus*. vid. Gronov. II. Obs. IV. ita apud Curt. VI. IV. I. *militum alacritate subeuntium quocumque vellet duceret*. quam lectionem egregie vindicavit doctissimus Snakenburgius. deinde, *non tanta* Jun. *nec* Jun. alt. Oxon. BURM.

135. *mittat*] *fumat* marg. Isingr.

137. *Sed nulla ruenti Mobilitas*] Ita & veteres. opinor tamen, *sat nulla ruenti mobilitas*. nulla satis est mobilitas. utcunque multum festinanti. superiori versu pro *turbata*, membranae nonnullae, *tardata*. HEINS. *nulla videtur* Voss. *tuenti* Vicet. Parm.

Digitized by Google

Mobilitas. tardos queritur non ire jugales.
Inmeritasque movens alterno verbere pennas
Sicaniam quaerit, quum necdum abſconderit Iden:
Cuncta pavet, ſperatque nihil. ſic aeſtuat ales,
Quae teneros humili foetus conmiſerit orno,
Adlatura cibos, & plurima cogitat abſens;
Ne fragilem ventus decuſſerit arbore nidum:
Neu furtum pateant homini, neu praeda colubris.
Ut domus excubiis incuſtodita remotis,
Et reſupinato neglecti cardine poſtes,
Flebilis & tacitae ſpecies adparuit aulae,
Non exſpectatae reſpectu cladis amictus

150. Con-

Parm. *nulla reverti* vel *ruendi* Oxon. *mobilitas* hic pro celeritate. vid. ad Rutil. Itiner. I. 76. & infra vs. 266. praeterea, pro *Haec ubi*, *Limina*, vel *Haec ita* Jun. Voſſ. *tardata* etiam Leid. & Mediol. ſed *turbata* retinendum. vide ad Suet. Neron. XIX. & ad Ovid. IV. Met. 528. probo autem, *ſat nulla*. vide Oudend. ad Lucan. VIII. 314. ubi eadem varietas. deinde, *queritur languere* unus Pulm. *non ire dracones* ejusdem cod. & marg. Iſingr. Jun. Voſſ. BURM.

139. *Pinnas*] Vetus liber, *pennas*. magna autem inter *i* & *e* litteras in ſcribendo eſt affinitas, adeo ut Quintilianus tam *pinnas* quam *pennas* ſcripſerit. quidam, *poenas*, quod, licet interpres ſequatur, mihi non arridet, ſed ex alterius vocis depravatione natum videtur. DELR. *poenas* Parrhaſ. Jun. duo, unus Heinſii, & edd. Vicet. Parm. Junt. Parrhaſ. *movet* etiam Jun. *Inmeritasque m. a. v. pennas* Mediol.

140. *Abſonderit*] Sic in veteri libro. alias, *liqueris*, *necdum aſcenderis*. totidem fere conjecturis. illud vero *abſonderit* figuratum. ſic apud Virgil. *terraeque urbesque recedunt*. ſic quaſi diceret, ſe abſcondunt, vel oculos effugiunt. qui enim Idam aſcendat Ceres, cum jam ex Idae faſtigio evaſerit. Ovidius de matre Deum: *in Idaeo eſt inveniendo juga*. verum Idae inſunt etiam minora juga, & Gargara, quae quaſi κάργα κάργα, quod innuit Claudianus ſupra, cum ſtatuit Cererem ſub rupibus antri, & Lib. II. in Eutrop. Cybelen in ſecretis partibus Idae collocat, unde conjicio, *aſcenderis*, quod eſt in altero codice, non eſſe a fide veri alienum nimis. CLAVER. *Abſonderit* pro *abſconſiderit*, quomodo veteres locutos teſtis Nonius. vulgo, *adſcenderit Idam*. meliores ſcriptos ſecutus ſum. Virgil. III. Aen. 291.

Protinus aërias Phaeacum abſcondimus oras,
Litoraque Epiri legimus.

HEINS. *abſonderat* Jun. *liqueras* MS. Pulm. *nondum* ed. Parrh. Jun. Oxon. Voſſ. vide ad Val. Flacc. II. 7. & *nondum adſcenderat Aethan* Mediol. *aethnam* & pro varia lectione *Idam*. Leid.

141. *Sic aeſtuat*] Haec mellita comparatio repertorem agnoſcit Papinium ſatis manifeſte. ea talis eſt:

Qualis vicino volucris jam ſedula partu,
Jamque timens qua fronde domum ſuſpendat inanem,
Providet hinc ventos, hinc anxia cogitat imbres,
Hinc homines. CLAVER.

142. *Conmiſerit*] *conmiſerat* multi ſcripti. *cum teneros* etiam Jun.

144. *Ne gracilem ventus*] Pulmanni codex, & ex noſtris Regius cum Oxonienſi, *fragilem*. eleganter. de quo vocabulo amiciſſimus noſter Gronovius Diatr. Stat. cap. XVI. mox *decuſſerit* etiam rectius excerpta Puteanea, quam *diſcuſſerit*. ſic ſupra Lib. II. 309. *violentior Auſter Decutit arboribus frondes. fragilis culcita* Martial. Apophoretis Ep. CLX.

Fraudata tumeat fragilis tibi culcita mula.

ita veterrimae membranae. vulgo, *facilis tibi culcitra pluma*. ſine ſenſu. culcitam ſtramineam innuit, nam in plumea culcita dormire, divitum erat & delicatorum. Cicer. Lib. III. Tuſc. Quaeſt. *Eripiamus huic aegritudinem. quomodo? collocemus in culcita plumea, pſaltriam adducamus, cedrum incendamus, demus ſcutellam dulciculae potionis, aliquid provideamus & cibi.* HEINS. *gracili* Oxon. vid. ad Ovid. Epiſt. XIV. 39. *fragiles ariſtae. diſcuſſerit* edd. Vicet. Parm.

145. *Pateant*] Vet. lib. *fiant*. DELR. *jaceat* Mediol. *jaceant* Voſſ. Jun. duo Leid. *fiant* Oxon. Voſſ. *jaciant* Colin. *jaceant pulli* Voſſ. qui & *ne* pro *neu* utroque loco, ut Mediol. & multi alii, primo loco cum Ald. & aliis edd.

147. *Reſupinato*] *reſupinati neglectio* Voſſ. Leid. edd. Vicet. Parm. Ald. Parrh. & aliae.

149. *Non exſpectato*] Malim, *exſpectatae*, quomodo editio Claverii, haud dubie ex veteſtis membranis. HEINS.

150. *Con-*

Digitized by Google

Conſcidit, & fractas cum crine avellit ariſtas.
Haeſerunt lacrimae: non vox, non ſpiritus oris
Redditur, atque imis vibrat tremor oſſa medullis.
Succidui titubant greſſus, foribusque recluſis
Dum vacuas ſedes & deſolata pererrat
Atria, ſemirutas confuſo ſtamine telas,
Atque interceptas agnoſcit pectinis artes.
Divinus perit ille labor, ſpatiumque relictum
Audax ſacrilego ſupplebat aranea textu.
Nec deflet, plangitve malum: tamen oſcula telae
Figit, & abrumpit mutas in fila querelas.
Adtritosque manu radios, projectaque penſa,
Cunctaque virgineo ſparſa oblectamina ludo,
Ceu natam, preſſat gremio: caſtumque cubile
Deſertosque toros, &, ſicubi ſederat olim,
Perlegit. adtonitus ſtabulo ceu paſtor inani,
Cui pecus aut rabies Poenorum inopina leonum,
Aut populatrices infeſtavere catervae:
Serus at ille redit, vaſtataque paſcua luſtrans
Non reſponſuros ciet inploratque juvencos.
Atque ibi ſecreta tectorum in parte jacentem

Ad-

150. *Conſcidit*] *concidit* Leid. Mediol, & Colin. *conſcindit* Iſingr. vitioſe.

Avellit] Uterque vetus liber, *revellit*. DELR. *advellit* Jun. *revellit* alter, & Voſſ. *evellit* vel *repellit* Oxon. *evellit* edit. Parrh.

151. *Non vox, aut ſpiritus oris*] *non ſpiritus* Florent. S. Marci & Pulmanni unus. *ori* etiam Regius. utrumque placet. HEINS. *nec vox aut* Leid. & edd. Vicet. Parm. Junt. Ald. & aliae. *nec ſpiritus* Jun.

152. *atque imis*] *aut imis* MS. Pulm. *ex imis* marg. Iſingr. *timor* Voſſ. Jun.

153. *Titubant*] *trepidant* Voſſ. mox, *vacuas aedes* ed. Parrh. *Atria & amiſſas* Voſſ.

156. *Interceptas*] Mendoſe meae membranae, *interreptas*. DELR. *atque interruptas* Jun. duo. *intermiſſas* Voſſ. *agnovit* Jun. Voſſ. *cognoſcit* alt. Jun. Voſſ.

159. *Nec deflet*] *Haec deflet plangitve manum* Voſſ. *manu* Jun. *manum*, ſed pro varia lectione *malum* Leid. *plangitque* Parm.

tamen oſcula telae] *tantum* Iſingr. & tres ex noſtris. HEINS.

160. *abrumpit mutas*] *obrupit* Jun. *arrumpit* Voſſ. *multas* Oxon Jun. Voſſ. Leid. *moeſtas* Voſſ. alt.

161. *Adtritosque*] *attractosque* Jun. *adſtrictosque* multi ſcripti. vid. Lib. 1. 13. *attrictosque* Mediol.

162. *Virgineo ludo*] Ludus gratus annis tenerioribus. Senec. Epiſt. cxv. Tull. Orat. pro Cluentio. Sidon. Lib. VII. Ep. 2. *Nunc ludo apta virgineo ſcruta donaret*. Lactant. II. cap. 4. *non a virginibus, quarum venia luſibus dari poteſt*. Plinius Jun. Lib. IX. Epiſt. 33. *maxime pueri, quos otium luſuſque ſollicitant*. DRAKENB. malim, *virginei ſparſa oblectamina ludi*. HEINS.

163. *Caſtumque*] alter MS. *Carumque*. DELR. *carum* Voſſ. & alii. *preſſet* Mediol. ſed *preſſit* Jun. Voſſ. Oxon. *deſertumque torum* Jun. *federat* Leid. edd. Vicet. Parm. Junt. Ald. Parrh. & aliae. *federat illa* Jun. *federis* Moreti liber. *perſpicit* etiam Jun. *attonita* Jun. alt.

166. *Quem lupus*] Vetus liber, *Cui pecus*. non multum equidem refert, utrum recipiatur. DELR. *Cum pecus* Voſſ. *inopina luporum* Oxon. male. *Poenos leones* etiam habet Ovid. IV. Triſt. VI. 5. *luporum leonum* Mediol. quod a varianti lectione ſcriba poſuit. *Quem lupus aut rabies* Leid. edd. Vicet. Parm. & omnes fere

168. *At ille*] *ad illa* Mediol. & alii apud Parrh. Jun. Oxon. MS. Pulm. Voſſ. *vaſtataque pabula* Voſſ.

170. *Atque ibi*] Forſan rectius *ubi*. HEINS. Ita Leid. & Mediol. *atque in s.* Jun. *latentem* ed Parrh.

Digitized by Google

Adſpicit Electram. natae quae ſedula nutrix,
Oceani priſcas inter notiſſima Nymphas.
Par Cereri pietas. haec poſt cunabula dulci
Ferre ſinu, ſummoque Jovi deducere parvam
Sueverat, & genibus ludentem aptare paternis.
Haec comes, haec cuſtos, haec proxima mater haberi.
Tum laceras effuſa comas, & pulvere canos
Sordida ſidereae raptus lugebat alumnae.
Hanc adgreſſa Ceres, poſtquam ſuſpiria tandem
Laxavit frenosque dolor, quod cernimus, inquit,
Excidium? cui praeda feror? regnatne maritus?
An coelum Titanes habent? quae talia vivo
Auſa Tonante manus? rupitne Tiphoïa cervix
Inarimen? fractane jugi compage Veſevi

185. Al-

171. *Adſpicit*] Unus liber in ovium tergoribus exaratus, *conſpicit*. DELR. ita Oxon. duo, Junian.

173. *Haec*] *hanc* Jun. mox pro, & *genibus*, *in genibus* Voſſ.

176. *Haec comes*] Comes ſeu cuſtos in re Romana idem nobilibus & patriciis ex lęt. L. 15. §. *comitem* ff. de Injur. & lib. ſam. Valer. Lib. VIII. cap. XII. de Alexandro, & aperte utrumque conjunxit Martialis Lib. XI. Epigr. 40.

Cunarum fueras mater, Charideme, mearum,
Et pueri cuſtos aſſiduusque comes.

At *cuſtos* pro miniſtra Macrob. Lib. III. Sat. cap. 6. DEMPST.

Proxima mater haberi] *proxima ſemper* tertius Vaticanus. HEINS. *habetur* Voſſ.

177. *Tum laceras effuſa comas*] *diffuſa* duo Pulmanniani. ut Virgil. 1. Aen. 319. *dederatque comam diffundere ventis*. & ſupra de Proſerpina Lib. II. 248. *Caeſariem diffuſa nitet*. Alcimus Avitus Lib. III. de ſicu: *Frondentes diffuſa comas*. Iſingr. tamen & plerique noſtri, *effuſa genas*. ut *affuſa* legendum videatur, aut *ſuffuſa*, pulvere ſcilicet. vel etiam, *lacrimis effuſa genas*. nam in ſecundo Vaticano, *lacrimas effuſa genas*. de *effundendi* verbo pluribus ad Val. Flacc. Lib. IV. 48. egimus. HEINS. *genas* marg. Iſingr.

Pulvere cano] Sic in veteri codice. Superius dixerat de curru Cereris, *cano rota pulvere labens*. in codice Gryphii, *Tum laceras effuſa comas* (vel *genas*) & *pulvere canos Sordida*, unde non improba ſtructura elici queat. Martialis (IV. 53.) *cana patrisve coma*. CLAVER. pro *canas ſordida*, perperam *cano* Claverius, quia noſter *canum pulverem* ante jam dixerat. quod & perperam Raphelengius ſecutus. Virgil. Lib. X. 844. *Canitiem immundo deformat pulvere*. & Lib. XII. 611.

Canitiem immundo perfuſam pulvere turpans.

quae D. Hieronymus reſpexit Epiſt. ad Innocentium: *Canitiem immundam perfuſo pulvere deturpans*. Ovid. Lib. VIII. Met. 528. *pulvere canitiem genitor foedatur*. Prudent. Pſychomach.

——— — *fertur reſupina reductis*
Nequidquam loris auriga, comamque moderatem
Pulvere foedatur.

ſic optimus liber. Silius X. 511. *Pulvere canities atro ſqualebat*. & Lib. XII. *foedantes pulvere crinem, canentem*. quibus vulgata lectio abunde confirmatur. HEINS. Statius VIII. 243. *Canitiem nigram ſqualore*. vide & Praefat. Lib. II. in Eutrop. 25.

178. *Sidereae*] *ſic demtae* Jun.

179. *Tandem*] *tendit* Voſſ ita & variatum ſupra. vid. II. in Stil. 273. & 416. & alibi. deinde, *laxabat* Jun. *laxavit fletuque* MS. Pulm. *quod criminis* Oxon. *quid*, & pro varia lectione, *quod* Leid. *Exitium*, *quo praeda feror* Voſſ.

182. *An coelum*] *Jam* unus Heinſii. *rupitque* Voſſ. *Tiphoeia* ed. Vicet. Ald. *Typheia* ed. Parm. & Parrhaſ. & aliae *Tyfeia* Voſſ. *Tiphoea* Jun. *Typhoea* ed. Barth. *Typhoea* Mediol. *Tranimem* Leid. & mox, *fractave*.

184. *Inarimen*] Antiquiores videntur legiſſe apud Homerum Iliad. β. γαῖαν Ἐναρίμης, non Ἐν' Ἀρίμοις. quis enim ignorantiae aut oſcitantiae arguat divinos illos Muſarum interpretes. ſic forte παναθηναῖαι & πανακραιαὶ ex duabus dictionibus in unam coaluere. Sane Maximus Planudes natione Graecus expreſſe agnovit Ἐναρίμην. ac Plinius ita ſcripſiſſe Homerum pronuntiat, quidquid Euſtathius & Aldus volucrint, neque tamen Ἄριμα ab aliis dicta negare

Alcyoneus per ſtagna pedes Tyrrhena cucurrit?
An vicina mihi quaſſatis faucibus Aetna
Protulit Enceladum? noſtros an forte penates
Adpetiit centum Briareïa turba lacertis?
Heu, ubi nunc, ubi, nata, mihi? quo mille miniſtrae,
Quo Cyane? volucres quae vis Sirenas abegit?
Haeccine veſtra fides? ſic fas aliena tueri
Pignora? Contremuit nutrix, moerorque pudori
Ceſſit, & adſpectus miſerae non ferre parentis
Emtum morte velit. longumque inmota moratur
Auctorem dubium, certumque expromere funus.
Vix tamen haec: Acies utinam veſana Gigantum
Hanc dederit cladem! levius communia tangunt.
Sed Divae, multoque minus quod rere, ſorores
In noſtras nimium conjuravere ruinas.
Infidias Superûm, cognatae vulnera cernis

In-

negare licet. CLAVER. *Inacrinam* Oxon. *fractaque* Jun. *Vegei* vel *Veſevi* vel *Miſeni* Voſſ. *Veſei* Oxon. *Alcbiones* Jun. *Alcionus* Oxon. *Alcbimeus*, *Alceonus*, *Alciones* alii. *Alcyones* Ald. Junt. Colin. *Tyrrbena pedes per ſtagna* Oxon. duo. mox, *caſſatis* Voſſ.

187. *Protulit*] *Pertulit* Jun.

188. *Adpetiit*] Alter Voſſianus, *Arripuit*. quomodo & pro diverſa lectione ſecundus Vaticanus. Bell. Gild. 480. *Arripiunt naves*. Virgil. Lib. IX. 13. *turbataque arripe caſtra*. & Lib. XI. 531.

Arripuitque locum & ſilvis inſedit opacis.

non abludit noſter infra 286.

Aut tibi commiſſas rapuit Tritonia pugnas.

HEINS. *Briaren* Mediol. Dan. Heinſium legere, *centum*, *Briareia tuba*, *lacerti* notavit filius.

189. *Heu ubi nunc, ubi, nata, mihi?*] Sic venuſte Florent. S. Marci. Vulgo, *ubi nunc eſt nata*. unde, *ubi nunc ea* olim legebam, quod unus Petav. cum Regio & Oxonienſi adſtruunt. Ovid. IV. Faſt. 456. in hac fabula:

Nec mora: me miſeram! filia, dixit, ubi es?

HEINS. *Heus* Leid. Jun. duo, Voſſ. duo, Mediol. edd. Vicet. & Parm. *ubi nunc eſt rapta mihi* Voſſ.

190. *Sirenas*] *Sirenes* Leid. Mediol. & alii. mox, *noſtra* Mediol. & deinde, *contemnit nutrix*, & *nos ferre*.

192. *Maeroreque timori ceſſit*] *pudori* ambo MSS. DELR. *pudori cedit* in ſcriptis nonnullis. HEINS. *cedit* quatuor ſcripti.

194. *Emtum morte*] Imitatur Maronem Lib. X. Aen. 503. *magno cum optaverit emtum Intactum Pallanta*. II. Aen. 109. *magno mercentur Atridae*. Sidon. Lib. VII. Ep. XIV. *emtum maxime velim*. atque ita loquitur Ictus Paulus in L. *ſi ſervus* 33. ff. ad L. Aquil. *veluti filium naturalem occiderit, quem tu magno emtum velles*. DEMPST.

195. *Auctorem*] Hic verſus aberat a veteri codice, an oblivione librarii, an vero alterius exemplaris fide? vix ſane percipio, neque plus ei tribuo, quam illi, qui Statio irrepſit,

Donec in anguſtam cecidere undique vallem.

ſed prodeunt forte ex eadem officina. CLAVER. *raptorem dubium* Mediol. quod pro gloſſa erat in Leidenſi.

197. *Levius communia tangunt*] Puto, *tangam*. HEINS. *laedunt* Oxon. duo. verſus hic deerat Leidenſi. *cladem dederit* alt. Junian.

198. *Quod rere*] *quam* Junian. vid. II. in laud. Stilich. 292. deinde *conſpiravere* Jun. *conjuravere manus* Mediol.

200. *Cognatoque vulnera*] *cognatae* Putean. & Florent. S. Marci & Junian. bene. mox *infenſior* cum ſcriptis legendum, vulgo *incenſior*, quod Latinum non eſt. noſter II. in Rutrop. 487.

Infenſos tandem Superos & conſulis omen
Agnovere ſui.

VI. Conſ. Hon. 315. *Infenſi comites adere propinqui*, ubi alii codices, *offenſi*. Val. Flacc. V. 17. *quid tantum infenſa repente Numina*. Ovid. I. Faſt. 482. *infenſo pulſus es urbe deo*. vidit & veram ſcripturam

Digitized by Google

Invidiae: *Phlegra* nobis infenſior aether.
Florebat tranquilla domus: nec limina virgo
Linquere, nec virides audebat viſere ſaltus,
Praeceptis obſtricta tuis. telae labor illi,
Sirenes requies; ſermonum gratia mecum,
Mecum ſomnus erat, cautique per atria ludi.
Quum ſubito (quonam, dubium, monſtrante latebras
Reſcierit) Cytherea venit, ſuſpectaque nobis
Ne foret, hinc Phoeben comites, hinc Pallada junxit.
Protinus effuſo laetam ſe fingere riſu,
Nec ſemel amplecti, nomenque iterare ſororis,
Et dura de matre queri, quae tale receſſu
Maluerit damnare decus, vetitoque Dearum
Conloquio, patriis procul amandaverit aſtris.
Noſtra rudis, gaudere malis, & nectare largo

In-

curis ſecundis Barthius. HEINS. *collataque vulnera* Voſſ. *infeſtior* idem Leid. Voſſ. & Pulm. MS. & Mediol. *impenſior* Jun. vid. II. in Eutrop. 487.

202. *Limina*] *lumina* ed. Gryph. mox, *aſtricta* Voſſ. *obſtructa* Oxon. Voſſ. alt. *meis* etiam Jun.

206. *Caſtique*] Victoris liber, *tacitique*, & inter lineas, vel *cautique*, quod meus codex retinet. DELR. *cautique* Aldus, Vatic. & plerique alii, quod rectum alibi diximus. quamquam & Cicero de Aruſpicum Reſponſis: *quominus caſtiſſimos ludos omni flagitio pollueres.* HEINS. *gratique* Jun. MS. Pulm. *tacitique* ejusdem alii. *cauſtique* Jun. *caſti ſimul ludi* edd. *atria* Vicet. Parm. & meminit hujus lectionis Parrhaſius. *cauti* praefert Heinſ. ad Lib. II. Rapt. II.

207. *latebras Reſcierit*] Non, *tenebras Praeſcierit* ſcripti. HEINS. *dubium* eſt Jun. Voſſ. *dubium quonam* Voſſ. & Leid. *Perſcierit* Voſſ. *Aſcierit* Oxon.

209. *Hinc Phoeben comites, hinc Pallada junxit*] An *duxit*? quod in nonnullis repperi. ſed nil immutemus praeſtat. HEINS. *duxit* MS. Pulm. Voſſ. *non fuit* Voſſ. idem.

211. *Nec ſemel*] *Non ſemel* Voſſ.

213. *Vetitamque Dearum Conloquio*] *Vetitoque* malim, ut Iſingrinus & Petavianus unus. HEINS. *Eloquio* Voſſ. *natamque Dearum* Oxon.

214. *Amendaverit*] Sic in veteri codice, ſed non melioris notae. nam in altero, *abſentaverit*, eadem forma, qua *praeſentare* Fabius & Plinius dixerunt; quare non video cur facile mutari debeat, aut ingrata ſit legenti. CLAVER. *patriisque procul mandaverit aſtris* Aldum & ſex ſcriptos praeferre video. Claverii liber, *patriis procul amandaverit*. quomodo & Iſingrinus cum Vaticano aliisque. etiam editiones quaedam, non improbante Barthio, qui tamen videtur malle, *procul a patriis damnaverit aſtris*, oblitus id verbi verſu proximo praeceſſiſſe. vulgo, *abſentaverit*, quod Latinum eſſe non perſuadent nobis interpretes. *mandare* pro *amandare*. ſic Cicero pro Sulla, *in extremas oras mandare*. & pro Quintio, *infra mortuos mandari*. *amandare* ſive *amendare* pari ſignificatione apud A. Gellium occurrit Noct. Attic. Lib. XII. cap. I. *Neque multo minor amendati ad nutricem filii quam morte amiſſi oblivio eſt*. HEINS. ſupra vs. 84. *Siculis olim mandaverat armis*, ubi *emandaverat* & *amandaverat* alii. ut hic Jun. Oxon. *patriis procul abſentaverat aſtris* Leid. edd. Vicet. Parm. *abſentaverit horis* Mediol. *emendaverit* MS. Pulm. *procul a patriis mandaverat* unus Pulm. & Barth. quod non diſplicet, vel etiam, quod praeferimus, *patriis procul amandaverit aſtris* (vel *oris*. ut eſt in Voſſ.) ſic Livius XXXIX. 13. *ut ſe extra Italiam aliquo amandarent*. ubi alii *ablegarent*. vide notas Gronovil. Servius ad illa Virgil. III. Aen. 50.

Infelix Priamus furtim mandarat alendum
Threicio regi.

apheresis eſt ſive dixeris commendarat, *ſive* amandarat, & mandaret *eſt amoris*, amandaverat *vero odii eſt*, & amandare *eſt ſub ſpecie legationis aliquem relegare*. Suet. Cal. IX. & Tib. VI. *demandare* utitur. BURM.

215. *Noſtra rudis*] *Illa* Oxon. duo. reſpexit forte illa Ovidii III. Met. 292. *Laeta malo, nimiumque potens*. & XI. 106.

Laetus abit, gaudiisque malo Berecynthius heros.

nectare longo Oxon. Leid. & Mediol. quae varietas obvia apud noſtrum. vid. Bell. Get. 122. vide ad Phaedr.

Digitized by Google

Inſtaurare dapes. nunc arma habitumque Dianae
Induitur, digitisque adtentat mollibus arcum.
Nunc crinita jubis galeam, laudante Minerva,
Inplet, & ingentem clipeum geſtare laborat.
Prima Venus campos Hennaeaque rura maligno
Ingerit adflatu. vicinos callida flores
Ingeminat, meritumque loci, velut inſcia, quaerit.
Nec credit, quod bruma roſas innoxia ſervet,
Quod gelidi rubeant alieno germine menſes,
Verna nec iratum timeant virgulta Boöten.
Dum loca miratur, ſtudio dum flagrat eundi,
Perſuadet. teneris, heu, lubrica moribus aetas!
Quos ego nequidquam planctus, quas irrita fudi
Ore preces? ruit illa tamen confiſa ſororum
Praeſidio: famulae longo poſt ordine Nymphae.
Itur in aeterno veſtitos gramine campos,
Et prima ſub luce legunt, quum rore ſerenus
Albet ager, ſparſosque bibunt violaria ſuccos.
Sed poſtquam medio ſol inſtitit altior axi,

235. Ec-

Phaedr. II. fab. 6. & doctiſſimum Arntzenium ad Aurel. Vict. Caeſ. XIII. BURM.

217. *Digitisque adtentat*] *digitis* Jun. Mediol. & Leid. edd. Vicet. & Parm. *attendit* Voſſ. *aptavit* Jun. ut ſupra 175. & Bell. Get. 495. *obtendit* Voſſ. mox pro *crinita*, *crinata* Voſſ.

220. *Hennaeaque rura maligno*] Sic Parrhaſii editio, non *Aetnaeaque*. HEINS.

221. *Affatu*] Vetus liber, *afflatu*. DELR. *afflatu* ſcripti fere omnes. *afflatum* pro inſtinctu ponit. conjunxit haec duo Cicero Lib. I. de Divinat. *oracula, quae inſtinctu divino, afflatuque funduntur.* Adpoſite idem ad Herennium Lib. IV. *circumſpectans huc & illuc, ſi quem reperiat, cui aliquid mali faucibus affiare, quem ore attingere, dentibus inſecare, lingua aſpergere poſſit.* HEINS. *afflatu* Mediol. & alii.

222. *Meritumque loci*] vide ad Ovid. III. Amor. XIII. 5. notas Heinſii.

223. *Nec credit*] *Non credit* Voſſ. *At quaerit* Voſſ. alter. *ſervat* Oxon.

224. *Alieno gramine menſes*] Codices vetuſti, *germine*. idque bene. de floribus enim ſermo eſt, quibus ſemper abundat campus Hennenſis. *gramina rubere* inepte dicuntur, ut mox quoque ſcribendum videatur:

Itur in aeterno veſtitos germine campos.

HEINS. *gelidae r. a. g. meſſes* Jun. de *germine* & *gramine* confuſis vid. Lib. II. 77. & 132.

226. *Dum flagrat eundi*] Diſtinguendum puto:

——— ſtudio dum flagrat eundi,
Perſuadet. teneris, heu, lubrica moribus aetas!

ut *τὸ perſuadet* ad Venerem referatur, neque aliter curis ſecundis Barthius. HEINS. Ita jam Parrhaſius. *fragrat* Voſſ. *tenebris* Mediol. an *lubrica metibus*? quae facile movetur & flectitur. vide ſupra.

228. *Planctus*] *gemitus* Oxon. *nec quicquam* edd. Vicet. Parm. Junt. mox pro *confiſa*, *confuſa* Mediol.

231. *Campos*] Ennenſis vetus liber, *colles*, videlicet Aetnaeos. DELR. *colles* meliores ſcripti. ſic & *vallium Hennenſium* ſubinde meminit. HEINS.

233. *Albet ager*] Sic vetus liber, alias, *alget*. Horatius: *nec prata canis albicant pruinis*. CLAVER. Sic ex ſuo codice & Horatio Claverius. cui *prata pruinis albicare* dicuntur. Valer. Flacc. Lib. II. 73.

Jamque ſub Eoae dubias Atlantidis ignes
Albet ager.

Auſonius Idyll. VI. de Roſis:

Vidi Paeſtano cantare roſaria cultu
Exoriente novo roſcida Lucifero.

Alii, *alget*, quod Raphelengius & Barthius ſequuntur. HEINS. *ſereno albet* Voſſ. vide ad d. Val. Flacci locum. *alget* cum gloſſa *friget* Leid.

234. *Sol altior adſtitit*] Sic in optimo exemplari.

Ecce polum nox foeda rapit, tremefactaque nutat
Insula cornipedum pulsu, strepituque rotarum.
Nosse nec aurigam licuit; seu mortifer aestus,
Seu Mors ipsa fuit. luror permanat in herbas:
Deficiunt rivi: squalent rubigine prata:
Et nihil adflatum vivit. pallere ligustra,
Exspirare rosas, decrescere lilia vidi.
Ut rauco reduces tractu detorsit habenas,
Nox sua prosequitur currum; lux redditur orbi.
Persephone nusquam. voto rediere peracto,

eodem labdacismo, ut ita dicam, usus est Lucretius, *Sol alte lampade surgens.* CLAVER. Isingriniani codicis lectio est, *Sol institit altior axi*, quomodo & Gyrald. prim. & Vatic. & ex nostris plerique. Moreti, *altius institit.* non male. alii, *extitit axe.* vulgo *adstitit orbe.* Ovid. Epist. VIII. 105.

Cum tamen altus equis Titan radiantibus instat.

nox legendum cum Aldo & potioribus membranis, *nox foeda. alta* ferri non potest, quia *altior* praecessit. Si quis Vaticani codicis lectionem, *nox atra* malit, quam & in suis invenit Parrhasius, non repugno. HEINS. *adstitit orbi* Aldus. *exstitit* Mediol. qui versum hunc omittit, sed in margine habet. pro *nox alta*, cum aliis apud Parrhas. legendum credo. *atra.* ut in Mediol. quae voces passim confusae. vid. Senec. Thyest. 51. & Ovid. III. Amor. v. 46. nondum enim alta nox erat, sed tenebrae subitae noctis imaginem dabant. BURM.

236. *Cornipedum strepitu, pulsuque rotarum*] Sic editiones nonnullae & scripti plerique. malim tamen, *cornipedum pulsu strepituque*, ut apud Martialem Lib. VII. 6.

Et ungularum pulsibus calens Ister.

Statius Lib. VII. Theb. 120.

Auget & arma virum, pulsusque imitatur equorum.

ubi vulgo, *cursusque.* plura ad Virgil. VI. Aen. 591. HEINS. *cursu strepituque* MS. Pulm. *strepitu cursuque rotarum* Leid. edd. Vicet. Parrh. Junt. Ald. & aliae. ut ita Conf. Olybr. 101. *cursuque rotarum saucia. cornipedum fremitu* etiam legi Parrhasius testatur. vide & ad Val. Flacc. v. 612. & forte imitatus eumdem, qui Lib. VI. 168.

Ipse ratis gemit intus ager, tremebundaque pulsu
Nutat humus.

pulsus enim proprie pedum est. Ovid. Epist. XVI. 59

Ecce pedum pulsu visa est mihi terra moveri. BURM.

237. *Mortifer aestus*] In veteri libro, *mortifer estus*, alias, *mortifer ille.* nescio quid simile apud Lucretium legi, & sane *mortiferum aestum* reperies, idem est, opinor, quod pestilitas. CLAVER. *mortifer aestus* pro *ille*, ex libro Claverii est. Lucret. Lib. VI.

Haec ratio quondam morborum & mortifer aestus
Finibus Cecropiis funestos reddidit agros.

quibus in versibus nihil mutandum. noster *letbiferum spiritum* Lib. II. 202. appellarat. Ovid. VII. Met. 532.

Letbiferis calidi spirarunt aestibus Austri.

Barthius tamen vulgatam amplectitur. HEINS. *licuit mihi, mortifer ille* Jun. *seu m. ille* Leid.

238. *Livor permanat*] Sic veteres codices, quibus excusi aliquot adstipulantur. alii, *luror*, quod Janus non improbat. ego, quia in nullis codicibus inveni, non probo. DELR. *luror permanat in herbas* scriptorum praestantiorum lectio est. vulgo, *livor permansit in herbis*, quod nollem defenderet Barthius. *lutor* Raphelengii est contra auctoritatem veterum librorum. HEINS. *lutor permansit in herbis* edd. Vicet. Parm. Junt. Isingr. & aliae.

239. *Prata*] Lucretius:

Finibus Cecropiis funestos reddidit agros
Vastavitque vias. CLAVER.

240. *Adflatum*] *afflatis* Mediol. *afflatu* Leid. *nil afflatu* Voss.

141. *Decrescere*] Victoris liber, *marcescere.* DELR. Codex Regius, *livescere.* ipse olim *arescere*, vel *flavescere* legebam. *marcentes coronas* mox habebimus. HEINS. *exuberare rosas* Leid.

242. *Rauco*] *ut tanto* Voss. *reduces rauco* Leid. edd. Vicet. Ald. Parrh. & aliae. *detraxit* legi etiam ait Parrh. & ita edd. Vicet. & Parm. *persequitur* Oxon. Jun. *currus* Voss. *cursu* Jun.

244. *Persephone nusquam*] *nulla est* in veteri codice eleganter. sic enim loquitur Terentius. alias *nusquam.* CLAVER. *nusquam* nostri libri constanter, nisi quod nonnulli verbum substantivum addunt. Claverianum *Persephone nulla est*, a Raphelengio & Barthio probatum, minus ad rem facit. & est Comicum, quamvis & in Propertio occurrit. *Persephone*

Digitized by Google

Nec manſere Deae. mediis invenimus arvis
Exanimem Cyanen. cervix redimita jacebat,
Et caligantes marcebant fronte coronae.
Adgredimur ſubitae, & caſus ſcitamur heriles,
(Nam propior cladi ſteterat) quis vultus equorum?
Quis regat? illa nihil. tacito ſed laeſa veneno
Solvitur in laticem. ſubrepit crinibus humor.
Liquitur, in roremque pedes & brachia manant,
Noſtraque mox lambit veſtigia perſpicuus fons.
Diſcedunt aliae. rapidis Acheloïdes alis
Sublatae Siculi latus obſedere Pelori;
Accenſaeque malo jam non inpune canoras
In peſtem vertere lyras. vox blanda carinas
Adligat. audito frenantur carmine remi.
Sola domi luctu ſenium tractura relinquo.
Haeret adhuc ſuſpenſa Ceres, & ſingula demens

Ceu

nusquam, ſubintelligitur, *comparuit*. Martialis IV. 66.

Dic ubi ſit decies, mater quod avara reliquit?
Nusquam eſt. feciſti rem, Line, difficilem.

HEINS. *nulla eſt* edd. Vicet. Parm. Junt. & aliae. Ovid. XI. Met. 684.

Nulla eſt Halcyone, nulla eſt, ait, occidit una
Cum Ceyce ſuo.

nusquam eſt Mediol. *minquam eſt* Leid. BURM.

Rediere] Forte, *viſere*. BURM.

245. *Invenimus arvis*] *undis* Moreti & Voſſii liber. rectius. Ovid. V. Metam. 413. de Cyane:

Gurgite quae medio ſumma tenus extitit alvo
Agnovitque deam. HEINS.

248. *Adgredimur ſubitae*] non, *ſubito*, Voſſiano libro debetur. mox, *& caſus ſcitamur* Claverianum eſt. in plerisque ſcriptis haec inquinatiſſima ſunt. HEINS. *Adgredimur tacitam* alii apud Parrhaſ. *Adgr. propius* Moreti liber. *tacitae* Oxon. Jun. Voſſ. *taciti* Oxon. alt.

Scitamur] ſic optimus liber. magnam vero huic loco inflixit plagam vel ſcriptorum incuria, aut perfidia, dum ab iis prima hujus verbi ſyllaba corripitur. nam invenias ubique fere, *Caſusque ſcitamur heriles*. At Virgilius (II. Aen. 114.)

Suſpenſi Eurypilum ſcitatum oracula Phoebi
Mittimus.

alias etiam *ſcrutamur*, ſed falſo. CLAVER. *caſusque citamus* Oxon. duo. & Leid. niſi quod *ſcitamur. citamur* Jun. *caſus citamus* Jun. alt. *ſcrutamur* Moret. Iſingr. *ſcitemur ab illa* Voſſ. forte: *Adgredimur: ſubitos caſus s. b.*

249. *Nam propior*] *Nempe prior* Voſſ. *qui vultus* Oxon. *Qui regat* idem. *quis* Voſſ. mox, *iſta nihil tacite* Voſſ. *ille nihil* Mediol.

250. *laeſa veneno*] Dictio haec mediae ſignificationis, ita ut addi oporteat ſitne bonum an malum. quare Bell. Gildon. *nexia venena* dixit. ſed hic non opus fuit. Ceterum notus eſt Homeri verſus a Juriſc. citatus. At Auſonius:

Separet haec ſi quis, faciunt diſcreta venenum,
Antidotum ſumet, qui ſociata bibet.

Ergo φάρμακα μεμιγμένα ſunt ſaepius ſalutaria, quem tamen locum viri magni longe ſecus accipiunt. CLAVER. Vulgo *lapſa veneno*. ſed Aldus cum ſcriptis plerisque *laeſa*. bene. Statius Theb. I. 371.

Atque aliquis cui mens humili laeſiſſe veneno
Summa.

Silius Lib. XIII. *fraudum illaeſa veneno*. Barthius fruſtra vulgatum tuetur. HEINS.

251. *Laticem*] *latices* Oxon. *ſurrexit* Voſſ. *ſubrepſit* Leid. edd. Vicet. Parm. Junt. Iſing. & aliae, ut & Barth. mox *linquitur* Jun.

253. *Perſpicuus*] *perpetuus* Jun. *ambit* etiam Jun.

254. *Diſcedunt aliae*] Miniſtrae ſcilicet. ita haec & ſequentia diſtinguenda. HEINS.

Acheloides aliis] *Acheloes in aliis* Oxon.

255. *Obſedere*] meus MS. *obduxere*. DELR.

Canoras] *canoram lyram* Jun. *jam nunc* Leid.

258. *Adligat*] *Abligat* Mediol. & Leid. a m. prim. mox, *iuſſus* Voſſ.

260. *Haeret*] *maeret* unus Heinſii & edd. Vicet. & Parm. ita variant codices apud Val. Fl. IV. 5. *Haeret inops*, vel *Maeret*.

261.

Ceu nondum tranſacta, timet: mox lumina torquens
Ultro in coelicolas furiato pectore ferri.
Arduus Hyrcana quatitur ſic matre Niphates,
Cujus, Achaemenio regi ludibria, natos
Avexit tremebundus eques. fremit illa marito
Mobilior Zephyro, totamque virentibus iram
Diſpergit maculis, jamjamque hauſtura profundo
Ore

262. *Vultu*] Primus hoc loco ex meo MS. reposui *Ultro*. DELR. *Multum ad coelicolas* vetus liber. alii, *Ultro*. & vero Seneca: *ultro adfero res multum cogitatas*. CLAVER. *Ultro* Delrii liber, quod & in ſuis inveniſſe Claverius videtur. ex noſtris Vaticanus unus melioris notae & Bartholinianus pari modo agnoſcunt, probavitque Barthius curis ſecundis. vulgo, *vultu*. infra, *accenditur ultro Religione loci*. & mox, *ſolamque inſtantibus ultro Hoſtibus expoſui*. atque ita paſſim. Virgil. IV. Aen. 304.

Tandem bis Aenean compellat vocibus ultro.

in coelicolas etiam Iſingrinus. quod placet. ſic *ferri in hoſtem* ſaepe apud poëtas. pro *Ultro* Iſingrinus & quidam ex noſtris, *Multum*. non male. alii, *Vultum*, ut legendum forte ſit:

Vultu in coelicolas furiato & pectore fertur.

praeterea *ferri* in uno Mediceo pro *fertur*. venuſte. quomodo noſter non raro. HEINS. *furibundo* Voſſ. *furiali* alter. *fatur* Leid. a m. pr.

263. *Hyrcana*] *arcana* Jun. *Typhates* Oxon.

Matre] Id eſt, Tigride. haec comparatio fluxit e Thebaide:

Qualis ubi audito venantum murmure tigris
Horruit in maculas.

CLAVER. Maximus furor tigris rapto foetu. noſter I. in Rufin. 227.

Aut Hyrcana premens raptorem bellua partus.

Rapitur autem equo maxime veloci, ſaepiusque mutato, ne mater conſequi poſſit. Plin. Lib. VIII. cap. 18. cui adſtipulatur Flaccus Argon. Lib. I. 490.

Venator quum luſtra fugit, dominoque timentem
Urget equum, teneras complexus pectore tigres.

Martial. Lib. VIII. Ep. 26. quod de globo vitreo objecto matri, in quo depicti catuli ad eam remorandam, petitum eſt ex Aeliano in Hiſt. Nat. addit Solin. cap. XXXI. tantam ejus eſſe rabiem, *ut navi impoſitum praedatorem etiam per fluctus conſequatur, donec mergatur*. quod mirum materni animi adfectum in Cerere poteſt exprimere. DEMPST.

265. *Avexit*] Vetus liber, *Advexit* DELR. *Avexit* habet MS. non *Advexit*. CLAVER. *Advexit* Mediol. Jun. Oxon. duo, Voſſ. duo. *Adduxit* Jun. *Aduxit* Leid. *Acbymenio* etiam Mediol.

Eques] Pomp. Mela: *Eques ubi interceptos catulos cepit avehere* (agnoſcis verba Claudiani) *aſtu unum omittit: haec projectum ad cubilia refert: rurſum & ſaepius id fit, donec profugus raptor evadat*. unde Martialis: *Raptor in Hyrcano qui fugit albus equo. Albus* vero idem quod tremebundus, ut loquitur Claudianus. CLAVER.

Fremit illa marito] *fremere* ad velocitatem nihil facit. malim igitur, *premit*. ut I. in Rufin. 229.

Aut Hyrcana premens raptorem bellica Parthum.

praeterea pro *Avexit* codex V. C. Thomae Bartholini, *Avertit*. eleganter ſatis. HEINS. *illa marino* quosdam legere teſtatur Parrhaſius. *nobilior* Oxon. male. vide ſupra vs. 138. *mobilior velo* Oxon. prior. vide Brodaeum ad Oppian. I. Cyneg. 322. & III. 360. quae Parrhaſius hic habet ex Ambroſii Hexaemero, erant in Bodlejano, ut gloſſa adſcripta. & Servius ad Virg. II. Georg. 150. ex MSS. Leidenſibus habet: *Beſtiae Armeniae tigres, quae vitro falluntur raptis catulis*. adde Valeſ. ad Amm. Marcell. XXIII. 6. BURM.

267. *Diſpergit*] *Diſperſit* multi codices, & edd. Vicet. Parm. Ald. Junt. & aliae. *nimiumque exhauſta* Jun. *vivum hauſura* vel *hauſtura* Voſſ. *nimiumque hauſtura* Leid. Oxon. duo, unus Heinſii, edd. Vicet. Parm. Junt. Ald. & aliae. *nimiumque hauſura* Jun. alt. conjecerat & Heinſius, *timidumque*, ſed vulgata ſana. Ovid. I. Met. 535.

Alter inbaeſuro ſimilis, jam jamque tenere
Sperat. BURM.

Maculis] Satyricus: *Parcit cognatis maculis fera*, & *tigris maculoſa*, ut etiam docuit ſupra Stat. cave ergo retia interpreteris. CLAVER.

Jamjamque hauſura] Recte & eleganter ex veteri codice & Statio. alias inoleverat, *nimiumque hauſtura*. Virgil. (II. 530.) *jamjamque manu tenet*. & IV. 381. *ſupplicia hauſurum ſcopulis*. CLAVER. *jamjamque* Claver. vulgo, *nimiumque*. Iſingr. *inbiatque*, quomodo apud Virgil. IV. Georg. 483. *tenuitque inbians tria Cerberus ora*. Si quis mordicus forte pro lectione *nimiumque* pugnet, poteſt eam confirmare, quod noſter eo verbo non indelectatus videatur. ſic ſupra:

In noſtras nimium conſpiravere ruinas.

vir doctus, qui minum legit, ipſe minum agebat.

in

Digitized by Google

Ore virum, vitreae tardatur imagine formae.
Haud aliter toto genetrix bacchatur Olympo;
Reddite, vociferans: non me vagus edidit amnis:
Non Dryadum de plebe ſumus: turrita Cybebe
Me quoque Saturno genuit. quo jura Deorum,
Quo leges abiere poli? quid vivere recte
Proderit? en audet noti Cytherea pudoris
Oſtentare ſuos poſt Lemnia vincula vultus.
Hos animos bonus ille ſopor caſtumque cubile
Praebuit? amplexus hoc promeruere pudici?
Nec mirum, ſi turpe nihil poſt talia ducit.

Quid

in ſecundo Vaticano & Voſſ. *virumque*. non male. ut apud Statium II. Theb. 132. *natis alimenta cruentis Spirantem fert ore virum*. infra de Torpedine;

Et vivos impune ferox depaſcitur artus.

atque ita conjecerat Barthius curis ſecundis, vel *primumque*. ſed Claveriana lectio vehementer arridet. ſic Libr. I. 254.

Filaque caeruleos jamjamque levantia fluctus
Arte tument.

ut illic conjecimus. HEINS.

268. *Virum*] Statius de Tigride: *Spirantem fert ore virum*. hujus vero animalis tanta eſt pernicitas, ut ex Zephyro marito concipere dicatur: ut equae Hiſpanae, ova etiam huic vento tributa. ζεφύρια ὠὰ Ariſtoteli, at vero ζεφύρου γονητὰ Oppiano dicitur, unde Lucretius, *genitabilis aura Favoni*. CLAVER.

Vitreae tardatur imagine formae] Speculis ad rapidiſſimam feram detinendam a venatore diſpoſitis. DELR. Melae interpres haec ſcite explicat ex B. Ambroſio, ita ut ſit orbis vitreus, ſeu ſpeculum, quod moretur oculos tigridis eluſae vano aſpectu, vel prae admiratione, nam & conſulere ſpeculum apud Gallos *mirari* eſt, ut apud Albinovanum *firmare oculos*, idem quod *claudere*. CLAVER.

269. *Toto*] *genetrix toto* Leid. edd. Vicet. Parm. Junt. Ald. & aliae.

270. *Reddite*] Vox juri accommoda. apud Ovidium (III. Art. 449.) puellae clamant in foro: *Redde meum*. deinde illud (I. Art. 641.) *reddite depoſitum*. nec te celabo divinum Cujacium dicere ſolitum, circa haec duo vocabula, *meum* & *tuum*, verſari hodie civilem prudentiam. CLAVER.

Non me vagus &c.] Senſus eſt, natales non tam obſcuri mihi, quam aut Dianae, quae Latonae ruſticae filia eſt, aut Veneri, quae mari nata eſt. quod lege apud Tiraq. II. Connub. DEMPST. *nec me*, & mox, *Saturnus* Jun.

273. *Quo leges cecidere poli*] *abiere* malim cum primo Vaticano, meo, & Parrhaſii editione. Epiſt. ad Hadrian. *Quo ſenſus abiere pii?* Lucan. Lib. VII. 75. *Quo tibi ſervor abit?* Statius VII. Theb. 180. *quo ſacra tamen vitusque peremptae Mater abire jubes*. ſic apud Homerum Iliad. 9. πῆ ἤβαν ἰνχωλαὶ, ὅτι δὴ φάμεν ἶναί ἄριστοι. poſſet & legi, *Quo leges recidere poli?* de qua locutione ſupra egimus Bell. Gild. 44. vel, quia in *recidere* plerumque prima ſyllaba producitur, *Quo leges ceſſere?* ut in Virgiliano VIII. 395. *fiducia ceſſit Quo tibi, Diva, mei?* HEINS. *abiere* etiam Mediol. & Leid. ſic Tertull. Apol. VI. *quonam iſtae leges abierunt?* & paulo poſt, *majorum inſtituta ceſſerunt*. ita ut utraque lectio defendi poſſit. BURM.

274. *Nati pudoris*] Ironice dictum. *pudor* eſt pudicitia. ut Petron. CXI. de matrona Epheſia, *notas pudicitiae*. vel, quod poſtquam deprenſa fuit, liberius faciebat, quod ante tegebat, & ita omnis pudor aberat. ut Ovid. II. Art. 589. BURM.

275. *Lemnia vincula*] Amor indomita quaeque ſubdit ſibi, & ferociores animos mollit, inde data Fabulae occaſio, ut Venerem Marti concubuiſſe feratur. Ovid. Met. IV. Fab. V. & Καταστερισμοὶ Lib. II. Martial. Lib. V. Ep. 7. Prudent. in Rom. *Deos catenae colligant adulteras*. Stat. II. Theb. *ultrices caſtigavere catenae*. *Lemnia vincula*, quod Vulcanus ea paraſſet, qui in Lemno inſula colitur. Plin. Lib. IV. cap. 12. Noſter in Epithal.

Lemnius haec etiam gemmis exſtruxit & auro.

hoc fictum, quod *crebra fulmina in Lemno cadant*, quorum ignis eſt Vulcanus. Serv. ad VIII. Aen. 454. idem vero epitheton uſurpavit Statius I. Silv. 2.

Lemnia deprenſo repſerunt vincula collo.

& III. Theb. 274. ſic Venus ad Martem:

Hoc mihi Lemniacae de te meruere catenae. DEMPST.

276. *Ille ſopor*] *ſopor* Jun. *dedit ille pudor* Voſſ. *hos promeruere* Voſſ. *haec* vel *non* Voſſ. alt. mox, *non mirum* Voſſ.

Digitized by Google

Quid vos expertes thalami? tantumne relictus
Virginitatis honos? tantum mutata voluntas?
Jam Veneri, & sociis junctae raptoribus itis?
O templis Scythiae, atque hominem sitientibus aris
Utraque digna coli! tanti quae causa furoris?
Quam mea vel dicto tenui Proserpina laesit?
Scilicet aut caris pepulit te, Delia, silvis:
Aut tibi commissas rapuit, Tritonia, pugnas?
An gravis adloquio? vestros an forte petebat
Inportuna choros? atqui Trinacria longe,
Esset ne vobis oneri, deserta colebat.
Quid latuisse juvat? rabiem livoris acerbi
Nulla potest placare quies. his increpat omnes
Vocibus. ast illae (prohibet reverentia patris)
Aut reticent, aut nosse negant: responsaque matri
Dant lacrimas. quid agat? rursus se victa remittit,
Inque humiles demissa preces, Ignoscite, si quid

In

279. *Relictus*] Sequebatur in Jun. & Leid. *Omnis honor relli, vobis sic fata recessit*, vel *recedit*, *Virginitatis bonos*. in Oxon. & Mediol. *Haec ait & lecturae faces altum nemus intrant*. & deerant ad vs. 361. media. In Leidensi codice etiam sequebatur *Omnis bonos* &c. sed in margine notabatur hic interseri debere versus, qui in calcem codicis erant rejecti, *Virginitatis bonos* &c. usque ad 361. *Explosatque. relictis* cod. Parrh. & ed Parm.

280. *Voluntas*] *voluptas* Jun. Voss. mox, *jam Veneri sociis victae* Leid. *jam Veneri junctae sociis* Jun. Voss. *& sociis vinctae* ed. Parm. *templis* Voss. *in templis* Jun.

282. *Hominum sitientibus aris*] *hominum* Claudianus scripserat, quidquid libri obstant Conf Manl. 297. *caedis sitientem differat arcum*. Ovid. I. Trist. El. v. ex veteri codice:

Utque rapax stimulante fame, sitiensque cruoris
Incustoditum capiat ovile lupus.

in vulgatis illic libris, *cupiduque cruoris*. Silius Lib. III. 577.

Atque ille haud unquam parcus pro laude cruoris,
Et semper famae sitiens.

Heins. Si libri auctores essent, sequerer. sed & Conf. Mall. 251. *sitiens mella*. & Praefat. Lib. II. Rapt. *sitientes carmina rupes* II. in Rufin. 232. *barbaricos sitiendis pila cruores*. patiamur ergo Poëtam suo jure uti, & loquendi genus pro arbitrio variare. quid? quod in singulari illo *hominem* efficacior sit species, quasi nulli homini parcant, sed humano generi semper sint infestae aras. ita *homo* pro humano genere. Ovid. I. Fast. 337.

Ante Deos homini quod conciliare valeret
Tus erat.

IV. Met. 691. *Nunc quoque nec fugiunt hominem*. supra vs. 145. *neu furtim pateant homini*. vide ad Phaedr. IV. 7. Burm.

284. *Laesit*] *laedit* Jun.

285. *Haec caris*] *aut caris*, non *haec*, cum melioribus. Heins. *aut caris* Jun. marg. Isingr. ed. Ald. *haud* vel *an* Voss.

286. *Tritonia*] *Proserpina* Voss. mox, *an gravis*, *aut* vel *ab* Voss. *eloquio* idem & Leid. & mox, *choros* vel *thoros*. & pro *atqui*, *certe*. *atque* Mediol. *et quae Trinacria* ed. Parm. *atque* Vicet.

291. *Nulla potest placare dies*] Imo *quies* cum melioribus. quod vidit etiam curis secundis Barthius. Heins.

His] *hic* Mediol. mox, *ast illas* Mediol. *ast illam* Voss.

292. *Reverentia*] Supra dixit, *reverentia patris Obstitit auxilio*, quare *sententia*, quae vox in meo MSS. continebatur, repono. Delr. Aldus & Isingr. *sententia*, quomodo & ex suo legit Delrius: nec aliter quinque nostri. frustra. supra Lib. II. 234. *reverentia patris Obstitit auxilio*. Jupiter apud Statium Theb. I. *nostri reverentia ponderis obstat*. Heins. *sententia* Juniani duo, Voss mox pro *nosse*, *scire* Voss.

294. *Rursus*] *rursum* Jun. *se victa revincit* Voss.

295. *Demissa*] Vetus liber, *delapsa*. Delr. *dilapsa* Jun. Oxon. duo Puim. *elapsa* Voss. *delapsa* alter. *dilapsa pedes* Jun.

296.

Digitized by Google

Intumuit pietas: si quid flagrantius actum
Quam decuit miseram. supplex dejectaque vestris
Advolvor genibus. liceat cognoscere sortem.
Hoc tantum. liceat certos habuisse dolores.
Scire peto, quae forma mali. quamcumque dedistis
Fortunam, si nota, feram, fatumque putabo,
Non scelus. adspectum, precor, indulgete parenti:
Non repetam. quaesita manu securus habeto
Quisquis es. adfirmo praedam. desiste vereri.
Quod si nos aliquo praevenit foedere raptor;
Tu certe, Latonā, refer. confessa Diana
Forte tibi. nosti, quid sit Lucina, quis horror

Pro

296. *Intumuit*] *Intimuit* Voss. duo. *actum est* Ald. & aliae edd. *flagrantibus* ed. Vicet. Parm.

297. *Dejectaque*] Ita vetus liber. Invitus prope feci, ut *miseranda* excluderem, quia Ovidius (in Ibin 115.) *Sis miser & nulli miserabilis.* sed *dejecta* magis quadrat, neque hic *miseranda* tantum habet gratiae, quia non sequitur e vestigio *miseram.* CLAVER. vulgo, *miserandaque*, quod cum *misera* uno eodemque versu ferri non potest. Claverii & Isingrini codices secutus sum. noster 1. in Rufin. 258.

—— *dejecerat amens*
Occultis odiis terror. HEINS.

Noster Bell. Getic. 376.

Non dejecta malis, mixta sed nobilis ira.

III. Cons. Hon. 77.

Sceptraque dejecto decerat Romana clienti.

apud Stat. III. Theb. 314. Mars ad Venerem precantem:

Tunc me sanguineo late defervere campo
Res super Argolicas haud sic dejecta videbis.

decuit miseros Voss. *miseras* alter & Mediol. *miseram decuit* Pulm. *miserandaque matris* Leid. BURM.

298. *Liceat*] Thetis apud Statium: *sit fas Pro nato timuisse mihi.* sed non pari sensu. CLAVER.

299. *Hoc tantum*] Hic distinguendum cum Leid. & edd. Parm. Junt. Ald. & aliis. male aliae, ut Colin. Parrhas. *Hoc tantum liceat.* Virgil. II. Aen. 690.

Adspice nos, hoc tantum. & si pietate meremur &c.

Stat. XI. 192.

Hoc tantum. & natae melius connubia jungas.

ubi Schol. Barth. *plura a te non peto.* BURM.

Dolores] *timores* Voss. *furores* unus Heinsii. Voss. Leid. edd. Vicet. Parm. Junt. Isingr. Colin. Gryph. Barth. & agnoscit Parrhasius & Pulmannus. sequens versus deerat edd. Vicet. & Parm.

301. *Sit rapta*] Ita hic antea legebatur, pertinacem mendam tollente nemine, cum glacie frigidiorem sententiam non animadverterent. meus MSS. *Quamcumque dedistis Fortunam, si nota, feram.* quomodo scripsisse Claudianum nihil vereor praestare. DRAK. Alii, *sit rapta.* forte, *sit nota.* Malim etiam, si per membranas liceat, *quamcumque daturne Fortunam, si nota, feram.* vel, *quodcumque dedistis Fortunae.* nam *Fortunae* est in secundo Vaticano. *quantamque* quintus praestantis notae in eadem bibliotheca. HEINS. *quantumque* Jun. Voss. *quantamque* Mediol. *tulistis* duo Pulm. *Fortunae* Leid. Jun. Voss. *sit nota* Jun. Voss. & unus Heinsii.

301. *Non scelus*] Deest versus hic Leidensi.

303. *Non repetam. quaesita manu*] Distinctione locum juvimus, qui Barthium valde exercuit. HEINS. Barthius legebat: *Non repetam, quin visa manet.* in priori editione, *qua visa, mane.* deinde *quaesita* retinet, & de Cerere quaerente intelligit. ego vulgatam, quae & in Leidensi est, & edd. Vicet. Parm. & aliis, retineo. *quaesita manu*, id est, vi rapta. (neutro genere utitur, pro *quaesitam*) adquisita tibi habeto. ita Flor. I. 1. *manu capta sunt matrimonia.* de raptu Sabinarum. & ita millies alii. *quaesitum* vero pro acquisitum saepe occurrit. Ovid. VII. Met. 657.

Quaesitique tenax, & qui quaesita reservet.

vide ad II. Art. 674. ut vero hic *manu quaesita*, ita Propert. III. XVI. 5. *mortales dextra cum quaererent urbes.* ubi vide Broukhus. BURM.

304. *Adfirmo*] Ulpiano: *Affirmator quasi fi lejussor est, cum idoneum tutorem dixit.* hic vero Ceres *adfirmat praedam*, ita ut idoneum raptorem praestet. Ovidius: *decepit idoneus auctor.* CLAVER.

305. *Quod si nos*] Non *vos*, probe unus Mediceus. deinde *foedere* pro *munere* potiores scripti, & hoc probe. HEINS. *Si nos* etiam Mediol. mox pro *Tu certe*, *Tu saltem* Jun. Voss. Mediol.

307. *Quid horror*] Sic quatuor scripti. alii plerique, *quis horror.* vulgati, *timorque.* Valerius Cato in Diris:

Luna, dolor nosti quid sit. miserere dolentis.

Digitized by Google

Pro genitis, & quantus amor. partusque tulisti
Tu geminos: haec una mihi. sic crine fruaris
Semper Apollineo: sic me felicior aevum
Mater agas. largis tunc imbribus ora madescunt.
[Quid tantum est dignum fleri, dignumque taceri?]
Hei mihi! discedunt omnes. quid vana moraris
Ulterius? non bella palam coelestia sentis?
Quin potius natam pelago terrisque requiris?
Adcingar lustrare diem. per devia rerum
Indefessa ferar. nulla cessabitur hora.
Non requies, non somnus erit, dum pignus ademtum
Inveniam; gremio quamvis mergatur Hiberae
Tethyos, & rubro jaceat vallata profundo.
Non Rheni glacies, non me Rhipaea tenebunt
Frigora: non dubio Syrtis cunctabitur aestu.
Stat fines penetrare Noti, Boreaeque nivalem
Vestigare domum. primo calcabitur Atlas
Occasu, facibusque meis lucebit Hydaspes.
Inpius errantem videat per rura, per urbes
Jupiter. extincta satietur pellice Juno.
Insultate mihi: coelo regnate superbi.
Ducite praeclarum Cereris de stirpe triumphum.
Sic fatur, notaeque jugis inlabitur Aetnae,

No-

Heins. *quis horror* Ald. de usu praepositionis *pro* in similibus vide ad Lucan. Lib. VII. 138. Burm.

310. *Sic me*] *sic tu* unus Heinsii.

312. *Quid tantum est*] Hunc versum non habuit vetus liber, nihiloque melior est aut majoris momenti. ejusdemque farinae est Ille in fine Statii:

Aura silet, puppis currens ad littora venit.

non tamen rejeci, uti videa. Claver. Malim, *Quid tandem*. sed cum Claverius testetur in optimo codice non comparuisse, per me licet pro spurio habeatur hic versus. mox, *num bella palam*, pro *non* prim. Vatic. Hains. Deerat & Jun Voss. & uni Heinsiano. *quid tanto dignum fletu* Voss. alt. *tantum dignum est* Mediol. mox, *Heu mihi discedere* Leid. pro *discessere*.

314. *Non bella*] *num* Jun. Voss. duo. *coelestia cernis*. Jun.

316. *Diem*] *fretum* MS. Pulm. mox, *Indefensa* Voss. *cessabitur ora* maluit olim Heinsius.

319. *Hiberae*] *byberno* Jun. Mediol. & Leid. pro varia lectione. *berenae* in marg. in textu *Here. Ibero* Voss.

320. *Jaceat*] Victoris liber, *taceat*. Delr.

Vallata] Sic in optimo codice. Silius.

Insula fluctivago circumvallata profundo.

alias, *velata*, quod nimis exile. Claver. *velata* editiones pleraeque praeter Aldinam. vid. II. in Rufin. 467. & II. Stilich. 189. & alibi. Burm.

322. *Non dubio*] *nec* MS. Pulm. *cunctabitur* non placebat Scaligero, qui vocem jugulaverat. Barthius in priori editione recte exposuerat pro morabitur, detinebit, quam cur deseruerit in secunda, nescio. vide ad II. de Laud. Stil. 284. *contabitur* Leid. *dubiam Syrtim* dixit Lucan. I. 686.

323. *Fines*] *finem* Voss. *Boreaeque brumalem* idem. pessime.

324. *Occasu*] *Oceano* Leid.

326. *Rura*] *castra* Mediol. & Leid.

327. *Satietur*] *saturetur* Voss. & mox, *caelo regnante* idem & ed. Gryph. *caeli cum rege* Mediol.

330. *Sic fatur*] *Haec fetur* Jun. Voss. duo & Ald. *votaeque* Voss.

Digitized by Google

Noctivago taedas inflammatura labori.
Lucus erat prope flavum Acin, quem candida praefert
Saepe mari, pulchroque secat Galatea natatu:
Densus, & innexis Aetnaea cacumina ramis,
Qua libet usque, tegens. illic posuisse cruentam
Aegida, captivamque pater post praelia praedam
Advexisse datur. Phlegraeis silva superbit
Exuviis, totumque nemus victoria vestit.
Hic patuli rictus, hic prodigiosa Gigantum
Tergora dependent; & adhuc crudele minantur
Adfixae truncis facies; inmaniaque ossa

Ser-

331. *Inflammatura labori*] Unus MS. & unus impressus, *informatura*. DELR. *informatura* Inſingr. & septem nostri. non displicet. ut apud Virgil. Lib. VIII. 426.

His informatum manibus jam parte polita
Fulmen erat.

& mox 447. *ingentem informant clipeum*. Prudent. Psychomach.

Aerea sed cassis cocto informata metallo.

sic veterrimus liber, nisi quod transpositis vocibus *cocto cassis* exhiberet. plura Lib. I. 237. diximus. hic tamen loci nil mutandum. Cicero Verrina VI. *Quam cum investigare & conquirere Ceres vellet, dicitur inflammasse taedas iis ignibus, qui ex Aetnae vertice erumpunt.* apposite. HEINS. *informare* est ex arborum ramis caelis parare & aptare ligna ad faces, quod sequentia vs. 358. videntur firmare. prius enim parat taedas, quas deinde inflammant. vid. VI. Conſ. Honor. 572. BURM.

332. *Acin*] Hujus nominis prima ubique producitur apud Latinos. de Graecis nil mirer, quia vocalis anceps, eorumque leges minus severae. Idem *Sybacis* penultimam corripit. Haec imitari quidem licet, sed sub conditione. At in vetustissimo codice, qui nomen Saletani praetulit, vix est, ut aliter legas, quam *flavum Acin*. CLAVER. Claverius in antiquissimo codice *flavum Acin* legi notat. quod miror ab eo non receptum, nam vulgata lectio *prope flumen Acin* contra prosodiae leges manifeste pugnat. etsi priorem in *Acis* syllabam vetus epigramma necdum editum corripiat. cujus tamen auctoritas non est magna. DE GALATEA:

Diffugiens pontum silvas Galatea peragrat.
Custodem ut pecorum cernere possit Acin.
Nam teneros gressus infigit sensibus ardens,
Nec tamen alta pedum vulnera sentit amor.
Ipsa Cupidineae cedunt elementa pharetrae,
Cujus & in mediis flamma fulgurit aquis.

flavus Poëtis fluvios dici quis nescit? sic *flavus Tiberis*, *Lycormas*, *Alpheus*, *Simoëntis*, alii. simile mendum infra Eidyllio de Phoenice sustulimus:

Talis barbaricas fluvio de Tigride turmas
Ductor Parthus agit.

ubi *flavo* castigandum. ut & apud Propertium Lib. II. Eleg. IX. loco vexatissimo:

Et dominum lavit moerens captive cruentum
Appositum flavis in Simoënta vadis.

ita enim conjicio corrigendum. vulgo, *fluviis vadis*. quod adjective sumi Passeratius contendit, quomodo *pluvius Auster*, sed non persuadet. frustra etiam vir maximus distichon totum, ut spurium, delendum censebat. Statius IV. Theb. 239.

Qui te flave natant terris Alphaee Sicanis
Advena. ita lege cum vetustissimis libris. HEINS. *flumen Athis* Voss. *Athin quod* Mediol. *flumen Atym quod* edd. Vicet. Parm. ita & *fluvius* & *flavus* in MSS. apud Val. Flacc. IV. 719.

334. *Ramis*] *fluvis* Voss. duo. versu proximo pro *fecat*, *natat* Leid. quae est glossatoris expositio.

335. *Qua libet usque tegens*] *Quamlibet* opinor scribendum, de quo loquendi modo pluribus egi ad Nasonem. HEINS. *qua licet* Jun. Leid. Mediol. MS. Pulm. ed. Ald. *quamlibet* Voss. pro varia lectione. mox, *praedae* unus Heinsii.

337. *Advexisse*] Alter vetus liber, *adnexisse*. DELR.

Datur] Id est, traditur. simplex pro composito: atque ita Graeci utuntur suo *δίδωμι*. Terentius, *paucis dabo*. Virgil. Ecl. I. *da Tityre nobis*. Scaliger tamen ait nihil insuavius ac remotius esse a puritate Latini sermonis. CLAVER. vide ad Valer. Flacc. Lib. V. 527. Ruaeus ad Virgil. Ecl. I. 19. *dare* in activa forma hoc sensu admittit, sed *dari* esse sequioris aevi putat. BURM.

338. *Totumque*] *Illum vertit victoria nemus* Parm.
339. *hic prodigiosa*] *& prodigiosa* Voss. duo. Jun.
341. *Adfixae*] *adfixae facies. truncis immanique* Leid. *facies truncis immaniaque* ed. Parm. *facieque* Voss.

Serpentum paſſim cumulis exſanguibus albent:
Et rigidae multo ſuſpirant fulmine pelles:
Nullaque non magni jactat ſe nominis arbor.
Haec centumgemini ſtrictos Aegaeonis enſes
Curvata vix fronte levat: liventibus illa
Exſultat Coei ſpoliis: haec arma Mimantis
Suſtinet: hos onerat ramos exutus Ophion.
Altior at cunctis abies umbroſaque late
Ipſius Enceladi fumantia geſtat opima,

Summi

342. *Tumulis exſanguibus albent*] *cumulis* lege vel contra ſcriptos. quod & Scaliger vidit. Stat. x. Theb. 649. *exanimes circum cumulantur acervi. exſangues acervos* vocat IV. Conſ. Hon. 472. Conſ. Olybr. 110.

Creſcunt in cumulum ſtrages, vallemque profundam
Aequavere jugo.

Bell. Gildon. 39.

Quid referam morbive luem cumulosque repletos
Stragibus.

ſic & alibi. HEINS. perpetua haec confuſio. vide II. in Europ. 439. Bel. Get. 514. IV. Conſ. Hon. 33.

343. *Rigidae*] *rigido* Leid.

Suſpirant] Supra de Encelado I. 134. *Spirat inexhauſtum flagranti pectore ſulfur.* tamen Scaliger hunc verſum reprehendit, atque ita caſtigat: *Exhauſtaeque rigent infeſto fulmine pelles.* cujus etſi diverſa ſententia, non tamen crediderim Claudiano, ſi eſſet redivivus, ingratum nimis fore. CLAVER. *ſuſpirant flumine* Voſſ. *ſanguine* quidam apud Parrhaſium. *ſuſpirare* cum utroque caſu accuſativo & ablativo conſtrui varie, videbis apud Broukh. ad Tibull. I. VII. 41. BURM.

345. *Strictos Aegaeonis enſes*] Alludit ad trophaea Romanorum, de quibus Servius ad II. Aen. princ. & noſter de VI. Conſ. Honor. de Gigantibus lege Gigantom. & de Aegaeone Homer. I Iliad. 403. DEMPST. *fractos* malit ex ſuis libris Parrhaſius, quod & mihi placet. mimeſis Statiana eſt Theb. II. 707.

Quercus erat teneras jam longum oblita juventae,
Huic laeves galeas, perfoſſaque vulnera crebra
Inſerit arma ferens: huic truncos ictibus enſes
Subligat, & fractas membris ſpirantibus haſtas.

quamquam fortaſſe rectius illic libri, *tractas*. & mox:

Nunc tibi fracta virûm ſpolia informesque dicamus
Exuvias. HEINS.

346. *Curvata vix fronte levat*] Ita vetus codex, non *fronte*. agit enim de arbore, atque ramos nimium ſpoliis onuſtos indicat. CLAVER. *fronte* priſcae editiones. rectius. arboribus apud Poëtas ita capita, frontes, comae, brachia. nihil magis obvium. infra quoque 374. legendum, *frontibus aequis Adſtant*. HEINS. vide ad Ovid. IX. Met. 91. mox vs. 370. *capita* dat cupreſſis. ſic in Culice Virgiliano vs. 137 legerem cum Heinſio,

Appetit aëriis contingere frontibus aſtra.

ubi vulgo *montibus*. BURM.

347. *Zancli ſpoliis*] Cum in autographo *Coei* haberetur, incurius librarius *Caci* ſcripſit, ut etiamnum in meis membranis legitur. poſt cum, qui editionibus praeerant, nusquam ſe de ſecundo hoc terrigena *Caco* legiſſe recordarentur, audacter nimis, *Zancli* ſubſtituerunt. Victoris liber, *Catbi*. mendoſe. *Coei* Heſiodus, Diodorus, Apollonius, Apollodorus meminere, Κοῖον vocantes. Virgil. I. Georg. *tum partu terra nefando Coeumque Japetumque creat*. Propert. Lib. III. *coeloque minantem Coeum*. DELR. *Zancli* in MS. & excuſis. in altero, *Coei*. non male. ſed mutare ſum veritus, licet non meminerim gigantis, cui nomen fuerit *Zancio*. At Zancle urbs Siciliae, neque unde dicta ſit, ſatis perſpicio. Silius tamen:

Nec Zanclea gerunt obſcuram moenia famam,
Dextera quam tribuit poſito Saturnia telo.

quod videtur hanc firmare lectionem. CLAVER. *Caci* in plerisque ſcriptis. alii alia monſtra lectionum ſuggerunt. vulgata ſcriptura optime ſeſe habet, niſi *Rhoeti* mavis, nam in duobus antiquis eſt, *rati*. Faceſſat Barthius cum ſuo *Zancio*, qui nullus inter Gigantas fuit. HEINS. In MSS. nomina propria admodum depravata. ſic *Caci*, *Cbacbi*, *Aeaci*. mox, *minatis*, *minantis*, *Orpbias*, *Oſyas*, *Oſyon* reperitur.

Mimantis] Sic in veteri codice, eſtque Gigantis nomen. Horat. *Typhoeus & validus Mimas*. alii, *minantis*. idque inepte. CLAVER.

348. *Ophion*] *Opbias* Leid. & edd. Vicet. Parm. mox, & *cunctis* edd. Vicet. Parm. Junt. Iſingr. Colin. Gryph. & aliae. *a cunctis* Voſſ. *lati* etiam Voſſ. mox, *ſpumantia* Mediol. & Jun.

352. *Lap-*

Digitized by Google

Summi terrigenûm regis, caderetque gravata
Pondere, ni laſſam fulciret proxima quercus.
Inde timor numenque loco, nemorisque ſenectae
Parcitur, aetheriisque nefas nocuiſſe tropaeis.
Paſcere nullus oves, nec robora laedere Cyclops
Audet, & ipſe fugit ſacra Polyphemus ab umbra.
Non tamen hoc tardata Ceres. accenditur ultro
Religione loci, vibratque incerta ſecurim,
Ipſum etiam per itura Jovem. ſuccidere pinus,
Et magis enodes properat proſternere cedros,

Ex-

352. *Lapſam*] Vetus liber vel *laſſam*, vel *lapſam*. DELR alii *lapſam*. ſed ſi lapſa jam erat, non video quomodo fulciri potuerit. Lege igitur *laſſam*, cum Delrii & Iſingrini codice ac ſex noſtris. Idyll. de Phoenice. 31. *ceu laſſa procellis Ardua Caucaſio mutat de vertice pinus.* Statius I. Theb. 330.

——— *in plana Cithaeron*
Porrigitur, laſſumque inclinat in aequora montem.

ſic optimae membranae. ſic Lib. I. in Rufin. 276. *laſſa ratis procellis*, & *laſſi pontes* Conſ. Manl. 237. quomodo caſtigavimus utrumque locum. HEINS. *laſſa fornax* Lib. I. 242. & infinita talia. *ni lapſum* Leid. & edd. Vicet. Parm. Junt. & aliae. *maxima* etiam Voſſ. a m. pr.

353. *Timor numenque*] Petronius e Statio, *primus in orbe Deus fecit timor.* CLAVER.

354. *Aetheriisque nefas*] *aetheriis nec fas* Voſſ. *panditur* Leid. ſed vitio librarii, nam gloſſa exponit, *quia non ſcinditur.*

355. *Robora laedere*] Religio luci vetat, vel ſceleratos & immites offendere arbores: tales finxit vetuſtas Cyclopes. Gell. XXV. 21. de loco natali eorum certamen eſt, nam continentis terrae, non inſulae, fuiſſe incolas docet Turneb. Lib. XXIV. cap. 10. & Lib. XXIX. cap. 32. ex Homer. VI. Odyſſ. princ. At receptam ſententiam ſequens noſter, ponit eos in Sicilia I. de Raptu, aſſentiente Virgilio Lib. III. Aen. 662.

Aetnaeos fratres coelo capita alta ferentes.

& Tibull. Lib. IV. ad Meſſalam:

Ceſſit & Aetnaeus Neptunius incola rupi.

DEMPST. *robur ſcindere* Voſſ.

357. *Non tamen*] *Nec tamen* Jun. *Non tamen eſt* Voſſ. *Non haec tardata ei* Leid. cum gloſſ. *arbores*, ut *omnes* voluerit.

358. *Vibratque incerta ſecurim*] Aldus & ſcripti quidam, *infeſta*. non probo. Virgil. II. Aen. 224. de tauro: *incertam excuſſit cervice ſecurim.* Silius Lib. V. 64.

——— *preſſamque ad colla bipennem*
Incerta cervice ferens altaria liquit.

Prudentius Apotheoſ. *Incertum fruſtratur victima ferrum.* Seneca Medea 23. *Incerta, vecors, mente veſana feror Partes in omnes.* & VS. 382.

Incerta qualis exhibeos curſus tulit,
Cum jam recepto Maenas inſanit deo.

& 939. *anceps aeſtus incertam rapit.* HEINS. contra *certus mucro* I. in Eutrop. 47. vid. ad Conſ. Olybr. 187. & ad Ovid. II. Art. 192.

359. *Ipſum etiam per itura Jovem*] Sic in MS. id eſt, *itura per Jovem.* ſic Lucretius dixit *peritare.* Servius ait, *per* plerumque regere ſuum caſum, ut *percurro forum.* Scimus autem ex Tyrio Max. Celtas etiam quercum Jovis nomine appellaſſe. ſane *petitura* debetur cuidam ſciolo, neque dum verſifici, nam Tibullus:

Lucra petituras freta per parentia ventis,
Ducunt inſtabiles ſidera certa rates.

delirat vero Eunapius, cum ſuggillat Acacium menſorem. ut par eſt, accuratum, aitque Homerum non metri, ſed ſolius euphoniae habuiſſe rationem. Ceterum Statii locutio huc pertinet: *nullis in te datur ire ſagittis.* CLAVER. Claveriani codicis ſcripturam expreſſimus, quam & Raphelengius ſecutus. nam, ſive *petitura* cum vulgatis legas, ſive *feritura* cum ſcriptis nonnullis, claudicabit verſus. Barthius, *petat ira*, non male. HEINS. *ipſum ſeu* marg. Iſingr. forte, *Ipſum ceu petit ira Jovem.* etiam *petit ira* Scaliger conjecerat. *etiam petitura* Leid. tmeſis illa, ſi uſitata eſſet Claudiano, ſenſum ſatis bonum faceret. ſic *ire per hoſtes* &c. de quo vide ad Ovid. IV. Ep. 38. etiam in Addendis. ita Heinſius locum Statii Lib. V. Silv. II. 166. corrigebat:

Idem omnes perque ire gradus.

quod tamen durius videri jure poteſt. BURM.

360. *Et magis*] *Aut magis* Jun. Voſſ. *at* vel *haud* Voſſ. alter. ed. Colin. *ac magis* Mediol. & Ald. *dubitat*

Digitized by Google

Exploratque habiles truncos, rectique tenorem
Stipitis, & certo percenſet brachia niſu.
Sic, qui vecturam longinqua per aequora mercis
Molitur tellure ratem, vitamque procellis
Objectare parat, fagos metitur & alnos,
Et varium rudibus ſilvis adcommodat uſum.
Quae longa eſt, tumidis praebebit cornua velis:
Quae fortis, malo potior: quae lenta, favebit
Remigio: ſtagni patiens aptanda carinae.
Tollebant geminae capita inviolata cupreſſus
Ceſpite vicino; quales non rupibus Idae
Miratur Simoïs; quales non divite ripa
Lambit Apollinei nemoris nutritor Orontes.
Germanas adeo credas: ſic frontibus aequis
Adſtant, & ſocio deſpectant vertice lucum.
Hae placuere faces. pernix invadit utramque.

Cincta

bitat proſt. Jun. Voſſ. marg. Iſingr. MS. Pulm. & tunc Heinſius malebat *an magis. enodes* etiam Mediol.

361. *habiles*] Scripſerat hoc pacto poëta, hinc Celſanus *babies* effecit. inde Parrhaſius, ut fit, dum errorem parit error, & ipſe male *abiens* elicuit. id alii animadvertentes, *habiles* poſuerunt, quod MSS. confirmant. Dᴇʟʀ. *explorat habiles* Oxon. *explorat-que abiens* Leid. & itidem vel *abies* Jun. *abies* Oxon. Voſſ. *ſalices* Oxon. m. pr.

362. *Certo praetentat brachia niſu*] *percenſet* decem libri. tres *praecenſet*, quod tantundem. noſter vi. Conſ. Hon. 156.

Reliquias numerare breves parvamque juvabit,
Percenſere mamm.

percenſere aevi ſenium dixit Statius Theb. i. Niobe apud eumdem Lib. iv. 576. *tumido percenſet funera luctu.* Silius Lib xv.

Dumque ea confuſo percenſet murmure vulgus.

Gratius Cyneg. 289.

——— ——— *tum deinde monebo,*
Ne matrem indocilis natorum turba fatiget
Percenſere notis, famque inde excernere parvos.

pro *viſu* etiam *niſu* lege, cum ſcriptis Raphelengioque, & *malo*, pro *clavo* paulo poſt. Hᴇɪɴs. *perluſtrat* unus. & *pertentat* alius Pulm. *praetentet* Oxon. *ſtipitis arrecto* Oxon. *nixa* etiam unus Heinſii, Mediol. & edd. Vicet. Parm. Ald. Iſingr. & aliae. mihi *praetentat* placeret prae aliis, id eſt nitens, levans corpus, & manu tactuque explorat, an rami enodes & recti ſatis ſint. vide ad ii. in Rufin. 477. & Valer. Fl. i. 317 *tentare* enim eſt tactu explorare. vid. ad Phaedr. iii. 10. ſi *percenſet* recipiendum, *brachia* pro ramis capienda. ut apud Lamprid. Comm. cap. ult. Bᴜʀᴍ.

363. *Sic qui vecturam*] Ita Regius & unus Mediceus. vulgo, *vecturus*. mox, *cupreſſi* meliores. *Miretur* unus ex Mediceis. Hᴇɪɴs. *qui venturas* Oxon.

365. *Fagos*] *ulmos* Jun. mox, *& rudibus ſilvis varios accommodat uſus.* Voſſ.

368. *Malo*] Ita Parrh. qui praefert *vo clavo*, quod omnes fere habent praeter Aldum.

370. *Cupreſſus*] Tedae Cereris apud Ovidium ſunt pineae. Cʟᴀᴠᴇʀ. vide ad Ovid. iii. Triſt. xiii. 21.

371. *Non rupibus*] *in rupibus* Leid. & Voſſ. duo, qui & mox, *nunc divite. pupibus* & *ſub divite* Mediol. vid. ad Ovid.

373. *Apollinei nemoris nutritor*] Nonnulla huc nonnihil ſpectantia ab Andr. Alciato in annotationibus ad x^s. Librum Codicis commemorantur. Dᴇʟʀ. *nutritor* eleganter, quia fluvii & aqua herbas, plantas & arbores alere dicuntur. vide ad Nemeſian. Ecl. ii. 22. male hic *Anapis* Jun. & Oxon.

374. *Frondibus aequis*] *Frontibus* Parrhaſii editio, & ſeptem ex ſcriptis noſtris. *ſocio vertice* mox pari modo dicet. pluribus ſupra v. 346. *extant* etiam ſcripti nonnulli. & *Alternanique* tres Florentini cum Palatino. Hᴇɪɴs.

375. *Lucum*] *caelum* Voſſ. male. Ovid. iii. Met. 444. licet in alia re, *Deſpicis omne nemus.* hoc Seneca Oed. 542 *ſilvas minores turget. proſpectans* hic Mediol. & Leid. Bᴜʀᴍ.

376. *Hae placuere faces*] Saevit hic quoque more ſuo Scaliger in Poëtam, quem tamen damnare non

Digitized by Google

Cincta ſinus, exſerta manus; armata bipenni:
Alternasque ferit, totisque obnixa trementes
Viribus inpellit. pariter traxere ruinam,
Et pariter poſuere comam, campoque recumbunt
Faunorum Dryadumque dolor. conplectitur ambas,
Sicut erant, alteque levat; retroque ſolutis
Crinibus adſcendit faſtigia montis anheli,
Exſuperatque aeſtus, & nulli pervia ſaxa,
Atque indignantes veſtigia calcat arenas.
Qualis peſtiferas animare ad crimina taxos

Torva

non audet: at *infeliciter*, inquit, *Cupreſſi naturam expreſſit, nam ea taedas non dat.* quaeſo te, Vir magne, quis neſcit funebri officio hanc addi ſolitam? Serv. ad III. & VI. Aen. Plin. Lib. XVI. cap. 33. Ovid. III. Triſt. 23. X. Met. Fab. 3. quam Horatius Lib. II. Od. XIV. *inviſam* vocat. & Epod. Od. V. *funebrem*. Silius Lib. X. *moeſtam*. quid? quod ante templum Cereris creſcebat frequentius ea arbor. Serv. ad II. Aen. fine, ad illud: *juxtaque antiqua cupreſſus*. imo & ſacra huic Deae. Stat. IV. Theb. *minor ara profundae Erigitur Cereri*: id eſt, Proſerpinae, *frondes atque omne cupreſſus Intexit plorata latus*. nil mirum ergo, ſi praeſaga funeris Ceres, & funebrem arborem & ſuam, ad illos uſus accommodarit. communiter tamen taedae nuptiales non ex cupreſſo, ſed ex ſpina pinuve. Plin. Lib. XVI. cap. 18. ex Maſſurio. Maro in Cyri:

Pronuba nec caſtos accendet pinus odores.

Varro apud Nonium in didaſculo, de numero facium, geſtatione, aliisque ritibus Tiraquell. in Alex. Lib. II. cap. V. adde Senec. Octav. Act. II. Sc. II. Act. III. Sc. I. Plaut. Caſin. Act. I. Sc. I. Nota apud Romanos pueros patrimos faces praeferre ſolitos. Plut. Problem. cap. 11. at apud Graecos matrem, ut hic habetur, & accedit Eurip. Phoen. *Ego autem neque tibi lumen accendi legitimum in nuptiis, ſicut decet matrem.* DEMPST.

Utramque] *utraque* Voſſ. qui & *extenſa manus*.

378. *Totisque*] *totis* Jun. & ed. Junt.

380. *Et pariter poſuere comas*] *comam* libri. HEINS. & priſcae editiones. *Et poſuere comam, pariter compoque* Leid.

381. *Ambas*] *umbras* Voſſ. mox, *atoque* Voſſ.

382. *Erant*] *erat* edd. Vicet Parm. Junt. Iſingr. Colin. Gryph. mox pro *arenas*, *habenas* Voſſ.

384. *Exſuperatque*] *Exceditque* MS. Pulm. id eſt, vincit. ut VI. Conſ. Hon. 476. *Impetus exceſſit Zephyros*. vide ad Rutil. I. Itiner. 92. BURM.

386. *Animare ad crimina taxos*] *armare* primus Vaticanus, quomodo apud Silium Lib. XIV. 303.

Armatam hinc igni pinum & devolvere ſaxa
Certabant.

pinum pro facibus pineis ponit. ſic enim liber optimus. vulgo, *molem*. minus bene. Oxonienſis, *animarum*. quomodo & Claverii codex, quod illi placet, ut *ruere* pro eruere ſumatur. ſubſcripſit Claverio Barthius. vulgata lectio proba eſt & elegans. *animandi* verbo frequenter utitur Claudianus. Lib. II. in Rufin. 358.

Flexilis induſtis animatur lamina membris.

ubi perperam cum ſcriptis nonnullis *humatur* legunt. Nuptiis Honor. 188. *ſubitis animantur frondibus haſtae*. III. Conſ. Hon. 113. *piga deſerit Haemo Orpheis animata modis*. Bell. Get. 19. *Arbore praeſaga tabulas animaſſe loquaces*. & nolter Statium imitatus eſt Theb. Lib. VIII. 232.

—— —— *Tyrias reptantia ſaxa*
Ad chelyn, & ſubitas animantem Amphiona cautes.

idem Lib. III. Silv. Surrentino Pollii:

Si quid Apellei gaudent animaſſe liquores.

rurſus Pietate Abaſcantii Lib. V. Silv. I. prine.

Si manus aut ſimilis docilis mihi fingere ceras,
Aut ebur inpreſſis aurumve animare figuris,

Theb. Lib. VI. 268.

Exin magnanimûm ſeries antiqua parentum
Invehitur miris in vultum animata figuris.

in vultum animata, ut Silvar. III. 3. 104. Lacrimis Etruſci:

Quae Divûm in vultus igni formata liqueſcat
Machina.

Pentadius de Adventu Veris ex optimo codice, in Catalect. Pith. pag. 172.

Sentio, fugit byems, Zephyrisque animantibus orbem
Jam tepet Eurus aquis. Sentio, fugit byems.

vulgo, *moventibus orbem*. *Animari* igitur faces dictae, quae accenduntur. ſic *lucernae animam* Varro dixit Bimarco, *Noctilucam tollo, ad focum fero, inflo:*

Digitized by Google

Torva Megaera ruit; Cadmi seu moenia poscat;
Sive Thyesteis properet saevire Mycenis.
Dant tenebrae manesque locum, plantisque resultant
Tartara ferratis: donec Phlegethontis ad undam
Constitit, & plenos excepit lampade fluctus.
Postquam perventum scopuli flagrantis in ora;
Protinus arsuras adversa fronte cupressus
Faucibus injecit mediis, lateque cavernas
Texit, & undantem flammarum obstruxit hiatum.
Compresso mons igne tonat, claususque laborat
Mulciber. obducti nequeunt haerere vapores.

Corni-

instо: anima revivisсit. plura hoc loco secundis curis Barthius. pari modo & *vivas lucernas* Horatius dixit. Plautus Aulul. Act. I. Sc. II. *Si vivet ignes, ut extinguere extempulo.* Ovid. VI. Met. 77.

Cum videt Aesoniden, extinctaque flamma revixit.

ita ex membranis scribendum, non *reluxit.* plura ad illum locum. Ceterum *ruit animare* nostro dictum, ut *ruit dicere* Propertio Lib. IV. Eleg. I.

Quo ruis imprudens vaga dicere facta, Properti.

ruere scire Lucano Lib. VII. 751.

Scire ruunt quanta fuerint mercede nocentes.

ut illic optimae membranae. perperam *volunt* in vulgatis. Statius VI. Theb. 475. *ruit Haemonium, dum fervidus instat Admetum superare Thoas.* Lib. VII. 177. *novercales ruimus ditare Mycenas.* Alcimus Avitus Lib. V. *illi Profitium, cursuque ruunt attingere litus.* Denique totus hic Claudiani locus ex eodem Statio adumbratus Theb. IV. initio, ubi inter alia, vs. 53.

Saevus bonos fluvio, Stygias lustrare severis
Eumenidas perbibetur aquis. huc mergere suetae
Ora, & anhelantes pice Phlegethonte cerastas.
Seu Thracum vertere domos, seu tecta Mycenes
Cadmeumve larem.

ita illic lege pro *tuto Phlegethonte* cum antiquis membranis. HEINS. de usu infinitivi vid. ad Val. Flacc. Lib. VI. 647. pro *ad crimina, ad proelia* Oxon. *ad culmina* Voss.

Taxos] Stat.

Nec dum illum trunis lustraverat obvia taxis
Eumenis. CLAVER.

387. *Moenia poscat*] vid. ad Lib. I. in Rufin. 221. *lumina*, vel *limina*, vel *moenia poscam* Leid.

390. *Phlegethontis ad undam*] non *in unda*, tres scripti. Ovid. I. Met. *Constitit ad ripas.* mox, *excepit*, pro *accepit* plerique. Florent. S. Marci, *suscepit.* pro *plenis ferratis*, Regius, *palmis* vel *portis.* HEINS. *in undam* Voss. *palmis* Oxon. *portisque* alt. Oxon. Mediol.

391. *Fluctus*] Perperam *fructus* ed. Barth. prior. *accepit* Leid.

392. *Postquam*] Statius Lib. XII. *Qualis ab Aeneis accensa lampade faxis.* vide reliqua. CLAVER. *perventum est* Mediol. & multi scripti atque editi. *in horam* idem Mediol. *est perventum* ed. Barth. & Vicet. Parm. Ilingr. & aliae. *ferventis in ora* MS. Pulm.

Ora] Lucret. *In summo sunt vertice item crateres, ut ipsi Nominitant, quae nos fauces perbibemus & ora.* CLAVER.

393. *Aversa fronte*] Unus MS. *adversa fronde.* alter, *adversa fronte.* DELR. *Adversa*, non *aversa*, plerique veterum. ut apud Silium Lib. V. 93. *sed & obvius hostis Adversa fronte.* Ovid. II. Met. 476. *adversa prensis a fronte capillis.* quamquam de cupressorum fronte intelligi hoc loco malim. HEINS. *aversa* Mediol. Leid. a m. s. edd. Vicet. Parm. Junt. Ald. & aliae. *fronde* Oxon. MS. Pulm. mox, *Faucibus incendit* Voss.

395. *Flammarum*] *flammis* Voss. *flammarum obtrudit* Oxon. dein, pro *mens*, mox jun. duo Voss. *Mulcifer* etiam Oxon.

397. *Nequeunt exire vapores*] *haerere* meliores scripti. & mox *stridunt*, pro *stridet*, ut initio libri primi, *angues Tripodem stridunt*, & alibi passim apud Poëtas, praesertim apud Maronem in vetustissimis exemplaribus. vide II. in Eutrop. 105. Conf. Olybr. 101. Opinor tamen a Claudiani manu esse, *obstatque negant haerere vapores.* sic Lib. II. in Rufin. 8.

——— *neque enim patiuntur saeva quietem*
Crimina, pollutaeque negant arescere fauces.

supra Lib. II. 180. & *mersa negarent Arva coli.* ubi vide. sic & Statius frequenter. HEINS. ita I. in Eutrop. 128. & alibi. *haerere* Ald.

398. *Cor-*

Digitized by Google

Coniferi micuere apices: crevitque favillis
Aetna novis. ſtridunt admiſſo ſulphure rami.
Tum, ne deficerent tantis erroribus ignes,
Semper inocciduos inſopitosque manere
Juſſit, & arcano perfudit robora ſucco;
Quo Phaëthon inrorat equos, quo Luna juvencos.
Jamque ſoporiferas nocturna ſilentia terris
Explicuere vices. laniato pectore longas
Inchoat illa vias, & ſic ingreſſa profatur.
Non tales geſtare tibi, Proſerpina, taedas
Sperabam: ſed vota mihi communia matrum,
Sed thalami feſtaeque faces, coeloque canendus
Ante oculos Hymenaeus erat. ſic Numina fatis
Volvimur, & nullo Lacheſis diſcrimine ſaevit?
Quam nuper ſublimis eram, quantisque procorum
Cingebar ſtudiis? quae non mihi pignus ob unum
Cedebat numeroſa parens? tu prima voluptas,
Tu poſtrema mihi: per te fecunda videbar.
O decus, o requies, o grata ſuperbia matris?

Qua

398. *Corniferi*] Sic meus MS. ſic tres Lugdunenſes una cum Pariſienſi, & Baſileenſi. ineptiſſime. Cupreſſus enim proprie *coniferi* dicuntur, quod coni inſtar in faſtigium convolvantur. Ovid. *coniferae cipariſſi*. Nemeſian. *Si modo coniferas inter viburna cupreſſus*. DELR. *cornigerae* Voſſ. eadem fere diverſitas Lib. I. 204. *comiferae mic. facis* Mediol. *errevitque cavillis* Voſſ. *ſtridens* Leid.

400. *Erroribus ignes*] *fervoribus aeſtus* MS. Pulm. *ardoribus ignes* Leid. a m. pr. mox, *perfundit* Oxon. *perfadit* Mediol.

403. *Juvencos*] Victoris liber, *jugales*. ſed alia manu inter lineas ſcriptum, *juvencos*. quam vocem reliqui omnes libri retinuerunt. DELR. *juvencas* vetus codex. Auſonius: *revocavit Luna juvencas*, alii, *juvencos*. non male. CLAVER. Petaviani duo, *jugales*. *juvencas* Claverius ex ſuo libro, & illo Auſoniano, *revocavit Luna juvencas*. ſed nulla opus mutatione. noſter Idyllio de Phoenice v. 60. *nitidos ſtupefacta juvencos Luna premit*. tauros etiam Lunae tribuunt Mythologi veteres. HEINS. vide Spanhem. ad Callim. Hymn. in Dian. 113. & Triſtan. Tom. I. Comm. pag. 129. Harduin. Numiſm. in Ἰωπίων. unde & *juvencas* poſſe legi diſces. vide ad Rutil. I. 511. BURM.

404. *Soporiferas*] *ſoporiferis* unus Heinſii & Mediol. & *jam ſomniferis* Leid. & pro varia lectione *ſoporiferis*.

406. *Ingreſſa*] *progreſſa* Voſſ. *probatur* Mediol.

409. *Sed thalami*] Ita Oxonienſis, non *Et*. quae repetitio efficax admodum eſt. IV. Conſ. Hon. 455.

Marte ſed ancipiti, ſed multis cladibus empta.

Nupt. Honor. 35.

Sed certe mersur princeps, ſed principe natus.

quomodo vetus liber. Ovid. VI. Met. 611.

—— *non eſt lacrimis, hic, inquit, agendum,*
Sed ferro, ſed ſi quid habes, quod vincere ferrum
Poſſit.

ut cum ſcriptis legendum. Val. Flacc. VIII. 347.

—— *ſemiferi nec myrrha corpus Achivi*
Sed pice, ſed flammis, ſed olentes ſulphure crines.

Livius Lib. XXIV. *Libertatis auctorem eis non ſe fore ſolum, ſed conſulem M. Marcellum, ſed univerſos patres*. HEINS. vide ad Ovid. V. Met. 16. *faſtaque faces* Mediol. ed. Iſingr. Pulm. an pro *fauſtae*? vide ſupr. Lib. II. 347. BURM.

410. *Ante oculos*] *Ante Deos* Oxon. ut apud Propert. IV. I. *ante deos libera ſumpta toga* ſed nihil muto. mox, *nunc numine fati ducimur* Mediol. *ſic n. fatis ducimur, & Lacheſis nullo* Leid. BURM.

413. *Quae non mihi*] *quae non modo* Jun alter. mox, *voluntas*, &, *poſtrema mei* Oxon *facunda* Jun.

416. *Grata*] *tanta* Mediol. & Leidenſ. a m. pr.

Digitized by Google

Qua geſſi florente Deam: qua ſoſpite, nusquam
Inferior Junone fui. nunc ſqualida, vilis.
Hoc placitum patri. cur autem adſcribimus illum
His lacrimis? ego te, fateor, crudelis ademi,
Quae te deſerui, ſolamque inſtantibus ultro
Hoſtibus expoſui. raucis ſecura fruebar
Nimirum thiaſis & laeta ſonantibus armis,
Jungebam Phrygios, quum tu raperere, leones.
Accipe, quas merui, poenas. en ora fatiſcunt
Vulneribus; grandesque rubent in pectore ſulci.
Inmemor en uterus crebro contunditur ictu.
Qua te parte poli, quo te ſub cardine quaeram?
Quis monſtrator erit? quae me veſtigia ducent?
Quis currus? ferus ipſe quis eſt? terraene marisne
Incola? quae volucrum deprendam ſigna rotarum?
Ibo, ibo, quocumque pedes, quocumque jubebit
Caſus. ſic Venerem quaerat deſerta Dione.
Efficietne labor? rurſus te, nata, licebit
Amplecti? manet ille decor? manet ille genarum

Ful-

417. *Qua ſoſpite nusquam*] Vulgo, *nunquam*. Heins. *Simone parens* Junian. *Deum* Leid. a m. pr. id eſt geſſi me ut Deam. ſic *gerere Conſulem* Val. Max. IV. 1. 3. *militem gerere* Apulej. Lib. XI. Mileſ. vid. IV. Conſ. Hon. 294. Burm.

418. *Squalida, vilis*] Puto *ſqualllida viſus*, qui Claudiano non novus eſt Graeciſmus. Petavianus certe *vultus*. Heins. eadem varietas Bell. Gildon. 19.

419. *Cur autem*] *cur non* Jun. *ullum* Voſſ. & Leid.

420. *Ademi*] Id eſt, perdidi, exilio ſeu relegatione Naſo (1. Triſt. 1. 27.) *invenies qui me ſuſpiret ademtum*. Claver.

421. *Solamque inſtantibus ultro*] Ita ſcripti, *non ſolam quae*. malim tamen, *quae ſolam*. Heins. *inſtantibus armis* Jun. *ſolam te* Leid.

423. *Laeta ſonantibus armis*] *ervis* Regius & Petav. ſed & de clypeis galeisque intelligi poteſt, percuſſis in ſacro Cybeles. Seneca Hercule Oetaeo vs. 1877. *Nunc Curetas, nunc Corybantes, Arma Idaea quaſſate manu: Armis illum lugere decet.* Naſo in Faſt. IV. 209.

Pars ſudibus clypeos, galeas pars tundit inanes,
Hoc Curetes habent, hoc Corybantes opus.

Gallos *armis concrepare*, quoties alicujus orationem comprobent, monet Caeſar Belli Gallicani Libro VI. Heins. *armis* edd. Vicet. Parm. Junt. Ald. Iſingr. Gryph. & aliae.

424. *Phrygios*] *ſocios Phrygios* Mediolanenſis more ſuo ſcriba. *cum te rap.* Oxon. *te raptore* Voſſ.

425. *En ora*] *onerata* marg. Iſingr. *nunc ora* Leid. mox pro *rubent*, *ruunt* Mediol.

427. *En uterus*] *eſt* Oxon. *contenditur* Voſſ. *crebro jam tunditur* Mediol.

428. *Qua te parte poli*] Lucani hemiſtichium eſt Lib. IX. 872.

Qua te parte poli, qua te tellure reliqui,
Africa?

mox, *ferus ipſe*, non *ille*, ſcripti. Heins.

429. *quae me veſtigia*] *quo me veſtigia* Jun. *Quis currus* Oxon. *terraeve marisve* Voſſ. & Leid. pro *ipſe*, *ille* Parm.

431. *Rotarum*] *viarum* Jun. duo. Oxon. Voſſ. duo. Leid. Pulm. marg. Iſingr. Heinſius malebat etiam, *qua volucrum ſigna ſi qua* Mediol. mox, *Ibo tamen quoc.* Jun. & *jubebunt* Jun. prior.

434. *Efficietne labor*] *Proficietne* Regius & Ambroſ. VI. Conſ. Hon. 533. *Profecitque opifex decori timor.* II. in laud. Stilich. 437.

Incertum quid Martis iter, certumque Tonantis
Proficiat mundo.

mox, *tandem fortaſſe*, non *talem*, primae editiones cum uno Petaviano. Heins. Ego vulgatam ſervo. ita Juno apud Ovid. III. Met. 263. ex cod. Franc. *Effeci quid enim totis per jurgia?* ubi vulgo, *Profeci.* Burm.

436.

Fulgor! an infelix talem fortaſſe videbo,
Qualis nocte venis, qualem per ſomnia vidi?
Sic ait, & prima greſſus molitur ab Aetna;
Exitiique reos flores, ipſumque rapinae
Deteſtata locum, ſequitur diſperſa viarum
Indicia, & pleno rimatur lumine campos,
Inclinatque faces. omnis perit orbita fletu.
Omnibus admugit, quacumque it in aethere, ſulcis.
Adnatat umbra fretis, extremaque lucis imago
Italiam Libyamque ferit. clareſcit Etruſcum
Litus, & adcenſo reſplendent aequore Syrtes.

An-

436. *Talem*] *tandem* edd. Vicet. Parm. mox pro *per ſomnia*, *Proſerpina* Mediol.

438. *Prima greſſus*] Interpres accipit, a ſumma Aetnae vertice, vel, ut hypallage fit, pro, primos greſſus inveni. tamen in meo codice ſcripto, *primo greſſus*. Huc usque duorum MSS. exemplarium, & antiquiſſimi libri Viceſini anno MCDLXXXII. excuſi, adjuti auxilio fuimus; quibus cum jam deſtituamur, dabit aequus lector veniam, ſi ad reliqua hujus Poëtae ſcripta pauculas tantum conjecturas noſtras adjiciamus. DELRII *primo* Jun. Mediol. mox, *Excidiique* Voſſ.

441. *Pleno rimatur lumine campos*] Id eſt, toto. Livinejus tamen ad Propertium, *prono* legit. ſed perperam. vulgatam lectionem libri veteres conſtanter tuentur. noſter I. in Eutrop. 496.

——— *quid fertile terris*
Quid plenum ſterili poſſit ſub Conſule naſci.

Trebonius apud Ciceron. Lib. XII. Epiſt. Fam. XVI. *Ingreſſum pleno gradu cohortari non intermittemus.* Statius III. Silv. v. 62. ad Claudiam Uxorem:

Sed venient, plenis venient connubia taedis.

Ovidius de Ponto II. Ep. VII.

Suſtineas ut onus, nitendum vertice pleno eſt.

ut recte veterrimus ampliſſimi viri Claudii Sarravii liber. vulgo, *vertice recto*. HEINS. *ſervatur* Voſſ.

442. *Omnis madet orbita fletu*] *peris* Voſſianus unus. quod malo. Statius VI. Theb. 415. *delet fulcos iterata priores Orbita*. mox pro *Omnibus admugit, quacumque it in aethere ſilvis*, multi veteres, *fulvis*. quintus Vaticanus optimae notae, *fulcis*. recte. quomodo & curis ſecundis conjecit Barthius. HEINS. *fulvis* ed. Barthii prior & conjungit cum *fretis* ad Rutil. I. 284. *quocumque in tempore ſilvis* Voſſ. *quocumque it in aequore fulvis* edd. Vicet. Parm. Parrh. Iſingr. Gryph. *in aequora fulvis* Junt. *adjungit* MSS. Pulm. & Mediol.

443. *Quacumque*] Sic MS. *Omnibus admugit quacumque it in aëra ſilvis*. alii aliter. Statius, *Orba Ceres magnae variabat imagine flammae Auſonium Siculumque latus*. exin: *Illius inſanis ululatibus ipſe remugit Enceladus*. & quod plane ad rem: *Perſephonen amnes, ſilvae, freta, nubila clamant*. quibus fulcitur vetus lectio. Atque haec pauca, ſed non vana omnino, pro captu voluminis expreſſi & quaſi decumavi, ut & ſequentia. Scaliger vero ille magnus Claudianum in hoc opere cultum, candidum, & numeroſum pronuntiat. Quartus liber deſideratur in veteri codice. quod etiam monuit Parrhaſius & Colinaei editio. CLAVER.

444. *Adnatat umbra fretis*] *Innatat*, ni fallor. etſi pro vulgato ſtant & codices manu exarati. HEINS. *innatat* Voſſ. *At natat* Leid. *externaque* Jun. Voſſ. Leid. Mediol. & marg. Iſingr. mox, *clareſcit utrisque* & pro varia lectione *utrumque* Leid.

446. *Reſplendent aequore Syrtes*] *reſpondent* codices nonnulli. ſic in Catalectis veterum Poëtarum de imagine in unda, Palladii. (apud Pith. Lib. IV. p. 163.)

Effigies liquido reſpondet ab aequore fontis.

Auſonius Moſella. *glaucus opaco Reſpondet colli fluvius: frondere videntur Fluminei latices.* Lucret. Lib. IV.

Quod ſimul ac primum ſub dio ſplendor aquai
Ponitur, extemplo coelo ſtellante ſerene
Sidera reſpondent in aqua radiantia mundi.

Cetera inquinatiſſima ſunt, & quibus manum non temere, qui ſapit, admoverit. Errores Cereris deſcripturus cum finiat, facile apparet, quam multa in hoc poëmatio deſiderentur. Nonnullis certe codicibus ſubſcripta haec offendi: *Finis Claudii Claudiani de Raptu Proſerpinae, ejus quod invenitur. nam alterum volumen apud nos non exſtat.* plerique etiam codices hos undecim poſtremos verſus non agnoſcunt. Scaliger libro ſuo adſcripſerat, ΤΕΛΟϹ ΑΤΕΛΕϹ. & Gyraldus, *Deeſt reliquum*. HEINS. vulgatam defendit locus Silii Lib. II. 603. *reſplendet imagine flammae Aequor*. BURM.

Antra procul Scyllaea petit: canibusque reductis
Pars ſtupefacta ſilet, pars nondum exterrita latrat.

Reliqua deſiderantur.

447. *Scyllaea*] *Cylea* Mediol. *Scylla* ed. Vicet. Parm. *Scyllae* Junt.

Canibusque reductis] Scylla ſcopulus, a longe formam humanam capite canino refert, inde fabula nata. Iſidor. Lib. XIII. cap. 18. & XI. cap. 3. Serv. ad III. Aen. fine.

Prima hominis facies & pulchro pectore virgo.

lege fabulam pleniſſime Lib. XIV. Met. Fab. 1. DEMPST. *recluſis* unus Heinſii. & mox, *nondum territa* Jun.

Digitized by Google

CL. CLAUDIANI GIGANTOMACHIA.

TErra parens quondam coeleſtibus invida regnis,
Titanumque ſimul crebros miſerata dolores,
Omnia monſtrifero conplebat Tartara foetu,
Inviſum genitura nefas: Phlegramque retexit
Tanta prole tumens, & in aethera protulit hoſtes.
Fit ſonus: erumpunt Erebo, nondumque creati
Jam dextras in bella parant, ſuperosque laceſſunt,

Stri-

D. Ambroſius ad Gratianum Imp. de Fide: *Verſiculi poëtarum divinis etiam ſcripturis inſerti ſunt, ut Actis Apoſtolorum: Gigantes & vallem Titanum prophetici ſermonis ſeries non refugit.* Nec tamen miror, quod Paulinus ad hunc noſtrum, ſive mavis, ad Jovium (non enim Claudianum Mamertum puto) ita ſcribat: *ne bella Gigantum Falſa canas, fuerat puerili luſus in aevo.* CLAVER. Poëmatium hoc, quod mutilum ad nos pervenit, ex Graeco Claudiani Latinitate donatum, aut ab ipſo Claudiano, aut ab alio temporum iſtorum ſcriptore exiſtimo. Idem quoque mihi perſuadeo de Epiſtola ad Hadrianum, deque Idylliis nonnullis, qualia Phoenix, Hyſtrix, Torpedo, Nilus, & Magnes, fortaſſis & laudes Herculis. ut enim aliquid Claudianeum in iis facile agnoſcas, ita languent numeri plerumque, & raro ad Poëtae noſtri hac in parte felicitatem adſurgunt. nec acceſſerim iis, qui ſeni & effoeto iſta excidiſſe opinantur. a D. Hieronymo ex Gigantomachia incerti haec citantur:

Quo fugis, Encelade? quaſcumque acceſſeris oras,
Sub Jove ſemper eris.

quae huic poëmatio non vana conjectura accenſeri poſſint. Graece quidem Gigantomachiam ſcripſiſſe Claudianum, teſtis omni exceptione major Arſenius in Apophthegmatis, ex quo fragmentum primi edendum curavimus. noſter ipſe Praefat. VI. Conſ. Honor.

Enceladus mihi carmen erat, vinctusque Typhoeus.

ejus Gigantomachiae partem in Sicilia ſuo tempore inventam vir ſummus Petrus Bembus affirmat Epiſtola ad Angelum Politianum pag. 401. verba ejus apponam: *Reddidere mihi Siculienſes negotiatores codicillos tuos, quibus petebas, ut Conſtantinum convenirem, atque ab eo tibi Claudiani Gigantomachiam, quam habere illum audieras, impetrarem.* & mox: *Verum, quam habet Conſtantinus Gigantomachiam, ea potius blattomachia eſt. Etenim annis ſuperioribus, dum inter vetuſtos ac prope jam defectos libros, quos ei non doctus homo quidam dono dederat, ſingula ipſe (ut ſui moris eſt) diligenter inſpiceret, cum Heſiodi fragmentis in charta extremae paginae proxima, Claudiani Gigantomachiae titulum reperit, & pauculos tantummodo hexametros; tum alteram iterum chartam, in qua opus definebat. cetera tineae depopulaverant, ita ut legi non poſſent. haec quoque ipſa corrupta & inſula ſatis, ut quae ab indoctis librariis deſcribuntur. Igitur quae habui, ita ut erant, huic epiſtolae ſubtexui. quamquam in illis ipſis, quae deſiderantur, non valde multum amiſimus. nam ex verſuum numero, quem eo in libro atque operi librarius ſupputavit, Gigantomachiam omnem carminibus* CLXV. *conſtare tumes videbis. ut credibile plane ſit, Claudianum, eo in poëmate conſcribendo interiiſſe potius, quam ullum poëtae nomen ſibi quaeſiviſſe.* Haec Bembus. quae curis quoque ſecundis a Barthio obſervata, uti & de fragmento Gigantomachiae apud Arſenium exſtante, ſerus deprehendi. HEINS. Arſenii fragmentum ediderat jam Barthius in ipſo notarum ad hoc Poëma initio.

2. *Miſeratа dolores*] *labores* Rottendorphianus pro diverſa lectione. HEINS. Virgil. I. Aen. 597.

O ſola infandos Trojae miſerata labores.

3. *Tartara foetu*] non *coetu*, meliores ſcripti. vidit Raphelengius, in contraria eunte Barthio. HEINS. *coetu* Voſſ. duo, & editiones plurimae. ſed *foetu* Parm. & marg. Iſingr. *mortifero* Wolf.

6. *Erumpunt crebri*] *crebro* veteres nonnulli, cum primo Vaticano, lege, *Erebo*, nam in Bulliano *Erebi*, quomodo in Apophoretis Behotium calligaſſe ſerus agnovi. deinde *necdumque creati* meliores. HEINS. *necdum* Parm. & Ald.

ac.

Stridula volventes gemino veſtigia lapſu.
Palleſcunt ſubito ſtellae, flectitque rubentes
Phoebus equos, docuitque timor revocare meatus.
Oceanum petit Arctos, inoccidiique Triones
Occaſum didicere pati. tum fervida natos
Talibus hortatur genetrix in praelia dictis:
O pubes domitura Deos, quodcumque videtis,
Pugnando dabitur: praeſtat victoria mundum.
Sentiat ille meas tandem Saturnius iras.
Agnoſcat, quid Terra poteſt. ſic viribus ullis
Vincor? cur Cybele nobis meliora creavit?
Cur nullus Telluris honos? cur ſemper acerbis
Me damnis urguere ſolet? quae forma nocendi
Defuit? hinc volucrem vivo ſub pectore paſcit
Infelix Scythica fixus convalle Prometheus.
Hinc Atlantis apex flammantia pondera ſulcit,
Et per canitiem glacies aſperrima durat.
Quid dicam Tityon, cujus ſub vulture ſaevo
Viſcera naſcuntur gravibus certantia poenis?
Sed vos, ô tandem veniens exercitus ultor,
Solvite Titanas vinclis: defendite matrem.

Sunt

10. *Decuitque timor*] Forte, *cogitque* Heins.

12. *Occaſum voluere pati*] *didicere* prim. Vatic. & ſex alii. recte. ut infra, *Et didicit cum morte Deum*. Barthius, *Occaſum optavere pati*, ex membranis. Neſcio autem quas deſignet membranas, nam Palatinus & Pulmanniani pro vulgata ſtant ſcriptura. deinde multi veteres, *cum fervida*, non *tum*. Heins.

16. *Sentiat*] *Sentiet* prim. Vatic. idem mox pro *Agnoſcat*, cum aliis plerisque *Cognoſcet*. nonnulli, *Cognoſcat*. Barthius, *Cognoſcat quod terra pateſt*. Heins. *ipſe meas* etiam volebat Heinſius. ſed & infra vs. 45. *Rex ille ſilentum*. & ita millies alibi. *ille Jupiter* apud Virgilium, Ovidium & alios. *Agnoſcet* Ald. *Cognaſcit* Parm. *Cognoſcat* Wolf.

17. *Si viribus ullis*] Optimus Ambroſ. & quatuor alii, *ſi curribus illis*. *ſi curribus ullis* tert. Vatic. & Rottendorph. Puto, *cur viribus illi Vincor*? Barthius, *ſic viribus ullis Vincor*? mox pro *nobis*, Florent. S. Marci, *vobis*. quod praeſtat. Heins. *ſi Cybele* Ald. *ſi viribus ullis* omnes fere & Parm. & *Cui nullus* eaedem.

19. *Qui ſemper acerbis*] *cur* Lucenſ. & prior Moreti. bene. plurimi alii, *quae*. forte, *ut*. paulo ante, *Cui nullus telluris bonos* prim. Vatic. non *Cur*. Heins.

21. *Vivo ſub pectore paſcit*] *nullo* Palatinus. ceteri pro vulgata ſtant ſcriptura. Barthius, *volucrem recidivo pectore paſcit*. quae conjectura utcumque arridet. ut *recidivum pectus* dicat pro eo, quod aſſidue repullulat. Adeantur quae notamus ad Idyllium de Phoenice v. 66. Putabam aliquando, *volucrem fibroſo pectore paſcit*, ut illa Virgiliana VI. Aen. 600. reſpexerit de Tityo, *nec fibris requies datur ulla renatis*. *fivroſo* vel *vivroſo* primo exaratum fuerat. *fibroſus* ut *venoſus* a venis. ita *venoſum librum* dixit Perſius. Heins. Correxerat etiam *nimio ſub pectore*, ut apud Martial. Spect. VII.

Qualiter in Scythica religatus rupe Prometheus
Aſſiduum nimio pectore pavit avem.

fixus cum valle Leid.

24. *Et per canitiem*] Aberat hic verſus ab opt. Ambroſ. & ſine dubio mendoſus eſt. *flammantia* quoque *ſidera*, non *pondera*, Rottendorph. Heins.

26. *Poenis*] *pebus* cod. Barth.

28. *Defendite matrem*] Poſt haec in Lucenſi hiatus unius verſus. paulo ante, *exercitus ultro*, non *ulter* in prim. Vatic. Heins. *ultro* Parm.

29.

Digitized by Google

Sunt freta, ſunt montes: noſtris ne parcite membris.
Jn Jovis exitium telum non eſſe recuſo.
Ite, precor; miſcete polum, reſcindite turres
Sidereas. rapiat fulmen ſceptrumque Typhoeus.
Enceladi juſſis mare ſerviat. alter habenas
Aurorae pro Sole regat. te Delphica laurus
Stringat Porphyrion, Cyrrhaeaque templa teneto.
His ubi conſiliis animos elusit inanes;
Jam credunt viciſſe Deos, mediisque revinctum
Neptunum traxiſſe fretis. hic ſternere Martem
Cogitat, hic Phoebi laceros divellere crines.
Hic ſibi promittit Venerem, ſpiratque Dianae
Conjugium, caſtamque cupit violare Minervam.
Interea Superos praenuntia convocat Iris,
Qui fluvios, qui ſtagna colunt. cinguntur & ipſi
Auxilio Manes. nec te, Proſerpina, longe
Umbroſae tenuere fores. Rex ille ſilentum
Lethaeo vehitur curru, lucemque timentes
Inſolitam mirantur equi, trepidoque volatu
Spiſſas caeruleis tenebras e naribus efflant.
Ac velut hoſtilis quum machina terruit urbem,
Undique concurrunt arcem defendere cives:

Haud

29. *Veſtris nec parcite membris*] *noſtris ne* ſcripti. & placet. Freta & montes *membra* ſua vocat eleganter. ſic mox, *telius In natos diviſa ſuas.* HEINS. *noſtris* Ald.

30. *Telum non eſſe*] *telis non eſſe* liber Barthii.

31. *Reſcindite turres*] *reſtinguite turbas* prim. Vatic. & duo alii. male. Virgil. VI. Aen. 583. *magnum manibus reſcindere coelum Aggreſſi.* HEINS.

32. *Sceptrumque*] *coelumque* Wolf.

33. *Habenas*] *arenas* cod. Barth.

35. *Cyrrhaeaque templa tenebis*] Alii, *tenebris*, vel *tenebit*, vel, *tenebo*. Lege, *tenebo*, cum ſex ſcriptis aliis & quatuor Vaticanis. *tenebunt* Barthius. *Porfurio* etiam primus Vaticanus. & mox Viennenſis, *Neptunum traxiſſe vadis*, non *fretis*. HEINS. *circeaque* Wolf.

36. *Animos elusit*] *animoſe luſit* Voſſ. & cod. Barth. ubi ſyllaba prima *τῦ elusit* adhaeſit praecedenti, nec in eo aliquid arguit, ut Barthius judicabat.

40. *Speratque Dianae conjugium*] *ſpiratque* primus Vaticanus a manu prima. eleganter. de quo verbo plura curis ſecundis ad Lib. v. Metam. Naſonis vs. 348. & ſupra IV. Conſ. Hon. 563. noſter vt. Conſ. Hon. 442.

Et ruptas animis ſpirans immanibus Alpes.
magnum ſpiramus amantes apud Propertium. HEINS.

42. *Iris*] Hic diſtinguerem, ut Barthio ſcrupulus eximatur, qui inter ſuperos male numerari dicit fluviorum & ſtagnorum Deos, & legerem,

Qui fluvios, qui ſtagna colunt, cinguntur, & ipſi
Auxilio Manes.

ut ſuperos, terrenos, & inferos Deos vocatos innuat. BURM.

45. *Rex ille ſilentum*] *ipſe* malit Barthius. ſed obſtant libri noſtri, & jam praeceſſerat, *ipſi manes*. Adeantur notata noſtra ad Aeneidos Lib. VII. 110. mox malim, *Lethaeo invehitur curru*, pro *vehitur*, ſi liceat per membranas. HEINS. *Lethen evehitur* cod. Barth. quod ille probat, ut fluvium tranſierit.

47. *Trepidoque volatu*] *trepidoſque volatus* cod. Barth.

49. *Machina terruit urbem*] Forte, *proruit*. vel, *verberat*. ut de Magnete,

Mavors ſanguinea qui cuſpide verberat urbes.

Haud ſecus omnigenis coëuntia Numina formis
Ad patrias venere domos. tum Jupiter infit:
O numquam peritura cohors, o debita ſemper
Coelo progenies, nullisque obnoxia fatis;
Cernitis, ut noſtrum Tellus conjuret in orbem
Prole nova, dederitque alios interrita partus?
Ergo, quot dederit natos, tot funera matri
Reddamus. longo maneat per ſecula luctu;
Tanto pro numero paribus damnata ſepulcris.
Jam tuba nimborum ſonuit: jam ſigna ruendi
His aether, his Terra dedit: confuſaque rurſus
Pro domino Natura timet. diſcrimina rerum
Miſcet turba potens. nunc inſula deſerit aequor:
Nunc ſcopuli latuere mari. quot litora reſtant
Nuda! quot antiquas mutarunt flumina ripas!
Hic rotat Haemonium praeduris rupibus Oeten:
Hic juga connexis manibus Pangaea coruſcat:

Hunc

terruit enim non videtur ſufficere. HEINS. Immo ipſo conſpectu terrorem incutit.

51. *Numina turmis*] *formis* Gyrald. & Lucenſ. vere. notum enim Deos contra Gigantas pugnaturos variis formis *proceſſiſſe ſpectandos*. HEINS. Sed formas illas demum ſumpſerunt in fuga. ſi vero hic *formis* placet, capiendae ſunt de diverſo Deorum habitu, & cultu. ut apud Ovid. VI. Met. 73. *ſua quemque Deorum Inſcribit facies*. &c. ſequenti verſu *Ad patris* Parm. BURM.

54. *Nullisque*] *nullis* Voſſ. *debita coelo Semper progenies nullis* cod. Barthii, qui copulam damnat. deinde, *veſtrum Tellus c. i. orbem* Voſſ. *Cernitis? an noſtrum T. conjurat* cod. Barth. *orbem* vero inſolentius vocat coelum. forte, *axem*, vel *noſtram arcem*. nam illae voces varie mutantur. BURM.

58. *Per ſingula luctu*] *per ſecula* cum membranis ſcribendum viderat Raphelengius, quem fruſtra carpit Barthius curis primis. princeps Vaticanus, *per ſecula ductu*. ſecundus, *curſu*. HEINS. *per ſecula* Parmenſ. ita I. in Rufin. 305. *per ſecula* erat in quibusdam pro *per ſingula*. & apud Lucan. VIII. 236.

Excedat claustris veritum per ſecula ripam.

In Langermanni codice erat, *per ſingula*. Barth. cod. *longoque manet per ſingula victu*. unde ille, *longoque meat per ſingula luctu*. ſed deinde accedit Raphelengianae lectioni. BURM.

61. *Bis aether, bis terra dedit*] Peccat in proſodiam verſus. Lege igitur cum primo Vatic. & decem aliis, *His aether, bis terra*. Diis ſcilicet & Gigantibus. ut fruſtra ſint, qui hoc exemplo freti, *bis* produci poſſe contendunt. nam & Manilii locus, quem huc trahunt, mendoſus eſt. vide Voſſium Artis Grammaticae Lib. II. cap. 31. HEINS. *jam ſigna ruenti Terra dedit bis aethereo confuſaque*. Voſſ. a m. pr. & Medic. *His aether bis* Wolf.

64. *Nec ſcopuli latuere mari*] Puto, *Nec ſcopuli*. ſequenti verſu *terras* pro *ripas* primi Vaticanus & Ambroſius. HEINS. forte, *Nunc ſcopuli caruere mari*. in Barthii codice erat *maris*. BURM.

66. *Aemonium praeduris viribus Oeten*] *artubus* Gudianae ſchedae. an *arcibus*? *rupibus* Buſlid. bene. *Aemoniam* prim. Vatic. & alii nonnulli, quod perperam ſecutus Raphelengius. Graecis etiam tam Οἴτη, quam Οἴτη. Stephanus, Οἴτης ὄρος καὶ Τραχῖνα. Ovid. IX. Metam. 165.

Implevitque ſuis nemorosum vocibus Oeten.

& mox, *perque altum ſaucius Oeten Haud aliter proditur*. ſic enim utroque loco antiquiſſimus codex. Seneca Hercule Furente vs. 133. *Titan ſummum proſpicit Oetam*. ubi Moguntinus codex, *ſumme proſpicit Oeta*. Cl. V. Gerardus Joannes Voſſius libro I. de Analogia cap. X. *Oetam* & *Oſſam* utriusque generis apud Latinos eſſe contendit, quia montes. ſed de *Oſſa* dubito, nam de *Oete* aliam dedimus cauſam. HEINS. vide ad Ovid. XIII. Met. 730. & 868. & ad Lucan. I. 388. & III. 178. *praeduris ducibus* Parm. vitioſe. *Aemoniam* Parm.

68.

Digitized by Google

Hunc armat glacialis Athos: hoc Oſſa movente
Tollitur: hic Rhodopen Hebri cum fonte revellit,
Et ſocias truncavit aquas, ſummaque volutus
Rupe Giganteos humeros inrorat Enipeus.
Subſidit patulis tellus ſine culmine campis,
In natos diviſa ſuos. horrendus ubique
It fragor, & pugnae ſpatium diſcriminat aër.
Primus terrificum Mavors non ſegnis in agmen
Odryſios inpellit equos, quibus ille Gelonos,
Sive Getas, turbare ſolet. ſplendentior igni
Aureus ardeſcit clipeus, galeamque nitentes
Adrexere jubae. tunc concitus enſe Pelorum
Tranſigit adverſo, femorum qua fine volutus
Duplex ſemiferis connectitur ilibus anguis,
Atque uno ternas animas interficit ictu.
Dum ſuperinſultans avidus languentia curru
Membra terit, multumque rotae ſparſere cruoris,
Occurrit pro fratre Mimas, Lemnumque calentem
Cum lare Volcani ſpumantibus eruit undis:

Et

68. *Armat*] *armas* Voſſ. mox pro *cum fonte*, *cum ponte* Wolf.

71. *Inrorat*] *exornat* cod. Barth. & Mediol.

72. *Subſedit*] *Subſidit* cum Aldo & ſcriptis quibusdam. HEINS.

74. *It fragor*] Lege, *Fit*. ſic ſupra vs. 6. *Fit ſonus*. Ovid. I. Met. 269.

Fit fragor, & denſi fundantur ab aethere nimbi.
Valer. Flacc. Lib. I. 819.

Fit fragor, irrumpunt ſonitu qui ſacra ferebant
Imperia.
Lib. V. 164.

Fit fragor, aetherea cum Jupiter arduus arce
Impulerit.
mox malim *diſterminat aër*, pro *diſcriminat*. HEINS. Statius tamen Lib. I. Silv. I. 65.

It fragor & magnae vincit vaga murmura Romae.
& IV. III. 62.

It longus mediis fragor per urbes.
contra *Fit ſonus* Lib. VI. Theb. 420. 703. & 894. & X. 382. *diſterminat* placuit fere ſemper Heinſio. vid. ad VI. Conſ. Honor. 290. ſed codices ſequi praeſtat. mox *terrificus* Wolff. BURM.

76. *Inpellit*] *implevit* cod. Barth.

77. *Sive Getas*] rectius putabat Heinſius, *Quſque Getas*.

79. *Concitus*] *conſitus* Wolf.

80. *Qua parte volutus*] Lege *fine* cum Aldo & melioribus ſcriptis, & adi quae curis ſecundis ad Naſonis Metam. adnotamus Lib. X. 536. pro *ternas* mox *trinas* aliquot antiqui. HEINS. *adverſo femore* MS. Pulm. *averſo* cod. Barth. vide ſupra III. Rapt. 71.

83. *Tunc ſuperinſultans avidus languentia curru*
Membra terit] Legam, ſi per libros veteres licet, *Dum ſuperinſultans rapido l. curru.* primus Vatic. *curſu.* Barthius, *Dum ſuperinſultans avido curru*, ut referatur ad ſubſequentia, *Occurrit pro fratre Mimas.* ubi malim, *Accurrit.* HEINS. *avidus* eſt pugnae cupidus. ut apud Horat. III. 4. 59. *hinc avidus ſtetit Vulcanus.*

Pro fratre Mimas] *proferre minas* Wolf. a m. pr.

84. *Multumque rotae ſparſere cruoris*] Sic primus Vatic. *cruorem* ceteri. fruſtra. Lucan. IV. 567. *multumque cruoris Infudere mari.* HEINS. *inſparſere* Voſſ. Heinſius olim conjecerat, *fulcumque rotae ſparſere cruoris.* ſed poſtea delevit. *cruori* etiam Parmens. *multus cruor* aeque dicitur, ac *cruoris multum*, & ſaepe codices in hac locutione variant. ut apud Lucan. Lib. IV. 567. dubia eſt ſcriptura, an *multum cruoris*, an *cruorem*. ut & apud Curtium Lib. IV. 14. 17. ambigua eſt lectio, an *multum ſanguinis*, an, ut Modius, *multus ſanguis* ſit praeterendum. *parvum ſanguinem* dixit Propert. Lib. III. XIV. 19. & *multum ſanguinem* dici docuit Pricaeus ad Apulej. Lib. III. Met. p. 139. plura vide ad Lucan. Lib. II. 128. BURM.

85. *Lemnumque calentem*] *cadentem* Lucenſ. & prim. Vatic. HEINS.

Et prope torsisset, si non Mavortia cuspis
Ante terebrato cerebrum fudisset ab ore.
Ille viro toto moriens, serpentibus imis
Vivit adhuc stridore ferox, & parte rebelli
Victorem post fata petit. Tritonia virgo
Prosilit, ostendens rutila cum Gorgone pectus.
Adspectu contenta suo, non utitur hasta:
Nam satis est vidisse semel: primumque furentem
Longius in faciem saxi Pallanta reformat.
Ille, procul subitis fixus sine vulnere nodis,
Ut se letifero sensit durescere visu,
Et steterat jam paene lapis, Quo vertimur? inquit,
Quae serpit per membra silex? qui torpor inertem
Marmorea me peste ligat? vix pauca locutus,
Quid timuit, jam totus erat: saevusque Damastor,
Ad depellendos jaculum dum quaereret hostes,
Germani rigidum misit pro rupe cadaver.
Hic vero interitum fratris miratus Echion,
Inscius auctorem dum vult tentare nocendo,
Te, Dea, respexit, solam quam cernere nulli

Bis

88. *Ante revelato*] Alii *relevato* cum Aldo & Lucensi. duo *revelatum*. primus Vaticanus, *velut tuto*. duo alii ejusdem Bibliothecae, *relaturo*. unus Mediceus, *celebrato*. Lego *terebrato*. Virgil. III. Aen. 635. *telo lumen terebramus acuto*. Buslid. *fudisset ab ore cerebrum*. rectius. HEINS. *Ille velut tuto* Parm. in sequenti versu. *velut teto* marg. Isingr.

91. *Victorem post fata petit*] *ferit* prim. Vatic. Amba. & Patav. HEINS.

92. *Ostendens rutila cum Gorgone pectus*] Scribe, *obtendens*. sic & Pallas Rapt. Proserp. II. 225.

——— *clipeique retardat*
Objice, Gorgoneisque premens assibilat hydris,
Praetentaque operit cristis.

& paullo ante:

——— *tantum stridentia colla*
Gorgonas obtentu pallae fulgentis inumbrat.

vide quae notamus vs. 226. Libri II. de Raptu. HEINS.

94. *furentem Longius*] Puto, *ruentem*, vel *pinsque furentem*, radicitus evulsa scilicet. multi vetetes, *ferentem*. secundus Vatic. *frementem*. forte, *frementem Anguibus*. deinde *formam* pro *faciem* plerique scripti. HEINS. pro *reformat* erat in Voss. *remorat*. *formam* etiam Wolff. & mox, *fixis* idem.

98. *Et steterat*] *Insteterat* Voss. a m. pr. *jam parte* uterque Voss. Wolff. & Cod. Barthii. quod arridet valde.

99. *Qui serpit per membra silex*] *Quae* primus Vaticanus, Lucensis, & multi alii. intra de crystallo,

Torpuit & maduit prodigiosa silex.

& mox, *Mira silex, mirusque latex*. de Apono, *luxuriat graminе cocta silex*. de Magnete, *Flagrat ambela silex*. de Quadriga, *Una silex tot membra ligat*. HEINS. vide ad Ovid. IX. Met. 225. *quis torpor* duo Voss.

101. *Saevusque Damastor*] *Adamastor* est Sidonio Apollinari, qui multa imitatur hujus Gigantomachiae. Carmine XV. In scriptis nonnullis, *Jamastor*, vel *Jemastor*. *saevitque* etiam pro *saevusque* in primo Vaticano. HEINS. *Damastor* etiam Nauplii filius memoratur a Scholiaste Apoll. Rhod. IV. 1091. sic apud Virgil. III. Aen. 614. *Adamastus*. ubi alii codices, *Damastus*. Barthius etiam in Sidonii codicibus *Damastor* esse notat. *Gemastor* Wolff.

104. *Miratur Echion*] Lege, *miratus*, & sic optimus Ambros. neque aliter curis secundis Barthius. HEINS.

106. *Te, Dea, respexit*] Malim, *Aegida respexit*. HEINS.

108. *Sed*

Bis licuit. meruit ſublata audacia poenas,
Et didicit cum morte Deam. ſed turbidus ira
Palleneus, oculis adverſa tuentibus atrox,
Ingreditur, caecasque manus in Pallada tendit.
Hunc mucrone ferit Dea cominus: ac ſimul angues
Gorgoneo riguere gelu, corpusque per unum
Pars moritur ferro, partes periere videndo.
Ecce autem medium ſpiris delapſus in aequor,
Porphyrion trepidam conatur rumpere Delon,
Scilicet ad Superos ut torqueat inprobus axes.
Horruit Aegeus: ſtagnantibus exſilit antris
Longaevo cum patre Thetis, deſertaque manſit
Regia Neptuni, famulis veneranda profundis.
Exclamant placidae Cynthi de vertice Nymphae:
Nymphae, quae rudibus Phoebum docuere ſagittis
Errantes agitare feras, primumque gementi
Latonae ſtruxere torum, quum lumina coeli
Parturiens geminis ornaret foetibus orbem.
Inplorat Paeana ſuum conterrita Delos,
Auxiliumque rogat: Si te gratiſſima fudit
In noſtros Latona ſinus, ſuccurre precanti.
En iterum convulſa feror.

Reliqua deſiderantur.

108. *Sed turbidus Idam Palleneus*] Ita ſcribendum, non *Palleneus*. Lucanus, *Palenaea Jovi mutavit fulmina Cyclops*. Graecis Παλλήνη, & Παλλανεῖς. Eſt vero *Palleneus Gigas*. CLAVER. Pro *Idam* alii *Ida*, vel *Idas*, vel *Idan*. Scribe *ira* cum Gyraldino: quomodo & Barthius curis ſecundis reponendum cenſuit. *Iram* prim. Vatic. in nonnullis, *Idam*, & *Palladiis* pro *Palleneus* plerique. princeps Vaticanus, *Pallaneus*. HEINS. *iram* Parm. *Pallanteus* Ald. *Palladiis* Wolff.

110. *Ingreditur*] Heinſius induxit *Aggreditur*, quod olim malebat.

114. *Dilapſus*] *delapſus* Voſſiani. edd. Parm. Ald. Raphel. & multae aliae. *dilapſus* eſt ab Heinſio profectum.

115. *Conatur vellere Delon*] *vincere* prior Moreti. *rumpere* Lucenſ. Iſingr. prim. Vatican. & ceteri omnes. HEINS.

117. *Antris*] *undis* Voſſ.

120. *Placido cunctae de vertice Nymphae*] Alii, *placidae cunctae*. unus, *placidae cunctae*. Lege, *placidae Cynthi* cum duobus optimis Ambroſianis, & Rhemenſi libro. HEINS. *Et clamant* Parm.

121. *Docuere*] *domuere* membranae Barthii. mox pro *gementi*, *gemendi* Wolff.

125. *Inplorat*] Abeſt hic verſus a Gyrald. Lucenſ. & duobus aliis. HEINS. In Voſſiano erat margini adſcriptus.

126. *Auxiliumque rogat*] *Rogant* ſcripti aliquot. Lege, *rogans*. mox, *noſtros ſinus* prim. Vatic. & Ambroſ. HEINS.

128. *Et iterum convulſa feror*] Cetera hujus poëmatii in ſcriptis deſiderantur. quod vulgati addunt, *ſuccurre roganti*, ex ſuperiori verſu inſulſe repetitum. HEINS.

ΚΛΑΥΔΙΑΝΟΥ

Ἐκ τῆς

ΓΙΓΑΝΤΟΜΑΧΙΑΣ.

Κύπρις δ' οὔτε βέλος Φέρεν, οὐθ' ὅπλον· ἀλλ' ἐκόμιζεν
Ἀγλαΐην θυμέην γὰρ ἐπ' ὄμμασιν ἄγγελον αὐδήν.
Πρῶτα μὲν ἀπλεκέας περόνῃ διαχρίνατο χαίτας,
Καὶ πλεκτὰς ἔσφιγξε πυκνῷ περιπλέγματι σειρὰς,
Στίλβειν δ' ὀφθαλμῶν ἐρατοὺς ὑπογράψατο χαρθοὺς,
Λεκτὰς ἐυκρίμοιο ῥαφὰς χαλάσασα χιτῶνος.
Πορφυρέων δ' οὐ κρύπτεν ὑφ' εἵμασιν αἴθεα μάζων,
Ὄμματος εἰς ἄγρην ὡπλισμένη· εἶχε γὰρ αὐτὴ
Πλέγμα κόρυν, δόρυ μαζὸν, ὀφρῦν βέλος, ἀσπίδα κάλλος,
Ὅπλα μίλη, θέλγητρον ἐν ἄλγεσιν· εἰ δέ τις αὐτῇ
Ὄμμα βάλῃ, δίδμητο.

Digitized by Google

CL. CLAUDIANI
EPISTOLAE.

Epist. I. Deprecatio ad Hadrianum Praefectum Praetorio.

Usque adeone tuae producitur impetus irae?
Nullus erit finis lacrimis? subitisne favorem
Permutas odiis? quo mens ignara nocendi,
Quo sensus abiere pii? tantumne licebit
Invidiae? tantum strepitus valuere maligni?
Me dolor incautus, me lubrica duxerit aetas,
Me tumor inpulerit, me devius egerit ardor:
Te tamen haud decuit paribus concurrere telis.
Humanae Superos numquam tetigere querelae,

10. Nec

In veteri libro, quod & notavit Cujacius, alia fuit inscriptio, sed falsa, nempe: *Excusatio pro se ad Stilichonem.* Claver. Hoc carmen etsi Claudianaeum esse stylus ac character facile evincant, languidum tamen est: sic ut malis ac senectute animum ejus jam fractum fuisse facile appareat. *Deprecatio ad Hadrianum* Lucensis. antiquae editiones, *Ad Hadrianum Praef. Praet.* recte. nam in Codice Theodosiano *Hadriani Praefecti Praetorio* mentio fit. In primo Vaticano & Oiseliano sub finem hujus Epistolae legebatur: *Cl. Claudiani satisfactio pro se apud Stilichonem.* & initio Epistolae; *Incipit excusatio pro se.* quomodo & Viennensis. Heins.

1. *Usque adeo*] Non dubium est, quin Poëta illudat huic Hadriano, quamvis inlustri & magnae dignitatis viro, ac suo civi, Alexandrino scilicet. Fuerat autem prius Mag. Officiorum, dein Praefectus Praetorio, Consule Theodoro, de quibus satis mordax composuit Epigramma, ut postea videris: ubi tangit hunc Hadrianum; qua re offensus dira statuit in amicos poëtae nostri, quia metu Stilichonis, viri manu promti, non audet ipsum adoriri. Claver.

2. *Nullus erit*] *erat* Lucensis. Patavinus, *Nullus te finis lacrimis.* probe. nisi quod opinor a Claudiani manu esse, *Nullane te finis lacrimis!* ut numeri nonnihil erigantur. mox, *subitisne* cum Barthio. pro *Permutas*, octo scripti, *Permittas* cum Gudii schedis. Heins. vid. Bell. Gildon. 126.

4. *Pii*] *tui* cod. Barth.

6. *Me dolor incautus*] Unus Mediceus, *decor. incautum* Exc. Putean. forte, *calor incautus.* Heins.

7. *Me timor inpulerit*] *tumor* octo scripti. optime. nam *tumor* idem quod ira. utrumque conjunxit Lib. II. in Rufin. 117.

Et quamvis praesens tumor & civilia nuper
Classica, bellatrixque etiam nunc ira caleret.

infra de Hystrice,

——— —— *additur armis*
Calliditas, parcusque fui tumor iraque numquam
Prodiga telorum.

sic legendum. Virgil VIII. 400. *tumor iraque longe Concessere Deûm.* quae ibi vera lectio. Capitolin. in Pertinace: *sed quum Tausius quidem in iram & tumorem milites adduxissent.* Seneca Thyeste v. 519.

Ponatur omnis ira, & ex animo tumor
Erasus abeat.

hinc & *tumida ira* Nasoni Lib. VIII. Met. 437. *tumida frendens Mavortius ira*, de Meleagro. & apud Maronem Lib. VI. 407. *tumida ex ira tunc corda residunt. tumet animus ira* in Senecae Tragoediis non semel. pro *ardor* Patav. *error.* Heins. *tumor* jam a Behotio Lib. I. Apoph. 10. rescriptum, & de iracundia expositum. & saepius in Claudiano hae voces variatae, & illustratae a commentatoribus. *timor* Barthius defendit, ne scilicet & mea raperentur a te, ut aliorum. Burm.

9. *Humanae*] *Humani superes n. t. querelis* cod. Barth.

10. Cen-

Digitized by Google

Nec vaga ſecurum penetrant convicia caelum.
Exceſſit jam poena modum. concede jacenti.
En adſum, & veniam confeſſus crimina poſco:
Manibus Hectoreis atrox ignovit Achilles.
Ultrices Furias matris placavit Oreſtes.
Reddidit Alcides Priamo, quas ceperat, arces.
Pellaeum juvenem Regum flexere ruinae:
Darium famulis manibus doluiſſe peremtum
Fertur, & ingenti ſolatus fata ſepulcro:
Tradita captivo ſpatioſior India Poro.
Conditor hic patriae. ſic hoſtibus ille pepercit.
Hunc virtus tua digna ſequi. quemcumque Deorum
Laeſimus, inſultet jugulo, paſcatque furorem.
Gratia defluxit: ſequitur feralis egeſtas.
Deſolata domus: caris ſpoliamur amicis.
Hunc tormenta necant: hic undique truditur exſul.
Quid ſupereſt damnis? quae ſaeva pericula reſtant?
Praetereunt ſubjecta ferae: mortisque facultas
Emollit rabiem praedae: torvique leones,
Quae ſtraviſſe calent, eadem proſtrata relinquunt.

Nec

10. *Convicia*] *convivia* Wolff.

12. *Et veniam*] Raphelengius & ſcripti delent *et* & praeter primum Vaticanum. Palatinus, *Adſum en.* leg. *Adſum en, en veniam* &c. Heins. *concede jacentis, En adſum, veniam.* Ald.

14. *Victrices furias*] Imo *Ultrices* cum Aldo & ſcriptis. ſic *Dirae ultrices* apud Virgil. IV. Aen. 473. & Statium XI. Theb. Heins. & ita Parm.

17. *Darium famulis manibus*] *Et Darium* Gyrald. Lucenſ. & unus Petav. Scribe, *Darêum famulis manibus. Dareus* enim non *Darius* libri praeſtantiores apud Curtium & Juſtinum. etiam apud Naſonem in Ibide 315.

Utque necaterum Darei fraude ſecundi.

Nam Sedulium in carmine Paſchali non audimus, qui,

Non minus & Darii ſumſerunt juſſa tyranni.

Ceterum fruſtra Raphelengius ex conjectura viri maximi reponit *famuli.* Silius Lib. X. 646. *pro libertatis honore Vel famulas armare manus.* noſter Laude Serenae, *famulas exercet ineta choreas.* ubi *choreis* male quidam reponunt. Eidyllio de Phoenice:

Celſa per famulas aries ditione ſuperbit.

quomodo ex ſcriptis legendum. ſic *famulos greges, famulos coetus, famulam cohortem* Statius. noſter *famulos reges, famulam Carthaginem, famulum Araxen & Hydaſpen, & famulas Gangis ripas, famulas Pegaſidas.* quomodo *famulum Rhenum* Ovid. Lib. I. Faſt. 186.

Tradiderat famulas jam tibi Rhenus aquas.

ubi vide. Heins.

22. *Furorem*] *favorem* Wolff.

23. *Gratia defluxit*] Malim *diffluxit.* ut apud Ennod. Epigr. CXVIII.

In tantum priſci diffluxit fama Maronis.

in rugas totus diffluxit anilis Lib. I. in Eutrop. 29. quomodo & illic ſcribendum. Heins.

24. *Spoliamur*] *ſpoliatur* Wolff.

26. *Quae ſaeva pericula reſtant*] Opinor, *piacula.* Heins. Malim, *quae, ſaeve, pericula reſtant?* Burm.

27. *Praetereunt*] Horum duorum verſuum principia hactenus tranſpoſita e libro veteri reſtituimus. Claver.

28. *Emollit rabiem praedae*] Ex Claveriano codice haec tranſpoſuimus, cui & Barthius ſubſcribit curis ſecundis. Heins.

29. *Quae ſtraviſſe valent*] primus Vaticanus & quatuor alii cum Gudii ſchedis, *calent.* quomodo & in Palatino codice legi, teſtis in Adverſariis Barthius. Nupt. Honor. 287. *calet obvius ire Jam Princeps.* Statius IV. Theb. 261.

Arma, tubas audire calens, & pulvere bellî
Flaventem ſordere comam.

ſic

Digitized by Google

Nec nisi bellantis gaudent cervice juvenci
Nobiliore fames. secuit nascentia fata
Livor, & ingesto turbavit gaudia luctu.
Jam jam suppliciis fessos, humilesque serenus
Respice. quid tanta dignaris mole clientem?
In brevibus numquam sese probat Aeolus undis:
Nec capit angustus Boreae certamina collis.
Alpes ille quatit, Rhodopeïa culmina lassat.
Incubuit numquam coelestis flamma salictis,
Nec parvi frutices iram meruere Tonantis.
Ingentes quercus, annosas fulminat ornos.
Hoc pro supplicibus ramis, pro fronde Minervae,
Hoc carmen pro ture damus. miserere tuorum.
Me, precor, heu, me redde mihi! gravibusque medere
Vulneribus, vitamque jube famamque reverti.
Quae per te cecidit, per te fortuna resurgat.
Sanus Achillea remeavit Telephus hasta,

Cujus

sic *ardet*, *flagrat*, *aestuat*, & similia passim apud nostrum, de quibus ad 1. in Rusin. 307. Silius Lib. XIII. 180. *incurrere muris Ignescunt animi.* paulo post, *eadem prostrata*, non *ea mox*, libri meliores praeter primum Vatic. Palat. & Oisel. Plinius Lib. VIII. 16. *Leoni tantum ex feris clementia in supplices: prostratis parcit.* HEINS. *ea mox* posset satis commode retineri cum Parmensi, & aliis praeter Aldum. Petron. cap. CXX. *Quae nova semper amas, & mox possessa relinquis.* BURM.

30. *Gaudet cervice juvenci Nobiliore fames*] Ita ex novem libris legendum. Statius in simili comparatione II. Theb. 676. *ubi sanguine multo Luxuriata fames.* & Lib. VII. 574. *Quippe nihil grassata fames.* de tigribus. *bellanti cervice* Gudiana excerpta, & *Mobiliore fames.* HEINS. *nec qui bellantis gaudet* Voss. Heinsius olim *bellacis* conjecerat. *gaudens* Parm. Ald. Isingr. Gryph. Colin. qui *juvenci* in plurali ceperunt.

31. *Nascentia vota*] *fata* quatuor scripti, pro nascenti fortuna. infra 45.

Quae per te cecidit, per te fortuna resurgat. HEINS.

34. *Quid tanta dignaris morte clientem*] *mole* Lucensis & quatuor alii cum Aldo. optime. dictum Lib. II. in Eutrop. 101. pro *Jam jam suppliciis*, unus Med. *Lumina suppliciis.* pro *Despice*, Lucensis & octo alii ex melioribus, *Respice*, praeter primum Vaticanum. duo *Aspice.* Puto:

Lumine suppliciis fessas humilesque serenо
Respice. HEINS. *Janua suppliciis* Wolff.

35. *Aeolus undis*] *antris* Aldus & excerpta Puteana. bene, ut apud Juvenal. *Aeolliis inclusum rupibus antrum.* Statius X. Theb. 241.

Non aliter moto quam si pater Aeolus antro
Claudat iter.

antri Aeolii luculenta descriptio apud Homerum in Odyssea. HEINS. Sed non agitur hic de antro Aeolio, sed de locis, in quae egressus ille saevit. nec potest, credo, dici Aeolus se probare in *antris*, sive brevibus, sive magnis. sed recte in *undis*. *breves undas* vero sunt lacus, & rivi minores, qui opponuntur maribus. deinde Alpes & montes rectius *undis* quam *antris* opponuntur. vid. Horat. Lib. II. od. 10. *Saevius ventis agitatur ingens Pinus* &c. *undae* vero & *antra* passim commutantur. ut in Gigant. v. 114. Fescenn. 76. apud Virgilium, Ovidium, Lucanum, & alios centies. BURM.

37. *Rhodopeia culmina quassat*] Lucensis & tredecim alii, *lassat.* bene. vide notas Lib. I. in Rusin. 276. HEINS. *Rodopeaque* Parm. Ald. Colin. *Rhodopeaque* Isingr. Gryph. *lassat* Wolff. a m. pr.

46. *Sanus Achilleis remeavit Telephus herbis*] *Achillea hasta* Gyraldinus. probe. unus Mediceus, *Achilleis hastis.* proxime verum. Ferrugine Achilleae hastae sanatum Telephum veteres prodiderunt. Apulejus de Herbis fere solus pro vulgata stat scriptura: *Achilleam herbam Achilles invenit. unde vulnera ferro facta sanabat. hac sanasse Telephum dicitur.* quae ex Plinii Lib. V. cap. 25. est mutuatus. sed addit ille ibidem: *Alii primum aeruginem invenisse utilissimam emplastris, ideoque pingitur ex cuspide decutiens*

Cujus pertulerat vires: & ſenſit in uno
Letalem placidamque manum. medicina per hoſtem
Contigit, & pepulit, quos fecerat ipſe, dolores.
Quod ſi nec precibus, fletu nec frangeris ullo,
Eripe calcatis non proſpera cingula Muſis,
Eripe militiam. comitem me pelle ſodali.
Scilicet inſignes de paupere vate triumphos!
Scilicet egregiis ornabere victor opimis!
Inruat in miſeros cognata potentia cives.
Audiat haec commune ſolum, longeque carinis
Nota Pharos, flentemque adtollens gurgite vultum
Noſtra gemat Nilus numeroſis funera ripis.

eum gladio in vulnus Telephi. Alii utroque uſum medicamento volunt. hoc eſt & herba & aerugine cuſpidis. ſed de aerugine magis receptam opinionem eſſe, atque ita rem a pictoribus exprimi ſolitam. quid ni & a poëtis? Statius in Silvis rem dubiam relinquit: *citius non arte refectus Telephus Haemonia.* De haſta Ovidius non uno loco, Propertius, Hyginus, alii. Pentadius in Catalectis Pithoei & Scaligeri:

Pelias haſta fuit, vulnus grave quae dedit hoſti,
Et quae ſanavit Pelias haſta fuit.

Ipſe Achilles apud Naſonem XIII. Met. 171.

——— —— *ego Telephon haſta*
Pugnantem domui, victum orantemque refeci.

Propertius Lib. III. El. I. 65.

Myſus & Haemonia juvenis qua cuſpide vulnus
Senſerat, hac ipſa cuſpide ſenſit opem.

Naſo iterum Remed. Am. 47.

Vulnus Achilleo quae quondam fecerat haſti
Vulneris auxilium Pelias haſta tulit.

Serenus Sammonicus cap. XLVII. de ſerpente,

——— *ſanat, quem fauciat ipſa.*
Ut Lariſſaea curatus Telephus haſta.

ſic ſcribe cum membranis. perperam & contra legem metricam *Utque* ibi legitur. HEINS.

47. *In uno*] *in imo* Parm.

50. *Flectere ullo*] primus Vaticanus & Ambroſ. *frangeris* cum editione Parmenſi, & ſchedis Gudianis. ſic ſupra laude Serenae:

——— *tu ſola frementem*
Frangere, tu blando poteras ſermone morari.

Conſ. Mallii,

——— *quae diſſona ritus*
Barbaries, medii quem non reverentia frangat.

Ovid. II. Amor. El. XVIII.

Frangor, & ingenium ſumptis revocatur ab armis.

ſic vetus liber, non *Vincor.* Epiſt. I. 85.

Ille tamen pietate mea precibuſque pudicis
Frangitur.

ita & Statius ſaepe. HEINS.

52. *Comitem me pelle ſodali*] *ſodalis* Raphelengius contra veteres libros. HEINS. vid. ad I. in Eutrop. 150.

53. *Inſigni de paupere vate triumpho*] *inſignes triumphos* Lucenſis, & decem alii cum Parmenſi editione. recte. abruptum dicendi genus. ſic alibi: *Quam ſimiles haec aula viros?* ubi verbum aliquod ſubintelligitur. ſic &, *Quo mihi fortunam?* &, *Unde tam faciles Deos?* ſimiliaque apud Ovidium. de quibus ſuo loco. Buslidianus, *egregios triumphos*, prior Moreti, *ingentes.* excerpta Putean. *inſignis triumphus.* Scaliger, *inſignis triumpha.* HEINS. *Inſignes triumphos* Wolff.

54. *Scilicet egregiis*] *Et ſpoliis* Lucenſ.

55. *Saeviat in miſeros*] *Irruat* primus Vatic. & ſex alii, cum Gudii noſtri ſchedis. *Serviat* ſecundus Vatic. pro *Audiat haec*, meliores *haec. longisque carinis* prim. Vatic. & alii nonnulli, non *longeque.* Forte, *Lagaea carinis Nota Pharos.* nam & aliae Phari, etiam in Italia, quae tamen ab Aegyptia hac Pharo nomen mutuatae. Val. Flacc. *centum geminae Lagaea novalia Thebae.* apud Marcellum, *Et quidquid confert medicis Lagaea catapluſ.* HEINS. *longisque* Parm.

EPIS-

Digitized by Google

EPISTOLA II.

Ad Serenam.

ORphea quum primae ſociarent lumina taedae,
Ruraque compleret Thracia feſtus Hymen:
Certavere ferae picturataeque volucres,
Dona ſuo vati quae potiora darent.
Quippe antri memores, cautes ubi ſaepe ſonorae
Praebuerant dulci mira theatra lyrae,
Caucaſeo cryſtalla ferunt de vertice lynces,
Gryphes Hyberborei pondera fulva ſoli.
Furatae Veneris prato per inane columbae

10. Flo-

1. *Primae ſociarent lumina taedae*] Poëtice dixit *primae taedae lumina* pro auſpicio nuptiarum, non quod primas & ſecundas innuere velit, eſtque haec vetus lectio. alii, *primum ſociarent numina taedae*. Virgilius ſane dixit, *Fumea tedis lumina*, & alibi ſaepius *lumina tedarum*. ſed *prima teda* nuptialis eſt, poſterior funebris ex Propertio: *Viximus infignes inter utramque facem*. & hoc caſu τὸ *numina* poterit admitti, ut eſt in excuſis. Claver. *lumina taedae* ex veteri libro Claverius, quod ſecutus Raphelengius. amplexus quoque Diatribes Statianae cap. xlv. Gronovius. tale Catullianum illud:

Nunc vos, optato quos junxit lumine taedae.

primae numina taedae Lucenſ. Patav. & editio Parmenſis. & primus Vaticanus. quod verum eſt vulgo, *primum numina taedae*. ſcripti alii, *primo numine*, vel *primum munere*. *Di conjugales* apud Senecam, qui ſint docet Ovid. vi. Met. Barthius negat τὸ *primae taedae* poſſe ferri, quod non niſi unicam Eurydicen duxiſſe Orpheus legatur. atqui ſic paſſim loquuntur poëtae praeſtantiores. Statius de Menecratis filia:

Quippe & opes & origo ſimunt hanc lampade prima
Patricias intrare domos.

Idem Theb. xii. *primas nunc ſponſus ad aras*. jam ex Plutarcho docuerunt homines eruditi, ſecundas nuptias apud Romanos fuiſſe infames. poſſis etiam, *primae ſociarent omina taedae*. Lib. ii. in Ruſin. 96. uti ex ſcriptis caſtigandum alii jam monuerunt:

Hic domus, hic thalamis primum genialibus omen.

ubi plura. *primis jugari ominibus* apud Virgilium. Statius Epithalamio Stellae Lib. i. Sylv. ii. 229.

Vixdum emiſſa dies, & jam ſocialia praeſto
Omina.

ſic ſcribendum. Hymen apud Ovid. x. Met. 5. nuptiis Orphei:

Nec laetus vultus, nec felix attulit omen.

& Thelethuſa de filia nuptura Lib. ix. 767. *omina ſaepe Viſaque cauſſatur. omina genialia* noſtro ſub finem Lib. ii. Rapt. Proſerp. Heins. *numine* Wolff. a m. pr. *munere* a m. 2.

2. *Thracia*] *Tertia* Cod. Barth. ed. Ald. ſingr. Colin. & Gryph. *Threcia* Torrent. ad Horat. iii. od. 9.

4. *Darent*] *valent* Voſſ. forte, *Dona pio vati*. ſed ſequitur vs. 24.

5. *cantus ubi ſaepe ſonore*] Cantus aut cantilenae. alias, *ſonorae*. ſed veterem ſcripturam ubique amplectimur. Claver. Alii *ſonore*. *canore* Moreti liber. a quibusdam abſunt illa *ſaepe ſonorae* hiatu relicto. *ſaepe ſonore Praebuerat dulcis* ex manuſcripto Claverius. Lucenſ. *cantu ſubis* . . . . Excerpta Put. *cantu ſubiiſſe feruntur*. Buslid. *cantus ubique ante ſonore*. Ampliſſ. Gevartius ex conjectura, ut mihi quidem videtur, certa, *cautes ubi ſaepe ſonorae*, & ſic in Apophoretis Behotius Lib. i. cap. 15. aliter curis prioribus Barthius. Heins. Barthius in pr. edit. vulgatum *cantus* retinebat, & legebat, *Praebuerant dulces mira theatra lyrae*. in ſecundis curis vix adquieſcens Behotio, eamdem conrectionem memorat, ſed duplex epitheton *ſonorae dulces lynces* cui placere poterit, non video. Burm.

7. *Ferunt*] Mox *tulere*. quae diverſitas temporum, & repetitio ejusdem verbi, etſi exemplis poſſit illuſtrari, mihi vix placet. forte ſcripſerit, *ferae lynces*, niſi, quia vs. 3. praeceſſit, repudiandum hic quis cenſeat. Burm.

9. *Furatae Veneris prato*] *furato prata* tert. Vatic. *purgato* Rottendorph. Forte, *Paeſtano*. Heins. *Furatae V. p. per inane volucres* Cod. Mediol. vulgata recte ſe habet, & ita conſtruenda, columbae, furatae prato Veneris, tulerunt &c. ita, *Furata Niſo capillus filia* Ovid. i. Art. 331. Burm.

Florea connexis ferta tulere roſis.
Fractaque nobilium ramis electra ſororum
Cycnus oloriferi vexit ab amne Padi.
Et Nilo Pygmaea grues poſt bella remenſo
Ore legunt rubri germina cara maris.
Venit & extremo Phoenix longaevus ab Euro,
Adportans unco cinnama rara pede.
Nulla avium pecudumque fuit, quae ferre negaret
Vectigal meritae connubiale lyrae.
Tunc opibus, totoque Heliconis ſedula regno
Ornabat propriam Calliopea nurum.
Ipſam praeterea dominam ſtellantis Olympi
Ad nati thalamos auſa rogare parens.
Nec ſprevit Regina Deûm, vel matris honore,
Vel juſto vatis ducta favore pii.
Qui ſibi carminibus toties luſtraverat aras,
Junonis blanda numina voce canens,
Praeliaque altiſoni referens Phlegraea mariti,
Titanum fractas Enceladique minas.
Ilicet adventu noctem dignata jugalem

30. Ad-

10. *Roſis*] *rotis* Wolff.

11. *Fractaque nobilium ramis electra ſororum*] *nobilium* Buslid. forte, *Lapſaque flebilium ſororum*. vel, *Fletaque nobilium*. ut apud Martialem Lib. IV. Ep. 59.

Flentibus Heliadum ramis dum vipera repit.

Statius XII. Theb. 425.

Sic Hyperionium tepido Phaëthonta ſorores
Fumantem lavere Pado. vixdum ille ſepulchro
Conditus, & flentes ſtant circum flumina ſilvae.

Valer. Flacc. Lib. I. 526.

——— *veteris ſat conſcia luctus*
Silva Padi, & viſo flentes genitore ſorores.

ſic *Fletifer truncus Myrrhae* apud Auſonium Cupidine crucifixo, loco non ſatis integro, ubi tamen, *lacrimis lucentibus* malim, quam *lugentibus*. HEINS.

13. *Et Nilo*] *E Nilo* Iſingr. Colin. *poſt bello grues Pygmaea* Voſſ. duo & Mediol.

14. *Germina cara maris*] *cana* prim. Vatic. & quatuor alii cum editione Parmenſi, ut uniones intelligat. *cano germina* rubro mari argute reſpondent. nihil tamen muto. vide notas Nupt. Honor. 165. noſter Conſ. Hon. 528. *baccis onerat candentibus aures*. HEINS. *gramina cana* cod. Barth. *cara* non mutem, quia proprie lapides pretioſi *cari* dicti. vide ad Petron. cap. LV. BURM.

16. *Cinnama rara*] Sic caſtigatiores membranae. aliae magno numero, *cinnama mira*. Martialis Lib. IV. Epigr. 13.

Tam bene rara ſuo miſcentur cinnama nardo.

Prudentius Cathemerinon Hymn. V.

Illic & gracili balſama ſurculo
Defudate ſtillant, rareque cinnama.

Statius Lib. IV. Silv. V. 30. ad Severum:

——— *jam feret Indicas*
Meſſes, odoratiſque rara
Cinnama praeripiet Sabaeis.

& Lib. V. Silv. III. 42.

——— *dites non ſi tibi rara Sabaei*
Cinnama odoratas nec Arabs decerpſit ariſtas. HEINS.

19. *Sedula*] *ſecula* Mediol. *tot opibus* Wolff.

23. *Deûm*] *Deam* Barth. & ita malebat Heinſius.

24. *Ducta favore pii*] *vitta* Patav. & pro *honore* unus Medic. *amore*. HEINS. *favere* Mediol.

28. *Titanum fractas*] Malim, *fractis minis*. HEINS. verſu proximo pro *praelinque*, *praemioque* Wolff.

29. *Noctem dignata jugalem*) *mentem* Oxon. HEINS. *munera digna coeris* cod. Mediol. *adventum* Parm. Junt. Colin.

31. *Solas*

Digitized by Google

Addidit augendis munera ſacra toris:
Munera mortales non admittentia cultus:
Munera, quae ſolos fas habuiſſe Deos.
Sed quod Threïcio Juno placabilis Orphei,
Hoc poteris votis eſſe, Serena, meis.
Illius exſpectent famulantia ſidera nutum:
Sub pedibus regitur terra fretumque tuis.
Non ego, quum peterem ſollemni more procorum,
Promiſi gregibus paſcua plena meis:
Nec quod mille mihi lateant ſub palmite colles,
Fluctuet & glauca pinguis oliva coma;
Nec quod noſtra Ceres numeroſa falce laboret,
Aurataeque ferant culmina celſa trabes.
Suffecit mandaſſe Deam. tua litera nobis
Et pecus, & ſegetes, & domus ampla fuit.
Inflexit ſoceros, & majeſtate petendi
Texit pauperiem nominis umbra tui.

Quid

32. *Solos fas habuiſſe Deos*] Et hic malim, *ſolas Deas*. HEINS.

33. *Placabilis Orphei*] *Orphei* rectius Aldus, & opt. Ambroſ. cum duobus Vaticanis, Rottendorph. & Oiſeliano, ut apud Virgil. IV. Ecl. 57.

Orphei Calliopea, Lino formoſus Apollo. HEINS.

35. *Illius exſpectant*] *Explent illius* quindecim cum Gudii ſchedis. tres, *Illius explent*. Lucenſ. & prim. Vatic. *Illius exſpectent*. bene. Moretl, *Illius expellent*, proxime verum. HEINS. *nutus* Leid. a m. prim.

36. *Sub pedibus regitur*] *regitur* Lucenſ. prim. Vatic. & ſedecim alii cum Aldo. unus Petav. *teritur*. ſed *regitur* probum eſt. apud Maronem Lib. VII. Aen. 98.

Externi venient generi, qui ſanguine noſtrum
Nomen in aſtra ferant, quorumque ab ſtirpe nepotes
Omnia ſub pedibus, qua ſol utrumque recurrens
Adſpicit Oceanum, vertique regique videbunt.

Corippus:

Auguſtis ſolis hoc cultu competit uti,
Sub quorum pedibus regum cruor.

Idem Praefatione Operis: *Deus omnia regna Sub pedibus dedit eſſe tuis.* Ibidem:

Regnaque ſub veſtris venient fortiſſima plantis.

Noſter Lib. II. Rapt. Proſerp. 300.

Sub tua purpurei venient veſtigia reges.

ubi perperam Barthius *faſtigia* reponi jubet. HEINS. vide & I. in Eutrop. 173. *promiſſe* Ald.

37. *Peterem*] Eleganter, quaſi procus ſit Amoris candidatus & petitor. Ceterum quamdiu quis amabit Muſas, eum pauperies ſequetur, aut ſane ad rem attentus non erit. expertus loquor. potui enim ſex millibus aureorum, aut dignitatis, quae pluris mihi forte jam ſtetiſſet, augeri absque hoc illicio, ſed in poſterum ſcilicet cavebimus. CLAVER.

38. *Gregibus paſcua plena meis*] *lacta* ſec. Vatic. & *tuis*. Rottendorph. Puto, *gregibus paſcua plena ſuis*. HEINS.

40. *Fluctuet*] *Fructus* Wolf.

43. *Littera*] Alias *littera*, inepte. *littera* vero hic eſt quaſi reſcriptum. At Lib. V. Cod. tit. 8. nuptiae vetantur, quae ex reſcripto Principis peti ſolebant, aut precum obreptione, captari. ſed Claudianus forte amabatur a domina, neque puellae conſenſum ſe habere confinxit. verum dicet aliquis Serenam non fuiſſe Principem. imo plus quam Princeps & Auguſta fuit; nam illa generum ſuum rexit, & ejus Reſcriptum facile obtinere potuit. unde illud: *Sub pedibus regitur terra fretumque tuis.* CLAVER.

44. *Et pecus*] Excerpta, quae Vir Cl. Iſacus Voſſius mecum communicavit, *penus*, quomodo & tertius Vaticanus codex Rottendorph. *nemus*. HEINS. *ſpecus* Parm.

46. *Nominis umbra tui*] Palat. *numinis*. ut a Barthio jam monitum. HEINS.

Quid non perficeret ſcribentis voce Serenae
Vel Genius regni, vel pietatis amor?
Atque utinam ſub luce tui contingeret oris;
Conjugis & caſtris, & ſolio generi,
Optatum celebrare diem! me jungeret auſpex
Purpura; me ſancto cingeret aula choro!
Et, mihi quam ſcriptis deſponderat ante, puellam
Conjugiis eadem pronuba dextra daret!
Nunc medium quoniam votis majoribus aequor
Invidet, & Libyae diſſidet ora plagae:
Saltem abſens, Regina, fave, reditusque ſecundos
Adnue ſidereo laeta ſupercilio.
Terrarum tu pande vias: tu mitibus Euris
Aequora pacari proſperiora jube.
Ut tibi Pierides, doctumque fluens Aganippe,
Debita ſervato vota cliente canant.

Ep. III. Ad Olybrium.

Quid rear, adfatus quod non mihi dirigis ullos,
Nec redit alterno pollice ducta ſalus?
Scribendine labor? ſed quae tam prona facultas,

Car-

47. *Quid non perficeret*] *perfecit* duodecim libri. duo Florentini totidemque alii, *fuſſecit*. Thuan. *Sed quid non faceret*. Lucenſ. *Sed quid non perfert*. puto, *praeſtet*. unus Vatic. *perficiet*. Palat. *proficeret*. Heins. *quod non perficeret* Ald. *perfecit* Wolf.

48. *Pietatis amor*] *Pietas & Amor* malebat Barthius.

50. *Conjugis in caſtris*] *& caſtris* nonnulli. rectius. Heins. Ita Ald.

52. *Sancto cingeret aula toro*] *choro* legendum cum optimo Ambroſiano, quod & Scaliger vidit. malim &, *ſacro*. nam Buſlid. & ſec. Vatic. *ſacera*. mendoſe. Praefat. in VI. Conſ. Hon.

——— *plaudebant numina dictis,*
Et circumfuſi ſacra corona chori.

niſi *ſocio choro* mavis. Heins. & *ſenio generi* Claver. *cingeret aula thoro* Parm.

53. *Deſponderat*] *deſpondeat* Voſſ.

54. *Conjugis ejusdem*] *Conjugis eadem* ſex ſcripti cum excerptis Gudianis. *Conjugis haec eadem* quinque, Gyrald. Lucenſ. prim. Vatic. & duodecim alii, *Conjugiis eadem*. bene. Scaliger, *Conjugio ejusdem*. Barthius, *Auguſtae pronuba dextra daret*. ſed non perſuadet, Auguſtam poſſe dici Serenam, quamquam patre Auguſto natam. Heins. *Conjugiis eadem* Wolf. forte, *Conjugio tandem. pronuba tela* Voſſ.

56. *Libycae diſſidet ora plagae*] *Libyae* quindecim, ut *Africa terra*, & ſimilia, de quibus ſupra. Heins. *deſidet* Parm. *Libyae diſſonat* Wolf. *Syrtis majoribus aequor* Ald.

57. *Fave*] *fove* Wolf.

59. *Pande*] *ponte* Voſſ.

60. *Proſperiora*] *poſteriora* Voſſ. & edd. Parm. Junt. Iſingr. Colin. Gryph. *ſuperiora* cod. Menard.

1. *Quid rear*] Viden' ut Claudianus libere agat cum viro Conſulari, quo nullus in toto Imperio Occidentis nobilior fuit. non igitur fuit hic Poëta vulgaris pretii, aut exiſtimationis, ut qui meruerit eſſe Tribunus & Notarius, de qua dignitate ſic Impp. Cod. Lib. XII. in haec verba: *Praecipua eſt noſtrae pietatis intentio circa Notariorum nomen.* ſane Primicerius Notariorum emeritus nihil minus ſperare potuit, quam gradum Mag. Officiorum, nec miror, quod ſe ipſius ſodalem dicat. Claver.

3. *Sed quae tam prona facultas*] Lego, *cui tam prona*. Lib. III. Rapt. *cui tanta facultas In me ſaevitiae?* primus quoque Vaticanus, *Scribendi labor eſt*. forte, *Scribendi an labor eſt?* ſed nil mutandum temere. Heins. *Scribendive labor* Voſſ.

4. *Seu*

Digitized by Google

Carmina ſeu fundis, ſeu Cicerone tonas.
Cedere divitus animi fortuna fatetur,
Et tantas oris copia vincit opes.
An rarus, qui ſcripta ferat? quin tempore nullo
Ceſſant Flaminiae pulverulenta viae.
Quum fluat ingenium, quum ſit qui dicta reportet;
Quae, niſi contemnor, cauſſa relicta tibi?
Deſpicis ergo tuum, ſi fas eſt credere, vatem;
Perfidus & ſpatio debilitatur amor?
Excidimusne tibi? lucem jam condet Hydaſpes,
Et Tarteſſiaco, Sol, oriere vado:
Candeſcet Geticis Meroë converſa pruinis,
Claraque ſe vetito proluet Urſa mari.
Et ſi jam noſtros faſtidit Olybrius ignes,
Conſtat Oreſteam nil valuiſſe fidem.
Quin, age, rumpe moras, remoraturusque ſodalem
Abſens, eloquio fertiliore doce.
Crebraque fecundos feſtinet litera curſus,
Labris atque animis inſinuanda meis.

Dig-

4. *Seu Cicerone tonas*] Conſul. Olybr. 208. *Cicerona* videri ſcribendum dixi. & ſic Lucenſis. ſic *Platona* pro *Platonem* dixit Petronius initio Satyrici. HEINS. Nimis pronus in Graecas illas inflectiones Heinſius, quae admitti poſſunt in vocabulis origine Graecis, ut *Platona*, *Agamemnona*, &c. vide ad IV. Conſ. Hon. 652. ſed in Latinis id non uſurparunt veteres. vide H. Stephan. de Abuſu Linguae Graecae pag. 32. *Cicerone tonare* eſt, armis, eloquentia, ſtilo Ciceroniano tonare. vide locum Sidonii a Barthio adductum.

5. *Cedere*] *credere* Mediol. Wolf.

7. *Scripta*] *ſcepta* edd. Junt. Ald. Iſingr. Colin. Gryph. & aliae.

8. *Flaminiae*] *Flamineae* Voſſ. mox pro *ingenium*, *imperium* Mediol.

11. *Credere*] *dicere* Voſſ. non male.

13. *condat Hydaſpes*] *condet* primus Vatic. Lucenſ. & plerique alii. iidem mox *oriere*, *candeſcet*, & *proluet*. HEINS.

14. *Et Tarteſſiaco*] *Carbeſiaco* ſchedae Gudianae. HEINS. *Tarchefiaco* Wolf. confer Lib. I. in Eutrop. 354.

15. *Candeſcet Geticis Meroë converſa pruinis*] Malim, *Caneſcet. cana* enim *pruina* paſſim Poëtis dicitur. Raphelengianum *conſperſa* contra libros veteres eſt. HEINS. vide ad Lib. I. Rapt. 65.

17. *Olibrius*] *Olimbrius* Wolf. Parm. Junt. Iſingr.

19. *Remoraturus*] Ita optimus codex. in altero, quod etiam advertit Cujacius, *ſolaturusque*. alias, *remoraturas*. inepte. CLAVER. *moraturusque* Lucenſ. & quinque alii. Claverii codex, & ſex ex noſtris, *remoraturusque*. alter ejusdem cum primo Vatic. & tredecim aliis, *ſolaturusque*. commodo ſenſu. Epiſtola ad Hadrianum, *ingenti ſolatus fata ſepulcro*. Forte tamen legendum, *reſalutaturusque ſodalem*. unus Medic. *memoraturusque*. opt. Ambroſ. *miraturusque*. Barthius, *recreaturusque*. Familiarius cum Olybrio agit qui ſe ſodalem ejus appellet. Putabam olim ſcribendum, *exoratusque ſalutem*. Si *ſolaturusque ſodalem* retinemus, verſu ſequenti *fove*, pro *doce* legendum videtur. atque ita opinor a Claudiano relictum. HEINS. *remoraturusque* Parm.

21. *Crebraque fecundo*] *facundo* tres libri. opt. Ambroſ. *fecundos curſus*. quod placet. ſic *feſtinare fugam* apud Virgil. IV. Aen. 575. & *feſtinare veſtes* Ovidio XI. Met. 575. *fecundos curſus*, ut *fertilius alloquium* ſuperiori verſu. HEINS. apud Virgil. I. Aen. 137. *Maturate fugam* legitur.

22. *Digna tuis animis*] *Libris atque animis* prim. Vatic. & tredecim alii cum Gudianis excerptis. recte, niſi quod *Labris* malim. & ſane *digna tuis* ex *Dignatus*, quod ſequitur, videtur promanaſſe. opinor tamen a Claudiani manu eſſe:

Auribus atque animis inſinuanda meis.

Barthius conjectando operam hic perdidit. HEINS. *libris atque animis inſinuata* Wolf. a m. pr.

23.

Dignatus tenui Caesar scripsisse Maroni,
Nec tibi dedecori sit mea Musa. Vale.

Ep. IV. Ad Probinum, ut scribat.

Quem, precor, inter nos habitura silentia finem?
Quando dabit caras litera grata vices?
Me timidum, vel te potius dixisse superbum
Convenit? alterius crimen utrumque tenet.
Transfluxere dies, & dum scripsisse priorem
Poenitet, aeternas itur in usque moras.
Sed quid agam? coepisse vetat reverentia vestri.
Hinc amor hortatur scribere. vincat amor.
Fors juvat audentes, prisci sententia vatis.

23. *Dignatus tenui*] Maro dicitur *tenuis* ratione fortunae. Sidonius imitator de eodem:

Nec flexit ad tenuem celsior ira reum.

Ovidius *exiguum Calvum* dixit ea ratione, & Lucanus, si modo is est, in Panegyr.

Ausoniamque chelyn gracilis patefecit Horati.

qui omnes magni ingenio, facultatibus modici. Tacitus in Dialogo: *neque apud Divum Augustum gratia caruit. Testes ipsius epistolae.* Claver. *Dignatus merui* Voss. *tenues* dici despectiores, pauperiores, viliores, constat. ita *tenuem domum* dixit Propert. II. Lib. XVII. 12. ubi passim eo sensu occurrere notat Broukhusius. vide & Cerdam ad Virgil. Lib. V. 690. & Sueton. Caes. XLVI. & LXVIII. sed Calvum ideo *exiguum* dici ab Ovidio II. Trist. 431. non credo, quum de statura ejus recte interpretati sint viri docti. Burm.

24. *Nec tibi dedecori sit mea Musa. Vale*] ita vetus liber & omnes excusi. at in altero, quod etiam observavit Cujacius, *Nec tibi dedecori Musa futura, vale.* sed non solus Olybrius Musae nomen adeptus est, vir alioqui Musarum cultor. Antonius medicus id etiam obtinuit. Eunapius ait Milesium amatorem poëseos Anatolio ita jucundum fuisse, ut *Μῶσαν* vocaret. Claver. *Et tibi dedecori scribere? Musa vale.* τὸ *scribere* in tribus omissum erat. primus Vaticanus & duo ex nostris cum Claverii libro & schedis Gudii:

Nec tibi dedecori Musa futura. Vale.

quomodo & Lucensis cum Gyraldino, nisi quod in iis, *Et tibi.* alii undecim,

Et tibi dedecori non mea Musa. vale.

prior Moreti, *jam mea.* optimus Ambrosianus, *ni mea.* Puto:

Et tibi dedecori nil mea Musa. Vale.

vel,

Nec tibi dedecori sit mea Musa. Vale.

quomodo Helmaestadiensis a secunda manu. Faceti sunt, qui Olybrium *Musam* dictum arbitrantur. Heins. Ego praefero Helmaestadiensis codicis lectionem. Expressit vero hic Ovidium, apud quem Annulus Lib. II. Amor. XV.

Non ego dedecori tibi sum, mea vita, futurus.

unde Claverius, vel Cujacius, *futura* adripuit. Burm.

Ad Probinum] De Hoc etiam fratre Olybrii, itidem Consulari, libero stilo & simplici conqueritur, ita ut superbiae insimulet. hic vero Probinus fuit Poëtae nostro Maecenatis vice, eique auctor fuit, ut a Graecis ad Latina animum adpelleret. Itaque profitetur Claudianus, se primum recitasse aut scripsisse Latine, ipso Consule. Claver.

1. *Quem precor inter nos habitura*] Opt. Ambros. *Quem, precor, haec quem sum.* quod efficacius. Heins.

2. *Gratas litera nostra vices*] *caras litera grata* Aldus & scripti meliores. alii, *gratas litera grata.* Heins. *catas l. g. moras* Voss.

5. *Transfluxere dies*] *Ter fluxere* duo Vaticani. Lego, *Tot fluxere dies.* quod Barthius in membranis a se inventum affirmat. sed nec Pulmanniani libri, nec Palatinus tale quid agnoscunt. Posset & refingi, *Tres fluxere dies.* Heins. Ego nihil muto. *dies* simpliciter pro multi, aliquot dies. sic Justin. XLIV. 4. *quum eum exponi jussisset, & post dies ad corpus expositi requirendum misisset.* ita & Lib. XX. 5. *Galli, qui ante menses Romam incenderant.* vide ad Quinctil. Declam. CCCLXXXVIII. ubi *post annos* legitur, & alii rescribunt *post tot annos.* vide & ad Suet. Neron. XXXVII. Burm.

9. *Fors juvat*] Livius VIII. 29. *fortes fortunam juvare.* Heins. vide ad Ovid. I. Art. 608.

Pris-

Digitized by Google

Hac duce non dubitem, te reticente, loqui.
Audax ut, ſi quid vates peccaſſe videbor,
Arguar, ingrati non ſubiturus onus.
Romanos bibimus primum te Conſule fontes,
Et Latiae ceſſit Graja Thalia togae:
Incipiensque tuis a faſtibus omina cepi,
Fataque debebo poſteriora tibi.
Ergo lacellitus tandem reſcribe roganti,
Et patria florens forte, Probine, vale.

Priſci] Ita vetus liber. quis vero ille *priſcus vates*? forte Maro; aut Ovidius 1. Art. 608. *Audentes Forsque venusque juvat.* CLAVER. Aldus & alii nonnulli cum Iſingrino & primo Vatic. *priſci*, non *Cbii*, quomodo & Claverius, quod de Ennio intelligi volunt. Lucenſis, *ſocii*, Ambroſ. *Cei*, quod & Scaligero in mentem venerat, ſcutusque eſt Raphelengius. Vir Cl. Leo Allatius vulgatam lectionem tuetur, & Homerum intelligi contendit. ſed cum illum noſter laude Serenae Smyrnaeum faciat, cur Chiam hic ei patriam aſſignet non video. Smyrnaeus etiam Homerus Luciano p. 594. ſic *Cbius vates* pro Homero Theocrit. Idyll. 23. ſub finem. & Simonides de vita humana p. 156. poſt Theocrit. ed. Criſp. *Ceius* Simonides eidem Theocrito in Chariſin. & Luciano p. 346. Homerum *Colophoniactum* vocat Virgilius in Ciri. poſſet & *Coi* reponi, ut Philetas ſubintelligatur. *Cbium Maeonimque vatem* Homerum appellavit Conſtantinus Maximus Epiſtola ad P. Optatianum Porphyrium: *Si tantum pondus & gravitas expectarentur in carmine Graeco poſt Cbium Maeonimaque vatem, & Latina poſt ruſticum Mantuanum eloquentia vileſceret.* vide & Column. in Ennium p. 135. HEINS. *Cei* Wolf.

11. *Audax, aut ſi quid penitus peccaſſe videbor*] Ita plane vetus liber. alii omnes aliter, & quidem inſcite. CLAVER. τὸ *videbor* Raphelengianae conjecturae eſt, quod opt. Ambroſ. & quatuor alii confirmant, ut & Aldus. ſex cum primo Vaticano & ſchedis Gudii, *Audax, aut ſi quid vates. ut ſi quid* ex MS. Claverius, & ex conjectura Barthius. quomodo & editio Parmenſis pro *videbor* unus Ambroſ. *fatebor*. Buſlid. *aut ſiquidem*. Barthius τὸ *videtur* cenſet non eſſe ſollicitandum, ut ad verſum ſuperiorem *de vate Ceo* referatur. HEINS.

13. *Primum*] *primo* edd. Parm. Junt. Iſingr. Colin. & Gryph. Pulm. & ita citat Claverius ad princip. Conſul. Olybr.

14. *Et Latiae ceſſit*] *Acceſſit* prim. Vatic. & opt. Ambroſ. HEINS. *grata* Wolf. marg. Iſingr. *Et latae ceſſit grata* Parm.

15. *Incipiens*] Virgilius Ecl. VIII. 11. *A te principium, tibi deſinet.* Propertius: *Cynthia principium, Cynthia finis erit.* Sed plane ad rem Theognis: ἄρξεσθαι ἀρχέμεθ', ἐὺ ἀνεπαυόμεθ'. CLAVER. *Intipuenique tuis affatibus* Voſſ. Mediol.

Affatibus omnia cepi] *a faſtibus omina cepi* felici conjectura Raphelengius. Aldus ſane & quatuor ſcripti manifeſte, *faſtibus* cum primo Vatic. & Palat. de qua voce alibi dictum a nobis. & hoc loco videndus Barthius. Lucenſis & unus Mediceus, *faſcibus omina*. recte etiam *omina* etiam ſchedae Gudiae. Ovid. 1. Faſt. 178.

Omina principiis, inquit, ineſſe ſolent.

Silius Lib. 1. 342.

Nonne pudet coepti? pudet ominis? en bona virtus
Primitiaeque ducis. HEINS.

16. *Delebo*] Vatum proprium eſt ſaepe ſtilum vertere. Martialis ad librum: *ne domini patiare lituras.* Auſon. *Ne ferat indignum vatem centumque lituras.* alibi de ſuis liturariis loquitur. CLAVER. Male contra ſcriptos meliores *delebo* antea legebatur, ſed ſcriptum a Claudiano ipſo arbitror:

Fataque ſe debent proſperiora tibi.

τὸ *ſe* exciderat omiſſum a ſupinis librariis ob cognationem praecedentis proxime ac ſubſequentis ſyllabarum. *fata proſperiora*. vide notata in Aponum v. 94. & Bell. Gild. v. 103. Barthius:

Votaque debebo poſteriora tibi.

HEINS. Similis diverſitas Epiſt. 11. 60. ſed Barthius ad princ. Conſ. Olybr. *fata* legit. *Fataque debebo poſteriora tibi* ed. Claver. vid. Barth. BURM.

18. *Et patria florens forte, Probine, vale.*] Opinor, *patria florens arte* a Claudiano relictum eſſe. nam & Probinus egregie literatus fuit & facundus. apud Naſonem Penelope Ep. 1. 111.

Eſt tibi, ſitque precor, natus, qui mollibus annis
In patrias artes erudiendus erat.

Barthius hic ſe fruſtra fatigavit. ſed & *patria forte florens* Probinus, qui patre ampliſſimis dignitatibus perfuncto natus, & ſtirpe patricia orundus. HEINS.

EP. V. AD GENNADIUM EX PROCONSULE.

Italiae commune decus, Rubiconis amoeni
Incola; Romani fama fecunda fori;
Grajorum populis, & noſtro cognite Nilo.
Utraque gens faſcet horret, amatque tuos.
Carmina jejunas poſcis folantia fauces?
Teſtor amicitiam, nulla fuiſſe domi.
Nam mihi mox nidum pinnis confiſa relinquunt,
Et Lare contemto non reditura volant.

Ex Proconſule] Cujacius notavit in ſuo codice non *Proconſulem*, ſed *ex Proconſule*. apud Servium Evocatus non miles, ſed Promilite dicitur. CLAVER. *Exproconſulem* Gyraldinus. *ex proconſule* Lucenſis, & tres alii, idque vere. quomodo & Cujacianus. Auſon. *Hujus ego & natum & generum ex Proconſule vidi.* Rutilius Lib. I. Itiner.

Rexerat antè puer populos Proconſule Poenos.

Ile *pro milite* apud Salluſtium, citante Servio ad IV. Aen. 157. *Neu quis miles, neve pro milite*, hoc eſt vicem militis adminiſtrans. vid. Caſtal. Var. Lect. pag. 31. HEINS. Gennadium hunc civem Ravennatem fuiſſe, ſed Proconſulem Graeciae & Aegypti, cenſet Scipio Claramontius Lib. IV. Hiſtor. Caeſenae p. 79. Tom. VII. Part. II. Theſaur. Ital. BURM.

1. *Rubiconis amoeni Incola*] Barthius, *Accola*, me non obnitente. Idem vs. 7. *pinnis* pro *pennis* ex Aldino codice & membranis. HEINS. Niſi Rubiconem capias pro regione, per quam labitur Rubicon, *Accola* legendum eſt. ita apud Statium VII. 420. *gemini maris incola narrat*, forte legendum, *accola*. nam *incola maris* rectius Proteus ab Ovidio dicitur VIII. Met. 731. & *ranae ſtagni incolae* Phaedro I. Fab. 7. noſter III. Rapt. 430. *terrarum marisne Incola. accolae* vero ſunt vicini, nec pro ipſis incolis capi poſſe putem, ut Hottom. ad Ciceron. IV. Verr. 50. ſed qui incolis adſcribuntur, & qui in vicinia habitant. ut ita Mars *vicinus & accola campi* dicitur Albinov. in Druſum vs. 231. & noſter IV. Conſ. Hon. 450. *accola ſilvae Bructerus Hercyniae.* Nihil tamen temere mutem, quia ſaepe fluvios Poëtae pro ipſis regionibus ponere amant. vide ad Grat. Cyneg. vs. 314. BURM.

5. *Poſcis*] *paſcis* Wolf.

8. *Et Lare*] *quo Lare* Wolf.

Digitized by Google

CL. CLAUDIANI
EIDYLLIA.

PHOENIX. I.

Ceani ſummo circumfluus aequore lucus
Trans Indos Eurumque viret, qui primus anhelis
Sollicitatur equis; vicinaque verbera ſentit,
Humida roranti reſonant quum limina curru,
Unde rubet ventura dies, longeque coruſcis
Nox adflata rotis refugo palleſcit amictu.
Haec fortunatus nimium Titanius ales
Regna colit, Solisque plaga defenſus iniqua
Poſſidet intactas aegris animantibus oras;
Saeva nec humani patitur contagia mundi:
Par volucer Superis; ſtellas qui vividus aequat
Durando, membrisque terit redeuntibus aevum,
Non epulis ſaturare famem, non fontibus ullis
Adſuetus prohibere ſitim: ſed purior illum
Solis fervor alit, ventoſaque pabula libat

Te-

Hoc Poëmatium luculentiſſimum vocat Scaliger Senior. in eo vero pauca reperias, quae lectorem queant ſubſiſtere. CLAVER.

1. *Oceani*] Dubitat Barthius, an *Oceani aequor*, an *Oceani lucus* ſit intelligendus. ſed prius verum, & ita *aequora maris*, *ponti*, paſſim apud Poëtas occurrere vidimus ad Val. Flacc. II. 375. & nuper pluribus oſtendit doctiſſimus Marklandus ad Stat. III. Silv. II. 43. ſic *maria Oceani* dixit Florus Lib. IV. 12. poëticis gaudens locutionibus. ubi vide Cl. Dukeri notas. *Oceanum aequor* etiam Barthius tentabat. BURM.

2. *Indos Eurumque*] *Indes curſumque* Parm. *lanelis* Wolf.

4. *Humida roranti*] Oiſelianus, *Vivida*, id eſt, *Uvida*. HEINS.

Curru] *curſu* Voſſ. ed. Ald. & Wolf. qui & *lumina* a m. pr.

8. *Solusque plaga*] Alii, quos inter Lucenſis, & ſchedae Gudianae, rectius, *Solisque*. proximo verſu *aegris animantibus*, non *animalibus* tres codices. etiam probe. pro *Titanius ales*, *Junonius* ſchedae Gudianae. perperam. HAINS.

Iniqua] id eſt, inhabitabili. zonam torridam intelligit. ita *hiemes iniquas* dixit Horat. III. od. I. BURM.

9. *aegris animantibus oras*] *herbas* Voſſ. *aegri animantes* intelligi poſſunt homines. ut ita *miſeras animantes* dici probavit doctiſſimus Marklandus ad Stat. III. Silv. II. 63. intelligit vero Phoenicis ſedes in altero Hemiſpherio, zona torrida, ut veteres credebant, ab habitabili diviſo. pro *ſaeva* malebat Heinſius, *ſcaeva*. *patris contagia* Wolf.

11. *Stellas*] *ſtella* Voſſ.

15. *Pabula libat*] *potat* Lucenſ. plurimique alii, & Aldus. nihil muto. primus Vaticanus & Oiſelianus pro vulgata ſtant ſcriptura. Belio Getic. 161.

Deficimus queruli, ſi bos abductus aratro,
Si libata ſeges.

& v. 351.

——— *raptos conterritus in armis*
Delibaſſe cibos.

Bell. Gildon. 178.

Fixus quisque toro tacita formidine libat
Carnifices epulas.

Tethyos, innocui carpens alimenta vaporis.
Arcanum radiant oculi jubar: igneus ora
Cingit honos: rutilo cognatum vertice ſidus
Adtollit criſtatus apex, tenebrasque ſerena
Luce ſecat: Tyrio pinguntur crura veneno.
Antevolant Zephyros pinnae, quas caerulus ambit
Flore color, ſparſoque ſuper diteſcit in auro.
Hic neque concepto foetu, nec ſemine ſurgit:
Sed pater eſt prolesque ſibi, nulloque creante
Emeritos artus fecunda morte reformat,
Et petit alternam totidem per funera vitam.
Namque ubi mille vias longinqua retorſerit aeſtas,

Tot

Statius Achilleide,

Tum libare dapes Baccheaque munera Chiron
Orat. HEINS.

17. *Arcanum*] divinum. vid. ad Val. Fl. VI. 477. non recte Barthius, ſuave, nec tamen fervidum. BURM.

Igneus ora Cingit honos] vid. Bartholin. de Luce Animal. II. 14. pag. 221. *igneus ori* Voſſ. an pro *auri*? BURM.

19. *Criſtatus apex*] Perperam nonnulli codices, *criſpatus*. de hac crista Phoenicis Dracontius Hexaëmero:

Igne vago rutulatur apex ac aethera lambit,
Et coelum repetens erecto crine vagatur.

ubi perperam *fax caetera lambit* legebatur. male etiam *fax cerea* Barthius. in Epicedio Druſi 256.

Aethera ſubrectis lambit & aſtra comis. HEINS.

21. *Antevolant Zephyros pennae*] *pinnae* Voſſ. *antevolat* Parm. ſed tunc *pennis* legendum.

Quas caerulus ambit Rore color] *Ore* in nonnullis. Barthius emendat, *quas circulus ambit Floricolor*. cui catiigationi ſubſcribo. *flores colorum* habes in Epigrammatis: *te zona ligat variata colorum Floribus*. mox, *ſparſoque ſimul*, non *ſuper*, primus, Vatic. & Oiſelianus cum Gudii ſchedis. HEINS.

23. *Hic neque concepto foetu*] *concipitur* Barthius. Forte *conceptus*. HEINS.

24. *Pater eſt prolesque ſui*] *ſibi* Aldus & multi ex ſcriptis. quod probatur Barthio. aliter tamen prim. Vatican. HEINS. *ſibi* Wolf. marg. Iſingr. ſic *pater Pamphilo* Terent. Andr. III. III. 17. ut in MSS. reperit Bentleius. Serv. ad Virgil. XI. Aen. 801. *Pater familiae eſt dativus, nam pater mihi eſt dicimus.* Terent. Adelph. I. II. 46. *Natura tu illi pater es, conſiliis ego.* ſic idem Andr. IV. V. 14. *ſemper ei dicta eſt eſſe haec atque habita ſoror.* ubi alii *ejus*. & Heaut. II. III. 29. *dicta eſt mater ei.* vid. ad Ovid. V. Met. 415. BURM.

27. *Namque ubi mille vias longinqua retorſerit aeſtas*] *longaeva* Vaticanus chartaceus. *aetas* etiam primus ejusdem bibliothecae. ſed fruſtra utrumque. quamquam Orientius in Commonitorio:

Et quod nunc aetas ſenſim longaeva reſolvit.

Scribe:

Famque ubi mille vices longinqua retorſerit aeſtas.

longinqua pro longaeva, ut in illo Virgiliano III. Aen. 415.

Tantum aevi longinqua valet mutare vetuſtas.

Seneca Troaſin, *Poſt bella tam longinqua, poſt annos decem.* Propertius Lib. I. El. VI. *Multi longinquo periere in amore libenter.* HEINS. *vias* & *vices* centies commutari in Poëtarum ſcriptis ſaepe vidimus ad Ovidium & Valerium Flaccum. & novis exemplis nuper docuit doctiſſ. Marklandus ad Statii Lib. V. Silv. II. 152. ſed hoc loco *vias* retineo, quia non intelligo quid ſit *retorquere vices*. ſed aeſtas retorquet vias, ſive curſus ſuos, rediens unde abierat. ut ita *torquere, retorquere pedes, veſtigia*, & ſimilia ſunt obvia. ita Conſ. Olybr. 6.

Jam nova Germanis veſtigia torquent annus
Conſulibus.

ubi vide. Virgil. XII. Aen. 485.

Averſos toties currus Juturna retorſit.

& Lucan. Lib. VII. 1. *currumque, polo rapiente, retorſit.* ita paſſim annus, ſol, &c. *iter peragere* dicuntur. ut Ovid. V. Triſt. X. 6. IV. VII. 2. & ita mox *curſus* dat veri. & hyemes *ruere* dicit, quae omnia τὸ *vias* confirmant, & velocitatem temporis indicant. *longinqua* vero eſt idem quod longa, & tam de tempore quam de loco dici dudum adnotarunt viri docti. vid. Lipſ ad Tacit. I. Annal. 53. & Manut. ad Ciceron. II. ad Fam. 9. Lucret. Lib. II. 68.

Et quaſi longinquo fluere omnia cernimus aevo.

apud noſtrum Idyll. VI. 24. etiam variatur *longinquus*.

Digitized by Google

Tot ruerint hiemes, toties ver curſibus actum,
Quas tulit autumnus, dederit cultoribus umbras:
Tum multis gravior tandem ſubjungitur annis,
Luſtrorum numero victus. ceu laſſa procellis
Ardua Caucaſio nutat de culmine pinus,
Seram ponderibus pronis tractura ruinam.
Pars cadit adſiduo flatu: pars imbre pereſa
Rumpitur: adripuit partem vitioſa vetuſtas.
Jam breve decreſcit lumen, languetque ſenili
Segnis ſtella gelu: qualis quum forte tenetur
Nubibus, & dubio vaneſcit Cynthia cornu.
Jam ſolitae medios alae tranſcurrere nimbos
Vix ima tolluntur humo. tunc conſcius aevi
Defuncti, reducisque parans exordia formae,
Arentes tepidis de collibus eligit herbas,
Et cumulum texens pretioſa fronde Sabaeum

Con-

quus & *longaevus*. *aeſtas* vero legendum docent tres reliquae tempeſtates anni ita & variant codices Lib. II. in Eutrop. 99. vide ad Silium Lib. III. 383. pro *retorſerit*, *receſſerit* Wolf. BURM.

28. *Tot fuerint hiemes*] *Torruerint* decem codices. *Corruerint* Puteaneus. Florent. S. Marci, & duo Vaticani, *Horruerint*. Lege, *Tot ruerint* cum Aldo, Lucenſi, Vaticano chartaceo, qui ex veterrimo deſcriptus eſt, & quatuor aliis. mox *totidem* quam *toties* malo. HEINS.

29. *Quas tulit*] *Quas dedit* Parm. explicandum eſt abſtulit, quas umbras abſtulit abiens, eas reddidit rediens, ut aeſtas retorſerit vias. vid. ad I. Rapt. 94. BURM.

30. *Subjungitur annis*] Ita ſcripti conſtanter, quamquam mendoſe, uti Scaligero viſum. niſi quod Vaticanus chartaceus, *ſubducitur*. quod verum opinor. fuit, cum putarem, *ſuccumbit ab annis*. vulgatum ex illo Maroniano Lib. VIII. 502. tuetur Barthius,

Nulli fas Italo tantam ſubjungere gentem.

HEINS. olim etiam tentaverat Heinſius *ſubmergitur*. ſed *ſubjungitur* reſpondet τῷ *victus*, ut vinci, ſuperari, domari tempore, aevo & longa aetate, paſſim occurrit. vid. ad Val. Flacc. I. 829. & recte Barthius ex Virgilio adſtruxit. ita Vellej. Paterc. II. 39. *novas imperio noſtro ſubjunxit provincias*. BURM.

31. *Laſſa*] *lapſa* Aldus. male. vid. Epiſt. I. 37.

32. *Vertice pinus*] *culmine* Ald. Lucenſ. & ſedecim alii. HEINS. Ita & Wolf. & forte rectius. alterum gloſſema, & repetitum ex Epiſt. ad Seren. vs. 3. nam *culmina* de montibus dici vidimus ad Ovid. I. Met. 689. eadem varietas apud Virgil. IV. Aen. 186. *ſummi culmine tecti*. ubi in aliis MSS. eſt, *vertice*. BURM.

33. *Seram*] Heinſius malebat, *ſacram*. ſed *ſera* hic eſt tarda, poſtquam diu ſtetit, & deinde nutavit. BURM.

34. *Flatu*] Heinſius in ora codicis *fluctu* conjecerat. *peroſa* Parm. mox, *abripuit* edd. Parm. Junt. Ald. Iſingr. Colin. Gryph. Rapheleng Pulm. & aliae.

36. *Jam breve*] *Jamque ubi* Gyraldinus & Lucenſis cum Vaticano chartaceo. Forte, *Jam ſibi*. pro *ſtilla*, mox, *ſtella* quidam libri, ut ſtellam oculos vocet. chartaceus Hafnienſis, *ſtela*. ſed *ſtella* etiam Barthio curis ſecundis probatum. apud Val. Flacc. Lib. II. 498.

Monſtriferi mugire ſimus, Sigaeaque peſtis
Adglomerare fretum, cujus ſtellantia glauca
Lumina nube tremunt.

HEINS. *ſtella* etiam Wolf. ſine dubio per *ſtellans* lumen oculorum intelligit, licet inſolentior ſit locutio, quum alii Poëtae comparent ſtellis oculos. *ſegnis* vero eſt hebes, non lucens, ut ita *non ſegnis Acbates* Lucan. X. 115. nam *ſegnis* eſt proprie ſine igne. vide ad Val. Flacc. Lib. VIII. 98. vitioſe in Aldina erat *ignis*, ut & *ſtilla*, credo, negligentia operarum irrepſiſſe in editionem Aldinam, unde aliae expreſſae fuere, ut Iſingr. & Gryph. eodem modo ut *videt* mox vs. 48. in Parmenſi, quod tranſiit in Iſingr. & Gryph. pro *qualis*, *quamvis* tam. Parm. BURM.

41. *Exordia formae*] *vitae* Petav. HEINS.
Arentes] *Avrentes* Voſſ.

Conponit buſtumque ſibi partumque futurum.
Hic ſedet, & blando Solem clangore ſalutat
Debilior, miſcetque preces, ac ſupplice cantu
Praeſtatura novas vires incendia poſcit.
Quem procul adductis vidit quum Phoebus habenis,
Stat ſubito, dictisque pium ſolatur alumnum:
O ſenium poſiture rogo, falſisque ſepulchris
Natales habiture vices, qui ſaepe renaſci
Exitio, proprioque ſoles pubeſcere leto,
Accipe principium rurſus, corpusque coactum
Deſere. mutata melior procede figura.
Haec fatus, propere flavis e crinibus unum
Concuſſa cervice jacit, miſſoque volentem
Vitali fulgore ferit. jam ſponte crematur,
Ut redeat, gaudetque mori feſtinus in ortum.
Fervet odoratus telis coeleſtibus agger,
Conſumitque ſenem. nitidos ſtupefacta juvencos
Luna premit, pigrosque polus non concitat axes.
Parturiente rogo curis Natura laborat,
Aeternam ne perdat avem, flammasque fideles

Ad-

44. *Partumque*] *paſtumque* conjecerat Heinſius in ultimae editionis ora.

45. *Solem blando*] *magno Solem* Lucenſ. & plerique alii. vulgatam lectionem primus Vaticanus recte tuetur. HEINS. *clamore* Voſſ. vide ad Bell. Gild. 475. *ſolem blando* Parm. pro *Hic*, *Haec* Wolf. a m. pr. & *magno ſolem* Idem.

46. *Ac ſupplice*] *a ſupplice* Parm. & *ſupplice* Ald.

47. *Praeſtatura*] Ita & Ciceronem & alios inflexiſſe hoc verbum docet Barthius, & Vavaſſor de vi & uſu quorumdam verborum pag. 59. ſic *obſtatura* Stat. VII. Theb. 247. vide ad Quinctil. II. de Inſt. Orat. II. BURM.

51. *Natales habiture vices*] Malim, *Natalis ſubiture vicem*. HEINS.

52. *Proprioque ſoles*] Malo, *patrioque*, ut infra vs. 92. *patriam de more reponit Congeriem*. Lib. II. in Stilich. 415.

Et patrios idem cineres collectaque portat
Unguibus oſſa piis.

Ovid. XV. Met. 402.

Corpore de patrio memorant Phoenica renaſci.

pari modo Herodotus, Achilles Tatius, alii, quos piget deſcribere. HEINS. *lecto* etiam Iſingr. & Gryph.

53. *Corpusque coactum Deſere*] *corpusque caducum* opinor. HEINS. melius forte, *coactus*, lege naturae tuae. BURM.

54. *Mutata melior procede figura*] *mutatam figuram* primus Vaticanus, non ineleganti Graecismo. HEINS.

55. *E crinibus*] *de crinibus* Voſſ. quae varietas ſaepe in codicibus Ovidii deprehenditur. ita IV. Met. 789. *excipit unus E numero procerum*. ubi Voſſ. & Leid. *De numero*. Lib. VII. 681. *Excipit Actaeis e fratribus alter*. ubi Voſſ. *de fratribus*. XI. 6. *E quibus una*. ubi Leid. *de*. II. Amor. VIII. 24.

Unum eſt e dominis demeruiſſe ſatis.

ubi *de dominis* Francof. & ita centies. vide ad Petron. XLIV. mox, *volantem* Wolf. a m. pr. BURM.

57. *Nam ſponte crematur*] *Jam* opt. Ambroſ. & Moreti. HEINS.

59. *Stellis coeleſtibus agger*] *telis* bene Raphelengius ex Iſingrini libro. & ſic primus Vatic. & unus Mediceus ac Ambroſ. quomodo radios ſolis, *lucida tela diei* Lucretius vocat. Frequenter in antiquis membranis hunc errorem commiſſum deprehendi, ut *ſtellis* pro *telis* legatur. HEINS. *telis* Wolf. mox pro *ſenem*, *necem* Voſſ.

62. *Parturiente rogo curis*] Aut fallor, aut *cunis* legendum. Ovid. de Phoenice XV. Met. 405.

Fertque pius cunasque ſuas patriumque ſepulchrum.

ſu-

Admonet, ut rerum decus inmortale remittant.
65. Continuo diſperſa vigor per membra volutus
Aeſtuat, & venas recidivus ſanguis inundat.
Victuri cineres nullo cogente moveri

In-

ſuboluit & idem Barthio, qui tamen vulgatam praefert. HEINS.

64. *Admonet*] *Amovet* cum Iſingrini codice Raphelengius. nihil mutandum videtur, potioribus ſcriptis pro vulgata ſcriptura ſtantibus. HEINS. *ammonet* Oxon. *ammovet* marg. Iſingr. & ita Parm. *admovet* Wolf. mox, *volatus* pro *volutus* Voſſ.

66. *Venis redivivus ſanguis inundat*] *venas* ſcripti meliores praeter primum Vaticanum & Oiſelianum. Ceterum *recidivus ſanguis* legendum jam olim animadverti, quod primus Vaticanus & unus Mediceus cum Oiſeliano confirmant. Corippus Lib. I.

Ales ubi expoſitos cum Phoenix innovat artus
A buſto recidiva ſua.

idem eodem vocabulo jam ante uſus erat:

Succeſſorque boni recidivaque gloria Petri.

Vetus Poëta in laudem Solis in Catalectis Pithoei:

Idque docet Phoenix, iſtis reparata favillis
Omnia Phoebeo viviſcere corpora tactu.
Haec vitam de morte petit, poſt fata vigorem.
Naſcitur ut pereat, perit ut naſcatur ab igni.
Una cadit toties, ſurgitque ac deficit una.
Rupe ſedet, capitur radiis & lumine Phoebi:
Suſcipit immenſum recidiva morte calorem.

pluſculos verſus adſcripſi, quod ad rem omnino faciunt. Primo verſu videtur ſcribendum, *buſti reparata favillis*. *recidivum*, quod poſt caſum reſurgit, aut renaſcitur. Servius IV. Aen. 344. ad illa Maronis:

Et recidiva manu poſuiſſem Pergama victis.

recidiva, poſt caſum reſtituta, alii recidivum proprie dicunt, quod exciſum denuo naſcitur. ſic *recidiva ſemina* apud Prudent. Lib. II. in Symmachum:

Gignit, alit, reparat, recidivaque ſemina ſervat.

Idem Pſychomach. *victorem placidum recidiva in proelia poſcat.* cum optimis membranis. vetus auctor de geſtis Berengarii ineditus:

——— *deſertus amicis*
Stat vatis inops. utrumne inglorius armis
Abſcedat, recidivo animam ſervare duello
Redditus, an pulchram properet per vulnera mortem.

Juvenal. Sat. VI. 362.

Ac velut exhauſta recidivus pullulat arca
Nummus.

ita enim priſcae editiones. noſter Gigantomachia 21.

——— *bine volucrem recidivo pectore paſcit*
Infelix Scythica fixus convalle Prometheus.

quomodo ingenioſe ſcribendum conjicit doctiſſimus Barthius, cum *vivo ſub pectore* illic circumferatur. quamquam *fibroſo pectore* videtur praeferendum, ut ſuo loco diximus. *recidivam voluptatem* habes apud Paulinum Lib. IV. de vita B. Martini, ut puto caſtigandum:

Verum ubi laſcivum rurſus recidiva voluptas
Occoepit ſtimulare animum.

recidivum florem dixit Serenus Sammonicus cap. V.

Lumbrici quoque terreſtres miſcentur olivo,
Et juvenem praeſtans recidivo flore capillum.

ſic & ibi lego. ut & cap. XXXVI. *recidiva obducere tela.* & cap. LI. *alternis febris recidiva diebus.* de *febri recidiva* omnia jam nota ſunt. Maximianus Elegia V. *recidivam voluptatem* dixit. Paullinus carmine Sapphico ad Nicetam: *Invidus Cain, recidivus Abel.* licet illic vulgati nonnulli, & veterrimae Iſaaci Voſſii membranae *redivivus* agnoſcant. *recidiva Pergama* apud Virgilium bis terve, ut jam ex parte vidimus. Silio Lib. I. *Gens recidiva Phrygum.* quomodo recte in Crepundiis conjecit parens meus, & confirmant veteres libri. Ovid. IV. Faſt. 45.

Ille dedit capiae recidiva vocabula Trojae.

non *repetita*, ut nunc legitur. Corippus Lib. I.

Succeſſorque boni recidivaque gloria Poeni.

Auctor Moreti:

Hortus erat junctus caſulae, quem vimina pauca
Et calamo recidiva levi munibat arundo.

ita enim ſcripti & primae editiones, inter quas Aldina, ex fide optimi codicis expreſſa. non *redimita* vel *redivivo*. quod in ſcriptis nonnullis libris exſtat *recidiva*, a viro maximo explodi non debuerat. Idem perperam *minuebat* pro *munibat* reponit. *munibat* pro ſaepiebat. *arundinem* eleganter *recidivam* vocat, quae jam demeſſa, in ſepem denuo erecta erat. Sedulius Lib. IV. Mirabilium Divinorum, ut quidem illi libri in antiquis codicibus inſcribuntur:

Nec poterat famulus domino clamante tacere,
Nec vita praeſente mori. mox agmine verſo
Deponens trepidum recidivo tramite luctum
Candida felicem revocavit turba parentem.

vulgo & illic perperam, *redivivo*. apud Dracontium Hexaëmero:

Et recidiva ſalus reduci per membra vapore
Naſcitur, & calidus repetit vitalia ſanguis.

ita enim opinor ſcribendum eſſe, cum *redivivo lumine* paulo poſt ſequatur. Idem eodem poëmate:

Vita gravis hominum ſubducitur impete mortis,
Quae recidiva magis vivaci carde reſurgit.

Incipiunt, plumaque rudem veſtire favillam.
Qui fuerat genitor, natus nunc proſilit idem,
Succeditque novus. geminae confinia vitae
Exiguo medius diſcrimine ſeparat ignis.
Protinus ad Nilum Manes ſacrare paternos,
Auctoremque globum Phariae telluris ad oras
Ferre juvat. velox alienum tendit in orbem,
Portans gramineo clauſum velamine funus.
Innumerae comitantur aves, ſtipantque volantem
Alituum ſuſpenſa cohors. exercitus ingens
Obnubit vario late convexa meatu.
Nec quisquam tantis e millibus obvius audet
Ire duci: ſed regis iter fragrantis adorant.
Non ferus accipiter, non armiger ipſe Tonantis
Bella movent: commune facit reverentia foedus.
Talis barbaricas flavo de Tigride turmas
Ductor Parthus agit: gemmis & divite cultu
Luxurians ſertis apicem regalibus ornat.
Auro frenat equum, perfuſam murice veſtem
Aſſyria ſignatur acu, tumidusque regendo
Celſa per famulas acies ditione ſuperbit.

Clara

recidiva feritas de rebellibus Mediolanenſibus Gunthero Ligurini libro IX. *injuria recidiva* apud Symmachum. apud Sidonium Apollinarem *recidiva cinnama*. Ennodius Itinerario Padi:

Perfunctus primis recidiva pericula vidi.

idem alibi:

Tunc recidiva ferit quae portas germina Phoenix.

ita & illic ſcribendum eſſe cenſeo. Plura de hoc verbo ad Senecae Troadas vs. 472. Gronovius. HEINS. *venas* etiam Wolf.

68. *Plumaque*] *prunaque* Voſſ. *plumamque* Parm. mox, *natus tunc* Voſſ. & Oxon.

72. *Manes*] *mores* Wolf. mox, *Auctoremque* Oxon.

74. *Pergit in orbem*] *tendit* recte cum Aldo & ſcriptis Raphelengius. vide notas Lib. II. in Stilich. 416. *pergit* tamen in primo Vaticano & Oiſeliano. HEINS. eadem varietas apud Virgil. XI. 521. *& pergit in hoſtem*. ubi alii codices, *tendit*. noſter II. de laud. Stilich. 224. *dominae pergunt ad limina Romae*. praeterea, *felix alienum* Oxon. BURM.

75. *Clauſum velamine funus*] Iſingr. *clarum*. pro *carum*. HEINS. *clarum* Parm.

76. *Innumerae comitantur aves*] *glomerantur* Moreti codex. placet. ut in illo Maroniano VI. Aen. 311.

Quam multae glomerantur aves, quas frigidus annus Trans Pontum fugat.

Statius II. Theb. 585. *denſi glomerantur in unum Ogygidae*. noſter Lib. I. in Rufin. 28. *glomerantur in unum Innumerae peſtes*. & V. 461. *Connatae glomerantur apes*. & II. in Eutrop. praefat. v. 29. *Innumeri glomerantur heri*. mox, *ſtipantque* Bononienſis. & *ſtupefacta* pro *ſuſpenſa* optimus Ambroſius. HEINS.

80. *Fragrantis adorant*] *fragrantis* cum potiore Ambroſiano & Hafnienſi. HEINS. *Ire ducii* Wolf.

82. *Movent*] *movet* Voſſ. mox, *barbarias* Voſſ.

83. *Fluvio de Tigride turmas*] *flavo* olim conjeceram, quod princeps Ambroſianus confirmat, & Hafnienſis liber. dictum Lib. III. Rapt. 333. Opinor a manu Claudianea eſſe:

Talis barbaricas ubi flavo a Tigride turmas
Ductor Parthus agit, gemmis & divite cultu

Luxurians &c. mox lego, *gemmisque*. HEINS. *gemmisque* unus codex. mox, *perfuſa murice veſtem* Parm. & Ald.

85. *Ornat*] *ornans* Wolf.

87. *Tumidusque*] *tumidasque* edd. Parm. Iſingr. Colin. Gryph.

88. *Celſa per Tyrias acies*] Quid duci Partho cum Tyrio

Digitized by Google

Clara per Aegyptum placidis notiſſima ſacris
Urbs Titana colit, centumque adcline columnis
Invehitur templum Thebaeo monte revulſis.
Illic, ut perhibent, patriam de more reponit
Congeriem, vultumque Dei veneratus herilem
Jam flammae conmendat onus: jam deſtinat aris
Semina reliquiasque ſui. myrrhata relucent
Limina: divino ſpirant altaria fumo:
Et, Peluſiacas productus adusque paludes,
Indus odor, penetrat nares, conpletque ſalubri
Tempeſtate viros; & nectare dulcior aura
Oſtia nigrantis Nili ſeptena vaporat.
O felix, heresque tui! quo ſolvimur omnes,
Hoc tibi ſuppeditat vires: praebetur origo

Per

Tyrio exercitu? ſcripti plerique, *famulas*. recte. dictum ad Epiſt. ad Hadrian. 17. atque ita curis ſecundis Barthius. HEINS. *famulas* Ald. *celſaque per famulas* Wolf.

89. *Sacris*] *ſacrum* Parm.

90. *Centumque immane columnis*] *fultumque* Gyraldinus, & Lucenſ. at primus Vaticanus & duo alii, *centumque accline* cum Oiſeliano. Virg. VII. Aen. 170.

Tectum, auguſtum, ingens, centum ſublime columnis.

& Statius illa imitatus IV. Silv. II. 18.

Tectum, auguſtum, ingens, non centum inſigne columnis.

nixa columnis templa apud Avienum Orb. Deſcript. 374. ut ex veteri codice corrigendi verſus:

Hic inter denſas late ſurgentia nubes
Templa Sinopeis Jovis adſtans nixa columnis. HEINS.

91. *Thebana monte revulſis*] *Thabeo* princeps Ambroſ. & Hafn. Lege, *Thebaeo*. hinc & *Thebaei populi*. vetus inſcriptio obeliſci Conſtantiani:

Hoc decus ornatum genitor cognominis urbis
Eſſe volens, cauſa Thebis de rupe revellit.

hinc & *Thebaea legio*, cujus Ammianus, Notitia Imperii, alii meminerunt. HEINS. *revulſus* Wolf.

93. *Patriam*] *patrio* Voſſ. Oxon. & Wolf. qui *ut patrio perbibent*. mox pro *aris*, *oris* Parm.

95. *Myrrhata*] Ita vetus liber, quod & Cujacius notavit, cum alias, *mirata*. ſic Plinio *myrtatus μυρσίνη πεφυραμένος*. ſed poſterior lectio defendi poteſt, ut rei inanimae ſenſus tribuatur. CLAVER. Scripti plerique, *Lumina*. puto, *Culmina*. *myrrhata* etiam legendum Claverius & Raphelengius jam viderunt. mox pro *divino fumo* malim *divinos ſpirant altaria fumos*. vide notas IV. Conſ. Honor. 591. Barthius tamen ex Belgico Codice, *mirata relucent Lumina* tuetur. noluiſſem factum. ſupra *regem fragrantem* habuimus, ob odores, quos ſecum vehebat Phoenix renatus. HEINS. *Lumina* Wolf. *altaria vino* Voſſ.

98. *Penitus*] Ita vetus liber. ſed in alio verſus hic ita ſe habet, ut etiam notavit Cujacius, *Indus odor penetrat nares, completque ſalubri*. ea vero fuit ſcripturae antiquae obſcuritas, ut *penitos* legi, non *penitus* videretur, quod ſane fuit elegantius. CLAVER. *Indus odor penetrat nares* prim. Vatic. & quatuor alii. pro *penetrat* Claverius *penitus* ex ſuo codice. fruſtra. Lib. II. in Eutrop. 451.

Contexit varius penetrans Chalcedona nidor.

Barthius:

Pervenit Indus odor Blemyas, completque ſalubri
Tempeſtate Phylas.

ſed haec audaciſſima conjectura eſt. Puto:

Indus odes penetrat nares, completque ſalubri
Tempeſtare viris.

viris, hoc eſt Aegyptiis, nares penetrat odor Indus. HEINS. *penetrat mares* Parm.

99. *Tempeſtate*] Id eſt, temperie odorata: alibi dixit *tempeſtatem oris* pro vultu bene compoſito. CLAVER.

Viras] Eadem ratione Virgilius, *arva inter opima virum*, pro populis. CLAVER.

100. *Oſtia nigrantis Nili*] Nihil mutandum. *nigras arenas* Nilo aſſignat Alcimus Avitus Lib. I.

——— *perrumpit flumine ripas*
Alveus, & nigris campos perfundit arenis.

HEINS. quod ex Virgil. IV. Georg. 291. ubi vid. SCIV. *migrantis* Wolf. a m. 2.

102. *Suppeditat*] *ſuppeditant* Oxon. edd. Parm. & Ald.

Per cinerem: moritur te non pereunte ſenectus.
Vidiſti quodcumque fuit. te ſecula teſte
Cuncta revolvuntur. noſti, quo tempore pontus
Fuderit elatas ſcopulis ſtagnantibus undas:
Quis Pinæthonteis erroribus arſerit annus:
Et clades te nulla rapit, ſolusque ſuperſtes
Edomita tellure manes. non ſtamina Parcae
In te dura legunt, non jus habuere nocendi.

HYSTRIX. II.

Audieram, memorande, tuas, Stymphale, volucres
Spicula vulnifico quondam ſparſiſſe volatu.
Nec mihi credibilis ferratae fabula pinnae
Viſa diu. datur ecce fides, & cognitus hyſtrix
Herculeas adfirmat aves. os longius illi
Adſimulat porcum. mentitae cornua ſetae
Summa fronte rigent. oculis rubet igneus ardor,
Parva ſub hirſuto catuli veſtigia dorſo.
Hanc tamen exiguam miro natura tueri
Praeſidio dignata feram. ſtat corpore toto
Silva minax; jaculisque rigens in proelia creſcit
Picturata ſeges, quorum cute fixa tenaci

Al-

105. *Revolvuntur*] *reſolvuntur* Voſſ.

107. *Annus*] *amnis* Parm. Iſingr. & Gryph. ſed haec in margine, *annus*.

109. *Edomita*] *Edomitus* Voſſ.

110. *Nec jus habuere nocendi*] *habet bora nocendi* Barthius, qui huic poematio multa arbitratur deeſſe. poterat pari confidentia concinnius aliquanto:

——— *non ſtamina Parcae*
In te dura legunt, nec jus habitura nocendi.

apud Poëtas frequenter occurrunt *noxiae* & *nocentes* Parcae. *jus habere in aliquem* eleganter dicitur. de quo ad Naſonem initio Amorum multa congeſſimus. HEINS. *in te Diva* Voſſ. *nec jus* Voſſ. alt. & Ald. vulgo, *non jus*. conjecerat & Heinſius, *non ſtamina Parcae Vitae dura legunt, non vis* Parm. *jus habuere nocendi*, ut apud Albinov. ad Liv. v. 47. *fortunam habuiſſe nocendi*.

AD EID. II. *De Hyſtrice*] Alias, *ad Stymphalum*. abſurde. CLAVER. Excerpta Puteana, *de hyſtrice, quem porcum ſpinum dicimus*. lege, *ſpineum*. in primo Vaticano deſiderabatur hoc carmen. HEINS.

1. *memorande Stymphale*] Malim, *memoranda*. eſt enim Στυμφάλ@- foeminini generis apud Graecos. HEINS.

3. *Credibilis*] *crudelis* Wolf. a m. pr. *pennae* a m. s.

6. *Adſimilat porcum*] Nonnulli, *Adſimulat*. omnino vere. nam *adſimilare* vix Latinum eſt. HEINS. *Adſimulat* edidit Aldus. vide ad Ovid. III. Met. 158. BURM.

7. *Oculis*] *oculos rubor igneus ardet* cod. Barthii. an *armat*? BURM.

9. *Hanc tamen*] Praeſtet, *Attamen*. HEINS. Virgil. II. Aen. 185.

Hanc tamen immenſam Calchas attollere molem
Juſſit. ubi videmus *tamen* pro *autem* poni. BURM.

11. *Rigens*] *vigens* Voſſ.

12. *Quorum cute fixa tenaci Altera ſuccreſcit*] Sic cum vulgatis alter Gyraldi codex. quae corruptiſſima ſunt. prior Gyraldinus & Lucenſis, *Alba ſub axis*. Aldus cum excerptis Puteanis, *Albas ubi tractraxit*. quatuordecim alii, *Altera ſubtraxit*. Bononienſis, *Alvo ſubtraxit*. unus Ambroſianae bibliothecae, *Ardua ſubtraxit*. optimus cum ſecundo Vaticano, *Alvum ſubtraxit*. Lege, *Picturata ſeges dorſum, cute fixa tenaci, Ceu vallo obtexit*. vel *obtexens*. ut

Altera ſubtraxit, alternantesque colorum
Tincta vices, ſpatiis internigrantibus, exit
In ſolidae ſpeciem pinnae, tenuataque furtim
Levis in extremum ſeſe producit acumen.
Sed non haec acies ritu ſilveſtris echini
Fixa manet. crebris propugnat jactibus ultro,
Et longe ſua membra regit, tortumque per auras
Evolat excuſſo nativum miſſile tergo.
Interdum fugiens Parthorum more, ſequentem
Vulnerat: interdum, poſitis velut ordine caſtris,
Terrificum denſa mucronem verberat unda,
Et conſanguineis haſtilibus aſperat armos.
Militat omne ferae corpus, vibrataque rauco
Terga fragore ſonant. ſtimulis accenſa tubarum

Ag-

ut vitetur caeſura. Naſo de apro Lib. VIII. Met. 286.

Stantque, velut vallum, velut alta baſtilia, ſetae.

ſic & *vallum pectinis* eidem. Barthius, cum *cute mixta* in veteri codice inveniſſet, emendat: *quae cum cute miſſa tenaci Altera ſuccreſcit.* ſed & *creſcit* jam ſuperiori verſu praeceſſerat, ut ferri hic τὸ *ſuccreſcit* non poſſit. & tela haec cute emitti mox ſubjunget, ut ſic bis idem dixerit, ſi *cute miſſa* admittamus. quod cum videret ipſe, mutata ſententia reſcribit: *quorum cute fixa tenaci Alba ſubit radix.* Sed cur non *alta radix*? Noſtram lectionem nemo ſanus damnabit. *derſum*, quomodo Sympoſius in Aenigmatis de Ericio:

Plena domus ſpinis: (lege *pinnis*) *parvi ſed corporis hoſpes.*
Incolumi dorſo telis confixus acutis,
Suſtinet armatas ſegetes habitator inermis.

ubi *armatas ſedes* ex optimis membranis corrigendum, niſi *tegetes armatas* praeferri placeat. Oppianus Cyneg. III. 398. de Hyſtrice etiam,

——— Θοὰς δ' ἴφριξεν ἰθείας,
Καὶ τ' ἀντίον τέτοισιν ἀκαχμένον ἀκωκίτρυσεν
Ἠΰτε ἀκοντίζουσαλιὸν βέλος.

Phile praeterea de eadem:

Φρίξασα δὲ τὰ τῶτα βάλλει τοὺς πέλας.

HEINS. in prima editione correxerat Heinſius: *picturata ſeges dorſum cute fixa tenaci Ardua* (vel *Aſpera*) *ſubtexit.*

14. *Cincta vices*] *Tincta* cum Lovanienſi ſcribendum, & *internigrantibus*, non *intus nigrantibus*, ut praeſtantiores agnoſcunt. ſcripti complures, *Cuncta vices.* Opinor, *Picta vices.* HEINS. *intus migrantibus* Wolf. a m. pr.

15. *In ſolidae ſpeciem pinnae*] Perperam vulgo, *pugnae.* nos ſcriptos ſecuti ſumus. poſſis etiam, *in ſolidae ſpeciem ſpinae.* Hadrianus Imperator de Hyſtrice:

Spinis miſſilibus canes viroſque
Arcebat procul & fugabat omnes.

ſpinas etiam hyſtrici ſupra Sympoſius aſſignabat. *pinnam* tamen pro ſagitta poſſumus capere. HEINS. pro *ſolidae*, *ſolidem* Voſſ. & mox pro *levis*, *lenis* idem.

18. *Propugnat jactibus ultro*] *oppugnat* maluerim, niſi refers τὸ *propugnat* ad *ſua membra*, quod proxime ſubſequitur. HEINS.

19. *Sua membra regit*] Lucenſis cum optimo Ambroſiano, & alii nonnulli, *tegit.* quod Barthio arriſit. tamen infra 34. *certique regit conamina niſus.* HEINS. pro *tortumque*, *tectumque* Voſſ. & Oxon.

23. *Mucronem verberat unda*] *mucronum* Lucenſ. forte, *denſam mucronum verberat undam.* vel, *Terrificum denſae mucronem everberat undae.* HEINS. Haec vix intelligo. quid enim eſt *unda denſa*? quid hic *caſtra* faciunt? Gallicus interpres reddit, velut ſerie quadam, caſtris diſpoſitis, ferit multitudine magna ſuorum ſpiculorum gladios venatorum. ſed *denſam undam* forte poſſet dicere, ſi non feriret & emitteret ſpicula, ſed defendendo ſe erigeret tela ſua, quae undarent quaſi. ut ita *unda arborum* & & *crinium* dici ſolet. vide ad II. in Eutrop. 270. ſed haec omnia inepta. *nec verberat mucronem* poteſt ſignificare, repellit gladium venatorum. forte:

——— *poſitis velut ordine criſtis,*
Terrificum denſa mucronem vernilat umbra.

24. *Conſanguineis*] *cum ſanguineis* Oxon.

25. *Vibrataque rauco*] *virgataque* Barthius. nil. mutandum. HEINS.

26. *Stimulis accenſa tubarum*] Male haec diſtin-

Agmina conlatis credas confligere fignis.
Tantus in anguſto ſtrepitus furit. additur armis
Calliditas, parcusque ſui tumor, iraque numquam
Prodiga telorum, caute contenta minari,
Nec niſi ſervandae jactus inpendere vitae.
Error abeſt; certum ſollertia deſtinat ictum,
Nil ſpatio fallente modum: ſervatque tenorem
Mota cutis, doctique regit conamina niſûs.
Quid labor humanus tantum ratione ſagaci
Proficit? eripiunt trucibus Gortynia capris
Cornua: ſubjectis eadem lenteſcere cogunt
Ignibus: intendunt taurino viſcere nervos:
Inſtruitur pinnis, ferroque armatur harundo.
Ecce brevis propriis munitur bellua telis,
Externam nec quaerit opem: fert omnia ſecum:
Se pharetra, ſeſe jaculo, ſeſe utitur arcu.
Unum animal cunctas bellorum poſſidet artes.
Quod ſi omnis noſtrae paullatim induſtria vitae
Fluxit ab exemplis, quidquid procul adpetit hoſtem
Hinc reor inventum: morem hinc traxiſſe Cydonas

Rel-

guebantur. mox *telis* pro *fignis* unus Mediceus. HEINS. correxerat & *fubarum*, ut jubas vocet pennas. *ferarum* Wolf.

27. *Conlatis*] *cognatis credas conſurgere* Wolf.

28. *Strepitus furit. additur*] *ſtrepitus furit additus armis* Colin.

29. *Parcusque ſui timor*] *tumor* vel ſine veterum membranarum auctoritate caſtigandum jam ſupra Epiſt. ad Hadrianum monui. HEINS. *partusque* Parm. Iſingr. & Gryph. *tremor* Barthius in notis.

31. *Jactus*] *tractus* Voſſ. Oxon. Wolf. & Parm. mox, *terror abeſt* Oxon. duo Voſſ. & Wolf.

33. *Servatque tenorem Mota cutis*] Plinius, *ora urgentium figit canum, & paulo longius jaculatur.* CLAVER. Scribo *Mota cutis*, etiam ex conjectura, quod Oiſelianus a manu ſecunda poſtmodum confirmavit. Lucani illa reſpexit Lib. VI. 208.

Gaetulus denſis elephas oppreſſus ab armis
Omne repercuſſum ſqualenti miſſile tergo
Frangit, & haerentes mota cute diſcutit haſtas.

quae Sidonius Apollinaris Carm. XXII. ſic expreſſerat:

——— *riget biſpida dorſo*
Vix ferrum paſſura cutis. quippe improba cratem
Nativam nec tela forant. contracta viciſſim
Tergaque feris crepitant, uſuque cavendi
Pellunt excuſſis impellum miſſile rugis.

Lucanus ipſe Virgilii illa cogitabat Lib. X. Aen. 718. de apro:

Dentibus infrendens & tergo decutit haſtas.

Ceterum quod Claudiano hic loci *movere cutem*, id *intendere* Plinio Lib. VIII. 35. *Hyſtrici longiores aculei, & cum intendit cutem, miſſiles.* τὰ τόνα φερόμενα dixerat Aelianus de Hyſtrice, & ad ejus exemplum Oppianus, ut modo vidimus. HEINS. *mixta* Wolf.

34. *regit conamina viſus*] Imo *niſus* cum ſcriptis plerisque. HEINS. *tegit* Parm. Iſingr. & Gryph. ed.

35. *Quis labor humanus*] *Quid* recte Aldus & veteres nonnulli. HEINS. *quid* Parm. Ald. Gryph. *humanis* Wolf. a m. pr. & Parm.

36. *Capris*] *captis* Wolf.

38. *Taurinas mittere nervos*] *taurino viſcere* Lucenſis & excerpta Puteanea. vidit Raphelengius, & probat Barthius. *laqueos* ex cervino nervo fieri ſolitos docet Gratius Cynegetico. HEINS. ita jam Aldus ediderat.

40. *Beſtia telis*] *bellua* rectius unus Medic. & Petav. mox malim, *junctas bellorum poſſidet artes.* de quo alibi. HEINS.

46. *Cydonas*] Alii, *Cyconas.* Virgilius: *Parthus ſive Cydon telum immedicabile torſit.* CLAVER. *Ciconas* Oxon. duo Voſſiani & Parm. *Cyconas* Wolf.

LID.

Digitized by Google

Bellandi, Parthosque retro didicisse ferire,
Prima sagittiferae pecudis documenta secutos.

TORPEDO. III.

Quis non indomitam dirae Torpedinis artem
Audiit, & merito signatas nomine vires?
Illa quidem mollis, segnique obnixa natatu
Reptat, & adtritis vix languida serpit arenis.
Sed latus armavit gelido natura veneno;
Et frigus, quo cuncta rigent animata, medullis
Miscuit, & proprias hiemes per viscera duxit.
Naturam juvat ipsa dolis, & conscia sortis
Utitur ingenio, longeque extenta per algas
Hac confisa jacet: successu laeta resurgit,
Et vivos inpune ferox depascitur artus.
Si quando vestita cibis incautior aera
Hauserit, & curvis frenari senserit hamis;

Non

EID. III.] Legerat Oppianum hic poëta, si Scaligero seniori creditur, sine quo non videtur hoc poëmatium facturus fuisse. CLAVER.

1. *Dirae torpedinis artem*] Sic Isingr. & prim. Vatic. ceteri, *mirae*. HEINS. *dirae* Wolf.

2. *Audiit, & merito*] Ita scripti potiores. vulgo, *Audiit & emerito*. HEINS. *Audit & merito* Ald.

3. *Segnique obnixa natatu*] Isingrini codex, primus Vatic. & multi ex nostris, *obnoxia tactu*. unus Ambros. *obnoxia tractu*. sic *serpentum tractus*. duo Medicei, *obnoxia natu*. pro *mollis*, malo, *molli*. in ceteris nil ausim mutare. HEINS.

5. *Natura*] *fortuna* cod. Mediol. sollemni variatione.

6. *Animata medullis*] Sic Raphelengius, & in Apophoretis Behotius Lib. I. cap. 10. Claverii editio, & unus Ambros. cum Gudii schedis *armenta*. ceteri cum vulgatis, *animata*, quod ferri non potest, quia praecesserat proxime *armavit*. opinor, *quo cuncta rigent admota*. quod verum est. HEINS.

8. *Sortis*] *fortis* Edit. Claver.

10. *Hac confisa jacet*] Aliter vetus codex, nec tamen video causam. sane Cujacius in ora libri sui quaedam habet superflua, unde si quid possis elicere en tibi: *Attactu confisa suo*, deinde: *Quae tetigere jacent, successu laeta resurgit*. reliqua belle se habebant in MS. quem secuti sumus. CLAVER. Haec corruptissima sunt. undecim libri:

Attactu confisa jacet, successu laeta resurgit.

duo, *Ac tactu*. unus item cum Palatino, *Tactu* editio Claverii: *Hac confisa jacet, successu laeta resurgit*. ex veteri libro. Idem ex Cujaciano codice notat:

Attactu confisa suo ——
Quae tetigere jacent. successu laeta resurgit.

& sic editio Parmensis cum primo Vaticano & uno Ambrosiano, nisi quod in iis, *A tactu confixa*. &, *nacent* pro *jacent*. & hinc & ipso sensu facile appareret, nonnulla excidisse. Ambros. primusque Vaticanus:

Qui tetigere jacent. successu laeta resurgunt.

Gyraldinus:

Qui tetigere jacens. successu laeta resurgens
Attactu confisa suo immobilis haeret.

atque ita Lucensis, nisi quod in eo *jacent*, & *resurgit*, versusque transponuntur. optimus Ambrosianus, Hafnienfis & secundus Vaticanus:

Tactu fixa jacet. successu laeta resurgit.

unus ex Mediceis:

Attactu confixa jacet, & laeta resurgit.

Petavianus:

Attactu confisa suo tum laeta resurgit.

pro *Attactu* legendum videtur, *Ac tractu*, ut supra, vel, *Ac natu*. HEINS. *Qui tetigere jacent, successu laeta resurgit*, Parm. non *Quae*, ut Heinsius. *Attactu confisa suo, successu laeta resurgit*, Ald. ut sint septem pedes. *Ad tactum confisa* Wolf.

13. *Hamis*] *armis* cod. Barth. & Wolf.

Non furit, aut vano conatur vellere morſu:
Sed propius nigrae jungit ſe callida ſetae,
Et meminit captiva ſui, longeque per undas
Pigra venenatis effundit flamina venis.
Per ſetam vis alta meat, fluctusque relinquit
Abſentem tentura virum. metuendus ab imis
Emicat horror aquis, & pendula fila ſecutus
Tranſit harundineos arcano frigore nodos,
Victricemque ligat concreto ſanguine dextram.
Damnoſum piſcator onus, praedamque rebellem
Jactat, & amiſſa redit exarmatus avena.

NILUS. IV.

Felix, qui Pharias proſcindit vomere terras.
Nubila non ſperat tenebris condentia coelum;
Nec graviter flantes pluviali frigore Coros
Invocat, aut arcum variata luce rubentem.
Aegyptos ſine nube ferax, imbresque ſerenos
Sola tenet, ſecura poli, non indiga venti:
Gaudet aquis, quas ipſa vehit, Niloque redundant:

Qui

14. *Non fugit*] Quindecim cum Gudianis excerptis, *furit*. quod Barthio probatur. Lucenſis, *fuit*. pro *propius* nonnulli, *potius*, & pro *undas*, *herbas*, quas *algas* paullo ante dixerat. HEINS. *fuit* etiam Wolf.

15. *Sed propius*] *Et propius* Voſſ.

16. *Meminit ſui*] Ex Virgilio III. Aen. 629.

Oblitusve ſui eſt Ithacus diſcrimine tanto. BURM.

18. *Vis alta meat*] *atra* opt. Ambroſ. HEINS. *vix* Wolf. a m. pr.

19. *Abſentem vinctura virum*] Sic Claverii & Raphelengii editio, & Vaticanus unus cum duobus aliis. vulgo, *victura*. ſex, *ventura*. duo, *nectura*, pro *nexura*. Lucenſ. & Gyrald. *tentura* a *teneo*, quod placet. *vectura* Rottend. primus Vatic. & ceteri ſcripti, *victura*. an, *nectura*, pro *necatura*? HEINS. *vectura* Wolf. a m. pr. quomodocumque legas, non video, qui *abſens* dici poſſet piſcator, qui ſuſtinet hamum, niſi *abſens* ſit, quia non ſub aqua piſci natanti adſit. & tunc exponendum ex ſimilibus aliorum Poëtarum acuminibus, quando ſine armis, aut vulneribus aliquem interſici abſentem variis modis ludentes, ajunt. vide ad illa Petronii cap. CXXIII. *abſentem votis interficit hoſtem*. & ita noſter Bell. Gildon. 351. *abſentes invadere cuſpide Maures*. vide & ad Val. Flacc. III. 589. ſed non plane ſimilia haec mihi adparent, quare malim *adſtantem* legere. *fructusque relinquit* Ald. Iſingr. Colin. Gryph. BURM.

24. *Exarmatus habena*] *avena* Aldus & multi ſcripti. bene. *arundinem* ſupra vocavit. HEINS.

EID. IV.] De hujus fontis origine multae ſunt conjecturae, ſed nihil adhuc certi. Mela e deſertis Africae mitti. Juba rex oriri Nilum ad montem inferioris Mauritaniae: Plinius apud Aethiopias fons eſt Nigris, Nili caput, ut plerique exiſtimare. At Claudianus: *Non contigit ulli hoc vidiſſe caput*. Juba vocat *Nilin*. *Nigir* dicitur a Vitruvio. *Sirin* a Sirio ſidere Stephanus & Euſtathius dictum putant. *Dyrin* etiam appellatum reperio. vide Lucanum. CLAVER. In Lucenſi recte, *Nilus*, non *de Nilo*, inſcribitur hoc Idyllium, ut & *Phoenix*, *Torpedo*, *Magnes*, *Aponus*, & ſimilia. in primo Vaticano, *Nilus incipit*. HEINS.

2. *Non ſperat*] *neſſe parat* Voſſ. *nec ſperat*. Wolf. malim vel *proſcindens*, vel *ſperans*. BURM.

5. *Aegyptus*] *Aegyptos* quinque libri. bene. ſequenti verſu malo, *tenens*, quam *tenet*. HEINS.

7. *Redundant*] *redundat* Parm. Ald. Junt. Iſingr. Colin. Gryph.

8. *Me-*

Digitized by Google

Qui rapido tractu mediis elapsus ab Austris,
Flammigerae patiens Zonae Cancrique calentis,
Fluctibus ignotis nostrum procurrit in orbem,
Secreto de fonte cadens, qui semper inani
Quaerendus ratione latet; nec contigit ulli
Hoc vidisse caput. fertur sine teste creatus,
Flumina profundens alieni conscia coeli.
Inde vago lapsu Libyam dispersus in omnem
Aethiopum per mille ruit nigrantia regna,
Et loca continuo Solis damnata vapore
Inrorat, populisque salus sitientibus errat,
Per Meroën, Blemyasque feros, atramque Syenen.
Hunc bibit infrenis Garamas, domitorque ferarum
Girraeus, qui vasta colit sub rupibus antra,
Qui ramos ebeni, qui dentes vellit eburnos;
Et gens conpositis crinem vallata sagittis.

Nec

8. *Mediis elapsus ab Austris*] *elatus ab antris* scripti plerique Statius IV. Theb. 704.

Sic ubi se magnis refluus suppressis in antris
Nilus.

sed vulgata scriptura non est sollicitanda. Lucretius Lib. VI. de Nilo.

Ille ex aestifera parti venit amnis ab Austro
Inter nigra virum percoctaque saecla calore
Exoriens.

a Meridie enim fluere hunc amnem scriptores constanter asseverant. inter quos & Oribasius libello de Aquis, paulo ante *redundant*, non *redundat* lego, aquae scilicet. atque ita unus Ambrosianus. Heins. *elatus* Wolf. Ald. malim, *mediis delatus ab Austris*, vel *delapsus*. Burm.

10. *Fluctibus ignotis*] *flexibus* ex Palatino Barthius quod ego in illo codice non observavi, nescio an oculis male usus. Heins. *fluctibus in nostris* Voss. in Barthii notis non est *flexibus*, sed *fluxibus*, & profluxus & iter ipsum fluvii interpretatur. *procumbit in orbem* Voss. versu praecedenti pro *flammigerae*, *flammiferae* Voss edd. Ald. Isingr. Colin. Raphel. & aliae.

16. *Per mille ruit*] *means* Busslid. sic Lib. I. in Rufin. 186. de eodem Nilo: *Pars semper similisque meat.* & Lib. I. in Eutrop. 14 *Nilusne meatu Devius.* in Apono, *juisternare* simili modo usurpavit. Heins.

19. *Blemyasque*] *Biesasque* Voss. Wolf. Oxon. & Ald. *Blennasque* Parm.

20. *Hunc bibit effrenis Garamas*] *infrenis* primus Vaticanus & sex alii cum Gudianis schedis. bene. Virgil. IV. Aen. 41. *Hinc Numidae infreni cingunt*, Silio: *Numidae gens infcia freni.* alio significatu Ausonius Idyllio V. de Thracibus:

Gens infrena virûm, quibus in scelus omne ruit fas.

nisi *effrena* illic reponi placet. Heins. *infelix Garamas* Parm. *Caramas* Ald.

21. *Cyrrhaeus*] Vix alibi reperias gentis illius nomen. In veteri libro erat *Carraeus*. vide Plin. Lib. VI. cap. 28. de Carris urbe Arabiae, nam & Lucanus de Nilo X. 291.

Nunc Arabum populis, Libycis nunc aequus arenis,

Claver. Claverius *Carraeus*, primus Vaticanus, & Excerpta Put. & edit. Ald. *Gyrreus*, alius, *Guareus*. Lucens. & Rottend. & Hafn. *Cyareus*, sex, *Giareus*, duo, *Cirreus*, tres, *Girreus*. recte. atque ita doctissimus Sirmondus ad Sidonium, & in Adversariis Barthius Lib. XI. cap. 24. Heins. *Giareus* Wolf. *Cyrreus* Parm. sed cum *Girreus* dici debeat a fluvio *Gir*, vel urbe *Girra* ad fluvium illum sita, de quibus vide ad Lib. I. Stilich. 252. ille longius remotus a Nilo, quam ut eum bibat. sed & Garamantes longe distant a Nilo. forte, *Nubaeus*, ut intelligatur Troglodyta, *qui vasta colit sub rupibus antra*, hos vero Strabo Blemmyis vicinos facit. Burm.

22. *Qui dentes vellit*] *dentes qui velat* cod. Mediol. *dentes qui vellit* Ald.

23. *Velata sagittis*] Legendum *vallata* cum Scaligero & secundo Vaticano. Patavinus certe, *vellata*. Buslidius. *veligata*. Ovid. Epist. IV.

Quod sit arcus radiis frontem vallatus acutis.

Heins. vid. Epith. Honor. 112.

24.

Nec vero ſimiles cauſſas creſcentibus undis;
Aut tempus meruit. glacie non ille ſoluta,
Nec circumfuſo ſcopulis exuberat imbre.
Nam quum triſtis hiems alias produxerit undas,
Tunc Nilum retinent ripae. quum languida ceſſant
Flumina, tunc Nilus mutato jure tumeſcit.
Quippe quod ex omni fluvio ſpoliaverit aeſtas,
Hoc Nilo Natura refert, totumque per orbem
Conlectae partes unum revocantur in amnem.
Quumque die Titana Canis flagrantior armat,
Et rapit humores madidos, venasque calore
Conpeſcit, radiisque potentibus aeſtuat axis;
Nilo bruma vehit contraria tempora mundo,
Defectis ſolitum referens cultoribus aequor.
Effluit Aegeo ſtagnantior, acrior alto

Io-

24. *Nec vero ſimiles*] Capiunt interpretes *vero* pro conjunctione, cum forte ſit dativus, *vero ſimiles*, pro quo & *veri ſimiles* dicunt alii. durior vero locutio *mereri cauſſas* aut *tempus*, pro habere, ut Barthius exponere videtur. & ita v. Epigr. 16. de Magnete, *ex ferro meruit vitam*, id eſt, habet vel accipit; nam pro accipere, conſequi, poni obſervavit Gronovius Obſerv. ad Script. Eccleſ. cap. VII. & Graev. ad Cicer. IV. Verr. 60. ſed an hoc huic loco conveniat, dubito. videant doctiores. BURM.

25. *Ut tempus*] Lege, *Aut* ex ſcriptis. HEINS. Et ita Aldus, & probavit Barthius.

26. *Circumfuſo*] *circumciſo* Oxon. an *circumfuſo populis e. i.?* quid enim *ſcopuli* hic faciunt? BURM.

27. *Produxerit undas*] *produxit in umbras* Voſſ. *produxit in undas* Ald.

29. *Mutato jure tumeſcit*] *ture* Lucenſ. *rite* ſec. Vatic. *more* Buslidianus eleganter. Lucan. X. 327. ut legendum alii jam viderunt:

Hinc montes natura vagis circumdedit undis,
Qui Libyae te, Nile, negent. quos inter in alta
It convalle tacens jam moribus unda receptis.

quomodo vir ſummus Hugo Grotius primus illum locum caſtigavit. nec aliter in optimis membranis exaratum ego poſt offendi. HEINS. *rite* Wolf.

30. *Aeſtas*] *aeſtus* Iſingr. Gryph. Colin. & Raphel.

32. *Revocantur in amnem*] *agmen* duo Medic. & Palat. *agmen aquarum* innuit. *Collectae vices* deinde Gudii ſchedae. forte, *collecti latices*. HEINS. *Agmen* elegans. eadem varietas apud Lucanum IV. 133. & Statium I. Theb. 43. in ſcriptis deprehenditur. forte, *Collectae vires*. ita Ovid. I. Met. 278. *vires effundere* de fluminibus. & ita opes, divitiae, fluminibus adtributae. vide ad Ovid. III. Amor. VI. 40. ſic *opes* Idyll. VI. Apon. vs. 60. reſpicit autem ad aquas conlectas in Septentrione, & per eteſias delatas in Africam, ubi effunduntur in fontes Nili. BURM.

33. *Quoque die Titana Canis flagrantior armat*] Barthius emendat Adverſ. Lib. XI. cap. 24.

Cumque diem Titane canis flagrantior armat.

nec diſſentimus. *Cumque* certe, non *Quoque*, primus Vaticanus, aliique complures. *Quaque die* Behotius in Apophoretis Lib. II. 10. forte, *Cum rabidum Titana*. HEINS.

34. *Et rapit humores madidos*] *madidus* duo Medicei & Palatinus. *rabidus* non male Barthius. curis tamen ſecundis vel *madidis*, vel *fidus*, reponit. Quid ſi legas, *Et rapit humores avidus?* pro *venasque calore* iidem libri, *calorem*. decem cum Gudianis excerptis, *vanasque calores*. Oxon. *canosque calores*. opt. Ambroſ. & Hafn. *varioque calore*. latet aliquid. HEINS. Forte, *Et rapit humores medios*, in aere exiſtentes inter aquam & Solem, qui aliter reſolverentur in pluvias. *medius* & *madidus* ſaepe confunduntur. ita II. Rapt. 91.

Turget humus medioque patent convexa ſerene.

ubi *madido* Puteaneus. *vanosque calores* Wolf. BURM.

35. *Potentibus*] *petentibus* Cod. Mediol.

36. *Nilo bruma venit*] Lege, *vehit* cum Gyraldino. HEINS.

37. *Defectis ſolitum referens*] *ſolitumque ferens* Lucenſ. cum Puteani excerptis & Aldo. quindecim alii, *Defectum ſolitumque ferens*. Vaticanus pro vulgatis ſtat. Forte, *Defectum ſolitis repetens*. ut *aequor* pro campis ponat, *cultores* pro colonis. HEINS. *Defectu ſolitumque ferens* Wolf.

39.

Digitized by Google

ſonio, ſeſeque patentibus explicat arvis.
Fluctuat omnis ager: remis ſonuere novalia.
Saepius, aeſtivo jaceat quum forte ſopore,
Cernit cum ſtabulis armenta natantia paſtor.

* * * * * *
* * *

MAGNES. V.

Quisquis ſollicita mundum ratione ſecutus
Semina rimatur rerum, quo Luna laborat
Defectu, quae cauſſa jubet palleſcere Solem:
Unde rubeſcentes ferali crine cometae,
Unde fluant venti, trepidae quis viſcera terrae
Concutiat motus, quis fulgura ducat hiatus,
Unde tonent nubes, quo lumine floreat arcus:
Hoc mihi quaerenti ſi quid deprendere veri
Mens valet, expediam. lapis eſt cognomine Magnes,
Decolor, obſcurus, vilis. non ille repexam
Caeſariem Regum, nec candida virginis ornat
Colla, nec inſigni ſplendet per cingula morſu:
Sed nova ſi nigri videas miracula ſaxi,
Tum pulchros ſuperet cultus, & quidquid Eois

15. Indi

39. *Patentibus arvis*] Cave Palatini codicis ſcripturam audias cum Barthio, *potentibus arvis*. nam *radii potentes* jam praeceſſerant. *plana jacentis Aegypti* apud Lucan. II. 416. HEINS. *ſeſe pendentibus*, & correctum *ſeſeque potentibus*, VOſſ. & Parmenſ. *pendentibus* Wolf. cum gloſſa *pronis*.

V. MAGNES.] *De Statua Martis ferrea & Veneris magnitica* Aldus.

1. *Quisquis ſollicita*] Hic vero ſigna amoeniſſimi ingenii oſtendit Poëta. primum de natura Magnetis agit: dein *Statuam* Veneris magneticam & Martis ferream deſcribit. Cedrenus ait in templo Serapidis ſacellum fuiſſe, ubi ſtatua aenea, cujus capiti ferrum infixum, eamque ſupra μαγνῆτιν λίθον, ita ut videatur in aëre ſuſpenſa. Rufinus in Alexandria ſignum Solis eadem arte ſuſtineri ait. ac neſcio quid ſimile de Topaſio lapide, vel ſtatua Ptolemaei & Arſinoes tradit Plinius & Auſonius. ſed haec non faciunt ad hujus loci certam demonſtrationem. CLAVER. *ſollicitat* Wolf. a m. prim.

6. *Commoveat motus*] Lege *Concutiat* ex ſcriptis. mox pro *quae origo* primus Vatic. & quatuor alii cum ſchedis Gudii, *quis hiatus*. probe. hiatum nubium intelligit, cum colliduntur. HEINS. *Concutiet* MS. Pulm. *quae fulmina* Idem. *quis viſcere terrae* Parm. deinde, *quae fulgura ducat origo* Parm. & Ald. Junt. Iſingr. Gryph. Colin. mox pro *lumine*, *limine* Oxon.

8. *Si quid deprendere verum*] *veri* potiores libri. &, *Hoc mihi quaerenti*, non, *haec*. HEINS. *deprendere velim*, vitioſe Aldus.

9. *Mens valet, expediat*] duo, *expediam*. Virgilius ſic ſaepe. Poſſet & legi, *experiar*. HEINS.

10. *Decolor*] *Diſcolor* Heinſ. edit. prim. quod in nullo alio codice reperi. *decolor* eſt niger. vid. ad Ovid. IX. Ep. 4. & ſupra II. Rapt. 193. BURM.

11. *Nec candida*] *non* Ald. & Raphel.

13. *Cingula*] *fingula* Oxon. & edit. Parm. & Iſingr. male. fibulam intelligit, cujus uſum non praeſtat magnes. BURM.

14. *Tunc pulchros ſuperat cultus*] *ſuperet* cum primo Vaticano. pro *Tunc* multi veteres *Tum*. utrumque Barthio ſuſpectum. & merito. Cenſeo Claudianum ipſum nobis dediſſe, *Purpureos ſuperes cultus*. HEINS. *Tunc ſuperat pulchros* edd. Parm. Ald. Junt. Iſingr. Raphel. & plures.

Indi litoribus rubra ſcrutantur in alga.
Nam ferro meruit vitam, ferrique rigore
Veſcitur. hoc dulces epulas, hoc pabula novit.
Hinc proprias renovat vires: infuſa per artus
Aſpera ſecretum ſervant alimenta vigorem.
Hoc abſente perit: triſti morientia torpent
Membra fame, venasque ſitis conſumit apertas.
Mavors, ſanguinea qui cuſpide verberat urbes,
Et Venus, humanas quae laxat in otia curas,
Aurati delubra tenent communia templi.
Effigies non una Deis. ſed ferrea Martis
Forma nitet: Venerem magnetica gemma figurat.
Illis connubium celebrat de more ſacerdos.
Ducit flamma choros. feſta frondentia myrto
Limina cinguntur, roſeisque cubilia ſurgunt
Floribus, & thalamum dotalis purpura velat.

Hic

15. *Indus ſcrutatur*] *Indi ſcrutantur* Lucenſis & ſeptem alii. Mox, *Nam ferro*, non, *Ex ferro*, primus Vaticanus cum tribus noſtris. HEINS. *ferrique vigorem* Voſſ. a m. prim. *Indi l. r. ſcrutantur* Wolf. *Indis litoribus* Ald. ut *ſcrutantur* ſit abſolute poſitum. *Ex ferro*, quod vulgatum eſt, non temere abjiciam. vide Idyll. IV. 24. BURM.

17. *Has epulas, haec pabula*] *Hoc* utroque loco Aldus & meliores ſcripti: vide notas Lib. I. in Ruſin. 266. HEINS. *hic, hic*, codex Barthii. *haec dulces epulas, haec* Parmenſ. *hoc* Wolf. ita *hoc culpa, hoc ſumma*, & ſimilia. vide ad Ovid. II. Epiſt. 56. ita apud Terent. Andr. I. v. 2. *Quid eſt, ſi hoc non contumelia eſt.* ut recte Cl. Bentlejus. Ovid. Epiſt. XX. 34. *altera fratis hoc eſt.* ex ſcriptis, pro *haec*. BURM.

18. *Hinc fuſa per artus*] *infuſa* unus Ambroſianus cum primo Vaticano & Oſſeliano. ut apud Virgil. VI. 726. *totamque infuſa per artus Mens agitat molem.* HEINS.

22. *Mavors*] Quis vero nobis veniet ſubſidio? vir, de quo minime cogites, ſi virum appellare licet. Ergo B. Auguſtinus Lib. XXI. *Μηχανήματα*, inquit, *humanis artibus fiunt, quae qui neſciunt opinentur eſſe divina: unde in quodam templo, lapidibus magnetibus in ſolo & in camera poſitis, proportione magnitudinis ſimulachrum ferreum, aëris illius medio inter utrumque lapidem, ignorantibus quid ſurſum eſſet ac deorſum, quaſi numinis poteſtate penderet.* vide reliqua. unde profecto colligas Claudianum a ſancto illo non ſemel inſpectum eſſe; nam quod ait, *In quodam templo*, poëta dixit: *Aurati delubra tenent communia templi.* CLAVER.

23. *In otia curas*] *gentes* ſchedae Gudianae. hoc eſt, *mentes.* HEINS. vide ad Ovid. I. Met. 100. XII. 369. ſed mihi *curae* ſatis placent. BURM.

26. *Magnetica gemma figurat*] Unus Mediceus & Haſnienſ. *magnetia.* alii nonnulli, *Magnetida.* Forte, *Magneſia.* quomodo Lucretius Lib. VI. *Magneſi flamina ſaxi.* ſic enim legendum. vel, *Magneſia flamine ſaxa*, non *flumine*, vel *ſemina.* noſter mox vs. 33.

Pectora laſcivo flatu Mavortia nectit.

mox *aurum* quoque *tenacem* & *ſpiramen* vocat noſter. Cicero Arateis:

Nam quorum ſtirpes tellus amplexa prehendit,
Haec augens anima vitali flamine mulcet.

Auſonius in Moſella de Dinochare architecto VI. 315.

Juſſus ob inceſti qui quondam foedus amoris
Arſinoën Pharii ſuſpendit in aëre templi:
Spirat enim tecti teſtudine chorus Achates,
Adflatamque trahit ferrato crine puellam.

ubi Achaten pro magnete videtur poſuiſſe. ſed legenduin, *Eous achates*, ut apud Statium: *Jaſpide clarus Eoa. chorus* iſte *achates* quid ſibi velit, nemo nos docuit. Barthius reponebat, *torvus achates.* verius nos, ut opinor. ex India quippe omnium praeſtantiſſimas ejusmodi generis adferri gemmas, in confeſſo eſt. HEINS.

28. *Feſta frondentia*] *frondenti feſtaque myrto* Parm. mox, *Lumina* Wolf.

30. *Floribus & thalamos*] *thalamum* meliores praeter primum Vaticanum. HEINS. ita Wolf. & Ald.

Digitized by Google

Hic mirum conſurgit opus. Cytherea maritum
Sponte rapit, coelique toros imitata priores
Pectora laſcivo flatu Mavortia nectit,
Et tantum ſuſpendit onus, galeaeque lacertos
Inplicat, & vivis totum conplexibus ambit.
Ille laceſſitus longo ſpiraminis actu
Arcanis trahitur gemma de conjuge nodis.
Pronuba ſit Natura Deis, ferrumque maritat
Aura tenax: ſubitis ſociantur Numina furtis.
Quis calor infudit geminis alterna metallis
Foedera? quae duras jungit concordia mentes?
Flagrat anhela ſilex, & amicam faucia ſentit
Materiem, placidosque chalybs cognoſcit amores.
Sic Venus horrificum belli conpeſcere Regem,
Et vultu mollire ſolet, quum ſanguine praeceps
Aeſtuat, & ſtrictis mucronibus aſperat iras.
Sola feris occurrit equis, ſolvitque tumorem
Pectoris, & blando praecordia temperat igni.
Pax animo tranquilla datur, pugnasque calentes
Deſerit, & rutilas declinat in oſcula criſtas.
Quae tibi, ſaeve puer, non eſt permiſſa poteſtas?

Tu

32. *Sponte rapit*] Haec omnia quaſi digito monſtrat Lucretius Lib. I. de Marte ad Venerem.
Atque ita ſuſpirans, tereti cervice reposta,
Pascit amore avidos inhians in te, Dea, visus,
Eque tuo pendet resupini spiritus ore. CLAVER.

34. *Suſpendit*] *ſuſpendat* Parm.

36. *Spiraminis actu*] *ictu* olim legebam, nunc *aeſtu*. quomodo Lucretius ſaepe, ubi de Magnete agit. vè *ictu* a Buſlidiano codice confirmatur. HEINS.

37. *Gemma*] *gemina* Voſſ. *alternis trahitur* Parmens.

40. *Quis calor infundit*] *infudit* prim. Vatic. rectius. Oliel *infudet*. Forte pro *infudat*. HEINS.
Geminis] *gemmis* Parm.

41. *Duras jungit concordia mentes*] *duras mentes* Barthius, cum ſaxo & ferro mentem adſcribi poſſe neget, is adeatur hoc loco. ſic & *gelidas rupes* paulo poſt vocaturus eosdem noſter, & *ſaxa* & *lapides*. infra de quadriga marmorea:
Una ſilex tot membra ligat, ductuſque per artem
Mons patiens ferri varios animatur in uſus.
HEINS. *duras nutrit* Wolf. a m. prim.

42. *Materiem*] *matronem* Voſſ. quod non capio, ſed notare volui, ſi quis inde quid exſculpere poſſet.

43. *Cognoſcit amores*] *ignoſcit* Vaticanus. Forte, *placidoque chalybs ignoſcit amore*. ſed excerpta Pomponii Laeti, *placitosque amores*, quod malim, ad exemplum Maronis Lib. IV. Aen. 38 *placitone etiam pugnabis amori?* HEINS. *placidos calibs* Parm. *placidum amorem* Wolf.

44. *Sic Venus*] Ad haec Epicureus Poëta: *Effice ut interea fera moenera militiai; Per maria ac terras omnes ſopita quiejcant: Nam tu ſola potes tranquilla pace juvare Mortalis.* CLAVER.

45. *Et vultum mollire ſolet*] Lege, *vultu* cum decem ſcriptis. vè *in* male geminatum erat. infra de Perdicca ſimiliter peccatum:
Sanguinis affectum mater amara timet.
cum *affectu* ſit legendum. HEINS. *vultu* Wolf.

46. *Aeſtuat & ſtrictis*] *triſtes* Lucenſ. optimus Ambroſianus, & quindecim alii. perperam. noſter Bello Getico 609.
Ira furens ſtrictis odium mucronibus explet.
HEINS. *triſtis* Wolf.

47. *Molliique tumorem*] Idem verbum jam praeceſſerat. Recte igitur Aldus & ſcripti plerique, *ſolvitque*. *ſolvere* enim idem quod *mollire*. HEINS. *ſolvitque* Wolf.

51. *Saeve*] *ſeave* Parm.

Tu magnum ſuperas fulmen, coeloque relicto
Fluctibus in mediis cogis mugire Tonantem.
Jam gelidas rupes, vivoque carentia ſenſu
Membra feris. jam ſaxa tuis obnoxia telis,
Et lapides ſuus ardor agit: ferrumque tenetur
Inlecebris rigido regnant in marmore flammae.

APONUS. VI.

Fons, Antenoreae vitam qui porrigis urbi,
Fataque vicinis noxia pellis aquis,
Quum tua vel mutis tribuant miracula vocem,
Quum tibi plebejus carmina dictet honos,
Et ſit nulla manus, cujus non polluce ductae
Teſtentur memores proſpera vota notae;
Nonne reus Muſis pariter Nymphisque tenebor,
Si tacitus ſoli praetereare mihi?
Indictum neque enim fas eſt a vate relinqui

10. Hunc

52. *Tu magnum ſuperas fulmen*] *numen* nonnulli veteres. HEINS. ita & Wolf.

53. *Cogis mugire*] vide ad Nupt. Honor. 113.

54. *Senſu*] *ſexu* Junt. Iſingr. Colin. Gryph. & Pulm.

APONUS. VI.] In veteri codice *de Aponi fonte*. in altero *Aponus*, vel *de Aquis*. Hunc vero fontem eximie deſcribit Caſſiodorus, ut erant illa tempora: verum hic poëta illimi vena & limpida excellit. *Aponus* vero dicitur, quaſi ἄνευ πόνου, id eſt ſine tormento & cura. Caſſiod. CLAVER. *Aponi* apud plurimos mentio, Caſſiodorum in primis Var. Lib. II. Ep. 39. Vetus Epigramma ineditum:

Exſultent Apono Veneti, Campania Bajis,
Graecia Thermopylis; his ego balneolis.

HEINS. *De Apone Balneis* Parm. Junt. Colin. *de Apone* Ald. *de Aponis Balneis* Iſingr. Gryph.

1. *Fons*] *Mons* cod. Barth.

2. *Vicinis*] Nihil temere muto. ſed puto tamen *divinis* reliquiſſe Poëtam. *divinis fontibus* paſſim in lapidibus veteribus, & ut fata noxia pelleret, numine opus erat. vid. Broukhuſ. ad Propert. I. 18. 27. *factaque* Parm. Ald. *equis* Leid. ſed correctum *aquis*. BURM.

3. *Tribuant miracula vocem*] Legendum opinor *ſpiracula*. dicemus ad Virgil. x. Aen. 291. infra habes, *Spirat putre ſolum. nitidi ſpiracula fontis* apud Valer. Flacc. HEINS.

4. *Quum tibi plebejus*] Imo *Phoebeus*, quomodo puer olim emendavi. confirmat Gyraldianus, Barthol. & ſec. Vatic. in Lucenſi, *Phoebus* mendoſe pro diverſa lectione notatum. *Phoebeus honos*, ut *patricius honos* Bell. Get. Praefat.

Oraque patricius noſtra dicavit honos.

& de Piis fratribus. v. 52. *Siculus templa dicavit honos.* HEINS. Dubito admodum an *plebejus* ſit repudiandum. argumentatur enim Poëta a minori: ſi enim muta animalia aquae tuae ſalubritatem debere clamant, & plebs in laudem tuam carmina dictet omnibus cantanda, & nemo ſit, qui non ſuſpenſis quaſi tabellis pro proſperis votis ſe gratum profiteatur, an ego ſolus Poëta tacebo? ſimiliter apud Statium variant codices. BURM.

5. *Et ſit*] Ita vetus liber. Excuſi omnes habuere *Et ſi*, quod non quadrat. CLAVER.

6. *Memores notae*] *veteres* primus Vaticanus. mox pro *Nymphisque tenebor*, nonnulli, *videbor*. HEINS. *veteres* Parm.

9. *Indictum neque enim fas eſt tacitumque relinqui*] Aldus, Lucenſis, & quatuordecim praeterea ex noſtris:

Ludibrium quid enim fas eſt a vate relinqui.

ſic VI. Conſ. Hon. 138. de nave,

Orba gubernaclis, antennis ſaucia fractis,
Ludibrium pelagi vento jactatur & unda.

& quod magis ad rem facit, Lib. II. in Eutrop. 535.

Sic me ludibrium famulis riſumque relinquis,
Dux quondam rectorque meus.

& Lib.

Digitized by Google

10. Hunc qui tot populis provocat ora, locum.
Alto colle minor, planis erectior arvis,
Conſpicuo clivus molliter orbe tumet.
Ardentis fecundus aquae, quacumque cavernas
Perforat, offenſo truditur igne, latex.

15. Spi-

& Lib. II. in Ruſin. 36.

——— *Geticis Europa catervis*
Ludibrio praedaeque datur.

Indictum quid enim fas eſt a vate relinqui Gyrald. & duo alii. Forte:

Ludibrio quid enim par ſit a vate relinqui.

HEINS. *tacitumque* certe nequaquam placet, quum proximo verſu praeceſſerit. ſed nec quid *ludibrium* huc faciat, videre poſſum. non enim riſum merebatur, ſi taceret de hoc fonte. Quare praeſtare puto:

Indictum neque enim fas eſt a vate relinqui.

ſic Horatius bis terve *indictum* adhibet. ut III. Od. 25. & Art. Poët. 130. BURM.

10. *Hunc qui tot populi provocat ora, locum*] Haec antiqua lectio. alias, *tot populis provocat ora loqui*, pro *locum*, ut eſt in veteri codice. Ovidius III. El. Amor. 1. *Audierit noſtras tot Cytherea preces.* Caſſiodor. *talia poſteris non tradere eſt graviter peccare:* vides quem imitetur. Ceterum multa hic ex vet. MS. emendavimus, quae ſingulatim referre non libet; aliorſum enim rapimur. CLAVER. *Hunc, qui tot populi provocat ora, locum*, ex veteri libro Claverius, quod & Raphelengius ſecutus, & probat Barthius. vulgo, *populis provocat ore loqui*, quomodo multi etiam ex ſcriptis, quorum plerique tamen *ora* cum primo Vaticano. Aldus cum Lucenſi & Excerptis Put. *populis provolat ore locum.* Gyrald. *provolat ore loqui.* Buslid. *provocat omne loqui.* Florent. S. Marci, tert. Vatic. & Rottendorph. *pervolat omne locum.* unus Medic. *pervolat ecce locum.* opt. Ambroſ. alterque ejusdem Bibliothecae cum aliis duobus, *pervolat ore locum.* duo alii, *orbe.* Forte: *Hunc, qui tot populis pervolat ora, locum.* Virgil. III. Georg. 8.

——— *tentanda via eſt, quia me quoque poſſim*
Tollere humo, victorque virûm volitare per ora.

Palladius Epitaphio Ciceronis:

Vivus in aeternum docta per ora volat.

Ennius: *volito vivus' per ora virûm.* vide notas IV. Conſ. Hon. 270. apud Apulejum Lib. I. Mileſ. *quod ibidem paſſim ſermo per ora populi jactetur.* Lib. VII. *per omnium ora populorum diſcurrens.* Lib. VIII. *Quae infamia per ora populi facile dilapſa.* Ammianus Lib. XX. *Juliani virtutes per ora gentium diverſarum fama celebrior effundebat.* Ovid. V. Triſt. El. VII. *profugi nomen in ora refert.* M. Antoninus apud Volcatium Gallicanum vita Avidii Caſſii: *per ora omnium ubique populorum circumferant meae pietatis exemplum.* Verius tamen, *Hunc, qui tot populis provocat ora, locum.* Ita ſuperioribus optime haec reſpondebunt; non enim de celebritate Aponi tam agit hic loci, quam de laudibus & carminibus ejus honori dicatis. HEINS. *Hic, qui tot populis provocet ore loqui.* cod. Barthii. & ita edd. Ald. Iſingr. & aliae, niſi quod *Hunc* habeant. *Hunc, qui tot populis pervolat omne loqui* Wolff. a m. pr. *ore locum* a m. ſec. mihi magis ſententiae convenire videtur, *Hunc qui tot populis provocat ora, locum*, ut Parm. nam illa provocatio cogit Poëtam etiam ſilentium rumpere, ne ſolus tacere videatur. BURM.

11. *Parvis erectior arvis*] Legendum videtur, *patulis.* Lucan. IV. 743.

Effuſam patulis aciem committeret arvis.

Lib. VIII. *patuloque jacens ſine moenibus arvo Fulginea.* ſic & *patulos campos* noſter dixit I. Rapt. 219. & Avienus in deſcriptione Orbis:

Flumen & extento patulas premit aequore campos.

& mox:

Hic jacet in patulos projecta Calabria campos.

poſtea:

Et Locris, & patuli ſulcator Theſſalus agri.

Silius Lib. IV. 547. *patulis Clitumnus in arvis.* & VII. 374. *in patulos exſultans emicat agros. patentibus arvis* noſter Idyllio de Nilo v. 39. *ſeſeque patentibus explicat arvis.* de eodem Statius Theb. VIII. 358.

Qualis ubi averſi ſecretus pabula coeli
Nilus, & Eoas magno bibit ore pruinas:
Scindit fontis opes, ſeptemque patentibus arvis
In mare fert hyemes.

quod in *alveis* haud temere mutandum. Poſſet & *planis* legi. Haec ego olim, cum poſteriorem tandem conjecturam a duobus Ambroſianis & Excerptis Puteaneis confirmatam deprehendi, etiam a ſecundo Vaticano. *plana campos* habes apud Avienum Fabul. XXVII. poſſis etiam, *planis evellier arvis.* HEINS. Cogitabat illa Ovidii II. Art. 71.

Monte minor collis, campis erat altior aequis.

12. *Conſpicuo clivus*] *clivis* quatuor libri. HEINS.

13. *Quacumque*] *quaſcumque* codex Barthii. *cavernis* Voſſ. & Wolff. *proferat offenſo* Parm. *Perforat, offenſus* Ald. an, *offenſus tunditur igne latex?* BURM.

Digitized by Google

Spirat putre ſolum, concluſaque ſubter anhelo
Pumice rimoſas perforat unda vias.
Humida flammarum regio, Vulcania terrae
Ubera, ſulfureae fervida regna plagae.
Quis ſterilem non credat humum? fumantia vernant
Paſcua: luxuriat gramine cocta ſilex.
Et quum ſic rigidae cautes fervore liqueſcant,
Contemtis audax ignibus herba viret.
Praeterea grandes effoſſo marmore ſulci
Saucia longinquo limite ſaxa ſecant.
Herculei (ſic fama refert) monſtratur aratri
Semita; vel caſus vomeris egit opus.
In medio pelagi late flagrantis imago,
Caerulus inmenſo panditur ore lacus,

In-

15. *Concluſaque*] *concluſa* Ald. Iſingr. Colin. Gryph.

16. *limoſas perforat unda vias*] *perforat* jam paulo ante praeceſſit. quare aliud quid deſiderari videtur. praeterea *rimoſas vias* ſcribendum, pro *limoſas*, quod membranae veteres confirmant. perſpicuitatem fontis enim mox laudabit. HEINS. *ere vias* Wolff. a m. pr. Forte, *permeat unda vias*. neſcio vero ubi *limoſas* legatur. certe editiones Parm. Ald. Iſingr. Raphel. & aliae *rimoſas* praeferunt. BURM.

19. *Quis ſterilem non credat humum*] Haec duo diſticha Claudiano ſublegit Luxorius, cujus Epigrammata inedita vidi apud V. Cl. Petrum Scriverum, in membranis mirae antiquitatis exarata. Epigramma integrum adſcribam:

DE AQUIS CALIDIS CERNENSIBUS.

Arduа montanos inter ſplendentia lucos,
Culmina & indigenis nunc metuenda feris.
Qua diſerta prius ſolum nemus antra tenebant,
Taetraque inacceſſam fecerat umbra viam.
Qua vos laude canam, quamoque in carmine tollam?
In quibus exſtructa eſt atque locata ſalus.
Hic etiam ignotas ſtupet ad praetoria fervor
Plenior, & calidas terra miniſtrat aquas.
Quis ſterilem non credat humum? fumantia vernant
Paſcua: luxuriat gramine cocta ſilex.
Inocuos fotus membris parit intima tellus,
Naturamque pio temperat igne calor.
Et cum ſic rigidae cautes fervore liqueſcant,
Contemptis audax ignibus herba viret.

verſu tertio pervetuſtus ille codex mendoſiſſime, *Quo d. p. ſole nemer iutra tenebat*. verſu quarto, *ſederat umbra vem*. verſu ſexto, *In quibus exſtruco eſt*. verſu undecimo lege, *Inocuas fotus. non foetus*. Ceterum teſtis Plinius Lib. II. cap. 103. huic fonti Patavino herbas virentes innaſci. HEINS.

21. *Et quum ſic rigido*] *rigidae* prim. Vatic. & quatuor alii. ut Luxorius. iidem, *Contemtis*, bene, pro *Contemtis*. uti etiam ſchedae Gudii. HEINS. *Cum ſic liquido* Voſſiani duo. Wolff. ed. Ald. *liqueſcunt* Wolff.

23. *Effoſſi marmore ſulci*] *effoſſo* recte cum ſcriptis Aldus & Barthius. proximo verſu forte, *longaevo limite*. HEINS. Ita ſupra in Phoenic. 27. *longaeva aeſtas* pro *longinqua* reponebat Heinſius.

24. *Secant*] *micant* Oxon.

26. *vel caſus vomeris*] Statius, *Caſus egit virtutis opus*. CLAVER. *nec caſu* Patav. *ni caſus* puto, vel *ſeu caſus*. ſed & vulgatum tolerari poteſt. *vel* enim pro *ſeu* frequenter occurrit, ut in illo Maronis, *Silvius Aeneas pariter pietate vel armis*. Male vir doctus *Cacum* hic nobis venditat, etiam ſecundis curis mira pertinacia. Fortuitam illam ſemitam vult eſſe. Statius, *Caſus agit virtutis opus*. apud Prudentium Pſychomachia: *ſed belli inſigne gerenti Caſus agit ſaxum medii ſpiramen in oris*. Virgilius Culice:

Namque illi deleritne viam caſusne Deusne
Prodere ſit dubium.

in Ciri:

Nam niſi te nobis, malus, ô malus, optima Charme,
Ante hunc conſpectum caſusve Deusve tuliſſet.

Curtius Lib. IV. cap. 7. *ſive illud Deorum munus ſive caſus fuit*. HEINS. vide ad Sueton. Claud. XIII. *monſtrator* Parm. & Ald. Valer. Flacc. I. 670. *ſeu caſus nox illa fuit*. ſeq. verſu *pelagi ſtagnantis* conjecerat Heinſius. ſed poſtea rejecit. BURM.

30. *Ar-*

Digitized by Google

Ingenti fuſus ſpatio: ſed major in altum
Intrat, & arcanae rupis inane ſubit,
Denſus nube ſua, tactuque inmitis & hauſtu,
Sed vitreis idem lucidus usque vadis.
Conſuluit Natura ſibi, ne tota lateret,
Admiſitque oculos, quo vetat ire calor.
Turbidus inpulſu venti quum ſpargitur aër,
Glaucaque fumiferae terga ſerenat aquae;
Tunc omnem liquidi vallem mirabere fundi:
Tunc veteres haſtae, regia dona, micant:
Quas inter nigrae tenebris obſcurus arenae
Diſcolor abruptum flumen hiatus agit.
Adparent infra latebrae, quas gurges opacus
Inplet, & abſtruſos ducit in antra ſinus.
Tunc montis ſecreta patent, qui flexus in arcum
Aequora pendenti margine ſumma ligat.

45. Viva

30. *Arcanae*] Delevit Heinſius notam, quae in priori editione exſtat, qua *arcatae* volebat. adſcripto Statii loco Lib. IX. Theb. *At pater arcano reſidens Iſmenos in antro. arcanae* eſt divinae. vid. ſupr. III. Rapt. 402. *Arcadiae* Palatin.

31. *Denſus nube ſua*] *Merſus* duo Florentini, tertius Vaticanus & Rottendorphius. & tum paulo poſt pro *merſa*, legendum *ne tota lateret*, cum Barthio, ut ſcripti nonnulli & priſcae editiones cum primo Vaticano, & ſchedis Gudianis. HEINS. *ne tota niteret* omnes editi praeter Aldum.

35. *Turbidus inpulſu venti quum ſpargitur aër*] Puto, *impulſu Zephyri*. non enim omnis ventus nubila coelo diſpellit. Fuit etiam, cum ſcribendum opinarer, *cum tergitur aër*. nam in nonnullis ſcriptis, *conſpergitur*. Horat.

Albus ut obſcuro deterget nubila coelo
Saepe Notus.

Noſter ipſe VI. Conſ. Hon. 539.

Principis & ſolis radiis deterſa removit
Nubila.

HEINS. *impulſi* Ald.

36. *Glaucaque fumiferae*] Primus Vatic. Mediol. Patav. & Gudiana excerpta, *Cloraque*. nil muto. HEINS.

38. *Veteres haſtae regia dona patent*] Vide plane Suetonium in Tiberio cap. XIV. Plinius Secundus de Clitumno: *Fons purus & vitreus, ut numerare jactas ſtipes, & relucentes calculos poſſis.* CLAVER. Conjiciebam aliquando, *veteres tali*. Sueton. Tiber. XIV. *Mox cum Illyricum petens juxta Patavium adiiſſet Geryonis oraculum, ſorte tracta, qua moneba-tur, ut de conſultationibus in Aponi fontem talos aureos jaceret, evenit ut ſummum numerum jacti ab eo oſtenderent bodieque ſub aqua viſuntur ii tali.* de Clitumni fontis ſortibus vide Plinium in Epiſtolis. Ceterum ſortes ex Apono petitas patet ex Pollionis Claudio, ubi *in Apono* pro *Apennino* legendum. Vopiſcus quoque in Firmo *Aponinarum ſortium* meminit. Lucanus VII. 192. de pugna Pharſalica:

Euganeo (ſi vera fides memorantibus) augur
Colle ſedens; Aponus terris ubi fumifer exit,
Venit ſumma dies: geritur res maxima, dixit.

Sed opinor haec intelligenda de Haſtis, quae priſco tempore Regibus vicem diadematum praeſtabant. Juſtin. XLIII. cap. 3. *Per ea adhuc tempora Reges haſtas pro diadematibus habebant, quas Graeci σκῆπτρα dixerunt, nam & ab origine rerum pro Diis immortalibus veteres haſtas coluere, ob cujus religionis memoriam adhuc Deorum ſimulacris haſtae addantur.* plura qui volet, adeat quae ad illum locum a Berneggero annotantur. HEINS. *veteris* Ald. ſi de ſuſpenſis in templo donis ageretur, *haſtas* probarem, ſed quis in fundum haſtas jactas dixit? corrupta vox. BURM.

39. *Tenebras obſcurus*] *tenebris* Aldus & ſcripti. HEINS. deinde, *diſcolor obruptum* Iſingr. Gryph. *abruptos* Ald.

41. *Adparent intra latebrae*] *infra* iidem ſcripti. HEINS.

42. *Abſtruſos*] *abſtruſus* Vatic. quod placebat Heinſio in priori editione.

45. Sae-

Viva coronatos adſtringit ſcaena vapores,
Et levis exili cortice terra natat,
Calcantumque oneri numquam ceſſura virorum
Suſtentat trepidum fida ruina pedem.
Facta manu credas: ſic leves circuit oras
Ambitus, & tenuis perpetuusque riget.
Haerent ſtagna lacu plenas aequantia ripas,
Praeſcriptumque timent exſiluiſſe modum.
Quod ſuperat, fluvius devexa rupe volutus
Egerit, & campi dorſa recurva petit.
Devehit exceptum nativo ſpina meatu:
In patulas plumbi labitur inde vias,
Nullo cum ſtrepitu: madidisque infecta favillis
Deſpumat niveum fiſtula cana ſalem.
Multifidas diſpergit opes, artemque ſecutus,
Qua juſſere manus, mobile torquet iter:
Et junctos rapido pontes ſubtermeat aeſtu,
Adflatosque vago temperat igne tholos.

Acrior

45. *Scaena*] *ſaeva* Junt. Iſingr. Colin. Gryph. *aſtringat* Parm.

46. *Cortice terra natas*] Puto, *fornice*, vel, quod praeſtat, *ceſpite*. niſi mavis:

Ceu levis exili cortice terra natet.

mox malo, *nusquam ceſſura*, quam *nunquam*. poſt, *firma ruina* Gudiana excerpta. Heins.

47. *Calcantumque*] *Calcaturque* edd. Parm. Iſingr. Colin. Gryph.

49. *Leves circuit oras Ambitus, & tenuis perpetuusque riget*] Male alii, *lenes*. Forte legendum:

——— *ſic laeves circuit oras*
Alveus, & tenuis perſpicuusque rigat.

vel *Ambitus ligat*. Heins. *lenis* Voſſ. *levis* Ald.

50. *Et tenuis*] & deerat Barthii codici.

51. *Haerent ſtagna loco*] *lacu* Gyrald. Lucenſ. prim. Vatic. & quinque alii. ſic Plinius Lib. II. cap. 103. *Lacus ad margines plenus neque exhauſtis aquis minuitur, neque infuſis augetur. Arent ſtagna* prim. Vatic. Ceterum hoc diſtichon ſuperiori praeponendum eſſe contendit Barthius. Heins.

52. *Tranſiluiſſe modum*] *exiluiſſe* meliores, & ſic Raphelengius. Heins. ita Parm. Junt. Ald. Iſingr. & aliae.

53. *Fluvius*] *fluvio* Parm. Junt. Iſingr. & aliae.

55. *Devehit exceptum nativo ſpuma meatu*] *ſpina* Aldus & ſcripti potiores cum Gudii excerptis. at Barthius, *figma*, quod aqua in formam ejus literae feratur. *ne ſpina* non eſt ſollicitandum. apud Sidonium Apollinarem Lib. III. Ep. 13. *ſpina narium*. In tertio Vaticano mendoſe, *vicino ſpuma recurvo*. Opinor, *nativo ſpira meatu*, pro gyro. Heins. *evehit* Voſſ. & Oxon. *Evehit e. n. ſpina* Wolff.

56. *In patulas plumbi labitur unde vias*] Scribendum videtur, *in patulos tubos*. *tuvos* fuerat exaratum primo, quod occaſionem dedit loco interpolando. In Sympoſii Aenigmatis vide Epigramma LXXII. de tubo hujusmodi. ubi in ipſo lemmate ſcribendum, *Tubus ligneus*, idque ex auctoritate codicis vetuſtiſſimi. Heins.

57. *Nullo cum ſtrepitu*] *tum* Vatic. bene. & pro *madidis*, ſcripti, *madidisque*. Heins.

58. *Deſpumat*] *Diſpumat* Wolff.

59. *Multifidas diſpergis opes*] *multifidum diſperſit opus* Voſſ. Parm. non quidem male. ſed *opes* notat copiam aquae, ut ita *divitias* dicunt alii. vide ad Ovid. II. Art. Amat. 343. ita ſupra de Nilo v. 32. *vires*. *hinc ſpargis opes* cod. Barth. Burm.

61. *Subtermeat aeſtu*] Non auſim damnare ſine conſenſu omnium ferme membranarum hanc ſcripturam, nam & *praetermeare* habes Conſulatu Mallii Theodori apud noſtrum vs. 234. *tacitas praetermeat ingens Danubius ripas*. ſed *ſubtervehit* veteres, uno Mediceo excepto, in quo *praetervehit*. vulgata tamen in primo Vatic. & Palatino exſtat.

pro

ed by Google

Acrior interius rauci cum murmure saxi
Spumeus elisо pellitur amne vapor.
Hinc pingues repetunt fessi sudore lacunas:
Frigora quis longae blanda dedere morae.
Salve Paeoniae largitor nobilis undae:
Dardanii salve gloria magna soli:
Publica morborum requies, commune medentum
Auxilium, praesens numen, inemta salus.
Seu ruptis inferna ruunt incendia ripis,
Et nostro Phlegethon devius orbe calet:
Sulfuris in venas gelidus seu decidit amnis,
Adcensusque fluit, quod manifestat odor.
Sive pari flammas undarum lance rependens,
Arbiter in foedus mons elementa vocat,
Ne cedant superata sibi; sed legibus aequis
Alterius vires possit utrumque pati:
Quidquid erit caussae, quocumque emitteris ortu,
Non sine consilio currere certa fides.

Quis

pro *pontes*, Moreti codex, *fontes*. unus Med. *montes*. opinor, *pontes subtervenit*, de quo pluribus ad illa Maronis VI. Aen. 132.

Cocytusque sinu labens circumvenit atro.

quam illic scripturam esse veram, & ab omnibus fere membranis comprobatam, audeo praestare. possis & *subterluit*. ut VI. Conf. Honor. 177.

——— *gladiique tremendum*
Gurgite fidereo subterluit Oriens.

HEINS. *vinctos subtervehit* Wolff. mox, *Afflatasque v. t. i. colos* idem.

64. *Elisо*] *illaeso* Oxon. *pellitur igne*, sed correctum *amne*, Voss. & ita Barthianus & Wolff.

65. *Hinc pigras*] Quae sunt illae *pigrae lacunae*? In duobus Florentinis, *pingues*. quomodo & tertius Vatic. & Rottend. sulphure nimirum pingues. HEINS. *pigras* sunt non aestuantes, ut *calidae* vs. 61. & ita omnes editi, & exigit sequens *longae morae*. BURM.

66. *Frigora quis longae damna dedere morae*] *Frigore* Lucens. Buslid. & tres alii cum Aldo. Lege ex optimo Ambros. & duobus Florentinis, ac aliis tribus:

Frigora aquis longae blanda dedere morae.

nisi quod *quis* praestat. HEINS. Ita Parm. Isingr. Junt. & aliae. *aquis* Wolff.

69. *Medentum*] *merentur* Parm. Junt. Isingr. Gryph. Colin.

70. *Auxilium*] *Subsidium* Buslid. & Putean. HEINS. & Wolff.

72. *Orbe calet*] *latet* Gyrald. prim. Vatic. & sex alii. puto pro *patet*. HEINS. *latet* Parm. marg. Isingr.

73. *Decidit*] *decidat* Oxon. *gelidis* Parm.

74. *Adcensusque fluit*] Sedecim, *ruit*. perperam, cum id jam praecesserit. HEINS. *ruit* Wolff.

75. *Sive pares flammas*] Scripti septem *parens*-lege, *pari* cum duobus Ambrosianis. HEINS. *undarum luce* Wolff.

76. *Arbiter*] Cassiodorus: *merito dicunt Philosophi elementa sibi mutuis complexionibus illigari, & mirabili conjungi foederatione.* CLAVER.

77. *Ne cedant*] *Nec* Voss. & Wolff. mox pro *utrumque*, *uterque* Wolff.

79. *Remitteris ortu*] Aldus & scripti multi, *emitteris*. Buslid. *emergitis*. puto, *emergeris*. mox pro *currere* Lucens. *curvito*. pro *eris*, malo *erat*, vel *ineat*. deinde *ausis* & *neget* malo, quam *audet* & *negat*. HEINS.

80. *Non sine consilio*] Debet subintelligi Deorum. ut Ovid. Epist. XV. 127.

——— *Hoc quoque factum*
Non sine consilio rationibusque Deum.

Quis casum meritis adscribere talibus audet?
Quis negat auctores haec statuisse Deos?
Ille pater rerum, qui secula dividit astris,
Inter prima poli te quoque sacra dedit:
Et fragilem nostri miseratus corporis usum,
Telluri medicas fundere jussit aquas,
Parcarumque colos exoratura severas
Flumina laxatis emicuere jugis.
Felices, proprium qui te meruere, coloni,
Fas quibus est Aponon juris habere sui.
Non illis terrena lues, corrupta nec Austri
Flamina, nec saevo Sirius igne nocet.
Sed quamvis Lachesis letali stamine damnet,
Inde sibi fati prosperiora petunt.
Quod si forte malus membris exuberat humor,
Languida vel nimio viscera felle virent,
Non venas referant, nec vulnere vulnera sanant,
Pocula nec tristi gramine mixta bibunt.
Amissum lymphis reparant inpune vigorem,
Pacaturque aegro luxuriante dolor.

vid. ad Val. Flacc. v. 255. & ita de hominibus *consilio* fieri dicitur, quod data opera, non casu, faciunt. vide ad Phaedr. v. Fab. 3. Burm.

84. *Poli te quoque sacra dedit*] *sacra coli* sex libri, nimirum veteris scripturae vestigia prae se ferentes; nam a Claudiani manu fuit, *Inter prima coli te quoque sacra dedit.* atque ita curis secundis Barthius. Heins.

87. *Exoratura*] *exhortatura* Parmens.

90. *Fas quibus est Aponon*] Sic, Jo. Pontano auctore, magnus & eruditissimus Rex, Peligni tractus, rivulos & amoenitatem, solumque Ovidii natale demiratus, in transitu exclamavit, se istam regionem, tanti Poëtae parentem, pluris facere, quam regnum opulentissimum. Claver. *Aponon*, non *Aponum*, Aldus & scripti plerique cum Gudii schedis. Heins. ita & Wolff.

92. *Flamina nec saevo*] *laevo* quatuordecim libri. Heins.

94. *Inde sibi fata*] *fati* legendum quis non videt, atque ita Patavinus codex. sic *prospera fati* Bell. Gildon. 103. ubi plura. Vaticanus tamen, *Undae fata sibi.* Lucens. *Inde fata sibi*, ut refingendum forte sit, *Undis sibi.* optimus Ambrosianus, *Inde sibi fato. fatis* Barthius. Heins. *petunt* Wolff.

96. *Viscera felle rubent*] *Virent* septem libri, idque recte. Ovid. II. Met. 77. *livent rubigine dentes*, *Pectora felle virent.* & II. Art. Am. 520. ex veteri libro:

Quae patimur multo spicula felle virent.

Heins. ita & Wolff. vide ad Ovid. I. ex Ponto II. 18.

97. *Non venas referant*] *resecant* multi ex scriptis. Heins. vide II. in Rufin. 413.

98. *Pocula*] *Secula* Voss.

99. *Amissum lymphis*] *Nymphis* prim. & tert. Vatic. sic supra hoc ipso poëmatio:

Nerine rerus Musis pariter Nymphisque tenebor. Heins.

De

De piis fratribus et eorum statuis quae sunt apud Catinam. VII.

Adſpice ſudantes venerando pondere fratres,
Divino meritos ſemper honore coli.
Juſta quibus rapidae ceſſit reverentia flammae,
Et mirata vagas repulit Aetna faces.
Conplexi manibus fultos cervice parentes,
Adtollunt vultus, adcelerantque gradus.
Grandaevi gemina ſublimes prole feruntur,
Et cara natos inplicuere mora.
Nonne vides, ut ſaeva ſenex incendia monſtret?
Ut trepido genetrix invocet ore Deos?
Erexit formido comam, perque omne metallum
Fuſus in adtonito palluit aere tremor.

Exprimit eleganter ſtatuas Amphinomi & Anapii, quas Catanae in Sicilia viderit. Vetus codex habuit hunc titulum: *De Siculis fratribus.* Martialis: *Tu Siculos fratres, & majus nomen Atridas.* vide plane Corn. Severi Aetnam, & Valer. Max. & confer emendationes noſtras e MSS. cum aliis codicibus. Claver. Idyllium hoc in Lucenſi codice & excerptis Puteaneis inſcribitur: *De Piis fratribus & eorum ſtatuis quae ſunt apud Catinam.* In primo Vaticano deſiderabatur totum id carmen. In Claverii libro: *De Siculis fratribus*, quod ex Martiale nititur probare, qui *Siculos fratres* eos vocat. ſic & *Siculos juvenes* Seneca vocavit Lib. III. de Benefic. *Pii fratres* tamen frequentius dicti. Silius Lib. XIV. 197.

Et Catane genuiſſe pios celeberrima fratres.

Cornelius Severus in Aetna:

Erubuere pios juvenes attingere flammae.

& paulo ante:

——— *nullis parſura incendia parcunt,*
Vel ſolis parſura piis.

quid quod locus, in quo ſepulti, teſte Solino, *Pium campus* dictus. Graecis τὸν Εὐσεβῶν χῶρον, quomodo eum vocat Lycurgus oratione in Leocraten: Εὐσεβεῖς etiam Strabo dixit Lib. VI. Pauſanias in Phocaicis: Περὶ πλείστου δὲ ἐποιοῦντο οἱ πάλαι γενέσθαι ἄσκοπα ἱερὰ ἄλλοις τε τετιμήκασι καὶ ἐν Κατάνῃ τοῖς καλουμένοις Εὐσεβέσιν. qui locus etiam vò *apud Catinam* Lucenſis libri confirmat. Catinenſes enim fuiſſe conſtat, etſi Solinus teſtatur Syracuſanos quoque ſibimet ipſis hos fratres vindicaſſe. praeter locum ex Silio jam ſupra adductum Auſonius id abunde evincat carmine X. de claris Civitatibus:

Quis Catinam fileat, quis quadruplices Syracuſas,
Hanc ambuſtorum fratrum pietate celebrem,
Illam complexam miracula fontis & amnis?

videatur & Ariſtoteles «ἐν θαυμασίοις ἀκουσμάτων», & quae Apulejus tranſtulit ex illo in Commentariis de Mundo. ſimilis hiſtoria de Damone & Pythia apud Hygin. fab. 254. Heins.

1. *Sudantes*] *madentes* Voſſ. duo. *ſuadentes* Oxon.

3. *Juſta*] *Luſtra* Parm. Iſingr. Colin. Gryph. (quae & *rapida*) Pulm. an *Juſſa*?

4. *Repulit*] *retulit* forte rectius. retro egit. Heins.

6. *Adtollunt*] Malim, *Ut tollant.* Lucenſis & decem alii, *Attollunt acceleranque.* etiam bene. quod & Barthio deprehenſum. Heins. ita editiones priſcae Parm. Ald.

7. *Prole*] *grande* Oxon. *clara* Voſſ. ut & editiones Parm. Junt. Iſingr. Colin. & aliae.

9. *Monſtret*] *monſtrat* edd. Parm. Junt. Iſingr. Colin. & aliae, quae tamen *invocet* mox retinent, aut utrobique ſubjunctivus eſt exhibendus, aut neutro in loco. vide ad Calpurn. VI. Ecl. 37. & ſupra ad IV. Conſ. Hon. 5. & 284. verſus ſequens deerat Wolff. Burm.

11. *Erexit formido comam*] Rectius videatur, *Arrexit*, ſi per codices ſcriptos liceat, ut in illo Virgil. IV. 280. *Arrectaeque horrore comae.* Valer. Flacc. II. 213. *taboque ſimus perfuſa recenti Arrectaſque comas.* Heins. ubi etiam alii *Erectaque.* ut & variatur apud Virgil. V. 138.

12. *Palluit ore color*] Iſingr. *aere timor.* duodecim ex noſtris cum Gudianis ſchedis, *ore tremor.* Gyrald. *acre color.* Lucenſ. & tres alii cum Aldo & ſec. Vatic. *acre tremor.* recte. quod & Barthio viſum.

Digitized by Google

In juvenum membris animosus cernitur horror,
Atque oneri metuens, inpavidusque sui.
Rejectae vento chlamydes. dextram exserit ille,
Contentus laeva sustinuisse patrem.
Ast illi duplices in nodum colligit ulnas,
Cautior in sexu debiliore labor.
Hoc quoque praeteriens oculis ne forte relinquas,
Artificis tacitae quod meruere manus.
Nam consanguineos eadem quum forma figuret,
Hic propior matri fit tamen, ille patri.
Dissimiles annos sollertia temperat artis.
Alter in alterius redditur ore parens.
Et nova germanis paribus discrimina praebens,
Divisit vultus cum pietate faber.
O bene Naturae memores, documenta supernae
Justitiae, juvenum numina, vota senum,
Qui spretis opibus medios properastis in ignes
Nil praeter sanctam tollere canitiem.
Haud equidem inmerito tanta virtute repressas
Enceladi fauces obriguisse reor.
Ipse redundantem frenavit Mulciber Aetnam,
Laederet exempli ne monumenta pii.

35. Sen-

sum. videsis notas VI. Conf. Hon. 379. Heins. *ettomite pallui ore* Parm. *tremor* Wolff. mox pro *juvenum*, *juvenis* Wolff. a m. pr.

14. *Oneri*] *omen* Wolff. a m. pr. edd. Parm. Isingr. Gryph. Colin. *atque honori* Ald. vitiose pro *meri*, vel ut scribebant, *honeri*.

15. *Dextram erigit ille*] Vatic Lucens. & plurimi alii, *egerit*, unde *exerit* conjiciebam, quod Gyraldinus confirmat. *Erexit* jam praecesserat. Consul. Olybr. 87.

Dextram nuda latus, niveos exserta lacertos.

Heins. *dextra egerit* Parm. *dextram egerit* Wolff. latet quid, nam ad quid dextram erigit vel exserit? ad colligendas nimirum vestes vento rejectas ne fluitent in tergo, quae facilius ita ignem conciperent. forte, *Rejectas vento chlamydas dextra eripit ille*, vel *eripit illi*. ut vestes detrahat patri, & projiciat, ne igni alimenta dent. mox, *Ast ille* Ald. ubi est matri, quam humeris ferens ejus manus in pectore ambas in nodum colligens ita portabat, quum alter sola laeva patrem portaret & sustineret. mox, *Haec quoque* Parm. & *fit tamen* Parm. Ald. *sit tamen* Wolf. pro *Nam consanguineos*, *Tam* volebat Heinsius, & mox *fit tamen*. Burm.

23. *Dissimiles annos*] *animos* Isingr. Buslid. & duo Medicei cum Barthio. Heins. *animos* Wolf. *temperat ostris* Oxon. a m. pr. *animos* non moverem. sequens versus deest Wolff.

25. *Discrimine praebens*] *quaerens* primus Vaticanus & Lovaniensis. non male. Heins. mox, *Dimisit vultus* Oxon.

28. *Juvenum numina*] Posset & scribi, *lumina*. sic *lumina Senatûs* & similia passim apud nostrum, sed vulgatum efficacius. *supernae Justitiae j. n. nata patrum*. Heins. Barthius, *Innova Germanis* &c. insolanti novatione.

29. *Medios properastis in ignes*] Cave mutes cum Barthio, cum hanc scripturam codices omnes praeter unum Palatinum tueantur. Heins. *medio pr. in igne* Barthius volebat, sed *properastis in ignes tollere*, est, ut tolleretis, obvia apud Claudianum locutione. vide ad III. Rapt. 386. Burm.

31. *Tanta*] *tantas* Parm. Junt. Isingr. Colin. Gryph. Pulm. & aliae.

35. *Pe-*

Digitized by Google

Senſerunt elementa fidem. pater adfuit aether,
Teraque maternum ſedula juvit onus.
Quod ſi notus amor provexit in aſtra Laconas,
Aeneam Phrygio raptus ab igne pater;
Si vetus Argolicos inluſtrat gloria fratres,
Qui ſua materno colla dedere jugo.
Cur non Amphinomo, cur non tibi, fortis Anapi,
Aeternum Siculus templa dicavit honos?
Plura licet ſummae dederit Trinacria laudi,
Noverit hoc majus ſe genuiſſe nihil.
Nec doleat damnis, quae devius intulit ardor:
Nec gemat exuſtas igne furente domos.
Non potuit pietas flamma ceſſante probari.
Emtum eſt ingenti clade perenne decus.

35. *Pater adfuit aether*] Legebam olim *patri*. ſed vix opus. ex Lucretii primo haec depromta:

Poſtremo pereunt imbres, tibi eos pater aether
In gremium matris terrai praecipitavit.

quae & Virgilius reſpexit 11. Georg. 325.

Tum pater omnipotens foecundis imbribus aether
Conjugis in gremium laetae deſcendit. Heins.

37. *Lacones*] *Laconas* cum ſcriptis. Heins. Ita & Ald. qui & *motus*, & mox, *illuſtrans gloria*, ut & Junt. & Iſingr.

41. *Fortis Anapi*] *Anape* Gyraldinus & ſec. Vatic. Valerio certe Maximo Lib. v. *Anapus* eſt. Sic & Siciliae fluvius *Anapus* in antiquiſſimis membranis *Anapis* nonnumquam appellatur. Strabo Ἀνάπιν alterum ex piis fratribus vocat. ut & Conon apud Photium in Bibliotheca. Solino quoque *Anapias* eſt. ſed in veterrimo codice Epigrammatum Graecorum, qui Palatinae olim Bibliothecae erat, nunc eſt Vaticanae, lemma tale exſtat: Ἐν δὲ τῷ δικάτῳ ἰβδόμῳ Ἀνάπιν καὶ Ἀμφινόμῳ οἱ ἐκπαγλότατοι ἐκ κατὰ Σικελίαν ποταμοὶ διὰ τὸ σεμνὸς, ἀνδρὶ ἑκάτερον, ἢ τοὺς ἑαυτῶν γονεῖς ἀκτάσαντες ἔσωσαν. & in margine adſcriptum: ᾠδὴ Ἀνάπιος καὶ Ἀμφινόμου τῶν Σικελιωτῶν. ζήτει τὸ λεῖπον ἐπίγραμμα. Epigramma ipſum deſiderabatur, quod tabulae horum fratrum erat ſubſcriptum Cyzici in templo Apolloniados Eumeni & Attali Regum matris. Aelianus in Variis, Φιλοπάτωρ καὶ Καλλίας vocat, etiam apud Stobaeum. Heins. *Onapi* Parm. Junt. Iſingr. Gryph. Colin. *cur non ſit fortis* Wolf.

42. *Dicavit honos*] *dicabit* vel *dicarit* malo. Heins. *dicabit* Ald.

45. *Devius ardor*] *error* Gudiana excerpta. Heins.

47. *Non potuit*] *num* Iſingr. Colin. Gryph. Pulm. *nun* Parm.

EPIGRAMMATA.

De Mulabus Gallicis. I.

ADſpice morigeras Rhodani torrentis alumnas
Imperio nexas, imperioque vagas,
Diſſona quam varios flectant ad murmura curſus,
Et certas adeant, voce regente, vias.
Quamvis quaeque ſibi longis diſcurrat habenis,
Et pateant duro libera colla jugo.
Ceu conſtricta tamen ſervit, patiensque laborum
Barbaricos docili concipit aure ſonos.
Abſentis longinqua valent praecepta magiſtri,
Frenorumque vicem lingua virilis agit.
Haec procul anguſtat ſparſas, ſpargitque coactas,
Haec ſiſtit rapidas; haec properare facit.
Laeva jubet? laevo deducunt limite greſſum.
Mutavit ſtrepitum? dexteriora petunt.
Nec vinclis famulae, nec libertate feroces,
Exutae laqueis, ſub ditione tamen.

Con-

Ep. I. de Mulabus Gallicis] Mulis uſi ſunt Romani. Exſtat vetus numiſma, ubi carpentum aut eſſedum a duabus mulabus trahitur, cum hac inſcriptione S. P. Q. R. DIVAE JULIAE AUGUSTI FILIAE. Illa vero adoptata fuit ab Auguſto, ut eſſet mariti filia, ut obiter dicam. CLAVER. Satyricum eſſe hoc Epigramma ſatis patet ex Ennodii Epigrammate CXXIV. quod huic opponitur. primus Vaticanus inſcribit, *de Mulabus Gallis*. HEINS.

1. *Rhodani*] Hoc flumen ab exteris nobilitatum fuit, unde B. Ambroſius deſcribens ſubitum Gratiani & Valentiniani obitum, eleganter dixit: *Rapidiora utriusque vitae fuere curricula, quam Rhodani ſunt fluenta*. CLAVER.

2. *Vagas*] *negas* Voſſ.

3. *Ad murmura curſus*] *munera* Lucenſ. & Gyrald. alii *moenia*, & *numina*. nil mutandum. HEINS.

5. *Nullis diſcurrat habenis*] Primus Vaticanus & quinque alii cum Gudianis ſchedis, *longis*. quod ſequor. HEINS.

7. *Patiensque laborum*] *luporum*, pro *lupatorum*, puto, pro *ferris* cod. Rottendorph. *ferum*. Forte, *conſtricta frenis*. ſed & vulgatum commode ſe habet. ſic *vinclis famulas* poſt vocabit. HEINS. *laborum* non movendum. nam liberae frenis, multo magis lupatis, mulae, ſola voce regebantur. *ferum* Wolf. a m. prim. *ferro* a ſec. BURM.

9. *Abſentis*] Male Raphelengius *abſenti*. pro *longinqua* primus Vatic. & excerpta Gudii, *Abſentis doctique valent*. mox *vicem* pro *vices* ſcripti, praeter prim. Vatic. HEINS.

12. *Haec ſiſtit rapidas, haec properare facit*] *Haec properas refidas*, Barthius, invitis membranis, & me nolente. HEINS.

13. *Laevo deducunt ordine currum*] *limite greſſum* Raphelengius cum Iſingrini codice & Claverii editione. *limite currum* plerique noſtri. duo tamen Medicei *ordine greſſum* cum editione Parmenſi, primo Vaticano & Palatino. unus *limite curſum*. HEINS. & ita Wolf. MS. Pulm. & Ald.

15. *Nec vinclis*] Hi ſex reliqui verſus aberant ab uno veteri codice, eosque in ſuo excuſo pene delevit Cujacius, ſed in altero erant integri. CLAVER.

17.

Digitized by Google

Conſenſuque pares, ſed fulvis pellibus hirtae
Eſſeda concordes multiſonora trahunt.
Miraris, ſi voce feras pacaverit Orpheus,
Quum pronas pecudes Gallica verba regant?

De Sene Veronensi, qui suburbium numquam egressus est. II.

Felix, qui patriis aevum tranſegit in agris,
Ipſa domus puerum quem videt, ipſa ſenem:
Qui baculo nitens, in qua reptavit arena,
Unius numerat ſecula longa caſae.
Illum non vario traxit Fortuna tumultu,
Nec bibit ignotas mobilis hoſpes aquas.
Non freta mercator tremuit, non claſſica miles:
Non rauci lites pertulit ille fori.
Indocilis rerum, vicinae neſcius urbis,
Adſpectu fruitur liberiore poli.

Fru-

17. *Sed fulvis*] *& fulvis* Voſſ. edd. Parm. Ald. Junt. Iſingr. & aliae.

18. *Multi ſonora*] In veteri codice haec dictio erat quaſi obliterata, ita ut *menti ſonora* potius legiſſes, unde conjeci, *Eſſeda concordi mente ſonora trahunt*. nam apud Horatium dicitur, *iniquae mentis aſellus*. Sed nihil ſtatuo. Quibusdam ſane *multiſonora* diſplicuit. at Servius in Centimetro citat hunc Rhopalicum: *Rem tibi conceſſi doctiſſime dulciſonem*. Catullus dixit, *fluentiſonum littus*. Varro, *multicavatum*. Plinius, *multipartitum*, totidem nec levioribus ſyllabis. Clavea.

Ep. II. De Sene &c.] Alii, *De Senatore*. Gyrald. & Lucenſ. *De Senatore Veronenſi, qui ſuburbium numquam egreſſus eſt* quomodo & Puteanea Excerpta, niſi quod *De Sene* in iis. primus Vaticanus & Oiſelianus: *Epigramma de Sene, qui juxta Veronam conſiſtens, nec civitatem norat, nec villam unquam egreſſus eſt*. In Palatino: *De ſene, qui villa ſua, quam juxta Veronam habuit, numquam egreſſus eſt*. Heins.

1. *Felix, qui propriis*] *patriis* lege cum ſcriptis plerisque, Aldo, & Barthio. Lucenſ. opt. Ambroſ. & quinque alii cum Aldo *agris*, non *arvis*. ut apud Horat.

Gaudentem patrios findere ſarculo Agros.

Seneca Hercule Oetaeo: *patriique ſedens ales in agro.* Ovid. Lib. XIV. Met. 476.

——— *patriis ſed rurſus ab agris Pellor.*

Propertius III. Eleg. 7.

Quod ſi cessantes patrios bove verteret agros.

ita ſcribe, non *patrio bove*, ex illo Horatiano Epod. II.

Paterna rura bubus exercet ſuis.

arvis tamen in primo Vaticano, aliisque nonnullis, quomodo Lib. I. in Rufin. 140.

——— ——— *juventas*
Conſumis florem patriis inglorius arvis.

Statius Theb. II. 726. *at ſi patriis Parthaonis arvis Inſeraſ*. Virgil. VII. Aen. 733. *patriis ſed non & filius arvis Contemnus*. Seneca Medea:

——— *ſua quisque piger litora tangens*
Patriique ſenex fabus in arvo.

ita illic veterrimus liber Mediceus. Auſonius Ludo ſeptem Sapientum, ubi Solon:

——— ——— *invenit Aglaum*
Fines qui agelli parvi numquam exceſſerat.

ita videtur ſcribendum, non *propriis*. quamquam Valerius Maximus Libro VII. cap. I. de hoc ipſo Aglao: *fines agelli ſui numquam exceſſerat*. Scholiaſtes Juvenalis Sat. XIV. 138. *Aglaus Arcas, qui numquam patrium agellum exceſſerat*. Solinus cap. I. *Solum certe beatum Coelius Aglaum judicavit, qui in anguſtiſſimo Arcadiae angulo pauperis ſui dominus, numquam egreſſus paterni ceſpitis terminos invenitur.* Heins. *patriis agris* Wolf.

4. *Unius numerat*] Buſſid. *& enumerat*. Lege, *enumerat*. mox pro *varie tumultu* poſſit & *tuto* legi. Heins. *varie trufit* Voſſ. 2 m. prim. pro *traxit*, *tranſit* Wolf. & pro *mobilis*, *mobilit* duo Voſſ. & Oxon.

7. *Non freta mercator timuit*] *tremuit* Aldus & nonnulli ſcripti. quo de verbo vid. II. in Rufin. 125. *nec* utroque loco ſchedae Gudianae. Heins.

II.

Digitized by Google

Frugibus alternis, non Conſule, conputat annum:
Autumnum pomis, ver ſibi flore notat.
Idem condit ager Soles, idemque reducit:
Metiturque ſuo ruſticus orbe diem.
Ingentem meminit parvo qui germine quercum,
Aequaevumque videt conſenuiſſe nemus.
Proxima cui nigris Verona remotior Indis,
Benacumque putat litora rubra lacum.
Sed tamen indomitae vires, firmisque lacertis
Aetas robuſtum tertia cernit avum.
Erret, & extremos alter ſcrutetur Hiberos.
Plus habet hic vitae, plus habet ille viae.

De Apro et Leone. III.

Torvus aper, fulvusque leo coïere ſuperbis
Viribus; hic ſaeta ſaevior, ille juba.
Hunc Mars, hunc Cybele laudat, dominatur uterque
Montibus. Herculeus ſudor uterque fuit.

Descriptio armenti. Fragmentum. IV.

Non tales quondam ſpecies tulit armentorum
Tellus tergemino ſubdita Geryoni.
Non tales, Clitumne, lavas in gurgite tauros,
Tarpejo referunt quos pia vota Jovi.

5. Non

11. *Alternis*] Neſcio an ſtudio, an vitio, in notis Barthii *aeternis*, ſed in textu *alternis*.

15. *Gramine quercum*] *germine* cum membranis integrioribus bene Raphelengius, diſſentiente licet Barthio. Heins. *meium* pro *meminit* Parm. *gramine* Wolf. deinde, *aequaevum videt* Junt.

18. *Benacumque*] *Benarumque p. l. v. latum* Wolf.

19. *Firmisque*] *summisque* Voſſ. & Wolf.

20. *Aetas robuſtum tertia*] Hic locus notatu dignus eſt; magna enim fuit ſemper & eſt hodie de aetatibus controverſia; nam, ut ſacra omittam, multi fidem non adhibent Poëtis, qui Neſtora trium ſeculorum fuiſſe tradiderint, unde Auſonius in Panegyr. *Melleo delibutus eloquio jam tertiae Neſtor aetatis.* Senectutis vero incipientis, non impletae, tempus definiendum centeo ad ſeptimum ſeptenarium, qui annos continet 49. ex Solone, apud quem hic verſus: Ἑπτά δὲ τοῦ κύκλου γλῶσσαι ἐν ἑβδομάτοις μιχθ' ἁρμοῖ. quod ſpatium ſi quis ter emenſus fuerit, videbitur tres aetates compleviſſe, id eſt annum 147. niſi quis malit tertiam aetatem ſolum pro inchoata haberi, tantum ut ultra centum & viginti annos procedat. ea forte ratione τριγήρων πόλος Anth. 1. quod tertio ſexagenarium attingat, vel inchoet. vide B. Irenaeum de Aetatibus Chriſti, ubi etiam ait juvenem a 40. aut 50. declinare in aetatem ſeniorem. Claver.

2. *Hic ſetis*] *ſeta* membranae praeter prim. Vaticanum. mox pro *uterque* perperam ex veteri libro Claverius *utrique*. verſu primo Barthius, *colere ſuperbi Viribus*, non *ſuperbis*. qui & finem epigrammati deeſſe arbitratur. Heins. *ſetas* Wolf.

3. *Herculeus*] Catullus:

Herculeus labor eſt, & ille
Quos dicit fama labores Herculis. Claver.

4. *Utrique*] Ita vetus liber. alii *uterque*. quod non plane rejicio. Claver.

3. *Clitumne*] Vide Plinii Secundi Epiſtolam, ubi agit de victimis. Claver.

5. *Non*

Digitized by Google

5. Non talis Tyrias ſparſiſſe juvencus arenas
Dicitur, optatum quando revexit onus.
Non Cretaeus ager, nec amati conſcia tauri
Gnoſos, nec ſimiles paverit Ida feras.
Ipſe & diſpariles monſtro conmiſſus in artus,
10. Qui crimen matris prodidit ore novo,
Cres puer haud talem potuiſſet reddere formam,
Praeſtarent totum ſi fera membra patrem.

CONCHA SERENAE. V.

Transferat huc liquidos fontes Heliconia Naïs,
Et patulo conchae divitis orbe fluat.
Namque latex, doctae qui laverit ora Serenae,
Ultra Pegaſeas numen habebit aquas.

DE CRYSTALLO, CUI AQUA INERAT. VI.

Poſſedit glacies naturae ſigna prioris:
Et fit parte lapis, frigora parte negat.

Sol-

5. *Non tales*] *talis* cum ſcriptis, atque ita Barthius quoque. verſu ſecundo malim, *tergemino Geryonae*, quam *Geryoni*. ſic enim loquebantur veteres. apud Maronem Lib. VIII. 202. in optimis membranis, *Tergemini nece Geryonae*. HEINS. vid. I. in Rufin. 494.

7. *ager, nec amati*] *ager aurati* Voſſ. & mox, *Gnoſas* Idem, & edd. Parm. Ald. & aliae.

8. *Similes paverit Ida feras*] *feras* Rottendorphii codex, & Palatinus cum Oiſeliano. rectius. de quo ad Naſonem. monuit & Barthius. HEINS.

9. *Monſtro diffuſus in artus*] Sic Raphelengius, vulgo *diffuſus*. unus ex noſtris, *confuſus*. reliqui, *conmiſſus*. optime. Epithal. Honor. 147. *Qua Priſtis conmiſſa viro*. Manilius Lib. I.

——— *duplici Centaurus imagine fulget,*
Pars hominis, tergo pectus conmiſſus equino.

Lib. II. de eodem Centauro: *Quoi conmiſſus homo eſt*. ut bene legit Scaliger. Germanicus Caeſar Arateis:

Sunt etiam flammis conmiſſi immania membra
Centauri.

male vulgo, *commiſſa*. ſic & *equos hominibus implexos* Centauros Minucius Felix Octavio. Auſonius:

Scylla triplex, conmiſſa tribus, cane, virgine, piſce.

Virgil. III. Aen. 458.

Delphinum caudas utero conmiſſa luporum.

deprehendit Barthius veram ſcripturam ex Palatino. HEINS. *conmiſſus* etiam Wolf. vide ad Ovid. IV. Met. 369. & I. Rapt. 240.

10. *Prodidit*] vetus lectio, in aliis, *condidit*. CLAVER. confirmant Lucenſ. & Lovan. miror pro vulgata ſcriptura digladiari Barthium. HEINS.

12. *Praeſtarent*] Sic habuit liber vetus. optime meo judicio. alii etiam excuſi, *Portaſſent*. CLAVER. Lege. *Praeſtarent* cum Claverii codice. HEINS.

V. DE CONCHA] Aliter accipit Cujacius, quam quis exiſtimet, ut notavit in ora codicis ſui, nempe pro cratere fontis. quod hic verum eſt. apud Horat. *concha ſalis puri*. Juvenal. *bibitur concha*. CLAVER. *De Creta* Voſſ.

2. *Orbe*] *ore* cod. Mediol. & mox, *doctae liquaverit* Idem, & Voſſ. a m. prim. & Wolf. m mox, *nomen* pro *numen*.

VI. DE CRYSTALLO] Polita ſane ſunt, & lucida haec de Cryſtallo Epigrammata, in quibus ſe ipſum imitatur Poëta, cujus primitiae Muſis Atticis dicatae ſunt, ut ipſe infra declarabit. Exſtant vero in Anthologia Graeca Epigrammata Claudiani, unde hoc diſtichon attulimus, a nobis converſum, quod videtur voluiſſe exprimere: Κλαυδιανοῦ εἰς Κρύσταλλον ἐντὸς ὕδωρ ἔχοντα, *In Cryſtallum aquoſam*, ut Propertius loquitur:

Εἰπ' ἀγέ μοι, Κρύσταλλε, λίθῳ πεπυκάσμενον ὕδωρ
Τίς σᾶξεν; Βορέης. ἢ τίς ἔλυσε; Νότος.

Quis lapidi cognate latex te ſtringere quivit
Parte tui? Boreas. quis ſoluiſſe? Notus.

Digitized by Google

Sollers lusit hiems, inperfectoque rigore
Nobilior vivis gemma tumescit aquis.

ALITER. VII.

Nymphae, quae tegitis cognato carcere Nymphas,
Et quae nunc estis, quaeque fuistis aquae,
Quod vos ingenium junxit? qua frigoris arte
Torpuit, & maduit prodigiosa silex?
Quis tepor incluſus securas vindicat undas?
Interior glacies quo liquefacta Noto?
Gemma quibus claustris arcano mobilis aestu
Vel concreta fuit, vel resoluta gelu?

Scias vero in veteri & optimo Claudiani codice septem esse de Crystallo Epigrammata, hactenus indivisa, ut apud Ausonium de Sylvio. CLAVER. *De Crystallo lapide, in quo ingelata latebat aqua* Lucensis & primus Vaticanus. Claverius & Raphelengius recte hoc carmen in septem epigrammata divisserunt. id confirmat primus Vaticanus, qui distinguit manifeste epigrammata, interjecto singulis, *Aliter*. HEINS.

Possedit] *Assedit* cod. Mediol. *figna pudoris* Junian.

2. *Quae fit*] *Et fit* scripti, praeter tertium Vaticanum & Rottendorphum. HEINS. *Et fit* Wolf.

3. *Lusit*] *risit* Jun.

4. *Nobilior mistis*] Ita vetus liber, cum alii imperite: *Nobilior, mitis gemma tumescit aquis*. CLAVER. *mixtis* Claverius ex veteri libro & Raphelengius. nostri omnes, excepto uno *mitis* praeferente, *vivis*. ut infra in iisdem scriptis:

Et refluas ducunt pocula viva finus.

HEINS. *tumescat* cod. Barth. *nobilior vivis* Wolf. a m. prim. *nitidis* a sec.

VII. *Nymphae*] Ita vetus liber, mihique videtur satis venustum, quia sequens versus non repugnat. alias, *Lymphae*. atque hoc Epigrammate exprimit, quantum potest, sua Graeca. CLAVER. *Nymphae* & *Nymphas* alii, ut ex veteri libro Claverius & Raphelengius. sic infra:

Vidi perspicuo deprensas marmore Nymphas,

ubi tamen *lymphas* scripti. pro *corpore* unus Moreti *pectore*. duo Medicei, & unus Ambrosianus cum Palatino, *carcere*. eleganter. confirmat primus Vaticanus. in Gudii schedis, *carcere Nymphas*. HEINS.

3. *Quod vos ingenium junxit*] Scaliger, *vinxit*, & sic tres Florentini cum Hasniensi chartaceo. potest nihilominus & vulgata lectio admitti. Martialis de vipera crystallo inclusa:

Concreta riguit vincto repente gelu.

Priap. LXIII.

Rigetque duro barba vincta crystallo.

sic lego. Ovid. III. Pont. Eleg. I. *Tu glacie frena vincta tenes*. & Lib. II. El. II.

Terraque pacis inops, undique vincta gelu.

Horat.

Hebrusque nivali compede vinctus.

Petronius de Bello civili:

Prima quidem glacies, & cana vincta pruina
Non pugnavit humus.

sic lego, quod sequentia confirmant, ubi *nimbos ligatos*, & *undarum vincula* habes, & *vincta flumina*. noster Lib. I. in Rufin.

Sed postquam viguisse dapes, fulvamque revinctos
In glaciem vidis latices.

Paulinus Carmine Sapphico ad Nicetam *alligare* dixit:

Quaque Riphaeis Boreas in oris
Alligat densis fluvios pruinis.

Rutilius Lib. I. Itiner.

Vincta fluenta gelu conspecto sole rigescunt.

In hoc tamen Claudiani loco τὸ *junxit* magis arridet. HEINS. vide Heins. ad Ovid. III. Trist. X. 25. mox Epigr. X. *quod flumina vinxit* ex Heinsii emendatione. BURM.

5. *Securas vindicat undas*] Forte *secretas*. quamquam & vulgatum commode potest ferri. HEINS.

6. *liquefacta*] *labefacta* Wolf.

7. *Arcano*] *arcana* Ald. & Colin. *nobilis aestu* Voss.

8. *Vel concreta fuit, vel resoluta gelu*] Acutius reddideris Epigramma, si scribas:

Vel concreta fluit, vel resoluta gelu est? HEINS.

VIII. *Se-*

Digitized by Google

ALITER. VIII.

Solibus indomitum glacies Alpina rigorem
Sumebat nimio jam pretioſa gelu.
Nec potuit toto mentiri corpore gemmam:
Sed medio manſit proditor orbe latex.
Auctus honos; liquidi creſcunt miracula ſaxi;
Et conſervatae plus meruiſtis aquae.

ALITER. IX.

Adſpice porrectam ſplendenti fragmine venam,
Qua trahitur limes lucidiore gelu.
Hic nullum Borean, nec brumam ſentit opacus
Humor, ſed varias itque reditque vias.
Non illum conſtrinxit hiems, non Sirius ardens:
Aetatis ſpatium non tenuabit edax.

ALITER. X.

Clauditur inmunis convexo tegmine rivus,
Duratisque vagus fons operitur aquis.
Nonne vides, propriis ut ſpumet gemma lacunis,

Et

VIII. *Solibus*] Ergo in Alpibus Cryſtallum reperitur. CLAVER.

5. *Auctus honor*] Neſcio quid ſimile eſt apud Martialem de formica electro incluſa:

Sic modo quae fuerat vita contenta relicta,
Funeribus falta eſt jam pretioſa ſuis.

CLAVER. *Auctus honor* Oxon.

IX. *Adſpice*] Sic incipit IV. Epigramma. At in altero codice, quod & notavit Cujacius, ante hoc fuit ſequens epigramma, cujus initium eſt, *Marmoreum ne ſperne globum.* CLAVER.

Correptam] Unus liber, *correctam.* primus Vaticanus & Ambroſianus *porrectam.* non male. pro *fragmine* duo Medicei, *ſanguine.* ut & Palatinus. at Hafnienſis & Buſlidius *flamine.* Fuit cum legerem, *conſeptam ſplendenti tegmine venam.* mox, *Borean* primus Vaticanus. Barthius, *ſplendenti fornice*, vel *margine.* poſſis & *Hinc nullum.* HEINS. *correctam* Wolf. am. prim. *correptam* Barth.

4. *Varias*] *vanas* Wolf.

5. *Conſtrinxit hiems*] Κεράννυσθαι dici videtur ἀπὸ τῶν στιβάδων ὑπὸ κρύους. inde Plinius: *Cryſtallum*, ait, *fieri vehementiore gelu concreto, nec alibi reperiri, quam ubi maxime bybernas nives rigent.* CLAVER.

Non Sirius axis] *ardens* primus Vaticanus & ſex alii cum Gudianis excerptis. noſter Lib. I. in Ruſin. 241.

——— *non illum Sirius ardens*
Brumave Riphaeo ſtridens Aquilone retardat.

Siris fidens infra Idyllio de Hercule. & *Sirius vapor* Prudentio Cathem. Hymno XII. *Sirius ardor* apud Maronem & Columellam in Horto occurrit. ſic Heſiodo in Ἔργ. II. Σείριος ἀστὴρ. & quidem pro Sole. ut illic interpretes exponunt. apud eumdem Maronem IV. Georg. 425. *fitientes Sirius Indos Ardebat.* unde fit, ut pro *axis*, *arſit* opiner ſcribi debere in hoc Claudiani loco, ut τὸ *arſit* opponatur τῷ *conſtrinxit*, HEINS. Graevius Lect. Heſiod. cap. X. legebat *Sirius acris.*

6. *Non tenuavit*] *tenuabit* omnino legendum, quomodo Barthius quoque curis ſecundis. HEINS.

X. *Clauditur*] Quinti epigrammatis initium. CLAVER.

2. *Aquis*] *aquae* Voſſ. Hoc diſtichon Barthius adjecit praecedenti epigrammati.

3. *Nonne vides propriis*] Scribe, *properis.* ſic & *mobilem gemmam* vocavit. proximo verſu malim, *Ut refluos ducam.* Barthius ex Palatino codice:

Nonne vides, propriis cum ſpumet gemma lacunis,
Ut refluos ducant pocula vitea ſinus.

Et refluos ducant pocula viva ſinus?
Udaque pingatur radiis obſtantibus Iris,
Secretas hiemes ſollicitante die?
Mira ſilex, mirusque latex, qui flumina vincit,
Nec lapis eſt merito, quod fluit, & lapis eſt.

ALITER. XI.

Dum cryſtalla puer contingere lubrica gaudet,
Et gelidum tenero pollice verſat onus;
Vidit perſpicuo deprenſas marmore Numphas,
Dura quibus ſolis parce novit hiems:
Et ſuccum relegens labris ſitientibus orbem,
Inrita quaeſitis oſcula figit aquis.

ALITER XII.

Marmoreum ne ſperne globum. ſpectacula tranſit
Regia, nec rubro vilior iſte mari.
Informis glacies, ſaxum rude, nulla figurae
Gratia: ſed raras inter habetur opes.

ETI

ſed nihil opus iſta mutatione. praeſertim ceteris codicibus in contraria euntibus, ſi *properis* ſupponatur τῷ *propriis*. HEINS.

4. *Pocula bina finus*] *vina* ex ſcriptis. paulo ante monui. HEINS. ita Wolf. *pocula nulla* Voſſ. & ed. Ald. *pocula vina* Oxon. & ed. Parm. *bina* Iſingr. Colin. Gryph. Raphel.

8. *Et lapis eſt*] Hunc verſum ita exhibet MS. *Et lapis eſt merito quod fluit, eſtque filex.*
Delrius putavit legendum:
Eſtque latex merito, quod fluit & lapis eſt.
Ego, ut verum fatear, hic aliquid gratiae deſidero, vixque eſt, ut Claudianus ita ſcripſerit. CLAVER. *Qui flumina vincit, Nec lapis eſt merito*, Raphelengii conjectura eſt. *Et lapis* cum Aldo ſcripti fere omnes. duo, *Et lapides merito*. primus Vaticanus, *& flumina vincit, Sed lapides*. locus corruptus. *Eſtque filex* Claverii liber. *Et lapides merito* Palatinus. Pulmannus codici ſuo adſcripſit, *Eſtque latex merito*. neſcio an ex conjectura: nam Belgicum codicem, quo ille uſus, quod opinatur Barthius ſic exhibuiſſe, fruſtra eſt. nec conjectura ejus mihi arridet. Forte:

Mira filex, mirusque latex! quod flumina vincit,
Fert lapidis merito. quod fluit, eſt latitis.

HEINS. *& liquor eſt* Wolf.

XI. *Dum cryſtalla*] In hanc rem Martialis (Lib. XIV. III.)

Frangere dum metuis, frangis cryſtallina, peccas
Securae nimium, ſollicitaque manus.

hoc vero eſt Epigramma ſubtiliſſimum, unde colligo fuiſſe vas aquarium, nulla tamen arte elaboratum, unde cum puer ebibiſſet, ratus aquam in fundo reſiduam, nihilominus poculum ſuxit, atque ita deluſus eſt. vide Auſonium in Bucculam Myronis. Epigr. LVIII. CLAVER. *Cryſtalla lucida* primus Vaticanus. Puto *lucida*. quamquam nil temere mutandum. mox verſu tertio vulgatum *Nymphas* non movendum loco ſatis evincunt, quae de oſculis ſequuntur. quamquam ſcripti potiores, *lympbas*. verſu ultimo Epigr. XII. quod ſollicitavit illa Barthius, *ſed raras inter habetur opes*, injurius eſt, cum ſcripti omnes pro *receptа* lectione ſtent, ut audiendus non ſit Palatinus omnium recentiſſimus ac mendoſiſſimus, quamquam ſubinde ſcripturas caſtigatiores referat, ſed raro. HEINS.

3. *Perſpicuo*] *proſpicuo* cod. Barth. Oxon. *deprenſo marmore mentis* cod. Med. *depreſſas* Wolf. *mentis* etiam Voſſ. mox vs. 6. pro *figit*, *fixit* cod. Barth.

XII. *Marmoreum*] Plus miraculi ſane fuit in re nativa, quamlibet informi, quam in arte ipſa. ſic Propertius: *Littera nativis pellucent picta lapillis*. vide eadem fere de Magnete ſupra. CLAVER. Hi verſus in primo Vaticano ſupra legebantur poſt *Auctus bonas*. Graeca quae ſequuntur ex Anthologia depromſit Raphelengius. Cetera ex Vaticano Anthologiae Graecae codice deſcripta mecum communicavit Vir Cl. Leo Allatius. HEINS.

Ne ſperne] *nec* Ald. Iſingr. Col. Gryph.

4. *Gratia ſed raras*] *Gratia ſex ores inter habetur opes*. cod. Barth. unde ille faciebat, *Gratia ſexta omnes i. h. o.*

Digitized by Google

ΕΤΙ ΠΕΡΙ ΑΥΤΟΥ. XIII.

Χιονέη κρύσταλλος ὑπ' αἐρος ἀσκηθεῖσα
Δεῖξεν ἀκηρασίοιο παναίολον εἰκόνα κόσμου
Οὐρανὸν ἀγκὰς ἔχοντα βαρύκτυπον ἔνδοθι πόντον.

ΕΤΙ ΠΕΡΙ ΑΥΤΟΥ. XIV.

Εἰπ' ἄγε μοι κρύσταλλε, λίθῳ πεπυκασμένον ὕδωρ,
Τίς πῆξεν; Βορέης. ἢ τίς ἔλυσε; Νότος.

ALIUD. XV.

Ἰλαθί μοί, Φίλε φοῖβε, σὺ γὰρ θοὰ τόξα τιταίνων
Ἐβλήθης ἐπ' ἔρωτος ὑπ' ὠκυπόροισιν οἴστροις.

ΕΙΣ ΜΙΜΑΔΑ ΓΗΡΑΣΑΣΑΝ. XVI.

Μαχλὰς ἰυκροτάλοισιν ἀνευάζουσα χορείας,
Δίζυγα παλλομένοισι τινάγμασι χαλκὸν ἀράσσει,
Τῆς μὲν ὑποκλέπτων πολιὴν τρίχα γείτονα μοίρης,
Ἡλικάτοις ἀκτῖσι χαράσσεται ὄμματος αὐγή.
Ψευδομένων δ' ἐρύθημα καθέγραφεν ἄχρους ἀοιδῶς,
Ἀγλαΐῃ σέψασα νόθῃ κεκαλυμμένα μῆλα.

ΕΙΣ ΔΟΥΛΟΝ ΤΥΠΤΗΘΕΝΤΑ ΠΑΡ' ΑΥΤΟΥ. XVII.

Ἕδρῃ χαλκεόπιζαν ἐπὶ προθύροις ἑλικῶπος
Ἕστηκεν θεράπων τις ὑπὲρ τούτοιο μεμαρπώς,
Οὐδ' ἔθελε μογέοντι πορεῖν ἐπιβάθρον ἀοιδάς.
Τοὔνεκά μευ θώρηξεν ἰὸν πολύμητις ἀνάγκη.

XVI. Μαχλὰς ἰυκροτάλοισιν &c.] vide Jac. Gronov. ad Arrian. Lib. v. de Exp. Alex. cap. 2.

Digitized by Google

IN SPHAERAM ARCHIMEDIS. XVIII.

Jupiter in parvo quum cerneret aethera vitro,
Risit, & ad Superos talia dicta dedit:
Huccine mortalis progressa potentia curae?
Jam meus in fragili luditur orbe labor.
Jura poli, rerumque fidem, legesque Deorum,
Ecce Syracosius transtulit arte senex.
Inclusus variis famulatur spiritus astris,
Et vivum certis motibus urguet opus.
Percurrit proprium mentitus Signifer annum,
Et simulata novo Cynthia mense redit.
Jamque suum volvens audax industria mundum,
Gaudet, & humana sidera mente regit.
Quid falso insontem tonitru Salmonea miror?
Aemula naturae parva reperta manus.

DE POLYCASTE ET PERDICCA. XIX.

Quid non saevus Amor flammarum numine cogat?
Sanguinis adfectu mater amare timet.

Pe-

XVIII.] De hac Sphaera procul dubio Ovidius VI. Fast. 277.

Arte Syracusia suspensus in aëre clauso
Stat globus, immensi parva figura poli.

credo enim hoc miraculum Romae fuisse adservatum. CLAVER.

2. *Dedit*] *refert* Wolf.

4. *Orbe*] *ore* Mediol.

5. *Legesque Deorum*] Sic vetus codex. alii fere omnes, *legesque virorum*, non male. Caeterum *jus* latius patet, quam *lex*. nam & ad non scripta extenditur. supra dixit, *praescriptos mari fines*. CLAVER. Alii, *legemque*. Aldus & tres ex nostris, *legesque Deorum*. quomodo & Claverius, atque illum secutus Raphelengius, probante Barthio. posset nihilominus & scribi, *legemque dierum*, cum in schedis Gudianis *legemque Deorum* inveniamus. quamvis apud Plinium de Mathematicis: *Viri ingentes supraque mortalium naturam tantorum numinum lege. deprensa* & *Dii* pro astris sideribusque apud Poëtas non raro occurrant. mox, *Syracosius senex*. nam *Syracusius* peccat in metrum. HEINS. vide ad Valer. Flacc. VII. 390. *legemque virorum* Parm. Junt. Isingr. Colin. *legesque Deorum* Wolf.

9. *Proprium annum*] an *properum*? HEINS. *mentitur* Parm. Junt. Colin. Gryph. Isingr. & in margine, *mutitur*. *varium annum* citat Dempster. ad I. in Rufin. 364.

12. *Regit*] *redit* Oxon. Voss. & ed. Parm.

14. *Quid falso insontem*] *en sontem* opinor, nam cur insons Salmoneus? praesertim qui patrios Elidis agros exureret? HEINS. *qui fasso* Parm. *Salmonea* Voss.

XIX. Hic titulus aliter concipitur in codice veteri, & in Indice. nempe: *De Polycaste & Perdice*. Ego *Perdiccam* pueri formosi nomen esse arbitror, & *Polycesta* pro *Polycaste* legerim libens ex veteri codice. quae dictio Graeca significet mulierem picturа acus excellentem. CLAVER. *De Polycaste & Perdicca* meliores libri. *Perdicca* mendose pro *Perdice*. illustravit fabulam ex Fulgentio Barthius. adeantur annotata Thomae Munckeri ad ejusdem Fulgentii Mytholog. Lib. III. 1. cap. 2. HEINS.

1. *Numine*] *Flammarum numen* aeque bene dici autumo, atque *numen aquae* Juvenali, idque propter Amorem, qui Deus fingitur. alias, *munere cogit*. CLAVER. pro *munere cogit*, e MS. Claverius. *numine cogat* ut & Gyraldinus, & alii melioris notae. *nomine* Rottend. pro vulgata scriptura stat Barthius. Possis, *flammatum numine cogat*? sic *amore flammatus*, & *flammatus pudore* apud Valer. Flacc. Seneca Troasin, *jamne flammatum geris amore subito pectus*? Martialis illa respexit

Lib.

Digitized by Google

Pectore dum niveo puerum tenet anxia nutrix,
Inlicitos ignes jam fovet ipsa parens.
Ultrices pharetras tandem depone, Cupido.
Consule jam Venerem; forsan & ipsa dolet.

De Zona equi regii missa Honorio Aug. a Serena. XX.

Accipe parva tuae, Princeps venerande, fororis
Munera, quae manibus texuit ipsa suis.
Dumque auro phalerae, gemmis dum frena renident,
Hac uterum zona cinge frementis equi.
Sive illum Armeniis aluerunt gramina campis;
Turbidus Argaea seu nive lavit Halys;
Sanguineo virides morsu vexare zmaragdos,
Et Tyrio dignum terga rubere toro.
O quantum formae sibi conscius erigit armos,
Spargit & excussis collo superba jugis!
Augescit brevitas doni pietate Serenae,
Quae volucres etiam fratribus ornat equos.

De

Lib. v. Ep. 49. *Quid non cogit amor?* pro *affectum, affectu* videri legendum supra monui. *sanguinis affectum* pro materno affectu ponit. nec vulgata tamen scriptura incommoda, de qua videatur hoc loco Barthius: sed nostra omnino praestat. Non enim hoc vult, matrem timuisse amare filium, sed timuisse eum amare affectu materno, cum amaret libidinose. male *amara* pro *amare* Claverius. Heins. *flammarum munere cogat* Parm. & Ald.

2. *Amara*] id est rigida. alias, *amare*. Claver.

3. *Puerum*] Ita etiam vetus liber. alias, *miserum*. Claver. *puerum* Thuaneus, & ex suo codice Claverius. nec dissentio. probatum & Barthio. Heins.

5. *Ultrices*] *Victrices* Wolf.

XX. Serena, soror adoptiva Arcadii Imp. Orientis, ei mittit zonam equo aptandam. quod pauci adverterant; nam in Indice operum Claudiani ita scriptum erat: *De phaleris equi Honorii.* neque vero misit phaleras. Claver. Lucens. *de pberis equi a Serena missis.* lege *phaleris* cum Moretano & Bononiensi. Vaticanus primus, *De zona equi regii miss. Honorio Aug. a Serena.* probe. Heins.

1. *Princeps venerande*] *memorande* scripti plerique. nil muta tamen. vi. Cons. Honor. 53.

Agnoscisne tubi, Princeps venerande, penates? Heins.

4. *Hac*] *Ac* Gryph.

6. *Turbidus*] *Turgidus* placebat Livinejo, quod & mihi olim in mentem venerat. Horat. Lib. iv. Od. xii. *nec fluvii strepunt Hiberna nive turgidi.* Heins. vide ad Ovid. ii. Fast. 206.

7. *Versare smaragdos*] Cl. Gronovius in Observat. Lib. iii. cap. 4. *vexare* legit ex illo Lucani, Lib. iv. 751. *rigidos vexantia frenos Ora terens.* quod scripti fere omnes confirmant. & vidit veram lectionem curis secundis Barthius. Silius Lib. v. 147.

Stat sonipes vexatque ferox humentia frena.

Hypsipyle de Archemoro apud Statium Lib. v. Theb. 611.

——— *modo te digressa reliqui*
Lascivum, & prono vexantem gramina cursu.

Heins. ita & Wolf. vide ad i. in Rufin. 65.

8. *Tyrio terga rubere croco*] Membranae potiores, *toro*. ut apud Catullum:

Vir tuus Tyrio in toro totus imminet tibi.

Tibullus Lib. i. Eleg. ii.

Quid Tyrio recubare toro sine amore secundo
Prodest?

torum tamen hic pro stratis tergo equi impositis sume. Nec tamen scriptura vulgata prorsus improbanda. nam & crocus in usu tingendis vestibus. Epithal. Honor. 211.

Pars infecta croco velamina lutea Serum
Pandite. Heins. *thoro* Wolf.

10. *Spargit & excussis*] Puto *Spargit* ut. admirantis est, nec uno alibi loco corrupta vocula, ut jam monuimus. Heins. *Sparsit & excussit* Wolf.

1. Sa-

De zona ab eadem missa Arcadio Aug. XXI.

Stamine reſplendens, & mira textilis arte
Balteus alipedis regia terga liget:
Quem decus Eoo fratri, pignusque propinqui
Sanguinis Heſperio miſit ab orbe ſoror.
Hoc latus adſtringi velox optaret Arion.
Hoc proprium vellet cingere Caſtor equum.

De Chlamyde et frenis. XXII.

Non ſemper clipei metuendum gentibus orbem
Dilecto ſtudioſa parens fabricabat Achilli:
Lemnia nec ſemper ſupplex ardentis adibat
Antra Dei, nato galeam factura comantem:
Sed placidos etiam cinctus, & mitia pacis
Ornamenta dabat, bello quibus ille peracto
Conſpicuus Reges inter fulgeret Achivos.
Ipſa manu chlamydes oſtro texebat & auro,
Frenaque, quae volucrem Xanthum Baliumque decerent,
Aequore quaeſitis onerabat ſedula gemmis.
At tibi diverſis, Princeps altiſſime, certant
Obſequiis ſoceri. Stilichon Mavortia confert

Mune-

XXI. De zona &c.] *Stamine reſplendens*] Novum hic epigramma incipit in primo Vaticano & editione Parmenſi. Vaticanus addit inſcriptionem: *Idem de zona miſſa ab eadem Arcadio Auguſto*, quod & nos ſequimur. a ceteris libris abeſt hoc epigramma. vs. 2. pro *ligat* Vatic. *liget*. vs. 3. *Quod decus* Gudiana excerpta. Heins.

XXII. de chlamyde et frenis] Haec inſcriptio variat in antiquis codicibus: nam alter habuit *de Chlamyde*. quod eſt veriſſimum: nam ſupra de Impp. adhuc parvulis: *ſimili Chlamys effluit aura*. Claver. Vaticanus primus *de Chlamyde & frenis*. Mediceus, *de Chlamyde*. Heins.

2. *Fabricabat*] *fabricarat* Parm. Gryph.

4. *Galeam factura comantem*] *fractura* tres Florentini & tertius Vatic. & ſane Tethys galeam non fecit, ſed Vulcanus. forte *paltura* legendum. praeceſſit tamen & *clipeum fabricabat*. pro *mitia* quatuor libri, *nuncia*. an *conſcia*? Patav. *inania*. Heins.

6. *Ille*] *ipſe* Wolf.

9. *Decerent*] *decernit* Iſingr. Colin.

10. *Onerabat ſedula gemmis*] Sic Lucenſis cum primo Vaticano. alii fere omnes, *ornabat*. quod minus placet, quia *ornamenta* praeceſſerant. ſic *onerare donis & muneribus* frequenter apud Poëtas. Heins.

12. *Obſequiis. ſocer en Stilicho*] *ſoceri Stilicho* veteres fere omnes. diſtingue *Obſequiis ſoceri. ſoceros* vocat Stilichonem & Serenam. ſic Epiſtola ad Serenam, *Inflexit ſoceros*, pro parentibus ſponſae. Statius VIII. Theb. 556.

Quamvis Cirrha domus, ſoceros nec triſtibus actis
Averſatus erat.

id eſt, Oedipum & Jocaſtam. Theb. XII. 200.

——— *nec ſurda ferae pulſabimus urbis*
Limina, ſunt illic ſoceri mihi, ſumque ſorores
Conjugis.

Barthio codex Palatinus hic impoſuit, ut mendoſiſſimam lectionem amplecteretur. apud Maronem 11. Aen. 456.

Qua ſeſe ad ſoceros ferre incomitata ſolebat
Andromache.

ad ſoceros, ad Priamum & Hecubam. Seneca Medea:

Nunc primum ſoceris ſponte volentibus
Conceſſo juvenes ludite jurgio.

Heins. *Obſequiis ſocer atque ſoror M. c. M. barbaricos Stilico R. i.* codex Barthil. *Obſequiis ſoceri* Wolf.

13.

Munera, barbaricas ſtrages, Rhenique triumphos.
Reginae contenta modum ſervare Serena,
In tua ſollicitas urguet velamina telas.

De freno, phaleris et cingulo equi Honorii a Serena missis. XXIII.

O Felix ſonipes, tanti cui frena mereri
Numinis, & ſacris licuit ſervire lupatis:
Seu tua per campos vento juba luſit Hiberos,
Seu te Cappadocum gelida ſub valle natantem
Argaeae lavere nives: ſeu laeta ſolebas
Theſſaliae rapido perſtringere paſcua curſu:
Accipe regales cultus, & crine ſuperbus
Erecto virides ſpumis perfunde zmaragdos.
Luxurient tumido gemmata monilia collo.
Nobilis auratos jam purpura veſtiat armos,
Et medium te zona liget, variata colorum
Floribus, & caſtae manibus ſudata Serenae,
Perſarum gentile decus. ſic quippe laborat
Maternis ſtudiis, nec dedignatur equeſtres
Moliri phaleras, genero latura decorem.

Deprecatio ad Alethium Quaestorem. XXIV.

Sic non Aethiopum campos aeſtate pererrem,
Nec Scythico brumam ſub Jove nudus agam:

Sic

13. *Rhenique*] *regumque* Voſſ. *regnique* Oxon. & Wolf.

15. *Urget*] In omnibus codicibus, praeter unum, ſcriptum reperi, *urgens*, quod non potui retinere. Claver. *urget* ſcripti. aliis jam viſum. Heins. *ſollicitis telis* Voſſ. & Mediol. *ſollicita tela* Oxon. *ſollicitis telas* Parm.

XXIII. De freno, phaleris &c.] *De equo dono dato* primus Vatic. & Medic. Heins. *De Equo Honorii* Parm. Junt. Iſingr. Gryph.

2. *Numinis*] *nominis* Wolf.

4. *Natantem*] *natante* Parm.

6. *Paſcua ſaltu*] *curſu* ſcripti omnes. *tranſcurrere curſu* Gudianae ſchedae. Heins. *perfringere* Voſſ. vid. 1. de laud. Stilich. 199. *curſu* Wolf.

11. *Variata colorum*] Haec ultima dictio, neſcio quo fato, deſcenderat in locum *Serenae* ſequenti verſu, quod erat valde abſonum, itaque reſtituimus utramque ex veteri libro, quod etiam firmavit Colinaeus. Claver.

XXIV. ad Alethium] Ejusdem nominis fuit Rhetor Burdig. apud Auſonium (Profeſſor. VI.) hunc Claudianus offenderat, dum verſiculos ipſius arguit. nihil enim adeo nos movet, ut ingenii gloriola. Martialis (VIII. Ep. 18.)

Aurum & opes & rura frequens donabit amicus,
Qui velit ingenio cedere, rarus erit.

Scitum eſt vero locupletes homines, & bene nummatos aut avaros non ſaepe excellere in arte poëtica. unde illud: *Si qua elegidia crudi Dictarunt proceres.* At Plinius ſecundus: *Amat ſtudia*, inquit, *ut pauperes ſolent.* Petronius: *Cultu non perinde ſpecioſus, ut facile appareret eum hac nota litteratum eſſe.* Lucillius: *Scit poëticen eſſe, videt tunica & toga quid ſit.* quae tibi hoc epigramma ſatis illuſtrant. Claver. *Deprecatio ad Alethium Quaeſtorem* Lucenſis. at primus Vaticanus: *Incipit excuſatio apud Alethium Quaeſtorem, dum objiceretur ei, quod epigram-*

Digitized by Google

Sic non imbriferam noctem ducentibus Haedis
Jönio credam turgida vela mari!
Sic non Tartareo Furiarum verbere pulſus
Irati laedam carmina grammatici:
Nulla meos traxit petulans audacia ſenſus,
Liberior juſto nec mihi lingua fuit.
Verſiculos, fateor, non cauta voce notavi,
Heu miſer ignorans quam grave crimen erat!
Orpheos alii libros inpune laceſſunt:
Nec tua ſecurum te, Maro, fama vehit.
Ipſe parens vatum, princeps Heliconis Homerus,
Judicis excepit tela fevera notae.
Sed non Virgilius, ſed non accuſat Homerus.
Neuter enim Quaeſtor, pauper uterque fuit.
En moveo plauſus, en pallidus omnia laudo:
Et clarum repeto terque quaterque ſophos.
Ignoſcat placidus tandem, flatusque remittat,
Et toto reticet quidlibet ore: placet.

In Curetium. XXV.

Fallaces vitreo ſtellas conponere mundo,
Et vaga Saturni ſidera ſaepe queri,

Ven-

ea ejus reprehendiſſet. Barthius Manlium Theodorum hoc epigrammate tangi arbitratur. eum vide pag. 1063. Heins. *Alecbium* Parm. Ald. Junt. Colin.

2. *Nec Scythico*] *Nec brumam Scythico* edd. Parm. Junt. Iſingr. Colin. Gryph. Raphel.

3. *Sic non imbriferam*] Scripti, *imbriferis*, exceptis primis Vaticano & Ambroſiano. malim, *nubem ducentibus*. Heins. *imbriferis* Wolf.

6. *Irati relegam*] *laedam* prim. Vatic. & Ambroſ. rectius. Heins.

8. *Liberior juſto*] *ſolito* ſcripti, exceptis prim. Vatic. & Ambroſ. nil mutn. Avienus fab. IX.

Liberior juſto, qui fuit ante fugax.

Heins. ſic Ovid. Epiſt. XXI. 30. *melior juſto.* ubi vide notas. VI. Met. 470. *rogabat Uterius juſto.* vide ad Vell. Paterc. II. 25. Burm.

9. *Voce notavi*] *mente* unus Ambroſ. & ſec. Vatic. proximus verſus ne adulterinus ſit, me tuo. Heins.

10. *Erat*] *erans* Barth. codex.

11. *Orpheos alii libros*] Forte, *Aſcraeos alii libros.* ut tres ſummos poëtas conjungat, Homerum, Heſiodum, & Maronem. Heins.

13. *Ipſe parens*] Hoc diſtichon ab Ennodio citatur. Heins.

16. *Pauper*] *paſtor* Lucenſ. Heins.

17. *Et pallidus omnia laudo*] *en pallidus* meliores ſcripti, & cum iis Barthius. ſequenti etiam verſu malim, *En clarum.* Heins.

18. *Sophos*] Σοφὸς legendum.

19. *Ignoſcat placidus*] Puto ſcribendum, *Ignoſcas*, & *remittas*, & *recites*, ut Alethium alloquatur. Heins. *Intendat placidus* Parm. Junt. Iſingr. Gryph. Colin.

20. *Et toto*] Hic verſus, modo diſtinctus ſit, planus videtur. in veteri codice legebatur: *quidquid ab ore pluet*, aut, *fluet.* Claven. Plerique ex ſcriptis, *toto*, recte. quod & Barthio curis ſecundis monitum. poſſet etiam refingi, *tota urbe.* pro *quodlibet ore* prim. Vatic. Ambroſ. & edit. Parm. cum Gudii ſchedis, *quidquid ab ore.* lege, *quidlibet. quidquid ab ore pluit*, vel *fluit* Claverii liber. Heins. *tuto reticet quolibet ore* Parm. Junt. Colin.

XXV.

Digitized by Google

Venturumque Jovem paucis promittere nummis,
Curetî genitor noverat Uranius.
In prolem dilata ruunt perjuria patris,
Et poenam merito filius ore luit.
Nam ſpurcos avidae lambit meretricis hiatus,
Conſumens luxu flagitiisque domum.
Et quas fallacis collegit lingua parentis,
Has eadem nati lingua refundit opes.

IN EUMDEM. XXVI.

Si tua, Cureti, penitus cognoſcere quaeris
Sidera, patre tuo certius ipſe loquar.
Quod furis, adverſi dedit inclementia Martis:
Quod procul a Muſis, debilis Arcas erat:
Quod turpem pateris jam cano podice morbum,
Femineis ſignis Luna Venusque fuit.
Adtrivit Saturnus opes, hoc prorſus in uno
Haereo: quae cunnum lambere cauſſa facit?

IN JACOBUM MAGISTRUM EQUITUM. XXVII.

Per cineres Pauli, per cani limina Petri,
Ne laceres verſus, dux Iacobe, meos.

Sic

XXV. IN CURETIUM] Vellem nunquam Claudiano hi verſus excidiſſent, neque puto ipſi in animo fuiſſe, ut lucem viderent; hactenus enim caſtis auribus conſuluit. ſed enim Auſonius eo delapſus eſt; cui vita proba & pagina laſciva. quin etiam Praeſul Florentinus, quem Divi nomine indigetant in ſua hiſtoria, hos Claudiani verſus citare non dubitavit:

Et quas fallacis collegit lingua parentis,
Has eadem nati lingua refudit opes.

CLAVER. primus Vaticanus, *Incipit jocus de Curetis.* pro, *Fallaces vitreo ſtellas*, Oiſelianus, *Palantes vitreo ſtellas*, quod arridet, nam de planetis eſt ſermo. HEINS. *Fallaces vides* Voſſ.

6. *Merito*] patrio Wolf. a m. 2.

7. *Nam ſpurcos avidae*] *avidae* Aldus & Ambroſianus. mox, *refundit* opt. Ambroſ. pro *refudit*. HEINS.

9. *Et quas*] Sic habet vetus liber: alii, *Et quas*. non adeo vere. CLAVER.

10. *Has etiam*] Alii, *Has eadem*. inepte. CLAVER.

XXVI. 4. *A Muſis*] *amuſis* Wolf. & *aller erat* a m. ſec. *Arcas*] id eſt, filia Mercurii. CLAVER.

5. *Jam cano*] *jam Jano* Voſſ. Explicat haec Bapt. Pius ad Plaut. Ciſtell. II. 1. 46. quia Luna foemineum ſignum ad mollitiem & impudicitiam credebatur auguratura, & Lunam in foemininis ſignis poſitam latentes cinoedos efficere. hoc vero epigramma explicare dum conatur Galeottus Martius de Doctrina promiſcua cap. 32. diverſas lectiones profert. in vs. 2. *matre tua*. 3. *inclinantia Martis*. 5. *tam cano*. & ultimo, *lingere cauſſa fuit*. BURM.

8. *Lambere cauſſa fuit*] *cura fuit* Patav. opt. Ambroſ. & duo alii. Patav. *cauſa fuit*. HEINS.

XXVII. 1. *Per cineres*] Hinc etiam colligas D. Paulum ſepultum Romae, ac D. Petri imaginem ſenio fuiſſe notabilem & in Baſilica repoſitam. CLAVER.

Per cani limina Petri] *per ſancti* ſcripti potiores. pro vulgato tamen ſtat prim. Vatic. & recte. nam *ſancta Suſanna* poſt ſequitur. HEINS. *Per cineres Petri, per ſancti limina Pauli* cod. Barth. & Wolf. *lumina* Oxon. *dux Jacobite* Voſſ. *Jacobes* Mediol. & hic & infra.

Sic tua pro clipeo ſuſtentet pectora Thomas;
Et comes ad bellum Bartholomaeus eat.
Sic ope Sanctorum non barbarus inruat Alpes:
Sic tibi det vires ſancta Suſanna ſuas:
Sic quicumque ferox gelidum tranaverit Hiſtrum,
Mergatur; volucres ceu Pharaönis equi:
Sic Geticas ultrix feriat rhomphaea catervas,
Romanasque tegat proſpera Thecla manus.
Sic tibi det magnum moriens conviva triumphum,
Atque tuam vincant dolia fuſa ſitim.
Sic numquam hoſtili maculetur ſanguine dextra.
Ne laceres verſus, dux Iacobe, meos.

3. *Sic tua pro clipeo defendat*] *per clipeum* Ambroſ. pro *defendat* ſcripti omnes *ſuſtentet* praeter prim. Vatic. quo verbo & alibi non raro utitur. HEINS. ita & Wolf.

5. *Sic ope Sanctorum non barbarus*] Hoc diſtichon ignorat vetus exemplar, idque notavit etiam in libro ſuo Cujacius, ſed alii omnes referunt. CLAVER. Puto, *ne barbarus*. pro *ope Sanctorum* cum Barthius in veteri libro inveniſſet, *ope Iunibodi*, opinatur a Claudiano eſſe, *ope Iuditbae*, quod ſequatur proxime Suſanna. hoc diſtichon in primo Vaticano non exſtabat. mox pro *ferox* idem *feras*. HEINS.

9. *Sic Geticas*] Haec etiam aberant, ſed male, opinor, nam alter codex optimus habuit. CLAVER. *Romphaea*] Haec dicitur ξιφομάχαιρα cuidam erudito. Ῥομφαῖα. Hac vero dictione uſus eſt alicubi Livius, eſtque jaculum oblongum ſeu framea, quam Satyricus tribuit Marti. CLAVER.

10. *Romanasque regant proſpera tela manus*] Vulgati codices, *Romanasque regant*. ſed vetus lectio, *Romanaeque gerant*; quod non placet, nam ludit hic Poëta. CLAVER. *regat teda* quatuor libri. duo, *tegat teda*. Lucenſ. *regat theda*. quinque, *regat tela*. duo Gallici cum Rottendorphiano, *regat Tecla*. Thuan. *tegat Tecla*. Lego, *regat Thecla*. cujus nominis non una Martyr fuit. occurrit & id nomen frequenter in Inſcriptionibus antiquis. in Catalectis Pithoei,

Hic erepta jacet ſupremo funere conjux
Nomine Thecla.

Scaliger, *Romanaeque regant* ex Claverii libro, in quo *Romanaeque gerant*. *regere tela*, ut apud Statium VIII. Theb. 497.

Sterneret adverſos etiammum Ismenius heros
Inachidas, nam tela regit viresque miniſtrat
Amphitryoniades.

Lucanus Lib. VII.

Cauſa jubet melior ſuperas ſperare ſecundas,
Ipſi tela regent per viſcera Caeſaris.

RI-

Virgilius Lib. VI. 57. ad Phoebum:

Dardana qui Paridis direxti tela manuque
Corpus in Aeacidae.

HEINS. *regat Tecla* etiam Voſſiani duo. & unus pro varia lectione, *tegat, tecta* Wolf. a m. pr.

11. *Magnus curvos triumphos*] *magnum triumphum* ſcripti. *moriens magnos triumphos* prim. Vatic. HEINS.

12. *Atque tuam vincant dolia fuſa ſitim*] Veteris codicis lectio, *Et tua perpetuo dolia vina fluant*. quae quidem ſuſpecta mihi, neque adeo elegans. CLAVER. *Et tua perpetuo dolia vina fluxit* Claverii liber & ſeptem ex noſtris; cum primo Vaticano. nec diſſentit Palatinus; niſi quod in illo, *Sic tibi*, rectius quam *tua*. *vina fluere* Graecismus. ſic apud Homerum Odyſſ. IX. ῥέει ἀγλαὸν ὕδωρ κρήνη. noſter Lib. II. in Stilich. 263. *& palmite largo Vina fluunt*. Conf. Olybr. 51.

Quantum ſtagna Tagi rudibus ſtillantia venis
Effluxere decus.

Florus in Epigrammatis:

Bacche vitium repertor, plenus adſis vitibus,
Effluas dulcem liquorem comparandum nectari.

Venantius Fortunatus in navigatione Moſellana:

Nec vacat hic rigidis ſine fructibus eſſe lapillis,
Denique parturiunt, ſaxaque vina fluunt.

ut forſan & ſupra de cryſtallo legendum ſit, *quae flumina vinxit*, *Quaeque fluis lapides*. fuit cum *dolia vina pluant* legendum opinatus ſum, ut *pluere poma*, *pluere glandes*. de quo loquendi modo dictum notis ad Metamorphoſes Naſonis Lib. I. Vetus Gloſſarium, Αἱμορροῶ, *ſanguinem fluo*. Petronius coena Trimalchionis fragmento Traguriano: *ponas amphoras capiosas, gypſatas, ne effluant vinum*. ubi plura dicemus. Quae ſequuntur poſt Epigrammata in Theodorum & Hadrianum, Claudiani non videntur: quare & a caeteris ſeparanda curavimus. HEINS. *Ut tua perpetuo dolia vina fluant* Parm.

14. *Ne laceres*] *Nec* Voſſ.

Digitized by Google

RIMANTI TELUM IRA FACIT. XXVIII.

In jaculum quodcunmque gerit, dementia mutat.
Omnibus armatur rabies pro cuſpide ferri.
Cuncta volant, dum dextra ferox in vulnera ſaevit.
Pro telo ingeritur, quidquid ſuggeſſerit ira.

IN PODAGRUM XXIX.

Quae tibi cum pedibus ratio? quid carmina culpas?
Scandere qui neſcis, verſiculos lacerans?
Claudicat hic verſus, haec, inquis, ſyllaba nutat,
Atque nihil prorſus ſtare putas podager.

DE THEODORO ET HADRIANO. XXX.

Mallius indulget ſomno noctesque diesque.
Inſomnis Pharius ſacra, profana, rapit.
Omnibus hoc, Italae gentes, expoſcite votis,
Mallius ut vigilet, dormiat ut Pharius.

AD

XXVIII. *Rimanti telum ira facit*] Haec Virgilius fatis exprimit Lib. I. Aen. 222.

Famque faces & ſaxa volant, furor arma miniſtrat. CLAVER. Sic ſcripti plerique. bene. thema eſt ex VII. Virgilii 507. deſumptum:

quod cuique repertum
Rimanti, telum ira facit.

HEINS. *de Iracundo* Parm. Junt. Ald. & aliae.

1. *In jaculum*] *in jaculum* Voſſ. *ferit* Parm. Junt. Iſingr. & aliae.

Gerit, dementia mutat] Haec corrupta. alii codices, *ferit*. Scribendum opinor:

In jaculum quodcumque rei dementia mutat.

pro *quamcunque rem*. deinde diſtingue & ſcribe:

Omnibus armatur rabies; pro cuſpide ferri
Cuncta volant; dum dextra ferox in vulnera ſaevit,
Pro telo ingeritur, quidquid ſuggeſſerit ira.

verſu ultimo *ingeritur* pro *geritur* repoſui, quod meminerim frequenter apud Poëtas occurrere, *telum ingerit*. ut in illo Maronis Lib. IX. 763. *crebras morientibus ingerit haſtas*, & XII. 330. *raptas fugientibus ingerit haſtas*. tum illo Silii Italici: *crebras fugientibus ingerit haſtas*. Statius Theb. IX.

Et nunc ipſe furit, nunc tela minantia raptans
Ingerit. & mox,
Sed premit, & ſaevas miſerantibus ingerit haſtas.

Livius Lib. XXIV. cap. 34. *ut ſui vulnere intacti tela in hoſtem ingererent*. XXVII. 18. *ſaxa miſſilia ingerunt*. Curtius Lib. IV. c. 2. *ut in ſubeuntes ſcopulos tela ingeri poſſent*. & mox, *miſſilia in propugnantes ingerebantur tuto*. HEINS.

2. *armatur*] *armatus* Parm.

3. *In vulnera*] *in vulnere* Wolf. Parm. Junt. Iſingr. Gryph. Raphel.

XXIX. *In Podagrum*] Oiſelianus, *In podagrum, qui carmina culpabat, non ſtare dicebat*. lege, *& non ſtare dicebat*. recte etiam *Podagrum* cod. Rottend. non *Podagricum*. ſic *miles podager* lemma apud Sympoſium in Aenigmatis. vide Salmaſ. ad Hiſt. Aug. HEINS. *In Podagrum, qui carmina non ſtare dicebat* Parm. Junt. *qui carmina ſua n. ſ. d.* Iſingr. Gryph. *In Podagrum* Ald.

1. *Quae tibi*] In hanc rem ſaepe dixit Cujacius: pro capitu lectoris habent ſua fata libelli. hic morbus vero, teſte Symmacho, littorali ſiccitate, id eſt arenis calidis, tenuatur. CLAVER.

Quid carmina] *qui* Wolf.

2. *Scandere qui neſcis*] *quos* ſec. Vatic. verſiculos nempe, laceras. & interrogationis notam addit. deinde, *inquis* & *putas*, non *inquit* & *putat*, idem ſecundus Vaticanus. HEINS. *inquis* Voſſ. edd. Parm. Junt. Ald. Iſingr. Colin. Gryph. & ita mox *putas* eaedem.

XXX. Hic vero palinodiam canit poëta; nam antea Panegyrin huic magno & erudito viro elaboravit, jam vero arguit oſcitantiae: quid ni? laudavit nempe cum laudanda faceret, neque adeo foret ſenio gravis, aut veterno: culpat ſe leviter ac facete. neque, opinor, Manlius, ſi haec reſcierit, indigne tulit, quin potius ſubriſerit molliter. nam qui dormit non peccat, ait ille: verum Hadrianus vigilando omnia diripit. vide quae ſupra diximus, ejuſmodi vigilantii ac dormitantii fuere olim in ſuprema Curia magni certe nominis ac meriti. CLAVER.

1. *Mallius*] *Manlius* Wolf. edd. Parm. Junt. Ald. Iſingr. & aliae, ut & mox vs. ult.

AD AETERNALEM. XXXI.

Quidquid Caſtalio de gurgite Phoebus anhelat,
Quidquid fatidico mugit cortina receſſu,
Carmina ſunt: ſed verba negant communia Muſae.
Carmina ſola loquor. ſic me meus inplet Apollo.

AD MAXIMUM, QUI MEL MISIT. XXXII.

Dulcis dona mihi tu mittis, Maxime, ſemper,
Et quidquid mittis, mella putare decet.

DE LOCUSTA. FRAGMENTUM. XXXIII.

Horret apex capitis: medio fera lumina ſurgunt
Vertice. cognatus dorſo dureſcit amictus,
Armavit natura cutem, dumique rubentes
Cuſpidibus parvis multos acuere rubores.

DE

XXXI. In veteri codice ita legitur: *De ſe qui ſemper verſus loqueretur.* verum hic Aeternalis floruit ſub Arcadio & Honorio, fuitque Proconſul Aſiae. neque vero ſoli Poëtae carmina loquuntur; nam Cujacius paene inſcius poſt aegritudinem ſatis moleſtam hunc verſum protulit: *Non mihi magna fuit, ſed miſeranda pati!* quod ipſi forte cum Ulpiano, qui inopinus ita luſit: *Semper in obſcuris quod minimum eſt ſequimur.* CLAVER. Hoc epigramma partem faciebat ultimam Epigrammatis XXXV. de Portu Smyrnenſi in edd. Parm. & Junt. ſed Ald. Iſingr. & aliae ſejunxerunt, & iſti epigrammati ſubjunxerunt.

2. *Cortina*] *fortuna* Wolf.

3. *Carmina ſunt*] Male vulgo, *Carmina fert*, deinde lego, *& verba negant*. Barthius ex Palatino, *non verba ferunt communia Muſae*. HEINS.

4. *Sic me meus inplet*] *Smyrnaeus* Lucenſ. Fors ſit, ut ſcripſerit:

Carmina ſola loquor, Smyrnaeus ut inplet Apollo.
Smyrnaeus Apollo, Homerus. HEINS.

XXXII. Hoc diſtichon mihi parum ſapit. ſed forte ad Maximum hominem publici ſaporis ſcriptum eſt. CLAVER. *Semper tu, Maxime, mittis* Oxon. Voſſ. Ald. *credere mella decet* Wolf.

XXXIII. *De Locuſtis*] Alii codices, *De Locuſta*. ſed veterem ſcripturam agnovimus, unde & duos verſus exhibui longe diverſos:

Armavit natura cutem, dumique rubentes
Cuſpidibus parvis multos ac vere colores.

vide textum & confer cum excuſis. CLAVER. edit. Junt. *De Eadem*, nempe Hyſtrice, cui ſubjectum hoc Epigramma. *de Bucuſta* Parm. cui & verſus additus

Nectareo muro dulces cinguntur barenae.

1. *Surgunt*] *ſurgit* cod. Barth. pro *capitis* malim *capiti*. BURM.

2. *Dureſcit amictus*] Lego, *ſuccreſcit*. opt. Ambr. *decreſcit*: verſu primo *ſurgit*, non *ſurgunt*, Palatinus. pro *medio fera lumina ſurgunt Vertice*, fors ſcribendum: *medio duo cornua ſurgunt Vertice*. HEINS.

3. *Dumique*] Scripti plerique, *dubiisque*. Lucenſ. *dubique*. nonnulli, *dubiisque rubentem*. HEINS. *dubiisque* Wolf.

4. *Parvis multis acuere rubores*] *multos* alii. idque rectius. Buslid. *parum multos*. liber Claverii, *parvum multos ac vere colores*. Lege:

——— *dumique rubentes*
Cuſpidibus parvum multos ceu vepre dolores.

Barthius conjicit:

——— *dubiisque rubentem*
Cuſpidibus variam, Mitto viſore, colores.

quod non intelligo, niſi error ſubſit librarii. Huic epigrammati praefigebatur in Vaticano illud DE DULCIO:

Nectareo muro dulces cinguntur arenae. HEINS.

XXXIV.

Digitized by Google

De Balneis Quintianis. XXXIV.

Fontibus in liquidis paullum requiesce, viator,
Atque tuum sursus carpe refectus iter.
Lympharum dominum nimium miraberis, hospes,
Inter dura viae balnea qui posuit.

Descriptio portus Smyrnensis. XXXV.

Urbis conspectum montana cacumina velant,
Tranquillo praetenta mari. ducentia portum
Cornua pacatas removent Aquilonibus undas.
Hic exarmatum terris cingentibus aequor
Clauditur, & placidam discit servare quietem.

Est in conspectu longe locus. XXXVI.

Est procul ingenti regio submota recessu,
Insula, qua resides fluctus mitescere cogit,
In longum producta latus; fractasque per undas
Ardua tranquillo curvantur brachia portu.

De Quadriga marmorea. XXXVII.

Quis dedit innumeros uno de marmore vultus?

Sur-

XXXIV.] *De Balneis Quintianis, quae erant in via* Voss. *quae in via posita erant* Ald.

1. *Fontibus*] *Montibus* Wolf.

3. *Lympharum*] *Nympharum d. n. mirabilis* Wolf.

XXXV. Descriptio Portus Saronensis.] In veteri libro ita scriptum reperi, sed in altero, ut in excusis, *Zaronensis*. vide Pomponium Melam de hoc portu vel sinu. Claver. *Smyrnensis* scripti. insulse *portus Zarinensis* ante legebatur; qui error inde natus, quod *Zmyrna* pro *Smyrna* nonnulli ex antiquis scribebant. de quo vide Vossium Lib. 1. cap. 21. Grammaticae. & Munckerum ad Fab. ccci. Hygini. Ceterum primo versu opinor esse scribendum:

Urbis conspectum montana cacumina velant.

pro quo vulgati:

Urbs in conspectu montana cacumina volat.

inter montes enim sita Smyrna. & deinde, *Sic exarmatum*, non *Hic*. Heins. *Urbs in conspectu est m. c. volat* Ald. Forte: *Urbs insonspecta est: montana cacumina celant.* Burm.

XXXVI. *Est*] Quaenam sit illa insula, neque titulus, neque ipsa delineatio aperte indicat. forte innuit qualis insula esse debeat, ut sit perfecta. Claver. *Est longe spatii locus* Moretanus. Lucensis, *Est in conspectu longo locus*, optime. nisi quod *longe* scribendum. Thema rursus est Virgilianum, quale supra habuimus, *Rimanti telum ira facit.* exstat autem hemistichion Aeneïdos primo. hujus notae versus multi legebantur in antiquissimo Epigrammatum Latinorum codice, quem apud Virum Cl. Petrum Scriverium vidi. etiam in vulgatis a Scaligero & Pithoeo veterum poëtarum Catalectis ejusmodi nonnulla occurrunt. Ceterum versus primi sic videntur constituendi:

Est procul ingenti regio summota recessu,
Insula qua reduces fluctus miteſcere cogit,
In longum praeducta latus.

Video & Barthium curis secundis id ex parte jam occupasse. antea legebatur, *recessu Insula, quae.* Heins. *Descriptio insulae* Parm. Ald. *Insula quae* eaedem.

XXXVII.] Mendosissimum est hoc epigramma, quod in primo Vaticano non comparet. illustratum non inscite a Barthio Lib. xiv. Adversar. cap. 20. qui adeundus. Heins.

1. *Quis*] Si quis pictor haec adeo belle effinge-

ret

Surgit in aurigam currus, paribusque lupatis
Unanimes frenantur equi. quos forma diremit;
Materies cognata tenet, discrimine nullo.
Vir redit in currum: ducuntur ab axe jugales:
Ex alio se quisque facit. quae tanta potestas?
Una silex tot membra ligat, ductusque per artem
Mons patiens ferri varios mutatur in artus.

FRAGMENTUM. XXXVIII.

Sordidus ex humeris nodo dependet amictus,
Exercentur equis, & colla comantia pectunt.

DE PAUPERE AMANTE. XXXIX.

Paupertas me saeva domat, dirusque Cupido,
Sed toleranda fames, non tolerandus amor.

DE EODEM. XL.

Esuriens pauper telis incendor Amoris.
Inter utrumque malum diligo pauperiem.

IN SEPULCRUM SPECIOSAE. XLI.

Pulcris stare diu Parcarum lege negatur.
Magna repente ruunt: summa cadunt subito.
Hic formosa jacet Veneris sortita figuram,
Egregiumque decus invidiamque tulit.

DE

ret penicillo, aut Statuarius argilla imitaretur, nihil puto visum iri elegantius. CLAVER.

2. *Surgit in aurigam currus*] Forte, *Vergit*, ut aurigam curru excussum designet. atque illi currum illapsum. mox, *Vir redit in currum*, pro *Vix*, bene Rosweidus teste Barthio. confirmant ex scriptis nonnulli. HEINS.

3. *Unanimes*] *Unanimi* Voss. mox pro *cognata*, *fronata* Voss. duo, Wolf. Ald.

6. *Ex alio se quisque facit*] Sic habuit vetus liber. sed enim excusi forte non male: *Ex alio se quisque facit*, ut videantur illi equi, prout spectator accedit aut recedit, vel deflectit, mutata quasi figura, exoriri. CLAVER. *Ex alto se quisque jacit* codex Claverii. HEINS.

7. *Ductusque*] *Ductamque* codex Barthii, qui *deflam* conjiciebat dubitans.

8. *Mons*] *Mens* Wolf. a m. pr. sed *mens* pro saxo, marmore. ut supra.

XXXVIII. *Sordidus ex humeris*] *Incipit de lanario* primus Vaticanus. HEINS. *ex* deest Parm.

1. *Dirusque*] *durusque* codex Cujacii & Wolf.

XXXIX. Paupertas haec voluntaria fuit in Claudiano, qui forte famae potius, quam fami consuluit, atque hoc ipsum non dedecet. CLAVER.

XL. 2. *Diligo*] *deligo* Wolf. edit. Ald. & Raphel.

XLI. *In sepulcrum Speciosae*] *Sepulcbrum petiosae* Cod. Barth. *De sepulchro sponsae, quae in via posita erat.* Parm. Junt. *speciosae quae in via posita erat* Isingr.

2. *Magna*] Hujus versiculi artificium argute deprehendit G. Sabinus, poëtarum Germaniae flosculus: neque alienum est nimis illud Tibulli:

Sera tamen tacitis poena venit pedibus. CLAVER.

4. *Tulit*] Inde sequitur, forma fuisse eleganti, quae invidenda sit. alias, *meruit*. nam in veteri co-

Digitized by Google

De Birro Castoreo. XLII.

Nominis umbra manet veteris. nam dicere birrum;
Ni Castor niteat, Castoreum nequeo.
Sex emptus solidis. quid sit, jam scire potestis.
Si mihi nulla fides, credite vel pretio.

De Hippopotamo. XLIII.

Utraque fecundo nutritur bellua Nilo,
Quaeque vorat morsu, quaeque sub ore fremit.

Quae in mensa de Sardonyche lapide. XLIV.

Mensa coloratis aquilae sinuatur in alis,
Quam floris distinguit honos. similisque figura
Texitur. inplumem mentitur gemma volatum.

Carmen Paschale. XLV.

Christe potens rerum, redeuntis conditor aevi,
Vox summi sensusque Dei: quem fudit ab alta

Men-

codice, ut etiam notat Cujacius: *Invidiamque tulit*, ita ut decus & invidiam una eademque opera sortita sit. sic etiam virtuti comes invidia. Sequentis vero Epigrammatis hic fuit titulus: *De Baineis Quintianis, quae in via posita erant*, quae ultima verba male huic Speciosae addita. Claver. *invidiamque tulit*, non *invidiam meruit*, Claverianus liber, probante Barthio. Forte:

Egregiumque decus trux Libitina tulit.

etiam Gudianae schedae, *invidiamque tulit*. Glossae MSS. *Libitina, unde mortui tolluntur.* Quinctilianus Declam. VI. *Inanis domi Libitina plangitur.* de naufrago. Declam. IX. *Sonabant clangore ferali tubae, illatisque Libitinae teris ducebatur fumus ante mortem.* Heins. *invidiam meruit* Parm. Junt. Ald. Isingr. aliae.

XLII. 1. *Nominis*] Hoc epigramma mihi multum fecit olim negotii, sed tandem videor mihi percepisse. magnam ei sane lucem attulit vetus liber, neque tamen ideo forte quivis intelliget. Agitur vero de lacerna aut epomide, vel quodam alio integumento vili. Claver. *Numinis & discere* Wolf.

Veteris] *veteres* Parm. Junt. Ald. Isingr. Gryph.

Byrrhum] Severus in vita B. Martini dixit, *Byrrhum rigentem & fluentem texere lacernam.* Cod. Theod. Lib. XIV. *Servos Byrrhis uti permittimus aut cucullis.* Auson. *Burrhas, quisquilias, inepiasque.* hodie vero etiam galeri conficiuntur non solum e pilis cuniculi, sed etiam e villo castoreo, ut vocant, quod est majoris pretii, & quavis pluma mollius. sed vereor ut haec morosi homines accipiant. Claver.

2. *Si Castor niteat*] Haec inquinatissima sunt. Lucensis & excerpta Puteana, *juret.* Aldus, *viret.* novem scripti, *vitet.* Bonon. *incret.* duo optimi Ambros. *nitet.* Gyrald. cum vulgatis, *niteat*, & *non dicere* pro *nam.* Barthius cum Claverianis libris, *Ni Castor niteat.* Scaliger, *Si textura vetat.* Forte, *Si Castor vivet*, vel, *vivat.* pro *dicere birrum* in multis veterum, *discere.* & *Nomen verba manet* secundus Vaticanus. mendose. sed tanti haec non sunt, in quibus diu haereamus. Videantur tamen quae ad illustrationem hujus epigrammatis contulit Barthius pag. 1061. pro *potestis* Aldus *potestur.* verum aliter nostri codices. Salmasius in Additis ad Solinum pag. MCCCXXXIX. ita corrigit:

Nominis umbra manet veteris. nam dicere birrum
Si Castor niteat, Castoreum nequeo.

Castoreumque queo, schedae Gudianae. Heins. *Sic Castor viret* Ald. Colin. & aliae. *jam discere birrum Si Castor niteat* Parm. Junt. *nitet* Wolff. *quid scis iam scire potestas* Wolf.

XLIII. XLIV. Haec duo Epigrammata ex Vaticano primo & Claverii codice Cujaciano sunt depromta. in lemmate secundi Epigrammatis lege, *Aquila in mensa*, pro *Quae in mensa.* deinde Claver. *similique figura.* Heins.

XLV. Elegans oratio ad Christum, & quae sit

Digitized by Google

Mente Pater, tantique dedit consortia regni.
Inpia qui nostrae domuisti crimina vitae,
Passus corporea mundi vestire figura,
Adfarique palam populos, hominemque fateri:
[Quemque utero inclusum Mariae, mox numine viso]
Virginei tumuere sinus, innuptaque mater
Arcano stupuit conpleri viscera partu,
Auctorem paritura suum. mortalia corda
Artificem texere poli, mundique repertor
Pars fuit humani generis, latuitque sub uno
Pectore, qui totum late conplectitur orbem;

Et,

vena Claudiani dignissima: unde miror G. Fabricium, lumen Germaniae, in libro Poëtarum Christianorum hoc carmen Damaso Papae tribuere; cujus sane si legisset carmina, id non fuisset pronuntiaturus. est vero Poëtarum munus preces contexere, inque Dei laudibus sui periculum facere, Davidis exemplo: inde hymni Orphei, & aliorum. inde Horatius:

Diceret unde preces vatem nisi Musa dedisset?

At Ausonius hac in re excelluit, & secundum ipsum Claudianus. duo ultimi versus satis indicant, Claudianum orare pro Imperatore: atque ita omnino usus est Auson. *Rectores terrae placidos:* vide reliqua. Sed ecce tibi exhibemus Damasi versiculos, ut cum nostro Poëta conferas. hi Romae visuntur insculpti:

Quid loquar aut fleam? prohibet dolor ipse fateri,
Hic tumulus lacrymas retinet, cognosce, parentum
Projectae, fuerat primo quae juncta marito.
Pulcra decore suo, solo contenta pudore:
Heu dilecta satis miserae genitricis amore.
Accipe, quid multis? thalami post foedera prima
Erepta ex oculis Flori genitoris abivit,
Aetheream cupiens coeli conscendere lucem,
Haec Damasus praestat cunctis solatia fletus.

FL. MEROBAUDE ET FL. SATURNIO COSS.

Possem & alia subjungere, sed minus concinna judicavi; nam in his Sedulium aut Juvencum potius quam Claudianum refert. CLAVER. Hoc carmen, quamquam elegans, Claudiani esse non persuadeor ut credam. sed nec Graecum in primo Vaticano, *Incipit de Salvatore.* Sed cum & Claudianus Mamertus scripsisse carmina dicatur, illius nonnulla nostro sunt attributa. Inveni hoc epigramma veterrimo Glossario Latino & Saxonico subtextum apud M. Zuerium Boxhornium. Nicolaus Serrarius Bonifacianis Epistolis attextum in antiquis Viennensibus & Ingolstadiensibus repperit membranis, & cum iisdem epistolis publicavit. Nonnulli Damaso adscribunt. Jacobus Usserius Armachanus, vir summus, cum Hibernicis veterum epistolis in lucem dedit. Ego id, ut haud quaquam Claudiano, ita nec Damaso dederim. Est autem aevi melioris, & inter praecipua & antiquissima Christianismi monumenta numerandum, ipso Claudiano vetustius. Lactantio vindicari malim. HEINS. *de Salvatore* Parm. & Ald.

1. *Christe*] *Ipse* Mediol.

Conditor aevi] *orbis* primus Vatic. & quinque alii. Gyrald. *anni.* HEINS.

2. *Fudit ab alta*] *fuderat alta* duo Florentini & Palatinus. HEINS. *fundit ab alta* Parm.

3. *Mente*] *Magna* Voss.

4. *Inpia tu nostrae domuisti*] *qui nostrae* Gyrald. & secundus Vaticanus. & mox *munai* pro *mundum* idem Gyraldinus. Barthius, *Dominum.* pro *crimina vitae* prim. Vatic. *secula terrae.* HEINS. *docuisti* Wolf.

7. *Quemque utero inclusum*] *Quem verbo* Excerpta Putean. Aldus, Lucensis, & Pomponii Laeti schedae. Forte, *Tene utero.* pro *numine viso*, *lumine* Gyrald. Lucensis *angele viso* corrupte, quomodo & Pomponii Laeti excerpta. alii nonnulli *angelo.* A primo Vaticano & quibusdam praeterea hic versus aberat, quem Barthius quoque censet tollendum esse. HEINS. Malim, *utero infusum Mariae.* & *numine vivo.* BURM.

8. *Virginei tumuere*] *timuere* Rapheleng. ut Lucensis & duo alii. an *micuere?* quale illud apud Nasonem: *Usque metu micuere sinus.* Oxon. *tenuere*, forte pro *tremuere.* opt. Ambros. *intumuere. patuere* Pricaei. HEINS.

9. *Stupuit*] *obstupuit* edit. Fabric.

10. *Mortalia corda*] *membra* Gyrald. mox pro *texere*, *fudere* Isingr. & sex ex nostris. Oxon. *sepere.* HEINS.

11. *Repertor*] maluerat Heinsius, *redemtor.*

12. *Latuitque sub imo*] *uno* Aldus & scripti. bene. vide notas Lib. II. in Eutrop. 285. quomodo & Delrius ad Senecam, & Barthius curis secundis. HEINS.

15. *Nec*

Digitized by Google

Et, qui non ſpatiis terrae, non aequoris unda,
Non capitur coelo, parvos confluxit in artus.
Quin & mancipii nomen, nexusque ſubiſti,
Ut nos ſubriperes leto, mortemque fugares
Morte tua: mox aetherias evectus in auras,
Purgata repetis laetum tellure parentem.
Auguſtum foveas, feſtis ut ſaepe diebus
Annua ſinceri celebret jejunia ſacri.

ΕΙΣ ΤΟΝ ΣΩΤΗΡΑ. LXVI.

Ὦ πυρὸς ἀενάου σοφὴν ἀδῖνα φυλάσσων,
Ἐμβεβαὼς κόσμοιο παλιγδίνητον ἀνάγκην,
Χριστὲ θεορρήτοιο βίου φυσίζοε πηγὴ,
Πατρὸς ἀσημάντοιο Θεοῦ πρωτόσπορε φωνὴ,
Ὃς μέγα μητρῴων τοκετῶν ἐγκύμονα φόρτον,
Καὶ γόνον αὐτοτέλεστον ἀνυμφεύτων ὑμεναίων,
Στήσας ἀσσυρίης γενεῆς ἑτερόφρονα λύσσαν,
Ὄργια δ' εἰδώλων κενεῶν ψευδώνυμα λύσας,
Αἰθέρος ἀμφιβέβηκας ἐφ' ἑπτάζωνον ὀχῆα,

Ἀγγε-

14. *unda*] *undis* Fabric. *ſpatio* Oxon.

15. *Nec capitur*] *Non* duo Florentini. quod efficacius Heins.

16. *Mancipii*] Ita vetus codex, idque avide, ut ita dicam, arripuit Cujacius. in aliis, *ſupplicii*. notum eſt vero illud, *mancipio & nexu*; venditus enim fuit quaſi per aes & libram. Paulus: Μοφὴν δὲλω λαβών. Claver. *ſupplicium nomen* unus Florent. *ſupplicium nomen* Buslid. *ſupplicium mortis* Pricaeanus. *mancipii nomen* ex veteri libro Claverius. pro *nexusque* forte *nexasque*, ſi τὸ *mancipii* non admittis. pro *furriperes* ſcripti plerique *eriperes*. Heins.

19. *Purgata repetens laetum tellure parentem*] *repetis tellure* antiquus liber, & vere, cum habeant reliqui, *te luce*, ut enim hic *purgata tellure*, ſic infra dicet, *purgatis adimis contagia terris*. Claver. *repetis tellure* ex veteri codice Claverius, quod & ex ſuis adnotat Uſſerius, & Raphelengius ſecutus eſt. noſtri codices aliter. unus, *laeta te luce*. mox, *Auguſtos foveas* ex Palatino Barthius, & *celebrent*. Poſt hunc verſum margini in uno Petaviano ſequentia adſcripta legebantur:

EUGLERIUS COMES.

O pater omnipotens, celſi dominator Olympi,
O terrae pelagique ſator, qui ſedibus eius
Miſſus ab aetbereis, humano corpore naſci
Non indignatus, caedis cruciatibus atrae
Mortales avidi rapuiſti e faucibus Orci.
Dirige vela precor. curvo diducere reſtim,
Denſaque Romulei dignoſcere jura Senatus
Ingenio permitte meo. qua luce reperta
Fas mihi ſit populis reſerata reſolvere jura,
Atque inter nebulas legum dignoſcere cauſas.

Cetera poëmata, ut Laus & Miracula Chriſti, Laus Herculis, & in Sirenas, nullis in membranis, quas inſpexerim, exſtant, nec tanti ſunt, ut cum cura excuti ac examinari debeant. Opinor ea omnia ex Camertis vetuſto codice prodiiſſe. Graeca quae ſequuntur, ex Vaticano Anthologiae Graecae codice ſunt petita. Heins. *reparans* Fabric. *laeta te luce* Aid. *laetum te luce* Parm. Junt. Iſingr. Gryph.

Digitized by Google

Ἀγγελικαῖς πλερύγεσσιν ἐν ἀῤῥήτοισι θάασσον.
Ἴλαθι παγγενέταο Θεοῦ πρεσβήϊον ὄμμα,
Φρυρὲ βίου, σῶτερ μερόπων, ἀιῶνος ἀνάσσων.

ΕΙΣ ΤΟΝ ΔΕΣΠΟΤΗΝ ΧΡΙΣΤΟΝ. XLVII.

Ἀρτιφανὲς, πολιοῦχε, παλαιγενὲς, υἱὲ νεοττὲ,
Ἀιὲν πρωτάντε, ὑπέρτατε, ὕστατε, Χριστὲ
Ἀθανάτοιο πατρὸς, καὶ ὁμόχρονε, πάμπαν ὅμοιε.

LAUS CHRISTI. XLVIII.

Proles vera Dei, cunctisque antiquior annis,
Nunc genitus, qui semper eras, lucisque repertor
Ante tuae, matrisque parens: quem misit ab astris
Aequaevus Genitor, verbique in semina fusum
Virgineos habitare sinus, & corporis arcti
Jussit inire vias, parvaque in sede morari:
Quem sedes non ulla capit: qui lumine primo
Vidisti quidquid mundo nascente crearas.
Ipse opifex, opus ipse tui, dignatus iniquas
Aetatis sentire vices, & corporis hujus
Dissimiles perferre modos, hominemque subire,
Ut possis monstrare Deum, ne lubricus error,
Et decepta diu varii sollertia mundi,
Pectora tam multis sineret mortalia seclis
Auctorem nescire suum. te conscia partus
Mater, & adtoniti pecudum sensere timores.
Te nova sollicito lustrantes sidera visu
In coelo videre prius, lumenque secuti
Invenere Magi. tu noxia pectora solvis,
Elapsasque animas in corpora functa reducis,
Et vitam remeare jubes. tu lege recepti

Mu-

XLVIII. Claudianus profecto in mente habuit illud Aristot. Polit. 7. πρῶτον μὲν θεὸν ὑπολάβειν. scivitque ex eodem, τοὺς θεοὺς ἐυσεβέστους εἶναι τοῖς μάλιστα ἀνθρώποις τιμῶσι. nec puto quidquam subtilius his versibus, aut magis pium enuntiari posse. CLAVER.

3. *Ante tuae*] *Nate* Barthius in Adversariis. (Lib. 1. cap. 7.) posset & legi, *Ante tuam*, lucem scilicet. & mox, *vani sollertia mundi*. HEINS.

4. *Aequaevus*] *Aequaevus genitor verbi, qui* &c. Barth.

9. *Opus ipse sui*] *ipse tui* Scaliger.

15. *Conscia partus*] *conscia patris* Barth.

22.

Muneris, ad Manes penetras, mortisque latebras
Inmortalis adis. nasci tibi nam fuit uni
Principium, finisque mori: sed nocte refusa,
In coelum patremque redis, rursusque perenni
Ordine purgatis adimis contagia terris.
Tu solus, Patrisque comes: tu Spiritus insons,
Et toties unus, triplicique in nomine simplex:
Quid, nisi pro cunctis, aliud? quis credere possit,
Te potuisse mori, poteras qui reddere vitam?

Miracula Christi. XLIX.

Angelus adloquitur Mariam, quo praescia verbo
Concipiat, salva virginitate, Deum.
Dant tibi Chaldaei praenuntia munera Reges,
Myrrham homo, rex aurum, suscipe tura Deus.
Permutat lymphas in vina liquentia Christus:
Quo primum facto se probat esse Deum.
Quinque explent panes, pisces duo, millia quinque:
Et Deus ex parvo plus superesse jubet.
Editus ex utero coecus nova lumina sensit,
Et stupet ignotum se meruisse diem.
Lazarus e tumulo, Christo inclamante, resurgit,
Et durae mortis lex resoluta perit.
Nutantem quatit unda Petrum: cui Christus in alto
Et dextra gressus firmat, & ore fidem.
Exsanguis Christi contingit femina vestem.
Stat cruor in venis: fit medicina fides.
Jussus post multos graditur paralyticus annos,
Mirandum, lecti portitor ipse sui.

In

22. *Muneris*] *Numinis* malebat Heinsius.

24. *Nocte refusa*] Lego, *reclusa*, aut etiam, *retusa*. de quo verbo alibi multis actum. & paulo ante, *nasci tibi nam haud fuit uni Principium*. Heins. *non fuit* Barth.

27. *Spiritus insons*] *Spirituum fons* Barthius.

29. *Quid nisi*] Haec est antiqua lectio. Excusi omnes eam secuti aliter habent, nempe: *Qui nisi praestares*, quod videtur aptius. sed enim hic auctor, ut alii poëtae, verba sua intricavit. In Eutropium: *Nihil est quod non in pectore magnum Concipit*. Claver. Haec corrupta. Scaliger notarat multa deesse. Miracula Christi in districha dividenda contendit Claverius. Heins. *Quid nisi pro cunctis (aliud quis credere possit) Te* Barthius.

XLIX. Miracula Christi.] Non dubito, quin haec in totidem districha separanda sint, mihique persuaserim libens ea singulis miraculis, a pictore expressis, subjecta fuisse, aut subjicienda; sunt vero facilia & pulcra. Claver.

3. *Myrrham*] Juvencus:

Aurum, thus, myrrham, regique homini que Deoque.

Claver.

9. *Editus ex utero*] Forte, *Creditus ex utero caecus*. Burm.

IN SIRENAS. L.

Dulce malum pelago Siren, volucresque puellae,
Scyllaeos inter fremitus, avidamque Charybdin,
Muſica ſaxa fretis habitabant dulcia monſtra,
Blanda pericla maris; terror quoque gratus in undis.
Delatis licet huc incumberet aura carinis,
Inpleſſentque ſinus venti de puppe ferentes,
Figebat vox una ratem; nec tendere certum
Delectabat iter reditûs, odiumque juvabat:
Nec dolor ullus erat. mortem dabat ipſa voluptas.

L. Olim quidam vitio vertere B. Ambroſio, quod poëticis uſus eſſet exemplis; verum ille ſe ita defendit, ut probet etiam e ſacris litteris Sirenas. Eſaias enim, inquit ille, Sirenes & filias paſſerum dixit. Senior vero Scaliger, Poëmatium hoc leve quidem, ſed non inelegans eſſe declarat. CLAVER.

1. *Siren*] Ita vetus liber. alias, *Sirenae*, inepte. notum eſt illud, *vitanda eſt improba Siren*, *Deſidia*. CLAVER. *Sirenae* Ald. Iſingr. Gryph.

4. *Terror*] *terrorque gratus in undis Delatus* Ald.

6. *Furentes*] Sic in veteri codice. alii, *ferentes*. deinde, *Figebat*, id eſt, ſiſtebat ratem. poſtremo *odium*, non *otium*. repugnat enim lex carminis. plura dicere ſuperſedeo. CLAVER.

7. *Tendere certum iter*] Lege, *coeptum*. HEINS.

8. *Odiumque*] *otiumque* Ald. *ociumque* Iſingr. Gryph.

9. *Dolor*] *color* Ald. marg. Gryph.

ANO-

Digitized by Google

ANONYMI POËTAE
LAUDES
HERCULIS.

Pieridum columen, cujus Parnaſia magno
Numine templa ſonant, laeto, precor, huc age, Phoebe,
Te conjunge choro: penetralia ſancta ſororum,
Et nova Caſtalios latices per rura petentem
Hippocrenaeum victorem inſiſtere fontem
Me fac. namque tuam non nunc novus advena turbam
Ingredior, laurosque gerens, & florea ſertis
Tempora vincta tuis, doctorum munera vatum.
Teſtor adhuc veteres: quamvis deſuetus, honores,
Alcides mihi carmen erit, germana Tonantis
Progenies, dignus credi poſt viſcera numen,
Semper ob inmenſos invicti roboris aeſtus.
Nec naſci potuiſſe vacat. nam lucis in ipſis,
Inclyte, principiis, tardo vix editus ortu,
Feciſti de patre fidem. ſed cur mihi lentis
Ludis adhuc, Cyrrhaee, modis, tenerumque reſultans

Lu-

1. *Pierium columen*] Hoc poëmation e vet. MS. multis locis emendamus; ſed in eo legendo parum voluptatis percepimus: non quod nimium diſpliceat; nihil enim gratius nobis contingat, quam ea, quae venam Claudiani ſapiant. verum facile deprehendimus, haec ſeni, vel aegro, vel curis adflicto excidiſſe; nam ex veteri etiam Graeca hiſtoria liquet eum a Theodoſii Magni imperio adusque Attilam vixiſſe, non ſine miſeria opinor, propter caſum Stilichonis, unde illa: *Teſtor adhuc veteres, quamvis deſuetus, honores.* In his tamen apparet pulchra aquilae, ſenectus aut equi. CLAVER.

2. *Phoebe*] *laeto* Ald. & pro, *Te conjunge*, *Tecum cuncta choro* Idem, Iſingr. Gryph. *Tecum junge* Claver.

6. *Turbam Ingredior*] *Ingredi turbam* an ſatis ſit Latinum, dubitare poſſis. quid ſi caſtigemus, *rupem Ingredior?* Malim etiam paulo ante *Hippocrenaeo victorem inſiſtere fonte*, vel *fonti*. *Me fas* non *fac.* HEINS. *Hippocrenaeon victorem ſiſtere fontem* Ald. Iſingr. Gryph. *Hippocrenaeo v. ſiſtere fonti Me dignare*, *tuam* Delr. *Me fameque tuam*, *nam nunc* Ald. *Me famaque tuam* Iſingr. Gryph. *olim Ingredior Cyrrham* conjecerat Heinſius, ſed delevit.

8. *Tempora vincta tuis*] Puto *ſuis*. Ita Naſo frequenter. ſi ad laurum refers, bis idem dixerit. *lauroque gerens* praeterea malo, & *munere*. HEINS.

10. *Germana*] *Romana* Ald. Iſingr. Gryph. *non vana* Scaliger & Barthius. mox pro *poſt viſcera*, forte *poſt funera* legendum. BURM.

12. *Ob inmenſos*] *in immenſos* Iſingr. Gryph. *cui ſemper immenſos* Ald. forte, *ſuper*.

Roboris aeſtus] *aëtus* praetulerim. HEINS.

13. *Nec naſci*] Haec vix intelligo. Forte, *Vix naſci potuiſſe vacat.* vix tempus, quo non ederes virtutis ſpeciem, conceſſiſti parturienti matri, ſed, dum naſceris, jam oſtendiſti, te filium Jovis. vide vs. 29. BURM.

16. *Ludis adhuc Cyrrhaee modis*] Puto, *Cyrrhaee*, nam Phoebum alloquitur. HEINS. *Cyrrhate* Aldus. corrupte, pro *Cyrrhaee*.

Re-

Luxuriante leves inpellis pollice chordas?
Pone habitum, quo mollis amas; & frondis amatae
Linque nemus, mollique exutus tempora lauro
Populea mecum carmen luctare ſub umbra.
Jam grave plus etiam, quam ventris tempora vellent,
Alcmenam tendebat onus. ſed regia Juno
Inpedit, & partus prohibet, naſcique vetabat,
Ut metus ipſe Deum monſtret. nec vivida coeli
Semina mortales norunt ſentire latebras,
Nec poſſunt ſufferre moras. datur inde novercae
Matereis; gravibusque odiis augmenta miniſtrat,
Quod vinci coepiſſe pudet. mox inproba binos
In tua membra jubet, dum naſceris, ire dracones.
Incumbunt celeres illi, ſquamoſaque juſſus
Armat colla furor: nec quamvis maxima tractu
Tardantur ſpiris. ſequitur pars cetera pectus.
Triſtis Tartarea vibratur ſibilus aura.
Morte rubent oculi, trifidisque horrentia linguis
Ora ſonant, nigrumque fremens levat ira venenum.
Quid nunc invictis fraudes innectere fatis,
Coelicolum Regina, juvat? cur objicis angues?
Cur parvo geminos? anne unum poſſe necari
Jam ſtrato Pythone times? licet omnia mundi
Monſtra voces, ipſamque armes ſerpentibus Hydram,
Defendet Natura Deum, patremque probabit,
Quod non vis conſtare, Jovem. jamque inrita taetri
Juſſa parant inplere angues, miſeroque furore

In

Reſultans] vide ad Calpurn. Eclog. 1. 29.

18. *Quo mollis amas*] Cum proximo verſu ſequatur *molli lauro*, alterutrum corruptum eſt. Gronovius Diatrib. Statian. cap. L. *miti lauro* reponit. fortaſſis, *ſolitaque lauro*. HEINS. *quo molle canis* Ald.

21. *Quam ventris tempora vellent*] An *ferrent*? conſtrue, ventris grave onus tendebat Alcmenam, plus etiam quam ferrent tempora. HEINS. *Alcmena* Iſingr. Gryph.

23. *Et partus prohibet*] Latinius erit, *partu prohibet*. Deum nempe, quod ſubſequitur. HEINS.

27. *Odiis augmenta miniſtrat*] Malim *alimenta*. ſic in Diſtichis Catonis; *viiis alimenta miniſtrat*. Mox puto, *Quod vinci ſe poſſe pudet*, vel *potuiſſe*. ſic infra, *Difficilis potuiſſe mori*. HEINS.

29. *Dracones*] Ex Theocrito, ubi δύω πολυμήχανοι Ἥρᾳ Κυνέαις φρίσσοντας ὑπὸ στυφέλοισι δράκοντας. Sane vidi infantulum, qui in ſole blandum luſitans ſerpentem mihi formidabilem & mirae magnitudinis, nutricula abſente, contrectaret, ac tum minus mirari coepi Herculis audaciam. CLAVER.

31. *tractu Tardantur ſpiris*] *tractu ſpirae*. HEINS. *Tardatam* Ald.

35. *Levat ira venenum*] An *pluit*? HEINS.

36. *Invictis fraudes innectere fatis*] *invitis fatis* ſcribendum. HEINS.

42. *Quod non vis*] *Quod novit* Iſingr. Gryph. *quod nolis* malebat Heinſius. vide ad Ovid. Epiſt. XX. 100.

43. *Miſeroque furore In tua fata tument*] Immo, *verſoque furore In ſua fata*. cum *tua membra* mox ſubſequantur. HEINS. *ſua fata* Ald. Iſingr. & Gryph.

45.

Digitized by Google

In ſua fata tument. cernit tua membra petentes;
Horreſcitque parens, numenque ignara creaſſe
Mortali pietate timet. Nil, ſancta, ſuperbae
Pellicis inlidias coelo modo freta tremiſcas,
Neve haec monſtra tibi faciant, Alcmena, pavorem.
Sic mater potes eſſe Dei. jam tolle ſerenum
Laeta animum, tantoque libens haec adſpice vultu,
Ut deceat genuiſſe Jovem. depone timorem
Indignum partu, natum quae exemplar habebas.
Cui metuis, nil ipſe timet. nam numine recto
Ridebas tu, Dive, trucesque, animosque ſuperbos
De genitore tenes, votisque aptiſſimus orbis
Gaudebas tantam jam tum meruiſſe novercam.
Corripis exiguis mox grandia guttura palmis,
Et quamvis teneris, cogens in brachia pondus,
Corripis, inlidens prenſos tellure dracones.
Efferat aetherium, quantum volet, orbis in axem
Latoidas, verosque probet ſua fabula Divos,
Quod Delo jam ſtare licet: non aequa laborum
Gloria, nec parili ſerpentes ſorte necarunt.
Illi unum ferro: geminos hic inermis, & unus.
His coeptis non ulla parat cunabula partus
Diva tibi. ſed cum totis jam bruma rigeret
Imbribus, & ſolidis haererent flumina lymphis,
Nudum praegelidis durando firmat in undis.
Utque rudis primo tentaſti robore greſſus,
Frondoſae deſerta vagus penetralia ſilvae
Secura jam matre petis, telisque tremendis
Ludis, & aetherias adducto dejicis arcu

45. *Creaſſe*] *creaſſet* Ald. Iſingr. Gryph. mox, *ſuperbas* & *tremeſcas* Ald.

49. *Sic mater*] *Si mater*. HEINS.

51. *Genuiſſe Jovem*] *Jovi* volebat Heinſius. *depone favorem* Ald.

52. *Natum quae exemplar habebas*] Malim, *natumque exemplar habebo*, & ſic Claverius. HEINS. *natumque exemplar habebat* Ald.

54. *Trucesque*] *truces* Ald.

55. *De genitore tenes*] *tenens* puto, & *lumine recto* ſcribe,

——— *nam lumine recto*
Ridebas tu, Dive, truces, animosque ſuperbos
De genitore tenens.

Sic recta oculorum acies apud Naſonem v. Metam. contra, *obliquum & transverſum tuens*. HEINS.

58. *Et quamvis teneris cogens in brachia pondus*
Corripis] *Corripis* jam praeceſſerat. Puto:
Et quamvis crebris coguns ſe in brachia nodis,
Porrigis. vel *Projicis*. de nodis ſerpentum dixi ad Naſonem curis ſecundis Epiſt. IX. 86. HEINS. *teneri* Ald. qui & *Corripis impreſſos licuens*.

61. *Latoidas*] *Laeto Idas* Ald.

64. *Hic inermis*] *& inermis* Ald.

66. *tatis Imbribus*] forte, *motis*. & *Dive, tibi*, non *Diva*, quomodo & jam ante. agit de Alcmena, cui Deae nomen haud convenit. potuit ſcripſiſſe auctor hujus carminis, *parcens, Dive, tibi*. HEINS.

70. *Utque rudis*] *rudes greſſus*. mox malim, *teliſque tremendum Ludis*, quod ſonat mollius. HEINS.

Aut funda violenter aves, noctemque sub astris
Exigis, & puram fractis bibis amnibus undam.
Inmanem interea Nemeae per lustra leonem
Ipsa Chimaeraea cretum de gente noverca
In tua depastis armabat vota juvencis,
Augebatque fero vires, rabiemque juvabat,
Naturam minus esse putans. heu quanta virorum
Funera! quam multos stravit cum dentibus apros!
Non illum magnae viduatis montibus urbes
Armorum fregere minis, Martique domando
Adsuetas morsu fudit graviore catervas.
Hunc gravis Eurystheus (nam, te quocumque levares,
Imperium duri voluit sufferre tyranni,
Sic mundo Fortuna favens) hunc sternere leto
Imperat. at nullum virtus reticenda per aevum,
Dignaque sidereos post membra intrare recessus,
Posse mori quam vile putat. namque impiger ultro
Vadis, & inmensae scrutatus devia silvae,
In nova sanguineos animasti vulnera rictus,
Admonita feritate, juba, visuque cruentus
Excussis movet arma toris, dubiumque residens
Infremit. invadis trepidum, solisque lacertis

Gran-

rudes Ald. *Ludis in aetherias* Isingr. Gryph. *tremendas ludis aetherias* Ald. & *aerias* Claver.

74. *Puram*] Puto, *crudam*. Heins.

75. *Nemeae*] *Nemea* Ald. Isingr. Gryph.

80. *Quam multos stravit cum dentibus apros*] Ineptae. quid si legas, *quam multas cumulavit gentis acervos*. vel, *constravit messibus agros*. *sternere rura* pari locutione infra denuo occurret. *sternere bustum* poëtis saepe. Prudentius libro II. contra Symmach. *jamque rurus Venetos turmis prostraverat agros*. Heins.

81. *Moenibus*] Indicat populum effusum extra portas urbium: alias *Montibus*, quod non plane spreveris, quia sylvosi montes arboribus viduari poëtice dicuntur, apud Horatium: *Et foliis viduantur orni*. Claver. *maenibus* Ald.

Viduatis montibus urbes] Imo *moenibus*. & sic ex veteri libro Claverius. sed quem ille vetustum codicem in carmine hoc castigando advocat frequenter, metuo ne Cujacianas conjecturas pro membranis nobis obtrudat. Heins.

83. *Morsu*] *Morsus* Ald.

84. *Quocumque*] *quo cuncta* Ald.

87. *At nullum*] *tum nullum* Ald.

89. *Putat*] *putas* Ald.

91. *Animasti*] Alii codices: *Armantem vulnere*. Sed magis est ut conferas ab initio ad finem totum hoc opusculum cum aliis editionibus. nos enim jam alio vocamur. scias vero Nasonem de Maleagro aprum animante: *Hostemque irritat ad iram*. Claver. *armantem vulnera* Ald. Isingr. Gryph.

92. *Admonita feritate juba*] *Admonitae feritate jubae*. hoc est stimulatae jubae feritate cruentus, a flagellis sumta locutione. sic Virgilio, *equos stimulo admonere*. & ad ejus exemplum Columellae libro II. cap. 2. *numquam stimulo lacessat juvencum, quod detrectantem calcitrosumque eum reddit: nonnunquam tamen admoneat flagello*. Heins. *Admonita feritate jubas* Ald.

93. *Excussis movet arma toris*] Lucanus Libro II. de tauro:

Nec redit in pastus, nisi cum cervice recepta
Excussi placuere tori. Heins.

ita Sulp. Severus vita Martini cap. 21. *Bovem sibi excusso capite inter inguina eorum injecisse*. Heins.

94. *Solisque lacertis*] Opinor *solidisque*. Dixi ad Nasonem Met. XV. 230. Heins.

95.

Digitized by Google

Grandia corripiens eliſo guttura morſu,
Inbellem fractis proſternis faucibus hoſtem.
Tunc & flavicomis radiantia tergora villis,
Ceu ſpolium fuſo victor rapis. emicat omnis
In laudes mox turba tuas, longoque relicta
Currit in arva metu. juvat ire, & libera rura,
Defenſosque videre locos, ſilvamque juvencis
Jam facilem, & nullis reſonantes fletibus agros.
Maenalium petis inde nemus, fletamque colonis
Arcadiam, & ſteriles raro jam robore ſilvas.
Namque hic inmenſa membrorum mole cruentus
Indomitus regnabat aper, ſoloque tremendus
Corpore lunatis fundebat dentibus ornos,
Sternebatque ſuos lugentia rura colonos.
Horrebant trifidis nigrantia corpora ſaetis,
Duratosque armos ſcopulis, totosque per artus
Difficilis potuiſſe mori. non ſpicula in illum,
Nodoſumve rapis clavato pondere robur.
Armati viduatur honos: nec vulnera virtus
Extemplo tibi facta timet. jamque adripis ultro
Spumantem, cogisque diem ſufferre tuendo,
Atque ſupinato mirantem lumine vinci
Argolici victor portas ſub tecta tyranni.
Fama celer toto victorem ſparſerat orbe,

Au-

95. *Eliſo guttura morſu*] Malim *eluſa*. HEINS. ita Ald. Iſing. Gryph.

97. *Tunc &*] *Quin &* Ald.

100. *juvat ire*] *ire* Ald. ex Virg. II. Aen. 27. *juvat ire, & Dorica caſtra, Deſertoſque videre locos*. BURM.

101. *Defenſosque videre locos*] *locos* opinabar. HEINS.

104. *Steriles raro*] *raro ſteriles* Ald.

105. *cruentus*] praeceſſerat non multo ante. quid ſi, *membrorum mole rigentum*. nam *cruentus*, *indomitus*, *tremendus*, minus apte conjunguntur. HEINS.

106. *Soloque tremendus*] Puto, *ſolidoque tremendus Corpore*. HEINS.

109. *Horrebant trifidis nigrantia corpora ſaetis*] Inepte. Lego *Horrebat rigidis nigrantia corpora ſaetis*, ut cum ſequentibus haec melius cohaereant, uſitato Graeciſmo. vel *birtis*. ſi *rigentum* ſupra admittimus. etiam *tutoſque per artus* praeter haec fortaſſis ſcribendum. tum malim *nigrantia tergora*. HEINS. *Horrebant rigidis* Ald.

112. *Clavato pondere robur*] Sic ſcribendum cum Pulmanno & And. Schotto. perperam *gravato* legebatur. *gravidato* Claverius. apud Maronem VIII. Aen. 220. de Hercule:

——— *rapit arma manu, nodisque gravatum Robur*. HEINS.

114. *Nec vulnera virtus Extemplo tibi facta timet*] Forte *Exutas ſibi*. nam nudus devicit aprum. HEINS.

116. *Atque ſupinato*] *ſupinando* Ald. Iſing. Gryph. qui ultimus etiam *numina vinci*.

117. *Argolici*] Severus in vita Martini, ex Statio: *Grandaevumque ſuem mirantibus intulit Argis*: quem verſum ideo ſcholaſticum vocat, quod illo ſaeculo in ſcholis legebatur Papinius: apud quem tamen *clamantibus Argis* reperias. CLAVER.

118. *Fama celer*] pro *celeris*. Mendoſum id tamen, & v. 133. denuo occurrit. HEINS. vid. ad Petron. CXXIII. *volans* Claverius.

Auxiliumque Dei poſcebat Creta cruento
Victa malo. taurus medio nam ſidere Lunae
Progenitus Dictaea Jovis poſſederat arva.
Fulmen ab ore venit, flammisque furentibus ardet
Spiritus, & terram non coeli flamma perurit,
Sed flatus monſtri. * dextro jam Siria ceſſent
Sidera, Solque licet glaciali frigore victus
Abſtruſum mundo claudat jubar, aurea condens
Lumina, & igniſluo ſtupefactus in orbe tepeſcat.
Aeſtus habet Cretam: pereunt ſilvaeque lacusque,
Graminaque, & fontes ſacri: montesque perurit
Flamma ferox. Idam Superis ſpectantibus ignis
Diſſipat, & magno cunabula grata Tonanti
Igne ſuo monſtrum, ſi fas eſt dicere, vincit.
Tandem fama celer Dictaea ad litora magnum
Duxerat Alciden, cum Taurum dira minantem
Excipit, & ſaevum cornu, flammasque vomentem
Corripit, atque artus conſtringens fortibus ulnis
Ignifluos flatus, animamque in pectore clauſit.

* * * * * *
* * *

Deſunt multa.

119. *cruento*] *crudeli* Ald contra metrum.
124. *Sed flatus monſtri. * dextro*] Locus depoſitus. Fors fuerit, *Sed flatus monſtri taeter.* HEINS.
125. *Sidera*] *ſidere* Ald. Iſing. Gryph. *Sed flatus monſtri teri: jam Siria ceſſent Sidera* Scalig.
126. *claudat jubar*] *Claudat. juba aurea* Ald. mox *igniſluus*, & *tepeſcet* idem. *victor* etiam Ald. pro *victus*
132. *Igne ſuo*] *ſuum* Raphel.
135. *Excipit*] *Accipit* Ald. Iſing. Gryph.

STE-

Digitized by Google

STEPHANI CLAVERII
CORONIS MISCELLA
AD
CLAUDIANUM.

CAP. I.

DE CONSTANTINO MAGNO, ET JULIO CONSTANTIO EJUS PATRE.

Dixi, ni fallor, in quadam Annotatione ad Librum II. in Eutropium ea quae mihi videbantur de auſpiciis Conſtantini libere ſatis, neque ἀπὸ τῆς ἐκδοχολογίας. Utinam illuſtrem Eccleſiae hiſtoriam vidiſſem prius, verum quia galeatum ſero poenitet, quid rationes meae poſſint, experiar, easque omnium oculis ſubjiciam, non quod pondere ſuo libratiores putem, ſed ut pateat inſignis illa varietas, quae ſubtiliſſimum quemque morari valeat. Ego quidem Conſtantium Chlorum, ſeu mavis Procerum, quem noſtrae Fidei ſatis aequum fuiſſe volunt, non Auguſti aut Imperatoris nomine exui, ſed ei rem & munus ἀυτόκρατορ videor ademiſſe. At magnus Hiſtoriae princeps ei Triennium aſſignat, & ea quae ipſo Imperante acta ſint more ſolenni commemorat in hunc fere modum: Anno Chriſti CCCIV. Diocletiano IX. & Maximiano VIII. Conſſ. vigeſimo anno Imperii Diocletiani nondum penitus exacto XI. Kal. Maii ambo Impp. abdicarunt ſe Imperio. quo facto Conſtantius & Galerius ſunt appellati Auguſti. At Conſtantio Occidentis Imperium moderante non ceſſavit perſecutio, neque ullum ab eo datum eſt pro Chriſtianis reſcriptum, quamobrem accidit ut iisdem ferme diebus Marcellinus Papa ſit decollatus. Quantumlibet vero Conſtantius Imp. Occidentem adminiſtraret: ipſo tamen in Britannia agente Galerius ex animi ſententia omnia regebat, atque cum Maximiani arbitrio omnia Praeſides atque Proconſules agerent, ex illis, qui praeſidebant Campaniae, multos viros ſanctos capite damnavit. Addit quoque ex Actis veterum: Temporibus Diocletiani Imp. Conſulatu Conſtantii Caeſaris VI. (qui ſane fuit anno CCCV.) magnam fuiſſe perſecutionem. Vidiſti vero ſupra Diocletianum ἀνάφορον nunc biennio elapſo novo diademate aut ſane trabea refulgentem, quid plura? in Faſtis reperies Anno CCCVII. Maximiani Herculii IX. & Anno CCCVIII. Diocletiani X. Conſulatum. ex quibus magnum elicitur argumentum retentae ab iisdem praerogativae non etiam moleſtiae regiminis, quamquam ad eos de rebus magnis ac dubiis fieret Relatio, ut videatur utrique ſalva fuiſſe exceptio: Si quid eis humanitus contigiſſet. non multo diſſimili ratione advertimus in Gallia rectores provinciae ſi diis placet aut judices ſibi de ſucceſſore bene merenti, ut puta filio aut affini, proſpicere: neque tamen ea re ſunt illi immunes plane, aut capitis ut ita dicam minores. quin potius magis firmo parieti ac munimento videntur inſiſtere. Itaque eleganter ait Auſonius de Valentiniano Seniore qui fratrem ac filium adſciverat: *Omnia ſolus habens atque omnia dilargitus.* unde & vetus Panegyris: *Potes imperium, Maximiane, donare, non potes non habere.* dixerat prius: *Cum maxima largiaris ita penes te ſunt omnia, quaſi ea ſolus obtineas.* & illud: *Maxi-*

Digitized by Google

miane ſemper Auguſte & Conſtantine oriens Imperator, id eſt, mox future ſeu deſignate: aut deſtinate Imperio. Nullum profecto reſcriptum, ut dixi, nulla conſtitutio, nullum edictum, nulla juſſio, nullum numiſma nobis innotuit quod fidem faciat plenam Conſtantiani Imperii. quamvis enim in antiquis tabulis haec memoretur Inſcriptio: CONSTANTIUS ET MAXIMIANUS INVICTI AUGG. ei tamen ſua non deſit temperies. Itaque in Panegyrico I. ad Maximianum Herculium & Conſtantium ita ſe orator explicat, ut Conſtantini prudentiam laudet, qui a Summo Imperatore Maximiano quam a patre ſuo Auguſti nomen expectare maluerit. ut nimirum eſſet ſecurior. alioqui patris manibus fecit injuriam, qui ſibi relictum ab eo Imperium non adierit. Sed quomodo relictum fuerit, quaeſtionis eſt. ego facile credo poſt ultimum Conſtantii ſpiritum Exercitum ab ipſo relictum fuiſſe inſtar Imperii ſed violenti, ut olim ſaepe. tanti ſane momenti fuit Britannia, ut robur militis exinde educti ad tyrannidem in Occidente, vel teſte Maximo, occupandam ſuffecerit. Quare hic locus Panegyrici ad Conſtantinum Treveris agentem in deliberationem cadit: *Quamquam tu ad Seniores principes* (id eſt Diocl. & Maximianum) *de ſumma Reipublicae quid fieri placeret retuliſſes, praevenerunt tamen ſtudio milites, ſcilicet quod illi Impp. judicio mox probaverunt. Purpuram ſtatim tibi, quum primus copiam tui fecit egreſſus, milites, utilitati publicae magis quam tuis affectibus ſervientes, injecere lacrymanti. Diceris etiam Imp. Invicte, ardorem te depoſcentis exercitus fugere conatus equum calcaribus incitaſſe.* atque hic vides quantula fuerit in Conſtantino animi moderatio ac boni & aequi ars non affectata. quos ſane virtutis igniculos facile poſtea corrupit ambitio, auctorem enim ſuum ac ſocerum Maximianum nullo ſcrupulo impeditus palam oppreſſit & extinxit. Caeterum in Hiſtoria Miſcella, quam P. Pithaeus V. C. edidit, ubi (praeter Eutropii, Flori, Victoris, Euſebii, Rufini, Oroſii, & aliorum hiſtorias) totam paene Anaſtaſii Bibliothecarii Romani Eccleſiaſticam ex Georgio Theophane aliisque Graecis ſcriptoribus collectam contineri bona fide pollicetur, haec reperias: *Conſtantius contentus dignitate Auguſti, Italiae atque Africae adminiſtrandae ſolicitudinem recuſavit.* deinde: *Obiit in Britannia Eboraci Principatus anno* XIII. *qui Principatus Caeſaria & Auguſtali dignitate cenſeri debet.* denique in eadem Hiſtoria hic eſt ordo Imperatorum: *Anno ab Urbe condita* CIↃXLII. *Diocletianus Trigeſimus ſeptimus Auguſto Imperator creatur.* ibique nulla mentio Maximiani, qui poſtea adſcitus eſt. ita ut unus vice duorum ſit, atque alter alterum deſignet. deinde ſub initium libri XI. *Anno ab Urbe condita* CIↃ. LXI. *Conſtantio mortuo Conſtantinus ex obſcuriore matrimonio ejus filius in Britannia Trigeſimus octavus ab Auguſto Imperator creatus eſt.* vides ſaltem ut Conſtantium excludit, qui neminem inter Diocletianum & Conſtantinum numerat. & tamen haec a ſcriptore orthodoxo afferimus, ubi nulla ſigla aut notae. Aurelius Victor vir conſularis haec etiam pronunciat: *Huic*, id eſt, Galerio, *Quinquennii Imperium, Conſtantio annuum fuit, cum ſane uterque potentiam Caeſarum annos tredecim geſſiſſent.* Atque haec non ut controverſias poſcerem, ſed ut mea cauſa quadamtenus probabilis videretur, enucleavi. neque nos latuit aut eluſit Beroaldi, Funccii, Peuceri, Goltzii, & aliorum iſtius ordinis exacta ſatis perquiſitio. quinimo inſignem illum Hebraicae linguae antiſtitem conſuluimus. hi vero omnes radiis unius Baronii propius admoti qua nota ſint commendabiles, non eſt meum indicare.

CAP. II.

SEd enim de Conſtantio Principe omnium ſua aetate pulcherrimo, fortiſſimo & optimo aliquid praeterea dicendum eſt. Is maternam ducit originem à Divo Claudio Gothico, quem plerique putant Gordiano fatum, dum adoleſcens à muliere matura inſtitueretur ad uxorem. quod ſatis arguit Porphyrius in carmine daedaleo:

> ——— *cui Claudius acer*
> *Magnanimum ſidus dat clarum e numine divo*
> *Imperium.*

& illud Rhetoris: *A Divo Claudio manat in te avita cognatio.* Forma fuit adeo praeſtanti & heroica, ut meruerit divina Panegyri non ſemel celebrari. quod mihi magis conſtitit ex antiquo ipſius numiſmate e puteo apud Bituriges eruto, nec vidi unquam quidquam ſpecioſius, ut jam taedeat monſtroſae illius figurae, quam circumferunt Bel-

Digitized by Google

Belgici libri. ſane ſi vera hîc eſſet expreſſa, ut volueram, mirabiles ſui amores excitaret, ac liceret conjicere ex tali inſpectione, quid animi, quosque ſpiritus geſſerit. Inſcriptio haec erat: CONSTANTIUS NOB. CAESAR. altera parte ſculptus erat Hercules, & Ara, in gratiam forte Max. Herculii, cum hoc indice: GENIO POP. ROMANI. Ejus vero victorias teſtatur Gallia, ſenſit Batavia, experta eſt Britannia, clamant Lingones, Vindonis campi & vicina mari Bononia. Civilitas in eo maxima, popularis induſtria & Imperatoribus, qui tunc erant, ſuſpecta liberalitas, indeque nobilis pauperies. Praeterea cum bellorum moles Diocl. & Maximianum urgeret, cuncta quae trans Alpes ſunt ei commiſſa. neque ſolum armis ſed & literis Aeduicae regioni profuit. ut aperte declarat Eumenius in haec verba: *Ego* V. P. *nihil laudi meae tribuo, ſed Domini noſtri Conſtantii Principis Juventutis incredibilem erga juventutem Galliarum ſuarum ſolicitudinem & indulgentiam mirari ſatis nequeo, qui honorem literarum hac quoque dignatione cumulavit, ut me filio potius meo ad priſtina mea ſtudia molientem ipſum jufſerit diſciplinas artis oratoriae retractare.* Idem commemorat hanc Epiſtolam ſacram Conſtantii, quem & Caeſarem Herculium ſuperius nominat: *Merentur & Galli noſtri ut eorum liberis quorum vita in Auguſtodunenſium oppido ingenuis artibus eruditur, & ipſi adoleſcentes qui bitari conſenſu meum ex Italia revertentis ſuſcepere comitatum, ut eorum indoli conſulere cupiamus. Proinde quod aliud praemium iis quam illud conferre debemus, quod nec dare poteſt nec eripere fortuna? Unde Auditorio huic, quod videtur interitu Praeceptoris orbatum, te vel potiſſimum praeficere debuimus, cujus eloquentiam & gravitatem morum ex Actis noſtri habemus adminiſtratione compertam. Salvo igitur Privilegio dignitatis tuae hortamur ut profeſſionem oratoriam recepter, atque in ſupradicta civitate (quam non ignoras nos ad priſtinam gloriam reformare) ad vitae melioris ſtudium excolas mentes. Nec putes hoc munere ante partis aliquid tuis honoribus derogari, cum honeſta Profeſſio ornet potius omnem, quam deſtruat dignitatem. Denique etiam ſalarium te in ſexcentis millibus nummûm ex Reipublicae viribus conſequi volumus, ut intelligas meritis tuis etiam noſtram conſtare clementiam. Vale, Eumeni Kariſſime nobis.* Quae quidem ex collatione opt. Codicis Jani Gulielmii, ut fertur, expreſſi, ut jam hîc nemo niſi amens haereat. nam ex v. cod. Rhenanus lapſu favorabili: *Auguſtoclivienſium* deſcripſerat, quia idem fere tractus litterarum. neque J. Lipſius gemma ſaeculi id neſcivit. At paene oblitus eram dicere hujus noſtri Conſtantii memoriam Spirae in Germania, ubi confeſſus Imperii, mirum in modum celebrari.

CAP. III.

NOn grave tamen, aut injucundum erit ſcrutari penitius indolem & conſilium hujus principis. Is primo, ut actas florida & forma elegans ferebat, Helenam hoſpitis filiam eximiae pulchritudinis virginem mediam complexus eſt. cujus rei voluptas etiam recedenti medullitus inhaeſit, adeo ut unica puella cunctarum, ut ait poëta, oblivia fecerit. Et bene habet, nam res conſenſu patris geſta eſt, dum primos ſemidei illius amores forſan miſereſcit & cohortem regiam comitatumque ſplendidiſſimum vel demiratur, vel formidando ſuſpicit. neque enim opinor generoſus ac probus, licet calidus juventa, vim ei attuliſſet, aut ſacra hoſpitii erat violaturus, quamvis auctore Seneca nemo ſe ſtabularii aut cauponis hoſpitem judicet. Sane quantum licet conjicere ex regali purpura ſeu peplo, quod Helenae diſcedens reliquit tanquam nuptiale munus (craſtinum vocant Germani, ſeu matutinum) affectus maritalis ab eo non longe abfuit, neque non ſpes data futuri conjugii. quare (ut verbis Ovidii utar) *Helenen ego crimine ſolvo.* quinetiam haec maris & feminae conjunctio ſpeciem habet matrimonii. unde puella Canace ad ſuum amatorem, qui dixerat: *Illius, de quo mater es, uxor eris.* reſpondet: *Mortua crede mihi, tamen ad tua verba revixi. Et poſitum eſt uteri crimen onusque mei.* Quid plura? Conſtantius cum in ſomnis videre ſibi viſus eſſet praeter rerum naturam ab Occidentali Oceano Orientem φωσφόρον patrem Helenae rogavit ut eam diligentius ſervaret & quod ex ea naſciturum eſſet. qui locus Nicephori belle & aperte explicat vocem illam dubiam & aliorſum acceptam in Panegyri, ubi nobiles Britannias illic oriendo feciſſe dicitur Conſtantinus.

fore

fore enim haec innuunt, ut Helenae filius ad Insulam istam appulsus, atque à patre mox in coelum ituro Caesar nuncupatus, dignitatis suae radios primulum in ista regione exerat, nec alia mente exclamat ille: *O fortunata & nunc omnibus beatior terris Britannia, quae Constantinum Caesarem prima vidisti.* Ita profecto sentiebat I. Cujacius, Europae miraculum, licet antea dubitaverit. quapropter magnam animo meo persensr voluptatem, cum legerem nuper in scriptis Lipsii non aliena, eique laudem judicii propriam & solidam quantum in me erat adscripsi. Sed redeamus ad Constantium. Ea fuit principis hujus constantia, ut cum ei Maximianus Herculius privignam suam in uxorem dedisset, Helenam tamen retinuerit clanculum, quamvis aperte se gereret pro marito Theodorae, ne scilicet Imperatori, cui dignitatem & honores debebat, foret invisus. Itaque, ni fallor, consilium cepit de secessu in Insulam toto orbe penitus divisam & à se liberatam, ubi sine controversia & metu, pro eo ac Principem decuit, vitam exigeret. Quid si fuit ingratus aut se Maximiano Imperatori devinctum non agnoverit? ad hoc facit Panegyris Constantino dicta, quae postquam Divi Claudii Imp. meminit post paulo subjungit: *Ab illo generis auctore in te Imperii fortuna descendit. Quinimo patrem tuum ipsum vetus illa Imperatoriae domus praerogativa provexit.* ergo Maximianus, qui plurimum ei facere data privigna & magnis dignitatibus credebat, nihil egit, nihil profecit. nam Constantius in extremis positus Theodorae & communium pignorum oblitus Constantinum Helenae filium in memoria habuit: sexque plus minus praeteriit, ut unum haeredem faceret. qui quidem haeres ex asse, ut ita loquar, ubi modestiam, de qua supra, & pietatem ac differendi Imperii conatum ostentavit, parvo lapsu temporis ferociam aquilae exeruit magno soceri sui malo & fratrum pernicie, de quibus haec forte Ausonii:

Dum Constantini fratres opulenta Tholosa
Exsilii specie sepositos cohibet.

CAP. IV.

ADdam superioribus quaedam scitu non indigna. Primo concubinas multis Impp. fuisse uxorum loco. nam, quoad Helenam, D. Ambrosius eam Stabulariam vocare non dubitavit (ut alibi notamus) addiditque Constantinum e stercore venisse ad Regnum. Helenae tamen primas dedit Constantius, & ex ea natum legitimis liberis videtur praetulisse, quod exemplum secutus est Constantinus, dum Crispum Caesarem ex Minervia concubina susceptum Imperio destinat. neque tanti putat Faustae uxoris, imo suam veram progeniem, idque opinor in contemptum Maximiani soceri aut in odium memoriae ipsius. Neque adeo jam Valentiniani Senioris factum mirari libet. Is cum haberet uxorem Severam nomine, Gratiani matrem; aliam, nempe Justinam, superinduxit. neque tamen D. Ambrosius filium ejus minus pro Imperatore agnovit. dicit vero de ipso: *Ego te suscepi parvulum. ego Justinae maternis traditum manibus amplexus sum.* Sed enim tunc forte vigebat adhuc lex Valentiniani senioris. Haec est, ne longius abeam, in Historia Miscella sub his verbis: *Legem publice protulit, ut omnes, qui voluissent, impune bina matrimonia susciperent. nam ideo populosas fore gentes, quia hoc apud eas solenne est.* Quae cum ita sint, lex Ulpiani XIII. D. ad legem Juliam de adult. nescio quo modo se insinuat, ubi haec legimus: *Plane sive justa uxor fuit sive injusta, accusationem instituere vir poterit: nam & Sextus Caecilius ait: Haec lex ad omnia matrimonia pertinet*, & illud Homericum adfert: Ἦ μοῦνοι φιλέουσ' ἀλόχους μεμάασιν ἀνδράσιν Ἀτρεΐδαι; Achillis autem verba sunt, quorum haec sententia: *An soli inter tot gentes, quae sub coelo sunt, uxores diligunt Atridae?* dein subjungit de Briseide captiva seu concubina, ut videatur ei nomen uxoris dare: ὡς καὶ ἐγὼ τὸν Ἕκτορι φίλιον ἄνδρα τέτυκτο μητέρα. Atque hinc patet differentia inter nuptias & matrimonium, quae quidem obiter dicta esse volumus. Scimus enim Amicas & vice conjuges saltem delectu ex I. Cujacii sententia separari. Dabit vero nobis veniam lector bonus, quod ausi simus adeo transilire lineas. sed haec nobis tanquam in familiari colloquio sine arte exciderunt. Sunt & alia forte, in queis deflectimus a quibusdam historiis, sed alias excutienda. Sane multa neque vulgaria de virtutibus ac vitiis Constantini Magni eram, vel ingratiis Eusebii encomiastae, dicturus: nisi gyro meo includi maluissem.

CAP.

CAP. V.

QUi in sole ambulant, etiam si aliam ob causam ambulent: fieri tamen ut colorentur, ait Cicero. ita ego cum relaxandi animi causa quaedam opuscula perlustrarem, quia recens erat apud me Claudiani memoria, duplici lucro & voluptate me sensim cumulari adverti, de quibus hoc capite agere libuit. Claudianus Lib. II. Proserpinae. (v. 320.)

Pars aulaea tenent aliis praetexere ramis
Limina, & in thalamis cultas extendere vestes.

Arnobius: *Cum in thalamum conventis toga sternitis lectulos*: Idem de Nuptiis Honorii: *Sidoniasque sole prosternite vestes.* ibidem:

—— alii funalibus ordine ductis
Plurima venturae suspendite lumina nocti,
Hi nostra nitidos postes obducere myrto
Contendant.

Huc fere pertinet locus Juvenalis Satyra XII.

Cuncta nitent, longos erexit janua ramos,
Et matutinis operatur festa lucernis.

Idem: *omnes violae jactabo colores.* cui respondet illud Claudiani de Nupt. Honorii.

Nec miles pluviae flores dispergere ritu Cessat.

Tertullianus in Apologetico. *Cur die laeto non laureis postes adumbramus, nec lucernis diem infringimus?* Xiphilinus in Nerone, πᾶσα πόλις ἐστέφετο καὶ φανοὶ καὶ τιθασσεύματα. Prudentius: *Et quae fumificas arbor vittata lucernas Sustinuit, cadit ultrici succisa bipenni:* cui ultimo versui videtur accinere illud Claudiani, de antiqua Germanorum superstitione, Panegyri I. (263.) de laudibus Stilichonis:

& robora numinis instar
Barbarici nostras feriant impune secures.

Idem Panegyrii II. (263.) cum diceret de Italia in Deae speciem ornata:

Vitibus intorquens ederas & palmite largo
Vina fluens:

injiciebat mihi scrupulum, sed in carmine illo satis eleganti, quod primus edidit P. Pithaeus, haec libens notavi:

Bacche, vitium repertor, plenus adsis vitibus,
Effluas dulcem liquorem comparandum nectari.

Praeterea Claudianus de Bello Gild. (v. 52.) ita fingit Romam loquentem:

Tot mihi pro meritis Libyam Nilumque dedere,
Ut dominam plebem, bellatoremque Senatum
Classibus aestivis alerent, geminoque vicissim
Littore diversi complerent horrea venti.

Tacitus: *Olim ex Italiae regionibus longinquis in provincias commeatus portabant, nec nunc infoecunditate laboratur: sed Africam potius & Aegyptum exercemus, navibusque & casibus vita populi R. permissa est.* At Plinius Junior: *Refudimus Nilo copias suas. recepit frumenta quae miserat, deportatasque messes revexit.* Idem. *Nec novis Indictionibus pressi ad vetera tributa deficiunt.* Certus autem numerus frumenti qui Romae, Alexandriae, & Constantinopoli absumebatur, Canon dicebatur. nec mirum si multi appeterent civitatem, quia iis dabatur frumentum, oleum, & caro porcina, unde Praefectus annonae habuit sub se suarios, qualis opinor fuit Hosius comes Eutropii apud Claudianum libro II. (346.) ubi rara quaedam admiscui.

CAP. VI.

THeodosii amor tantus fuit in filios, ut iis vel a puero dederit Consulatum ac paulo post Principis Caesaris & Augusti honores, quin etiam eos sibi paulominus aequaverit. Claudianus in IV. Honorii Consulatu describit optimum illum patrem eodem curru cum filiis vectum per orbem Constantini: (v. 203.)

Laetior augurio genitor natisque superbus
Jam paribus duplici fultus consorte redibat,
Splendebatque pio complexus pignora curru.

Atque huc pertinere videtur locus elegans Senecae: *Rectorem*, inquit, *Romano Imperio filium longa fide approbet, ut ante illum consortem patris quam successorem accipiat.* hic vero notabis quae sit differentia inter *consortem* & *successorem.* nam qui consortes adhibet nominis vel operum, seu muneris, nihilo secius apicem rerum obtinet.

Eodem libro Claudianus pompam Consulatus pulchre depingit: (565.)

Nunc quoque quos habitus, quantae miracula pompae,
Vidimus, Ausonio quum jam succinctus amictu
Per Ligurum populos solito conspectior ires,
Atque inter niveas alte veherere cohortes.

Deinde in Nuptias ejuſdem Honorii (v.295.) de albato exercitu Stilichonis:

Candidus interea poſitis exercitus armis
Exultat ſocerum juxta.

Hinc facile eſt conjicere Romanos ſive armatae ſive togatae militiae ſectatores die feſto vel in lactitia publica candidiore nota inſignes fuiſſe: Itaque Horatius:

Dierum Feſtos albatus celebrat.

Ovidius:

Veſtibus intactis Tarpejas itur in arces,
Et populus feſto concolor ipſe ſuo eſt.

Vopiſcus in Floriano: *Senatores laetitia elati albati ſedent.* unde viri conſulares ac patricii, qui Honorio Mediolanum intranti adſtitere, creduntur fuiſſe albati, ita enim ſubjungit poëta.

Quidquid in orbe fuit Procerum, quibus auctor honoris
Vel tu, vel genitor. numeroſo conſule Conſul
Cingeris, & ſocios gaudes admittere patres.

Neque diſſidet locus notabilis apud Prudentium, poëtam haud vulgarem:

Exſultare Patres videas, pulcherrima mundi
Lumina, conciliumque ſenum geſtire Catonum
Candidiore toga.

Caeterum galbus Color, qui χλωρὸς vel herbaceus, fuit etiam in deliciis. vide quae diximus in Ruf. Claudiani, ubi *Herbida velamina.*

CAP. VII.

IN Eutropium libro I. (309.) ſunt verſus, qui ab interpunctione viſi ſunt mihi laborare. Itaque cum hac in parte liberum ſit, modo non inſcitis, diſtinguendi arbitrium (Manuſcripti enim codices, quo meliores, eo minus vel in vocibus, vel in ſententiis, ac periodis diſtincti) ita repraeſentamus:

Forſitan & dominus praebet miracula lictor
Conſule nobilior, Libertatemque daturus
Quam nunquam meruit ſcandit ſublime tribunal.

Excuſi libri τὸ *Libertatem daturus* referunt ad Lictorem, ego ad Eutropium Conſ. quia enim ille jam dictus eſt dominus, nil neceſſe putavi. Sed enim opinor, iſte *dominus lictor* fuit idem qui ſummus, & proximus Conſuli dicebatur: Graecis ἀνὴρ ὑπατικός. Apud Val. Maximum filius Fabii, cum eſſet Conſul, patri venienti obviam proceſſit. dein, ob id irato patre, Lictori proximo, ut ſibi appareret, imperavit. Erant vero Lictores liberi ex lege Triumvirati Antonii, Lepidi, & Octaviani, ut Dio his verbis indicat: μόνοι δῆλοι γιγνόμενοι. Conſul autem lictores totidem habuit quot faſces nempe XII. At ex duodecim lictoribus unus erat Conſuli proximus, aliis quadam praerogativa inſignior. Sed hujus rei quaedam umbra vel effigies in Academia principe a me (ſi fas) deprehenſa eſt in Rectore. Cum enim per urbem purpuratus incedit, Lictores plus minus XII. praecunt, quorum qui ultimus Generalis dicitur, eſtque Rectori proximus. eorum partes ſunt ſubmovere populum, & quaſi de ſemita dejicere, ac nobili virga fores, ubi opus eſt, pulſare: quod tamen Pompejus Magnus Poſidonii Philoſophiae magiſtri domum intraturus vetuit. Sylla, quia Dictator, XXIV. faſces ante ſe egit. Quin etiam, ſi Tullio credimus, Lictores cum faſcibus Praetorem ante ibant. quod mihi in mentem revocavit Symmachi verſiculum:

Si faſces Praetura tacet, tu reſpice Faſtos.

Juvenis tamen politiſſimus, cujus conjectura placet Lectio Juriſperito inſigni, *Picturam* Praetura antetulit. Sed de Praeturae faſcibus Symmach. Lib. VII. & octavo diſerte agit. Caeterum Praetores varii ſub illa tempora creati ſunt, & quidam eorum editionem populi voluptatibus addicti, celebrabant, unde lex & Valentiniani & Val. XIX. *Satos de Frygiae gregibus equos* XXIV. *ſubjugandos quadrigis, hoc eſt ſimul octo, duobus maximarum editionum Praetoribus dari ſancimus.* Verum ut nihil omittam, quod ad Claudianum ſpectet, hi *Frigiae greges* deſignantur in laudibus Serenae: (v. 191.)

——— *delectus equorum,*
Quos Phrygiae matres ſacris praeſepibus edunt.

In hoc vero capite & ſuperiore aliquid coloris duximus ab excellenti Lipſio. quamquam is de Claudiano nihil attigerit quod viderim.

CAP. VIII.

LIbro II. Raptus (229.) erat verſus in excuſis & manuſcr. aliquot depravatus, *Luminis* pro *Fulminis* inoleverat.

Ni

Digitized by Google

Ni Juppiter aethere summo
Pacificas rubri torsisset fulminis alas,
Confessus generum.

Quo loci, ut jam dixi, plane Virgilium imitatus est:

Audiat haec genitor qui faedera fulmine sancit.

At alibi magis ad rem:

fulsere ignes & conscius aether Connubia.

In IV. Honorii Consulatu (623.) agitur de Odotheo rege *Gothunnorum*, quam dictionem retinet vetus cod. quem vidi & omnes excusi, praeter Delrium, qui ubique fere *Gratungos* habet, quod de nihilo non esse duxi, cum legerem in Collectione historica ex Idacio haec aut similia verba: *Theodosius anno Imperii* VII. *Graotingorum gentem superavit*, qua de re videtur loqui Symmach. Lib. X. Ep. LXI. ubi memorat *caesorum funera Sarmatarum*. Libro de Bello Getico (442.) est locus satis reconditus propter fabulam haud vulgarem, quem post Delrium ausus eram attingere:

Cretaque, si vere narratur fabula, vidit
Minoum rupto puerum prodire sepulchro.

Deinde (446.)

Dulcia mella necem, vitam dedit horridus anguis.

At nemo hanc Fabulam subtilius indicat Ovidio in Ibin (560.) nec piget ipsius elegos apponere.

Potniadum morsus subeas, ut Glaucus, equarum,
Inque maris salias Glaucus ut alter aquas.
Utque duobus idem dictis modo nomen habenti
Praefocent animae Gnosia mella viam.

ubi licet notare locutionem satis insolentem, sed bellulam, nempe: *idem nomen dictis habere*, id est, simile nomen illis duobus, quos priore districho nominavit, Glaucis scilicet. vide nostras Annotationes.

Praeterea ad Praefationem ejusdem libri, ubi Claudianus de sua statua loquitur, observabis in foro Trajani fuisse locum, ubi poëtae sua opuscula recitarent, atque etiam antiquiores explicarentur. id nos docuit Fortunatus Lib. 4. & 7.

Vix modo tam nitido speciosa poëmata cultu,
Audit Trajano Roma verenda foro.
Si tibi forte fuit bene notus Homerus Athenis,
Aut Maro Trajano lectus in Urbe foro.

Eodem in foro putavit G. Fabricius, vir magni nominis, erectam fuisse Ausonio statuam. idque ex Sidonii versiculis conjecit. hi vero sunt:

Plausores cui fulgidam Quirites,
Et clarus popularitate Princeps,
Trajo statuam foro locarunt.

At Sidonius de poëta Hispano loquitur, non de Burdigalensi.

Lib. II. in Eutropium (341.) haud vulgariter dixit poëta:

Saltandi dociles aurigarumque periti.

ubi notavimus alteram lectionem, quae in ora v. codicis, cui non auscultandum: nam praeter locum Horatii a nobis adductum hic etiam pro nobis facit, *Exiguaeque togae similes textore Catonem*, id est textura. Sic aurigae pro aurigatione. Lipsius tamen *tesquore* non *textore* legendum putat.

CAP. IX.

Libro I. Raptus (95.) mandata Plutonis ad Jovem varie distingui video: ac forte ego libris excusis nimium indulsi, alter vetus Codex I. Cujacii ita praeferebat,

Sic nobis noxia vires
Cum caelo Fortuna tulit? num robur & arma
Perdidimus, si rapta dies? an forte jacentes
Ignavosque putas, quod non Cyclopea tela
Stringimus, aut vano tonitru deducimus auras?

Argumenta vero in tres libros Proserp. scripsere Pierius Aeginen[illegible] M. Antonius Rubrenus Mediol. & Theophilus Chalcondylas Athenienſis Demetrii F. discipuli I. Parrhasii, ut auguror. sed ultimus Pinum pro cupressu posuit. Libro II. de laudibus Stilichonis. (302.) Roma dea testatur se Eutropii Consulis atque Orientis reguli edicta & constitutiones ignorasse tanti ducis opera & provisione,

Quaecumque profana
Pagina de primo venisset limite Phoebi,
Ante fretum deleta mihi.

Quae ni fallor utcumque explicat lex Honorii Imp. in haec verba: *Hostis publicus Stilicho novum atque insolitum repererat, ut littora & portus crebris vallaret excubiis, ne cuiquam ex Oriente ad hanc Imperii partem pateret accessus.* ex quibus collige unum & unicum fuisse Imperium, concordiae vinculo

Digitized by Google

id agente. quod etiam attigimus in Annotationibus.

Verum quando in Stilichonem incidimus, ſcias velim fuiſſe orthodoxae fidei, quod clare pronuntiat ingens Baronius. Ita ut eo extincto Gentiles & Donatiſtae multum gaviſi ſint, & jactaverint latas contra ſe leges non ex voluntate Honorii Aug. ſed opera Stilichonis, quarum auctoritas eſſet brevi peritura, eaque ſpe freti in Catholicos inſurrexerunt, ac multis Epiſcopis vita eſt adempta. quare legem XIX. C. Th. de Paganis gloſſemate abundare ſuſpicor, ubi Eucherius filius Stilichonis homo paganus dicitur, qui aliter à patre fuit educatus: nam paganis indulſiſſe aliquod (quod & fecit Theodoſius Magnus) ut in pace viveretur, non eſt à vero alienum, ſi ſinat Oroſius. Plura alia gloſſemata in eodem C. Th. invenire licet. ut Lib. VI. Die natali meo Conſtantii Aug quod & in Epiſtola Conſtantii ſenioris apud Eumenium olim deprehendi.

In VI. Honorii Conſ. ſub initium ex vet. codice legendum videtur,

Quam ſua cum pariter trabeis reparatur & urbi Majeſtas.

cum in aliis reperias, *repetatur*. id confirmat vetus & elegans numiſma, quod in horto non procul ab urbe Biturica repertum eſt, ubi haec inſcriptio, DN. GRATIANUS P. F. AVG. & altera facie REPARATIO REIPUB. hoc autem verbo eodem ſignificatu uſus eſt alibi poëta, quod Galli ſuo idiomate belle exprimunt.

CAP. X.

EPigramma (XLII.) de Byrrho & Caſtorio ſatis confidenter ac nove explicavi, ſat ſcio. ſed quid agerem in tanta caligine? volui nimirum quaſi e tenebris ſcintillam excudere. Sane (ſi quid id eſt) Caſtorius quidam Epiſcopus ſubrogatus vixit ſub Honorio, atque hujus meminit alicubi D. Auguſtinus. Eccleſiaſtici autem byrrhos geſtabant, ut videris apud Severum Aquitanum. His addam pro re nata, niſi moleſtum eſt, Epiſcopum ſubrogatum videri eum; qui vicem, vel abſentis, vel aegroti, vel minus idonei ſubit. talis fuit Claudianus junior, quem Epiſcopum Viennenſem credidit Lilius, cum in v. c. doctiſſimi Viri P. Gnoſii (ubi Achilleis Statii cum annotatis, & initio Raptus Proſerpinae) dicatur Epiſcopi Mamerti frater. dubium vero omne amolitur Sidonius in ipſius epitaphio, unde haec delibavi:

Germani decus & dolor Mamerti,
Hoc dat ceſpite membra Claudianus,
Antiſtes fuit ordine in ſecundo,
Fratrem faſce levans Epiſcopali:
Nam de Pontificis tenore ſummi
Ille inſignia ſumſit, hic laborem.

In Praefatione Belli Gild. (11. in Rufin. 12.) verſiculus unus male excuſus aut ab imperito homine interpolatus pulcram invertit hiſtoriam. ibique haeſit Delrius, nec miror. nam in hiſtoria incomparabili haec edita ſunt. Gildonem in Sicilia obtruncatum fuiſſe tradit Claud. his verſibus:

Agnovitque novos abſens Arethuſa triumphos,
Gildonis ſenſit teſte cruore necem.

cum legatur in v. cod. ut notavi: *Et Geticam ſenſit*. quin etiam poëta Lib. I. in Eutropium (410.) de Gildonis fato:

Ille quidem meritas ſolvit, ſcit Tabraca, poenas.

& Lib. I. de laud. Stil. (358.)

Praedonem lembo profugum, ventisque repulſum,
Suſcepit merito fatalis Tabraca portu.

quae quidem urbs non eſt in Sicilia, ſed in Africa. I nunc, & illude iis qui vetera exemplaria fideliter excutiunt.

In libro de Bello Getico (220.) verſus ille una dictione variat in manuſcriptis,

Ipſa etiam diffiſa brevi Trinacria ponto.

Legitur enim in libro Cujacii *Diffuſa*. quod verum puto, neque enim ſe tutam ſatis eſſe putat, quia propter modicum fretum continens dicitur Italiae, effugium vero ab incurſione militum fuit olim inſula aliqua aut ſtatio ejusmodi. talia ſplendidiſſimae urbis Venetorum incunabula, cum Attila deſaeviret in terra Italia. vide Cl. in R. aut Eut. aut de Bell. Got.

CAP. XI.

LIbro I. in Eutropium, (v. 118.) Eunuchus ille dicitur ſimilis hirundini Brumali hoc verſu,

Arboris immeritur trunco brumalis hirundo.

quae quidem etſi magna cura explicavi, tamen

Digitized by Google

men libet addere V. Martialis Epigramma, unde liquido conſtet eſſe & hibernas & vernas hirundines:

Hibernos peterent ſolito cum more receſſus
Attides, in nidis una remanſit avis:
Deprendere nefas ad tempora verna reverſae,
Et profugam volucres diripuere ſuae.

Libro II. de laud. Stil. verſu primo, ita ex manuſcripto legendum videtur:

Hactenus armatae laudes. nunc qualibus Orbem.

cum in excuſis *Urbem* reperias. nam id ſequentia evincunt, ait enim:

At Stilicho non divitias, aurique relictum
Pondus, ſed geminos axes. tantumque reſervat
Depoſitum teneris quantum ſol igneus ambit.

In laudibus Herculis (v. 120.) dicitur Taurus *medio lunae fidere editus*, neſcio an huc etiam reſpiciat illud Euſtathii Ἑκταιγενὴς βοηθόντες, quarta luna nati. & illud Martialis.

An magis Herculeo, Germanice, miſſi ab aſtro,
Hanc tibi vel frater, vel pater ipſe feram.

vide & Servium in illud: *Nil jam ex teſtibus ullis Debentem.*

In Conſ. III. Honorii (147.) Theodoſius ait Stilichonem ſibi fuiſſe in omnibus bellis ſocium, atque id amplificat:

Odryſium pariter Getico foedavimus Hebrum
Sanguine.

in omnibus excuſis & aliquot manu exaratis *Otbryſium* fere pro *Odryſio* notavi. Sane Mars neſcio cur dicatur a monte Theſſaliae, cum colatur potius in Thracia quae & *Odryſe* Ὀδρυσὶς. Idem lapſus vel in optimis exemplaribus Martialis. verum Libro II. in Rufinum (425.) legitur ſine menda:

Da caput Otbryſiis, truncam mereantur Achivi.

quia propter lanienam & ſtragem Theſſalonicae editam conſilio Rufini, caput ipſius urbi offenſae debebatur.

CAP. XII.

IN IV. Conſ. Honorii, (330.) in veteri codice quae ſequitur dictio ita erat expreſſa, ut vix de ea ſtatuerim:

— protectaque portas
Teſtudo feriat.

Dixiſſes ſcriptum eſſe *Projecta*. quod interpretari licet de Teſtudine ſeu machina bellica, quae in portam hoſtilem emiſſa ſit, in eamque irruat. Sic Senecae dicuntur *in Venerem projecti*, qui in furias ignemque ruunt. quin etiam *Projectus* eſt aliquando extenſio & ſeu προβολή. Cicero de Orat. dixit: *Brachium projectum quaſi quoddam telum.* Sed quia teſtudo depingitur crudo corio aut alia materia contecta, atque modo caput exſerat, modo ſubducat, ut *Projecta*, quod fere in omnibus excuſis, meruit recipi. vide & Notit. Libro III. Raptus (368.) erat etiam diverſa lectio, cujus non habui rationem, ſed eam, nequid ignores, hic juvat apponere:

Qualis peſtiferas animarum ad crimina taxos
Torva Megaera ruit.

quaſi dicat Megaeram in Acherontea ſilva taxos evertere ſeu incidere, ad puniendas aut luſtrandas fontes & crimine pollutas animas. atque hunc locum forte clarat Statius:

Necdum illum trunca luſtraverat obvia taxo
Eumenis.

Apud Claud. etiam Stilicho *ſilvas umbone ruebat.* & Horat. (I. od. 35. 13.) *Injurioſo ne pede proruas Stantem columnam.* Sed enim vulgaris lectio ſatis plana eſt. Caeterum doctus Parrhaſius in hunc Lib. III. praefatur ſe lucubrationes ſuas in caetera Claudiani poëmata emiſſurum. In IV. Hon. Conſulatum, poëta refert Leges veteres ſub juvene Principe emendatas. Gallus quidam temporibus Caroli Magni ex Idacio ſcribit Theodoſium Magnum Anno Imperii ſui undecimo Romam cum filio Honorio ingreſſum leges Romanorum integra emendatione edidiſſe. ne vero haec intelligas de noſtro C. Theodoſiano, quia Theodoſius Junior ejus nepos has partes ſibi vendicavit. deinde Anianus ex praeceptione Alarici Regis Tholoſae. Caeterum Auguſtus Caeſar monuit olim Senatum, ne leges fixas refigeret, pejorem enim eſſe novationem bonam, quam vel deteriora antiquorum inſtituta.

Lib. I. in Rufinum, (357.) doctus Delrius haec ita accipit contra vulgi opinionem:

— tacitique ſepultos
Suſpirant gemitus.

ut dicat ſepultos gemitus ſuſpirare, cui adſidet vet. Panegyris: *Nobis incluſo gemitu maerentibus.*

CAP. XIII.

Lib. 1. de laudibus Stil. (288.) Poëta loquitur de induſtria & proviſione Fl. Stilichonis, eumque nautae perito comparat, qui:

Exiguo clavi flexu declinat aquarum
Verbera, nunc recta, nunc obliquante carina.

quae videntur deſumpta e Panegyri ad Conſtantium Caeſarem, quae falſo tribuitur Maximiano. agitur enim de expeditione maritima Britanniam verſus. *Ita ut ejus exercitus die pluvio vela faceret, ac ventum, quia directus non erat, captaret obliquum.* ad quem locum etiam nonnihil pertinere videtur illud Ammiani de draconibus (quorum meminit poëta in Rufin. II. & in VI. Hon. Conſulatum) *Dracones*, inquit, *haſtarum ſummitatibus gemmatis illigati, biatu vaſto perflatiles, & ideo velut ira perciti ſibilantes, caudarumque volumina obliquantes in ventum.* quae lectio ex I. Cujacii ingenio provenit. eam ſane monitu ipſius in ora mei codicis notavi, ac facile credo quid certius eſſe quam conjecturam. Item ex Am. verbis: *biatu vaſto perflatiles* eſt qui libenter legat apud Claud. *quid fiſſa draconum Ora velint*? ſed &, *Fixa*, vetuſta marmora comprobant, & quae depinxit Lipſius.

Libro de Bello Gildoniaco (274.) pulchre Claudianus attingit hiſtoriam:

——— *ductosque Camillus*
Trans murum pueros obſeſſae reddidit urbi.

Magiſter ludi (ait Val. Max.) *nobiliſſimos pueros velut ambulandi gratia eductos in caſtra Romanorum perduxerat. At de ea re Senatus cenſuit ut pueri vinctum Magiſtrum virgis caedentes in patriam remitterentur.* ô quam circumſpectius egit poëta, qui in omnibus decorum ſervat: quis enim admittat facile ſanctum Senatum ita decreviſſe, aut factum hujusmodi probet? contra illud Juvenalis:

Dii majorum umbris tenuem & ſine pondere terram,
Qui praeceptorem ſancti voluere parentis
Eſſe loco.

Sane id contra bonos mores ac honeſtatem, imo contra artem aequi & boni. atque in his rebus divini muſarum alumni quibusdam hiſtoricis palmam praeripiunt. niſi eadem ratione magiſtrum ac diſcipulum ſenatus punire voluerit, ut proditionis correos: hoc enim caſu qui agit, patitur.

Libro de Bello Getico (274.) dixit figura ſumpta a remigibus,

Nunc inſtare manu, nunc toto pectore niti
Communi pro luce decet.

In duobus manuſcr. varia lectio: in hoc enim, *Pectore*, in altero, *Robore*: ſed malim *Pectore*, nam Silius:

Et ſimul adductis percuſſa ad pectora tonſis.

Lib. 1. in Rufinum quaedam antea notavimus in ullum locum: (v. 237.)

——— *prob ſaevior enſe*
Parcendi rabies, conceſſaque vita dolori.

Verum huc etiam pertinere videntur quaedam in C. Th. de bonis proſcriptorum. *ii enim Nuditatem lugent, & gladio acerbiorem ſtilum patiuntur.*

CAP. XIV.

IN Epigrammate (XIX.) de Perdicca, quaedam videntur ſubobſcura, quibus ſi aliqua lux per me affulſit, non eſt tanta, ut non etiam haec Ovidii aliquid proficiant; de Cupidine autem loquitur:

Namque pharetratus dum dat puer oſcula matri,
Inſcius extanti diſtrinxit arundine pectus.

In Epigr. de Perdicca oblitus ſum Policacaſtes filiae Neſtoris. Sub initium IV. Conſ. Honorii (v. 39.) poëtice dixit ac μετωνυμικῶς:

Arx incenſa Jubae.

qui locus aliter à Delrio accipitur: Firmumque Gildonis fratrem intelligit. & vero Claudianus aut Mauritaniam, aut Africam denotat a Theodoſio Comite debellatam; aut Cirtam, ſeu mavis Cirtham; ita enim P. Mela: *Urbium, quas habet Mauritania, maximae ſunt Cirta procul mari nunc Sitianorum colonia quondam Regum domus Jubae & Sybacis.* vide reliqua.

In poëmatio de laudibus Nili (v. 20.) eſt dictio, quae mihi ſaepius injecit ſcrupulum. conſului enim, puto, omnes Geographos, neque hilum profeci. Ortelius, de quo plura ſperabam, quia in his rebus λακωνίζει, nihil novi adfert. hi vero ſunt verſus Claudiani:

Hunc

Digitized by Google

Hunc bibit effrenis Garamas, domitorque ferarum
Cyrrheus, qui vasta colit sub rupibus antra.
Qui ramos ebeni, qui dentes vellit eburnos.

Plantini editiones habent *Cyrtaeus* a Cirtha urbe, opinor, de qua supra. Ex v. cod. Cujacii legendum putabam *Cyreneus* tribus syllabis. praeferebat enim *Cirenus*. Sane in Cyrenaico tractu sunt Garamantes, de quibus poëta. Sed & Scoppa legi vult, *Candeus*, quod non placet ullo modo. Quis vero ille populus, *qui vasta colit sub rupibus antra*? Troglodítae nimirum, dicti ἀπὸ τῶν τρώγλων a specubus, sunt enim populi Aethiopiae sub Aegyptio in sinum Arabiae & mare rubrum vergentes: hi specus excavant, hae illis domus. vide Plinium.

Lib. II. in laudes Stilichonis (272.) est versus elegans ac subtilis quem tibi edo.

Ocyor excusso per nubila sidere tendit.

Sunt autem ἀκόντιοι, seu fluxus ignis aetherii, ut ait Servius: unde in Panegyri Manlii: *Quae flamma per auras Excutiat rutilos tractus.* Aratus: Καὶ διὰ τόξα μέλαινα ἔτ' ἀστέρες ἀίσσουσι Ταρθίοι. quae plenius explicat Maro in Georgicis (Lib. I. 365.)

Saepe etiam stellas vento impendente videbis
Praecipites caelo labi, noctisque per umbras
Flammarum longos a tergo albescere tractus.

In IV. Conf. Honorii: (599.) *quis miscuit ignes Sidonii rubrique maris*, id est gemmas, ut a nobis jam notatum est; verum adde illud Martialis:

Gemmatum Scithicis ut luceat ignibus aurum.

Scythas Smaragdos eleganter dixit Sidon.

CAP. XV.

IN IV. Conf. Honorii (402.) vetus codex hunc versum ita exhibet.

Perfidiam damnas? Metl fatiabere poenis.

Itaque statim conjeci primam syllabam in nomine isto produci, quod mihi confirmavit Servius in VIII. Aen. (642.) ubi.

Haud procul inde citae Metium in diversa quadrigae.

Nomen, inquit, *mutilavit metri causa.* & vero omnes, quos habuit Pierius, codices (habuit autem omnium vetustissimos) *Metum* praeferunt. Sed magis est ut sit synaeresis, ut *Ferrei* & *Aureis* apud Virg. neque enim dubito, quin *Metius* verum sit. at in genitivo commode magis versum ingreditur. sic in antiquis in *HonorI* ac *TheodosI* reperias. ita etiam apud Claudianum licet reponere *MetI*, ac *MecI*. neque id latuit Sidonium, cujus versus est citra exceptionem aut dubium: *Occuluit refugi nutantia federa MetI.*

Libro de Bello Getico, (437.) antiquus liber habuit,

vivusque redit color urbibus aegris.

At in exculis, quos viderim, *Calor* sese offert. ego alterum elegi, quia venustius. *vivus* autem *color* est roseus seu purpureus, seu inter candorem & ruborem, vel pulcra temperie mistus. unde *purpurei olores* dicuntur Horat. cujus rationem reddit Servius. Eleganter vero flos Umbriae Propertius: (Lib. III. 23. 7.)

Et color est toties roseo collatus Eoo,
Cum tibi quaesitus candor in ore foret.

In ejusdem libri Praefationem citavi Inscript. veterem, ubi pro *Attamen* repone *Adtamen*, ut diserte monet G. Fabricius, qui viderat. Is etiam pro Κλαυδιανὸν, Κλαυδιανῷ habet. seu magis credo Pierio. In Inscr. Stilichonis *Adque* non *Atque*.

Lib. I. Proserp. sub initium (v. 8.) videtur loqui de Phaebo, ut jam asserui:

— claram dispergere culmina lucem
Adventum testata Dei.

Atque huc videtur respicere locus Propertii loquentis de templo Apollinis seu Phoebi, (Lib. II, El. 23. 11.)

Auro Solis erat supra fastigia currus. ad quae non dubito quin alluserit poëta noster, in re multis retro saeculis praesumpta, exemplo Virgilii, qui toties alludit ad morem Romanorum vel sui aevi ubi agit de Trojanis & Rutulis. scitum est vero quid sit apud Gellium de Velinis portubus.

Item in Proserp. (Lib. III. 105.) vet. codex habuit. *Si tu nota Ceres*, non *Sancta*. sic Virg. *Nota major.* & *Hic postquam Iliacas vestes notumque cubile Inspexit.* ut Libro III. Pros. (163.) Ceres: *Ceu natum praestat gremio, castumque cubile, Dejectosque thoros, & sicubi foederat olim Perlegit.*

CAP. XVI.

LIbro II. in Eutropium (151.) versus hic satis est difficilis, mea quidem sententia:

Contexit varius penetrans Calcedona nidor.

Quae lectio in quibusdam variat, nam & Con-

Digitized by Google

Centeritur legi in quodam libro. sed Cujacianum exemplar habuit,

Contexti varius penetrat Calcedona nidor.

Quid si transpolita litera, ut sit *Contexit* pro *Contexti* librarii lapsu. ego vero *Contextim* legendum augurabar. quae vox si Latina est, ut est, nisi me animus fallit, non video cur rejiciatur. Sed enim vulgaris lectio idem signare videtur. Itaque non invitus retineo.

In Panegyri Manlii (149.) est locus satis reconditus sed notabilis:

Scilicet illa tui patriam praecepta Platonis
Erexere magis, quam qui responsa secutus
Obruit Eoas classes, urbesque carinis
Vexit, & arsuras Medo subduxit Athenas.

Tangit Graecam historiam. Themistocles nempe oraculo obediens civibus Atheniensium suasit, ut relicta urbe, muris ligneis saluti suae consulerent, id est navali pugna periclitarentur: ideoque *urbem carinis Vexit*, ut est in v. cod. atqui in alio manu exarato legimus *Texit*, sed alterum praevalet: ut mihi persuasit vir elegans & clari judicii J. Turnerius. *Urbem* igitur *vehere*, cives vehere est. eadem figura dixit Ovidius ex Virgilio:

Cum Trojam Aeneas Italos portaret in agros,
Est dea sacriferas paene secuta rates.

Vide quaeso Plutarchum in vita ducis illius magnanimi, sed patriae desertoris.

Lib. II. in Ruf. (38.) *Delmatiae* in v. c. non *Dalmatiae*: quod mihi placuit, cum scirem antiquos Lucani codices ita praeferre, & Graecis id observatum. Sed enim vet. inscriptio habet *Delmaticum*.

Libro I. in Eutropium (250.) legitur in v. c. *Flos Syriae fervit spoliis*, quod non est contemptibile. At Delrius. ni fallor indicavit in manuscr. suo legi *fervit*, cujus etiam habenda est ratio.

Libro III. in laud. Stilich. (78.) haec ita in excusis omnibus:

— *Sed quod jucundior esset,*
Lucis honoratae fructus.

Nos veterem librum secuti sumus, & tamen expende, si libet.

In Manlii Conf. (231.) hunc versum ita representat v. codex:

Abductoque hominum cumulent aeraria sensu.

Graecis profecto ἀργύριον ψυχή. Ovid. *Viscera nostra tuas dilaniantur opes.* alias: *Addicto censu*, satis proprie.

CAP. XVII.

IN Consulatu Honorii VI. (347.) Poëta noster sui nobilis judicii ac moderationis scintillam acute exerit, stat enim medius inter gentilem & Christianam, ut ita loquar, historiam; in his videlicet, ubi de M. Aur. Antonini caelesti victoria (quae contigit anno salutis CLXXVI.) contra Quados init rationem.

Tunc contenta polo, mortalis nescia teli
Pugna fuit. Chaldaea mago seu carmina ritu
Armavere deos: seu, quod reor, omne Tonantis
Obsequium Marci mores potuere mereri.

Hîc vir summae doctrinae zelo pietatis accensus hac uticur apostrophe ad hunc auctorem: Prorsus & tu, &, quem secutus videris, Coccejus Dio falsi convincimini. ego vero nihil contra Claudianum in meis Annot. pronuntiare ausus sum, neque putavi quid tale ipsum mereri, quia potius credit deum bono principi in rebus angustis venire suppetias. quod Constantius ac Theodosius magni Impp. experti sunt. sed enim orthodoxi nostri pleniore ore haec unico Dei filio vero Deo adscribebant, gentiles autem, quia Christum vel sponte, vel fortuitu nesciebant, ea quidem Deo caeli & terrae conditori & arbitro, aut superis vel imis deorum ferebant accepta. Exemplo erunt Dio & Xiphilinus. Ex iis quaedam, ut sinet memoria, indicabo. Ethnicus auctor, sed illustris, ait Romanos milites Solis ardore ac siti prope exanimes repenti imbre fuisse relevatos dei beneficio. dein subjungit hoc Arnuphi cuidam magici ritus peritissimo ex vulgi sententia tribui. cum vero propinquaret hostilis exercitus, vehemens grando, & fulmina obviam ac destinato sese immiserunt, & quae juvit pluvia Romanos, olei instar fuit ustulatis. Simile quid etiam in Africa Anno XLIII. contigisse tradit historia. quin etiam Lib. LX. multa edisserit de pluvia quae incantationibus elicitur. Praeterea legionem Fulminatricem, quam ab eventu asserui, pluribus annis ante Marci hujus Imperium fuisse notant inscriptiones aliquot. quid plura? in Columna Antonini, quam Sixtus V. PP. magna impensa erexit, hujus miraculi monimen-

Digitized by Google

mentum apparet; nempe Jupiter pluvius alis decoratus, promiſſa barba, extenſis brachiis, ſub quibus fulgurum caducorum ſpecies. hinc milites Romani integri pluvium excipiunt favorabilem, inde Quadi ceu igne flagrantes equis fulgere tactis decidui. quae tibi ſatis demonſtrant ſchema paganicum. At enim auctor Epitomes pulcre famae mendacium explodit, eaqae omnia Chriſtianorum precibus eveniſſe commemorat. atque in hanc rem, opinor, Tertullianus dicit: *Quando non geniculationibus & jejunationibus noſtris ficcitatas ſunt depulſae?* Idem, *ſi litterae Marci Aurelii graviſſimi Imp. requirantur, quibus illam Germanicam ſitim, Chriſtianorum forte militum precationibus impetrato imbri diſcuſſam, conteſtatur.* ubi autem haec Epiſtola inveniatur, docet Delrius: eam ſane ſtudio veritatis excitus tibi ederem, ſi libellus hic fineret. Scias vero haec plenius tractari in admiranda magni illius Baronii Hiſtoria, neque enim niſi cutem hujus capituli nobis adlumimus.

CAP. XVIII.

TAmen ab Hiſtoria delenifica invitus diſcedo. juvatque haud vulgaria detegere de magico ritu & ſuperſtitione ludicra, quam nec Claudianus neque alius quisquam frugi approbaverit. ut ſupra attigimus. Cedrenus itaque auctor Graecus tradit à Libanio Sophiſta (ſi diis placet) & Jamblicho galli gallinacei divinationem fuiſſe inſtitutam. Scripſerant nimirum in pulvere litteras Graecorum XXIV. at ſingulis ut granum frumenti impoſitum eſt, gallus ſeu pullus emiſſus grana litterarum Θ. Ε. Ο. Δ. abſtulit. ac deſignationem Imperatoris poſt Valentem futuri ambiguam reliquit: unde multi Theodoſii, Theodori, ac Theodoti ſibi vita erepta exheredes fuere: inter quos Theodoſius Comes, qui, ut tacite queritur Pacatus coram ejus filio, tali augurio Imperator eſſe debuerat. Ad hanc rem etiam nonnihil pertinere videtur locus Ammiani Lib. XXIX. (cap. 2.) *Viſus*, inquit, *adoleſcens in balneis admovere marmori manus utriusque digitos alternatim, & pectori, ſeptemque vocales litteras numeraſſe; ad ſtomachi remedium prodeſſe id arbitratus, at in judicium tractus percuſſus eſt gladio poſt tormenta:* quaſi haec in Principis forent exitium. ejusmodi ſane amuletum inſcius repraeſentat Elias Vinetus, vir alioqui probus & nobilis induſtriae, ex veteri ſepulcro & cadavere, quod ante LX. annos prope Inculismam repertum eſt. Erat lamina preciosa circa regionem cordis, ubi ſeptem vocales Graecae ita ſuas ſedes undiquaque variabant.



Ex quibus minimo jam negotio colligas haec homini ſuperſtitioſo fuiſſe ad ſtomachi dolorem ſeu ad palpitationem remedium. at enim * quidam non dubitavit hoc rarum & nobile, quamvis haud magna in re, monimentum inter ſuppoſititia referre. quod ſane non fecit conſilio aut auſpiciis magni illius, qui vadimonium quodvis potius deſereret, ſat ſcio, quam Vineti ſui cauſam, bona fide ac rei veritate ſubnixam. Dicunt tamen ab homine tanto illuſtrari Alamanniam, quod facile evincit ejus Lampas ſplendide accenſa, & Martialis, cui locis plus quingentis, ut ajunt, fecit medicinam, quam ignorabat forte Junius archiater. verum, ut ad rem redeam, Q. Serenus, vir in arte ſua haud futilis, hemitritaeum depelli ait, ſi

Inſcribis chartae, quod dicitur Abracadabra,
Ut magis atque magis deſint elementa figuris.



Praeterea idem vir erudite ſimplex, & ubi opus eſt ſubtilis, febri quartanae mox graſſaturae

* Gruterus. vid. ad Valeſ. Lib. 1. Emend. cap. 2.

Digitized by Google

turae ita medicari praecipit:

Maeoniae Iliados quartum ſuppone timenti.

Quin etiam, quotidiana Triticeum metuit granum, ſi credere dignum eſt, quod fuerit repertum ſub pane fracto. aut ſi oſſa in ſeptis domorum inventa appenderis. ſunt infinita alia apud optimos auctores.

Neque Baſilidis impii ſectatores, ut pulcre notavit rex hominum Baronius, ab hac labe immunes fuere. Is vero ſeptem elementis concepit ſummae Virtutis nomen, ex qua dii reliqui dimanarent, numero trecenti ſexaginta quinque, quibus evidens ſummi omnium deorum Ἀβραξας nomen conpoſitum eſt. nempe ut explicant Irenaeus, Tertullianus, & Auguſtinus, viri ſancti, α & β unum & duo, ρ & α centum & unum, σ & α ducenta & unum, ξ ſexaginta indicat. Idem planus fingebat 365. membra in homine, & unicuique virtutem adſignabat. Nuper autem e ruderibus gemma amethyſtina Romae eruta eſt, quam habuit Fulvius Urſinus. In ea ſculptus viſitur adoleſcens graecis characteribus ſatis belle inſignitus. ejus vertici bacillus haeret, in pectore umbilico tenus haec inſcripta elementa decem lineis ordinata: nec femori utroque, aut brachiis, aut cruribus ſua deeſt inſcriptio. altera manus clypeum, altera bidentem gerit, in quo hae litterae, ſed quadratae ΦΥΣΙΓΞΚΛΜΡΟΥΧ ΑΒΡΑΞΑΣ. poſtica effigies leonem ac tauri caput exhibet, quod ad Deum Mithram referri haud obſcuris indiciis mihi perſuaderem, niſi haec ſigna ad genituram ejus, qui geſtabat, referret tantus hiſtoricus. vide Claudiani Epigr. in Curetium, & Librum 1. in Rufinum de gente Chaldea & ſignis ſagacibus.

CAP. XIX.

Mihi vero ſilentium eram indicturus, cum notarum aliquot denuo in memoriam venit. quibus haec vere Miſcella augeantur: id enim agunt obnixe typographi, a quibus meo magno malo me abeſſe reor. neque enim una me conficient plaga, ut ſpero, dum nimis feſtina opera ſe mihi probare ſatagunt.

Libro 11. Raptus (331.) dixit poëta:

—— *Se ſponte relaxat*
Squalor, & aeternam patitur rareſcere noctem.

ubi quidam *clareſcere*. ſed Ammianus Lib. XXVI. (cap. 3.) ita loquitur: *Apronianus opera curabat enixa, ut veneficos, qui tunc rareſcebant, indicatis conſciis morte mulctaret.*

Eodem Lib. 11. (15.) vulgati libri ita praeferunt hunc verſum,

Illi multifidos crinis ſinuatur in orbes.

quod ſane agnoſcit alter cod. e Bibl. Cujacii. neque abſonum credo, quamvis ſibilus aurem attingat, nam Ovidius auctor purae latinitatis cecinit de capillis dominae, (1. Am. 14. 25.)

Quam ſe praebuerant ferro patienter & igni,
Ut fieret torto nexilis orbe ſinus.

In carmine ad Hadrianum P. F. P. (Epiſt. 1. 17.) hic verſus quibusdam fuit ſuſpectus, varieque legitur in manuſcriptis:

Darium famuli manibus doluiſſe peremptum.

At Ovidius in Ibin (v. 317.) etiam produxit hoc modo:

Utque necatorum Darei fraude ſecundi,
Sic tua ſuccendens devoret ora cinis.

tres quippe Darei vel Darii fuere apud Perſas. hunc vero ſecundum Germaniae hiſtoricus eundem facit cum Aſſuero, cui Eſter laudatiſſima placuit.

Lib. 1. (274.) Eutropium belle increpat Claudianus in hunc modum,

Tu poſes alterius ſtudiis haerere Minervae:
Tu telas non tela pati.

quibus videtur imitatus Ovidium, qui e contra ad Achillem, (Lib. 1. Art. 691.)

Quid facis Aeacide? non ſunt tua munera lanae,
Tu titulos alia Palladis arte pete.

Quid plura? certe, niſi temperarem, digitis haec penna per aequor papirium ad faſtidium usque legentis volitaret, adeo multa vel in memoria, vel in ſcriptis habeo, quae ad hujus poëtae lucem pertineant.

MART.

Digitized by Google

MART. ANTONII DELRII

AD RELIQUA CLAUDIANI OPERA

CONJECTURAE ALIQUOT.

(Laud. Ser. v. 67.) *Laude virorum Censeri contenta fuit.*] num hoc est propter virorum laudem in precio haberi? sic sane: quae locutio perelegans, & Jurisconsultis maxime familiaris est. Papinianus *privatorum cautiones legum auctoritate non censeri* dixit l. ultima D. de suis & legitimis. Ulpianus scripsit, *aliquo privilegio maternam originem censeri.* Lib. 1. D. ad municipalem. idem Lib. 1. de Justitia & Jure, *videmus;* inquit, *etenim cetera quoque animalia istius juris peritia censeri.*

(ibid. v. 78.) *Ceraunia.*] an Sidonius de Ceraunniis in Majoriani Panegyrico loquitur? versus hi sunt, (Carm. V. 49.)

— *naves Hispania defert*
Fluminis, (*forte* Fulminis *scribendum*) *& lapidem; scopulos jaculabile fulgur*
Fucat, & accensum silicem fecunda maritat
Ira Deum: quotiens caelum se commovet illic,
Plus tibi terra valet.

(ibid. v. 169.) *ferroque secutam*] judico legendum; *feroque*, vel, *fermeque.*

(v. 221.) *Non illo nitidus nunquam*] conjectura ductus *unquam* reposui.

(Laud. Herc. v. 5.) *Hippocrenaeum*, &c.] cum hic locus mendosus foret: censui emendandum; *Hippocrenaeo victorem sistere fonti Me dignare: tuam non*, &c.

(ibid. v. 10.) *Romana Tonantis progenies*] quid si legamus *germana Tonantis progenies?*

(v. 18.) *Quo mollis amas*] malim, *quem.*

(v. 45.) *ignara creasset.* substituo, *creasse.*

(v. 72.) *Ludis in aethereas*] pro *in* scribe *&.*

(Epith. Pallad. & Celer. v. 23.) *celebrata per omnes*] videtur efflagitare sententia, ut *Serena per omnes*, legatur.

(ibid. v. 69.) *Hic splendor juvenum*] si de sponso loquitur, lego, *juvenis.*

(v. 124.) *Citherea virum,*] quae sequuntur, efficiunt, ut ambigam num auctor potius *nurum* scripserit.

(Epist. ad Hadrian. v. 20.) *Conditor hic patriae*] hic versus injicit in mentem suspicari, hunc Hadrianum, quemadmodum & Claudianus fuit, Alexandrinum exstitisse, atque in eundem scriptum Epigramma (xxx.) cujus initium est, *Manlius indulget somno*, &c.

(Idyll. 1. de Phoenice v. 24.) *Sed pater est prolesque sui.*] ultimae vocis loco pono, *sibi.*

(ibid. v. 59.) *Stellis coelestibus.*] radios Solis intelligit. quare scribo, *telis coelestibus.*

(Idyll. vi. 47.) *Calcaturque*] plerique libri, *Calcatumque.* fortassis scribendum: *Calcantumque.*

(Gigant. v. ult.) *En iterum convulsa fefer*] sic legitur in vet. excusis: in junioribus tamen libris a sciolo quopiam versus perficiendi gratia adjectum est; *succurre roganti.* Caeterum quae vulgo subjunguntur pia Christianaque carmina, quia Damasi, non Claudiani sunt, a me rejiciuntur.

(Epist. 11. ad Seren. v. 2.) *Tertia festus Hymen*] crediderim emendandum, *Thracia.*

(Epigr. x. 8.) *Et lapis est merito quod fluit & lapis est*] quid hoc sibi velit, neque ego scio, neque quisquam, opinor, alius rite intelliget. est enim mendosum. conjicio sic à Claudiano scriptum, *Estque latex merito quod fluit, & lapis est.*

Digitized by Google

THOMAE DEMPSTERI,

SCOTI,

DIGESTIO HISTORICA OPERUM

CLAUDIANI.

AUſpicium ſcribendi a libris de *Raptu Proſerpinae* duxiſſe poëtam vel ex Praefatione liquet, nam per inventa navigia, timidas primum navigationes, mox audaces & provectos in altum mare excurſus, gradum ſignificat humili aliqua, certe poëtica materia, ad favores *Auguſti* ſibi ſternendum, in cujus encomia *Hippocrene* tota eſſet exhaurienda. & plane ſimili eſt uſus translatione Ovidius, *famae pelagus ſi!ere curre ſuo.*

Neque dubium de ſecundo loco: nam ex Chron. Marcellini apertum eſt Conſulatum iniſſe *Olibrium & Probinum* Fratres, 17. *Theodoſii* anno: qui illi in humanis ultimus fuit. idque ob operam imperio a Probo patre fideliter navatam in bello *Eugeniano*. Claudian. (Paneg. Prob. & Olybr. 74.)

Belliger Auguſtus trepidas laxaverat Alpes,
Roma Probo cupiens dignas perſolvere grates,
&c.

Erant hi orti Patre *Sexto Petronio Probo*, matre *Falconia Proba*. paternum genus ab *Anicio*. Prudent. Lib. 1. in Symmach. (553.)

Fertur enim ante alios generoſus Anicius urbis
Illuſtraſſe caput, quo ſe Roma inclyta jactat,
Quin & Olybriaci generiſque & nominis haeres.

quod ſtemma clariſſimum fuiſſe palam eſt: diſerte Claud. (Paneg. Prob. & Olybr. v. 13.)

—— *quemcunque requires*
Hac de ſtirpe virum, certum eſt de Conſule naſci.

D. Hieron. Ep. 8. *Nunc mihi clara Olybriorum & Proborum repetenda ſunt nomina, & illuſtris Anicii ſanguinis genus, in quo aut nullus eſt aut rarus, qui non meruerit Conſulatum.* Adde Epitaphium vetus,

Sublimes quisquis tumuli miraberis arces,
Dices quantus erat qui Probus hic ſitus eſt.
Conſulibus praevis, ſocerisque, & Conſule major,
Et fama emenſus quidquid in orbe hominum eſt.

Pater quidem hic fuit Conſul cum *Gratiano* Aug. quem *Summatum omnium maximum* vocat Marcell. Lib. XXVIII. Ad quem viſendum ob probitatem, ſapientes etiam, vel ex Perſide, conveniebant. D. Paulin. in Ambroſio. Matrem autem, Auguſtin. Hieron. Chryſoſt aliique patres, non minus ob pietatem, quam eruditionem commendant. *Olybrius* ergo hic Coſ. filius iſtorum praefecturam geſſit urbanam, Anno 6. *Valentiniani & Valentis. Valentiano* puero, & *Aurelio Victore* Coſſ. ut patet ex leg. 1. de fructib. & lit. expens. C. Theod. leg. VI. de fid. teſt. Cod. eod. ad eum variae ſunt *Symmachi* Epiſtolae Lib. V.

Cui tertius debeatur locus, non eſt promptum. ſi tamen principium rerum geſtarum, non finem ſpectes, dubio procul liber de *Bello Gildonico* debet ſequi. Gildo enim vivo adhuc *Theodoſio* defecit, dum, illo adornante apparatum expeditionis *Eugenianae*, adeſſe renuit. Sed de eo pauca ſubtexam. Anno ultimo *Theodoſii*, *Eugenius* Gallorum rex Alpes occuparat in Italiam trajecturus. Claud. (III. & IV. Conſ. Hon. Lib. 1. de Laud. Stil. & Paneg. Prob. & Olybr.) qui annus *Honorio* aetatis 10. nomen *Caeſaris* dedit. Sozomen. Lib. VII cap. 24. Claud. (III. Conſ. Hon.) Itaque Theodoſius, cum barbari inſediſſent impervia Alpium juga, *ſigno crucis praelato* (Theodoret.

Digitized by Google

doret. Lib. v. cap. 24.) *solemnibus votis Deo promisſis* (Ruffin. Lib. II. cap. 33.) *Gallum ſubito terrore oppreſſum fudit, Argobaſtemque ad voluntarium mortem compulit.* Zozim. Lib. v. Hunc Claud. loco citato (v. 102.) *inventorem ſcelerum* vocat. ideſt, caput factionis. Sed ad Gildonem redeo. Nubeles, Mauritaniae rex potens, tres filios ſuſtulit, *Firmum*, *Gildonem*, & *Maſcezium*, ſeu *Maſcezelem*, aut *Maſcerelem*. *Firmus* Libyam octennio toto vexavit, cui *Gildo* ſucceſſit, quadriennio ſuperandus. ſic intellige Claud. (Bel. Gild. v. 153.) *jam Solis habenae Biſſenas torquent byemes, cervicibus ex quo Haeret triſte jugum.* quod non poteſt de ſolo *Gildone* capi, quem domitum conſtat quarto Honorii Anno, Ammian. Lib. xxix. ut & *Optatum Gildonianum Donatiſtarum Epiſcopum.* ſub quo *decennalem Africae gemitum* deplorat D. Auguſt. contra lit. Petil. Lib. I. cap. 24. atqui vivo *Theodoſio* magiſter militiae Africanae creatus fuit, ob inſignem operam Rom. navatam, etiam contra fratrem *Firmum*, tanto in partes odio, ut boni civis famam petens affectum ſanguinis contemſerit. quod accidit Theodoſio 3. Conſ. ex leg. IX. ad leg. Jul. de adult. C. Theod. Quando ergo ſuas res agere cum cepiſſe, exiſtimabimus? Bello Eugeniano, quando cum auxiliis adeſſe noluit. diſerte Claud. (VI. Conſ. Honor. 109.)

— auxiliis ad proxima bella negatis,
Abjurata palam Libyae poſſederat arva.

Tyrannide Gildonis, ne frumentum in urbem veheretur, effectum. Claud. (Bel. Gild. v. 17.) *feſſa* (Roma) *negatis frugibus.* contra id lege Symmach. Lib. IV. Epiſt. 4. ubi non omiſerim SCto copias commiſſas Maſcezeli, cujus liberos *Gildo* inhumana barbarie ſuſtulerat. Oroſ. Lib. VII. cap. 36. precibus ergo D. Ambroſii (Diacon. Lib. XIII.) victus eſt *Gildo* ducens exercitum 70. M. a. 5. M. ad *Ardalionem* flumen inter *Metrideram*, & *Tvebaſtam* civitates: ut merito noſter exclamet (IV. Conſ. Hon. 99.)

— hinc ſaecula diſcant
Indomitum nihil eſſe pio, tutumve nocenti.

Sed ille, ne veniret vivus in fratris manus, laqueo cervici injecto, vitam finiit. quo modo ergo *Stiliconi* data gloria victoriae, cum nec adfuerit quidem? quia bellum ejus auſpiciis geſtum. praeter Claud. Inſcriptio: *Fl. Stiliconi. V. C. Magiſtro. peditumque. Comiti. domeſticorum. Tribuno. praetoriano. &. ab. incunte. aetate. per. gradus. clariſſimos. militiae. ad. columen ſempiternae gloriae evecto. progenero. D. Theodoſii comiti. D. Theodoſii. Auguſti. in. omnibus. bellis. atque. victoriis. &. ab. eo. ad. adfinitatem. regiam. cooptato. itemque. Socero. D. N. Honorii. Auguſti. Africa. conſiliis. ejus. & proviſione. liberata. ex. S. C.* bona Gildonis, ſatellitumque fiſco addicta. leg. VII. 9. de metat. C. Theod. leg. XVI. 19. de bonor. proſcript. C. eod. nullum ſane dubium eſt, quin hic liber praecedat libros in Eutropium. Claud. (Lib. I. in Eutrop. 399.)

Gildonis taceo magna cum laude receptam
Perfidiam.

& (Praefat. Lib. II. in Eutrop. 70.)

Gildonis nuper qui tenuere fugam.

poſterior etiam eſt liber de bello Getico, ut ex praefatione ejusdem liquet, dum ſtatuam ſibi poſitam, Libya recepta, gloriatur, nec immerito.

Quarto locus debetur Libris in *Rufinum.* nam hic in imperium conſpiraſſe Anno 3. Honorii compertus eſt. de quo nonnihil repetam. fuit non *Celta*, ut voluit Sozim. Lib. IV. ſed *Aquitanus*, natus *Eſyjae*, vel *Eluſae.* Claud. (Lib. I. in Rufin. 137.) atque inter *Aquitaniae gentes*, *Eluſates* numerat Plin. Lib. IV. cap. 19. & aperte Claudiano ſuffragatur Sulpitius Severus Hiſt. Lib. II. Magiſter fuit hic Officiorum, vivo *Theodoſio*, & Praefectura Praetoriana ornatus. ex leg. 26. haeret. C. Theod. leg. 13. de paganis. C. eod. Coſ. ordinarius etiam cum *Arcadio* 4. Coſ. quem pater in expeditionem *Eugenianam* proficiſcens illi commendavit. ultima tamen voluntate *Stilico* ei praelatus & forte id impulit *Suidam*, ut parem huic cum *Stilicone* fuiſſe potentiam dicat. ut ut eſt, non parum potuit apud *Arcadium*, cui filiam deſpondere ſtudebat, quo gradum ſibi ad imperium occupandum ſterneret. Claud. (Lib. II. in Rufin. 382.)

Increpat Auguſtum, ſcandat ſublime tribunal,
Participem ſceptri, ſocium declaret honoris:

& feciſſet niſi aſtu *Eutropii Eunuchi Arcadius* duxiſſet *Licinian Eudoxiam*, *Promoti* (qui Coſ. fuerat cum *Timaſio*) neptem, quam nonnulli *Gratiani*, alii *Bautonis*, perperam, ut puto, filiam prodiderunt. Niceph. Lib.

Digitized by Google

XIII. cap. 4. ſed ſpe ſua *Rufinus* dejectus, ad proditionem animum convertit, & *Antiochum* fidum ſibi, Graeciae praefidem impoſuit, Thermopylarum anguſtiis *Gerontium*, ut *Alarico* regi introitus pateret: & ne Aſiaticae res, turbata Graecia, ſecurae ſtarent, accivit collectam barbariae ferociam, ideſt *Hunnos*, in cladem imperii. Sozomen. Lib. VIII. cap. 1. Claudian. (Lib. I. in Rufin. 321.)

Hunnorum laturus opem, quos affore bello
Norat, & inviſis mox ſe conjungere caſtris.

(Lib. II. 270.)

—— qui nos aut turpibus Hunnis,
Aut implacatis famulos praeſtabit Alanis.

(Lib. I. de Laud. Stilic. 110.)

Nec vaga te Hunnorum feritas.

ſic enim lege, non ut prius, *nec vaga Hunnorum feritas.* neque enim ſic leges metri conſtant, nec *Chunnorum*, cum nusquam ea gens legatur. Nec ſatis, vocati etiam *Gothi* in excidium Graeciae, ut lacerum imperii corpus tot malis diſtractum facilius frangeretur: tunc *Arcadia* tota vaſtata, & celebres virtute antiqua urbes, *Corinthus*, *Sparta*, *Athenae*, (quicquid Sozim. impudentia Ethnica de Pallade armata ſit commentus) obſeſſae, expugnatae, incenſae, noſter (Lib. II. in Rufin. 185.) Stiliconis exercitu inſtructo,

Si tunc his animis acies collata fuiſſet,
Prodita non tantas vidiſſet Graecia clades,
Starent Arcadiae, ſtarent Lacedemonis arces.
&c.

ut non irrita ſit querela noſtri (eod. Lib. v. 52.)

Quod tantis Romana manus contexuit annis,
Proditer unus inere anguſto tempore vertit.

His malis ut occurreret *Stilico*, cum utroque exercitu in Orientis auxilium feſtinavit. Claud. (eod. Lib. v. 161.) At *Rufini* artibus ab *Arcadio* metu perculſo, inhibitus, orientales copias *Gainae* tradere juſſus eſt. Claud. (ibid. v. 193.) Reverſo ergo in Italiam *Stilicone*, cum omnia ſibi tuta cenſeret *Rufinus*, Cal. Decemb. *Olibrio & Probino Coſſ.* Anno Honorii I. a toto exercitu, infinitis vulneribus confectus, tot ſcelerum paenas pependit. Marcellin. Chron. Socrat. Lib. VI. cap. 1. ſed omnium cultiſſime Claud. (Lib. II. in Rufin. 410.) *Hi vultus avidos*, &c. quin & probra cadaveri illata, *caput pilo Conſtantinopolim geſtatum*, *manus dextra abſciſſa*, *ſtipem mendicare coacta oſtiatim*, *in dedecus inſatiabilis avaritiae.* ut loquitur D. Hieron. Ep. III. ad *Heliodorum*, & *Claudianus* ibidem proſequitur.

In Annum 2. *Honorii* incidit ejusdem Conſulatus 3. cum *Arcadio* 4. Conſule. Paulin. in *Ambroſio*, nam duos primos Conſulatus patre vivo geſſit: priorem quidem infans nondum biennis. noſter (IV. Conſ. Hon. 156.) *Donaturque tibi, qui te produxerat, annus.* Atque ideo Panegyris de 3. *Honorii* Conſulatu debet ſuccedere.

Annus, qui Imperii Honorio 4. fuit, Conſulatu ejusdem 4. ſignatur, collega *Eutychiano*, quare hic inſerenda eſt Panegyris de 4. Honorii Conſulatu, qua Eugenianum bellum & *Gildonicum* celebrantur.

Sequitur Epithalamium Honorii Aug. & Mariae Stiliconis filiae. nam conſenſus eſt omnium ſcriptorum in eo concors, hoc anno nuptias celebratas, contractas quidem vivo Theodoſio. noſter (Epithal. Honor. & Mar. 302.) *En promiſſa tibi Stilico jam vota peregit.* & Honorius ipſe haec apud eundem (29.) *Sed quae ſponſa mihi pridem, patrisque relicta Mandatis.* Certe non ante 4. Honorii Conſulatum contigiſſe idem innuit (IV. Conſ. Hon. ſub fin.)

O mihi ſi liceat thalamis intendere carmen
Connubiaſe tuis.

At eodem pene tempore *Honorium* duxiſſe uxorem & ſuperatum *Gildonem* videri poteſt, ex Claud. (Lib. I. de Laud. Stil. 6.)

Sumeret ut pariter princeps nomenque mariti,
Victorisque decus.

videtur tamen mihi hoc Epithalamium prius compoſitum, quam libri in Gildonem, Rufinum, aut Eutropium. nulla enim in hoc carmine mentio eſt Africae pacatae, quod non omiſiſſet, cum de Stilicone diceret (Epith. Hon. & Mar. v. 118.)

Scis Mariam, patremque ducem, qui cuſpide
Gallos,
Italiamque fovet.

ſed liberum eſto judicium.

Annum Honorii 5. aperuere *Manlius Theodorus*, & *Flavius Eutropius Eunuchus* Coſſ. ideo pulcherrimum illud carmen de Conſulatu *Manlii Theodori* locum ſuum hic habeat. quem ut facundum, eruditum, Philoſophiaeque ſacris operatum, celebrat noſter

Digitized by Google

ſter (Conſ. Mall. 64. & ſeqq.) nec minus per alios Magiſtratuum gradus evectum (v. 28.) *Inde tibi Macetum tellus, & condita Pellæ Mœnia* &c.

Chriſtianis ſacris addictus fuit, nam D. Auguſtin. ejus cum honore meminit de Civit. Dei Lib. XVIII. cap. ult. porro *Eutropii* nomen eraſum faſtis, annusque ſolo *Theodoro* notatus, ex reſcriptis A A. perſpicimus, licet Onufrius Manlio & Theodoro ſignatum annum velit, ut olim Julio & Caeſare Coſſ. Hinc Claud. (Conſ. Mall. Theod. 267.)

—— non hic violata cucullis,
Turpia non Latios inceſtant nomina faſtos.

& apertius (Praef. Lib. II. in Eutr. 13.) *Ablata penitus reſpirant nomine faſti.* Ratio eſt cum *quia Eutropius Eunuchus*, tum *quia ſtemmatis ſervilis.* Socrates, Sozomenus: Claud. (Lib. I. in Eutrop. 141.)

—— & quem privata miniſtrum
Dedignata domus, moderantem ſuſtinet aula.

& infra (v. 151.) *Obſcuras latuit pars ignotiſſima turbas.*

Succedunt Libri in *Eutropium*, qui, ut monui, Coſ. fuit cum Manlio, ſed idem annus honores immeritos debito exilio excepit, nam relegatio ſtatim Conſulatum ſecuta eſt. Claud. (Praef. Lib. II. in Eutr. 10.)

Annus, qui trabeas, hic dedit exilium.

& (II. in Eutr. 21.)

Eutropium ſi Cyprus habet, vindictaque mundi
Semivir exul erit.

Sed & de eo pauca addam. Qui plura cupis, adi Suidam in *Εὐτρόπιος*. Originem ejus, ſervilem, ideoque obſcuram, nullus hactenus, quod ſciam, tradidit. nec commemorat noſter, qui tamen ait varios dominos illum mutaſſe. (Lib. I. in Eutr. 58.)

Inde per Aſſyrias trabitur commercia ripas,
Hinc fora venalis Galata ductore frequentat.

unde ergo tantum illi dignitatis? ob fidelem operam in detegendis *Rufini* dolis, & *Eudoxia*, ut dixi, *Arcadio* collocanda; eademque cauſae, cur deciderit, traduntur, nempe quod *Eudoxia* Auguſta injurias ſibi ab eo illatas graviter tulerit. Niceph. Lib. XIII. cap. 4. neque ſum neſcius alias cauſas aſſignari. nam *Trigibulus*, vel, ut vult Claud. (Lib. II. in Eutr. 176.) *Targibulus*, motus non leves in Aſia excitavit, ad quos ſedandos, petitus eſt ad poenam *Eutropius*, qui, dum *Arcadius* eum dedere deſtinaret, conſcius ſceleris ad templa Chriſtianorum, quae Aſyli inſtar erant, confugit *Pantychii*. Sozim. Lib. V. indeque fuiſſet divulſus, niſi impediiſſet *D. Chryſoſt.* cujus accurrata oratione vita illi data, exilium in *Cyprum* decretum fuit. hucusque noſter. Inde revocatus *Chalcedonem*, interfectus poenas luit, quae, cum aut deſiderentur, aut non ſint ſcripta, ſupplenda ſunt ex Socrate Lib. VI. cap. 5. Sozomen. Lib. VIII. cap. 7. & obiter obſerva mendum irrepſiſſe in l. 17. de paenis C. Theod. dum ſententia dicitur lata in *Eutropium* 16. Cal. Febr. cum prope ſolennitatem Paſchatis id contigiſſe doceamur ex Oratione *D. Chryſoſt.* in Pſalm. XLIV. niſi hic de exilii, ibi de capitis ſententia agatur, quod non eſt omnino a vero diſſimile.

Annus Honorii 6. *Coſſ. Stilicone & Aureliano* celebris eſt. Idcirco tres libros de Laudibus Stilliconis cenſeo hic inſerendos, cum Conſulem eum ſignificet, dum illi ſcriberentur. ſic enim poſt nuptias Honorii, victumque Gildonem canit (Lib. I. de Laud. Stil. 8.) *Oriente ſubacto Conſule defenſae ſurgunt Stilicone ſecures.* & quae ſequuntur.

Annus Honorii 8. *ipſum Arcadiumque* fratrem Coſſ. recepit, quod non puto a poëta carmine celebratum, ne cogeretur Arcadium laudare, quod ingratum futurum noverat *Honorio*, quod jam ſimultas inter eos orta, majores altioresque radices egiſſet.

Proximus locus Librum de *Bello Getico* habeat. geſtum quippe illud Anno *Honorii* 9. quamquam Anno 8. geſtum aſſeveret Caſſiod. Chron. Nec minor illius error in tempore, quam in re geſta, nam victum a barbaris Romanum ſcribit, cum conſentiant omnes, *Stiliconem* victorem, clam foedus cum *Alarico* pepigiſſe. ſed cum *Sozimus* mirifice illum laudet, quia in ſpem Ethnicorum educabat filium, hoſtem Chriſtiano nomini futurum, & *Claudianus* non tantum ſupra alios duces extollat, ſed & heroibus anteponat, quia Mecenatem: omnesque alii hiſtorici ut proditorem imperii ſugillent, videndum obiter de eo. Patrem habuit ſub *Valente Aug.* praefectura militari clarum. Claud. (Lib. I. de Laud. Stil. 37.) ſed genere *Wandalum*. Ipſe a *Theodoſio* Orientis Comes creatus, & utriusque militiae Magiſter *Serenam* ejusdem *Theodoſii* filiam duxit in uxorem. Oroſ. Lib. VII. cap. 38.

Digitized by Google

38. Claud. (1. de Laud. Stil. 78.) demum utrique filio, ob magnanimitatem in bello, & fidem in pace, tutor designatus, locata *Honorio* Aug. filia *Maria*, praeclarum sibi nomen pepererat. quod autem non Occidentalis, sed & Byzantini imperii custos fuerit datus. Claud. (Lib. II. in Rufin. 5.)

—— si tibi credita fratrum
Utraque majestas, geminaeque exercitus aulae.

& haec Theodosius ad eum ex humanis migrans. (III. Cons. Hon. 152.)

Tu curis succede meis, tu pignora solus
Nostra fove, geminos dextra tu protege fratres.

(1. de Laud. Stil. 91.) *Talem quippe virum natis adjunxit & aulae.* &c. (Epith. Hon. & Mar. sub finem.)

Dignus cui leges, dignus cui pignora tanti
Principis, & rerum commendarentur habenae.

At non postrema primis responderunt. nam *Eucherium* filium (de quo Claud. I. & II. de Laud. Stil. & Epith. Hon. & Mar. in fine.) summo imperio admovere studens, post *Alanorum, Suevorum, Wandalorumque* gentes pollicitationibus pecuniisque illectas, *Honorium* pupillum suum regno exuere conatus, cum eodem *Eucherio* occisus, perfidiam expiavit. ita Marcellin. Chron. ubi, ne fallaris, nota, *Stiliconem* ab *Heracliano*, a templis Christianorum, ad quae confugerat, abstractum. 10. Cal. Septemb. *Philippo Bassoque* Coss. interfectum. *Eucherium* vero, sequenti anno, ab *Arsacio & Terentio* Eunuchis, cum *Serena* matre, jussu *Honorii*, sublatum, & ut clarum est ex Orosio loco citato. Verum unde maxime illuxere malae artes, & regno inhians animus? Ex legatione *Alarici* pacem petentis: omnibus enim faedus cum Barbaro hoste aversantibus, *Stilico* de ejus necessitate disseruit, donec aliis Senatoribus ob metum & authoritatem ipsius tacentibus, *Lampadius* restitit, dicens, NON ESSE PACEM, SED FACTIONEM SERVITUTIS. tunc primum fraudes detegi caeperunt; nec cessatum, donec sanguine suo male cogitati facinoris paenas lueret: de quo si plura cupis, adi, praeter historicos, Sozim. Lib. V. Marcellin. Chron. Oros. Sanctiones Augustales, contra eum satellitesque datas. leg. 20. de paenis. leg. 20. de bon. proscript. C. Theod. leg. 1. de limit. itin. custod. C. eod. ubi *publicus hostis* vocatur. statuaeque omnes subversae, aut erasi tituli, & omnes aula ejecti, quos in spem rerum novarum paganos promoverat, leg. 42. de haeret. C. eod.

Sed ad bellum *Pollentinum* sive *Geticum* regredior. *Alaricus* Gothorum rex trigesimo anno, postquam cum exercitu *Istrum* transisset, in *Italiam* venit, quod sic collige, *Coss. Valentiniano & Valente* 4. *Gothi* in *Europam* venerunt. Ammian. Lib. XXX. a quo tempore ad 9. *Honorii* annum triginta sunt anni, ex Fastis Capitolinis. sic audi nostrum (de Bel. Get. 488.) ubi sic senex quidam,

Si numero non fallor, ait, trigesima currit
Bruma fere, rapidum postquam transavimus
Istrum.

Prudent. Lib. II. in Symmach. (714.)

Illic terdenis gens exitiabilis annis
Pannoniae paenas tandem delata pependit.

Tantus terror barbari exercitus adventantis Rom. occupavit, ut nova maenia curata sint extrui. Vetus Inscriptio. S. P. Q. R. *Impp. Coss. DD. NN. invictissimis. Principibus. Honorio. &. Arcadio. victoribus. &. triumphatoribus. semper. Augustis. ob. instauratos. urbis. aeternae. muros. portas. ac. turres egestis. immensis. ruderibus. ex. suggestione. V. C. &. inlustris ..... militis. &. magistri. utriusque. militiae. Stilicionis. ad. perpetuitatem. nominis. eorum. simulachra. constituit. curante. Fl. Macrobio Longiniano;* D. Paulin. de Natali D. Felicis.

—— fidant legionibus illi,
Perfugioque parent reparatis moenia muris.

noster (VI. Cons. Hon. 531.)

— addebant pulchrum nova maenia vultum
Audito perfecta recens rumore Getarum.

Sic urbi praevisum. Interim *Stilico* cum exercitu hosti occurrit ad *Pollentiam* Ligiuriae oppidum. (VI. Cons. Hon. 202.) *nec plus Pollentia rebus contulit Ausoniis* ait Claud. & (de Bell. Get. sub fin.) *O celebranda mihi cunctis Pollentia saeclis.* & alibi saepe. Prudent. (Lib. II. in Symm. 719.)

—— inhumata cadavera late,
Quae Pollentinos texerunt ossibus agros.

Victus ergo hic *Alaricus*, permissus est evadere. Oros. Lib. VII. cap. 37. *taceo*, ait, *de Alarico rege cum Gothis suis saepius victo, saepius concluso, saepeque dimisso, taceo de infelicibus ad Pollentiam gestis.* quod fama publica vulgatum sic Claud. dissimulat (VI. Cons. Hon. 300.) ubi sic Alaricus, *Heu quibus insidiis, qua me circumdedit arte Fatalis semper Stilico,*

Digitized by Google

ea, &c. Rutil. Itiner. Lib. 1. *Geticis graſſatus proditor armis.* de Stilicone.

Annus 10. Honorii, *eidem* cum *Ariſtonetto* 6. Conſulatum dedit. nam tota illa Panegyri bellum Pollentinum celebratur, diſerte Claud. (vi. Conſ. Hon. 127.) *Jam Pollentini tenuatus* (Alaricus) *funere campi Turpe retexit iter.* Nec plura de geſtis Honorii a Claudiano ſunt ſcripta, puto quia brevi ſecuta eſt mors Maecenatis ſui Stiliconis, atque ideo, ne laudando, majeſtatis imminutae reus, culpando, ingratus haberetur, maluit ſilere. Quo tempore *Palladii Epithalamium* ediderit, aut *Encomia Serenae*, uti & *Epigrammata*, *Epiſtolaſve* deprehedere certo non potui, neque referre puto, nam qui frivola curioſe nimis inveſtigat, utilia plerumque, ut ait Seneca, omittit. Itaque ex dictis haec ſeries Librorum ſit:

1. Libri de Raptu Proſerpinae.
2. Panegyris de Conſulatu Olybrii & Probini.
3. Liber de Bello Gildonico.
4. Liber in Rufinum.
5. Panegyris de 3. Honorii Conſulatu.
6. Panegyris de 4. Honorii Conſulatu.
7. Epithalamium Honorii & Mariae. dubito tamen & delibero.
8. Panegyris de Conſulatu Manlii Theodori.
9. Libri in Eutropium.
10. Libri de Laudibus Stilliconis.
11. Liber de Bello Getico.
12. Panegyris de 6. Honorii Conſulatu.

Scio aliam probari ſupputationem, quae biennio noſtra ſerius in 12. Honorii annum principatum ejusdem rejicit. Sed placet noſtra, cum praeter antiquos, virum omnium maximum, Baronium ducem habeat. tu elige.

Vale, optime lector, & his fruere, donec aliquis doctior meliora communicet, quae ego lubens & citra invidiam diſcituſ etiam tecum cuperem videre, & faxit Deus, utrique noſtrum ſatisfiat.

In Amiciſſimi THOMAE DEMPSTERI *Seriem Hiſtoricam Operum Claudiani.*

MARCUS DUNCANUS.

Magnanimos Scotus Stiliconis contudit enſes,
Martia dum fati fulmine terra tremit.
Sed latuit tenebris longo dux preſſus ab aevo,
Poſcebatque aliquam Claudius aeger opem.
Et vates & ductor habe ſolatia, utrique
Qui rurſum reddat lumina, Scotus erit.

Digitized by Google

SYLLOGE

Variantium Lectionum

in

CLAUDIANUM,

Excerptarum

e diverſis codicibus vetuſtis,

quos contulit

NICOLAUS HEINSIUS.

Digitized by Google

[illegible]

[illegible]

Digitized by Google

INDEX

CODICUM MSS.

CLAUDIANI,

quos contulit

N. HEINSIUS.

A. VAticanus optimus ante ſeptingentos annos ſcriptus ſed mutilus. N°. 2809 primo loco Feſcennina, & deinde pars libri primi in Rufinum usque v. 216. recentiori manu erant adſcripta. quia codex erat mutilus. ultimus quoque verſus Lib. II. in Rufin. deerat, manu recentiori tamen adſcriptus. penultimum ſtatim excipiebat vs. 17. Praefationis Epithalamii in Honor. *Tum Phoebus* &c. atque ita porro cum ipſo Epithalamio. recentiſſima manu in Olybr. III. & IV. Conſ. Hon. Bellum Getic Rapt. Proſerp. Ordo autem erat turbatiſſimus : Libri in Rufinum Epithalamium Honorii. De Bello Gildonico. Libri III. de Laud. Stiliconis. VI. Conſ. Honorii. Deprecatio ad Hadrianum, & multa Epigrammata. Gigantomachia. Laus Serenae. tum Conſulatus Manlii Theodori & Libri in Eutropium. mox reliqua Epigrammata. ſub finem codicis addebatur INCIPIT DE BELLO POLLENTINO. ſed nihil praeterea adſcriptum. tota paene pagina vacua relicta.

Erat & alius in Vaticana Codex in membrana quidem ſcriptus. ſed recens, qui ad verbum ex hoc optimo codice deſcriptus, adeo quidem, ut non ordinem tantum eumdem & easdem diverſas lectiones referret accurate, ſed errores etiam libarii & hiatus. Epithalamium quoque Laurentii aliaque ejus notae. Quare non libuit Heinſio eum conferre.

A. Codex Dominicanorum Florentiae ad D. Marci.

A. Codex S. Salvatoris Bononiae. ante quingentos annos ſcriptus, cui accedebant COPA, EST ET NON, VIR BONUS, VER ERAT, & MORETUM.

A. Codex Puteanaeus. in membrana ante annos 400 aut 500 ſcriptus.

A. Codex Patricii Junii, qui & Cambdeni quondam fuerat, membranaceus, in longiori forma, ſed non admodum vetuſtus, etiam magnam partem mutilus, incipiebat a v. 116. Lib. I. in Eutropium. Continebat autem hos libros hoc ordine. in Eutropium Lib. II. Feſcennina in Nuptias Honorii. Epithalamium in Nupt. Honorii. De tertio Conſulatu Honorii. de quarto Conſulatu Ejusdem Conſulatus Mallii Theodori. Epigramma de criſtallo. de Laudibus Stiliconis Lib. III. in VI. Conſ. Honorii. de Bello Getico.

B. Alter Codex Vaticanus N°. 3289. ante quingentos annos ſcriptus. qui Fulvii Urſini fuerat. in eo deſiderantur Conſ. Olybr. Rapt. Proſerpinae & Bellum Geticum fere totum. nullas Panegyricis aut Epigrammatis addit inſcriptiones. Libros de Raptu ſupplevit ex alio Cod. Vatic. N°. 1663. cui Statii Achilleis accedit.

B. Codex Medicaeus.

B. Codex Patavinus, qui Corn. Celtis Poëtae & Antonii Quaerengli fuerat, litera exigua ante 500 annos ſcriptus.

B. Codex Petavianus, in membrana ante 400 aut 500 annos ſcriptus.

B. Buslidianus codex, cum quo Epigrammata tantum contulit.

B. Codex alter P. Junii in membrana, ſed admodum recens, unde Varr. Lect. ad Rapt. Proſerpinae. in editione Plant. ab Heinſio etiam litera D. notatus.

B. Codex Bibliothecae publicae Oxonienſis Bodlejanae, ante annos ad minimum trecentos ſcriptus, eadem fere manu, qua prior Leidenſis, continebantur hoc ordine. de Raptu Proſerpinae Libb. III.

Digitized by Google

in Rufinum Libb. II. de Bello Gildonico. in Eutropium Libb. II. Feſcennina in Nuptias Honorii. Epithalamium in Nuptias Honorii. In III. Conſulatu Honorii. de IV. Conſ. Honorii. in Conſ. Mallii Theodori. de Laudibus Stiliconis Libb. III. in VI. Conſ. Honorii. de Bello Getico.

C. Tertius Codex Vaticanus paullo recentior. No. 5157. incipiebat a vs. 169. Lib. II. in Rufin. In eo Conſ. Olybrii & Raptus deerant, quem ex alio Codice ſupplevit, qui Sidonio Apollinari erat adnexus. No. 1661.

C. Alter Codex Medicaeus. in quo Libri de Raptu Proſerpinae & alia quaedam deſiderabantur, ut & in tertio Medicaeo. atque hi tres quidem Codices Medicaei fere ejusdem vetuſtatis ante annos 400 ſcripti.

C. Codex Ambroſianus ante 500 annos ſcriptus.

C. Codex Regius. in membrana. ante annos 400 aut 500 ſcriptus.

C. Codex V. C. Balthaſaris Moreti, quo Pulmannus jam uſus, ſed valde negligenter, ut ex collationibus apparet. Erant in eo codice omnia Claudiani, ſed Epigrammata recentiori manu & in charta deſcripta.

C. Alter Codex Bibliothecae Oxonienſis Bodlejanae, in eodem volumine, quo prior Oxonienſis, conpactus, & ejusdem fere manus ac vetuſtatis. Inſertus in illo volumine inter illos duos erat Gualteri Alexandreis. omnia hoc ordine. in Rufinum Lib II. de Bello Gildonico. in Eutropium Lib. II. deſiderabantur Feſcennina. in Nuptias Honorii. de tertio Conſ. Honorii. de IV. Conſ. Honor. de Conſ. Mallii. de Laud. Stiliconis Lib. III. de IV. Conſ. Honorii. de Bello Getico. Epigrammata, ſed alio ordine, ac in vulgatis. Gigantomachia. Libri de Raptu Proſerpinae.

D. Quartus codex Vaticanus. No. 2807. recenſior paullo. in quo a verſu. 284 Belli Gildonici erat hiatus usque v. 495. libri primi in Eutropium. deerant Conſ. Olybr. & Epigrammata, quae tamen ſupplevit ex alio codice.

D. Codex Medicaeus ante 300 annos ſcriptus. ſed non integer. deficiebat enim in VI. Conſ. Honorii. Raptus Proſerpinae, Conſulatus Olybrii, Bellum Geticum & Epigrammata deſiderabantur. mendoſiſſime deſcriptus erat, tamen ex antiquiſſimo, ut apparebat, Codice.

D. Alter Codex Ambroſianus ante 500 annos ſcriptus.

D. Codex Thuaneeus, in membrana. ante 400 vel 500 annos ſcriptus.

D. Codex Leidenſis.

D. Excerpta ex Codice Alb. Rubenii.

E. Quintus Codex Vaticanus chartaceus No. 2808. convenit in multis cum quarto Vaticano. hunc ex veterrimo codice deſcriptum eſſe teſtatur ad Eidyll. I. 28.

E. Excerpta vetuſtiſſimi libri Lucenſis, quae exſtant in Bibliotheca Medicaea, in margine Vicetinae editionis annotata a viro quodam docto: quamvis ſatis negligenter illum codicem videatur contuliſſe. nam librum de Bello Gildonico omiſerat, & libros in Rufinum cum alio codice contulerat. Idem & manu ſua ex eodem Lucenſi libro, ut putabat Heinſius, omnia Epigrammata deſcripſerat. nam illa in Vicetina editione deſiderantur. videntur autem & Virgilii Catalecta in eodem codice fuiſſe deſcripta. nam ab XVI. ultimis verbis Aetnae incipit ex abrupto, cum hac ſubſcriptione, EXPLICIT AETNA. INCIPIT AD STILICONEM. &c. qui verſus pag. 289. ed. Lugd. an. 1551. exſtant.

E. Tertius Codex Ambroſianus. recens ſed bonus

E. Excerpta Codd. Andr. Schotti, quae J. Fred. Gronovius ſuppeditavit Heinſio.

E. Codex alter Petavianus. in membrana. ante annos 400 vel 500 ſcriptus.

E. Codex Bibliothecae Voſſianae.

E. Alter Codex Leidenſis. in quo, ut nec in primo Leidenſi, Raptus Proſerpinae non fuiſſe videtur. Incipiunt a Lib. I. in Rufinum.

F. Codex Palatinus recens. hunc mendoſiſſimum eſſe, omniumque recentiſſimum, quamquam ſubinde ſcripturas caſtigatiores referat, ſed raro, teſtatur Heinſius ad Epigr. XI.

F. Codex tertius Petavianus. membranaceus. ante 400 vel 500 annos ſcriptus.

F. Codex Archiepiſcopi Tholoſani.

F. Excerpta ex Libro Rhemenſi, qui exſtat in Monaſterio S. Dionyſii Auguſtinianorum. a Dionyſio Petavio, qui codicem ipſum contulerat, haec accepit Heinſius. vid. ad Conſ. Mall. v. 147.

F. Alter Codex Bibliothecae Voſſianae.

F. Edl.

Digitized by Google

F. Editio Vicetina. A. MDCCCLXXXII.

G. Codex veterrimus Gyraldi.

G. Codex Farnesianus 400 aut 500 annorum.

G. Codex Mazarinianus.

G. Codex Medicaeus. integer sed recens.

G. Codex Heinsii chartaceus.

G. Gudiana Excerpta ex schedis ipsius Gudii manu exaratis, quas post Curas secundas adhibuit Heinsius.

H. Codex Johannis Pricael. 500 annorum.

H. Codex Heinsii ex Medicaeo primo, ut ipsi videbatur, descriptus.

H. Codex Heinsii membranaceus.

H. Vetus editio Parmensis in 4. edita per Thadaeum Ugoletum Parmae A. MCCCCLXXXXIII. quam Ugoletus ille in praefatione se ex tribus libris manu scriptis emendasse profitetur, uno praesertim venerandae vetustatis, quem ex Germania attulisset. In hujus editionis margine Vir eruditus varias ex aliis MSS. lectiones manu sua adscripserat. quas litera J notavit Heinsius ad edit. Lugdun. 1551. apud Theobald. Pagan. Hoc exemplar P. Christophorus Puteanus Roma ad fratres suos miserat, qui id cum Heinsio communicarunt. Libris de Rufino nullae variae lectiones adscriptae, quae incipiunt in Libr. de Bell. Gildon. vs. 95. in H. laus Herculis. in Christum secundum & tertium Epigramma desideratur. & in Sirenas.

J. Codex Bernardi Rottendorphii 500 annorum.

J. Incertus Heinsii hac litera notatus in edit. Lugd. 1551. in qua pag. 48. & vetus Codex Oxoniensis memoratur.

J. Variantes ex margine editionis Parmensis.

K. Ursini Codex in Biblioth. Vaticana N°. 3289. quem hac litera notavit Heinsius, ex eoque pauca contulisse se ait ad edit. Lugdun. 1551. apud Belargos fratres.

L. Lovaniensis Societatis Jesu.

L. Excerpta ex Codice Pomponii Laeti Vaticano, cujus saltem nomen praeferebat. Est autem editio Vicetina antiqua, quam Pomponius Laetus cum duobus aut tribus MSS. videtur contulisse. quaedam enim diverse lectiones atramento, quaedam minio notatae sunt. multas insuper explicationes satis prolixas addiderat, quas non descripsit Heinsius. Epigrammata omnia aberant. quoties autem Heinsius adscripsit *sic L*, significat aliter habere Vicetinam editionem, ex qua diversas lectiones alibi notavit. Laetus autem illam, quam in textum recepit Heinsius, suo adscripserat Codici. initio Libri haec Laetus minio notaverat: In vetusto Codice erat prima dictio ubique scripta minio omnibus in locis, quibus ejusmodi signum *f* in nostro offenderis.

In Codice Vaticano N°. 3311. exstat Fragmentum Claudiani manu Pomponii Laeti scriptum. in quo libri in Rufinum, in Eutropium, Laus Stilichonis, VI. Cons. Honor. Bellum Geticum, &c. ex illo codice excerpta sunt, quae Vicetina edit. praefert. non enim erat illa manus Pomponii Laeti. Omnia mutila in illis schedis.

M. Codex Epigrammatum Ambrosianus in Charta.

O. Codex Antonii Oiselii ante 400 annos scriptus, quem utendum accepit Heinsius ab Emerico Bigotio.

P. Excerpta quaedam ex Panvino Ecclesiae Cathedralis Codice recenti.

P. Excerpta Codicis Helmaestadiensis.

Q. Excerpta Codicis Viennensis.

R. Secundus Moreti Codex. qui Pulmanni nomen praefert. est tamen diversus ab illo, quo ipse usus est.

T. Excerpta ex Exemplari Cl. Gevartii cum MS. collato.

V. Vaticanus Livinei.

V. Vossiani Codices.

Excerptae, quae Isaacus Vossius cum Heinsio communicaverat, memorat ad Epist. II. vs. 44.

AD

Digitized by Google

AD PANEGYRICUM OLYBRII ET PROBINI.

TItulus Poëmatis in Excerptis Pomponii Laeti, *Panegyris in Probum & Probinum atque Olybrium fratres.* in primo Vaticano recentiſſima manu adſcriptum erat hoc Carmen. in Farneſiano legebatur poſt libros in Rufinum. in primo Leidenſi inſeritur poſt librum 1. in Eutropium.

1. *Flammigeris habenis*] ſic princeps Vat. & chartaceus ejusd. Bibl. Pal. Farn. Leid. pr. Pric. Petav. Med. duo & ed. Vicet. *ab annis* pro *habenis* Vat. pr.

2. *inexhauſto ſecula*] & *exhauſto* Moret. *fidera* Pal. & Med. pr.

4. *Blandius elato*] *alato* conjecerat Heinſius in ora primae ſuae edit. ſed ad vulgatam firmandam adſcripſerat loca Ovid. III. Faſt. 416.

Phoebus & elatis aethera carpit equis.

ut in MSS. pro *alatis*. & IV. 163.

——— *elatae metuendus acumine caudae*
Scorpios.

Virgil. Lib. XII. 115.

——— *alto ſe gurgite tollunt*
Solis equi, lucemque elatis naribus efflant.

quod imitatur Poëta vetus in Catalectis Pithoei pag. 445. de Solis equis:

Naribus elatis efflant e pectore lucem.

8. *Auchenium*] ita Leid. pr. *Auchemium* Petav. pr. & Pal. *Alchenum* Vat. opt. *Alchenium* cod. vet. Gyr. Farn. & Exc. Lucenſ. *Anthemium* Pric. Pal. a m. ſec. *Anchemium* duo Med. dein *parentes* Exc. Laeti. *potentes* Moret. vet. Gyr. Farn. Pric. Vat. duo. Med. pr. Leid. pr. & Petav.

9. *Anniadae*] ita Med. duo. *Aumadae* Vat. opt. *Auniadae* Farn. *Aniadae* Pric. *Heniadae* Exc. Laeti. *Huniadae* Exc Ruben.

11. *pendet*] *pendi* Vat. quint. dein *favorem* id. Vat. & Pal. *favorem* Vat. opt. Petav. Farn. Pric. Med. quart. Exc. Lucenſ. mox *finis* pro *fixus* Vat. quint.

13. *bonos*] *bonor* Moret. *require* Vat. pr. Pal. Farn. Pric. Med. duo. Moret. Leid. pr. Exc. Lucenſ. *requires* Vat. quint. Heinſius margini primae editionis ſuae adſcripſerat, *f. requiras.*

15. *renata*] *retenta* Med. quart *continuo* id. *fignantia* Med. pr. & Pal. qui pro *tenorem* exhibet *nepotem.*

18. *tentat*] Heinſius conjecerat *tenet*, mox *ore* pro *aere* Pric.

21. *Auchenii*s] ſic Moret. Leid. pr. & ed. Vicet. *Anchenii*s Pal. Med. pr. *Alchenii*s cod. Gyr. Vat. opt. Farn. Exc. Lucenſ. *Achenii*s Pric. *Anchei*s Vat. quint. *Anthemii*s Med. quart. mox *ne* pro *de* Pal.

22. *Haud s. ac*] *Hanc s. hanc* Pal. *ad* Med. quart. *aut tacitam* & emend. *Atracian* Leid. pr. mox *retuſo* Vat. duo Farn. Petav. pr. Med. quart. ed. Parm. & Vicet. *reviſo* Vat. quint. *recuſſo* Pal. Petav. pr. Med. pr. Moret. & Leid. pr. *recurſo* Pric.

25. *Arcturi*] *attractu* Pric. *languens* Pal. mox *regi* pro *tegi* Moret. Vat. opt. Farn. Med. quart. & ed. Vicet.

29. *Quem prius*] in Petav. pr. pro gloſſa adſcriptum erat. *Stat. Quem prius Heroum Clio dabis?* mox *facta* id. Petav. Med. duo, vet. ed. Parm. & Vicet. *fata* Exc. Laeti.

30. *ignoret Olybri*] *ignorat* Pric. Pal. *Olimbi* Vat. opt. Moret. Petav. pr. Med. duo & ed. Vicet. *Olimbri* Vat. quint. Leid. pr. & Farn.

32. *Quem nec*] *quem* Med. pr. & Moret. *non* id. Moret. & Pal. mox *ignotam* legit Gronov. ad Barthianam Claud. edit.

35. *Atlanteosque*] *Atbalanteosque* Varr. LL. e margine ed. Parm. *Atlantidosque* Med. quart. margini edit. Lugd. adſcripſerat Heinſius, forte *Atlantiacosque.*

36. *ſi quem Maeotica*] *ſi quis Maeotida* Med. quart. *convictus* Vat. pr. mox *bibet* Vat. pr. Farn. dein *venientibus* pro *virtutibus* Palat.

39. *numquamque levantibus*] deeſt *vè que* in Med. duob. & Pal. *numquam relevantibus* Vat. opt. Farn. & vet. Gyr. qui tamen & vulgatam habet.

48. *Ederet*] ita emendavit haec C. Gevart. in Epiſt. ad Heinſium data Antverpiae, Kal. Mart. MDCLVI. ubi Scaligerum in Libris de Emend. Temp. aut certe ad Euſebium hunc locum non ſatis cepiſſe notat. *Addidit* Vat. ſec. Ambr. tert. *Adderat* Oiſel. qui & *non maxima* exhibet. *per genitam* Put. *domitam Sciesm* Buſlid. *Serenae* Vat. pr. *figurum* pro *Serenum* Put. *regnis* Vat. tert. Rott. Florent. Ambr. pr. *lavat* vel *pavet* & emendatum *favet* pro *valet* Moret. pr. *primum* pro *prima* conjiciebat Heinſius. *lavat* duo Vatt. Pal. Rott. Oiſel. Oxon. ſec. *levat* Vat. pr. Med. ſec. Put. Bonon. Buſlid. Cod. Epigr. Ambr. Vat. Livin. *tuo fluctu* Vat. pr. Thuan. *tuos fluctus* Vat. ſec. Rott. Oiſel. inc. Heinſ. Put. duo Petav. Bonon. duo Ambr. Moret. pr. Oxon. ſec. Buſlid. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Pat. rec. Var. LL. ed. Antv. *fidere fluctus* Vat. tert. Pal. tres Med. *fecunda tuis* Pal. Med. pr. *frontibus* pro *fontibus* Med. quart. *nivium diademate fratrem* Buſlid. *patrum* pro *fratrum* Ambr. tert. *quas fudere* Ambr. tert. Cod. Epigr. Ambr. *docuit* pro *domuit* Buſlid. *apavit in uſus* Med. quart. *Phariae gentes* Oxon. ſec. *Caſtrenſi* pro *Caſtrorum* conjiciebat Heinſius. *Gallica* Buſlid. *ululatibus* pro *equitatibus* Vat. ſec. *equitantibus* Florent. Moret. pr. duo Med. *equitentibus* Buſlid.

69. *veſtigial*] *veſtigia* Med. ſec. *Auguſto* Pal. duo Med. inc. Heinſ. Petav. pr. Moret. pr. Oxon. ſec. ed. Parm. *Auguſtas fruges* Buſlid. *quae cuncta* Moret. pr. Buſlid. *regit* Vat ſec. *regum* Buſlid. *Enſiferi* pro *Cenſeri* Vat. ſec. *contempta* Petav. ſec. Oxon. ſec. *nec matribus* duo Vatt. Pal. Rott. Florent. tres Med. Put. Petav. ſec. Cod. Epigr. Ambr. Var. LL. ed. Antv. *ni matribus* Ambr. tert. *aequa eſt* Med. quart. *certatum* duo Med. *cultu* pro *ſexu* Ambr. pr. m. pr. *ſenſu* Pal. duo Med. *Facciolam* duo Petav. *Placillam* Ambr. tert. deeſt autem hic verſus Med. pr. & quart. *Callaecia* Vat. pr. & tert. Pal. Rott. Oiſel. *Callecia* Vet. Gyr. Vat. Livin.

vin. *Gallaecia* Exc. Pat. rec. ex conjectura. *Calleri-ca* Ald. *Calcaria* Med. pr. *Squallentia* Buſlid. *Cel-letya* Vat. ſec. *Vellera* Ambr. pr. ed. Parm. *Vellera purpureo* Vat. pr. Pal. *Vellere purpureo* —— *ovile* Vat. ſec. *Vellera ovili* duo Med. *Vellere ovile* Vat. tert. Rott. Oiſel. Exc. Lucenſ. pr. *olive* Moret. pr. Oxon. ſec. Buſlid.

74. *Canaber*] *Canabis* Petav. ſec. *effoſis* Oiſel. *Aſtur* Vat. pr. *Auſter* Petav. pr. *Eſtur* Med. quart. *Hiſter* Ambr pr. *Auſi* Var. LL. ed. Antv. *Auſter* duo Vatt. Med. pr. inc. Heinſ. Put. Petav. ſec Bonon Ambr. tert. Moret. pr. Oxon. ſec. Buſlid. Cod. Epigr. Ambr. eadem vox Lucano quoque reddita, teſte Heinſio. (ſ. Lib. IV. 298.

Merſerit Aſturii ſervator pallidus auri.]

oberret Vat. ſec. *ablatum* ed. Parm. *movet* pro *vomit* Vat. pr. Ambr. pr. ed. Parm. *Pirenaciſque* Moret. pr. Oxon. ſec. Ald. Var LL. ed Antv. *fluminеis* Thuan. ed. Parm. *fuminеis* duo Vatt. Rott. *fulminеus* Ambr. tert. *fluminеus* Vat. pr. Pal. duo Med. inc. Heinſ. Petav. pr. Bonon. Ambr. pr. Moret. pr. Oxon. ſec. Exc. Lucenſ. pr. & Pat. rec. *fulminibus* Ald. *fluminеus* vel *fulminеus* Vat. Livin. *relabentes* Florent. tres Med. inc. Heinſ. Put. Petav. pr. Bonon. Buſlid. vet. Gyr. Vat. Livin. Exc. Lucenſ. pr. Pat. rec. *relegentes* Vat. ſec. Thuan. Ambr. pr. Petav. ſec. Cod. Epigr. Ambr. Ald. *relebantes* ed. Parm. *recedentes* Ambr. tert. *relegantes* Sched. Gud. *aeſtaſque* Cod. Epigr. Ambr. *plauſuque omen* pro *plauſu dominam* Vat. ſec. *plauſus omen* — *futuros* Ambr. tert.

82. *tunc parvus*] ſic duo Vatt. Florent. Med. ſec. Petav. ſec. Buſlid. Ald. *tum* Vat. Livin. *cum* Pal. Ambr. tert. ed. Parm. *pirrus* pro *parvus* Med. pr. *habebat* Vat. pr. *tanta concordia* Buſlid. *Non tua* Put. *venuunt* vel *tenent* pro *meruit* Moret. pr. *verum* pro *meruit* Buſlid. *Verbera* pro *Ubera* Moret. pr. *gremio* Vat. ſec. Oiſel. Thuan. Petav. ſec. Ambr. pr. Buſlid. Cod. Epigr. Ambr. *gremio redolente Napes* Ambr. tert. unde Heinſius conjiciebat *gremio redolente Napeae*, *aurae* pro *Horae* Vat. pr. & tert. Pal. Rott. vet. Gyr. Oxon. ſec. Vat. Livin. *aura* Ald. *aulae* Thuan. ed. Parm. *aulam* Petav. ſec. Ambr. pr. Buſlid. Cod. Epigr. Ambr. Sched. Gud. in Schedis Heinſii erant ſeqq. *redolentibus Horae*] ita legit Schottus Obſerv. Lib. II. c. 55. & Scaliger, & e MSo. Claverius. Homer. Iliad. E. 749. Θ. 393 433. vide locum corruptum de Horis apud Val. Flacc. Lib. IV. 92. ubi pro *ingentibus Horis*, quod in MS. Carrionis exſtat, forte *cingentibus* legendum. Stat. Theb. III. 410. *Trinaque* Buſlid. *te* abeſt in Ambr. pr. *inneſtet* Buſlid. Vat. ſec. *Afflavit* Vat. pr. *Alluſit* Ambr. tert. *Affluxit* Vat. ſec. Oiſel. Thuan. Petav. ſec. Buſlid. Ambr. pr. Cod. Epigr. Ambr. Sched. Gud. *Affluxuit* Exc. Lucenſ. pr. *quocumque* Ambr. pr. Moret. pr. Ald. *quodcumque* Vat. tert. Florent. Med. ſec. Petav. ſec. Ambr. tert. Buſlid. *quacunque* duo Med. inc. Heinſ. Put. duo Petav. Bonon. Oxon. ſec. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucenſ. pr. *quantumque* ed. Parm. unde *quamcunque* legit Heinſius. *eulem* pro *herbam* Vat. ſec. Oiſel. *benai* pro *herbas* Vat. ſec. *bennam* Petav. ſec.

90. *Reparet*] *Rapores* Vat. ſec. *Reflatures* Vat. tert. Florent. *retae* pro *roſae* inc. Heinſ. *comas* duo Med Ambr. pr Sched. Gud. *ſed placido* Petav. pr. *geſſiſſent* Pal. *ceſſaſſent* Moret. pr. Heinſius adſcripſerat locum Lucan. III. 8. *mundo* pro *ſomno* Var. ſec. Oiſel. Thuan. Petav. ſec. Ambr. pr. Cod. Epigr. Ambr. *Purpureum ſurgunt* Thuan. *fulgebat* Rott. *ſurgebat* duo Med. inc. Heinſ. Put. Bonon. duo Petav. duo Ambr. Moret. pr. Oxon. ſec. Vat. Livin. Exc. Lucenſ. pr. & Pat. rec. Var. LL. ed. Antv. *molem* pro *violae* Med. pr. *fractura* Moret. pr. Exc. Pat. recent. *fractura* tres Vatt. Pal. Rott. Oiſel. *fa tura* Vat. tert. *fractura* Gronov. ad Stat. p. 91. & Additis p. 401. & Elencho Antidiatr. 207. at Cruceus in Frondatione p. 132. *fartura* legit. *vernatque* tres Vatt. Pal. Rott. Oiſel. Oxon. ſec. *vernanſque* legebat Heinſius. *terum* Ambr. pr. Cod. Epigr. Ambr. *vernalis* pro *regalis* Vat. tert. Florent. *Omnia* pro *Omina* duo Med. Petav. ſec. Oxon. ſec. ed. Parm. *gerit* pro *tegit* inc. Heinſ. *dedit* Pal. *alto* pro *arto* inc. Heinſ. Exc. Pat. rec. m. pr. *flumina* Pal. Oiſel. duo Med. *lumina* duo Ambr. Oxon. ſec. *Theodoſius* Florent. duo Med. inc. Heinſ. Put. Thuan. duo Petav. Bonon. duo Ambr. Oxon. ſec. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucenſ. pr. *atque ad* Moret. pr. Put. Buſlid. Vat. Livin. Var. LL. ed. Antv. *teque ad* Thuan. duo Petav. *ad ſua* Florent. tres Med. inc. Heinſ. Bonon. duo Ambr. Cod. Epigr. Ambr.

100. *converſa querelis*] *confuſa* Vat. tert. Rott. Florent. Buſlid. *figuris* pro *querelis* Moret. ſec. *Quis* Vat. tert. Rott. duo Med. Exc. Lucenſ. pr. *Quid* Vat. pr. Pal. *patriis* pro *propriis* conjiciebat Heinſius. *auferre comitibus* Buſlid. *inquis* tres Vatt. Pal. Rott. *inquis* Vat. Livin. Exc. Lucens. pr. *Inperat. hic ſemper* Vat. tert. Pal. *haec* Buſlid. *hic ſemper?* Exc. Lucenſ. pr. *luxerat* pro *luſerat* Med. ſec. Thuan. Petav. ſec. Cod. Epigr. Ambr. Var. LL. ed. Antv. *erdo* pro *error* Oxon. ſec. *auguſtum* Buſlid. *infantia longe* Sched. Gud. *magnique* Exc. Lucenſ. pr. *magnoque* duo Vatt. Pal. Rott. Oiſel. Florent. tres Med. Put. Thuan. Petav. ſec. Buſlid. Cod. Epigr. Ambr. Var. LL. ed. Antv. *propriis* Buſlid. *nec clarior* Exc. Lucenſ. pr. *Ledaee* Vat. ſec. *dilexit* Vat. pr. Vat. Livin. Exc. Pat. rec. Sched. Gud. *devinxit* Ambr. pr. *conjunxit* Vat. ſec. *Laconas* Thuan. *Lacones* Vat. pr. & tert. Pal. Rott. Oiſel. *Lacenes* Ambr. pr. *Lacenes* Sched. Gud. *Quaeque datur* Pal.

111. *ciſtus*] ſic Vat. pr. item Vat. Livin. Exc. Lucenſ.

Digitized by Google

Lucenſ. pr. Pat. rec. m. ſec. ed. Parm. *elapſus* Moret. pr. *delatus* Vat. tert. Florent. *elatus* Vat. ſec. Pal. Rott. Oiſel. tres Med. inc. Heinſ. Put. Thuan. Bonon. duo Petav. duo Ambr. Oxon. ſec. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. Sched. Gud. Var. LL. ed. Antv. *Suſpiceret* inc. Heinſ. Put. Moret. pr. Petav. ſec. *intendit* Vat. pr. vid. Lib. I. in Ruſin. 89. *impendit* duo Vatt. Pal. Oiſel. Florent. tres Med. inc. Heinſ. Put. Thuan. Bonon. duo Petav. duo Ambr. Moret. pr. Oxon. ſec. vet. Gyrald. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Pat. rec. Lucenſ. pr. Var. LL. ed. Antverp. vid. VV. LL. ad B. Gild. vs. 88. & IV. Conſ. Hon. 649. *honorem* Pal. Med. quart. *Jonium* pro *Eoum* Vat. tert. Florent. Med. ſec. Buſlid. *noſtris acciret* Oxon. ſec. *aſciret* Oxon. ſec. *Zephyrisque* Vat. ſec. Med. ſec. Var. LL. ed. Antv. *in urbes* Ambr. pr. *ad urbes* Vat. pr. & tert. Florent. Vat. Livin. Exc. Pat. rec. m. ſec. *prior ſi* Med. ſec. *Teumantia* Buslid. *Temerantia* Var. LL. ed. Antv. *certamina* pro *Thermantia* Pal. *nutu* Vat. tert. *thalamis* Vat. tert. Rott. Oiſel. Put. duo Petav. Bonon. Moret. pr. Oxon. ſec. Cod. Epigr. Ambr. *famulis thalamis* Pal. duo Med. *quorum* Pal. *nondum* Ambr. tert. *cervices varias* Vat. pr. m. pr.

121. *luminibus*] *liminibus* Pal. duo Med. *timidum* tres Vatt. Oiſel. *tumidum* inc. Heinſ. Thuan m. pr. duo Petav. Moret. pr. Buſlid. Exc. Pat. rec. m. ſec. *mutat* pro *micat* Med. pr. *pulcro* Vat. pr. Ambr. pr. *tremiſcunt* pro *reviſunt* Buſlid. *fortem* Oxon. ſec. *Cimotheem* Thuan. *Cymotheem* Moret. pr. *Cimodocem* Exc. Pat. rec. m. ſec. *taloſque* Vat. tert. Med ſec. *Incidit* Rott. Put. Var. LL. ed. Antv. *Intulit* Oxon. ſec. *Indicit* tres Med. inc. Heinſ. Thuan. duo Petav. Bonon. duo Ambr. Moret. pr. Buſlid. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Pat. rec. Lucenſ. pr. ed. Parm. *memores* pro *mores* Vat. tert. *implexu* Buſlid.

131. *Limen Honoriades*] *Lumen* Pal. *Honoriadas* Put. *patriae* Moret. pr. *inter* pro *in te* Exc. Lucenſ. pr. *aut publica* Vat. pr. Pal. duo Med. inc. Heinſ. Exc. Pat. rec. m. ſec. & Lucenſ. pr. *usque ira* Rott. *rediret* Vat. tert. *redibat* Vat. Livin. cum decem aliis, Exc. Lucenſ. pr. ed. Parm. *pater & nati* Buſlid. *timore* pro *timeret* Moret. pr. *timerent* duo Med. *tumerent* Pal. *Commovit* pro *Commotum* Buſlid. *Placilla* Ambr. tert. *Faccilla* Petav. ſec. Var. LL. ed. Antv. *frementes* Vat. pr. ed Parm *poteras blando* Oxon. ſec. *merari* pro *mederi* citat Heinſius e MSS, ſed e quibus, non adſcripſerat. *fideli* Florent. tres Med. inc. Heinſ. Put. Thuan. Bonon. duo Petav. duo Ambr. Moret. pr. Oxon. ſec. Buſlid. Exc. Pat. rec. Lucenſ. pr. Ald. & ed. Parm. Heinſius hic deeſſe quaedam ſuſpicatur, atque aſteriſcum appoſuerat. *tranſilit* Vat. Livin. *tranſtulit* Pal. Buſlid. Ald.

141. *Non talem Triviae*] Heinſius adſcripſerat Lucian. p. 772. *confer* Oxon. ſec. *meritam* pro *genitam* Moret. pr. *genita* Ambr. tert. *cum per litora* Put. *veſtem* Vat. ſec. *choreas* Vat. tert. Oiſel. Ambr. pr. m. ſec. *choreis* Cod. Epigr. Ambr. & quindecim alii, Ald. & Exc. Lucenſ. pr. *Ulyſſen* Vat. pr. Exc. Lucenſ. pr. *culmina* pro *carmina* Moret. pr. *Ludus erat* tres Vatt. Pal. Rott. Oiſel. *erant* Ambr tert. *ſumma dedit tibi* pro *Smyrna dedit quae* Buſlid. *ſumma* vel *fama* Moret. pr. *damnans* Put. Buſlid. *Helenam* duo Vatt. Oiſel. *Helenum* Pal. duo Med. *Helenen* Cod. Epigr. Ambr. *Heliſſae* Vat. pr. *Eliſſae* duo Vatt. Pal. Rott. Ambr. pr. *remeantem* Vat. pr. Thuan. Exc. Lucenſ. pr. *remeantes* Rott. *redeuntem* Vat. ſec. Oiſel. Florent. tres Med. inc. Heinſ. Put. duo Petav. Ambr. tert. Moret. pr. Oxon. ſec. Buſlid. Cod. Epigr. Ambr. Sched. Gud. Var. LL. ed. Antv. *per prona* Buſlid. *rogis* pro *ruens* conjiciebat Heinſius. *arcente* Rott. mox *tyranno* pro *tyranni* Buſlid. *ad bella* Med. ſec. *memorataque* Moret. pr. *memorandaque* Buſlid. *urbi* pro *uno* inc. Heinſ.

158. *Talia facta*] *fata* Put. *minore* tres Vatt. Pal. Oiſel. *meliora* pro *meliore* Med. pr. Buſlid. *nobilis* Vat. pr. ed. Parm. *nubibus* Ambr. tert. *exerceat* pro *exerent* Rott. *aulae* Vat. pr. ed. Parm. *Incertus* Pal. Oiſel. duo Med. Petav. ſec Buſlid. *Ingentis* Vat. pr. Exc. Pat. rec. m. ſec. *quae tanta* Buſlid. *Antiquoſque loquar* id. Buſlid. *dura* tres Vatt. Pal. Oiſel. *dira* Put. Thuan. duo Petav. duo Ambr. Buſlid. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Pat. rec. Var. LL. ed. Antv. *viros* pro *proces* Ambr. pr. Sched. Gud. *thalamos* Pal. Oiſel. duo Med. Buſlid. *diſcrimina* Vat. pr. *certamine* inc. Heinſ. *Conditione* pro *Ambitione* Ambr. tert. *petis* pro *peti* Var. LL. ed. Antv. *curſu* Pal. duo Med. Ambr. pr. *marito* Put. *marino* tres Vatt. Pal. Rott. Oiſel. *maligno* Buſlid. *Fudit* Ambr. pr. *praeda* pro *tela* Thuan. Exc. Lucenſ. pr. & Pat. rec. m. ſec. *preda* Vat. pr. *jam* Buſlid. Cod. Epigr. Ambr. *pervidus* Vat. tert. *perfidus* Vat. pr. Med. ſec. inc. Heinſ. Petav. pr. Bonon. Moret. pr. Oxon. ſec. Vat. Livin. Parm. Exc. Pat. rec. *fervidus* vet. Gyr. cum tredecim aliis, Sched. Gud. Exc. Lucenſ. pr. Var. LL. ed. Antv. *legis* Florent. Med. ſec. *reges* Pal. duo Med. *regni* Exc. Pat. rec. *Prodit* Pal. Med. quart. *deceptus* tres Vatt. Pal. Rott. Oiſel. *diſceptum* vel *deceptor* conjiciebat Heinſius. *Myrtulus* Vat. tert. Pal. *Myrtelus* Vat. ſec. inc. Heinſ. Put. Thuan. duo Petav. ed. Parm. *Myrtholus* Buſlid. Var. LL. ed. Antv.

169. *Hippomenes*] *Tpomedes* Buslid. *Hippomarus* Med. pr *Hippomenem* Med. quart. *curru* Petav. pr. inc. Heinſ. *ponto* pro *pomo* Vat. ſec. *laboris* Vat. tert. *labori* Oiſel. duo Med. inc. Heinſ. Bonon. duo Petav. duo Ambr. Moret. pr. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Pat. rec. & Lucenſ. pr. *pectore* tres Vatt. Pal. Rott. Oiſel. *pectora* Bonon. Moret. pr. Oxon. ſec. *pectora anbela* vel *pectora Victor anbelo* conjiciebat Heinſius. *luctor* pro *victor* Petav. pr. *pre-*

Digitized by Google

premeret Ambr. pr. m. pr. *fremeret* tres Vatt. Pal. Rott. Oiſel. *funera* pro *vulnera* Vat. ſec. Pal. Oiſel. duo Med. Ambr. pr. Petav. ſec. Cod. Epigr. Ambr. Sched. Gud. *plaudebant* pro *pallebant* Med. ſec. unde *ſqualiebant* conjicit Heinſius. *nunc Heſperidum — nunc* inc. Heinſ. *ſocium* pro *ſocerum* Busſid. *rotam* Med. pr. *ſcruptatus* pro *ſpectatus* Buslid. *meritas belli* Exc. Pat. rec. *meritis* tres Vatt. Pal. Oiſel. *belli* Ambr. tert.

182. *muralis honos*] *myrtalis* Var. LL. ed. Antv. *honor* tres Vatt. Oiſel. Florent. Thuan. duo Petav. Ambr. pr. Moret. pr. Oxon. ſec. Exc. Lucenſ. pr. *bine domitis* Buslid. *meritis* pro *domitis* Ambr. tert. *miram* Vat. pr. *ſola* pro *mira* Buslid. *ſimilem patrui* Vat. ſec. *patrium curum* Ambr. tert. *Therimantia* Rott. *Thumancia* Buslid. *tecum* vel *curam* vel *circum* vel *currum* vel *teucrum* Moret. pr. *facta* Vat. pr. inc. Heinſ. Petav. pr. Bonon. duo Ambr. Exc. Pat. rec. ed. Parm *pacta* conjecerat Heinſius. *Inferiora fuit* Vat. ſec. *alio te* Oxon. ſec. *numine* duo Vatt. Pal. Rott. Oiſel. *munere* Vat. tert. Florent. Med. ſec. Bonon. Ambr. pr. *lumine* Vat. Livin. *vivere* Vat. quart. Buslid. *magnusque* Oxon. ſec. *coloris* pro *coronis* Exc. Pat. rec. *choreis* vet. Gyr. *ſit* pro *ſit* duo Med. *cura* duo Vatt. Oiſel. *cauſſa* duo Vatt. Rott. inc. Heinſ. Put. duo Petav. Bonon. duo Ambr. Cod. Epigr. Ambr. Vat. Livin. Exc. Pat. rec. Lucenſ. pr. Sched. Gud. Var. LL. ed. Antv. Heinſius huic verſui aſteriſcum appoſuit. *dilectus* Florent. tres Med. inc. Heinſ. Put. duo Petav. Bonon. duo Ambr. Buslid. Oxon. ſec. Exc. Pat. rec. Lucenſ. pr. ed. Parm. *partae* pro *paſtae* Vat. quart. *paſtae* Petav. pr. Oxon. ſec. Var. LL. ed. Antv. m. pr. *poſſe* Buslid.

193. *Primus honos*] *Primus honor* —— —— inc. Heinſ. *oder* Moret. pr. *amor* Exc. Pat. rec. *honor* tres Vatt. Pal. Rott. Oiſel. Med. quart. *genero* Vat. Livin. *Primus honor tantaque fide victricia duxit* Ambr. tert. *Primus honor gemino nox in' germina novit* Ambr. pr. *gemino nox inde e gramine duxit* Med. quart. *gemino nox inde e gramine* Pal. *gemino nexu tibi germina d.* Buslid. *gemino nox inde germine* Vat. quart. *geminae nex inde in germina* Ambr. pr. Cod. Epigr. Ambr. *geminae nex inde Germania* Put. *geminae nex inde germina* Petav. ſec. Oxon. ſec. *gemine vexinum gramina* Vat. ſec. *gemino nec inde gemin . . . duxit* Exc. Lucenſ. pr. *gemine non ide germine* Vat. tert. m. ſec. [a m. pr. reliqua deerant] *geminae* Vat. tert. reliqua vero deſiderabantur, uti & in Thuan. & Petav. pr. *geminae nox inde* Florent. *gemino Judaeae* Exc. Pat. rec. *geminae nec in* Bonon. *nox inde germina* Rott. *Idae* vet. Gyr. *inde* Moret. pr. Ald. ed. Parm. *inde a germine* Vat. pr. *inde e* Vat. Livin. *in e* Med. pr. *inde* — *movit* Sched. Gud. Heinſius adſcripſerat, *De Stilichonis honoribus* vide Inſcriptiones apud Caſtal. in Rutil. p. 107. *libens* pro *labor* Vat. quart. *fregit honores* Med. ſec. Heinſius adſcripſerat, ſic apud Horat. *frangere diem labore.* ſed ablegabat lectorem ad Lib. II. in Eutrop. vs. 562. ubi vid. has LL. VV. *miti* pro *merito* Pal. duo Med. *Auderet* pro *Deberet* Vat. quart. *Deferret* vel *Offerret* legit Heinſius. *majore* Vat. pr.

197. *Ingrueret*] *Ingereret* Med. ſec. *rure* pro *jure* Florent. duo Med. *minari* pro *minori* Buslid. *Credere* Florent. Med. ſec. Put. *comitumque* Put. *Aſpiceret* ed. Parm. *tutumque* Vat. tert. Florent. Med. ſec. *committere* Ambr. pr. *promittere* Buslid. *permittere* vet. Gyr. Vat. Livin. duo Med. inc. Heinſ. Put. Thuan. duo Petav. Bonon. Ambr. tert. Moret. pr. Oxon. ſec. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Pat. rec. Lucenſ. pr. Var. LL. ed. Antv. *Martem* vel *in arcem* Moret. pr. *Non gradus* Ambr. pr Ald. Sched. Gud. *aetatisque* tres Vatt Rott. Oiſel. *aetatisve* duo Med. Buslid. *Neve juvent* pro *Ne juventi* Vat. pr. *Neu* inc. Heinſ. *Nec* Pal. Rott. duo Med. Put. duo Petav. Ambr. pr. Moret. pr. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. *flumine* Vat. pr. Pal. *flamina* Exc. Lucenſ. pr. *flamine* Florent. Med. ſec. inc. Heinſ. Put. Thuan. Bonon. duo Petav. duo Ambr. Moret. pr. Oxon. ſec. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Pat. rec. *Tranquillisve* Pal. duo Med. *feris* Ambr. tert. *tibi quisque* Thuan.

203. *Vindicat*] ſic Petav. ſec. *incumbat* Vat. Livin. *incumbit* Ald. *turbinis* pro *turbidus* Buslid. *& unda* deerant haec Med. ſec. *Hi per* pro *Pulſet* Buslid. *nutet* pro *nautae* Vat. pr. *Contentae* inc. Heinſ. *Contempti* Buslid. *manus* pro *manu* Vat. pr. *Jeſeque patremque* inſerto hoc verſu *Unius imperio tr. art. pavore* Vat. pr. & quart. Petav. Pr. Put. Bonon. Moret. pr. Vat. Livin. Buſlid. Oxon. ſec. Exc. Pat. recent. *Jeſequa patrem Unius imp. tradunt artemque pavore* inc. Heinſ. qui *credunt* pro *tradunt* corrigit, & *ratemque*, quod exſtat in Vat. Livin. in duobus autem Vatt. uti & Pal. & Rott. & aliis deſideratur ille verſus. *pavorem* Vat. quart. *pavore* Rott. Oiſel. Florent. tres Med. Put. Thuan. Petav. ſec. duo Ambr. Cod. Epigr. Ambr. ed. Parm. *Confeſſis* Put. *Confeſſi* duo Vatt. Pal. Rott. Oiſel. *Confeſſae* Vat. pr. & quart. inc. Heinſ. Bonon. Vat. Livin. Oxon. ſec. Exc. Pat. rec. Var. LL. ed. Antv. *ſtudiis finem* Buſſid. *procellae* Oxon. ſec.

208. *fremuit cum Thracia*] *fremuit Stilico* Vat. quart. *tremuit* Pal. duo Med. *tercia* Med. quart. *tertia* Pal. *Thracia* vel *tercia* Moret. pr. *bellis* Thuan. *candentibus* Pal. Med. pr. *Erigitur* Vat. quart. inc. Heinſ. Petav. pr. Bonon. Moret. pr. Oxon. ſec. Exc. Pat. rec. *dictor* Var. LL. ed. Antv. *doctor* tres Vatt. Florent. Med. ſec. inc. Heinſ. Put. Bonon. duo Petav. Ambr. pr. Moret. pr. Oxon. ſec. Exc. Pat. rec. *Judex namque* Ambr. pr. Buſſid. *impulſus* Pal. *tacuit* Buſſid. *jacuit* quatuor Vatt. Pal. Rott. Oiſel. *Quis tua* Med. ſec.

Digitized by Google

tum Vat. sec. *nunc* Ambr. tert. Oxon. sec. *timor* Rott. Moret. pr *pavor* Ambr. tert. *viget* Vat. quart. *despectans* Ambr. pr. *respectas* duo Med. *respectant* Rott. *limina* duo Vatt. Pal. Rott. Put. Thuan. Petav. sec. duo Ambr. Moret. pr. Oxon. sec. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. *flumina* vel *numina* conjiciebat Heinsius. *Optaret* Rott. Put. *Optatis* Vat. sec. *Gaudia quae* Buslid. *qui* Pal. *cristatum* pro *ferratum* Moret. pr. *pontus* pro *pectus* Buslid. *pondus* conjiciebat Heinsius. *urnas* Pal. *Exciperet* Put. *tuto castae* Petav. pr. *tete* Vat. pr. *lucida* pro *dulcia* Vat. quart. *dubia* Pal. duo Med. *dulcia* vel *devia* Moret. pr. *series* Vat. tert. Florent. Buslid.

222. *umquam*] sic tres Med. inc. Heins. Bonon. duo Ambr. Exc. Lucens. pr. *usquam* Exc. Pat. rec. *solitis* Med. sec. *funere* pro *fumere* Pal. Med. quart. Exc. Lucens. pr. *votisque* quatuor Vatt. *votisve* duo Med. *vocas* Vat. sec. *sed supplice* Put. *simplice* Buslid. *crure* pro *crine* Oxon. sec. *Verris humum*] Heinsius adscripserat Herald. in Arnob. p. 47. *tegitur* Vat. tert. *teritur* duo Med. inc. Heins. Put. Thuan. Bonon. duo Petav. duo Ambr. Moret. pr. Oxon. sec. Buslid. Cod. Epigr. Amb. Sched. Gud. Exc. Pat. rec. Lucens. pr. Ald. ed. Parm. *gloria* pro *gratia* Buslid. *desine* pro *deside* Pal. duo Med. *molem* pro *laudem* conjicit Heinsius. *de parte* inc. Heins. *tulit* Petav. pr. *de gentibus* Moret. pr. *illis* Vat. sec. *Conflixit* Ambr. pr. *sensum* Pal. Med. pr.

230. *absentem*] *absentes* Buslid. *seu fervet* pro *neu rumor* Pal. duo Med. *rumor iniquus* Sched. Gud. *fervor* Vat. pr. & quart. *furor* Ambr. tert. *femur* Vat. sec. Rott. Oisel. Petav. sec. Exc. Lucens. pr. *fremat* Cod. Epigr. Ambr. *sem iniquis* Vat. tert *femur* & emendatum *rumor* Ambr. pr. *iniquus* Med. quart. Moret. pr. inc. Heins. *livor* conjiciebat Heinsius. *subitis* pro *positis* Ambr. tert. *subsideris* Pal. *subsiderit* duo Med. Buslid. *subjecerit* Bonon. *sublaederit* Oxon. sec. *subsidetur* Ambr. tert. *mediante* pro *meditante* Vat. quart. Med. quart. *dum quaereret* Florent. *arces* duo Vatt. *Judicis* pro *In ducis* Pal. duo Med. Buslid. *exilium* Var. L.L. ed. Antv. *exicium* Buslid. *motis* pro *motus* Pal. duo Med. *lateres* pro *latentes* Med. quart. *latrantes* Cod Epigr. Ambr. *movebat* Vat. quart. Pal. *monebas* tres Med. inc. Heins. Thuan. Ambr. tert. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr. ed. Parm. *tenebas* Exc. Pat. rec.

AD

Digitized by Google

AD EPITHALAMIUM
PALLADII ET CELERINAE.

Deſideratur hoc carmen in Lov. Moret. ſec. Reg. Thuan. Mazar. Petav. tert. Tholoſ. Ambr. ſec. Exc. Schott. & Var. LL. ed. Parm. defuiſſe itidem videtur in Junianis, Voſſianis & Heinſianis, nec non in Oxon. pr. ex ſolo quippe Oxon. ſec. Var. LL. ab Heinſio enotatae comparent. in Put. Inſcriptio; in Sched. vero Gud. Praefatio deerat. In Aldina editione Praefatio inter Epigrammata legitur. In Cod. Rhem. inſcribitur *Epithalamium Serenae*. in Moret. pr. erat *Incipit Epithalamius dictus*. ſed Inſcriptio ſimiliter deerat. Vat. Livin. & Sched. Gud. *Epithalamium Palladii & Celerinae* vocant. In Lucenſ. pr. dicitur EPITHALAMIUS DICTUS PALLADIO .... TRIBUNO ET NOTARIO ET CELERINI. [l. CELERINAE.] Vat pr. exhibet, *Incipit Epithalamium dictum Palladio V. Cl. & Celerinae*. In antiquo Gyraldi Cod. erat, *Incipit Epithalamium dictum Palladio V. Cl. Tribuno & Notario, caetera non percipiuntur*. Var. LL. ed. Antv. ſimpliciter Epithalamium vocant ſine ulla Inſcriptione.

AD PRAEFATIONEM.

1. *feſtina*] *feſtiva* Oiſel. *negarem* duo Vatt. Rott. Med. ſec. *negantem* Pal. duo Med. *negant* Vat. pr. *noſtramque per aulam* Buslid. *conſors emicat*, *ille* Petav. pr. Ald. *conjunxit* Vat. quart. Ambr. pr. *proponit* Med. ſec. Moret. pr. *bonor* Med. pr. Ambr. pr. *ignos* pro *bonos* Exc. Lucenſ. pr. *amor faceri*, *generi reverentia* Pal. Med. pr. *poſcit* deerat haec vox Var. pr. *poſcunt* Exc. Pat. rec. *Obſequio nati*, *militis officio* Buslid. *officio* pro *obſequio* Exc. Pat. rec.

Digitized by Google

AD EPITHALAMIUM PALLADII ET CELERINAE.

1. *Forte Venus*] *tenus* Vat. pr. *quaesivit* Pal. duo Med. *quaesitans* Exc. Pat. rec. *frigora* Vat. pr. *somnum* deest Vat. pr. *intextis* Vat. pr. Oisel. Ambr. pr. *intextum* Vat. tert. Florent. Med. pr. *geminis* pro *gremio* Exc. Pat. rec. *secesserat* Rott. duo Medd. Put. *successerat* Oxon. sec. *aptum* pro *artus* Vat. pr. *aptum* vel *artus* Oisel. *Acclivis* Florent. Med. quart. inc. Heins. Buslid. Ald & ed. Parm. *Acclinis* duo Med. Cod. Ursin Put. duo Petav. Bonon. duo Ambr. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Pat. rec. & Lucens. pr. *Acclinis foribus* vet. Gyr. *floribus* Exc. Lucens. pr. *tumulo* pro *cumulo* duo Med. *crispatus* Med. quart. *crispantur* ed. Parm. *multa fuuantem ventilat uva* Vat. Livin. *miteis fudanti* v. *uva* vet. Gyr. *mites fudanti ventilat uvas* Exc. Lucens. pr. *multos fudante* Vat. pr. *vitem fudantem* tres Vatt. Pal. Rott. *uvas* deerat Vat. pr. *tumus* pro *uvas* Vat. sec. *fluitantem uvis vitem* olim legisse videtur Heinsius, qui adscripserat: „ Catull. „ Epithal. Pelei & Thetidis:

„ *Nam velut in summo quatientem brachia Tauro*
„ *Quercum & conigeram fluitanti vertice pinum.*

„ sic puto legendum. vulgo *fudanti cortice*. quae inepta lectio liber vetus, cujus Excerpta penes me, „ *nutanti vertice*. non male. mox ex eodem lege *obvia frangit*. sic Lib. II. Rapt. 110.

Fluctuat hic denso crispata cacumine buxus.

amictus pro *amictum* Vat. pr. Ambr. pr. & Med. sec. *exusto* Petav. pr. Med. sec. Oxon. sec. *trans lucet* Florent. inc. Heins. Put. duo Petav. Bonon. Oxon. sec.

10. *Pennati passim*] *Pinnati* Exc. Lucens. pr. *Passim pennati* Vat. pr. Ambr. pr. *quocumque* Ambr. pr. Sched. Gud. *quemcumque* Vat. quart. *vocabit* Vat. pr. *vocabat* Ambr. pr. *jacet* ed. Parm. *fluitant arvis* Ambr. tert. *propinquis* Oisel. Ambr. pr. Vat. Livin. Exc. Lucens. pr. Cod. Rhem. Sched. Gud. *propinquant* tres Vatt. Rott. *propinquat* Pal. duo Med. Petav. pr. *pependum* Buslid. *Pendens* & Vat. pr. Oisel. Ambr. pr. Vat. Livin. Sched. Gud. *Pendentes* Florent. tres Med. inc. Heins. Bonon. Put. duo Petav. Ambr. tert. Moret. pr. Cod. Epigr. Ambr. & Ursin. Exc. Pat. rec. Lucens. pr. Ald. *Splendentes placide* Buslid. *placidae* duo Med. *placide* Pal. *Par vigiles* Sched. Gud. *Pervigiles* Vat. pr. Ambr. pr. Vat. Livin. & *per* Vat. pr. Vat. Livin. Ambr. pr. *ac* Var. LL. ed. Antv. *alii* pro *avium* conjiciebat Heinsius *legant* pro *legunt* Oxon. sec. *donec* pro *donum* Buslid. *Veneri* Exc Lucens. pr. *flexumque* Vat. quart. Ambr. pr. Exc. Pat. rec. *aut summas* legebat Heinsius. *pinnis* Cod Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr. *vibrantur* Exc. Lucens. pr. *umbrantur* Ambr. pr. *alnos* Rott. Var. LL. ed. Antv. *ulmos* vel *arnos* inc. Heins.

17. *lucum*] *luctum* Rott. *lucos* Vat. pr. & quart. Ambr. pr. Vat. Livin. *Dryadesque* tres Vatt. Pal. *Dryadasque* Vat. sec. inc. Heins. Put. duo Petav. Bonon. Ambr. tert. Moret. pr. Oxon. sec. vet. Gyr. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Pat. rec. Lucens. pr. vid. Fescenn. vs. 23. *procaces* vel *loquaces* Rott. *Inspectant cupidi* Ambr. pr. Sched. Gud. *Inspectant cupidus* Vat. pr. *lumina* pro *Numina* Moret. pr. *Deas* pro *Deos* conjiciebat Heins. *ruentibus* pro *tuentibus* Petav. pr. *incendunt spicula flammis* Buslid. *in urbe* Exc. Pat. rec. *fasti* Oisel. *mixtusque* Moret. pr. *tubae* pro *lyrae* Ambr. pr. Sched. Gud. *celer inde* Vat. pr. *celer una* Pal. duo Med. *Celerina* duo Vatt. Oisel. Put. Bonon. duo Petav. duo Ambr. vet. Gyr. Vat Livin. Cod. Epigr. Ambr. Ursin. Exc. Lutens pr. *celeuma* inc. Heins. *celebrata* Vat. tert. Buslid. Ambr. *celibrata* vel *Celeuma* Rott. *mentes* pro *montes* Var. LL. ed. Antv. *montesque* Vat. pr.

26. *Vox jucunda*] *jocunda* Petav. sec. *resedit* Florent. tres Med. Cod. Ursin. Put. Bonon. duo Petav. duo Ambr. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr. ed. Parm. *decerpsit* pro *deterfit* Med. quart. *decerpit* Buslid. *Utque fuit* Sched. Gud. *Utque fuit intexta comas* Oxon. pr. *Utque erat turbata comas, merita vel incompta cap.* vet. Gyr. *Utque fuit* ..... Ambr. pr. *fuit intecta* Pal. Rott. duo Med. Put. *fuit detecta* Ambr. tert. *fuit intexta* Vat. quart. Bonon. Moret. pr. Exc. Pat. rec. *fuit interjecta* Petav. sec. *fuit turbata* Exc. Lucens. pr. Petav. pr. m. sec. *interfecta* Vat. pr. & tert. *intertexta* Vat. sec. Cod. Ursin. locum corruptum pronuntiat Heinsius & conjicit, *Utque erat indigesta comas* vel *Utque fuit neglecta comas*. ut supra vs. 6. dixit, *Ora decet neglecta sopor*. mox *intecta capillos* Exc. Lucens. pr. *capillis* Vat. quint. Rott. *exsurgit* Exc. Lucens. pr. *assurgit* quatuor Vatt. Pal. Oisel. *iterumque suorum* Exc. Cod. Rhem. *interque suorum* duo Ambr. Buslid. Cod Epigr. Ambr. Sched. Gud. *procul ecce sonorum* Vat. quart. *revocatque*

Digitized by Google

eaque fuerum hoc hemiſtichium in Oxon. ſec. literis recentibus ſcriptum erat, ut videretur lacuna prius fuiſſe. *ſeciumque requiri* Vat. tert. m. ſec. deerant haec in Put. Bonon. Exc. Pat. rec. Florent. tribus Med. inc Heinſ. & Cod. Urſini. in Petav. pr. & ſec. manu recenti adſcripta erant. *interque fuorum Agmen & innumeros* deerant haec tribus Vatt. & Pal. *Hymenaeus* . . . . m. pr. & *Hymenaeus quaeris* m. ſec. Rott. *poſcit* vet. Gyr. Exc. Lucenſ. pr. *quaeris* Put. *quaeris* quatuor Vatt. Pal. Oiſel. *Inde per immenſos Hymenaeum q. amores.* inc. Heinſ. [non Vienn. qui litera Q ab Heinſio notatus erat.] *in medios* Buslid. *innumeros amores* Oxon. ſec.

32. *nullum junxiſſe*] *nullis* Vat pr. Sched. Gud. *juxiſſe* Vat. tert. *vixiſſe* Med. tert. ed. Parm. *punxiſſe* Pal. *junxiſſe* duo Med. inc. Heinſ. Bonon. duo Ambr. Moret. pr. Oxon. ſec. vet. Gyr. Vat. Livin. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. duo Petav. Exc. Pat. rec. Lucenſ. pr. Sched. Gud. *nunque illa* Vat. quart. *ſub alta* Var. LL. ed. Antv. *Doctus* pro *Fuſus* Buslid. *certa* pro *cera* Vat. pr. *habenas* vel *avenas* Exc. Lucenſ. pr. *labris* duo Vatt. Ambr. pr. *libris* Vat. pr. *libris* duo Vatt. Pal. Med. pr. inc. Heinſ. Put. duo Petav. Bonon. Buslid. Oxon. ſec. Cod. Urſin. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucenſ. pr. *Diſſimili tenuem* tres Vatt. Pal. Rott. *Diſſimilem tenui* Vat. pr. Ambr. pr Vat. Livin. Sched. Gud. *narrabat* pro *variabat* Petav. pr. *A terra* Pal. Med. pr. *ſubito* pro *tacito* Petav. pr. *deflexit* Florent. Moret. pr. *flatu* pro *lapſu* Vat. pr. Ambr. pr. *lapſu* vel *cornu* Rott.

41. *infecerat igni*] *interſerit* Exc. Lucenſ. pr. *igne* tres Vatt. Petav. pr. Bonon. Ambr. pr. Moret. pr. Oxon. ſec. *dubiaque — umbra* Vat. quart. *umbra* Vat. pr. *Canicies* pro *Caeſaries* Moret. pr. *ipſe* pro *ipſa* Vat. quart. Oxon. ſec. *relinquis* Vat. pr. Ambr. pr. ed. Parm. *relinquas* Pal. Florent. duo Med. *relinquens* Oxon. ſec. *facrabere* pro *fatiabere* Rott. *ſtudiis* Ald. *peremptis* pro *parentis* Buslid. *Jamque* pro *Atque* Pal. duo Med. Petav. pr. *nemus* Ambr. pr. Exc. Cod. Rhem. *remus* Sched. Gud. *fordent* pro *cordi* Vat. ſec. Cod. Urſin *montibus* pro *rupibus* Petav. pr. *pupibus* Moret. pr. *ac tantae* Ambr. tert. *tandem* Vat. pr. Ambr. pr. *tantas* vet. Gyr. Exc. Lucenſ. pr. *tantae* vel *tacitae* Moret. pr. *cauſſae* Vat. pr. *laudes* Vat. ſec. Cod. Urſin. *cui pompa* Vat. pr. Ambr. pr. Vat. Livin. Sched. Gud. *quem* Rott. *quae* tres Vatt. Pal. Oiſel. *tora* Vat. pr. *tori* Vat. quart. & pr. m. ſec. Petav. pr. Bonon. Moret. pr. Ald. Var. LL. ed. Antv. *jam* Buslid. *laeta* Vatt. ſec. Urſin. Cod. *reſultat* Vat. pr. *ſimul &* pro *orti* Buslid. *ſanguine* Vat. quart. Pal.

54. *Haud ignarus*] *Aut* Med. ſec. *Una* pro *Ulla* Petav. pr. *cunctae* Vat. pr. Sched. Gud. *labantur* Buslid. *morari* pro *moranem* Vat. pr. Ambr. pr. Vat. Livin. *tanti quod adhuc* Buslid. *quid adhuc* Exc. Lucenſ. ſec. *manere* Vat. pr. *nec parva* Pal. duo Med. Put. *latum culmine* duo Med. *carmine* Buslid. unde *cardine* conjiciebat Heinſius. *fulcit* pro *fultae* Pal. Med. pr. inc. Heinſ. *lectiſſimus orbi* Vat. pr. Vat. Livin Heinſius adſcripſerat L. VI. Conſ. Hon. 370. *Electi candoris equus, lectiſſimus urbi* Vat. quart. inc. Heinſ. Petav. pr. *laetiſſimus urbi* duo Vatt. Pal. Rott. Oiſel. *lectiſſimus* Bonon. Moret. pr. Oxon. ſec. Cod. Epigr. Ambr. *orbi* Ambr pr. Heinſius adſcripſerat Fl. Vopiſc. in Caro. *rubris* vet. Gyr. *longis* Vat. quart. *quo fluctibus inſula luſtrat* Buslid. *flatibus* Vat. tert. Rott. Oiſel. Exc. Lucenſ. pr. *fluctibus* duo Med. inc. Heinſ. Put. Petav. pr. Bonon. duo Ambr. Cod Urſin. Vat. Livin. Exc. Pat. rec. Lucenſ. pr. Sched. Gud. *labet* Cod. Epigr. Ambr. *latret* Exc. Pat. rec.

62. *Quis locus*] *Qui* Vat. pr. Med. ſec. *quae nunc* Var. LL. ed. Antv. *quo ſic* Put. Petav. pr. Bonon. *impervia flammae* Var. LL. ed. Antv. m. pr. *Succeſſit* Vat. ſec. *Receſſit* Exc. Lucenſ. pr. *Seceſſit* Vat. pr. Florent. tres Med. inc. Heinſ. Put. duo Petav. Bonon. Ambr. tert. Oxon. ſec. Vat. Livin. Exc. Pat. rec. ed. Parm. *quae non* Vat. ſec. *quo nunque timore* Buslid. *benigna* quatuor Vatt. Pal. Rott. Oiſel. *benignae* Ambr. tert. *deſſique* Buslid. *grata ſenectus* inc. Heinſ. Exc. Lucenſ. pr. *amica* Pal. duo Med. Buslid. *terga* Vat. tert. Oiſel. Florent. Med. ſec. unde *terſa* conjiciebat Heinſius. *Emerſus* Vat. quart. Pal. tres Med. *tenuis* Vat. tert. *tenuis* duo Med. inc. Heinſ. Put. Bonon. duo Petav. duo Ambr. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. Vat. Livin. Exc. Pat. rec. Lucenſ. pr. Sched. Gud. *ſtabulis* videtur fuiſſe in Med. pr. ut vs. 85. unde *ſtabuli* conjiciebat Heinſius. *moderatum* Pal. duo Med. *moderatur* Rott. Put. Var. LL. ed. Antv.

69. *juveni*] ſic tres Vatt. totidem Med. inc. Heinſ. Put. Bonon. duo Petav. duo Ambr. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. Urſin. Exc. Pat. rec. Lucenſ. pr. Sched. Gud. *juvenem* Oiſel. *juvenum* Vat. tert. *Danubii veteres thalami* Buslid. *veteres Tomi* Put. Moret. pr. *veteres thalami* Pal. duo Med. *Martis* pro *matris* Pal. Med. duo & Cod. Urſin. *Marti* Moret. pr. *ſpoliisque* Pal. duo Med. *Celerini* Med. ſec. *Celerino* Buslid. *Celerenae* Bonon. Ambr. pr. *Celerinae* duo Vatt. Oiſel. Oxon. ſec. Huc forte referendam putabat Heinſius veterem Inſcriptionem p. 150. HIC QUIESCIT IN PACE FL. CELERINUS VD SCRINIARIUS INL. PATRICIAE SEDIS DEP. D IIII ID NOVEMBR. QUI VIXIT ANN. XXXIII. FLAT. DN. FL. VALENTINIANO VII ET AVIENO. V CS. *Meroem* Vat. ſec. Pal. duo Petav. *Cum ſibi poſt obitus & P. fulm. Caro* Exc. Lucenſ. pr. *Qui ſibi p. d. & P. flumina Carres* Buſlid. *pro domitos* Put. *poſt domitas* duo Med. *domitos & P. fulmina Carres* duo Vatt. *domitas & P. f. Carres* Ambr. tert. *obitus &* Vat. pr. vet. Gyr. *domitos*

Digitized by Google

Charros Oxon. ſec. *fulmina Parthica Caro* Vat. Livin *P. fulmina Caro* Vat. pr. *flumina* Med. pr. Petav. pr. Exc. Pat. rec. *Carros* inc. Heinſ. Put. Moret. pr. Cod. Epigr. Ambr. & Urſin. Var. LL. ed. Antv. *Carrbos* Petav. pr. *Charros* Bonon. *caros* duo Med. Petav. ſec. *Caro* Ambr. pr. Sched. Gud. *Chayn* Exc. Pat. rec. *claros* Vat. tert. Rott. *ebaro* vel *claros* vet. Gyr. Heinſius ſeqq. notaverat. „ *Carrae in Parthia.* Lucan. Lib. I. 105.

Aſſyrias Latio maculavit ſanguine Carras.

„ *Carrae ab Odenato Palmyrenorum Rege ſub Gal-*
„ *lieno captae.* Hiſt. Aug. p. 179. *Carrarum* etiam
„ meminit Spartian. in Caracalla p. 87. l. 42.
„ 88. bis. vid. Caſaub. p. 132. l. 33 a. Capito-
„ lin. in Gordianis p. 162. vid Hiſt. Aug. p. 162.
„ 163. 165. Flav. Vopiſc. in Caro. *rebus* ſine co-
pula, Pal. duo Med. *imponere mallet* Pal. Med. pr. Heinſius adſcripſerat. ita Capitolin. in Pertinace. *Milites Triarium Maternum Lascivium Senatorem nobilem ducere in caſtra voluerunt, ut eum rebus Romanis imponerent* hic *rebus agendis aliquem imponere*, idem p. 58. l. 27.

76. *Deſpexit fremitus*] *Detexit* Vat. pr. *ſtrepitus* Vat. ſec. *protulit* pro *praetulit* Cod. Ep. Ambr. *ferro* pro *regno* Pal. duo Med. *inceſtum* Vat. ſec. Pal. Rott. *ingeſtum* duo Vatt. Oiſel. Vat. Livin. Exc. Lucenſ. pr. *paſcere* Vat. quart. *regno* pro *ferro* Pal. duo Med. Petav. ſec. *ſolet* Exc. Lucenſ. pr. *tunc purpura* Ambr. pr. *nunc* Pal. duo Med. *cum* inc. Heinſ. Exc. Pat. rec. *non* duo Vatt. Rott. Oiſel. Petav. ſec. Ambr. tert. *tum* Put. Petav. pr. Bonon. Moret. pr. Oxon. ſec. Buslid. Vat. Livin. Exc. Lucenſ. pr. *huic* Sched. Gud. *metuitque* Vat. tert. Rott. *meruitque* Oiſel. duo Med. inc. Heinſ. Put. duo Petav. Bonon. duo Ambr. Moret. pr. Oxon. ſec. Cod. Urſin. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Pat. rec. & Lucenſ. pr. *confeſſa* tres Vatt. Rott. *conceſſa* Pal. Oiſel. duo Med. inc. Heinſ. Petav. pr. Ambr. tert. Moret. pr. Buslid. Ald. *contempta poteſtas* Sched. Gud. *delata poteſtas* Vat. pr. Ambr. pr. Vat. Livin. Exc. Lucenſ. pr. *dilecta* Rott. Put. *delecta* duo Vatt. Pal. Moret. pr. Oxon. ſec. Buslid. Var. LL. ed. Antv. *contenta* pro *contemta* Med. pr. *concepta* ed. Parm. *ducit* Florent. Buslid. unde *ducis* legit Heinſius, ut & *evectus. in altum* duo Med. Moret. pr. Ambr. tert.

84. *qua non*] Vat. pr. Oiſel. Ambr. pr. Vat. Livin. Exc. Pat. rec. & Lucenſ. pr. Sched. Gud. *quo* duo Vatt. Pal. Rott. *exit* pro *exſtat* Buslid. *Alter* duo Vatt Pal. Rott. Exc. Lucenſ. pr. *Altera* Vat. pr Oiſel. Ambr. pr. Vat. Livin. Sched. Gud. *ſtabulat* Petav. ſec. *ſtabulis* Med. pr. *adſignat* Vat. pr. *Rectorum* Vat. pr. Ambr. pr. Vat. Livin. qui ordinem verſuum inmutant, hoc modo,

Rectorum tractat numerum; conſtringit in unum
Sparjas imperii vires cunctsque recenſet.

numerum Vat. pr. Ambr. tert. Vat. Livin. Sched. Gud. *numeros*] Heinſius notaverat ſeqq. „ NUME-
„ RI *hic ſunt tabulae, in quibus nomina militum*
„ *ſcripta.* Caſaub. ad Hiſt. Aug. p. 162. f *conſtringit* Vat. pr. *aſtringit* Florent. *confringit* Exc. Lucenſ. pr. *conſtrinxit* Ambr. tert. Cod. Epigr. Ambr. *contraxit* Cod. Urſin. *contraxis* vel *conſtrinxit* Vat. ſec. *Imperii ſparjas vires* Pal. duo Med. *Diſpoſitos* vet. Gyr. Oiſel. Lucenſ. pr. *Diſpoſitis* Vat. pr. Ambr. pr. Vat Livin. Sched. Gud. *Depoſitum* duo Vatt. Pal. Rott. *Depoſitum* Cod. Epigr. Ambr. *quam* vet. Gyr. *Salmaticis* Petav. pr. *lenis* pro *ſaevis* Exc. Lucenſ. pr. *Retis* Florent. Med. ſec. *Recbis* Med. pr. *Retbis* Pal. *Rbetis* Vat. tert. Ald. *Comis* Exc. Pat. rec. *Getis* vet. Gyr. inc. Heinſ. Put. duo Petav. Bonon. Ambr. pr. Cod. Epigr. Ambr. Urſin. Exc. Lucenſ. pr. in Ambr. tertio haec vox deerat. *Santone* Ambr. tert. *frenes* Vat. pr. Ambr. pr.

90. *Scotum legio*] *Scottum* Exc. Lucenſ. pr. *legio* Buslid. Ald *regio* Vat. pr & tert. Rott. Oiſel. Florent. Med. ſec. ed. Parm. *quantae* Vat. pr. Put. Ambr. pr. Vat. Livin. Sched. Gud. *quem* in Ambr. tert. *quantum* duo Vatt. Pal. Rott. Oiſel. Oxon. ſec. *cinſere* Vat. pr. *quantum pacatur* Vat. tert. Rott. *quanto* duo Med. Put. Petav. ſec. & pr. m. ſec. Bonon. duo Ambr. Buslid. Urſin. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Pat. rec. Lucenſ. pr. Sched. Gud. Hi vero duo verſus deſiderantur in Vat. pr. m. pr. *Caſtra* pro *Caſla* Bonon. *nil ultra* Vat. pr. duo Ambr. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. *Indicioue* Vat. ſec. *dux* pro *duc* Pal. *caſſare* pro *quaſſare* Oiſel. *ceſſare* Pal. tres Med. Buslid. Ambr. tert. *Hunc quoque* Pal. *tibi* pro *mibi* Vat. ſec. Cod. Urſin. *jam* Vat. pr. Ambr pr. Vat. Livin. Sched. Gud. *thoris* pro *choris* Buslid. *vix hoc* Pal. *& illa* Vat. ſec. Cod. Urſin. *alluitur* Exc. Lucenſ. pr. *prelisque* Cod. Urſin. *praeliisque* Vat. pr. Exc. Lucenſ. pr. *praelisque* Oiſel. Put. Petav. ſec. Bonon. Ambr. tert Vat. Livin. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Pat. rec. *populisque* Rott. Ald. *plerisque* Med. ſec. Petav. pr. *peplisque* Pal. duo Med. *peplumque* Ambr. pr. Buslid. *pplumque* Sched. Gud. *pemplumque* Exc. Cod. Rhem. *ſoluta* Vat. pr. *ſolute* Buslid. Heinſius notaverat hanc vocem in menda cubare in Lucenſ. pr. *Cleoneae reddit miracula* Vat. pr. Vat. Livin. *juuit* pro *fumit* Sched. Gud. *miracula* Ambr. pr. *tedae* pro *telae* Exc. Lucenſ. pr.

103. *currus*] *curſus* Vat. pr. *currum* duo Vatt. Florent. Petav. ſec. Urſin. Cod. Epigr. Ambr. ed. Parm. *vaga* pro *juga* Moret. pr. *adneſtunt* Var. LL. ed. Antv. *columnas* Buslid. *frementem* tres Vatt. Pal. Rott. *fremente* Exc. Lucenſ. pr. *ſtrepentem* legebat Heinſius, ut Feſc-nn. vs. 52. *Atbeſis ſtrepat eboreis. Premulcent* Pal. Moret. pr. Cod.

Digitized by Google

Cod. Epigr. Ambr. ed. Parm. *Athesim* duo Vatt. Oisel. *Athesin* Med. sec. Exc. Lucens. pr. *cantu.* cum *στγμῆ*, Florent. *quos* Med. pr. Bonon. duo Petav. Buslid. Moret. pr. Oxon. sec. Cod. Epigr. Ambr. *quo* ed. Parm. *Laurius* Vat. sec. *aulis* pro *audit* Cod. Epigr. Ambr. *Quos* Med. pr. duo Petav. Bonon. Moret. pr. Oxon. sec. Cod. Epigr. Ambr. ed. Parm. *Venacus* duo Vatt. Rott. Oisel. Florent. duo Med. inc. Heins. *quos* Med. pr. Bonon. Moret. pr. Oxon. sec. Cod. Epigr. Ambr. duo Petav. *quis* inc. Heins. *accipit* pro *excipit* Vat. sec. Put. Var. LL. ed. Antv. *recipit* Buslid. *ereßis* pro *ereptis* Pal. Florent.

109. *Eridani ripas*] *ripe* Vat. pr. *rauci* Pal. duo Med. *glaucae* conjecerat Heinsius, qui adscripserat Cons. Prob. & Olybr. vs. 214.

Illi glauca nitent hirsuto lumina vultu.

& in Apono vs. 36.

Glaucaque fumiferae terga ferenat aquae.

postea tamen deleverat, adscripto Virg. VII. Aen. vs. 705. ubi vid. Serv. & X. vs. 206. vid. Cons. Olybr. vs. 221. *Medusae* pro *Padusae* Exc. Cod. Rhem. *Effugiens* Buslid. *Frenatique* Petav. sec. Bonon. Moret. pr. Oxon. sec. *flecti* pro *vecti* Pal. duo Med. *Ostendit* Buslid. *Ostendat* Oxon. sec. *Ostentat* Vat. tert. Rott. Florent. Petav. sec. *quique* Put. *pronique* vel *puerique* Rott. *Consequitur*] Lucens. pr. inc. Heins. Bonon. duo Ambr. Moret. pr. Oxon. sec. & Vat. Livin. hunc versum sequenti postponunt. *lapsu meliore volantes* Vat. tert. Pal. Rott. Vat. pr. m. sec. *lapsi meliore volatu* Put. *lapsu m. volatu* Vat. pr. m. pr. Vat. sec. Oisel. *lapsus m. volatu* inc. Heins. Bonon. Ambr. tert. Petav. pr. Ursin. Oxon. sec. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Pat. rec. & Lucens. pr. *lapsus* Moret. pr. *volatu* Petav. sec. Var. LL. ed. Antv. post hunc versum in Med. sec. erat spatium unius versus relictum.

116. *tum vere*] *timuere* Vat. sec. Sched. Gud. *timuere jubentes* Buslid. *invergunt* pro *invertunt* legit Heinsius, qui adscripserat locum Val. Flacc. Lib. II. [611.]

Tum pelago vina invergens dux talibus infit.

Definitur mulcent thalamos Buslid. *spinis* pro *plenis* idem Buslid. *theatris* Med. sec. *canistris* legit Heinsius. *Veneri* Moret. pr. *Veneris campo* Petav. pr. *tenebras* pro *teneras* Med. sec. *violas* Ambr. pr. *aliis* Med. pr. *alium* Moret. pr. *diro* pro *duro* Petav. sec. *pinguis* Pal. duo Med. *pigri* pro *pingui* Pal. duo Med. *Cythera numen* Buslid. *nurum* vet. Gyr. Ambr. pr. Oxon. sec. Exc. Lucens. pr. Sched. Gud. *virum* Vat. sec. Rott. Oisel. Heinsius seqq. notat, *virum* & *nurum* saepe confundunt librarii. vid. Ovid. Lib. III. Trist.

Quid Danaën Danaësque nurum.

sic lego. vulgo *virum. pudico* Put. Petav. pr. Bonon. Oxon. sec. Var. LL. ed. Antv. *Cupido* duo Vatt. Pal. Oisel. Rott. m. pr. Petav sec. Vat. pr. m. sec. *nives & lilia* duo Med. Buslid. qui & *deducis* pro *testatur* exhibet.

128. *Tum dextram*] *Tunc* Ambr. pr. *Dum* Vat. sec. *Ex istis* pro *Tradit & his* Buslid. *ulsm* pro *ultro* conjiciebat Heinsius. *fanxit* vet. Gyr. *Venite* pro *Vivite* Pal. *Saecula* pro *Oscula* Buslid. *fonans* Pal. *fonans* duo Med. *Libra* pro *Labra* Bonon. *animos* tres Vatt. Pal. Rott. Oisel. *nec* Pal. Rott. *neu* Vat. Livin. Ursin. inc. Heins. Put. Bonon. duo Petav. duo Ambr. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr. & Pat. rec. *te* Vat. sec. Petav. sec. *proterva* pro *paterna* Vat. pr. m. pr. vet. Gyr. Vat. Livin. *Confides* Ambr. pr. *Virtute praterva* probat Heinsius. *virtute* pro *terrore* Vat. pr. m. pr. Moret. pr. Oxon. sec. *paeanda* Ursin. Cod. *placanda* duo Vatt. Pal. Oisel. Florent. tres Med. inc. Heins. Put. Bonon. duo Petav. duo Ambr. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr. & Pat. rec. ed. Parm. *nec* Vat. tert. Rott. *neu* Med. pr. Ursin. Put. Bonon. duo Petav. duo Ambr. Moret. pr. Oxon. sec. vet. Gyr. Vat. Livin. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr. & Pat. rec. *nec Futebat* Buslid.

137. *mater eris*] *eas* conjiciebat Heinsius, qui citat ex Lib. III. de R. P. 310.

——— *sic me felicior olim*
Mater eas.

[vitio memoriae puto] vid. Lib. II. Cons. Stil. 293. *tinguis* Vat. Livin. Var. LL. ed. Antv. *stringis* Pal. tres Med. Buslid. *tergis* conjiciebat Heinsius. *Virgo.* Moret. pr. *Turgida* pro *Virgo* conjicit Heinsius, ut sit *lumina tinguis Turgida? cede* pro *crede* Pal. *aligera* Vat. Livin. *aligeros* Vat. sec. Pal. Rott. Oisel. tres Med. inc. Heins. Petav. sec. Bonon. Ambr. tert. Ursin. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr. *Praestantes* Vat. pr. *Praestanti* Vat. sec. Oisel. Ursin. Petav. sec. Ambr. tert. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr. *e plebe* Vat. Livin. *de plebe* Vat. sec. Pal. tres Med. inc. Heins. Put. duo Petav. Moret. pr. Oxon. sec. Buslid. Cod. Ursin. Exc. Lucens. pr. Ald. Var. LL. ed. Antv. *Phebe* Sched. Gud. *Haethon* Exc. Lucens. pr. *Pyroes* Vat. sec. Med. quart. Put. Bonon. duo Petav. Exc. Lucens. pr. Var. LL. ed. Antv. *respersi* Cod. Ursin. Florent. tres Med. inc. Heins. Put. Bonon. duo Petav. duo Ambr. Moret. pr. Oxon. sec. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. Ald. ed. Parm. Var. LL. ed. Antv. *respexit* Exc. Lucens. pr. *mella* Pal. duo Med. *membra* Buslid. *Hinc nuptam* Pal. duo Med. *illa* Med. sec. *nurum* pro *virum* Moret. pr. *reductae* Florent. *cunsta* pro *certa* Pal. duo Med. *circa* Moret. pr. *vulgavit* pro *sulcavit* Vat. pr. Oisel. m. pr. *succavit* Var. LL. ed. Antv. *cerda* pro *tela* Med. sec. *terga* Moret. pr.

A D

Digitized by Google

AD LIBRUM I.

DE RAPTU PROSERPINAE.

In Vat. pr. manu recenti hoc Poëma adſcriptum. In Vat. ſec. hi libri ſuppleti erant ex alio Cod. Vat. n. 1663. In tertio Vat. ſimiliter additum erat hoc carmen ex alio Cod. qui Sidonio Apollinari adnexus erat n. 1661. in Vat. quarto adjecti erant ex alio itidem Cod. n. 3290. qui Cod. lit. D ab Heinſio notatus erat, unde factum, ut, cum Jun. ſec. & Leid. pr. eadem litera D notarentur, in notis Leid. perperam ſcriptum ſit: nam in Leidd. D. & E. non erat hoc Poëma, qui demum incipiunt Lib. I. in Rufin. poſt R. P. Cel. Burmannus tamen alium Leid. habuiſſe videtur, cujus Gloſſas aliquoties citat. vid. vs. 4. in Praefat. Lib. II. de Raptu. Deerant hi libri in Lov. duob. Leidd. Mazar. Ambr. pr. & ſec. Med. ſec. & tert. Moret. ſec. Pat. Pric. Oiſel. Exc. Lucenſ. Cod. Rhem. & Var. LL. ed. Antv. In Thuan. quoque deſiderantur, ſed ejus loco Var. LL. ab Heinſio adſcriptae ſunt ex Cod. Petav. in quo hi libri de R. P. quaedam Prudentii & alia continebantur. Farneſiano quoque deeſſe videtur, ejusque loco Codex Bartholini ab Heinſio ſubjectus, qui hoc ſolum Poëma habebat reliquis omiſſis. vid. ad VI. Conſ. Honor. in Praefatione. in Sched. Gud. ad calcem legitur, *ad Raptum Proſerpinae, Conſ. Olybrii atque ad alia nonnulla nihil annotatum reperio. videntur non exſtitiſſe in illo manu exarato Codice.* In Cod. Epigr. Ambr. erat hic titulus, *Epigrammata Claudiani Aegyptii Pharii Alexandrini Poëtae Clariſſimi & Militum Tribuni feliciter incipiunt. Primo loco erat Epithalamium Honorii.* Non videtur tamen in hoc Raptus Proſerpinae fuiſſe, quia nullas Var. LL. notatas offendi. In Moret. pr. Raptus Proſerpinae ultimo loco legitur poſt VI. Conſ. Hon. in Put. & Reg. nullae erant librorum inſcriptiones. in Vat. quinto erat, *Cl. Claudiani de Raptu Proſerpinae Prologus incipit ad Florentinum.* Cod. Bartholini habet, *C. Claudiani Exodium Libri primi de R. P. Incipit feliciter.* In Voſſ. pr. erat CL. CLAUDIANI DE RAPTU PROSERPINAE TRAGOEDIA HEROICA INCIPIT FELICITER.

Codices, ex quibus hae ad R. Proſerpinae Var. LL. notatae ſunt, ſunt ſeqq. quinque Vatt. Pal. Cod. Bartholin. Florent. Med. pr. & quart. duo Jun. duo Oxon. duo Voſſ. duo Heinſ. item tert. litera *H* notatus, ex Med. pr. deſcriptus, & inc. ejusdem. Put. Reg. tres Petav. & Exc. Petav. quart. Bonon. Tholoſ. Ambr. tert. Moret. pr. vet. Gyr. Vat. Livin. Exc. Schott. & Laeti. ed. Parm. & Vicet. Ald. & Var. LL. e marg. Parm.

Heinſius in Schedis ſuis ſeqq. adſcripſerat. *Sil. Ital. multos Siciliae fluvios recenſet Lib. XIV. quorum & Claudianus in his libris ſuis de R. P. meminit. Idem eodem Libro* RAPTUM PROSERPINAE *deſcribit vs.* 240. *ubi menda una atque altera.*

AD PRAEFATIONEM.

1. *primus qui*] ſic omnes Vatt. Pal. Cod. Bartholin. *qui primus* Florent. Reg. Oxon. pr. Moret. pr. Bonon. Petav. pr. Voſſ. pr. Jun. ſec. *primum ſecuit qui* Petav. ſec. *primus* pro *auſus* Petav. tert. *fluctibus* Vat. quint. Florent. Jun. ſec. *flatibus* vel *fluctibus* Petav. tert. *alnum comm. fluctibus auſus* Jun. pr. *alvum* Vat. ſec. Voſſ. ſec. *alnos* Florent. m. pr. Put. *vetat* pro *negat* Jun. pr. *arte* vel *ille* Bonon. *trepidus primum* Jun. pr. *trepidum* Florent. *praebuit* pro *credidit* Voſſ. pr. *ſecure* Vat. ſec. *ſecreto* Voſſ. pr. *ſecure* vel *ſecuro* Voſſ. ſec. Heinſius adſcripſerat locum Rutil. Itin. Lib. I. [401.]

Proxima ſecurum reſerat Populonia litus.

8. *Et leni*] *Atque levi* Petav. tert. *tendere vela* Petav. ſec. *irrumpit* pro *exſultat* duo Vatt. Pal. duo Med. Heinſ. H. Put. tres Petav. Bonon. Tholoſ. Exc. Petav. quart. *praeceps audacia*] Heinſius adſcripſerat, ſic *proeceps bonorum continuatio* apud Lamprid. initio Alexandri Severi. *irrupit* tres Vatt. Cod. Bartholin. *irripuit* Voſſ pr. *pelagus* inc Heinſ. Petav. tert. Exc. Petav. quart. *pelago* vel *pelagus* Tholoſ. *Joniaque* Vat. pr. Florent. Voſſ. pr. Vat. Livin. *Joniumque* duo Vatt. Pal Put. Reg. Oxon. pr. Jun. ſec. Voſſ. ſec. duo Heinſ. tres Petav. Cod. Bartholin. Exc. Petav. quart.

AD

Digitized by Google

AD LIBRUM I.

DE RAPTU PROSERPINAE.

1. *Sidera Taenario*] *Litora tartareo* inc. Heinſ. *Trinacrio* Vat. pr. *tartareo* Jun. ſec. *prodere* Pal. duo Med. Heinſ. H. Petav. pr. Exc. Petav. quart. *premere* omnes Vatt. Florent. inc. Heinſ. Put. Reg. Bonon. Voſſ. ſec. duo Petav. Cod. Bartholin. ed. Parm. & Vicet. *premere* Voſſ. pr. duo Heinſius adſcripſit locum de B. Get. vs. 159.

——— *fera nuntia Martis*
Ore ſub Auguſti caſurum prodidit hoſtem.

38. *Incubuit numquam.*] *In brevibus n. c. flamma ſaliſſis* Buſlid. qui duos ſeqq. omittit. *fama* pro *flamma* Pal. *ſolutis* pro *ſaliſſis* Med. pr. *metuere Tonantis* Cod. Epigr. Ambr. *annoſas* Med. ſec. Ald. *animoſas* Vat. tert. Florent. *alimoſas* Med. quart. *almoſas* Pal. Med. pr. *cornos* pro *ornos* Med. pr. *Hoc pro ture damus carmen* Buſlid. *Nae praecor* Vat. pr. *redde mihi* Vat. ſec. *mederi* Pal. duo Med. *Quae pro te* Oxon. ſec. Buſlid. *Quod pro te* Pal. *Quod* Med. pr. *pro te* Pal. Buſlid. *Achillea haſta* vet. Gyr. *Achilleis haſtis* Med. ſec. *herbis* quatuor Vatt. Pal. Rott. Oiſel. Heinſius adſcripſerat Paſſerat. in Propert. p. 252. & Column. in Enn. p. 415. *perculerat* Med. pr. *pretulerint* Pal. *conſenſit* Pal. duo Med. *non ſi* Put. *ſi ne* Med. ſec. *nec fletu* Pal. Med. pr. *flectoris* tres Med. Rott. Var. LL. e marg. Parm. *vinceris* inc. Heinſ. *frangeris* Vat. pr. Ambr. pr. Vat. Livin. Sched. Gud. ed. Parm. Heinſius ſeqq. notaverat. *frangeris* V. C. ſic Tibull. Lib. I. Eleg. VIII.

Deſiſtas lacrimare, puer, non frangitur illa.

Propert. Lib. II. El. XVIII.

Frangitur in tacito ſaepe puella viro.

& Eleg. XXVIII.

Frangitur & Juno, ſi qua puella perit.

Cicero in Bruto. *Injuria accepta fregit tamen C. Gracchum patientiâ Octavius. moveris* Pal. duo Med. Heinſ. H. *nunc proſpera* Pal. duo Med. [deerat autem hic verſus Vat. tert.] *cingula proſpera* Ambr. pr. Heinſius ſeqq. adnotavit. „ *Cingula* pro„ prie geſtamen militare. vid. Caſaub. ad Hiſt. „ Aug. p. 210. f. eadem cum *baltheis*, de quibus „ fuſe Salmaſ. p. 295. *Erige militiam* Med. ſec. *militiam comitem.* cum *συμφ.* Vat. pr. *nec pelle* Ambr. pr. *ne pelle* Vat. pr. Pal. Oiſel. tres Med. *ſodalis* Var. LL. e marg. Parm. *ſodali* quatuor Vatt. Pal. Rott. Oiſel. Bonon. ſec. deerat vero inc. Heinſ. hic verſus.

53. *Inſignes de p. vate triumphos*] ſic tres Med. inc. Heinſ. Put. Petav. pr. Bonon. Ambr. pr. Oxon. ſec. Exc. Pat. rec. Lucenſ. pr. ed. Parm. Var. LL. ed. Antv. *ingentes triumphos* Moret. pr. *inſignis triumphus* Var. LL. e marg. Parm. *egregios de p. nacte triumphos* Buſlid. [deerat autem hic verſus Vat. ſec. & tert. Petav. ſec. Florent. Ambr. tert. Cod. Urſin. & Epigr. Ambr.] *& ſpoliis* pro *egregiis* Exc. Lucenſ. pr. *Irruat* Pal. tres Med. Vat. Livin. Sched. Gud. *Inruat* Vat. pr. Ambr. pr. *Serviat* Vat. ſec. Cod. Urſin. *Saeviat* duo Vatt. Rott. *Saeviat* vel *Irruat* Exc. Pat. rec. ceterum in Bonon. hic verſus ſequenti poſtponitur. *Audiat haec* Florent. duo Med. Put. Moret. pr. *haec* tres Vatt. *longisque* Vat. pr. Pal. Oiſel. duo Med. Ambr. pr. ed. Parm. *longeque* Var. LL. e marg. Parm. *fluentem* pro *flentem*, & dein *numeroſis* pro *numeroſis* Var. LL. e marg. Parm.

Digitized by Google

AD EPISTOLAM II.

AD SERENAM.

In Lucenſ. pr. ſubnectitur haec Epiſtola carmini in Laudem Serenae cum hac inſcriptione *Ejuidem Epiſtola ad Serenam.* Vat. pr. & Sched. Gud. habent *Epiſtola ad Serenam de Nuptiis*, in aliis fere deeſt Inſcriptio.

1. *primae ſ. l. taedae*] *primae* Vat. pr. Exc. Lucenſ. pr. ed. Parm. *primo* Petav. pr. Exc. Pat. rec. *primum* tres Vatt. Pal. Rott. Oiſel. Oxon. ſec. *prima tedа* Vat. Livin. *numina* Vat. pr. & quart. Oxon. ſec. *numine* Florent. Med. ſec. Put. Thuan. Petav. ſec. Cod. Epigr. Ambr. *munere* duo Vatt. Oiſel. *numine* vel *munere* Var. LL. ed. Antv. *complueret Thracia triſtis hiems* Buſlid. *Thracia* Florent. tres Med. Put. Thuan. duo Petav. Bonon. duo Ambr. vet. Gyr. Vat. Livin. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Pat. rec. Lucenſ. pr. ed. Parm. *Tertia* Ald. *boner* pro *Hymen* Oiſel. *valent* pro *darent* Petav. pr. *cantus ubi ſaepe ſonore* Vat. pr. & ſec. Pal. Med. pr. Petav. pr. Ambr. pr. *cautes* Gev. *cantu ſubis. . . .* Exc. Lucenſ. pr. *cantu ſubiſſe feruntur* Var. LL. e marg. Parm. *cantus ſonori* Vat. quart. *ubique ante ſonore* Buſlid. *ſaepe ſonare* Ambr. tert. *ſaepe ſonorae* Med. quart [hae duae voces deerant Vat. tert. Rott. Oiſel. Florent. Med. ſec. Thuan. Put. Petav. ſec. Cod. Epigr. Ambr.] *canore* vel *ſonore* Moret. pr. Heinſius conjecerat ex lectione Cod. Buſlid.

Quippe haud immemores cantus, ubi caute ſonora.

Praebuerant Med. quart. inc. Heinſ. Put. Thuan. duo Petav. Bonon. duo Ambr. Exc. Pat. rec. Lucenſ. pr. ed. Parm. *pura theatra* Var. LL. ed. Antv. *cruſtata* pro *Cryſtalla* Florent. *Gryphes*] Heinſius adſcripſerat locum Priſcian. Perieg. p. 384. ed. Pithoei. *pondera magna* Vat. quart. *thori* pro *ſoli* Vat. pr.

9. *Furatae*] *Furato* Vat. tert. *Purgato* Rott. *pratis* Buſlid. *prata* Vat. tert. *columbae* Med. pr. *volucres* Vat. tert. Rott. Oiſel. Florent. Med. ſec. *retis* pro *roſis* Vat. ſec. Put. Petav. ſec. *rotis* Vat. tert. Florent. Med. ſec. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucenſ. pr. Var. LL. ed. Antv. *mobilium* Buſlid. *oliviferi* Vat. ſec. *odoriferi* Vat. quart. *odorato* Exc. Pat. rec. m. pr. Heinſius adſcripſerat. Virgil. pag. 231. *Nilo Pygmaea grues p. bella* Exc. Lucenſ. pr. *poſt bella grues Pygmaea* tres Vatt. Pal. Rott. Oiſel. Florent. tres Med. inc. Heinſ. Put. Bonon. duo Petav. duo Ambr. Buſlid. Moret. pr. Oxon. ſec. Cod. Epigr. Ambr. *leges* pro *legunt* Vat. quart. *gerunt* Cod. Epigr. Ambr. *rubra* pro *rubri* Med. ſec. *gramina* Vat. tert. Pal. Florent. tres Med. duo Ambr. *cara* inc. Heinſ. *cana* Vat. pr. Pal. duo Med. Vat. Livin. Exc. Pat. rec. m. ſec. ed. Parm. *ab extremo* Vat. tert. *felix* pro *Phoenix* Vat. ſec. *cinnama rara* Vat. pr. duo Med. inc. Heinſ. *rata* Pal. *mira* tres Vatt. Rott. Oiſel. Florent. Med. ſec. Put. Thuan. Petav. ſec. Bonon. duo Ambr. Buſlid. Moret. pr. Cod. Epigr. Ambr. vet. Gyr. Exc. Lucenſ. pr. Sched. Gud.

17. *avium pecudumque*] *pecudumve* Vat. ſec. *que* Put. *lyrae* vel *ferae* Vat. ſec. *Tot opibus* Buſlid. Var. LL. ed. Antv. *totique* pro *totoque* Bonon. *lyram* pro *nurum* Ambr. pr. *proprium virum* Buſlid. *Ipſam* Florent. tres Med. inc. Heinſ. Put. Thuan. duo Petav. Bonon. duo Ambr. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucenſ. pr. *domitam* Vat. ſec. *natae* pro *nati* Exc. Pat. rec. *Non ſprevit* Rott. Med. ſec. Ambr. pr. *ſpernit* Cod. Epigr. Ambr. *deam* legebat Heinſius. *honorem* Pal. Med. pr. *vitta* pro *ducta* Exc. Pat. rec. m. ſec. *aram* Vat. quart. *nomina* pro *numina* Exc. Lucenſ. pr. *Praeſtoque* Var. LL. ed. Antv. *montem jugalem* Oxon. ſec. *numine* pro *munera* Buſlid. *digna* Vat. tert. Florent. *teris* duo Med. Exc. Lucenſ. pr. *choris* Vat. tert. Florent. Med. ſec. *curas* pro *cultus* Vat. tert. m. pr.

33. *Orphei*] ita duo Vatt. Rott. Oiſel. Florent. Med. ſec. Petav. ſec. Ambr. tert. Ald. Lucenſ. pr. *Orpheo* Vat. pr. & quart. Pal. Med. pr. *vatis* pro *votis* Pal. duo Med. *Illius exſpectens* Exc. Lucenſ. pr. *Illius exſpectant* Vat. pr. Pal. duo Med. inc. Heinſ. *expellens* Moret. pr. *Illius expient* Thuan. *Expient illius* tres Vatt. Oiſel. Florent. Med. ſec. Put. duo Petav. Bonon. duo Ambr. Buſlid. Oxon. ſec. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Pat. rec. Sched. Gud. *fidera* vel *numina* Rott. *nutus* Vat. ſec. *nutu* Vat. tert. Med. ſec. Petav. ſec. *numen* Exc. Pat. rec. *notum* Pal. *natum* duo Med. *tegitur* Pal. Med. quart. *teritur* Petav. pr. *regitur* quatuor Vatt. Rott. Oiſel. Florent. Med. ſec. inc. Heinſ. Put. Petav. ſec. Thuan. Bonon. duo Ambr. Moret. pr. Exc. Pat. rec. Lucenſ. pr. Ald. Var. LL. e marg. Parm. *Promiſit* Ald. Var. LL. e marg. Parm. *paſcus plena* Moret. pr. *lacta* vel *plena* Vat. ſec. *tuis* Rott. unde *ſuis* legebat Heinſius.

Digitized by Google

flue. *Non quod* Vat. pr. Moret. pr. *Quod nec* Ambr. pr. *tramite* Pal. unde *termite* conjiciebat Heinſius. *Fructuet* pro *Fluctuet* Var. LL. ed. Antv. *Non* Put. duo Petav. Var. LL. e marg. Parm. *Nec* duo Med. inc. Heinſ. Ambr. ſec. Moret. pr. Buſlid. Exc. Lucenſ. pr. *Quod non* Ambr. pr. *Jeges* pro *Ceres* Buſlid. *pretioſa* Moret. pr. *fauce* pro *falce* Ambr. pr. Petav. ſec. *laborat* Pal. duo Med. Exc. Lucenſ. pr. *Auratae ferient* Vat. ſec.

44. *Et pecus*] *penus* Vat. tert. *nemus* Rott. *Et flexit* Vat. ſec. Ambr. tert. *ſocios* Moret. pr. *tremendi* pro *petendi* Vat. tert. m. pr. *numinis unda* Pal. *ſui* Buſlid. *tui* Florent Med. ſec. inc. Heinſ. Put. Thuan. Bonon. duo Petav. duo Ambr. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Pat. rec. Lucenſ. pr. Var. LL. e marg. Parm. *fuit* duo Med. *Quod non perficiet* Vat quart. Ald. *Sed quid non faceret* Thuan. *Sed quid non perfert* Exc. Lucenſ. pr. *proficeret* Pal. *perficeret* Exc. Pat. rec. *praefecit* Put. *ſuffecit* Vat. tert. Florent. Med. ſec. *perfecit* Vat. ſec. Oiſel. inc. Heinſ. Bonon. duo Petav. duo Ambr. Buſlid. Moret. pr. Oxon. ſec Cod. Epigr. Ambr. Var. LL. ed. Antv. *perfecit* vel *perficeret* Rott. *ſcribentes* Var. LL. e marg. Parm. *vice* pro *voce* Pal. Med. pr. *ſerena* Buſlid. *orbis* pro *oris* Vat. ſec. *in caſtris* Vat. pr. & quart. Pal. Med. pr. Vat. Livin. & *caſtris* Florent. Med. ſec. Put. Petav. ſec. duo Ambr. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucenſ. pr. Ald. Var. LL. e marg. Parm. *generis* Med. pr. *ne jungeret* Florent. Med. ſec. Sched. Gud. *Purpura.* Thuan. *ſocero* pro *ſancto* Vat. ſec. *aura* Pal. duo Med. *auſa chore* Vat. pr. *chore* Thuan. Oxon. ſec. Ambr. tert. *thoro* tres Vatt. Pal. Rott. *quae ſcriptis* Ambr. tert. *ſcriptas* Petav. ſec. *deſpondeat* Oxon. ſec. *diſpondeat* Med. quart. *diſpenderat* Vat. tert. *Conjugis ejuſdem* Vat. tert. Rott. *Conjugis hanc eadem* Ambr. tert. Buſlid. unde *Conjugio hanc eadem* legit Heinſius. *Conjugis eadem* Sched. Gud. *Conjugis haec eadem* Pal. Oiſel. m. ſec. duo Med. *Conjugiis eadem* vet. Gyr. Vat. Livin. inc. Heinſ. Thuan. Oxon. ſec. Bonon. Ambr. pr. duo Petav. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Pat. rec. Lucenſ. pr. ed. Parm. Var. LL. ed. Antv. *eadem* tres Vatt. Put. Moret. pr. *tela* pro *dextra* Petav. pr. m. pr. unde *taeda* conjiciebat Heinſius.

55. *votis majoribus*] ſic Vat. Livin. *vatis* Vat. ſec. *vitis* Med. pr. Thuan. Petav. ſec. *vitiis* Oiſel. Vat. tert. *Syrtis* Ald. Var. LL. e marg. Parm. *Libyae* duo Vatt. Rott. Oiſel Med. ſec. inc. Heinſ. Put. Bonon. Ambr. pr. Moret. pr. Buſlid. duo Petav. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Pat. rec. Var. LL. ed. Antv. *nimiae diſficit* Ambr. tert. *diſſonat* Put. Var. LL. ed. Antv. *aula* Petav. pr. *aura* Med. pr. m. pr. *Regina fove* Var. LL. ed. Antv. *ſacerdos* pro *ſecundas* Put. Buſlid. *Abnue* Vat. ſec. *ponte vias* pro *pande* Oxon. ſec. *placari* Buſlid. *proſperiora* Vat. ſec. Ald. Var. LL. ed. Antv. *poſteriora* Vat. pr. inc. Heinſ. Put. Petav. pr. Bonon. Oxon. ſec. Buſlid. Exc. Pat. rec. ed. Parm. *ſuperiora* Vat. tert. Pal. Rott. Oiſel. Florent. tres Med. Thuan. Petav. ſec. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucenſ. pr. *docuitque* pro *doctumque* Buſlid. *ſervate* pro *ſervato* Vat. ſec. *ſonans* Vat. quint. *parans* Vat. tert. m. pr. *carum* Buſlid.

Digitized by Google

AD EPISTOLAM II.

AD OLYBRIUM.

In Vat. pr. & Vat. Livin. *Epiſtola ad Olybrium* inſcribitur. In Moret. pr. erat, *Incipit Epiſtola ad Olimbrium*, quod & duo Med. & inc. Heinſii exhibent. Lucenſ. pr. habet *Epiſtola ad Olibrium, ut ſibi ſcribat.*

1. *Quid reor*] *reor* Buſlid. *ultro* pro *ullos* Oiſel. *dicta ſalus* Livin. imperite, ut notat Heinſius. *Scribendive* Petav. pr. *Scribendi labor eſt* Vat. pr. *Scribenti labor eſt* Ambr. pr. Heinſius adſcripſerat Rutil. Lib. II. Itin. initio.

Taedia continuo timuit ceſſura labori
Sumere, ne lector juge paveret opus.

quaenam prona Med. ſec. *dura facultas* Pal. duo Med. *tundis* pro *fundis* Pal. *Cicerone* tres Vatt. Pal. Rott. Oiſel. *Cicerona* Exc. Lucenſ. pr. Heinſius adſcripſerat Auſon. Epigr. 86. *Capanea ruit. Credere* pro *Cedere* Rott. Florent. Put. Var. LL. ed. Antv. *meretur* Buſlid. *jungit opes* Vat. ſec. m. pr. *ſceptra* Ald. *ſcripta* Florent. tres Med. inc. Heinſ. Put. duo Petav. vet. Gyr. Vat. Livin. Exc. Lucenſ. pr. ed. Parm. *qui* pro *quin* Pal. Buſlid. *Confluat* pro *Quum fluat* Buſlid. *imperium* Florent. m. pr. *reportat* Vat. ſec. *retorpet* Florent. *contemnatur* pro *niſi contemnor* Vat. ſec. *tivi* Exc. Lucenſ. pr. *mihi* Ambr. pr. m. pr.

11. *Deſpicis*] *Diſpicis* Exc. Lucenſ. pr. *fas eſt dicere* Petav. pr. *Fervidus* pro *Perfidus* conjiciebat Heinſius. *Excidimuſve* Put. *condit* Vat. tert. Rott. Florent. Med. ſec. Buſlid. *condat* Pal. *condet* duo Med. inc. Heinſ. Put. duo Petav. Ambr. pr. Bonon. Cod. Epigr. Ambr. Moret. pr. Oxon. ſec. Vat. Livin. Exc. Lucenſ. pr. Var. LL. e marg. Parm. *Carceſſiaco* Vat. pr. *Carchefiaco* duo Med. *Tarchefiaco* Var. LL. ed. Antv. *Chalchefiaco* Med. ſec. *Carchefiaco* Sched. Gud. *Tracenſiaco* vel *Cathefiaco* Rott. *oriare* tres Vatt. Rott. Oiſel. *oriere* duo Med. inc. Heinſ. Bonon. Ambr. pr. Oxon. ſec. Vat. Livin. *loco* Med. quart. *loco* vel *vado* Med. ſec. *Candeſcit* Vat. ſec. *Candeſcet* Florent. tres Med. inc. Heinſ. Put. duo Petav. Bonon. duo Ambr. Buſlid. Moret. pr. Cod. Epigr. Ambr. Vat. Livin. Oxon. ſec. Exc. Lucenſ. pr. Var. LL. e marg. Parm. *converſa* Oxon. ſec. *Geticas pruinas* Buſlid. *proluet* Florent. & quatuordecim Codd. Exc. Lucenſ. pr. Ald. & Var. LL. e marg. Parm. *Olybrius* Exc. Lucenſ. pr. *Olymbrius* Vat. tert. Pal. Bonon. duo Ambr. *Olimbrius* Florent. tres Med. inc. Heinſ. Put. Petav. ſec. Buſlid. Moret. pr. ed. Parm. Var. LL. ed. Antv. *ignis* Oiſel. *valuiſſe* Vat. pr. *maduiſſe* Vat. ſec. *fides* Med. pr.

18. *remoraturuſque*] ita Vat. tert. Rott. Put. Buſlid. ed. Parm. *memoraturuſque* Med. ſec. *moraturuſque* Oiſel. Florent. Petav. ſec. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucenſ. pr. *miraturusque* Ambr. tert. *ſolaturuſque* tres Vatt. Pal. Petav. ſec. Bonon. Ambr. pr. Moret. pr. Oxon. ſec. Vat. Livin. Exc. Pat. rec. *ſalaturuſque* duo Med. inc. Heinſ. qui inde *rejalutatumque* conjiciebat. *feſtine* Moret. pr. *facundo* Vat. pr. Ambr. pr. Exc. Pat. rec. Var. LL. e marg. Parm. *faecundo* tres Vatt. Pal. Rott. Oiſel. *voce* Ambr. pr. m. pr. *curſu* quatuor Vatt. Pal. Oiſel. *fecundos curſus* Ambr. tert. *Libris* tres Vatt. Pal. *Digna tuis* Vat. tert. Rott. Oiſel. Petav. ſec. *Libris atque animis* duo Med. inc. Heinſ. Put. Petav. pr. Bonon. Ambr. pr. Oxon. ſec. Vat. Livin. Exc. Pat. rec. Sched. Gud. Var. LL. ed. Antv. *inſinuando* Vat. pr. Ambr. pr. Buſlid. *inſinuata* Put. Cod. Epigr. Ambr. Var. LL. ed. Antv. *Dignatur tenui* Var. LL. e marg. Parm. *merui* Petav. pr. *nec tibi dedecori Muſa futura* v. Vat. pr. Vat. Livin. Exc. Lucenſ. pr. Sched. Gud. *Et tibi d. M. futura* vet. Gyr. *Et tibi dedecori non mea Muſa* Oxon. ſec. *Nec tibi d. ſcribere* Med. ſec. *ſcribere? Muſa* v. Vat. tert. Rott. *jam mea M.* Moret. pr. *ni mea Muſa* Ambr. tert. *non mea Muſa* Vat. ſec. & quint. Pal. duo Med. inc. Heinſ. Put. Petav. pr. Bonon. Buſlid. *n̄ mea* vel *ſit mea* Var. LL. ed. Antv. *Et tibi d. non mea M.* vel *Nec tibi dedecori M. futura* Exc. Pat. rec.

AD

Digitized by Google

AD EPISTOLAM IV.

AD PROBINUM, UT SCRIBAT.

Epiſtola ad Probinum inſcribitur ſimpliciter in Vat. pr. Med. pr. & quart. inc. Heinſ. Put. Thuan. duobus Petav. & Exc. Lucenſ. pr. in Moret. pr. erat *Incipit ejuſdem ad Probum.* Var. LL. e marg. Parm. exhibent *Ad Probinum Coſ. fratrem Olybrii.* in vet. Gyraldi *Ad Probinum, ut ſcribat.*

1. *inter nos*] *haec quem ſunt* Ambr. tert. *nomen* pro *finem* Moret. pr. *gratas* Oiſel. Put. Petav, ſec. *gratas litera noſtra* Vat. tert. Rott. *caras* quatuor Vatt. Pal. *catas litera grata* Oxon. ſec. *caras litera grata* duo Med. inc. Heinſ. Bonon. Ambr. pr. Moret. pr. Thuan. Petav. pr. Exc. Pat. rec. Lucenſ. pr. Ald. Sched. Gud. Var. LL. e marg. Parm. *gratas litera grata* Med. ſec. Ambr. tert. Cod. Epigr. Ambr. *grata* Put. Petav. ſec. Buſlid. Var. LL. ed. Antv. *Me tumidum* Vat. ſec. *tibi te* pro *vel te* Buſlid. *potui* Exc. Pat. rec. *didiciſſe* pro *dixiſſe* Petav. ſec. *uterque* Moret. pr. unde *uterne* conjiciebat Heinſius, vel *turumqur premit. Ter fluxere* duo Vatt. *jam* pro *dum* Moret. pr. *minorem* pro *priorem* Buſlid. *veſtes reverentia* Ambr. tert. *noſtri* Pal. Med. quart. Moret. pr. vet. Gyr. *veri* duo Vatt. *hortatur amor* Pal. Med. quart. *vincit amur* duo Vatt. Pal. duo Med. *Sors* pro *Fors* Bonon. Buſlid. *priſci* Vat. pr. Pal. duo Med. Ambr. pr. Oxon. ſec. Ald. Var. LL. e marg. Parm. *ſocii* Exc. Lucenſ. pr. *Caei* Ambr. tert. *Cbii* Florent. Med. ſec. inc. Heinſ. Put. duo Petav. Thuan. Bonon. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Pat. rec. m. pr. ed. Parm. *Cei* Var. LL. ed. Antv. *Hac duce*] hic vero & ſeq. verſus deſideratur in Vat. tert.

11. *Audax ut, ſi quid*] ſic ed. Parm. *Audax & ſi quid* Med. ſec. m. pr. *Audax aut aliquis* Moret. pr. *Audax aut ſi quid* Var. LL. e marg. Parm. *Audax aut ſiquidem p. p. videbor* Buſlid. *Audax aut ſi quid penitus p. videtur* duo Vatt. Oiſel. *Audax haud ſi quid p. p. videtur* Vat. quint. *Aut ſi quid vates p. p. videbor* Vat. pr. Pal. *vates* pro *penitus* duo Med. Exc. Pat. rec. m. ſec. Sched. Gud. *videbor* Thuan. Buſlid. Ambr. tert. Ald. Var. LL. e marg. Parm. *videtur* Oxon. ſec. *ludetur* Put. *videtur* vel *fatetur* Rott. *Arguat* Vat. ſec. Pal. duo Med. *primum te Conſule* Florent. tres Med. inc. Heinſ. Put. Thuan. Bonon. duo Petav. duo Ambr. Moret. pr. Buſlid. Exc. Lucenſ. pr. Ald. Var. LL. e marg. Parm. *Latiar grata* Vat. tert. Pal. Rott. Florent. tres Med. Put. Thuan. Petav. ſec. Buſlid. Exc. Lucenſ. pr. *Latiae ceſſit Graja* Var. LL. e marg. Parm. *acceſſit* Vat. pr. Ambr. tert. Vat. Livin. *grata* Oiſel. Ambr. pr. Cod. Epigr. Ambr. ed. Parm. Var. LL. ed. Antv.

15. *Incipienſque*] *Inripienſque* Oxon. ſec. *tuis a faſcibus* Med. quart. Vat. Livin. Exc. Lucenſ. pr. *a faſtibus* Vat. pr. Pal. Oiſel. Med. pr. Ambr. pr. Ald. Var. LL. e marg. Parm. *affatibus* Vat. tert. Rott. Petav. pr. Oxon. ſec. *omina* Med. quart. Livin. Exc. Lucenſ. pr. Sched. Gud. ed. Parm. *omnia* Pal. Oxon. ſec. *debebo* Med. quart. Thuan. duo Ambr. Exc. Pat. rec. Lucenſ. pr. Ald. *delebo* Vat. tert. Pal. Oiſel. Oxon. ſec. *jam potiora* Thuan. deerat autem hoc diſtichon Vat. pr. & quart. *florens*] haec vox deerat Pal. & duobus Med. *Propine* Buſlid. *propino* Exc. Lucenſ. pr.

Digitized by Google

AD EPISTOLAM V.

AD GENNADIUM EX PROCONSULE.

In Moret. pr. erat *Incipit Epiſtola ad Gennadium ex Proconſule.* quomodo & inſcribitur in Oiſel. Bonon. inc. Heinſ. Exc. Lucenſ. pr. *Ad Gennadium Exproconſulem* habet. vet. Gyr. in Vat. pr. Med. pr. & quart. ſimpliciter *Ad Gennadium* exſtat.

vs. 2. *fama ſecunda*] ſic vet. Gyr. *faecunda* Ald. *Graecorum populis* Meſi. quart. *fallaces* pro *gens faſces* Buſlid. *paſcis* pro *poſcis* Var. LL. ed. Antv. *levinas paſcis ſollertia* Buſlid. *faſces* pro *fauces* Put. *pinnis* Buſlid. Petav. ſec. Exc. Lucenſ. pr. Var. LL. e marg. Parm. *penis* Oxon. ſec. *confixa* Ambr. tert. *relinquis* Med. ſec. *Ut lare* Vat. ſec. *Quo lare* Var. LL. ed. Antv. *Et me contempto* Ambr. pr. Sched. Gud. *concepto* Cod. Epigr. Ambr. *contento* Rott. Ambr. tert. *velat.* Med. ſec.

Digitized by Google

AD EIDYLLIA
CLAUDIANI.

PHOENIX. I.

In Med. pr. desideratur hoc carmen. *Phoenix* inscribitur in Bonon. & Lucens. pr. in Vat. pr. & Moret. pr. erat, *Incipit Phoenix.* inc. Heins. *de Phoenice*; Var. LL. e marg. Parm. *de Phoenice ave* inscribunt. in Put. non erat inscriptio. Heinsius hic duos novos adhibuit codices, alterum Vaticanum chartac. n. 5346. quem litera A notaverat; alterum Bibliothecae Hafnienſis, itidem chartaceum, litera B ab ipso notatum.

1. *lucus*] *lucus* vel *Nilus* Ambr. pr. *volat* pro *viret* Vat. tert. m. pr. *hanelis* Var. LL. ed. Antv. *aquis* pro *equis* Petav. pr. *ſenſit* Ambr. pr. *Vivida* pro *Humida* Oiſel. *conanti* pro *roranti* Buſlid. *cui* Vat. A. *lumina* Vat. ſec. & D. Ambr. tert. Petav. ſec. Buſlid. Hafn. cod. Epigr. Ambr. Var. LL. ed. Antv. *caſu* Vat. ſec. *curſu* duo Vatt. Rott. Hafn. Buſlid. Florent. Moret. pr. Med. ſec. Put. Exc. Lucenſ. pr. Ald. Var. LL. e marg. Parm. & ed. Antv. *Inde* pro *Unde* conjiciebat Heinſius. *jubet* pro *rubet* Buſlid. *rotis* vel *notis* Rott. *Hic* Hafn. Med. ſec. Buſlid. Ambr. tert. *Nec* Exc. Lucenſ. pr. *Junonius ales* Sched. Gud. *Regna tenet* Ambr. tert. *ſolis* Oiſel. *ſolusque*, Vat. pr. Ambr. pr. m. ſec. *Solisque* duo Vatt. item A & D. Rott. Hafn. Florent. Med. ſec. inc. Heinſ. duo Ambr. Put. duo Petav. Moret. pr. m. pr. Oxon. ſec. cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucenſ. pr. Sched. Gud. Var. LL. e marg. Parm. *plaga*] deerat haec vox Med. ſec. qui *defenſus inique* exhibet. *intactis* Vat. tert. *alitibus* Buſlid. *animalibus* Vat. tert. *animantibus* Vat. A. Hafn. inc. Heinſ. *herbas* pro *oras* Petav. pr. pro *Saeva* Heinſius *Laeva* vel *Scaeva* conjiciebat. *patrii* pro *patitur* Var. LL. ed. Antv. m. pr. *mundum* pro *mundi* Buſlid.

11. *Per volucer Superis*] *volucres* Vat. pr. Oiſel. *volucrum* Exc. Pat. rec. *qui ſtellas* Ambr. pr. *qui vita* Buſlid. *ſtella qui* Oxon. ſec. *invidus* Ambr. pr. Sched. Gud. *Durandum* inc. Heinſ. *Purando* Exc. Lucenſ. pr. duo vero ſeqq. verſus deſunt in Buſlid. *Talis fervor* pro *Solis fervor* Med. ſec. *ventosque* & Vat. D. *pabula* Ambr. pr. *papula* Oxon. ſec. *libat* Vat. pr. Oiſel. Med. ſec. Put. Vat Livin. Exc. Pat. rec. m. ſec. *portat* Petav. ſec. *potat* tres Vatt. item A & D. Hafn. Rott. Florent. inc. Heinſ. Bonon. Ambr. tert. Petav. pr. Moret. pr. Oxon. ſec. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucenſ. pr. Ald. Var. LL. e marg. Parm. & ed. Antv. *Tethyos innocuis* Vat. pr. Oiſel. *carpit* Florent. *capiens* Cod. Epigr. Ambr. *pavoris* Vat. tert. *igneus ori* Petav. pr. *criſpatus apex* Vat. ſec. *locat* pro *ſecat* Petav. ſec. *ſerenas* duo Vatt. Cod. Epigr. Ambr. *Antevolat* Med. ſec. *Antevolat Zephyros*, cum *ϛιγμῆ*, Vat. ſec. *Zephyrum* Vat. pr. Put. Vat. Livin. *Zephyros* Var. LL. e marg. Parm. *primae* pro *pennae* Vat. pr. *pinnas* Vat. ſec. Oiſel. Med. ſec. Ambr. pr. Exc. Lucenſ. pr. Var. LL. e marg. Parm. *qua caerulus* Vat ſec. *ſed caerulus* Buſlid. *Ore color* Vat. tert. Rott. Florent. *calor* Bonon. *ſparſoque ſuper* Var. LL. e marg. Parm. *ſimul* pro *ſuper* Vat. pr. & tert. Med. ſec. Vat Livin. Ambr. pr. Exc. Pat. rec. m. ſec. Sched. Gud. ed. Parm. *ſuper* vel *nitens* inc. Heinſ.

23. *Hic neque*] *Sic neque* Buſlid. *Hic nec* Vat. ſec. Exc. Lucenſ. pr. *ſecum* pro *foetu* Oiſel. Med. ſec. *prolesque ſuis* Oiſel. Med. ſec. *ſ* Exc. Lucenſ. pr. *ſibi* tres Vatt. item A & D. Hafn. Rott. Florent. inc. Heinſ. Bonon. Put. duo Petav. Ambr. tert. Cod. Epigr. Ambr. Oxon. ſec. Ald. Var. LL. e marg. Parm. & ed. Antv. *Et meritos artus* pro *Emeritos artus* Med. ſec. *fecunda in morte* Vat. pr. *poſt funera* Moret. pr. *Jamque ubi* Vat. quart. *millenas* pro *mille vias* Buſlid. *longaeva* Vat. A. *receſſerit* Buſlid. Var. LL ed. Antv. *reterſerit* vel *receſſerit* Rott. *reterſerit* probat Heinſius, qui adſcripſerat, ſic *redeuntia ſecula* dixit Claudian. Conſ. Olybr. vs. 2. *aetas* Vat. pr. & D. Med. ſec. Bonon. Exc. Pat. rec. m. ſec. *aetas* vel *aeſtas* Buſlid. *Tot ruerint* Vat. A. Bonon. Ambr. tert. Petav. pr. m. ſec. Exc. Lucenſ. pr. Ald. Var. LL. e marg. Parm. *Tot fuerint* Vat. pr. Oiſel. Med. ſec. *Torruerit* inc. Heinſ. *Torruerint* Vat. tert. & D. Rott. Moret. pr. Oxon. ſec. Cod. Epigr. Ambr. Petav. ſec. & pr m. pr. Var. LL. ed. Antv. m. pr. *Corruerint* Put. *Horruerint* Vat. ſec. & quart. Florent. *Torruerint toties acta nec curſibus hiems* Buſlid. *homines* pro *hiemes* Petav. ſec. *quoties* Oiſel. *eaidem* legit Heinſius, qui adſcripſerat locum B. Get. 165. *auctum* inc. Heinſ. Put. *tulit autumnus* Var. LL. e marg. Parm. *detlit* Vat. tert. Florent. Med. ſec. Petav. ſec. ed. Parm.

30. *Tum multis*] ſic Bonon. Put. duo Petav. Oxon. ſec. Buſlid. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucenſ. pr.

Digitized by Google

pr. Ald. Var. LL. e marg. Parm. *Trans* Florent. *subjungitur* quatuor Vatt. & D. Buslid. Ald. *submergitur* Ambr. pr. *subbucitur* Vat. A. *undis* pro *annis* Put. *boris* Ambr. pr. m. pr. *victus numero* Ambr. tert. *lapsa procellis* Vat. sec. inc. Heins. Petav. pr. Ald. Var. LL. e marg. Parm. *mutet* Cod. Epigr. Ambr. *vertice* Vat. pr. & D. Oisel. Med. sec. Vat. Livin. Exc. Pat. rec. m. sec. *culmine* tres Vatt. & A. Rott. Florent. inc. Heins. Bonon. Put. duo Petav. Moret. pr. Oxon. sec. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr. Ald. Var. LL. e marg. Parm. & ed. Antv. *pronam* Buslid. *flustu* pro *flatu* Vat. tert. Rott. Florent. *peresa* Florent. *abrumpit* Hasn. Ambr. tert. *arrumpit* Buslid. *arripuit* Florent. Med. sec. inc. Heins. Bonon. Ambr. pr. Put. duo Petav. Moret. pr. Oxon. sec. Var. LL. ed. Antv. *abripuit* Vat. pr. & A. Oisel. *Jamque ubi decrescit* Vat. A. vet. Gyr. Exc. Lucens. pr. *Debile* pro *Jam breve* conjiciebat Heinsius. *Multum* pro *Segnis* Buslid. *figuis* Var. LL. e marg. Parm. *stela* Hasn. *stita* Cod. Epigr. Ambr. *stella* Vat. pr. sec. & D. Moret. pr. Buslid. Oxon. sec. Var. LL. ed. Antv. *stilla* Vat. quart. Oisel. Florent. Med. sec. inc. Heins. Petav. sec. Exc. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. *qualis cum* Var. LL. e marg. Parm. *quin & cum* Buslid. *quamvis tum* ed. Parm. *clivo* pro *dubio* Med. sec. *Cynthia motu* Vat. tert. m. pr. *medis alae* Vat. sec. *transcendere* Vat. A. *Vix una* Moret. pr. *tum* Vat. pr. Oisel. Med. sec. Ambr. pr. Exc. Lucens. pr. *paras* Vat. tert. *famae* Vat. sec. *vitae* Petav. pr.

42. *Arentes*] *Ardentes* Vat. D. Florent. *Arcentes* Oxon. sec. *Zephiri* pro *tepidis* Ambr. tert. *tumulum* duo Vatt. & D. Rott. Hasn. Med. pr. inc. Heins. Ambr. tert. Cod. Epigr. Ambr. Ald. Var. LL. e marg. Parm. *Componit* Vat. A. *Et ponit* Vat. tert. *Composuit* Moret. pr. *parcumque* Vat. sec. *Haec* Vat. sec. Cod. Epigr. Ambr. Petav. sec. Var. LL. ed. Antv. m. pr. *blando Solem* Oisel. inc. Heins. *magno Solem* Bonon. duo Petav. Oxon. sec. Exc. Lucens. pr. Pat. rec. Ald. Var. LL. e marg. Parm. & ed. Antv. *magno sedem* Ambr. tert. Cod. Epigr. Ambr. *Solem* Florent. Med. sec. *magno* tres Vatt. item A & D. Hasn. Rott. Florent. *clamore* Vat. sec. Petav. pr. *clangore* Vat. pr. & tert. item D. Rott. Oisel. *magno clangere* Vat. Livin. *magno clamore* Buslid. *ac supplice* Med. sec. Vat. Livin. *vultu* vel *cantu* Moret. pr. *incendia miscet* Med. sec.

48. *adductis*] *abductis* Ambr. tert. *deum* pro *pium* Put. *pubescere leto* Buslid. Ald. *lecto* Vat. tert. & A. Florent *jussus* pro *rursus* Petav. pr. *mutatam m. procede figuram* Vat. pr. *flavum* Vat. tert. *flammis* Cod. Epigr. Ambr. *de crinibus* duo Vatt. Ambr. tert. *cum crinibus* Cod. Epigr. Ambr. *jacet* Exc. Lucens. pr. *tacet* Vat. pr. *missusque* Var. LL. e marg. Parm. *volantem* Rott. Med. sec. Var. LL. ed. Antv. m. pr. *fervore ferit* Vat. sec. m. pr. *nam sponte* quatuor Vatt. A & D. Rott. *jam* Moret. pr. Ambr. tert. *fronte* Put. *creatur* Med. sec. hic deficit Vat. D. n. 2807. *orcum* Vat. tert. *ortus* Hasn. *adoratus* Vat. tert. Med. sec. Oxon. sec. m. pr. *edoratum* Vat. sec. *telis* Ambr. pr. Vat. Livin. Var. LL. ed. Antv. *turris* Put. *stelis* duo Vatt. A & D. Rott. Vat. sec. m. pr. *stellis* Oisel. Oxon. sec. *stellis vel telis* inc. Heins.

60. *Consumitque senem*] *viam* Put. *necem* Petav. pr. *pigros spoliis* pro *pigroque polus* Buslid. *primasque* Moret. pr. *palus* Vat. sec. *concitet* Put. *ignes* Exc. Pat. rec. m. pr. *Parturiente rogo*. Vat. sec. *Externam* inc. Heins. *Admovet* Vat. A. & D. ed. Parm. Var. LL. ed. Antv. *Ammovet* Ambr. tert. *Amovet* Buslid. *Ammonet* tres Vatt. Rott. duo Petav. Oxon. sec. *it mortale* Exc. Lucens. pr. *remittat* Vat. pr. Put. ed. Parm. *remittam* Var. LL. e marg. Parm. *discussa* Put. *rigor* Exc. Lucens. pr. *volatus* duo Vatt. A & D. Rott. Florent. inc. Heins. Bonon. Buslid. duo Petav. *venis* Vat. pr. & d. *venas* Florent. inc. Heins. Ambr. tert. Put. Petav. sec. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr. Ald. Var. LL. e marg. Parm. & ed. Antv. *recidivus* Vat. pr. Oisel. Med. sec. Vat. Livin. *redivivus* Vat. sec. tert. & D. Hasn. Rott. *cineres nullo* Vat. A. *nullo cineres* Vat. tert. Rott. Florent. *plumaque videt* Buslid. *plumaque novam* Oisel. *foporem* pro *favillam* Vat. tert m. pr. *figuram* Med. sec. *figura* Petav. pr. *gnatus* Vat. tert. *tunc profilit* Bonon. Moret. pr. Petav. pr. Oxon. sec. *Succeduntque novis* Med. sec. *novos* Var. LL. e marg. Parm. *medius* vel *medicus* inc. Heins.

72. *manes*] *mores* inc. Heins. Put. Moret. pr. Var. LL. ed Antv. *morem* Buslid. qui & *paternas* exhibet. *Alloremque* Vat. sec. & D. Bonon. Buslid. Oxon. sec. *ab ora* Moret. pr. *felix* pro *velox* Oxon. sec. *tendit* Buslid. Ald. Var. LL. e marg. Parm. *pergit* Vat. pr. Oisel. Med. sec. Ambr. pr. ed. Parm *clarum* ed. Parm. *clausum* Var. LL. e marg. Parm. *glomerantur* pro *comitantur* Moret. pr. *stipantque* Bonon. *spissatque* Buslid. *stipatque* quatuor Vat. & A. Oisel. *volantum* Moret. pr. *volantes* Florent. *stupefacta cohors* Ambr. tert. *longe* inc. Heins. *volatu* pro *meatu* Ambr. tert. *e millibus* Var. LL. ed. Antv. *ducis* Put. Petav. sec. Var. LL. ed. Antv. *fragrantis* Ambr. tert. Hasn. *flagrantis* quatuor Vatt. & A. *armiger ille* Petav. sec. *Bella movet* Vat. pr. & quart. Bonon. Ambr. pr. Petav. pr. Moret. pr. Oxon. sec. Exc. Lucens. pr. *Bella facit* Med. sec. *fluvio* quatuor Vatt. & A. Rott. Oisel. *flavo* Hasn. Ambr. tert. *Doctor* Ald. Var. LL. e marg. Parm. *Ductor* Vat. Livin. *Luxurians strutis* Exc. Pat. rec. *ornans* Var. LL. ed. Antv. *permusa* Med. sec. *perfusam* Bonon. duo Ambr. Moret. pr. Buslid. Vat. Livin. Cod. Epigr. Ambr. *pompam* pro *vestem* Vat. tert. m. pr. *perfusa veste* Vat. A. qui seq. versum non habet. *perfuseque murice vestis* Vat. sec. *signatur equo* inc. Heins. *tumidusque* Med. sec. inc. Heins. duo Ambr.

Digitized by Google

Ambr. duo Petav. Moret. pr. Buſlid. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucenſ. pr. Ald. Var. LL. e marg Parm. *Celſaque* Vat. ſec. Oxon. ſec. Var. LL. ed. Antv. *Alta per famulas* inc. Heinſ. *per Tyrias* Vat. tert. Rott. Florent. *famulas* Med. ſec. inc. Heinſ. Bonon. duo Ambr. Put. duo Petav. Oxon. ſec. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Pat. rec. Lucenſ. pr. Sched. Gud. Var. LL. e marg. Parm. & ed. Antv.

90. *centumque adcline columnis*] *fultumque* pro *centumque* vet. Gyr. Exc. Lucenſ. pr. *immane* tres Vatt. & A. Hafn. Rott. *accline* Vat. pr. Oiſel. Med. ſec. Vat. Livin. Exc. Pat. rec. m. ſec. Heinſius adſcripſerat. „ ſic *acclinis tumulo* Stat. v. Silv. „ Epicedio in Patrem vs. 36. & Epicedio in filium „ 26. *Acclinis ſcopulo* Val. Flacc. Lib. II. 92. quod „ perperam Carrio mutavit. vid. B. Get. 487. IV. „ Conſ. Hon. 139." *Thabeo* Hafn. *Thabaeo* Ambr. tert. *Thebano* tres Vatt. & A. Oiſel. *Hebano* Vat. pr. *Titano* Buſlid. *in monte* Cod. Epigr. Ambr. *revulſum* Cod. Epigr. Ambr. *revulſus* Var. LL. ed. Antv. *patrio* tres Vatt. Oiſel. Hafn. Florent. Med. ſec. inc. Heinſ. Ambr. tert. Moret. pr. Oxon. ſec. Buſlid. duo Petav. Cod. Epigr. Ambr. *patrio perbibens* Put. Var. LL. ed. Antv. *vultumque nimis* Buſlid. *veneratur* Med. ſec. *veneratus* Sched. Gud. *veneratus* vel *comitatus* inc. Heinſ. *deſtinat ultro* Buſlid. *mirata* quatuor Vatt. & A. Hafn. Rott. Oiſel. Oxon. ſec. *Lumina* duo Vatt. Rott. Oiſel. Florent. Med. ſec. inc. Heinſ. Ambr. tert. Put. duo Petav. Buſlid. Moret. pr. Oxon. ſec. Var. LL. ed. Antv. *ſpumant* Vat. tert. Put. *Phoebo* pro *fumo* Vat. ſec. m. pr. *perduſtus* Vat. A. Ambr. tert. *Provenit Indus odor* Moret. pr. *Pervenit intus odor.* Vat. quart. *Pervenit Indus odor. penetrat* duo Vatt. & A. Hafn. Rott. Var. LL. e marg. Parm. *Indus odor penetrat nares* Vat. pr. Med. ſec. Ambr. pr. Exc. Pat. rec. Vat. Livin. ed. Parm. *migrantis* Med. ſec. Var. LL. ed. Antv. & ita Heinſius legebat adſcripto loco IV. Conſ. Honor. 483. *ſtagnantis* legit Gevart. MS. ad Stat. p. 182. ed. Gronov.

101. *ſolvimur omnes*] *ſolvitur omnis* Put. *Haec, tibi* Moret. pr. *ſuppeditant* tres Vatt. Rott. Oiſel. Oxon. ſec. Moret. pr. *ſuppeditat* inc. Heinſ. duo Ambr. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucenſ. pr. *nec ut moritur* Buſlid. *morientes ſuperſtes* Med. ſec. *reſolvuntur* tres Vatt. & A. Hafn. Rott. Florent. inc. Heinſ. Bonon. Ambr. tert. Moret. pr. Cod. Epigr. Ambr. duo Petav. Exc. Pat. rec. m. pr. Lucenſ. pr. Var. LL. e marg. Parm. *Fuderat* Cod. Epigr. Ambr. *illatas* Med. ſec. *flagrantibus* Buſlid. *terroribus* Ambr. tert. *aſſerit* Petav. ſec. *affuit* Petav. pr. *amnis* Buſlid. *annus* Florent. Med. ſec. Bonon. duo Ambr. Put. duo Petav. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Pat. rec. Lucenſ. pr. Var. LL. e marg. Parm. in quibus & *cladis* pro *clades* exſtat. *capit* Moret. pr. *Edomitus* Petav. pr. *tellure manus* Oiſel. *In te* Ambr. pr. *dira* Vat. pr. Ald. *diva* Petav. pr. *jura* Buſlid. *dura* Florent. Med. ſec. inc. Heinſ. Ambr. tert. Put. Petav. ſec. Cod. Epigr. Ambr. ed. Parm. *aut ſtamina* Vat. A. *non* ed. Parm. *nec* quatuor Vatt. Hafn. Oiſel. Buſlid. Var. LL. e marg. Parm. *vis* pro *jus* Moret. pr.

Digitized by Google

HYSTRIX. II.

Vat. pr. non habet hoc carmen. Med. quart. inſcribit *de Hiſtrice ave*. *De Hiſtrice* Moret. pr. Lov. *de Iſtrice* Med. pr. *De Hyſtrice* Exc. Lucenſ. pr. *Bucuſta* vet. Cod. Daniel. *De Hiſtrice, quem dicimus porcum ſpinoſum* ed. Parm. in Var. LL. e marg. Parm. inſcriptio deerat. de Hyſtrice vid. Plin. Lib. VIII. cap. 38. Friſchlin. in Callimach. p. 26. Pantin. in Apoſtolium p. 319.

1. *Strymbale*] *Tympbale* duo Med. *tandem ſpaerſiſſe* Rott. *Non incredibilis* Vat. ſec. *Haec mihi terribilis* Moret. pr. *crudelis* Var. LL. ed. Antv. m. pr. *ferratae fab. pennae* Buſlid. *furatae fabula pinnae* Lov. *ſpicula* pro *fabula* Pal. *pinnae* inc. Heinſ. Exc. Lucenſ. pr. *penniae* Vat. tert. & quart. Oiſel. Florent. tres Med. Petav. ſec. Ambr. tert. Cod. Epigr. Ambr. Var. LL. ed Antv. m. ſec. *dies* Florent. *dies* ℥ Buſlid. *Hiſtris* Buſlid *Hiſter* Pal. duo Med. *oves* pro *aves* Florent. *longius illis* Buſlid. *Aſſimilat* Med. ſec. inc. Heinſ. Put. Petav. pr. Bonon. *Aſſimulat* Vat. tert. & quart. Pal. Florent. duo Med. Moret. pr. Ambr. tert. Buſlid. Exc. Lucenſ. pr. Var. LL. e marg. Parm. *portum* Pal. *minutae cornua* Pal. duo Med. *felis* Vat. ſec. m. ſec. *ſumme fronte* Lov. *oculos* Pal. Petav. ſec. *oculos rubor igneus ardet* duo Med. ed. Parm. *muro* Buſlid. *natura* pro *dignata* Vat. ſec. *damnata* Buſlid. *jaculisque rugens* Lov. *ingens* Exc. Lucenſ. pr. *vigens* inc. Heinſ. Petav. pr. Bonon. Ald. Var. LL. e marg. Parm. *minax* Ambr. pr. Moret. pr. *Pillatura* id. Moret. *teneri* pro *tenaci* Pal. duo Med. *Alvum ſubtraxit* Ambr. tert. *Alvo ſubtraxit* Bonon. *Alba ſubattraxit* Exc. Lucenſ. pr. *Albas ubi traxit* Ald. Var. LL. e marg. Parm. *Altera* duo Vatt. Pal. Oiſel. Lov. Buſlid. Oxon. ſec. *Alvum* Vat. ſec. *ſubtraxit* Florent. Med. ſec. inc. Heinſ. Put. duo Petav. Lov. Buſlid. Oxon. ſec. Var. LL. ed. Antv. *ſubtraxi* duo Med. *ſubſtraxit* Ambr. pr. Moret. pr. *Ardua ſubtraxit* Cod. Epigr. Ambr. *Altera ſuccreſcit* vel *Alba ſubattraxit* vet. Gyr. *calori* Buſlid.

14. *Tincta vices*] *Cuncta neces* Rott. *Tincta* Lov. *Cincta* Vat. tert. Pal. Oiſel. *Cuncta* Vat. ſec. inc. Heinſ. *patris* pro *ſpatiis* Pal. *patriis* Med. quart. *intermigrantibus* Ambr. tert. Buſlid. Cod. Epigr. Ambr. Florent. duo Med. duo Heinſ. duo Petav. vet. Gyr. Put. Exc. Lucenſ. pr. Var. LL. e marg. Parm. *intermigrantibus* Bonon. Med. ſec. Rott. *intus migrantibus* Var. LL. ed. Antv. *ſolitae* Buſlid. *pinnae* Lov. Ald. *ſolae primae* Ambr. tert. *pennae* vet. Gyr. Petav. ſec. Cod. Epigr. Ambr. *ſpinae* Buſlid. *pugnae* Vat tert. Florent. Med. ſec. *pumae* Med. quart. *Lenis* pro *Levis* Vat. ſec. Pal. Rott. tres Med. inc. Heinſ. Put. duo Petav. Bonon. Ambr. pr. Lov. Moret. pr. Oxon. ſec. Cod. Epigr. Ambr. *producit in amnem* Vat. tert. Florent. *rè acumen* deerat Rott. *facies* Med. ſec. *echini* duo Med. *manens* Epigr. Ambr. *propulſat* Ambr. tert. *praepungit* conjecerat Heinſius. *ictibus* Moret. pr. Petav. ſec. Cod. Epigr. Ambr. *ultra* Lov. *regit* Vat. ſec. *tegit* Med. quart. inc. Heinſ. Put. Petav. ſec. Bonon. Moret. pr. duo Ambr. Exc. Lucenſ. pr. *tortumque* Med. ſec. *totumque* Rott. Florent. duo Med. Heinſ. H. & inc. ejusd. Put. Petav. pr. Moret. pr. Oxon. ſec. *excuſſo* Vat. Livin. *emiſſo* Buſlid. *ſequentum* Pal. duo Med. *mucronum* Exc. Lucenſ. pr. *conſanguineos* Lov. m. pr. *cum ſanguineis* duo Med. vet. Gyr. Oxon. ſec. *armat* pro *armas* Buſlid.

26. *ſtimulis*] *ſimul &* Buſlid. *ferarum* Buſlid. Var. LL. ed. Antv. *tubarum* Put. Lov. Petav. ſec. deerat hic verſus Moret. pr. *cognatis* Put. *cognatis c. conſurgere* Var. LL. ed. Antv. *caſtris* Vat. ſec. *telis* inc. Heinſ. *anguſta* ed. Parm. *ſtrepitus ferit* Put *fuit* Ambr. pr. *parcusque* Ald. *fuit* pro *ſui* Pal. duo Med. *timor* duo Vatt. Pal. Oiſel. *tumor* i.e. *ira* legit Heinſius. *atque ita* pro *iraque* Vat. ſec. *jactus* Var. LL. e marg. Parm. *tantus* Florent. *cautus* Vat. tert. *tractus* Vat. ſec Pal. Rott. Oiſel. tres Med. Heinſ. H. & inc. ejusd. Put duo Petav. Bonon. duo Ambr. Moret. pr. Oxon. ſec. Buſlid. Cod. Epigr. Ambr. ed. Parm. Var. LL. ed. Antv. *Terror* Vat. pr. Pal. duo Med. duo Heinſ. Petav. pr. Bonon. Ambr. tert. Moret. pr. Oxon. ſec. Cod. Epigr. Ambr. Var. LL. ed. Antv. *habet* Oiſel. *totum* pro *certum* inc. Heinſ. *circum* Cod. Epigr. Ambr. *fallatque tenorem* Put. *timorem* Vat. ſec. *Mota* Oiſel. m. ſec. *Muta* duo Vatt. Pal. *Mixta* Var. LL. ed. Antv. *regit* Lov. Buſlid. Ald. *viſus* Pal. Buſlid. *niſus* duo Vatt. Med. ſec. inc. Heinſ. Put. duo Petav. Bonon. Moret. pr. Oxon. ſec. Lov. Cod. Epigr. Ambr. Ald. Var. LL. e marg. Parm.

35. *Quid labor*] ita Ald. *Quis* duo Vatt. Pal. Rott. Oiſel. tres Med. inc. Heinſ. Put. duo Petav. Bonon. Ambr. pr. Cod. Epigr. Ambr. *humanis* Buſlid. Var. LL. ed. Antv. m. pr. *ratione fugaci* Rott. *Profuit* pro *Proficit* Vat. ſec. *Perficit* Vat. tert Florent. *tracibus* Vat. tert. *Cortinia* Lov. Buſlid. *Cortynia* Oxon. ſec. *Gortinia* Var. LL. e marg. Parm. *campis* Vat. ſec. Buſlid. *captis* duo Med. Exc. Lucenſ. pr. Var. LL. ed. Antv. *raptis* Florent. *intendet* Rott. *incendunt* Med. ſec. *intendos* Ambr. tert. *taurino* Exc. Lucenſ. pr. *taurinos* duo Vatt. Pal. Rott. Oiſel. *taurino viſcere* Var. LL. e marg. Parm. *taurinos mittere* Oxon. ſec. *viſcere* Exc. Lucenſ. pr. Ald. *vincere* inc. Heinſ. m. ſec. *mittere* duo Vatt. Pal. Rott. Oiſel. Florent. duo Med. inc. Heinſ. Put.

Digitized by Google

Put. duo Petav. Bonon. duo Ambr. ed. Parm. *inuendere* Cod. Epigr. Ambr. *pennis* Petav. ſec. Ambr. tert. Buſlid. *pugnis* Pal. duo Med. *pinnis* Vat. tert. *pennis* pro *ferroque* Med. ſec. inc. Heinſ. *bellua* inc. Heinſ. Petav. pr. *beſtia* duo Vatt. Pal. Rott. Oiſel. *Externam*] deeſt hic verſus Lov. *ſunt* pro *fere* Florent. *tecum* Pal. Med. pr. *ſeque utitur* Buſlid. *Unde aliis* pro *Unum animal* Buſlid. *continet* pro *poſſidet* Lov. *arees* Petav. pr. *induſtria veſte* Med. ſec. *Flnxit* pro *Fluxit* Vat. ſec. *Flexit* Lov. *ab extremis* Pal. Med. pr. *quidquid petit* Pal. duo Med. *Cicenas* Oxon. ſec. Lov. Buſlid. *Cycenas* duo Vatt. Pal. Florent. tres Med. duo Heinſ. Put. duo Petav. Bonon. Moret. pr. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucenſ. pr. Var. LL. ed. Antv. *ferine* pro *ferire* Vat. ſec. *pecudis* vel *volucris* Oiſel.

Digitized by Google

T. O R P E D O. III.

De Torpedine inſcribitur hoc carmen in Vat. pr. & Moret. pr. in Bonon. & Var. LL. m. Parm. deerat Inſcriptio. Codex Hafnienſis Bibl. chartac. quem litera A notaverat Heinſius, habebat quoque hoc carmen. De *Torpedine*, quae Νάρκη, vid. Plin. Lib. XXXII. cap. 1. Joh. Rhodium ad Compoſ. XI. Scribon. Largi. Antigon. Hiſt. Mirab. cap. LII.

1. *diras*] ſic Vat. pr. Exc. Pat. rec. Lucenſ. pr. Ald. Var. LL. ed. Antv. *miras* quatuor Vatt. Pal. Hafn. Rott. Oiſel. Florent. tres Med. inc. Heinſ. Put. duo Petav. Bonon. Ambr. tert. Buſlid. Oxon. ſec. Cod. Epigr. Ambr. *turpidinis* Buſlid. *torpedinis* Moret. pr. *arcem* Vat. tert. *Audis & merito* Ald. *Audit & emerito* Vat. pr. Ambr. pr. Vat. Livin. Exc. Lucenſ. pr. *Audiit & merito* quatuor Vatt. Rott. Oiſel. Florent. tres Med. inc. Heinſ. Put. duo Petav. Ambr. tert. Buſlid. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Pat. rec. Var. LL. e marg Parm. *emeruit* Med. ſec. *ſegniſque* Pal. *ſegnis molliſque* Petav. ſec. *ſegniſque obnoxia natu* duo Med. *tactu* quatuor Vatt. *natu* Pal. *natatu* Hafn. *obnoxia tactu* Buſlid. Oxon. ſec. Ald. Var. LL. ed. Antv. *obnoxia tractu* Ambr. pr. *obnixa natatu* Med. ſec. *obnixa natatu* Vat. tert. Rott. Oiſel. Florent. Petav. ſec. Ambr. tert. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucenſ. pr. Heinſius adſcripſerat „ *natus* pro *natatus*. ſic *natio* pro *natatio*. vid. Sal„ maſ. ad Hiſt. Aug. p. 293. *in attritum v. l. ſerpſit* Pal. *fortuna veneno* Vat. tert. Florent. *membra rigent* conjiciebat Heinſius. *armenta* Ambr. pr. Sched. Gud. *armata* omnes Vatt. Hafn. Pal. Rott. Oiſel. Oxon. ſec. *properas* pro *proprias* legebat Heinſius. *non* pro *juvat* Buſlid. *juvit* duo Med. *Impedit* pro *Uritur* Buſlid. *Uritur* duo Med. Put. *longe diſtenta* Rott. *undas* pro *algas* Buſlid.

10. *Hac confiſa jacet*] ſic Florent. *Tactu fiſa jacet* Hafn. *Ac confiſa jacet* Vat. tert. Rott. Florent. m. ſec. *Ac tactu confiſa jacet* duo Vatt. Petav. ſec. *Attactu confiſa jacet* Oxon. ſec. *Attactu confiſa ſuo* Var. LL. e marg. Parm. *Ad tactum* Var. LL. ed. Antv. *Tactu confiſa jacet* Pal. Med. quart. *Attactu* Med. pr. inc. Heinſ. Put. Petav. pr. Bonon. Moret. pr. Cod. Epigr. Ambr. *Attactu confiſa jacet & laeta refurgit* Med. ſec. *A tactu confuſa jacet, ſucceſſu laeta refurgit* Buſlid. *Tactu fixa jacet, ſucceſſu laeta refurgit* Ambr. tert. *Attactu confiſa ſuo, tum l. refurgit* Ambr. pr. m. ſec. *Tactu fica jacet* Vat. ſec. in Vat. pr. erat.

A tactu confixa ſuo. . . . . .
Qui tetigere jacent. ſucceſſu laeta reſurgunt.

quod & Ambr. pr. habet, in Exc. Lucenſ. pr. erat,

Attactu confiſa ſuo immobilis haeret,
Qui tetigere jacent. ſucceſſu laeta reſurgit.

Qui tetigere jacent ed. Parm. in vet. Gyr. immutato ordine verſuum erat,

Qui tetigere jacens. ſucceſſu laeta reſurgens
Attactu confiſa ſuo, immobilis haeret.

ferox Var. LL. e marg. Parm. *feros* duo Vatt. Moret. pr. *ſuos* ed. Parm. *depoſcitur* Petav. ſec. *me vicior* pro *incautior* Vat. ſec. *ullum* pro *aera* Buſlid. qui ſeq. verſum ita repraeſentat,

Hauſerit & totum jam perdidit omne venenum.

armis pro *hamis* tres Vatt. Pal. Rott. Oiſel. Florent. tres Med. inc. Heinſ. Put. duo Petav. Bonon. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucenſ. pr. Var. LL. ed. Antv. m. pr.

14. *Non fuit aut vano*] *Non ſunt haud vano* Buſlid. *furit* quatuor Vatt. Hafn. Pal. Rott. Oiſel. Florent. tres Med. Petav. ſec. duo Ambr. Cod. Epigr. Ambr. Sched. Gud. *fuit* Exc. Lucenſ. pr. *vario* pro *vano* Vat. ſec. *tollere* inc. Heinſ. *Et propius* Petav. ſec. *Si propius* Med. ſec. *potius* tres Vatt. Pal. *longae* Exc. Pat. rec. m. pr. *junget ſe* Buſlid. *junxit* duo Vatt. *longoque* Vat. pr. *per herbas* Vat. quint. *effundere* Moret. pr. *flamina* duo Vatt. *vix alta* Florent. *atra* Ambr. tert. *fructuſque* Pal. *fluctuſque* Florent. tres Med. Put. duo Petav. Bonon. duo Ambr. Moret. pr. Buſlid. Vat. Livin. Exc. Pat. rec. Lucenſ. pr. *ventura* Vat. tert. Hafn. Oiſel. Florent. Petav. ſec. Ambr. tert. Cod. Epigr. Ambr. *vectura* Rott. Var. LL. ed. Antv. *victura* quatuor Vatt. Pal. duo Med. inc. Heinſ. Oxon. ſec. *vinctura* Ambr. tert. m. ſec. Vat. Livin. Var. LL. e marg. Parm. *nectura* Ambr. pr. Med. ſec. *tentura* vet. Gyr. Exc. Lucenſ. pr. *negat* pro *ligat* Vat. tert. *concerto* Put. *conferto* Buſlid. *exarmatus* vel *exanimatus* Cod. Epigr. Ambr. *babena* tres Vatt. Pal. *barena* Exc. Pat. rec. *avena* Vat. tert. Hafn. Rott. Florent. Med. ſec. Put. Petav. ſec. Ambr. tert. Buſlid. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucenſ. pr. Ald. *avena* vel *babena* Vat. quint.

Digitized by Google

NILUS. IV.

In Exc. Lucenſ. pr. & Sched. Gud. *Nilus* hoc carmen inſcribitur. in Vat. pr. & Moret. pr. erat *Nilus incipit.* De *Nilo* vid. Ammianum Lib. XXII. p. 246. 247. 248. & not. Lindenbrog. p. 119 & ſeqq. Lucan. Lib. X. & Senec. Nat. Quaeſt.

1. *proſcindit*] *proſcindis* Buſlid. *proſcindi* Moret. pr. *nec ſperat* Med. quart. Put. Var. LL. ed. Antv. *neſſe parat* Vat. ſec. Oiſel. Med. ſec. Petav. ſec. Buſlid. Cod. Epigr. Ambr. *Cum graviter* Med. ſec. Buſlid. *flamine* pro *frigore* Moret. pr. *arcus v. luce ruberent* Buſlid. *Aegyptus* tres Vatt. Pal. Rott. Oiſel. *Aegyptos* Hafn. Med. ſec. Petav. ſec. Ambr. tert. Cod. Epigr. Ambr. *ferat* Med. ſec. *ſeveros* pro *ſerenos* Buſlid. *ipſe vobis* Med. ſec. *Niluſque* Med. ſec. Buſlid. *redundat* tres Vatt. Pal. Rott. Oiſel. *redundans* Cod. Epigr. Ambr. *tractu rapido* Vat. tert. Florent. *elapſus* Pal. *elatus* Florent. Med. ſec. inc. Heinſ. Put. Petav. ſec. Bonon. duo Ambr. Moret. pr. Oxon. ſec. Buſlid. Cod. Epigr. Ambr. Sched. Gud. Var. LL. e marg. Parm. & ed. Antv. *auſtris* Vat. pr. Pal. duo Med. Exc. Lucenſ. pr. *antris* Florent. Med. ſec. inc. Heinſ. Put. duo Petav. Bonon. duo Ambr. Moret. pr. Cod. Epigr. Ambr. Sched. Gud. *Flammigerae* Put. Ambr. pr. Buſlid. *Flammiferae* tres Vatt. Hafn. Pal. Rott. Oiſel. *cuicumque* pro *Cancrique* Petav. ſec. *Fraudibus in noſtris* pro *Fluctibus ignotis* Med. ſec. *innumeris* Hafn. Ambr. tert. *in noſtris* Petav. ſec. Cod. Epigr. Ambr. *veſtrum* pro *noſtrum* Med. pr. *procumbit* Petav. pr. *percurrit* Ambr. tert. *in aequor* pro *in orbem* Buſlid.

11. *cadens*] *labens* Pal. duo Med. *contigit illi* Put. *ſine fertur teſte* Petav. ſec. *ſi non fert* Cod. Epigr. Ambr. *perfundens* Med. ſec. Ambr. tert. Buſlid. *aliena* Bonon. *alienis conſcia rebus* Exc. Pat. rec. *teli* pro *coeli* Petav. ſec. *means* pro *ruit* Buſlid. *vaporem* Petav. ſec. *vaperi* legebat Heinſius; *Inrorat* Vat. pr. *Meroem* Put. Thuan. Petav. ſec. *Perſoſque* Buſlid. *Bleſaſque* duo Vatt. Oiſel. inc. Heinſ. Put. Petav. ſec. Cod. Epigr. Ambr. Moret. pr. Oxon. ſec. Exc. Lucenſ. pr. Ald. Var. LL. e marg. Parm. & ed. Antv. *Blemyaſque* Vat. pr. & tert. Vat. Livin. *Blemyaſque* vel *Bleſaſque* Rott. Bonon. Ambr. tert. *ferox* tres Med. *Sienem* Buſlid. *Syenem* Vat. pr. *Syenen* inc. Heinſ. *infelix* ed. Parm. *infrenus* Ambr. pr. m. ſec. *infrenis* Vat. pr. duo Med. Ambr. pr. m. pr. Vat. Livin. Exc. Pat. rec. Sched. Gud. *effrenus* Hafn. Med. ſec. Ambr. tert. Moret. pr. Buſlid. *effrenis* duo Vat. Rott. Oiſel. Var. LL. e marg. Parm. Heinſius adſcripſerat „ recte V. C. *infrenis Goramas*, ut *Nu-*„ *midae infrenes* Virgilio. *effrenis* eſt, cui largius indulgetur frenum. ſic *effrenatus equus* „ Spartian. in Severo p. 68. l. 31. de quo loco vid. Salmaſ. p. 136. & *effrena libido* p. 74. „ Ovid. de Tereo,

——— *effreni captus amore.*

„ ut citant antiqui Grammatici. vulgo *inopino. Daramas* Buſlid.

21. *Girraeus*] *Girreus* Florent. inc. Heinſ. Petav. pr. Bonon. Ambr. pr. Exc. Pat. rec. *Cirraeus* Pal. *Cirreus* duo Med. *Gyrreus* Vat. pr. *Glareus* Moret. pr. *Gyareus* Oiſel. Hafn. Vat. Livin. Var. LL. e marg. Parm. *Guareus* Petav. ſec. *Cyareus* Rott. Exc. Lucenſ. pr. *Giareus* Vat. ſec. Put. Ambr. tert. Buſlid. Oxon. ſec. Cod. Epigr. Ambr. Var. LL. ed. Antv. *Getulus* Med. ſec. vid. Claver. Coronid. Miſc. Cap. XIV. *dentes qui* tres Vatt. Pal. duo Med. inc. Heinſ. Put. duo Petav. Bonon. duo Ambr. Moret. pr. Oxon. ſec. Buſlid. Vat. Livin. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucenſ. pr. Var. LL. e marg. Parm. *velat* Vat. tert. Oiſel. Florent. Med. ſec. *crimen* Med. ſec. *religata* Buſlid. *velata* Vat. pr. & tert. Hafn. Pal. Rott. Oiſel. *vellata* Exc. Pat. rec. *vallata* Vat. ſec. *aevo* pro *vero* Petav. ſec. *ſimili* Cod. Epigr. Ambr. *ſimilis cauſſa* Buſlid. Moret. pr. Oxon. ſec. Petav. pr. Exc. Lucenſ. pr. *Siculis* Med. ſec. *ſimilis* Vat. ſec. *cauſſa* inc. Heinſ. Med. ſec. *Aut* Vat. ſec. Med. ſec. Put. duo Petav. Ambr. tert. Oxon. ſec. Buſlid. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucenſ. pr. Var. LL. e marg. Parm. & ed. Antv. *Us* Vat. pr. & tert. Pal. Rott. *namque ille* Buſlid. *Non* Buſlid *Non circumfuſo* Vat. ſec. Petav. pr. *circumciſo* Oxon. ſec. *circumfuſos* Cod. Epigr. Ambr. *circumfuſus* Pal. Med. pr. & quart. Buſlid. *umbre* Cod. Epigr. Ambr. *circumfuſos imbres* Med. ſec. *populis* pro *ſcopulis* Pal. Moret. pr.

27. *alias produxerit undas*] *altas* Med. quart. Buſlid. Exc. Pat. rec. *produxeris* Vat. Livin. Buſlid. *altas produxerit umbras* Exc. Lucenſ. pr. *produxit in undas* Ald. Var. LL. e marg. Parm. *produxit in umbras* Vat. ſec. Oiſel. Med. ſec. Petav. ſec. Cod. Epigr. Ambr. *undas* vel *amnes*

Digitized by Google

——— *ad hunc certe repſit Tirynthius amnem.*

& eodem libro,

Protinus adſtrictos didici reptare per amnes.

Pag. 85. vs. 241. *incenſas arenas*] Rutil. Lib. I. Itin. 59.

Te non flammigeris Libye tardavit arenis.

flagrantes arenae IV. Conſ. Hon. 598.

Pag. 87. vs. 270. *turpibus Hunnis*] *Hunni pelliti.* vid. Lindenbrog. not. in Ammian. p. 201.

ibid. col. 2 not.] ſic *Macetûm conti* Grat. Cyneg. 71. *Macetûm praepingue ſolum* Avieno Catalect. Pithoei p. 89 apud Paulinum tamen carmine Sapphico ad Nicetam in vet. Cod. Voſſii legitur,

Philippeos Macedum per agros.

vid: Vinet. ad carmen II. Auſonii de claris urbibus, ut & Scaligeri notas.

Pag. 92. vs. 336. *ſtringebat Lucifer Hamum*] Senec. Troad. 170. *ſumma jam Titan juga Stringebat.* ſic Lib. II. de laud. Stilich. vs. 273.

Apenninuſque volatu
Stringitur.

ſic *ſtringere oculis* Rutilius dixit.

Pag. 93. not.] *jactare colla* Phaedrus dixit. *quatere colla* Senec. Hippol. 348. *jactare colla* eſt vatum furore correptorum. vid. Lucian. p. 479. *ſolvere colla*, quod extat in Lucenſ. ſec. vid. de eo Prudentii locum apud Barth. p. 324.

Pag. 94. not. *animatur lamina*] vid. Ammian. p. 76. 287.

Pag. 95. col. 1. not. *levant armos*] recte. ſic *tollere* dixit VIII. Theb. vs. 394.

——— *ſic frena terunt, ſic proelia poſcunt*
Hinnitu, tolluntque armos, equitemque jupinant.

Pag. 96. *immiſſa indagine* pro *immenſa.* ſic *ferae immiſſae ſilvis* Virgil. II. Georg. 342.

Pag. 98. vs. 396. *vir murmure*] *venator.* hi inde *ſubſeſſores* dicti Senec. Hippol. 52.

Tu praecipites clamore feras
Subſeſſor ages.

hinc *venator ſubſidens* Auſon. Praef. in Centon. & Epiſt. IV. ad Theon. & Epigr. II. vid. Serv. ad XI. Aen. vs. 268. & ſimilem comparationem apud Statium Thebaid. II. vs. 470. vide VV. LL.

ibid. *Cuneos*] hinc *Cuneata theatra* Auſonio. vid. Catalect. Pithoei. p. 126.

Pag. 101. not.] adde locum Prudent. Periſteph. Hym. VIII. paſſione Agnetis v. 39.

Sic elocutam publicitus jubet
Fluxu in plateae ſiſtere virginem
Stantem refugit moeſta frequentia.

ſic duo antiqui libri Leodienſes. vulgo, *Flexu platene. Fluxum platene* confluxum populi per plateam vocat. vid. Gronov. ad Liv. p. 343.

Pag. 106 vs. 484. *fallaces vulpibus addit*] His ſimilia Simonides de malis feminis, quae a Buchanano verſa vide Joh. Pet. apud Lotichium comment. Med. in Petron. Lib. II. p. 186. de animabus inproborum in belluas migrantibus vid. Elmenhorſt in Arnob. p. 72. & notas Herald. p. 75.

ibid. *annis ter mille*] de magno anno vid. Cenſorin. de die Nat. Cap. 18. ubi Lindenbr. not. vid. & Patric. in Fragm. Ciceron. Tom. III. p. 312. Pro reditu ad ſuperos Lucianus quinquies ac vicies decem centena annorum millia ponit p. 166. ed. Bourdelot.

Pag. 108. *Tityos*] ſic Horat. Lib. III. od. XI. & V. od. VI. e MSS. Culex Virgilii,

Et.

Digitized by Google

Et Tityos Latona tuae memor impius irae.

ſic *Cocytus* & *Siſyphos* Horat. Lib. II. od. XIX. e MS.

Pag. 111. *refugo lumine*] Lucian. in Timone p. 38. ὀφθαλμοὺς ὑποδυομένους vocat *oculos introrſus fugientes*. Solin. cap. XL. de Chamaeleonte, *ſubducti oculi & receſſu concavo introrſum recepti.*

ibid. vs. 17. *regia tecta meremur*] *mereri* familiaris Claudiano vox pro *obtinere*. vid. omnino Capitolin. in Pertinace p. 58. l. 40. Caſaub. ad Hiſt. Aug. p. 9. in fine.

Pag. 112. vs. 3. *Cinctus Gabinos*] Virgil. VII. Aeneid. 612.

Ipſe Quirinali trabea cinctuque Gabino
Inſignis reſeret ſtridentia limina conſul.

ubi vide Serv. & Pier. not. Ferrar. Lib. I. de Re Veſt. cap. XIV. & XV. p. 45. & ſeqq. Livium Lib. V. cap. XLVI. ubi omnino vide Sigonium & Rhenanum.

Pag. 113. *recentes exuviae*] Virgil. II. Aen. 395.

——— *ſpoliis ſe quiſque recentibus armat.*

Pag. 115. vs. 37. *grato pulvere*] Stat. IX. Theb. 710.

——— *ipſe ſudore & pulvere gratum*
Laudans.

Pag. 116. vs. 54. *Pictos*] de his vide Ammian. Lib. XXVII. p. 371.

ibid. *refluas arenas*] *refugas* vet. Cod. ſic *refugus* & *refluus* ſaepe commutantur. ſic *refluus amnis* Auſon. Epigr. III. & *refluum mare* Epiſt. VII. vs. 2. *reflua Tethys* Priſcian. 568.

Aſt alias refluum circumdat Tethyos aequor.

Pag. 118. col. 2. not. in Silii loco *Utraque Canities*] ſimilem locum apud Statium videor legiſſe de Oedipo, quare nil temere mutem. [exſtat ille locus XI. Theb vs. 583.

——— *veteri ſtat ſordida tabo*
Utraque canities & durus ſanguine crinis.]

Pag. 120. col. 2. not. *paviſſet flumina ſanguis*] ſic legendum. Stat. Achilleide prope finem.

——— *rapidiſſimus ibat*
Imbribus aſſiduis paſtus nivibuſque ſolutis
Sperchios.

Solin. Cap. XXXII. *Ipſumque fontem humore ſuperno ſaginatum.* ſic Salmas. p. 421. vid. & pag. 299. ſic *paſcere nummos* dixit Horat.

Pag. 121. *Nereis illuſtre toris*] vid. Solin. in Theſſalia cap. VIII.

Pag. 123. vs. 136. *tumet per nubila ſerpens*] vid. ſimilia de vexillis apud Ammian. Lib. XVI. p. 76. & Lindenbr. not. p. 55.

Pag. 127. vs. 199. *proterat ungula culmos*] *frangere* dixit Statius Achill. prope finem,

——— *glaciemque levi non frangere planta.*

& VI. Theb. 610.

Raraque non fracto veſtigia pulvere pendent.

Pag. 130. v. 22. *Oceanus*] Claudianus Hiſpanum Oceanum ſaepe commendat, quod tot Auguſtos orbi dederit. ſic Danubium Auſonius Epigr. III. & IV. ubi vid. Vinet.

Pag. 132. col. 2. not. *lugens Myſia.* ſic II. Conſ. Stilic. 24.

Hinc Libyci fractis lugerent cornibus amnes.

ubi *lucerent* ſcripti. ſed male. de plauſtris Barbarorum vide Ammian. p. 80. ubi & *Carraginis* vox. ut & p. 482. 491. 493. 500. & omnino Lindenbrog. not. p. 206. vid. VV. LL. ad Bell. Get. vs. 505.

Pag. 140. vs. 174. *ſolita miles te voce levaſſet*] de ritu levandi Imperatoris vid. not. Rigalt. ad Cyprian. p. 65.

Pag. 145. v. 249. *In jecur*] Jul. Firmicus. *in jecore, unde libido naſcitur & voluptas.*

Pag. 151. not. *ſaxa retet*] Senec. Thyeſt. 387.

Machinis ſaxa retantibus.

Pag. 157. not. *levitate feroces*] ſic *populos mobili levitate ſuſpectos* dixit Ammian. Lib. XVI. p. 120. Caeſar Lib. I. B. Gall *Populi Romani exercitus hiemare in Gallia moleſte ferebant partim qui mobilitate & levitate animi novis imperiis ſtudebant.*

ibid. vs. 440. *volat ille citatis*] Deſcriptio Stilichonis per Alpes nive obſitas iter facientis videnda eſt apud Ammian. Lib. XV. p 56. 57. ed. Lindenbr. & Sil. Ital. de Hannibale.

Pag. 158. *pellita juventus*] ſic Rutil. II. Itin. de Stilichone,

Ipſa ſatellitibus pellitis Roma patebat,
Et captiva prius quam caperetur erat.

Pag. 159. not. *exuſta rogis nudataque*] Seneca Troad. 74.

Ide noſtris nudata rogis.

ibid. col. 2. not. *alio actu*] ſic *carminis actus* Laud. Seren. vs. 19. vid. Salmas. ad Solin. p. 617.

Pag. 160. not. *animiſque paratos*] ſic *paratiores exercitus* Cic. Lib. I. de Off. quod male mutant in *parentiores*. vid. Fabric. not. p. 41.

ibid. 498. *avida fector non voce citatur*] vide Salmas. ad Jus Atticum p. 328. & omnino Contium Collectaneis ad. L. XII. Tab. n. 59.

Pag. 161. *prodigus auri*] Boëth. Lib. I. Conſ. Philos.

Quamvis vota libens excipiat Deus
Multi prodigus auri.

Pag. 162. *docta facultas*] Ovid. IV. Triſt. El. IX. vs. 15.

ibid. vs. 525. *ſudaret in haſta*] ſic Virgil. V. Aen. 37.

Horridus in jaculis & pelle Libyſtidis urſae.

Digitized by Google

Val. Flacc. Lib. I. 641.

—— *trifida Neptunus in hasta.*

& Lib. V. 349.

Talis & in vittis geminae cum lumine tedae
Colchis erat.

vide de hoc loquendi modo Salmasium ad Hist. Aug.

Pag. 163. vs. 539. *simulacraque Martia ludis*] Catalect. Pithoei p. 176.

Martius in campis ludens simulacra duelli.

Pag. 165. vs. 587. *Amethystus inest*] pari modo Priscian. Perieg. 1022.

Purpureoque Amethystos inest suffusa colore.

Pag. 166. vs. 604. *Orgia Bacchi*] Avien. Descript. Orb. 752.

—— *hic chorus ingens*
Feminei coetus pulchri colit orgia Bacchi.

Pag. 168. not. de *Grutbungis* vid. Ammian. Lib. XXXI. p. 474. & 475. & notas Lindenbrog. p. 172. Zozim. Lib. IV. p. 762. ed. Sylburg. sed male ibi *Protingi* dicuntur. Gothofred. ad Philostorg. p. 474. vid. & Electa Gevart. p. 71. Ammiani autem locum male sollicitat Savaro ad Sidonii carmen VII. 221.

ibid. *Utres ter mille*] vid. Ammian. Lib. XXXI. p. 205.

Pag. 174. not. *pectentem dente*] vulgatam tamen lectionem adstruere videtur Martialis Lib. XII. Epigr. 85.

Exiguos secto comentem dente capillos
Dicat Achilleas dispositisse comas.

ubi forte *Dividuos* legendum, nisi *exigui capilli* sint teretes. Calpurn. Eclog. IV.

Nais & implicitos comebat pectine crines.

Quartilla apud Petronium Encolpio blandita *descendentes ab aure capillos dentata manu ducit.*

ibid. vs. 21. *Cunctatur mea vota*] sic Tacit. Annal. I. *cunctari aspernantem uxorem.* ubi Lipsius male *aspernante uxore.* Val. Flacc. Lib. IV. vs. 156.

Talia cunctanti laevum Jovis armiger aethra
Advenit.

& II. 92.

Alternas aegre cunctantem poplite gressus.

Pag. 176. not. *foenus paternum*] adde. Graecis τόκος, qualis etiam Inscriptio est apud Pindarum Od. XI. Olymp.

Pag. 177. not. *candentes pruinae.*] optime. sic Stat. IV. Theb. 290.

—— *candensque jugis Lampia nivosis.*

ubi vide Scholiasten. Avienus Fab. XXXIV. vs. 7.

Verum ubi candentes concepit terra pruinas,
Arvaque sub rigido dirigescere gelu.

Pag. 178. col. 2. not. *levibus pennis*] *levibus veneis* conjiciebat Heinsius, sed ad vulgatam firmandam adscripserat Paulin. Epist. III. ad Auson. prope finem,

—— *non posset in auras*
Regis ad occursum levibus se tollere pennis.

Pag. 182. vs. 111. *quae procita fudas*] Catalect Pithoei p. 149.

Dum tibi, Roma, decus aeternaque fudo tropaea,
Ister pacatis lenior ibat aquis.

ibid. *blando spirantem numine cestum*] vid. Scholiast. Stat. ad Lib. II. Theb. vs. 283.

—— *quae pessima cestus*
Vis probat.

Bion Idyll. I. initio Homer. Iliad. XIV. Auson. Perioch. Iliad. XIV. *Cestus Veneris coelestis* Lucian. p. 73. 89. & p. 1070. *Cestus* tam Junoni quam Veneri datur. Rittershus. in Oppian. p. 8. Elmenhorst. in Arnob. p. 181. & in Minuc. Felic. p. 54. ubi & notae Ouzel. videndae p. 131.

Pag. 183. col. 2. not. *Ogygias*] ita legit Heinsius. nam adscripserat, *Ogygia Calypsûs insula. Lucian. p.* 401. *&* 404. *huc Claudianus respexit.*

Pag. 190. vs. 235. *Mitylenaeo modulatur pectine*] ita Lib. I. Rapt. 203.

Stridula coniferis modulantur carmina ramis.

ibid. v. 243. *plenae par altera Lunae*] Petronius. *tam blandum risit, ut videretur mihi plenum os extra nubem Luna proferre.*

Pag. 194. vs. 298. *perfundere nimbo*] Pindarus Od. IX. Pyth. sub fin. Wouwer. in Minuc. p. 45. Elmenhorst. p. 109.

Pag. 196. vs. 332. *metus te noster amat*] Ammian. Lib. XXVII. p. 374. & not. Lindenbr. p. 175.

Pag. 197. *Fescennina* unde dicta sint vid. Serv. ad Virgil. VII. Aen. vs. 695. vid. & Elmenhorst. in Arnob. p. 136. Herald. p. 169. vid. VV. LL.

Pag. 200. vs. 54. *electriferis alnis*] Priscian. Perieg. 76.

Hic electra legunt alnis stillantia Celtae.

ibid. vs. 60. *aurea septemgeminas. R. c. arces.*] *septem arces Romae. arces* pro *rupibus* fere semper ponit Avien. in descript. Orbis. Virgil. Lib. II. Georg. 535.

Septemque una sibi muro circumdedit arces.

sic VI. Cons. Honor. 536.

Septem continuo menites juvenescere muro.

Stat. Lib. I. Theb. vs. 64.

—— *trifidaeque in Phocidos arce.*

ubi *arto* perperam Gronovius. faciunt tamen illic pro vulgata lectione nonnihil illa Rutilii Lib. I. vs. 240.

Attollit geminas turres, bifidoque meatu
Faucibus artatis pandit utrumque latus.

vid. Zitzman. in Rutil. p. 74. vid. Sil. Ital. Lib. XV.

Digitized by Google

XV. 305. Laus Romae & Italiae luculenta apud Plin. Lib. III. cap. V. Nat. Hiſt. vid. not. Wouwer. in Minuc. p. 16.

Pag. 206. *praevenit laures*] vid. Auſon. Moſell. 425. & Freher. p. 90.

Pag. 209. col. 2. not. *Aegyptia jura*] ſic vetus Inſcriptio Armini.

Rexit Romuleos faſces currentibus annis
Succeſſu parili Gallica jura tenens.

Pag. 215. vs. 141. *iratum immittere fratrem*] tanquam beſtiam Amphitheatralem. *immittere* enim Amphitheatrale verbum & Circenſe. ſic in Martialis Epigrammate VIII. Inſcriptio ex veteri Cod. Thuan. ita ſeſe habet. *De Carpophoro, qui pariter immiſſos aprum, urſum, leonem, & pardum confecit.* vulgo. *de Carpophoro.* & pag. 11. ex vet. itidem Cod. *De Carpophoro, qui viginti bircos pariter immiſſos confecit.* vid. Conſ. Mall. 332.

Pag. 219. vs. 223. *jecuere meatus diverſos*] *meatum* piſcibus dat Auſon. in Moſell. vs. 140. *meare* de avibus. Solin. Cap. II. de avibus Diomedeis, *congreges volant. haec in meantibus diſciplina eſt.* Cap. VII. de perdicibus. *in ipſo dare, quas tranſire non audent, metas habent: nec in Atticam meant.*

Pag. 224. vs. 286. *Ne conſanguineis &c. Ne precor*] Val. Flacc. Lib. VII. vs. 273.

——— *ne vota repellat,*
Ne mea.

Pag. 225. not. *quieſſet*] Catalect. Pithoei p. 115.

——— *civem ſe adjeciſſe ſupernis.*

pro *adſciviſſe.* & p. 124.

Praeceſſi hoſpitium dulce parare tuis.

ſic *obſeſſe* pro *obſeviſſe.* vid. not. Voſſ. ad Fragm. vet. Trag. p. 132. *diviſſe* pro *diviſiſſe* Accius in Fragm. Trag. p. 137. Horat. Lib. II. Sat. III. vs. 169. *erepſemus* pro *erepſiſſemus.* Lib. I. Sat. V. *ſurrexe* pro *ſurrexiſſe* Lib. I. Sat. VIII. *percuſti* pro *percuſſiſti: ſurpite* pro *ſurripite* Lib. II. Sat. III. *evaſti* pro *evaſiſti* Lib. II. Sat. VII.

Pag. 228. v. 354. *Sancte pater*] Rutil. in Itin. de patre, ſed jam mortuo, Lib. I. vs. 575.

Hic oblata mihi ſancti Genitoris imago,
Piſani proprio quam poſuere foro.

ſic *ſancta conjux.* vetus lapis Romae ad Sancti Martini in monte,

D. M.
MATRINIAE SEVERAE
C. LIBERTAE VIX. ANN.
XXVIII. M. VIII.
P. MATRINIVS P. L. ARRIVS
CONIVGI SANCTISSIMAE
FEC.

Pag. 229. *pelagi minas*] ſic legendum, non *moras.* Virgil. Lib. VI. Aeneid. vs. 113.

Atque omnes pelagique minas coelique ferebat.

ibid. *Germania cuncta*] ſic *cuncta Graecia* Aemil. Prob. in vita Cimonis, & Themiſtoclis. Apulej. VI. Met. *Quam cunctus Oriens Zygiam veneratur & omnis Occidens Lucinam appellat.* Scoppius Suſpect. Lect. Lib. IV. 14. male *totus Oriens* ex vet. Cod. legit, in quo *tutus.* vid. VV. LL.

Pag. 231. *prodita jura*] ita *prodere legem* apud Juriſconſultos.

Pag. 232. vs. 404. *flentibus aram*] ara miſericordiae erecta Athenis. Lucian. in Timone p. 46. & p. 555. Scholiaſt. Stat. p. 526.

ibid. *moeſtas ſqualiore comas*] Heinſius hic in Schedis monuit, ſe olim male *paſſas* legiſſe, quare ad confirmandam vulgatam adſcripſerat locum Ovid. IV. Faſt. 854.

Pauſtulus & moeſtas Acca ſoluta comas.

ibid. vs. 416. *maniplos Diſponit*] ſic Ammian. p. 343. *Legiones per Thraciam diſpoſitae.* & p. 429. *primam & ſecundam legionem ad tempus ibi locare diſpoſuit.*

Pag. 333. *promiſſa minaſque Tempus agi*] vid. Column. in Ennium p. 121.

Pag. 236. vs. 477. *ales litera*] de gruibus. Hieronymus Epiſt. 39. ad Ruſticum Monachum. *ferarum greges ductores ſequuntur ſuos. in apibus principes ſunt, grues unam ſequuntur ordine literato.* unde *gruum litera ſcribens* Hygin. Fab. 277. p. 146. Servius ad Virgil. p. 204. Lucan. V. 711. Gruum porro volatus triangularis. Zenob. p. 64. Antigon. Hiſtor. Mirabil. Aelian. Lib. V. Var. Hiſt. & Hiſt. Anim. III. 23. ſic *ales dextera* Auſon. Epig. 137. vid. Vinet. in Auſon. N. 290. *ales currus* Seneca Medea vs. 1025. *ales niſus* apud Solinum, ubi Salmas. p. 390. aeſtuat. ſed ibi pro *alitis* ſcribendum eſt *alites*, ut ſit *niſus habent alites.* ſic pag. 88. *repertas ibi feminas aliti pernicitate.* ſic *volucres curſus* p. 695. & 699.

ibid. *vela ligant*] alii *legunt.* vid. Henr. Stephan. in Callim. p. 105.

Pag. 283. not. *in faciem plantae*] hinc *Sandaliotis* dicta Sardinia, teſte Plinio. Pauſaniae *Ichnuſa* inde vocatur. vid. Marcian. Capell. nil tamen mutа. Solin. Cap. II. *quod in cordis faciem ſita ſit.* vid. Salluſtium apud Nonium in v. *faciem.*

Pag. 240. not. *Lumina Senatus*] ſic recte, non *Culmina.* ſic *Lumina Ducum* Virgilio. Prudent. p. 151. vid. Tzetz. Chiliad. p. 198.

Pag. 243. not. *Traxit iter*] leg. *ſtravit.* Statius in fine Theb.

——— *tibi fama benignum*
Stravit iter.

quae

Digitized by Google

quae imitatus eſt vel exſcripſit potius Nemeſian. Ecl. I. in fine.

Namque hic in ſilvis praeſens tibi fama benignum
Stravit iter.

ſic Salvian. Lib. I. de Gubern. Dei, *viam facilem ſternens.*

Pag. 245. not. adde, ſic *exſertam celeritatem* dixit Ammianus p. 487.

Pag. 247. *Namque aliis*] de variis Philoſophorum opinionibus [quantum] ad rerum principa vide Elmenhorſt. ad Arnob. p. 65. 66.

Pag. 239. vs. 112. *triſtem Cometen*] de Cometis vid. Serv. ad Virgil. Lib. X. Aen. vs. 272.

Pag. 246. col. 2. not.] adde. Scribon. Larg. Compos. XXVII. *ſed praecipue facit, cum oculi ſanguine ſuffuſi ſunt.*

Pag. 257. col. 2. not. *taciti fluvii* Auſon. Moſell. vs. 370. *tacitus Iſmenos* Seneca Agamemn. 318. *Liris taciturnus amnis* Horat. Lib. I. od. XXXI. & III. od. XXIX. vide & apud Avien. p. 280. ed. Pith. inſignem locum, ſed valde corruptum, qui totus ex veſtigiis V. Cod. emendandus.

Pag. 258. vs. 243. *Largiri facilis*] Ammian. p. 218. *adimere facilis, quae donarat.* & Lib. XVI. p. 74. *Muſonianus Praefectus Praetorio bonis artibus eruditus, ſed venalis & flecti a veritate pecuniâ facilis.* ſic *iraſci facilis* Lib. XXXI. p. 468.

Pag. 261. vs. 289. *Palaemoniis coronis*] *i. e. Iſthmiis.* ſic de Nemaeis Pindar. Olymp. od. IV. Ὑψικωλείας στεφάνους dixit. ſic Stat. Lib. V. Silv. III. 143.

Nunc Athamantea protectum tempora pinu.

ibid. *juga Taygeti*] vid. Callim. Hymn. in Dian. vs. 88. & Friſchlin. not. p. 31.

Pag. 263. not. *nutu*] vid. omnino Rigalt. ad Artemidor. p. 36. & ſeqq.

Pag. 264. *Pendula librato*] de funambulis vid. Weitz. in Petron. p. 227. de paegmate & ſpectaculis arenae vid. Calpurn. Eclog. VII.

Pag. 265. not. *caudicea lembo* dixit Auſon. Moſell. 196.

Pag. 269. vs. 21. *ipſoque litandum Prodigio*] Seneca Octav. vs. 757.

Caeſis litare victimis numen Deûm.

pro *numini.*

Pag. 272. vs. 49. *foecundum corporis ignem*] *inguen* margo Iſingr. & MS. Pulmanni. ſic Martial.

Ne nimis exhauſto macreſceret inguine Gallus,
Amiſit teſtes.

quamquam alia ſignificatione. ſic infra 280.

Inguinis & reliquum Phrygiis abſcindere culteis.

Pag. 274. *Haec erat, haec Pt. fides*] ſic Epiſtol. Hon. 319.

Hic eſt, hic Stilichon.

Horat.

At pulchrum eſt digito monſtrari & dicier, hic eſt.

vid. Lucian. p 5. ed. Bourdelot. & p. 327. 328. 330. &c. nil tamen muta. Virgil.

Hoc illud germana fuit? me fraude petebas?

Petronius: *hoc erat, inquit, quod placuerat tibi, ut ſuper conſtratum navis occuparemus ſacratiſſimum locum, ne nos patereris requieſcere.* Seneca. *Hoc fuit illo victore capi.*

Pag. 275. not. *fatus acutum*] ſic apud Horat. Lib. I. Sat. VIII. umbrae *reſonant quid triſte & acutum:*

Pag. 277. col. 2. not. *peculo*] in Thaidis ſpeculum exſtat Platonis Epigramma in Anthologia Graeca, quod Auſonius vertit Epigr. LIV. de ſpeculo Helenes Ovid. XV. Met. vs. 232.

Pag. 279. col. 2. not. *ſeges* de capillis ſuperciliorum Serenus Sammon. cap. XXXV.

Inde inimica ſeges propriis deſaevit in orbes.

Pag. 280. vs. 128. *Membra negant*] ſic *frenis negantem equum* dixit Lucan. Lib. VIII. vs. 3. Paulin. Epiſt. ad Auſon. I. vs. 3.

Negant Camoenis, nec patent Apollini
Dicata Chriſto pectora.

Pag. 282. vs. 151. *Latiis faſtis*] nihil muta. apud Valer Flacc. Lib. II. vs. 245.

——— *durent Latiis modo ſecula faſtis.*

ſic *Latios annales* dixit Rutil. Lib. I. Itin. vs. 311.

Pag. 285. *Eunuchus*] de Eunuchis copioſe diſputat Lucian. a pag. 535. uſque ad pag. 539, ubi multa ſunt, quae libros in Eutropium illuſtrant. vid. & Ammian. p. 15. & ibi Lindenbr. notas: de Eunuchis etiam Heinſius hic memorat duo Epigrammata nondum edita in Catalectis ſuis MSS. p. 33. jam vulgata in Antholog Epigr. Lat. vet. Lib. III. Ep. 175. & 176. Gyraldus adſcripſerat locum Philoſtrati in vita Phavorini. ἐδηλοῦτο μὲν καὶ τῷ σθένει ἀξυνχίᾳ ἐκούετο δὲ καὶ λιπαλὲς ἐ ἐπίλοιπον, ὥσπερ ἡ φύσις τοὺς εὐνούχους ἤμεσε.

Ibid. vs. 196. *quidquid ſe Tigris ab Haemo divi-dit*] vid. Salmas. in Solin. p. 801.

Pag. 286. vs. 209. *nutat provincia*] vide omnino Iſidor. Peluſiotam apud Zitzmann. in Rutil. p. 92.

Pag. 289. vs. 244. *ſqualent populatibus agri*] ſic Virgil. I. Georg. 507.

——— *ſqualent abductis arva colonis.*

ibid. not. *Flos Syriae*] Statius XI. Theb.

Non pubis Danae florem regumque verendas
Objectare animas leto.

ſic

Digitized by Google

sic *flos Asiae* Astyanax vocatur Ausonio Epitaph. Heroum. vid. Column. in Ennium p. 121.

ibid. not. *Argeia pabula*] *Argos equis aptum* vocat Horat. Lib. I. od. VII. vs. 9. vid. Sirmond. in Sidon. p. 117.

Pag. 290. not. *in eadem vertunt*] Grat. Cyneg. 392.

In furias **vertêre** *canes.*

pro *verti sunt*. Priscian. Perieg. 199.

Marmaridae post hos Aegypti ad flumina **vertunt.**

sed ibi forte *vergunt* legendum. sic *fibula stringeret* in vet. Cod. apud Casaub ad Hist. Aug. p. 20. quod verius puto. male Salmasius *stringeretur*.

Pag. 294. not. *cinctumque gravatus*] bene. *gravari* cum quarto casu. Solin. cap. XXVII. p. 53. *cognitionem gravari*. ubi Salmas. vid. & p. 50. *carnes justo amplius devoratas cum gravantur, infertis in ora unguibus sponte extrahunt*. quem locum male interpolarunt Delrius & Salmas. p. 324.

Pag. 297. vs. 346. *Famae* mille linguas dat Ammian. Lib. XXI. p. 203.

ibid. not. *Carmani*] *Germania* & *Carmania* passim confunduntur. vid. Solin. p. 237. & 240. & passim in Plinii libris. *C* & *G* saepe confundi solent. locus insignis est apud Columell. ex vet. Cod. p. 346. *Carmani* pro *Carmania* Priscian. p. 311. situm Carmaniae describit Ammian. Lib. XXXI. pag. 274.

Pag. 300. col. 2. not. *His tribuit Reges*] ita vet. Cod. recte. crebra exempla apud Historicos posterioris aevi, & praesertim Ammianum. Spartian. pag. 6. l. 36. *Germanis regem constituit*. Capitolin. in Anton. Pio. *Pacorum regem Ladis* [l. *Lazis* cum Casaubono] *dedit*. sed & *leges dedit* probum. Spartian. in Severo. *nam Palaestinis plurima jura fundavit*.

Pag. 301. *invectae Rhodani &c.*] Virgil. Lib. VII. Aen. 436.

——— *classes invectas Thybridis alveo.*

vid. Zitzman. ad Rutil. p. 65. & 66.

Pag. 302. vs. 411. *Ut pereat*] Horat. Lib. II. Sat. I.

Jupiter, ut pereat positum rubigine ferrum.

ibid. v. 412. in notis frequens hoc peccatum apud alios etiam scriptores. *Adde*. sic apud Virgil. Lib. XII. 313. *Quo ruitis? quaeve ista repens discordia surgit*. ubi etiam male in quibusdam MSS. *recens*.

ibid. not. *transgressa cubile*.] recte. sic IV. Cons. Honor. vs. 41.

Sed laudes genitor longe transgressus avitas.

Pag. 306. vs. 490. *defendere contagia*. sic *defendere nimbos* Martial. Lib. VIII. Epigr. 37. ut ibi legendum.

ibid. vs. 485. *prospice cautes*] leg. *consule*. ut in Moret. pr. sic II. de laud. Stilic. vs. 47.

——— *sic longe sola remotis Consulit.*

ibid. vs. 489. *Ducant pensa viri*] sic *deducere lanam*. vid. Gisan. indic. Lucret.

ibid. in not. *Amazonio fistra*.] *fistrum* in bello. Prudent. p. 41. sic Clemens Alexandrinus Arabas cymbalis in bello uti solitos adfirmat.

Pag. 339. *quo palluit*] *quem* maluerat Heinsius, qui adscripserat. *pallere* cum accusativo. vid. Passerat. ad Propert. p. 215. vid. VV. LL.

ibid. vs. 508. *Scythia exercitus*] sic *Scytha Pontus* Seneca Herc. Oet. 1251. *Taurus Scythes* Hippol. 906.

Pag. 313. vs. 65. *Prospectant de rupe*] bene. non *puppe*. Stat. V. Theb. vs. 295.

——— *& e cunctis prospectent collibus undas.*

Pag. 316. not. *coeat*. legendum, non *neceat*. *frustra coeat Ulcus*, si postea erumpit iterum. Stat. Lib. I. Silv. IV. 114.

Saeva Machaonio coierunt vulnera succo.

ibid. not. *arescat. exundet* alii. Senec. Herc. Furent. 911. *exundet vapor*. ubi *exsudet* alii Codd.

Pag. 317. col. 2. not. *Obex* feminino genere. vid. Lindenbr. in Ammian. p. 236. *rupto objice* in aliis Codd. sic Seneca Hercule Furente vs. 237.

Utrimque montes solvit abrupto objice.

Pag. 318. vr. 41. *decolor imber*] *i. e.* pallidus. sic Flavius Vopiscus in Aureliano p. 219. memorat *fuisse in templo Jovis Capitolini pallium purpureum, ad quod cum matronae atque ipse Aurelianus jungerent purpuras suas, cineris specie decolorari videbantur caeterae, divini comparatione fulgoris.*

ibid. vs. 51. *Dispicitur*] vid. Pighium in Valer. Max. Lib. IX. cap. VIII.

Pag. 319. vs. 68. *genitorque vocatur Principis*] *i. e. Patricius*. vide Epistolam Theodosii ad Ausonium, quae ejus Operibus praefixa, ubi *parens* vocatur. erudite haec explicat Turneb. Advers. Lib. XV. cap. XVI.

Pag. 221. vs. 84. *producere coenas in lucem*] sic *producere sermones in noctem*. Cicero Somn. Scipion. *post autem regio apparatu accepti sermones in multam noctem protraximus*.

ibid. col. 2. not. *in gremio pacis*] nil muta. sic Ausonius de Treviris,

Urbs quae proxima Rheno
Pacis ut in mediae gremio secura quievit.

Pag. 322. *Quassabat galeam*] vet. Cod. *Concussit*. vid. B. Get. 487.

Pag. 324. vs. 141. *ignosce parenti Romule*] Roma communis omnium patria, imo & mater, peregrinos aeque ac indigenas ad honores provehit. unde *mundi matrem* eam Rutilius vocat Lib. II. Itiner. vide Zitsman. in Rutil. p. 39. 48. 49. 50. hinc μητέρα πασάων πόλεων Dionysius Afer eam appellat Perieg. vs. 356. hinc & noster eam *matrem Regumque Ducumque* vocat III. Cons. Stilich. vs. 175. Sic & *mater urbium* Seleucia vocatur Ammiano Lib. XXVI. & Nicaea *mater urbium* Lib. XIV. p. 7. & XVII. p. 105. ed. Lindenbr. & ita saepe.

Digitized by Google

Ibid. v. 146. in notis *Adde.* Germanicus Caesar in Arateis p. 88. ed. Grot. *facundam meterot cum cominus hydram Alcides.*

Pag. 326. col. 2. in not.] sic apud Ammian. Lib. XXXI. p. 470. *Hunnis aliis fretus.* leg. *aliis.*

Pag. 328. col. 2. not.] Sic Auson. Epiced. in Patrem Idyl. II.

Praefectus magni nuncupor Illyrici.

Severus carmine Bucolico,

Pridem Pannonias Illyricos quoque
Et Belgas graviter stravit.

Illyriis Ammian. Lib. XXI. p. 101. *per Illyrios* p. 204. *Illyricos amnes* p. 282. *Illyris* vocatur Priscian Perieg. vs. 100.

Ad dextram partem prodentitur Illyris alma.

Illyris ora Ausonio Parental. Carm. XIV.

Pag. 331. v. 254. *in Phrygiam l. m. vocem.*] vid. Scholiast. Stat. ad Lib. IV. Theb 275.

ibid. v. 253. *Celaenas*] Stat. IV. Theb. 186.

——— *illustres Satyro pendente Celaenae.*

ubi vid. Scholiast.

Pag. 332. vs. 273. *purpureis cedit cui Symnada vinis*] sic & *venas marmoris* dixit Statius Lib. I. Sylvar. Tiburtino Vopisci. ubi Gronovius *Luna* ex MS. restituit. perperam. *medullas filicum* e MS. Lucanus.

Pag. 336. v. 328. *corruptaeque dapes*] leg. *correptaeque.* exprimit aviditatem. sic Cicero *corripere pecuniam* de hominibus avaris dixit, non semel. vide Orat. pro Balbo cap. XXV.

Pag. 337. *Ingluviem*] vid. Schol. Hor. p. 266. & p. 317.

ibid. not. *Maeotia*] Val. Flacc. V. 720.

——— *quantosque finus Maeotia laxant*
Aequora.

Et Lib. VI. 38.

——— *aeterna quamquam Maeotia pubes*
Marte cadat.

nix Maeotica tamen apud Propert. Lib. II. El. III.

ibid. vs. 338. *Cbunus*] vid. Ammian. Lib. XXXI. pag. 489. & not. Lindenbrog. p. 207. horum & meminit Ausonius Precatione in suum Consulatum,

Qua vaga Sauromates sibi junxerat agmina Cbuni.

ubi vet. Cod. Vossii *Cunis* habet. vid. notas Freher. in Mosell. Auson. vs. 9.

Pag. 338. vs. 344. *facies inscripta*] de stigmatis servilibus vid. Apostolium p. 28. & notas. Pantini pag. 347.

Pag. 342. vs. 401. *caeveis resonantibus*] *confessus caveae* Servius ad Virgil. Lib. V. Aen. 340. & VIII. 636. Prudentius apud Elmenhorst. in Arnob. p. 88. & vid. Herald. notas p. 182. *dissensus caveae* Statio,

Pag. 344. v. 437. *late junxere soporem*] Petronius. *dubitavi an utrumque traficerem gladio, somnumque morti jungerem.* plura vid. ad. Ovid. initio Tomi II.

Pag. 345. v. 450.] *pulsatus* substantive. sic in Geticis Jornandis Cap. I. pro eo, quod in vulgatis *parvo subvectum navigio*, in Pal. erat *parvo subvectu navigii.* vid. Gruteri notas. sic. *vocatus* apud Virgil. Lib. XII. vs. 95. *comitatus* Lib. XII. 336. *precatus* in carmine de Pulice ex MS. *modulatus* Nemesian. Ecl. I. 25. *cibatus* Grat. Cyneg. p. 17. a. ed. Ald. Ovid. in Epist. *erratus* ex MS. *narratus* V. Met. 500. *paratus* VI. 451. 454. *jactatus* VI. 703. *suspiratus* XIV. 129. *saltatus* ibid. 637. *retentus* Lib. III. 566. sic *peccatu* apud Ciceron. Verr. de Jurisdictione Siciliae Cap. LXXVIII. ut citat Gellius Lib. III. Cap. I. p. 89. l. 13. ed. Steph. *potatus* Virgil. Lib. IV. G. 146. nisi ibi *potamibus* forte legendum.

Pag. 347. not. *Pamphyles*] sic *terra Pamphylis* Priscian. Pericg. vs. 630.

Incipit a mediis terrae Pamphylides oris.

sic & *Pamphylium latus.* & *pontus Pamphylius* vs. 536. Secunda in Παμφύλιος tamen corripitur a Theocrito Encomio Ptolemaei, si codex est emendatus. item corripitur a Rufo Avieno Descript. Orb. vs. 1013.

surgunt ibi culmina Tauri
Pamphyliae in fines.

sed forte legendum *Pamphylae hic fines.* locus certe est corruptus.

ibid. *unaque cunctis Poena manet genera*] vid. de hoc more Lindenbrog. not. ad Ammian. p. 136. utrumque dicitur *manet me exitus & mihi.* vid. Cicer. Philip. secund. cap. V. & notas Ferrarii ad Num. CLXII.

Pag. 348. in not. *Saper* Constantii & Juliani imp. hostis, de quo Ammianus saepe. vid. p. 378. cum quo foedus pudendum iniit Jovianus: Idem bella gessit cum Valentiniano & Valente. p. 410 *Persas* vero & *Parthos* confundi etiam apud Historicos posterioris aevi, docet Casaub. ad Spartian. p. 26.

Pag. 351. v. 545. *caeca futuri gaudia*] sic *divina futuri sententia* Horat. Art. Poet. vs. 218. & Lib. III. od. XXVII. 10.

Imbrium divina avis imminentum.

sic & Ennius emendandus.

Pag. 359. not. *Belus* Chaldaeorum numen. Minuc. Felix Octav. p. 8. ubi vid. interpretes. De *Mithra* Persarum deo Jul. Firmic. contra gentes ed. Leid. 4to. p. 7. vid Wouwer p. 47.

ibid. *virgatas tigres*] Seneca Hippol. 344.

——— *tunc virgatas*
India tigres decolor horret.

vid. Salmas. in Solin. p. 210. & 388 sub finem.

Pag. 360. vs. 84. *exsultasse choreis Astra*] *chori astro-*

Digitized by Google

oſtrorum. ſic legendum apud Auctorem in obit. Maecenatis.

Quaeſivere chori juvenem ſic Heſperon.

reliqua adhuc corrupta ſunt. vid. Lucian. p. 502.

Pag. 361. *rapta curru funera*] Ovid. in Ibin 334.

Utque vel Eurydamas ter circum buſta Thraſylli
Eſt Lariſſaeis raptus ab hoſte rotis.

Pag. 364. not. *Picta Saces*] an *Maces*. ut apud Silium Lib. II. vs. 161.

ibid. col. 2. not.] ſic *arboribus & vitibus exſectis* Ammian. Lib. XXVIII. p. 406.

Pag. 365. vs 71. *tantis millibus*] pro *tot millibus*. ſic poſterioris aevi ſcriptores. Juſtinianus, *Sed etſi quid forſitan praetermiſſum eſt, quod in tantis millibus quaſi in profundo poſitum latitabat. tantae gentes* Trebell. Pollio pag. 174. lin. 24. vid. Caſaub. ad Hiſt. Aug p. 16.

ibid. vs. 190. *Suēvos*] in Oxon. pr. gloſſa. *Suevi pars Germanorum, unde Lucanus.* [II. 51.]

Fugit ab extremo flavos aquilone Suēvos.

leg. *Fundat.* Auſon. Epigr. III. vs. 7.

Caede, fuga, flammis ſtratos periiſſe Suēvos.

ubi Codd. *fractos.* vid. Freher. in Auſon. Moſell. p. 85. ſic *Suēva virguncula* Auſon. Idyll. XXVII. apud Auſonium Precatione in ſuum Conſulatum vet. Cod. Voſſii habet *Suēbis.* ut & *Suēbi* apud Senecam in Med. 723.

Pag. 367. vs. 221. *Cornibus infractis*] ſix vox *infracta* Arnob. pag. 146. ubi eadem pag. initio forte legendum & *ut fletum ponerent ineptiſſime fractum.* pro *tractum.* vid. Herald. pag. 169.

Pag. 368. col. 2. not.] *Marcomeres* probe. ſic *Richomeres* Ammian. Lib. XXXI. pag. 479. *Barſimeres* pag. 483. vide omnino Gregor. Turonenſem apud Freher. in Moſell. Auſon. p. 93. *Marcomani* tertia ſyllaba correpta Statius Lib. III. Sylv. IV. vs. 171.

Pag. 369. not.] *Gir.* alias *Sir*, Aethiopiae fluvius. Priſcian. Pericg. vs. 212.

——— *qui currens Solis ad ortus*
Siris ab Aethiopum populis cognomine fertur.

Sidon. p. 333. vid. Mauſſaci notas in Plutarch. de Flumin. p. 293. & Salmas. ad Solin. p. 420. reddendum & idem nomen Manilio.

ibid. vs. 257. *Stipantur Numidae campi.*] ſic VI. Conſ. Honor. 47.

——— *denſum ſtipantibus aethera templis.*

ibid. *jaculis obtexitur aër*] leg. *ſubtexitur.* Avien. Ora marit.

Famque tenebroſa coelum ſubtexitur umbra.

ſic *coelum fumo ſubtexere* Arnob. pag. 222. & *ſubtexere diem nube* Senec. Phoeniſſ. 422. & *coelum denſitate nimia ſubtexentes trabes* Ammian. p. 108. ubi vide Lindenbrogii. notas.

Pag. 371. not.] adde Rutil. Lib. I. Itiner.

Haec etiam lacera ſuſcepit ab urbe fugatos.

Val. Max. VII. IV. 4. *Cum alterum Italiae latus Hannibal lacerarat.*

Pag. 372. not. de Cotto & Briareo vid. Apoſtolium p. 137.

ibid.. not. *nocte ſopora.* Statianum epitheton. Lib. I. Theb. Lucanus Lib. II. 236.

——— *nocte ſopora,*
Parrhaſis obliquos Helice cum verteret axes.

ſic *teporus* apud Auſon. Idylliis,

Sol profectus a tepore veris aequinoctio.

ibid. *Argum.* Ovid. III. Amor. Eleg. IV. vs. 20.

Centum fronte oculos, centum cervice gerebat
Argus, & bos unus ſaepe fefellit Amor.

Pag. 374. vs. 345. *ſpe captus inani*] f. *paſtus.* ut apud Virgil. Lib. X. vs 627.

Spes paſcis inanes.

ibid. not. *effoeto pulvere*] ſic omnino legendum. *effoeto pulvere*, hoc eſt *ſterili.* vid. Ammian. Marcell. p. 315. ubi vide Lindenbrog. *vaporatum Perſidis pulverem* vocat idem Ammian. p. 214. vid. Indic. Lucret. Gifan. in *effoeta tellus. merſurus* vero, ut Silius Lib. I.

——— *& merſos Syrtis harenis*
Meliur populos

Pag. 375. not. *Mazax*] ſic *coloratus Mazax* Nemeſian. Cyneg. vs. 261. *Mazices* gens Afra Ammian. p. 429. 430. 431. 432. 436. Salmas. in Solin. p. 320. 342.

Pag. 376. vs. 34. *ibi tempora tutae Traxerunt dilata morae.* ſic legendum. Statius Lib. I. Sylvar. Equo Domitian. v. 63. *Nec longae traxere morae.*

Pag. 379. vs. 30. *eademque ſororī*] Ovid. XIII Met.

Et nunc ille eadem nobis juratus in arma.

Pag. 384. vs. 101. *tuoque receptae pectore*] ſic legendum, nam *imo, uno*, & *imo* ſaepe confuſa in MSS. vid. Lib. I. in Ruſin. vs. 44. Serv. ad Virgil. Lib. X. vs. 871.

——— *aeſtuat ingens*
Uno in corde pudor, mixtoque inſanis luctu.

ibid. v. 108. *Inconſultus agas*] ſic *inconſultus amor* Auſonio. vid. Vinet. Nº 238.

Pag. 386. *effeminat*] hinc *fracta membra cinaedorum.* vid. Lucian. p. 255.

ibid. vs. 135. *tetrius*] ſic *teterrima febris* Seren. Sammon. cap. 56.

Pag. 387. vs. 153. *nomine compellat*] Ammian. Lib. XXIV. *Qui appellans plerosque nominatim, quos ſtabili mente aliquid clarum feciſſe ipſe arbiter proſpexit, navalibus coronis donavit & civicis & caſtrenſibus.* Valer. Flacc. Lib. IV. 649.

Nomine quemque premens.

Ovid. v. Met. 212.

Digitized by Google

——— *& nomine quemque vocatos*

Poscit opem.

Ibid. *Admonitus facti*] vid. Ammian. Lib. XX. p. 172.

ibid. *gratia doni*] alii *nodi*. de *nodis ameris* vid. Weitz. in Petron. p. 291.

Pag. 388. not. in Silii loco *volentia saxa* probum, nec mutari debet in *volantia*. sic Stat. Lib. VII. de Thebis,

Moenia in haec ultro scapuli venere volentes.

Pag. 395. *Janum pax alta ligat*] forte alma legendum.

Pag. 398. not. *Minervam Spirat opus*] sic Seneca Thyest. 504.

Cum spirat ira sanguinem, nescit tegi.

sic *spirare Martem* Cic. Lib. XV. ad Att. Ep. XVI.

Pag. 399. not. *purpurea spuma*] Historiae, quam narrat Dio Chrysostomus, adde Plin. Hist. Nat. Lib. XXXV. Cap. X. Plutarch. de Fortuna Alexandri. Val. Max. Lib. VIII. Cap. XI. sub finem. huc & alludit Ausonius Praefat. in Griphum ternarium.

Pag. 402. not. *fallax pulvis*] sic MSS. non *rumor*. vid. Column. in Ennium pag. 145. Stat. IX. Theb.

Anxia prospectas si quis per nubila longe
Aut fumus, aut nostro sublatus ab agmine pulvis.

Virgil. Lib. IX. Aen. vs. 33.

Hic subitam nigro glomerari pulvere nubem
Prospicium Teucri.

Ibid. *Pythia culmina*] *Phoebea palatia* vocat Lucan. Lib. III. vs. 103.

Pag. 403. not. de *valle Murcia* vid. Serv. ad Virgil. Lib. VIII. Aeneid. vs. 636.

Pag. 406. not. *frugum feraces*] sic *ager opimus & ferax* de Gallis Solin. Cap. XXI. p. 41. *Idumaea palmis opima* idem Solin. Cap. XXXIV. Marcian. Capella apud Salmas. p. 293.

Pag. 407. not. *Scorpios*] ita in vet. Cod. apud Germ. Caesarem p. 180. b.

Pag. 412. vs. 17. *Alemannorum*] Ammiano male *Alemanni*. *Alamanni* scribendum. Graecis ἀλαμανοὶ. Tzetz. Chiliad. p. 74. etsi Servius a Lemanno lacu Alemannos dictos esse contendat ad IV. Lib. Georg. Virgil. vs. 158. *Alamanni* quoque Chronicon Eusebii & Cassiodori MSS. & sic semper Panegyrici veteres. vid. Sidon. Panegyr. Majoriani vs. 472.

Pag. 417. not.] adde Liv. Lib. III. *adeoque novum ingenium induerat, ut plebicola repente omnisque* [f. *comisque*] *popularis aurae captator evaderet*. Petronius. *eloquentiam &c. pueris induunt adhuc nascentibus*. sic *foliis sese induit arbos*. in Catalect. Pithoei p. 172. vide Elmenhorst. in Arnob. p. 7. & 78. & Herald. p. 10.

Pag. 419. vs. 162. *fregit Athenas*] sic *frangere bello*. Catalect. Pithoei pag. 48.

Hic reges Asiae fregerat & populos.

sic leo taurum *frangere* dicitur Horat. Lib. I. od. XXIII. vid. Solin. p. 34. ed. Salmas.

ibid. not.] hiatus hic sollemnis optimis Poetis. Stat. VIII. Theb. 36.

——— *Quis rumpit tenebras vitaeque jacentes*
Admovet? unde minae? uter haec mihi praelia fratrum.

Stat. Lib. V. Silv. V. 73.

Uberibus tibi parve dedi. heu munera nostra
Ridebas ignarus adhuc.

Pag. 420. not. sic *defendere* & *prohibere* idem quoque Graecis. vid. Stephan. ad Callimach. p. 103.

Pag. 424. not.] *de Rhodiorum aureo imbre* vide Liban. vituperio paupertatis, & Pindar. Olymp. Od. VII. p. 84 ed. H. Steph. 12.

Pag. 425. not.] De Nymphis *Upi* & *Hecaërge* Dianae sacris, uti & de Loxo & Britomarti vid. Callim. Hymn. Dian. vs. 190. usque ad finem, & ibi Scholiast. vet. Nonn. Dionys. p. 168. Frischlin. not. ad Callim. p. 52. 53. item Steph. & Vulcan. p. 210. quae omnia mire faciunt ad illustrandum Claudianum. De *Opi* Hyperborea Apollodor. p. 8. Serv. ad Virgil. XI. Aen. 858. de *Britomarti* nonnulla minus obvia narrat Virgilius in Ciri vs. 295. de ea omnino videndus Antonin. Liberal. XL. de *Dictynna* Apollonius pag. 79. & Ouzel. in Minuc. Felic. p. 112. *Hecaërge* autem tam Venus quam Diana dicta. Antonin. Liber init. Metam. Fab. I.

Pag. 426. v. 269. *maneant clausis nunc ficae pharetris*] Statius VIII. Theb. 383.

Stat medius campis etiam nunc cuspide ficta
Bellipotens,

sic Virgilius, *ficcae sanguine fauces.*

Ibid. not.] *Clatiri ligna volubilia in cavea.* Glossae MSS. vide Salmas. p. 236.

Pag. 431. vs. 357. *caudamque a puppe retorquens*] *caudam remulcere*. sic forte in Plinio scribendum Lib. X. de caudis. nam nunc *reflectuntur* ibi hactenus circumfertur. per *turbam classicam* autem *venantes* intelligo. vid. Columna. in Enn. p. 280.

Pag. 432. not. *Bromios remos*] recte. sic *Bromia autumnitas*. vid. Nonius in voce *Autumnitas*.

Pag. 436. in not.] De *Tmaro* vel *Tomaro* monte vid. Plin. & Strabon. Lib. VII. qui ex Homero probat sacerdotes Jovis Dodonaei *Tomaros* dictos. vid. Solin. cap. VII. & ibi Salmas.

Pag. 439. vs. 67. *labor mortalis vexas*] vid. Salmas. ad Tertull. Pall. p. 49.

Ibid. *Martem subdiderint vinclis*] vid. Minuc. Felic. p. 24. ed. Leid. atque illic interpretes. ibidem

Digitized by Google

dem vide, quare noſter alibi dixerit *Quis Briareus* &c. Jovem enim a vinculis liberarat.

ibid. not. De *Oto* & *Ephialte* Lucian. p. 737. 819. Callim. Hymn. Dian. ſub finem, ubi vid. not. Friſchlin. p. 36. Apollodor. p. 15. Homer. Odyſſ. A. Hos etiam conjungit Firmicus p. 17. Hygin. Fab. XXVIII. Virgil. Culice 234.

Pag 441. not. *pro ſucceſſu nimius*] Ammian. Lib. XVI. *inter exaggerationem inanium laudum inflabant ex viſu Imperatorem, ſuopte ingenio nimium. quidquid per omnem terrae ambitum agebatur, felicibus ejus auſpiciis aſſignantes.*

Pag. 442. not. col. 2. *lento luctamine*] de cunctatione Fabii vid. Column. ad Enn. p. 170. Valer. Max. Lib. VII. cap. III. ext. 8. Ammian. Lib. XXIX. p. 422. ed. Lindenbr. Seren. Sammon. Cap. 65.

Huic quondam Fabio verum cognomen adhaeſit,
Qui ſolus patriae cunctando reſtituit rem.

Pag. 445. not. *intectum*] recte. Vibius Sequeſter. *Olympus mons Macedoniae altiſſimus, qui altitudine ſua pluvias & nubes excedit.*

Pag. 446. *Sperchiuſque*] Virgilianum hemiſtichium Lib. II. Georg. 487.

Sperchieoſque & virginibus bacchata Lacaenis
Taygeta.

ibid. not. *Lechaei*] Statius VII. Theb. 97.

Nec ſua pinigero magis adnatat umbra Lechaeo.

Lechaeus Iſthmus Lucian. pag. 1143. ubi multa de Iſthmo.

Pag. 448. not.] *aeriſonas urbes* recte. Stat. I. Theb. 265.

Captas & aeriſoni lugentia flumina Nili.

Pag. 449. *caſtra ſecutas*] Priſcian. Perieg. 383.

Aſculapii regis villricia ſigna ſequentes.

ibid. vs. 242. *Perbacchata.*] leg. *Periuſtata* ex Med. quart. Valer. Flacc. Lib. I. 205.

Protulit ut crinem denſis luſtratus in extis
Ignis, & adſcendit ſalientia viſcera tauri.

Pag. 451. *calle reperto*] *anguſtae calles* Ammian. p. 179. 486.

Pag. 452. *vincula mentis*] Ammian. Lib. XVIII. p. 131. *fugam ad Perſas cum conjuge, liberis & omni vinculo caritatum ingenti molimine conabatur.* vid. Lucilii verſus apud Barth. p. 323. Paſſerat. ad Propert. p. 212.

Pag. 453. v. 323. *ſic ille relinquens*] Virgil. Lib. X. Aen. 707.

Ac velut ille canum morſu de montibus altis
Actus aper.

& Lib. XII. vs. 5. *ille Leo.* Statius II. Achill.

——— *velut ille cubilia praedae*
Indubitata legens muto legit arva Moloſſo
Venator.

Val. Flacc. V. 67.

Ac velut ille, gregis ceſſit cui regia, taurus.

Seneca Troad. 537.

Sic ille magni parvus armenti comes.

Pag. 453. v. 314. *firmavit corda*] ſic *firmare alquem animi* Solin. cap. 36. Salmas. ex MSS. p. 618. Valer. Flacc. Lib. I. vs. 79.

Tandem animi incertum confuſaque pectora firmat
Religio.

Pag. 455. v. 348. *Pendenti ſolo*] Stat. I Silv. Epithal. Stellae.

Pendent innumeris faſtigia mixta columnis.

Idyll. V. de magnete. *Et tantum ſuſpendit onus.* ſic *ſtructa pendenti pumice tecta* Ovid. ad Liv. Aug. 252.

ibid. vs. 355. *fultus cervicem clipeo*] Perſius Sat. I. ex Pacuvio.

Antiopa aerumnis cor luctificabile fulta.

Pag. 456. v. 376. *Non dejecta malis*] ſic *dejectos pudore vultus* Seneca dixit in Troad 1137.

Pag. 458. v. 415. *Vindelicis*] ſcripti meliores *Vandalicis.* bene. quomodo & legendum monet in Antiquitatibus Auguſtanis Velſerus.

Pag. 460. *Ille globus*] de adventante exercitu. ſic Virgil. IX. Aen. 36.

Quis globus, o cives, caligine volvitur atra.

Pag. 462. *Contis*] Scythae contis pugnabant. Lucian. p. 638.

ibid. v. 496. *fruſtra monui*] Ammian. Lib. XXVII. p. 386. *cum eum recte monentem exagitaret minax Imperator & nimius.*

Pag. 465. *vox edita luco*] Eunapius in vita Maximi vaticinium narrat de clade, quam Graeciae illaturus eſſet Alaricus. vid. Meurs. de Fortun. Att. Cap. X.

ibid. not. *ſera fides.* ut Virgil. Lib. V.

Seraque terrifici cecinerunt omina vates.

Pag. 466. *pugnam poſcentia caſtra*] ſic Priſcian. Perieg vs. 367. loco corrupto e MSS.

Poſcere qui Piſis auſi certamina ſoli.

vulgo *Ponere qui priſcis.* vid. Dionys. Perieg. vs. 374. Statius alibi,

——— *populos poſcebat crimina vitae.*

Pag. 469. not.] *abſumti*, non *abſumtae.* Theſauri enim Valentis Hadrianopoli relictae, quam Gothi poſt deletum Valentis exercitum fruſtra oppugnârunt. vide de hac re, ut & de morte Valentis, Ammian. Lib. XXXI. p. 491. 495. 500. & ibi not. Lindenbr. p. 208. niſi per *exuvias Valentis* ejus intelligat corpus.

Pag. 470. *Rhemuſia*] vid. omnino Freher. in Auſon. Moſell. p. 74.

Pag. 476. v. 20. *ſummoque feruntur Cardine*] ſic *cardo extremus mortalis aevi* apud Senec. Troad. 52.

Digitized by Google

Pag. 478. not. *numerosa puppe*] sic *navali surgentes aere columnas* Virgil. III. Georg. vs. 29. ubi Serv.

ibid. vs. 52. *obtunditur acies auro*] Statius

——— *acies stupet igne metalli.*

sic *acies stellarum obtusa* Virgilio Lib. I. Georg. 395.

Pag. 480. not. *tenero tangui*] Propert. Lib. I. El. XV.

Quae modo decerpens tenero pueriliter ungui.

sic *flos carptus tenero ungui* Catullo.

Pag. 483. not.] *praedam parat* rectum. sic *parare dextras* Gigantom. vs. 7.

ibid. vs. 137. *viduataque caefis remigibus*] sic *viduata tadis conjux* Senec. Med. vs. 581. *viduare fopore* Sereu. Sammon. Cap. LV.

Pag. 484 not.] sic *sinuosis flexibus* Auſon. Moſell. 285. *flexus fluminis* Ovid. IV. Faſt. 329.

Fluminis ad flexum veniunt.

Virgil. III. Georg. 14.

——— *tardis ingens ubi flexibus errat Mincius.*

Pag. 485. v. 183. *Tuſcis nec figis aratrum Collibus*] Virgil. XI. Aen. 317.

Eſt antiquus ager, Tuſco mihi proximus amni, Aurunci Rutulique ferunt, & vomere duros Exercent colles, atque horum aſperrima paſcunt.

Pag. 486. v. 213. *motu rebelli*] Vopiſcus in Tacito p. 227. *finui de Perſicis motibus nunciatur.*

Pag. 487. *occulto tramite*] *ſecreto tramite* Boeth. p. 53.

ibid. not.] *gentis reliquum*] leg. *genti*. Statius X. Theb.

Eſtne hanc infelix acies, gentique ſuperſtes Sanguis.

ibid. vs. 231. *ſi qua perrumpere poſſet*] recte. ſic Virgil. Lib. IX. Aen. 512.

Saxa quoque infeſto volvebant pondere, ſi qua Poſſent teſtam aciem perrumpere.

Pag. 488. *confeſſos hoſtes*] an *confertos*? ut Virgil. Lib. II. Aen. vs. 347.

Quos ubi confertos audere in proelia vidi.

& *agmine conferto* III. Georg. 369.

Pag. 491. *exſertum agmen*] ut *exſerti enſes* apud Stat. X. Theb. Ovid. III. Faſt. 814.

Enſibus exſertis bellica laeta Deo eſt.

Pag. 422. not. *luſtralem facem*] luſtralis ſacri deſcriptio eſt apud Grat. Cyneget. vs. 491. & Val. Flacc. Lib. III. 440. vide etiam Cognati notas in Lucianum p. 44.

ibid. not.] *purificus Jupiter* forte idem, qui *averruncator*, Graecis ἀποτρόπαιος. vide Phlegont. Mirabilia ed. Meurs. p. 37. ἀλεξίκακος p. 67. Huc ſuſpexit Virgil. Lib. III. Aen. 279. *Luſtrenturque Jovi.* ubi Servius videndus. *luſtrare* enim *purgare & purificare.* unde *luſtrificus cantus* Valer. Flacc. Lib. III. 447. ſic *ſacra purificare* pro *luſtrare.* Solin. cap. II. vid. ibi Salmas. p. 94. Plin. Lib. XVI. de Signo Cluacinae Veneris, quo loco legendum *myrtea verbena purificatus* pro *pacificatus.* Ovid. in Faſtis Lib. V. 677.

——— *lauro ſpargunur ab uda Omnia*

alibi *lauream virgam* vocat. idem forte *Prodigialis Jupiter* apud Plautum in Amphitryone. de loco vero Plinii vide Vinet. ad Auſonium.

Pag. 501. v. 491. *Exſere choros*] *indicere choros* dixit Virgil. Lib. XI. 737.

Aut ubi curva choros indixit tibia Bacchi.

Pag. 504. in notis. *proſpera fati*] Catalect. Pithoei p. 35.

Perlege cum in patriam tulerint te dextera fati.

ſic lego. non *tulerit.*

ibid. vs. 544. *Mulvius*] ſic lege, ut in MS. Salluſtii invenit Schottus, & in Auctore de Vir. Illuſt. ubi vide notas. male alii *Milvius.* Statius Lib. II. Silv. I. 175.

Agmina Flaminio qua limite Mulvius agger Tranſvehit.

a Scauro ſtructus hic pons. Ammian. Lib. XXVII. p. 36. & not. Lindenbr. p. 170. vid. Pighium in Valer. Max. Lib. VIII. Cap. I. & Lucret. Indic. Giſan. in voce *obſidere.*

Pag. 505. in not.] de obſequiis militaribus vide Caput integrum in Conſtantini Caeſaris Tacticis.

ibid. col. 2. not.] *Chryſolithos & Smaragdos* feminino genere quoque legendum apud Propert. Lib. II. Eleg. XVI.

Pag. 506. v. 569. *in aere latentes*] ſic *florentes aere catervae* Virgil. Lib. VII. Aen. 804. vid. Column. in Ennium p. 503.

ibid. vs. 577. *aerato dorſo*] i. e. *ferrato. aes* pro *ferro* ſumunt veteres. vid. Joh. Rhod. ad XVI. Compos. Scribon. Largi.

Pag. 507. not.] *Digerit fata*, nil muta. ad Aſtrologos alludit, qui themata natalitia digerebant. Virgil. II. Aen. vs. 182. e MSS.

——— *ita digerit omina Calchas.*

ſic & *Imperii thema* apud Conſtantinum. vid. Salmas. de annis Climactericis p. 88.

ibid. v. 597. *ales Victoria*] ſic *praepetem Victoriam* dixit Cn. Mattius apud Gellium Lib. VI. Cap. VI. & Auſon. Epigr. I. ubi vide Vineti notas.

Pag. 508. not. *Genius imperii*] locus inſignis eſt apud Ammian. p. 308. *Genius publicus* memorat p. 176. ubi vid. notas. Lindenbr. p. 91. 103. *templum Genii* pag. 256. vid. & p. 214. 289. Servius Fuldenſis ad Lib. II. Aen. Virgil. vs. 352.

alt

alt *Clypeum conſecratum in Capitolio fuiſſe, cui inſcriptum eſſet* GENIO URBIS ROMAE, SIVE MARI, SIVE FEMINAE. ſic enim legendum, non, ut vulgo, SIVE MAS SIVE FEMINA. Sic noſter Epiſt. I. vs 48. *Genius regni.* vid. Rutil. Lib. I. Itin. ibique Caſtal. & Zitzmanni notas p. 40. alioſque interpretes. vide & Bernart. ad Stat. Lib. I. Silv. Equo Domitiani. Sic *Genius templorum* Stat. Lib. III. Silv. Herc. Surrent. 28 vid. not. ad Silii Lib. XIII. vs. 124.

Urbis Genius ex Antiquitatum Libro Pyrrhi Ligorii.

ibid. not. *adoratae.* vid. Rigalt. ad Phaedr. p. 97. *adorans populum in ſcena.* vid. not. Ouzel. ad Minuc. p. 10. & Elmenhorſt. p. 7. vid. VV. LL.

Pag. 510. v. 520. *Mutatos motus*] de Pyrrhicha ſaltatione multa Callimach. & in eum Friſchlin. p. 7. Ammian. p. 68. 138. & not. Lindenbr. p. 49.

Pag. 513. v. 3. *Solitam conſurgere gemmis*] *ſuggeſtum comae* vocat Stat. Lib. I. Silv. II. vs. 114.

ibid. vs. 15. *Latiis Camoenis*] ſic Auſon. Epigr. I. ex vet. Cod.

Induiget Latiis tantum inter caſtra Camoenis.

vulgo *Clariis.* vid. ibi Vinet.

Pag. 514. vs. 18. *Claudia*] de Claudia vide Elmenhorſt. ad Minuc. ed. Leid. p. 275. forte tamen locus eſt corruptus.

ibid. not.] vid. verſus de Penelope, qui huc quadrant, in Culice Virgilii corruptiſſimos vs. 264.

Pag. 515. not. *levat aequore Solem India*] Ammian. Lib XXIII. p. 168.

Pag. 516. *formoſus Duria*] fluvius Hiſpaniae. alii *Turiam* vocant, ut Vibius Sequeſter. Avien. Ora maritima p. 246. ed. Pithoei. vid. Ortelium & Nonium in Hiſpania.

ibid. v. 78. *Ignea fluminea l. Ceramia Nymphae*] vide quae pro vulgata lectione adducuntur a Nonio in Hiſpania cap. 90.

Pag. 518. v. 120. *cervices niveas*] ſic *lactea cervix* Virgilio Lib. X. 137.

Pag. 520. not.] adde Sil. Ital. Lib. XVI. 566. *Iuvus tollere domas.*

ibid. *Smyrna*] Homerus Smyrnaeus. Lucian. p. 594. & 1080. Smyrna & Mantua patria Homeri & Virgilii. Auſon. Moſell. 375. *Chius vates* pro *Homero.* Theocrit. Idyll. XXIII. ſub finem. Simonides de vita humana p. 256. poſt Theocritum ed. Criſpini. *Chius Simonides* Theocrit. Lucian. p. 346.

Pag. 521. *Alcides premeret*] vide Sidon. p. 373.

Pag. 522. v. 190. *dilectus equorum*] ſic *dilectus exercitus* Bell. Get. vs. 463.

Pag. 530. not. *lectiſſimus ſanguis*] adde. Vopiſcus in Caro. *ita quidem ut Carinum ad Gallias tuendas cum viris lectiſſimis deſtinaret, ſecum vero Numerianum adoleſcentem cum lectiſſimum, tum diſertiſſimum virum duceret.*

Pag. 531. de *Carris Perficis* vid. Ammian. Lib. XVIII. p. 137. & XX. p. 187.

Pag. 532. in notis. *Diſpoſuit*] ſic *Diſpoſitio Belgicae ſecundae* Ammian. Lib. XVII. p. 98. 102.

ibid. vs. 89. *Saxona frenet*] Stat. Lib. IV. Silv. IV. ad Marcellum vs. 61.

Forſitan Auſonias ibis frenare cohortes.

Pag. 534. not. *obmutuit unda*] *muta unda.* ſic Lycophron *νῶμα κωφὸν* dixit. vid. Meurs. pag. 346.

ibid. *Paduſae*] vide Vibium Sequeſtr. de Paludibus.

Pag. 539. vs. 3. *prodere cantu*] i. e. proferre. vid. Prudent. p. 117. *promere* alii, ut Boeth. Conſol. Philos.

Placet arguto fidibus lactis
Promere cantu.

Pag. 541. not. *Eleuſis* & *Eleuſin* dici notat Priſcianus.

Pag. 543. v. 25. *penetralia rerum*] ſic Avien. in Ora maritima vs. 17. *rerum abdita* vocat.

Nec ſat ſit illud, ni ſciam te literas,
Hiantibusque faucibus rerum abdita
Hauſiſſe ſemper

ſic haec omnia ſcribenda. *abdita rerum.* quae mox *ſecreta rerum* vocat. dein paulo poſt lege,

Quin & parentis credidi officium fore.

ubi *patent* hiulco verſu vulgati.

ibid. not.] de Legibus a Cerere inventis vid. Salmas. in Solin. p. 752.

Pag. 545. not. *aullo de corpore*] ſic *augere cella* Stat. IV. Theb. vid. Gronov. ad Stat. p. 392.

ibid. *Umbrarumque potens*] *Umbrarum domini* Pluto & Proſerpina. Senec. Herc. Furent. 570.

Immites potuit flectere canibus
Umbrarum dominos.

& in Thyeſt. vs. 14. *Umbrarum arbiter.* ſic *Umbras adnumerat dominis Charon* apud Statium: & Aeaco Mercurius apud Lucian. p. 223. ſic *tempeſtatum potens* Virgil. Lib. I. Aen. vs. 84.

ibid. not. *vitam mortemque ſortiri*] ex Platonis ſen-

ſententia. vid. Vallin. not. in Boeth. p. 64.

Pag. 551. *Hennaeae*] alii *Aetnaeae*, male. contra *Aetna* pro *Henna* legendum apud Senec. Herc. Furent. 660. ex vet. Cod. Med. *Floriconam Aetnam* dixit Auſon. Epiſt. V. in hac fabula.

Pag. 555. *Vulcanius amnis*] vide de hoc fuſe agentem Gratium Cyneget. vs. 445. Macrob. Lib. X. Cap. XVII. ubi multa ex Pindaro & Scholiaſte ad hanc rem. vide & Barth. p. 1045.

Pag. 558. not.] *filex* feminino genere. Rutil. Lib. II. Itiner. ſub finem. Cataleƈt. Pithoei p. 82. Prudent. p. 89.

Pag. 564. not.] adde Horat. Lib. I. Sat. I.

——— *inve rſum contriſtat aquarius annum.*

Pag. 565. not. adde. ſic *ſpatia* pro *campis*. Priſcian. in Perieg. de Aſia,

Fit ſpatiis campos longis protendit in ortum.

& mox, de Media,

Quorum per longas ſpatium diffunditur oras.

ibid. *acior ſagitta*] ſic Gratius in Cyneget. vs. 204.

Ocior affectu mentis pinnaque cucurrit.

hoc eſt ipſum affectum mentis ſuae currendo praevenit. Alii dicerent, votum ac ſpem ſuam praevenit.

Pag. 568. vs. 10. *Pacifero*] Herculis Paciferi Inſcriptio Antii ex Antiquitatibus Pyrrhi Ligorii.

Nella ville Carciano fuor
de Tivoli circa un miglio.

ANTII

HERCULI SANCTISSIMO	SANCTISSIMO
PACIFERO SACRUM	HERCULI PACIF.
IULIA CASANTRA ET IVL	INVICTO
FUFFICIUS V. S. L. M.	SACRUM.
DEDIC. XIIII. KAL.	P.IVNIVS P. F. CERI
IVL. IMP. VESPASIANO AVG. VI.	NUS PRAEF. EQ
TITO FLAVIO CAESARE IIII COS.	SING. V. S. L. M.

Pag. 574. not.] *obtentu veſtis* apud Senec. Herc. Furent. 355.

Namque iſta triſti veſtis obtentu caput
Velata, juxta praeſidas aſtat deas.

ibid. *dabat diſcrimina ſexus*] *facit* vett. Codd. vide Lucil. apud Nonium *in diſcrimen anceps.*

Pag. 575. *nec membris nec honore minor*] Stat. VI. Theb. 833.

——— *levat ardua contra*
Membra Cleonaeae ſtirpis juſtator Agylleus,
Herculea nec mole minor.

ſic alibi noſter, *Et clipeis & mole pares.*

ibid. not. *Aureae noctisque Duces*] *vices* Codd. ſic Drepanius Florus Hymno in Deum,

Te lucis noctisque vices, te quatuor anni
Tempora conſtituunt,

Senec. Hippol. 965. ex MSS.

Cur tibi tanta iſt cura perennes
Agis are vicesetheris alti

ibidem *chorus aſtrorum.*

ibid. *Socia corona*] ſic *ſocium vulnus* Bell. Get. 388. ex marg. Iſingrini. *ſociae acies* VI Conſ. Hon. 401. *ſocias aquas* Gigantom. 70. *ſocias manus* VI Conſ. Hon. 464. Stat. II Theb.

Impediunt numero [rectius Barberin. Cod. *Impeditant.*]

ſeque ipſa viciſſim
Arma premunt, nec vis conatibus ulla, ſed ipſae
In ſocias errare manus, & corpora turba
Involvi prolapſa ſua.

ſic ſcribo, non *Involvit.*

Pag. 576. not. *Criniſe*] *Crimeſſus* vocatur hic Siciliae fluvius apud Aemilium Probum vita Temoleontis.

ibid. *ſaxa rotantem*] *ſaxa rotantia* pro *rotata* Virg. X. Aen. vs. 362.

ibid. *Camerina*] *unda Camerina* Priſcian. p. 378.

Pag. 577. not. *Henna*] vid. Weitz. ad Petron. p. 289. *Enna* apud Valer. Max. Lib. IX. Cap XII. ex. ext. I.

Pag. 579. *in herbas Turget*] ſic *turgentes herbae* Conſ. Olybr. 116. & in Cataleƈt. Pithoei p. 172. *Laeta vireta tument.*

ibid. not. *roſas*] *roſa ſanguine nata* Bion. Idyll. I. vs. 66.

Pag. 580. *Fluƈtuat*] ſic *frondiſtui luci* vet. Cod. apud Naevium. non *frondiferi.* vid. Voſſ. not. in Fragm. vett. Trag. p. 66. hinc *fluƈtuatim incedere* Herald. in Arnob. p. 105.

Pag. 585. not. *Liparee*] ſi recte, *Lipares*, non poteſt & *Liparis* legi. Apulej. p. 64. ed. Elmenhorſt.

Pag. 586. *Non leve ſollicitae mentis d. acumen*] vid. not. Vallin. in Boeth. p. 74.

Pag. 587. not. *taeterrime*] Terent. Andr. Act. V. Sc. I. Vopiſcus in Probo p. 243. *ita domum judicum Jovi Optimo Maximo conſecratum per deterrimum Principem.* leg. *taeterrimum*, vide corruptum locum ἐν τοῖς μάλιστα apud Salmas. ad Hiſt. Aug. p. 164. ſic & apud Cicer. cap. IX. in Verrem de juriſdiƈt. Siciliae ex MS. Palat. ſcribendum, vulgo *deterrimus.* & ſic idem MS. cap. XVI. & Oratione Frumentaria in Verrem cap. XXXIV. & XXXV. reſtituit id Gruterus.

Pag. 590. *queſtus ad nubila rumpit*] ſic Seneca *ciere queſtus* dixit Phoeniſſ. 387.

Pag. 591. v. 268. *buxus circumſonat cantu*] leg. *circumtonat.* ſic Virgil. VIII. Aen. 474. e MSS.

Hinc Rutulus premit & murum circumſonat armis.

Pag. 593. *ſalis aequora*] *ſalis* voce pro *mari* fre-

quentiſſime utitur Avienus in Ora maritima.

Pag. 595. *aulaea tenent*] ſic *Attalica aulaea*. vid. Nonium in *aulaea*.

Pag. 597. De Amſancto vid. Vib. Sequeſt. de lacubus.

Pag. 609. *grandeſceret*] ſic *grandire ſegetes*. vid. Nonium in voce *grandire*.

Pag. 610. vs. 37. *horrere ſitu*] ſic *haſtis horret ager*. vid. Column. in Ennium p. 79. Gigantom. 16 & 45.

Pag. 611. not. *procul aegide*] de Palladis & Jovis aegide vide Friſchlin. in Callimach. p. 58. Val. Flacc. Lib. IV. de Jove,

——— *fulmina quamquam*
Aegidaque ille gerat.

Aegis unde dicta vid. Serv. ad Virgil. Aen. VIII. 354.

——— *cum ſaepe nigrantem*
Aegida concuteret dextra nimbosque cieret.

ibid. v. 65. *fluant hoc cardine fata*] ita lege. Val. Flacc. Lib. V. 19.

——— *ulla laboris*
Si noſtri te cura movet, qui cardine ſumme
Vertitur.

Virgil. Lib. I. 676.

——— *haud tanto ceſſabit cardine rerum.*

Pag. 612. not.] ſic *funus ingeſtum patri* Seneca Medea 131.

Pag. 616. not. *Ne fragilem*] de leſtis Plinius. Ovid. Metam. XI. vs. 612. Ammian. Lib. XVI. p. 67. ed. Lindenbr. & XXII. p. 224. & ibi Lindenbr. not. vide & Petronium.

Pag. 619. *Alcyoneus* Gigas ab Hercule ad Trojam occiſus. Pindar. od. Iſthm. V.

Pag. 626. v. 282. *templis Scythicae*] Acinaces enſis Deus Scytharum. Lucian. p. 243.

Pag. 629. not. *flavum Acin*] ſic *flavo gutture Thybris* Sidon. p. 209. Propert.

Appoſitum flavis in Simoënta vadis.

vide omnino hic Pacuvium apud Gellium Lib. II. cap. XXVI. ſic *flavum caput Aretuſae* Virgil. IV. Georg. 352. e MSS.

Pag. 634. *Undantem flammarum blatum*] *undare flammis*, vide not. Lindenbr. ad Ammian. p. 85.

Pag. 635. *Aetna novis*] de Aetna & Veſuvio vid. Ouzel. in Minuc. Felic. p. 205.

ibid. not.] Luna *tauris* vecta. Nonnus p. 15. 20. 29. 59. 65. Lunae *juvencae* dat Auſon. Epiſt. VI. & XIX. vs. 3. vid. Cael. Rhodigin. Lib. XX. Cap. V.

Pag. 640. not. *vivo ſub pectore*] l. *nimio*. Martial. Amphith. de Prometheo,

Aſſiduam nimio pectore paſcit avem.

ſic Cod. Thuan. qui ſequenti verſu bene ſcribit

——— *viſcera praebuit Urſo.*

vid. Accium in Prometh. p. 142 Fragm. Trag. Scriverii. ſic *foeta viſcera* de Prometheo Seneca Med. 822.

ibid. vs. 24. *Et per canitiem*] lego

Canitiem aeternam glaciei aſperrima durat.

vide ad Val. Flacc. II. 624.

ibid. vs. 28. *Solvite Titanas vinclis*] vid. Lucian. p. 681. & Statium p. 299.

Pag. 644. *letifero viſu*] Gell. Lib. IX. Cap. IV. *Creditumque hominem in Illyriis eſſe, qui interimant videndo.*

Pag. 649. not. *Achillea haſta*] de haſta Achillis, qua ſanatus Telephus, vid. not. ad Ovid. Tom. I. p. 77.

Pag. 658. v. 3. *noſtro cognite Nilo*] ſimiliter Gratius vs. 40.

At contra noſtris imbellis lina Faliſcis.

Pag. 659. De Phoenice vide Salmas. ad Solin. p. 545. ubi de anno magno quoque agit.

Pag. 660. vs. 7. *radiant jubar*] *radiare pectus lapillis* Propertio.

Pag. 662. not. *telis coeleſtibus*] *i. e. Solis*. ſic *tela diei* Auſon. Moſell. vs. 260. Lucret. *lucida tela diei*.

Pag. 663. not. *recidivus*] ſic *mala recidiva* Auſonius. vid. Vinet. N°. 407. *praelia recidiva* Prudentius p. 39. ex vet. Cod. Put. *recidiva ſubſtitutio* Arnob. p. 104. ſub finem. vid. Elmenhorſt. p. 111. Herald. p. 132. *inundant ſanguine foſſae* dixit Virgil. Lib. X. Aen. 24.

Pag. 665. not. *Thebaeo monte*] hunc *Thebais provincia* Ammian. Lib. XVII. p. 98.

Ibid. not. *ſpirant fumos*] ſic *ſpirantes frigora Cauri* Virgilio Lib. III. Georg. 356.

Pag. 666. vs. 12. *deorſum cute fixa tenaci Ardua ſubſternit*] forte *Area* legendum.

ibid. *in ſolidae ſpeciem pinnae*] f. *ſpinae*, vel *ſolidi dumi*. vid. Salmas. in Solin. p. 390. MSS. *pugnae* habent.

Pag. 668. vs. 34. *nota cutis*] ſic alibi, *nota cute decutis haſtas*. ſic de Crocodilo Solin. Cap. XXXII.

Pag. 669. *proprias hiemes*] i. e. *ſuas*. ſic ſaepe Rutilius, ut Lib. I. vs. 327. 376.

Pag. 671. *crinem vallata ſagittis*] ſic *vallata caput ſerpentibus Tiſiphone* apud Senecam.

Pag. 674. vs. 17. *ferrique rigore veſcitur*] Lapis Heraclius *ferrum ad ſe trahit* Lucian. p. 587.

Pag. 676. *Aponi* meminit Auſon. Carm. XIII. de claris civitat. & Lucanus Lib. VII. 193.

Pag. 677. not. *pervolat ora*] *inclytum & per omnium vulgatum ora* Solin. Cap. II. Virgilius,

——— *vivuſque per ora feretur.*

ibid. *patulis erectior*] adde notis. idem Feſt. Avienus,

Tellus Trinacriae patulo diffunditur agro.

patuli agri Silio Lib. XV. 549. XIII. 158.

Pag. 681. v. 67. *Paeoniae undae*] vid. Salmas. ad Solin. p. 103.

Pag. 683. *Pii fratres*] Similis hiſtoria de Damone & Pythia apud Hygin. Fab. 254.

ibid. vs. 3. *ceſſit reverentia flammae*] ſic *parcentes flammae* Solino Cap. II. de Hirpis, *impune inſultant ardentibus lignorum ſtruibus, in honorem rei divinae flammis parcentibus.* ſic pro *parentibus* bene reſtituit ex optimo Codice Salmas. p. 86.

Pag. 685. not. *pater aether.* ſic *aether maritus* apud Auctorem Pervigilii Veneris.

Ut pater roris creares vernis annum nubibus,
In ſinum maritus imber fluxit almae conjugis.

vid. Weitz. in Petron. pag. 299. 300.

Pag. 691. *Sirius ardens*] male ita olim repoſui pro *ardor.* Virgil. X. Aeneid. 273. *Sirius ardor. ardens* tamen *Sirius* Priſciano Epitome Phaenomen. *Siries ortus* Solin. p. 59. vide Salmas. p. 429.

Pag. 695. vs. 3. *Dumque auro phaleras*] ſic Statius Lib. VIII. Thebaid. 566.

——— *auro phaleras euroque ſagittas,*
Cingulaque & manicas (ne conjuge vilior iret)
Proſſerat.

Pag. 697. vs. 3. *verso juba luſit*] ſic Virgil. XI. Aen. 497.

—— *luduntque jubas per colla, per arma.*

Ibid. *Perſarum gentilis honos*] Stat. IV. Theb. 154.

——— *flavens capiti tergoque leonum*
Exuviae gentilis honos.

Lib. VIII. vs. 427. *Oebalii magnum & gentile tumentes.* & mox de Tydeo

——— *tergoque faſciſ*
Aequa humeris gentilis aper.

ſic *gentiles furiae* IV. Theb.

Lemni gentilibus unam
Immunem furiis.

& *monſtra gentilia* XI Thebaid. 420. Seneca Hippolyt. vs. 380.

Oculi nihil gentile nec patrium micant.

propter avum Solem.

Pag. 703. *inter dura viae*] ſic *auguſta viarum* Virgilio Lib. II. Aen. 333. & alibi *opaca locorum.*

ibid. *Portus Zmyrnenſis*] ſic lege. Scriptum primo fuit *Zmirnenſis*, hinc vulgatum *Zarinenſis* effectum. vid. Coler. in Valer. Max. p. 586.

Pag. 704. *colla comantia*] ſic *Samii comati.* Zenobio p. 95.

Pag. 705. *Birrbus* ſeu *Berus.* Salmas. ad Tertull. Pall. *unctis Tirianthina* Martiali Lib. I. Epigr. LIV. ſic Eucheria Epigrammate in Catalect. Pithoei p. 186.

Nobilis horribili ſungatur purpura Birrho.

Pag. 714. *ultro vadis*] f. *ultra.* ſic *ulterius vadere.* Propert. Lib. I. El. 6. vs. 4.

Ulteriusque domos vadere Memnonias.

ubi vide Paſſeratium.

Pag. 715. *ſilvam jam facilem* Horat. Lib. I. Epiſt. II. vs. 45.

——— *& incultas pacantur vomere ſilvas.*

Has notas, ab Heinſio variis in Schedis temere & nullo ordine ſcriptas, neque proprio, in quem rejiciendae eſſent, neque Auctorum locis adjectis, ne quid tamen Heinſiani nominis periret, colligere & in propriam ſedem reducere e re viſum fuit. In his ſi forte quaedam, numero pauca, quae induſtiam noſtram effugerunt, alibi occupata deprehendantur, facile ignoſces, lector benevole. Tu interim laetus his fruere & Vale.

VARIAN-

Digitized by Google

VARIANTES LECTIONES

EX CODICE VETUSTISSIMO SENENSI

AD

CLAUDIANI

RAPTUM PROSERPINAE.

ad editionem Parrhasii. Basil. 1539.

PRAEF. LIB. I.

v. 11. *Jam vagus irrupit pelago, coelumque secutus,*
Aegaeas hyemes Joniumque domat.)
Jam vagus irrupit coelum, pelagoque secutus
Aegaeas hyemes, Joniasque domat.

LIB. I.

v. 2. *Sidera Taenario) Trinacrio.*
8. *dispergere lumina lucem) vocem.*
10. *Auditur fremitus, templumque remugit.)*
Auditur strepitus terris, templumque remugit Cecropidum.
12. *Angues Triptolemi) Tritolemi.*
15. *Hecate viriata) variata.*
16. *lenisque simul) laetusque.*
17. *quem Parthica tigris Velat) velat Tigris.*
18. *colligit ungues) angues.*
19. *Ebria Maeoniis figit) Maeoniis firmat.*
20. *famulatur) famulantur.*
24. *perlustrat anhelit) praelustrat.*
26. *ditem) Ditim.*
31. *Dodonia) Dodona.*
36. *& dulce) nec.*
38. *In turmas aciemque ruunt) acieque.*
40. *Tisiphone) Thesiphone.*
41. *ad castra movet) vocat.*
54 *Prima fero Lachesis) ferox.*
60. *hoc te donante creatur) te mediante.*
61. *aevi. Rursus) aevi Rursus.*
64. *neu praelia) nec.*
66. *incestis aperit) illicitas aperis.*
73. *abenos) aeneos.*
75. *in claustra) in castra.*
v. 76. *Tum Maja) Tunc.*
79. *Ipse rudi solio fultus) fultus solio.*
87. *Coccytus, tacitis Acheron) Cociton tacitisque Acheron.*
90. *qui fas per limen utrumque) lumen utrinque.*
94. *si nobis noxia vires) nescia.*
98. *vanas tonitru) varias.*
106. *quid enim narrem Latonia furta) latitantia furta.*
107. *magnamque Themin, ubi tanta) Thetim tibi.*
108. *Copia, te felix natorum turba coronat)*
Copia, natorum te felix turba coronat.
112. *stagna intemerata paludis) palude.*
116. *miscebitur axis Averno) aer.*
127. *vitulam non blandius ambit) vitulum.*
128. *quae nondum) qui.*
129. *curvavi germina frontis) cornua.*
132. *mixtaque tremit) premit.*
135. *Rhodopen) Rhodopem.*
136. *Clariosque lares) clarosque.*
138. *raptusque timens) tenens.*
140. *Infidis natam laribus commisit alendam)*
Infidis laribus natam c. a.
145. *interluit) interfluit.*
147. *Nunc illam sociae raptam) sociam rupta.*
148. *Opponit natura mari) Obtinuit ua maris, caput.*
149. *Respicit Jonias protentis) Respuit J. protentis.*
150. *Hinc latras) Hic.*
155. *Enceladi bustum) Encheladi.*
156. *pectore sulphur) corpore sulfur.*
158. *In dextrum laevumque latus) In leuumque dextrumque latus.*

Digitized by Google

v. 162. *teritur nullo*) *nullo teritur.*
171. *tormenta rotent*) *rotant.*
172. *fonte ruat*) *ruit.*
174. *per ſaxa furit rimoſa*) *ruit.*
176. *Putrida*) *Putria.*
182. *ſinuoſa draconum*) *ſpumoſa.*
183. *volucrique per avia nubila tractu*) *volucri qui pervia n. t.*
185. *maculoſa virentes*) *nitentes.*
190. *ſurgentes ſcindunt*) *condunt.*
192. *Tolaque decreſcit*) *Tactaque.*
193. *violavit oborto*) *ab orto.*
195. *praetulimus*) *pertulimus.*
199. *vomeris ictu*) *uſu.*
202. *ſerpentibus attigit Idam*) *tetiglt ſerpentibus Idam.*
203. *Hic aedes anguſta*) *ſedes auguſta.*
203. *ululatibus Idae*) *Idae.*
210. *mugitum*) *rugitum.*
212. *blandique leones*) *blandaſque leones.*
214. *pronas intendit ad oſcula turres*) *pronos int. ad o. currus.*
216. *& Veneri mentis penetralia monſtrat*) *ac Veneri ventris penetralia nudat.*
217. *Curarum ſecreta tibi Cytheraea fatebor*) *Cur. Cythera tibi ſecreta fatebor*
220. *matre remota*) *remotum.*
227. *Pectus inacceſſum*) *inaccenſum.*
230. *Accelerat praecepta*) *mandata.*
237. *Nuntiat aut ratibus ventos, aut nubibus ignes*) *N. & ratibus ventos, aut turbibus ignes.*
237. *Cereris qua tecta nitebant*) *quo tecta latebant.*
239. *Cyclopum firmata manu*) *fabricata.*
241. *numquam tanto ſudore*) *nullum tanto.*
242. *nec talibus*) *non.*
245. *trabibus ſolidatur abenis*) *atriis.*
247. *mulcens tenero*) *tenero mulcens.*
260. *ſubtegmine rubro*) *nigro.*
262. *ſtiebant flamina ſole*) *fervebant.*
263. *Vitales utrinque duas*) *vitalis utrunque duas.*
264. *cum fine ſupremo*) *in fine.*
266. *frigore telas*) *terras.*
270. *ſummo jam margine*) *ſumma de margine.*
272. *Senſit adeſſe Deas*) *Cernit.*
276. *Lydia Sidonio*) *Lybia.*
ibid. *tinxerit oſtro*) *texerat.*
279. *Pluton Siculas molitur ad arces*) *Plute S. m. in arces.*
284. *ſoperatis*) *ſoporiferis.*
v. 285. *Orphnaeus crudele micans, AEthonque ſagitta*) *Orneus crude micans AEthonuſque ſagitta.*
286. *Stygii crudelis gloria Nyctreus*) *ſubſtimis gloria Motheus.*
287. *Alaſtor*) *Alaſter.*
289. *ſpectantes gaudia praedae*) *ſperantes.*

PRAEF. LIB. II.

v. 4. *Lugebant dulces flumina maeſta modos*) *Quaerebant dulces flamina m. m.*
8. *ſequuta lyram*) *chelim.*
9. *miſſus ab Argis*) *miſſus in oris.*
21. *populus Aemo*) *Haemo.*
23. *deſpexerit artes*) *arces.*
24. *apta venit*) *acta.*
31. *Qui timidae matri p. oſtenderit angues*) *Quo t. m. p. oſtenderet angues.*
37. *Solus Amazonio cinctus Stymphalidas arcu*) *Amazonios arcus.*
41. *Antaeo*) *Antheo.*
42. *Non cervam*) *Nec.*
43. *Caci flamma*) *Cachi.*
45. *Firmior Herculea*) *Portior.*
49. *Antraque Muſarum*) *Atraque.*
50. *ducit ab ore ſonos*) *orbe.*

LIB. II.

v. 4. *fidaique oblita parentis*) *fideque.*
6. *ter cardine verſo*) *tunc.*
7. *ter conſcia fati*) *tunc.*
9. *nulloque movetur*) *tenetur.*
12. *metitur corde*) *meditatur.*
15. *Illi multiplices crinis variatur in orbes*) *multiplices variatur crinis in orbes.*
19. *Pandioniae*) *Pandioneas.*
22. *Caelatum Typhona*) *Pbitona.*
24. *per nubila gyro*) *ferro.*
26. *Gorgonis obtectu*) *objectu.*
33. *Cortynia*) *coccinea.*
41. *nunquam felicior arti*) *non quae felicior artis.*
42. *nulli ſic conſona telae*) *nullae.*
45. *& lunam pariter*) *& pariter lunam.*
46. *Auroras noctiſque duces*) *A. noctiſque vices.* ibid. *Tethys*) *Thetis.*
49. *Titana lacerto*) *Tritona.*
51. *Criſtatum radiis*) *mediis.*
53. *libamina potas*) *portat.*
54. *ſignantur tempora*) *finguntur.*
55. *comitantur euntes*) *euntem.*

Digitized by Google

v. 57. *Quae fontes Crimniſe tuos*) *Cachine.*
58 *Pantagiam*) *Panthacrinam.*
59. *Camarina*) *Camerina.*
66. *Thermodoontiaca*) *Thermodunciaca.*
69. *laetatur in antro*) *auro.*
81. *Panchaia*) *Panchaica.*
85. *& flamine largo*) *flamina.*
86. *ut merear*) *& merear.*
91. *convexa ſereno*) *ſevero.*
92. *vaccinia*) *vacinia.*
94. *variantur cingula donis*) *gemmis.*
96. *Ditibus Aſſyrii*) *Ducibus Aſſyriis.*
ibid. *fucantur abeni*) *fuſcatur abenis.*
99. *quum tramite*) *cum.*
102. *Parvo planicies, & mollis edita clivis*) *Planicies parvo, & mollibus e. c.*
103. *niveo de pumice*) *vivo.*
105. *torrentes*) *torpentes.*
109. *Ilex plena favis*) *Illex.*
110. *criſpata cacumina*) *cacumina.*
113. *frondoſo margine cinctus*) *citus.*
115. *Cernentis oculos*) *Cernenteis.*
116. *Ducit inoſſenſos*) *inoſſenſo.*
123. *Carpit ſigna ſui, varios tum caetera ſaltus*) *Carpat ſ. ſ. varios tunc caetera ſaltu.*
124. *examina*) *ex agmine.*
126. *cavo demiſſus ab alvo*) *cava.*
127. *obſtrepit herbis*) *obſtrepet.*
130. *Haec graditur ſtellata roſis*) *vallata.*
134. *te diſci perculit error*) *diſci te perculit horror.*
135. *te fronte retuſa*) *fonte.* & pro var. lect. *fonte Aretuſa.*
136. *Cephiſus*) *Zephyrus* vel *Zephiſus.*
144. *Nec quae Parthenium canibus ſcrutatur odoris*) *Haec quae Par. manibus ſ. odore.*
146. *tandem voluit*) *voluit tandem.*
151. *perterrita gaudet*) *praeterrita.*
154. *Enceladum*) *Enchelaadum.* ibid. *ſcindunt*) *findunt.*
157. *implicat axem*) *impedit.*
160. *fundamina campi*) *foramina.*
161. *Tranſilit incluſos arcano limite muros*) *Tranſiluit inc. arc. milite.*
164. *Saturni tenebroſa vagis rimatur habenis*) *S. latebroſa jugis ſcrutatur habenis.*
171. *Cyclops*) *Clipos.*
180. *fractoque meatu*) *factoque.*
183. *immenſo late diſceſſit hiatu*) *immenſe late diſſolvit.*
v. 184. *Apparet ſubitus coelo timor*) *A. coelo ſubitus tremor.*
185. *vetito ſe proluit Arctos*) *polluit Aribos.*
186. *Bootem*) *Boetam.*
192. *pugnant temone reverti*) *tentant.*
195. *totaque ruunt pernicius haſta*) *tortaque.*
196. *Quantum*) *Tantum.*
197. *Nec leve*) *Non.*
199. *Laetifer*) *Lathifer.*
202. *& intento feſtinat Delia cornu*) *intenſo ſ. D. curru. ſ. Delia telo.*
204. *crimenque*) *crinemque.*
206. *Quum leo poſſedit, nudataque pectora fodit*) *Cum leo p. n. viſcera.*
207. *exegit in armos*) *exarſit.*
208. *Stat craſſa*) *graſſa.*
212. *Eumenides movere? tua*) *movers tuas. cur.*
213. *mundum inceſtare*) *coelum infeſtare.*
215. *Lethes Flumina*) *Numina.*
219. *avidos umbone minaci Cornipedes tranſire ferit*) *tranſire minaci Cornipedes umbone ferit.*
221. *Objice*) *Obice.*
222. *Praetentaſque aperit criſtas*) *Praetentaque aperit criſta.*
224. *ni Jupiter*) *niſi.*
225. *rubri torſiſſet fulminis alas*) *rubei traxiſſet fluminis alas.*
226. *Confeſſus generum*) *ſocerum.*
228. *Invitae ceſſere deae*) *Invictae ceſſere deo.*
235. *Aequaleſque choros*) *Aequalemque thorum.*
236. *ſidera luctu*) *vultu.*
239. *ſaevique fremant*) *fremunt. praebant.*
242. *delubra tacebunt*) *ſilebunt.*
246. *ad nubila*) *per nubila.*
249. *nullumne paternae*) *nullumve.*
251. *Phlaegra tumultus*) *tumultum.*
256. *quaſcumque*) *quaſcunque.*
261. *mater io*) *yo.*
263 *Seu tu ſanguineis ul. Dindyma*) *S. te ſ. u. Didima.*
264. *Curetum*) *Curretum.*
270. *ſolatur voce dolorem*) *pudorem.*
275. *tendit per inane*) *pro.*
279. *precioſior aetas*) *perfectior.*
280. *progenies habitat*) *habitant.*
281. *meruere ſemel*) *tenuere.*
284. *praedives opacis*) *prodives* vel *odiuis.*
285. *Fulgentes viridi*) *Fulgentes gravido.*
289. *maris aequora verrunt*) *aequora lati.*
296. *tu damnatura*) *tu & damnatura.*
299. *cum gurgite*) *ſub gurgite.*

Digitized by Google

v. 300. *Sit fatum*) *factum*. ibid. *Haec fatus*) *Hoc*.
303. *Decutit arboribus frondes aut nubibus*) *Arboribus frondes deicit. cum nubibus.*
304. *aut frangit fluctus aut torquet harenas*) *torquet fluctus, aut frangit harenas.*
305. *flipantur Tartara curſu*) *f. ſecula c.*
311 *lecta de plebe miniſtri*) *lecti.*
316. *caſto*) *caſtae.*
318. *religant*) *religunt.*
329. *Non rota ſuſpenſum praeceps Ixiona torquet*) *Nec r. ſ. p. I. verſat.*
330. *Non aqua Tantalicis ſubducitur*) *aquae T. ſubduntur.*
334. *Sulcator opaci*) *Olympi.*
335. *Invitus trahitur laſſo*) *Invictus tr. laxo.*
337. *formidatique furoris*) *formidandique doloris.*
340. *ſocios*) *ſocias.*
341. *Ac feſtas alio ſuccendunt lumine taedas*) *At feſtas aliae ſuccedunt agmine fidas.*
342. *pacatum limen*) *placatum numen.*
344. *Amſanctus, tacuit*) *Aucatus. tacuit.*
347. *perbibent ſtagnaſſe*) *probibent nudaſſe.*
349. *Obſtrepitent*) *Obſtrepitant.*
352. *laeti*) *letbi.*
358. *Omina perpetuo*) *Omnia.*
360. *Talia pervigili ducunt exordia*) *pervigili ſumunt.*
362. *unanimis conſortia ducite ſomni*) *unanimes.*

L I B. I I I.

v. 8. *Conſidere juſſi*) *conſedere.*
11. *lucida Phorci*) *forti.*
13. *Protea*) *Prothea.*
14. *conſeſſa ſedendi*) *ſecundi. ſecunda.*
16. *patribus budas*) *undas.*
18. *Tum gravis*) *Tunc.*
22. *torpore paterno*) *tyranno.*
27. *Haud equidem invideo*) *invidia.*
37. *Cur campos*) *Qui.*
51. *donec natas*) *natae donec.*
54. *ſubeant Actaea dracones*) *aëta. aerata.*
55. *prodere divum*) *durum.*
69. *noctesque timorem*) *noctemque.*
70. *perit*) *parit.*
71. *adverſis*) *immenſis.*
82. *receſſu*) *feceſſu.*
84. *emendaverat arvis*) *mandaverat.*
85. *convallibus Atnae*) *ſub vallibus Aetnae.*
87. *infecerat ignes*) *inferat.*
v. 88. *pallet rubor, ille ſuperbi Flammeus orti bonos*) *pallet pudor ille ſuperbus Flaveus o. b.*
91. *agnoſcere vultu*) *viſu.*
93. *informis macies*) *facies.*
97. *dira parens*) *dura.*
101. *biatu*) *biatum.*
102. *pepuliſti pectore*) *e pectore.*
103. *Phrygiasque etiamnum interſtrepis urbes*) *Phrygias nunc nunc interſtr. u.*
117. *extracta caminis*) *extincta.*
123. *Enceladi*) *Encheladi.*
124. *infauſta figuris*) *infeſta.*
125. *ſaepe monent*) *movent.*
126. *quoties flaventia*) *quatiens.*
127. *Sponte cadunt, quoties*) *cadent quotiens.*
129. *Injuſſaeque*) *Inviſaeque.*
130. *inflare velim*) *velint.*
131. *planctum*) *planctus.*
132. *Ab vereor*) *Haec vereor.* leg. *Auguror haec.* ibid. *omina veri*) *omnia.*
133. *Ne longae*) *Heu longae. ſubicit Cybele: non tauta*) *belle a tuta.*
136. *turbata revertere*) *tardata.*
139. *verbere poenas*) *pennas.*
140. *quum nondum aſcenderit Idam*) *& nondum aſcenderat Aetbnam.*
145. *Ne furtum pateant homini, neu praeda colubris*) *Ne f. pateat: homine ne furta colubris.*
148. *tacitae*) *tantae.*
150. *Conſcidit*) *Concidit.*
153. *recluſis*) *recluſas.*
159. *tamen oſcula telae*) *tum oſcula Phoebe.*
160. *mutas in fila querelas*) *multas infida.*
163. *preſſat*) *preſſit.*
166. *inopina leonem*) *leonum.*
167. *Aut populatrices*) *At.*
168. *Serus at ille redit*) *& iſte rediit.*
170. *latentem*) *jacentem.*
175. *optare paternis*) *parentit.*
176. *proxima*) *maxima.*
177. *Tum laceras*) *Tunc.*
181. *cui praeda ferox*) *feroz.*
184. *Inarimen*) *Inarinem.*
185. *Alcyoneus*) *Alcyones.*
186. *Aetna Protulit Enceladum*) *Aetbna P. Encheladum.*
187. *noſtros an forte*) *eos*
188. *Briareïa*) *Briarea.*
189. *quo mille miniſtrae*) *nullae.*
190. *Sirenes abegit*) *Sirenes.*

Digitized by Google

v. 192. *moerorque timori Ceſſit*) *moerorque, pudorque C.*
195. *expromere fumis*) *exponere.*
198. *quod rere*) *quam.*
201. *Phlaegra nobis infenſior Aether*) *nobis Flegraque inf. aeth.*
206. *caſtique per atria ludi*) *cautique.*
208. *Praeſcierit*) *Reſcierit.*
209. *Phoeben comites*) *ſocias.*
215. *meſſare largo*) *longo.*
220. *Ennaeaque rura*) *Aethneaque.*
223. *ſervet*) *ſervat*
224. *gramine*) *germine.*
225. *Verna nec*) *Vena. Urna.*
ibid. *Bootes*) *Boetes.*
234. *aſtitit orbe*) *extitit axe.*
235. *nox alta rapit*) *atra capit.*
236. *ſtrepitu curſuque rotarum*) *curru ſtrepituque rotarum.*
237. *Noſſe nec aurigam licuit*) *Noſcere aurigam.*
238. *lutor permanſit in herbis*) *liver permanat in herbas.*
243. *lux redditur orbi*) *proditur.*
244. *Perſephone nulla eſt*) *nuſquam eſt.*
248. *caſus ſcitamur heriles*) *ſociamur.*
250. *lapſa veneno*) *laſſa. laxa.*
251. *ſubrepſit crimibus humor*) *ſurrexit.*
253. *lambit veſtigia*) *ambit.*
254. *rapidis Acheloides alis*) *undis.*
256. *jam non impune*) *jam tunc. nunc.*
262. *vultu ad coelicolas*) *Sic ad e.*
263. *Arduus Hyrcano*) *arcana.*
264. *Achemenio*) *Achomenio.*
265. *Advexit tremebundus*) *Advexit tremebondus.*
ibid. *fremit illa*) *iſta.*
274. *noti Cytherea pudoris*) *notbi.*
275. *Lemnia vincula*) *leuia. lenia.*
280. *Virginitatis bonos? tantum mutata voluntas?*)praemittitur hic verſus, *Omnis bonos recti nobis, ſi fama recedet Virginitatis bonos &c.*
282. *O templis Scythiae*) *Sithee.*
287. *gravis alloquio*) *eloquio.*
288. *Importuna choros*) *thoros.*
291. *Nulla poteſt placere diu*) *placare.*
292. *aſt illae*) *illam.*
299. *habuiſſe dolores*) *fureres.*
301. *Fortunam*) *Fortunae.*
302. *aſpectum, precor, indulgete parenti*) *aſpectu p. indulgente.*
305. *praevenit munere*) *pervenit.*
v. 307. *noſti, quid ſit Lucina, timorque*) *noti modo quid Lucina quid horror.*
311. *largis tunc*) *nunc.*
319. *Iberae*) *Hiberae.*
320. *Tethyos*) *Thetios.*
323. *penetrare Noti*) *Notbi.*
325. *Hydaſpes*) *Idaſpes.*
326. *per rura*) *caſtra.*
328. *Inſultate mihi, coelo regnate*) *Inſultare m. c. regnante.*
332. *prope flumen Acim*) *Achim. Athim. Athym.*
333. *Secat Gallica*) *natat.*
334. *innexis*) *innexus.*
335. *Qua libet uſque tegens*) *Qua licet uſque tegens: Illic &c.*
339. *Hic patuli victus*) *ritus.*
346. *Curv. vix fronte levat liventibus*) *fronde lev. luentibus.*
347. *Exultat Zancli ſpoliis*) *Cacbi ſpoliis.*
ibid. *Mimantis*) *minantis.*
348. *Ophion*) *Ophias.*
349. *Altior & cunctis*) *at.*
350. *Enceladi*) *Encbeladi.*
352. *ni lapſum*) *laxum.*
361. *Exploratque abiens truncos, vectique tenorem*) *Expl. abietis (abjectis) tr. retique.*
362. *brachia nixu*) *niſu. viſu.*
368. *quae lenta*) *lata.*
370. *cupreſſus*) *cupreſſi.*
371. *quales non rupibus*) *in rupibus.*
372. *quales non divite*) *in divite.*
374. *Germanas*) *Germanos.*
375. *& ſocio deſpectant*) *ſocii proſpectant.*
377. *Cincta ſinus*) *Cuncta.*
378. *obnexia*) *obnixa.*
380. *Et pariter poſuere comam, campoque*) *Et poſuere comam pariter, campoque.*
384. *pervia ſaxa*) *pravia.*
385. *veſtigia*) *faſtigia.*
386. *ad crimina taxos*) *carmina.*
388. *Sive Thyeſtaeis*) *tieſtreis. trieſtei.*
ibid. *ſaevire Mycenis*) *ſervire*
389. *plantiſque reſultant*) *planctiſque.*
390. *Phlegetbontis*) *flegetbontis.*
392. *Poſtquam eſt perventum ſcopuli flagrantis*) *Poſtquam perventum ſcopulis fl.*
393. *averſa fronte*) *adverſa.*
395. *flammarum obſtruxit*) *flammis.*
399. *admiſſo ſulphure*) *amiſſo.*
400. *Tunc ne deficerent t. errantibus ignes*) *Tum ne d. t. caloribus.*

401.

v. 401. *inoccidues inſopitoſque*) *inocciduit inſopitiſque.*
403. *Quo Phaëthon*) *Phaethen.*
404. *Jamque ſoporiferas n. ſ. terris Expl. vices*) *Et jam ſomniferis &c.*
411. *Votvimur, & nullo Lacbeſis*) *Ducimur & Lacbeſis nullo.*
413. *quae non mihi pignus*) *heu nunc mihi pignus.*
414. *Caedebat*) *Credebar.*
418. *nunc ſqualida, vilis*) *ſqualida villis.*
421. *quae inſtantibus*) *te inſtantibus.*
422. *expoſui*) *impoſui.*
424. *Phrygios*) *Frigios.*
425. *en ora*) *nunc ora.*
326. *rubent*) *ruunt.*
430. *terraene mariſne*) *marique.*
v. 431. *quae volucr. depr. ſ. rotarum*) *quo vol. d. ſ. viarum.*
435. *manet ille decor?*) *color?*
444. *Adnatat umbra fretis extremaque*) *umbra fr. extremaque.*
445. *Etruſcum*) *utriſco.*
446. *accenſo reſplendent aequore Syrtes*) *accenſae reſpondent aeq. S.*
447. *Scyllaea*) *Silea.*
448. *pars nondum exterrita latrat*) *nondum territa.*

Adſcriptum in fine: *Nicodemus Ludovicus Taglia ὁ Πρεσβύτερος Sanenſis cognomento Philomathes eſt herus hujus Libri ab eo caſtigati, & collati cum vetuſtiſſimo exemplari manuſcripto, licet alicubi etiam mendoſo. 1562.*

LACTAN-

Digitized by Google

LACTANTII
ELEGIA
DE
PHOENICE,
VULGO CLAUDIANO ADSCRIPTA.

cum Curis Secundis

NICOLAI HEINSII

& Adnotationibus

PETRI BURMANNI SECUNDI.

Digitized by Google

NICOLAUS HEINSIUS

HADRIANO WALLIO SUO

S. P. D.

Natus opportunè diem, mi Walli, a negotiis publicis feriatum, dum in ferinis meis excutiendis fum totus, & ad Muſarum intermiſſa ſacra nonnihil cogitatione deverſor, obtulere ſe mihi, quae olim inter peregrinandum annotaveram e vetuſtis exemplaribus ad Elegiam de Phoenice, ſive a Lactantio Firmiano, ſcriptore mirae facundiae theologo, cujus ea lucubrationibus vulgo ſubtexitur, ſive ab alio quovis elaboratam, dignam profecto meritamque caſtigatius aliquanto circumferri publice, quam hactenus eſt factum. In hunc quippe diem maculis frequentibus foediſſimisque adſperſa per manus hominum eruditorum ferebatur haec Elegia. Nos vero ſecuti exemplum atque auctoritatem magni Scaligeri, Claudiano ſecundis curis per nos illuſtrato, eam curavimus addendam. Nam vir ille incomparabilis Franciſco Raphelengio dederat conſilium, quod alias, ni fallor, ex me cognoviſti, Claudiano a ſe recenſito atque emendato id poëmatium uti ſubjungeret: ejusdem argumenti Idyllium Claudianeum recordatus, credo, ad nos perveniſſe. Ceterum inter codices vetuſtos hujus poëmatii a me conſultos & evolutos, principatum facile tenet membraneum exemplar, quod in bibliotheca viri & amici noſtri ſummi Iſaaci Voſſii adſervatur ante annos ſeptingentos plus minus deſcriptum. Proximas partes facile ſibi vindicabit Bodlejanus Oxoniae in Britannia codex, qui annorum aetatem quingentorum prae ſe ferre nobis eſt viſus. Praeter hos duos fuere ad manum exemplaria, unum Wilhelmi Maerani, aliud Epiſcopi Lincolnienſis, bina bibliothecae Vaticanae, Mediceae unicum, alterum Hafnienſis in Dania, tum & Thomae Bartholini, duo denique ex meis ſeriniis deprompta, & haec quidem recentioris notae omnia, ſed quae tamen excuſſiſſe non taedeat. Incerto auctori ut plurimum haec Elegia adſcribitur, quam ſententiam Scaliger quoque eſt ſecutus. Barthius Venantio Fortunato aſſerebat, Theodulo Sirmondus. perperam uterque. aliter quippe ſues, aliter catuli, quod eſt in proverbio. Plurimus nitor ubique, plurima & felix aemulatio poëtarum optimorum paſſim in hoc opuſculo apparet. Quare Lactantii genuinum eſſe hunc foetum dubitari ſit nefas, praeſertim cum veterrimum Voſſii exemplar hanc inſcriptionem liquido oſtendat, VERSUS LACTANTII DE AVE PHOENICE. *ſed & Bartholinianus codex,* Lactantii Firmiani de Ortu & Obitu Phoenicis carmen elegantiſſimum, *praeter boſce binos alii plerique ſub finem poëmatii Lactantio id diſertis verbis adſcribunt. Nec obnitentes atque in contraria euntes quidquam juvat, quod D. Hieronymus in catalogo operum Lactantianorum hujus libelli ne minimam quidem mentionem facit, ut qui juſtorum tantum voluminum illic indicem contexat. Nonnulla etiam in hoc poëmatio occurrunt Ethniciſmum redolentia, fateor. Sed & hoc argumentum prorſus invalidum eſt, niſi oſtendant Lactantium Ethniciſmo numquam imbutum fuiſſe, ſed hauſtas ductasque ab illo cum lacte materno cerimonias Chriſtianas, quod aegre nobis perſuadebunt. Nunc Elegiae emaculandae pro virili accingamur. Tu, mi Walli, qua literarum cognitione polles, utiliterne mihi opera haec proceſſerit, optime, ſi quis alius, judicabis.*

Digitized by Google

LACTANTII

ELEGIA

DE PHOENICE,

VULGO CLAUDIANO ADSCRIPTA.

EST locus in primo felix Oriente remotus;
Qua patet aeterni maxima porta poli:
Nec tamen aeſtivos hiemisve propinquus ad ortus:
Sed qua Sol verno fundit ab axe diem.

5. Illic

LACTANTII *Elegia de Phoenice*] Obſecutus ſum N. Heinſio, qui cum Gyraldo aliisque Elegiam hanc Lactantio adſerit, cui etiam tribuit Parrhaſ. ad Claudian. II. Rapt. Proſerp. v. 83. pag. 132. licet dubitet illic Claverius. certe inter illius opera in utraque editione principe Romana 1470. & 1474. Juntae Florentina, Aldina, & a Xyſto Betulejo, Tornaeſio, Mich. Thomaſio, Gallaeo, aliisque, & noviſſime a Bunemanno edita eſt: & in codice antiquiſſimo Lactantii habetur, quem ex arce Ambraſiana in Bibliothecam Vindobonenſem tranſtulit P. Lambecius, unde variantes lectiones, quibus in his notis inter alias uſi ſumus, dedit in Comment. de Biblioth. Caeſar. Lib. II. cap. VIII. pag. 788. & ſeqq. certe Lactantio etiam adjudicant codices vetuſti, Lincolnienſis, Bartholinianus, & Maeranus, qui inſcribit, OPUS DIGNISSIMI POETAE LACTANTII FORMIANI SUPER RECREATIONE PHOENICIS. & ſic in fine Codicis Medicei, FIRMIANI LACTANTII VERSUS DE INCLITA PHOENICE EXPLICIUNT. vide & Crenii Animadv. Philolog. p. 203. & ſeqq. Claudiano ſubjuncta legitur in editione Raphelengiana, cui Scaligerum praefuiſſe volunt, Demſteri, Barthii, aliorumque. Pithoeus edidit ſub nomine INCERTI AUCTORIS inter Poëmatia vetera pag. 251. ed. Pariſ. & Gallaeus in ſua editione Lactantii, cui abjudicandum cenſet, propter plurima Ethniciſmum redolentia & ſacro Codici contraria, ſed cujus argumenta corruunt, ſi illos ſequamur, qui exiſtimant a Lactantio juvene ſcriptam, antequam Chriſtianis ſacris eſſet inbutus. Venantium Fortunatum auctorem faciebat Barthius ad Rutil. I. 172. licet in notis ad Stat. XII. Theb. I. neque Lactantium, nec Fortunatum, ſed paganum ſcriptorem ſtatuat. & ad Claudian. pag. 974. non Venantium, ſed eo longe faciliorem, & Romanae poëſi proplorem opinatur, ac Claudiano & aetate Lactantiana vetuſtiorem, cum ſolidam linguae Latinae elegantiam nondum corruperat eloquentia Chriſtiana. Idem Barthius, ut plerumque in ſimilibus fluctuabat, in notis ad Paulin. Petrocor. Lib. IV. 563. adſcribit Auſonio, ejusdemque venae eſſe dicit atque Idyllium de Roſa. plurima autem hujus Elegiae loca emendat in Commentario ad Claudiani Phoenicem, ſive Idyll. I. Quia vero inter Theodulphi Epiſcopi Aurelianenſis Carmina hoc poëmatium in cod. MS. reperit, ideo ei in poſterum eſſe adtribuendum ceniet Sirmondus in notis ad Theodulph. Lib. V. carm. 2. & ſic Gerard. Maaſtrichtius in Epiſtola de Codd. MSS. Biblioth. Bremenſ. apud Struvium in Notit. Rei Liter. cap. IV. §. 19. pag. 160. Theodulphi carmina memorans putat forte eumdem eſſe, cui MSS. codices adſcripserunt carmen de Phoenice, alias Lactantio adſcriptum. Sirmondo adſtipulatur Colomeſ. in Paralipom. de Script. Eccleſ. pag. 702. inter Ejus Opuſcula a Fabricio edita, vel iſto praecipue argumento, quia inter illius carmina reperiatur diſtichon de loco Carroph in agro Pictavienſi, *Char-*

5. Illic planities tractus diffundit apertos;
Nec tumulus creſcit, nec cava vallis hiat.

Sed

rent Gallis, quod non abſimile ſit initio hujus Elegiae. Exſtat illud apud Theodulph. Lib. III. Carm. 8.

Eſt locus, hunc vocitant Carroph cognomine Galli,
Quo patet electis aulica porta poli.
Quo Salvatoris ſub nomine praenitet aula,
Quove Monaſterii clauſtra decora manent.
Enitet hic rutilo Sanctorum lignore fretus,
Vivit & eximie turba fidelis ibi.

unde tamen nihil aliud elici poteſt, quam Theodulphum iſtis verſibus initium poëmatis hujus cuſuiſſe imitatum, non vero illius auctorem eſſe; cujus poëtis pia magis quam elegans, neque cum hujus poëtae ingenio conpiranda eſt. Mihi tutiſſimum videtur, incertum adhuc ſtatuere auctorem. Ceterum Elegiam hanc ut & Idyllium de Phoenice Claudianeum felici artificio aemulatus eſt Baſilius Zanchius, optimus Italorum poëta, in elegantiſſima Phoenicis deſcriptione, Lib. VIII. Poëmat. p. 203. & ſeqq. ed. Seraſſ. quae ſi conferatur cum Phoenice Caſp. Barthii, in illius Poëmatib. p. 69—85. adparebit, non ſemper longa poëmatia ad recti judicii normam exacta, aut elegantiae nomine commendanda, ſed veriſſimum eſſe id quod praecipit Horatius, principium fontemque bene ſcribendi eſſe, ſapere.

v. 2. *Qua patet aeterni janua celſa poli*] Scripti codices conſtanter non *janua celſa*, ſed *maxima porta*, etiam editio prima Romana, quod minime mutatum oportuit. Enniana quippe illa cogitabat Lactantius, quae & Divinis Inſtitutionibus intexuit:

Si fas en lo plagas caeleſteis ſcandere quoquam eſt,
Mi ſelei caeli maxuma porta patet.

ita enim verſus illi corrigendi. apud Maronem habemus, *quem ſuper ingens Porta tonat caeli.* ubi obſervant Grammatici veteres Homericam eſſe imitationem, apud quem & πύλαι οὐρανοῦ occurrunt. Locus eſt Iliados Θ. Ἀντίμαται γὰρ πύλαι μύκον οὐρανοῦ. apud eumdem, Πρόμαχοι δὲ πύλαισι πολυκτύπου ἔχυ Ὀλύμπου. apud Silium Italicum Lib. XV.

At quis aetherii ſervatur ſeminis ortus,
Caeli porta patet.

Lactantium Venantius Fortunatus aemulatur, carmine in Paſcha:

Tempora floriger rutilant diſtincta ſereno,
Et majore poli lumine porta patet.

Tullius Lib. III. de Legibus: *nam & Herculi eadem ipſa porta patuit*, de coelo Noſter infra v. 43.

Namque ubi Sol pepulit fulgentis limina portae.

Macrobius Somnio Scipionis duo Tropica ſigna *Solis portas* appellat. apud Claudianum Conſ. Mallii Theod. 119.

Deſerit Autumni portas, qua vergit in Auſtrum
Signifer, & noctis reparant diſpendia Chelae.

III. Conſ. Honor. 174.

Auſtrales referat portas ſuccinctus Orion.

Non inconcinne praeterea in hoc Lactantii loco *aetherii poli* corrigas, licet & vulgatum ferri omnino poſſit. verſu praecedente Barthius Commentario ad Claudianum (p. 974.) editionis poſterioris caſtigabat *remotu*, pro *remotus*, me non approbante. N. HEINSIUS *aetherei* conjecerat etiam Francius, epitheto poëtis frequenti de coelo, polo, &c. ſed alterum conſtanter ſervant codices vetuſti. *maxima porta* recte praefert Heinſius, ut jam monuerat Betulejus; quod & codex Mediceus, uterque Vaticanus, Lambecianus, Leidenſis, Maeranus, Bodlejanus, Lincolnienſis, item Hafnienſis cum Bartholiniano, & praeter utramque Romanam principem agnoſcit ed. Veneta an. 1502. a Pierio Valeriano caſtigata, ſed a Betulejo aut Thomaſio non adhibita, tum Juntina 1513. Ante oculos habuit auctor Epigramma Ennii de Scipione, editum Lib. II. Antholog Epigr. vet. Lat. Ep. 45. ubi vide quae notavi, & Buchner. ad Venant. Hymn. de Reſurrect. pag. 7. firmatque imitatio Theodulphi, *Quo patet electis aulica porta poli.* & egregium Epitaphium in baſi Capitolina apud Gorium in Symbol. Literar. Florent. Vol. VI. pag. 206.

Tu namque quidquid lingua utraque eſt proditum
Cura Sepborum, porta quis coeli patet.

Statius Lib. I. Theb. 158. — *quem Sol emiſſus Eoo Cardine, quem porta vergens propellat Ibera.* ut praefert Gronovius, pro *portu Ibero.* ſimili varietate apud Livium Lib. XXXVI. cap. 17. §. 14. *& omnia usque ad ortus Solis ditiſſima regna imperio Romano aperturos.* ubi in aliis *portus.* unde *portas* Gebhardus. ſed *ortus Solis* recte illic tuetur Drakenborchius. Idem Statius Lib. VII. 36.

Atque illum Arctoae labentem cardine portae
Tempeſtas aeterna plagae &c.

ubi vide Barth. & ad Lib. X. init.

Obruit Heſperia Phoebum nox humida porta.

Auſonius in Eclogario pag. 559. ed. Tolk.

Autumni referat portas, aequatque diurna
Tempora nocturnis diſpenſo ſidere Libra.

In ſola Lactantii editione Aldina an. 1515. inveni *janua celſa.* unde ſic Pithoeus, Raphelenq. Debrius,

Sed noſtros montes, quorum juga celſa putantur,
Per bis ſex ulnas eminet ille locus.
Hic Solis nemus eſt; & conſitus arbore multa
Lucus perpetuae frondis honore virens.

Quum

ſius, & Barthius etiam ediderunt, neque aliter legiſſe videtur Venantius Fortunatus, ut ex ejus imitatione patet, Lib. II. Carm. 8.

Janua celſa poli terra pulſante patefcit.

Sed tot codicum & primarum editionum auctoritatem ſequi praeſtat.

3. *Nec tamen aeſtivas hiemiſve*] *tantum* Lambec. Macrin. alter cod. Suecic. a m. f. & utraque ed. Rom. *aeſtivo* ed. Ven. *hiemisque* Pith. & Buneman. ſed *hiemisve* Bodlej. Leid. Barthol. & alii. *hiemesve propinquus ab ortu* Medic. *hiemesque* Macran. & Suecic. ſec.

4. *Sed qua Sol verno fundit ab axe diem*] *In qua* Medic. Vatic. ſec. Leid. Hafnienſ. & Lincoln. *In quam* alter Suecic. *In quo* Lambec. Macran. Barthol. Vatic. ſec. pro diverſa lect. & ſecunda ed. Rom. Ven. & Junt. nam vitioſe in prima Rom. *In quo ſol nervo.* ſed recte in Aldina, Pith. aliisque *Sed qua.* Heinſius margini adſcripſerat, *Sed qui ceu verno.* &c. Cel. Oudendorpius conjecerat,

Sed quo Sol verſum fundit ab axe diem.

fundit vero, & ſequenti verſu *diffundit*, miror viros doctos non offendiſſe, quod, ſi corruptum non ſit alterutrum, certe valde inconcinnum eſt. nihil tamen variant codices, niſi quod *fudit* in Medicco. Ad literarum ductus accederet propius, ſi legeretur,

Sed qua Sol verno pandit ab axe diem.

Lucretius Lib. V. 656.

Tempore item certo roſeam Matuta per oras
Aetheris Auroram defert, & lumina pandit.

Seneca Herc. Oet. v. 1709. *nube diſſenſa diem Pando. pandit diem*, pro exſerit, diffundit. ut *pandere* pro latius explicare. vid. Heinſ. ad Claud. Conſ. Olybr. & Prob. 248. niſi malis, *prolit ab axe diem.* ut III. Rapt. Proſerp. 243. *lux prolitur orbi.* ut in Cod. Senenſi pro *redditur.* ſic & *prolit* & *pandit* alibi mutantur. apud Claudian. Lib. II. in Eutrop. 193. *tempore pandit Adrepto genitus.* ubi *prodit* in Thuaneo. poſſis & *ſpargit.* ut idem Claudianus initio Panegyrici in Conſ. Prob. & Olybr.

Sol, qui flammigeris mundum complexus habenis
Volvis inexhauſto redeuntia ſecula motu,
Sparge diem meliore coma.

ita *differgere diem* & *radios* de Sole. vid. Heinſ. ad Lib. III. de Laud. Stilich. 139. Sed prius praefero. licet vulgata eo colore ſervari poſſit, quia ſaepe ex incuria reperiuntur eiusmodi verborum recurſus, etiam apud optimos poëtas. infra v. 142. *roſeo pingit honore color.* & mox v. 144. *piſtam Phaſidis inter avem.* talia ſaepe apud Lucanum notarunt Cl. Oudendorpius & Patruus meus: & ingentem exemplorum copiam dedit Cl. Schraderus Animadv. ad Muſaeum cap. XIII. hujus autem verſus ſedem cum ſexto commutat codex Bibliothecae Hafnienſis chartaceus.

7. 8. *Sed noſtros montes eminet iſte locus*] *imminet* Bodlejanus, & alii duo. ſed *eminere* cum quarto caſu junxerunt quoque Manilius in Aſtronomicis, & in Phaenomenis Avienus. Barthius ad Claudianum pag. 974. corrigebat, *Ter bis ſex ulnas*, alterumque minus Latinum eſſe contendebat. Manilii locus exſtat Lib. V. (581.)

Impellentis onus monſtri caput eminet undas. HEINS. Haec ſubſtituit Heinſius, deleta prioris editionis nota, qua minus Latinum *eminere montes* cenſuerat, ac proinde *praeminet* a manu auctoris eſſe ſuſpicabatur. ſed quam emendationem rejecit in Epiſt. 400. ad Gronov. Tom. III. Syllog. pag. 514. & bene id correxit, locutionemque probam hoc in loco agnovit Lib. I. Adverſ. cap. XI. ubi Senecae Agamemn. 254. reſtituit *Sola ſed turbam eminet. imminet* hic etiam in Macrano, & Lincolnienſi codice. in ceteris omnibus *eminet.* pariter apud Curtium Lib. IV. cap. 2 §. 21. *Jamque paululum molis aquam eminebat.* ubi perperam quoque Raderus id damnabat, nusquam ita occurrere exiſtimans. In Manilii loco codex vetuſtiſſimus Suſianus habet *undis.* ut & in Voſſianis aliisque MSS. exſtat. ita certe apud Lucan. Lib. II. 667.

—— *multae tamen aequore rupes*
Eminent.

& Ovid. IV. Met. 668. — *bellua ponto Eminet.* ubi *Imminet* ſimili variatione in aliis Codd. vide illic Heinſ. eademque confuſione apud Livium Lib. XXXVIII. 7. §. 7. *cumulus repente terrae eminens.* ubi in nonnullis MSS. *terra eminens.* in aliis *terram* legi notavit Drakenb. ſed *cumulus terrae* illic copulanda, & in loco Manilii *Scindentis undas*, non *Scandentis*, notaverat Cl. Oudendorpius.

10. *Frondis honore viret*] *virens* in ſcriptis omnibus, ut praecedente proxime verſu ſcribendum videatur, *ſtat conſitus arbore multa Lucus.* mox pro *Phaëthonteis ignibus* ſeni codices *Phaëtontiadis*, unde ſuſpicabam *Phaëtontiacis ignibus*, quod Vaticanus unus poſtea confirmavit. ſic apud Naſonem Metam. IV. (246.) in optimis membranis:

Nil illo fertur velocius moderator equorum
Poſt Phaëthontiacos vidiſſe dolentius ignes.

Quum Phaëthonteis flagraſſet ab ignibus axis;
Ille locus flammis inviolatus erat.
Et quum diluvium merſiſſet fluctibus orbem;
Deucalioneas exſuperavit aquas.

15 Non

dicitur & *Phaëthontius.* HEINS. *concitus* ed. Rom. 1474. *virens* a Mediceo, binis Vaticanis, Voſſiano, Macrano, Bodlej. Lincoln. Lambec. Haſn. Bartholin. utroque Suecico ab Heinſio collato, item Suecico in Actis Jenenſ. aliisque Codd. firmatur, & utraque ed. Rom. quod ſi admittimus cum Heinſio, diſtinguendum poſt *Lucus*, vel legendum *viret* cum ed. Junt. & Aldina. conjecturam Heinſii, *Stat conſitus arbore multa Lucus* probavit Cellarius, & in editione ſua expreſſit Bunemannus. ut amplior ſacri quaſi & religioſi nemoris deſcriptio ſit. qualis apud Ovid. Lib. III. Amor. El. I.

Stat vetus, & multos incaedua ſilva per annos,
Credibile eſt illi numen ineſſe loco.

alibi quoque *nemus* & *lucus* diſtinguuntur, ut ſaepe *nemus* & *ſilva*. de quo vid. ad Antholog. Epigr. vet. Lat. Lib. I. Ep. 84. Lucanus Lib. I. 453.

——— *nemora alta remotis*
Incolitis lucis.

ubi confer Patrui mei notas. & ad Ovid. II. Met. 438. & Lib. III. 175. infra v. 57.

Antiſtes nemorum, lucis veneranda ſacerdos.

& v. 67.

Secretoque petit deſerta per avia lucos,
Hic ubi per ſaltus ſilva remota latet.

Auctor Pervig. Ven. v. 53.

Quaeque ſilvas, quaeque lucos, quaeque fontes incolunt.

Propertius Lib. IV. El. 9. 24.

Lucus ab umbroſo fecerat orbe nemus.

Livius Lib. XXIV. cap. 3. §. 4. *Lucus ibi, frequenti ſilva & proceris abietis arboribus ſeptus, laeta in medio paſcua habuit.* ubi in vetuſtioribus editionibus male *Locus* legebatur. *lucos ſilvasque* ſimiliter jungit P. Mela Lib. I. cap. 9 §. 55. & Auctor Dialogi de Orat. cap. 9. *in nemora & lucos, id eſt in ſolitudinem, ſecedendum eſt.* ubi miror illa *id eſt in ſolitudinem* viris doctis non ſuſpecta, & pro inutili, ſed frequenti, gloſſemate repudiata eſſe. Praefero tamen hic cum Cel. Oudendorpio,

Hic Solis nemus eſt, hic conſitus arbore multa
Lucus perpetuae frondis honore viret.

eleganti repetitione. ut infra v. 31.

Hoc nemus, hos lucos avis incolit unica Phoenix.

Martial. Lib. XII. Ep. 31.

Hoc nemus, hi fontes, haec textilis umbra ſupini
Palmitis, hoc riguae dulcile flumen aquae.

& ſic conjecerat Francius. Poſſes etiam ex codice Bodlejano *perpetuo frondis honore.* ut in loco Ovidii, a Bunemanno prolato, Lib. I. Met. 565.

Tu quoque perpetuos ſemper gere frondis honores.

ubi ſimilem Martialis verſum adfert Douſa ex Lib. IX. Ep. 62.

Perpetuos ſperare licet tibi frondis honores.

non diverſa variatione infra v. 142.

Aſt ungues roſeo pingit honore color.

ut e MSS. edidit Heinſ. *roſeus* in vulgatis. *honoreus* vero paſſim de arborum comis florumque elegantia dicunt. vide ad Idyllium de Roſa v. 31. Lib. III. Epigr. veter. circa finem. dein *Phaëtontiadas* Cod. Lincolnienſis. *Phaëtontiades* Haſnienſ. *Phaëtontiadis* Medic. & Bartholin. primus Vatic. & ſecund. Suecic. *Phetonteis* prima ed. Rom. qui ſunt tantum calami lapſus delirantium librariorum. ut *Oedipodionidas, Labdacidas*, pro *Oedipodionias, Labdacias*, & ſim. ſaepe ſuppoſuerunt. vide Barth. & Gronov. ad Stat. IX. Theb. 650. & Claver. ad Claud. II. in Eutrop. 491. Itaque non opus eſt cum Heinſio *Phaëtontiacis* reſcribere. licet in ſecundo Vaticano ita legatur. *flagraret* Francius.

13. *Et quum diluvium merſiſſet fluctibus orbem*] *diluvii merſiſſent fluctibus* Barth. ad Claudian. p. 974. quia *diluvium* ſimpliciter adeo poſitum apud veteres non occurrat, & Chriſtiani aevi latinitatem ſapiat. certe elegantius apud Propert. Lib. II. El. 24. 109.

Et quum Deucalionis aquae fluxere per orbem,
Et poſt antiquas Deucalionis aquas.

quem locum noſter in animo habuiſſe videtur. *diluvium* tamen eodem modo Senecae dicitur de prima terrae inundatione Lib. III. Nat. Quaeſt. cap. 29. *Beroſus ait curſu iſta ſiderum fieri, & adeo quidem id affirmat, ut conflagrationi atque diluvio tempus aſſignet.* pro excidio & vaſtitate Virg. VII. Aen. 227. *Diluvio ex illo tot vaſta per aequora vecti* &c. *diluvies* Horatio Lib. III. od. 29. 40. & Lib. IV. od 14. 28. *Diluviem minitatur agris.* ubi pro inundatione. ſed fallitur Acro, qui ad locum priorem notat *diluviem* novam vocem eſſe, veteresque *hoc diluvium* dixiſſe, cum ea utantur Lucretius, aliique. hic vero nihil mutandum. dura enim verborum ſtructura eſt *diluvii fluctibus merſiſſent orbem*, ut intelligantur *aquae* ex ſequenti verſu.

15. *Non*

Digitized by Google

Non hûc exſangues morbi, non aegra ſenectus;
Nec mors crudelis, nec metus aſper adit.
Nec ſcelus infandum, nec opum veſana cupido,
Aut Mars, aut ardens caedis amore furor.
Luctus acerbus abeſt, & egeſtas obſita pannis,
Et curae inſomnes, & violenta fames.
Non ibi tempeſtas, nec vis furit horrida venti;
Nec gelido terram rore pruina tegit.
Nulla ſuper campos tendit ſua vellera nubes,
Nec cadit ex alto turbidus humor aquae.
Sed fons in medio eſt, quem vivum nomine dicunt;
Perſpicuus, lenis, dulcibus uber aquis.

Qui

15. *Non hûc exſangues morbi*] *exſanguis morbus* in Voſſiano. mox vs. 18. pro *Aut Mars*, ſcripti mira pertinacia mendoſe, *Aut metus*. cum *metus* jam praeceſſerit. HEINS. *hic* Medic. Vatic. ſec. Maeran. Hafn. & Bartholin. Scribendum *Non hunc*. locum nempe. ut clare legitur in Lincolnienſi, & pro diverſa lectione in ſecundo Suecico codice, utraque ed. Rom. Veneta, & Juntina. *exſanguis morbus* Cod. Suecic. in Actis Jenenſ. paullo poſt, *Non mors crud. non met. aſp. adit. Non ſcelus* &c. Francius. ut in ſecundo Vatic. initio verſus. deinde *Aut Mars* Junta & Aldus. *Aut metus* in omnibus ſcriptis conſtanter. & utraque ed. Rom. ac Venet. unde conjecerat Cl. Oudendorpius, *Aut Venus*. vel *Injuſtae aut ardens caedis amore furor*. ſimilia junguntur apud Tibull. Lib. II. El. 6. 20.

Hinc furor, hinc caedes, mors propriorque venit.

& Claudian. VI. Conſ. Honor. 322.

——— *comitatur euntem*
Pallor, & atra Fames, & ſaucia lividus ora
Luctus, & inferno ſtridentes agmine morbi.

ubi *Luctus*, ut hoc loco, etiam inter peſtes felicitati humanae invidas & contrarias recenſetur. quae loca addi poſſunt notatis ad Lib. III. Antholog. Lat. Epigr. vet. Ep. 130. ubi Pontani emendationem probavi illo in verſu,

Sed cordis mala, Livor, atque Luctus.

non *Luxus*. pro *caedis* in Medic. Maeran. Bodlej. & Lambec. *cedis*. in Vatic. ſec. & Hafn. *venis*, ſeq. verſu *olficita* ed. Rom. ſec. vitioſe.

23. *Nulla ſuper campos tendit ſua vellera nubes*] *tendunt* Medic. Vatic. ſec. & alter Suecic. Hafn. & Barthol. *Nullaque per campos tendunt* Bodlej. meretur certe animadverti haec codicum ſcriptura *nulla nubes tendunt*, inter exempla verborum collectivorum, ut vocant, plurali junctа. *vellera* de nubibus etiam Lucano Lib. IV. 123.

Et per Phoebus aquis denſas in vellera nubes
Sparſerat.

& de nivibus Martial. Lib. IV. Ep. 3.

Adſpice quam denſum tacitarum vellus aquarum
Deſluat in vultus Caeſaris, inque ſinus.

ubi quae ex Euſtathio habet Ramireſius, debentur Meurſio Critic. Arnob. Lib. II. cap. 14. *nivearum vellus aquarum Depluat* adfert Barth. ad Grat. Cyneg. 77. ubi plura.

25. *Sed fons in medio eſt*] τὸ *eſt* non exhibetur a melioribus libris. HEINS. abeſt a Vaticano primo, utroque Suecico, alioque in Act. Jenenſ. Bartholiniano, & Voſſiano. & rectius etiam deleatur, ut crebro nimis a librariis inculcatum. *In medio fons eſt* Francius. reſpicit illud Ovidii Lib. III. Amor. I. 3. *Fons facer in medio eſt*. & ſimilis coloris ſunt illa Lib. III. Art. Am. 687.

Eſt prope purpureos colles florentis Hymetti
Fons facer, & viridi ceſpite mollis humus.
Silva nemus non alta facit; tegit arbutus herbam:
Ros maris, & lauri, nigraque mirtus olent. &c.

ſequenti verſu *lucens* in ſcriptis legi monent Betulejus, & Bunemannus. quod & in codice Lambeciano, & utraque ed. Romana, Veneta, & Juntina. ſed promanavit id ex gloſſa praecedentis vocis *Perſpicuus*. *laetus* in Lincolnienſi. male. *lenis fons*, *lenis unda*, paſſim apud veteres. ut Ovid. Rem. Am. 194.

Ipſe potes riguis plantam deponere in hortis,
Ipſe potes rivos ducere lenis aquae.

ubi *laetus* ſimili aberratione etiam in Lincolnienſi codice. ſed vide Davieſ. & Oudend. ad Caeſ. Lib. I. de Bel. Gall. cap. 12. pro *dulcibus aquis* Heinſius conjecerat *jugibus*. ut *jugis aquae fons* Horatio Lib. II. Sat. 6. 2. & Lib. I. Epiſt. 15. 16. *puteoſne perennes Jugis aquae*. ut recte illic vindicavit Bentlej. pro *Dulcis aquae*, quod in aliis edd. eadem varietate. vide & Heinſ. ad Claudian. Epith. Honor. 267.

27. *per*

Qui ſemel erumpens per ſingula tempora menſum;
Duodecies undis inrigat omne nemus.
Hic genus arboreum procero ſtipite ſurgens
Non lapſura ſolo mitia poma gerit.
Hoc nemus, hos lucos avis incolit unica Phoenix,
Unica, ſed vivit morte refecta ſua.
Paret & obſequitur Phoebo memoranda ſatelles.
Hoc Natura parens munus habere dedit.
Lutea quum primum ſurgens Aurora rubeſcit,
Quum primum roſea ſidera luce fugat;
Ter quater illa pias inmergit corpus in undas;
Ter quater e vivo gurgite libat aquam.
Tollitur, ac ſummo conſidit in arboris altae
Vertice, quae totum deſpicit una nemus.

Et

27. *per ſingula tempora menſum*] *denſum* in Vaticano primo. *menſium* Bodlej. ut in Voſſ. Puteam. & Thuaneo codice etiam ſcribitur apud Ovid. v. Faſt. 187. *cedantque tuae confinia menſum.* ſed *menſum* ſaepe per ſynaereſin pro *menſium*. ut apud Cic. vet. ad Fam. Ep. 17. *primorum menſum lateris* in MSS. legi teſtantur Lambinus & Graevius. vide in primis Voſſium Lib. II. de Analog. cap. 14. Heinſ. ad Ovid. VIII. Met. 500. Oudend. ad Suet. Aug. 65. & hic notas Bunemanni. ſequentis verſus numeri offendiſſe videntur Francium, qui conjecerat, *Ijſe bis & decies irrigat omne nemus.* vel, *Omne bis & decies irrigat amne nemus.* ſed nimia corrigendi licentia eſt. locum hunc innuebat Claver. ad Claudian. I. in Ruſin. v. 51. ubi notat *duodecies* quadriſyllabum apud Lactantium per proceleuſmaticum occurrere, ut *duodecimo* in Epitaphio veteri, *Theodoſius*, & ſimilia.

29. *Hic genus*] *Hoc* Bodlej.

32. *ſed vivit*] *ſic vivit* Lambec. Lincoln. alter Sueic. a m. ſ. & utrique ed. Rom. Francius legebat, *avis incolit unica Phoenix, Unica, quae vivit* &c. vel *Unica, ſed vitae reddita morte ſuae.* quod tamen nimis a vulgatis recedit. *avis unica Phoenix*, ut apud Ovid. II. Amor. 6. 52. *Et vivax Phoenix unica ſemper avis.* & paſſim. vid. ad Lotich. Lib. IV. El. 5. 105.

33 *Phoebo memoranda ſatelles*] *Phoebi* Lambec. & utraque ed. Rom. *venerandа* in primo Vaticano. *Paret, & obſequitur* mendoſe in Leidenſ. paullo poſt *Lucos* in Maerano pro *Lutea*.

37. *Ter quater illa pias*] acute *irriguas* conjecerat Heinſius. *corpus inundans* corrupte in Leidenſi. ſeq. verſu *e pleno gurgite* Barthol. *e pro gurgite* Hafnienſ. & a m. ſec. ſuperſcr. *rigua*. ſed *pro* librarii compendioſa ſcriptura eſt pro *puro*. quae tamen gloſſa eſt vulgatae lectionis *vivo*, minime ſollicitandae. *e vivo* enim *gurgite* libat, tamquam luſtrationis cauſſa. vide Drakenb. ad Sil. VIII. 125. & notas ad Lotich. Lib. II. El. 4. 101. *vivum* & *purum* non raro confundi patebit ex Heinſ. ad Ovid. IV. Faſt. 719. & Broukh. ad Tibull. I. 5. 11. *aquas* prim. Vatic.

39. *Conſedit*] rectius *conſidit* legamus, & ſic Hafnienſis. in nonnullis *conſcendit*. HEINS. *conſcendit* Macranus. *conſedit* Lincoln. Bartholin. utraque ed. Rom. Ven. Junt. Ald. Pith. Rapheleng. Delr. & Barth. ſed optime ex Cod. Hafnienſi *conſidit* reſtituit Heinſius. cujus notas conſule ad Ovid. Lib. I. Met. 307. & Lib. II. 632. ſic apud Lucan. Lib. III. 407.

Illis & volucres metuunt inſidere ramis.

quod ex Turriano aliiſque codicibus praetulit Patruus, licet *inſidere* tueatur Oudendorpius, quem & vide ad Suet. Tib. cap. XIV. deinde & hoc in loco forte legi poſſet, *conſidit in arboris almae Vertice*, id eſt, quae aluit quaſi & eduxit Phoenicem: pariter ut apud Ovidium legebat Patruus Lib. XV. Met. 404. de eadem Phoenice,

Poſterioribus nidi ramos levat arboris almae.

pro *altae*. ut in vulgatis. ſic *almus aeſtus* Lib I. Met. 435. ubi & notis ejus vide. eadem confuſione apud Auctorem Elegiae in Obit. Maecen. v. 13. *tu Caeſaris almi Dextera*. ubi Heinſius & alii *Caeſaris alti*, ut illic notavi. apud Avienum Deſcript. Orb. v. 36. etiam caſtigandum cenſebat Cel. Oudendorpius:

——— *donec in almis*
Ora procul Nili late Thetis effua ſerſat.

ubi

Et converſa novos Phoebi naſcentis ad ortus
Exſpectat radios & jubar exoriens.
Atque ubi Sol pepulit fulgentis limina portae,
Et primi emicuit luminis aura levis;

45. In-

ubi Hudſonus *alti*, quod & Heinſius margini adſcripſerat. ſed rectius omnino *almi Nili*. cujus *pinguia flumina* deſcribit v. 334. & ſeqq. apud eumdem v. 1140. edidit Pithoeus,

——— *inde Favoni*
Qua plaga foecundos alit almos fluctibus agros.

ubi *foecundis fluctibus* praeferebat Heinſius, ſed *almis flatibus*, ut reponebat Hudſonus, firmatur a vetuſto codice Mediolanenſi, & probatum fuit Patruo meo ad Valer. Flacc. Lib. VI. 340. ſequenti verſu *qua totum* in Maerano. *inde nemus* Haſnienſis.

41. *Et converſa*] ſic Lambec. & ceteri codices. *concurſa* male ed. Betulej. *Deſpectat radios* Cod. Bartholin. *exoriensque jubar* Francius.

43. *Atque ubi Sol pepulit* &c.] *Aſt ubi* Medic. Lambec. Suecic. ſec. pro var. lect. ed. Rom. & Junt. ut infra v. 115.

Aſt ubi primaeva coepit florere juventa.

lumina portae male in Vaticano primo & altero Suecico, primis edd. Romm. & Ven. ſed recte *limina* ed. Junt. Ald. Demſt. Raph. Pith. aliaeque. nam *luminis* ſequitur. *limina* hic cepiſſe videtur Heinſius eo ſenſu, quo per *limina ſolis* horizontem intelligunt, ut colligi poteſt ex ejus notis ad Virg. VI. Aen. 255. ubi ex MSS. praefert *primi ſub limina ſolis & ortus*, pro *lumina*, ut horizontem innuat, quod inter alia exempla hoc quoque loco firmat. ſed ſimpliciter *limen* ſaepe apud poëtas dicitur, unde Sol tamquam ex domo ſua egreditur. hinc *pellere limina portae fulgentis* hic dicitur Sol, pro ferire, percutere quaſi oſtium, ut egrediatur, ut *pepuliſti bas fores* Terentio Adelph. IV. 5. 3. ſimili colore de Aurora Ovid. II. Met. 112.

——— *ecce vigil rutilo patefecit ab ortu*
Purpureas Aurora fores.

ſic *reſerare poli limen* Sol dicitur Martiano Capellae Lib. I. pag. 11. ed. Grot. *Atque idem reſerato ſtellantis poli limine Sol repente clarus emicuit.* apud Manilium Lib. I. 580. legit Scaliger, *Ultima deſignat fugientis limina Solis.* pro *fulgentis lumina Solis.* quod in aliis edd. & cod. Voſſ. ſed praeceſſit ibid. v. 575. *quo limine Phoebus* &c. ubi *culmine* Bentlej. *limina* autem *Solis* tam de ortu quam occaſu. vide notas ad Claud. IV. Conſ. Hon. 129. ubi *Heſperio de limine ſurgit origo* vindicat Patruus pro, *limite*, quod malebat Heinſius, & *Heſperium limen* exponit, ubi Sol occidit. de oriente apud eumdem Lib. II. de Laud. Stilic. 302.

——— *quaecumque profana,*
Pagina de primo veniſſet limine Phoebi.

ut in Schedis Gudianis, excerptis Schotti ac Gevart. Leid. primo, & duodecim aliis codicibus, in nonnullis *lumine*. vulgo *limite*. *limina coeli* etiam praefert Heinſius pro *lumine* Lib. III. de Laud. Stil. 287. & ita *limina Solis* e MSS. reſtituenda Catullo Carm. LX.

Aurora exoriente vagi ſub limina Solis.

ubi vulgo etiam *ſub lumina*. apud Priſcianum Perieg. 45.

Unde tamen primo conſcendit lumine Titan,
Eumque vocant atque Indum nomine pontum.

ubi *limine* legebat Patruus. nam *lumine Solis* paullo ante praeceſſit. recte tamen apud eumdem v. 1012. legitur:

Quas primo Titan adſcendens lumine cernit.

plura ad Epigramma vetus de Pſittaco, ubi occurrit,

Indica purpureo genuit me limine tellus.

ut illic legendum pro *litore*.

44. *Et primi emicuit luminis aura levis*] *Et primum emicuit* Mediceus, Maeranus, alter Suecicus, uterque Vatican. Lincoln. Lambec. Hafn. Barthol. edd. Rom. Ven. & Junt. *levis aura* poteſt intelligi de vento illo Aurorae ſtrictiore & frigidulo, qui Solem exorientem praecedere ſolet. ut apud Auctorem Idyllii de Roſa, in initio:

Strictior Eoos praeceſſerat aura jugales,
Aeſtiferum ſuadens anticipare diem.

ubi vide quae nuper notavi. Propertius Lib. I. El. 16. 24.

Me mediae noctes, me ſidera prona jacentem,
Frigidaque Eoo me dolet aura gelu.

Prudentius Cathem. Hymn. I. 22.

Jam jamque venturo die.
Ut cum coruſcis ſtatibus
Aurora coelum ſparſerit,

hinc vulgatam Statii lectionem minime ſollicitandam recte judicabat Cel. Oudendorpius, Lib. I. Sylv. 6. 11.

Vix Aurora novos movebat ortus,
Jam bellaria adorea pluebant:
Hunc rorem veniens profudit Eurus,

45. Incipit illa ſacri modulamina fundere cantus,
Et mira lucem voce ciere novam.
Quam nec aëdoniae voces, nec tibia poſſit
Muſica Cirrhaeis adſimulare modis.

Sed

ut innuat ſimul cum Aurora ortum eſſe ventum tenuem, qui magis diſperſit miſſilia. male enim Marklandus mutavit in *Eos*, & pro ipſa Aurora capiebat. Quia tamen *emicuit* praecedit, non repugno, ſi *luminis aura levis* pro diluculo capiatur, ut in Epigrammate vetuſto de ortu Solis apud Pith. Lib. IV. pag. 165.

Luce polum nitida perfudit candidus orbis,
Et clarum emicuit Sole oriente jubar.

Emicuit referata dies Valer. Flacc. I. 655. ubi vide Weitzii & Patrui notas. *luminis aurae* ſaepe Virgilio & Lucretio dicuntur, licet *orae* ab aliis praeferantur. ita certe hic intellexiſſe videtur N. Heinſ. ad Virg. II. Georg. 47. ubi hunc verſum adfert ad firmandam illic lectionem, *je ſolitus in luminis auras.* & paſſim haec variantur. apud Manil. Lib. I. 149 legit Bentlejus, *Ignis in aetherias volucer ſe ſuſtulit oras.* non *auras.* ut in vulgatis. Avienus Perieg. 962.

——— *unde triformis*
Ora canis ſuperas quondam produxit in oras.

ſic recte codex Ambroſ. & ed. Pith. quod ſecutus eſt Hudſonus. *auras* codex Ortelii. Sed alterum probat Schottus in notis MSS. qui etiam in verſu Ennii apud Lactant. Lib. I. cap. 6. legit,

Tu produxiſti nos endo in luminis oras.

ſed ſcribe, *nos endo luminis oras.* non *endo in. oras luminis* ſimiliter dixit Strabus Gallus in Hortulo Tit. II. v. 27.

——— *umbricolis habitata cubilia talpis*
Dirus, lumbricos revocans in luminis oras.

& ita ſemper ſcribendum puto in iſta locutione. hoc tamen in loco *primi luminis aura* de Sole oriente dicitur ſenſu diverſo.

46. *Et mira lucem voce ciere novam*] Metuo ne quid clandeſtini naevi obrepſerit. Voſſianus:

Et mira luce voce referre nova.

Oxonius, *vociferare.* in multis *movere* vel *monere* pro *ciere.* opinor *lucem voce fovere. referre* tamen pro loqui, canere, nunciare. quomodo *lucis praenuncius alis* frequenter apud Poëtas occurrit. HEINS. *ciere* in nonnullis codicibus, & editionibus vetuſtis. firmaturque ex Epigrammate de Sirenum cantu, quod ante oculos habuiſſe Elegiae hujus auctorem ſequenti nota recte monet Heinſius, & legitur Lib. I. Anthолog. Epigr. Lat. vet. Ep. 169.

Sirenes varios cantus, Achelöia proles,
Et ſolitae miros ore ciere modos.

ubi *ciere* hoc in verſu pro cantando lucem quaſi evocare, capiendum eſſe monui. & ad Lib. I. Carm. 173. v. 59. de Lucifero Ovidius Lib. XI. Met. 296.

——— *dum Lucifer ignes*
Evocat Auroraе, currus Aurora diurnos.

ubi vide Patrui notas. & gallus diei nuntius ales ſaepe poëtis dicitur *evocare* vel *provocare auroram.* Ovid. XI. Met. 597.

Non vigil ales ibi criſtati cantibus oris
Evocat Auroram.

& I. Faſt. 456. de eodem,

Quod tepidum vigili provocat ore diem.

Auctor Moreti v. 2.

Excubiterque diem cantu praedixerat ales.

Prudent. Cathem. Hymn. I. init.

Ales diei nuntius
Lucem propinquam praecinit.

Voſſiani libri antiquiſſimi ſcripturam *referre* exhibet etiam codex Suecicus, cujus variantes in Actis Jenenſibus editae. *movere* in altero Suecico ab Heinſio collato, Hafnienſi, Maerano, utroque Vaticano, & Mediceo, in quo verſu praeced. *moderamina.* In Bartholiniano, *Et miram vocem luce movere nova, nolle movere* Vatic. ſec. *nova* Suecic. alter. *monere* tamen in Lincolnienſi, & aliis. quod placebat Cl. Oudendorpio, & eleganter dictum putabat de alite Phoebo ſacra, ut de vatibus verbum id proprium, & de avibus non raro etiam eo ſenſu adhibetur. confer ejus notas ad Lucan. Lib. I. 588.

47. *Quam nec Iŭleae voces*] Mirum quantas turbas excitaverint inter interpretes hae *voces Iŭleae.* magnus Turnebus Adverſariorum Lib. XVII. cap. 9. expoſitis aliorum commentis, ad canoras muſicorum voces hoc refert, quae in Capitolino audiebantur certamine. ſed certamen iſtud Capitolinum aetate Lactantii jam abiiſſe in deſuetudinem quis neſcit? Caelius Rhodiginus ad Simonidem trahebat, qui natus Iŭlide Ceae inſulae civitate. quod ipſum jam ante obſervarat Janus Parrhaſius ad Claudiani Raptum Proſerpinae (pag. 133.) Betulejus Ἰουλον cantilenam fuiſſe ex Apollodoro monet. Julius Caeſar Bulengerus caput integrum Lib. II. de Theatro (cap. X.) dedit *vocibus* hiſce *Juleis.* nonnulli aviculam ſubintelligunt. alii alia comminiſcuntur. At quantilli laboris ad membranas veteres confugiſſe, quarum nulla *Iŭleas voces* agnoſcit.

Digitized by Google

Sed neque olor moriens imitari poſſe putetur,
Nec Cyllenaeae filia canora lyrae.

Poſt

ſcit. Vulgus codicum *Idoneas voces* exhibet promiſcue; niſi quod in Lincolnienſi libro *Idaeae*, in Bartholiniano *Idioneae voces* occurrunt. Quapropter mihi jam olim adoleſcentulo ſuboluit *aëdonias voces* huc eſſe revocandas, hoc eſt, luſciniae cantum tantopere celebratum, quod meminiſſem *AE*, & *J* literas in pervetuſtis exemplaribus frequenter confundi. Confirmatus ſum nonnihil in hac ſententia, inſpectis Bodlejanis membranis, quae *Tionias voces* oſtentabant. magis autem excuſſo Voſſiano codice perquam antiquo illo, qui *nidoniae voces* manifeſte ſcriptum exhibebat. ſic apud Poëtas Graecos frequenter occurrit ἀηδὼν ὄρνις καὶ ἀηδὼν μέλος. nec ſane rationis quicquam erat in promta, cur Lactantius in numero hoc avium canorarum non recenſeret luſciniam. Auctor carminis Panegyrici ad Piſonem, quod Lucano adſcribitur (v. 257)

Sic & aëdonia ſuperantur voce cicadae.

reſpexiſſe Lactantius videtur ad illud veteris Poëtae de Sirenum cantu:

Illarum voces, illarum Muſa movebat
Omnia, quae Thymele carmina dulcis amat.
Quod tuba, quod lituus, quod cornua rauca queruntur,
Quodque foraminibus tibia mille ſonat
Quodque leves calami, quod ſuatis cantat aëdon,
Quod lyra, quod citharae, quod moribundus olor.

Auſonio Paullinus in Epiſtolis:

Si confers fulicas cygnis, & aëdona parrae.

Calpurnius in Bucolicis: (Ecl. VI. 18.)

Vocalem ſuperat ſi dirus aëdona bubo.

apud Theocritum Idyll. Θ. (H. 38.)

——— ἄικτιρ ὁμοῖον
Μυτιόδοι Δάφνις τᾶιν ἀηδόνι.

ut propemodum luſciniae vox canora in proverbium abierit, corruptum etiam aëdonis nomen in Petronio, apud quem *ſilveſter Iasdon* pro *ſilveſtris aëdon* circumfertur. in Catalectis Pithoei Judicio Coci & Piſtoris, *in lucis ut cantet triſtis aëdon*. atque ita nitor priſtinus loco peſſime adfecto plurimumque vexato per me jam olim eſt reſtitutus, applaudente jam tum Gronovio noſtro, cui eam reſtitutionem acceptam referre maluit, quam mihi, nuperus Lactantii editor. Nec multum aberravit a ſcopo, quo collimaſſe debebat, qui Mercurium pro Sofia amplexus eſt, ac partem mei potiorem, hoc eſt, virum longe amicillimum pro me ipſo mihi oſtentavit. verſu proxime ſubſequenti rectius Oxonienſes membranae & quatuor alii codices *aſſimulare*, quam *aſſimilare* cum vulgatis, quod minus Latinum eſt. HEINS. *Idoneae voces* Medic. *Idoneae voces* Hafnienſ. Succic. ſec. & uterque Vatic. *Idonee* Maeranus, ut in Bodlejano. *Cidoniae* Succic. in Actis Jenenſ. *Idioneae voces, nec muſica poſſit Tibia* in Bartholini codice. *Idumeae* ed. Venet. *Julaeae* in primis edd. Romm. Junt. Ald. Pith. Rapheleng. Demſter. & Barth. inania ſunt omnia, quae viri docti tentarunt, ut *Juleas voces* quocumque modo adverſus codicum omnium auctoritatem tuerentur. neque Ptolemaei Flavii *Hyelaeae voces*, aut Jacobi Conſtantii *Artoniae voces*, ut Bunemanni notae indicant, audiendae ſunt. licet hoc ultimum tamen propius accederet ad *aëdoniae voces*, ut veriſimile Heinſius ex ingenio reſtituit; quod unice admittendum, praeſertim quia ab antiquiſſimo Voſſiano codice firmetur. adſtipulatur Luciani locus in Dialogo de Domo Tom. III. pag. 201. καὶ γὰρ ἐκεῖνα ὁ τῇ ὄψει ἡδὺς καὶ ὁ τῇ φωνῇ τὸ τέρπνον. καὶ εἴ γε τις τὰ ἀσυκάμινα τὸν ἄηδονα, ἢ τὸν κύκνον, ἀδὴν κελεύοι &c. ſimiliter cycno & pſittaco *aëdona* ſive luſciniam jungit auctor carminis de Philomela apud Pithoeum in Poëmat. vetuſt. p. 486. ed. Par.

Judice me cycnus, & garrula cedat aëdon,
Cedat & illuſtri pſittacus ore tibi.

in Petronii verſu *ſilveſtris aëdon*, pro *ſilveſter Iasdon*, jam ſcribendum eſſe vidit Mariang. Accurſius ad Ovid. VI. Met. 468. ubi idem monuit Heinſius. locus eſt ex ejus Epigrammate, quod edidi Lib. III. Antholog. Lat. Ep. 54. ubi notas vide. & praecipue ad Lib. I. Ep. 169. 7. pluribus praeclaram hanc Heinſii emendationem confirmavi: huic enim ea debetur, non Gronovio, cui laudem inventi adſcripſit Servatius Gallaeus, qui tamen male *aëdoniae voces*, *ſilveſter aëdon* adfert, & in textu *aëdoniae* edidit. illum enim per nuperum Lactantii editorem intelligit Heinſius. ſequenti verſu *adſimulare* recte in Mediceo, altero Suecico, Vaticano ſecundo, aliisque codd. pro *aſſimilare*, ut in edd. Veneta, Junt. Aldina, iisque quae Aldum expreſſerunt, quod bene damnat Heinſius, & a Gronovio aliisque merito repudiatum eſt vide ad Lib. III. Anthoiog. Epigr. vet. Ep. 158. 8. *Cyrrhaeis* male etiam ab omnibus editum fuit, niſi quod in prima ed. Rom. an. 1468. quae binas ad initium hujus Elegiae memoratas praeceſſit, excuſum ſit *Cirrheis*. & ſic ubique haec vox per *i*, a Gr. Κίρρα, ſcribenda, ut monuit Cl. Oudend. ad Lucan. III. 172. & ſic in MSS. apud Martial. Lib. I. Ep. 77. & Stat. II. Theb. 63. ubi quae de *Cirrha* habet Barthius, amplioribus eruditionis copiis illuſtrata dedit Meurſ. Lib. II. Lect. Attic. cap. 2.

49. *imitari poſſe putatur*] *putetur* Voſſianus liber,

Poſtquam Phoebus equos in aperta refudit Olympi,
Atque orbem totum protulit usque means;
Illa ter alarum repetito verbere plaudit,
Innarrabilibus nocte dieque ſonis.
Atque eadem celeres etiam diſcriminat horas,
Igniferumque caput ter venerata, ſilet.

An-

quod praecedentia requirunt. mox pro *refudit* ſex ſcripti *refundit*. unus Vaticanus, *funait*. Voſſianus, *diffundit*. opinor, *in aperta effundit Olympi*. HEINS. *poſſe putatur* edd. Romm. & junt. *putetur* Ald. *noſſe putatur* ed. Venet. *Sed nec olor* Bodlej. *Quam neque olor* Francius. *refundit* Mediceus, Maeranus, Suecicus alter, primus Vatic. Hafn. & Bartholin. cum binis edd. Rom. nam *refudit* in prima. *fundit* Vatic. ſec. *apertum* Maeran. *inapertum effundit Olympum* conjecerat Francius. ſed *refundit* vera videtur lectio. majori codicum numero ſubnixa, non *effundit*, ut Heinſius, qui contraria emendatione apud Silium Lib. XIV. 349. praeferebat, *Et pater Oceanus quas lege refunderet aeſtus*. pro *effunderet*. quod adſtruere potuiſſet ex Lib. III. 464.

Expavit moles Rhodanus, ſtagnisque refuſis
Torſit arenoſo minitantia murmura fundo.

& Statio IX. Th. 465. *fractaque refunditur unda*. ſed vulgatam illic vindicavit Cel. Drakenborchius.

52. *Atque orbem totum protulit usque means*] Verſus Lactantio indignus, ſed librariorum culpa ac ſupinitate, ſi quid video. Nam illud *usque means* quam friget! quam ad rem non facit! exortus Solis deſcribitur. Opinor lectum fuiſſe ante aliquot ſecula, *usque meano*, pro *Oceano*. hinc factum poſtea, *usque means*. Cogitabam igitur, *Atque orbem totum protulit Oceano*. Sol ex Oceano oriri poëtis paſſim dicitur. vide ſis Claudiani Phoenicem ipſo ſtatim exordio. Barthius ad Claudian. pag. 978. haec ſic conſtituebat:

Poſtquam Phoebus equos in aperta refudit Olympi,
Atque orbem totum protulit; usque canens
Illa ter alarum repetito verbere plaudit,
Non errabilibus nocte dieque ſonis.

quem *τὸ nocte* induxit, ut reponeret *usque canens*. nam Sol nocturno tempore non fulget. HEINS. *Ac orbem* Maeranus. *Utque* Bodlej. *pertulit* Lambec. Maeranus, & tres edd. Rom. *perpulit* Lincolnienſis. ingenioſa eſt Heinſii reſtitutio hujus verſus, qui certe frigidus valde & inſulſus eſt, ita ut in editis hactenus circumfertur. ſed egregie conjecit *protulit Oceano*. ut apud Auctorem Carminis in laudem Solis a Pithoeo editi in Poëmatiis antiquis p. 415. Idem legebat Heinſius,

Gurgite ab Oceano ſurgunt ex more jugales.

pro *Gurgite de croceo*. Prudentius Cathem. Hymn. V. 132.

Nam ſicut tenebras de face fulgida
Surgens Oceano Lucifer inbuit.

Claudianus Laud. Seren. v. 51.

—— *primo levat aequore Solem*
India.

ut recte caſtigatum pro *levat*. & huic emendationi unice favet locus Venantii Hymno de Paſchate vel Reſurrectione, in initio, ubi Elegiae hujus auctorem aperte imitatur:

Tempora florigero rutilant diſtincta ſereno,
Et majore poli lumine porta patet.
Altius ignivomum Solem coeli orbita ducit,
Qui vagus Oceanas exit & intrat aquas.

ſic enim codex MS. Scriver. & in ſua Lactantii editione Gallaeus, quod pluribus exemplis adſeruit Buchnerus in notis pag. 8. & 9. nam male *Oceanus* edidit Brouwerius pag. 77. in Epigrammate Euphorbi de ortu Solis apud Pithoeum Lib. IV. Epigr. vet. pag. 165.

Extulit Oceano caput aureus igniferum Sol.

& Hilarii pag. 166.

Emicat Oceano Phoebi rota clara reliſto.

tum Euſthenii:

Sol oriens, currusque ſuos e gurgite tollens
Oceano, clarum reddidit orbe diem.

& paſſim apud poëtas, ubi orientem deſcribunt Solem.

54. *Non errabilibus nocte dieque ſonis*] *Enarrabilibus* Oxonienſis codex. *Non enarrabilibus* unus Vaticanus. ſcribe cum Voſſiano exemplari, *Innarrabilibus ſonis*. ſic *inenarrabilis* apud Plinium occurrit Hiſtoriae Naturalis libris admodum frequenter, ut Lib. X. cap. 2. de Phoenice, *Aethiopes atque Indi diſcolores maxime & inenarrabiles ferunt aves; & ante omnes nobilem Arabia phoenicem. munus* etiam *inenarrabile* habes apud Martialem (Lib. II. 10.) Praeterea hic verſus in illius locum ſubſtitui debet:

Igniferumque caput ter venerata ſilet.

Idque ex auctoritate ſcriptorum exemplarium. HEINS.

Digitized by Google

Antiſtes nemorum, luci veneranda ſacerdos,
Et ſola arcanis conſcia, Phoebe, tuis.
Quae poſtquam vitae jam mille peregerit annos,
Ac ſe reddiderint tempora longa gravem,
Ut reparet lapſum fatis vergentibus aevum,
Adſueti nemoris dulce cubile fugit.

Cum-

HEINS. hunc & ſequentes duos verſus in eum revocavi ordinem, quem codices MSS. Hafnienſis, Bartholinianus, aliique, & editio Veneta, Aldina, Pithoei, Demſteri, Rapheleng. & aliae repraeſentant, licet in Mediceo, utroque Vaticano, Voſſiano, & altero Succico, pentameter hic ponatur poſt vs. 55. quem in hac ſede collocant, ut in edit. Heinſii. ſed alterum ordinem ſecutus etiam eſt Bunemannus. *Innarrabilibus* ex Cod. Voſſ. edidit Heinſius, quod pro *inenarrabilibus* dictum, vel *non enarrabilibus*, ut in Vaticano ſecundo, ſed quod metri lex hic non admittit. *clipei non enarrabile textum* Virg. VIII. Aen. 625. *inenarrabilis* apud Plinium Lib. VIII. cap. 7. de elephantibus a Pompejo in circum emiſſis: *ſed Pompejani amiſſa fugae ſpe, miſericordiam vulgi inenarrabili barritu quaerentes ſupplicavere, quadam ſeſe lamentatione conplorantes.* ut pro *inenarrabili habitu* optime corrigebat Patruus. apud eumdem Lib. XXXVII. cap 4. *Quippe duritia inenarrabilis eſt, ſimulque ignium vibrix natura.* In Cod. Maerano, tribus edd. Rom. Veneta, Juntina, Aldi, Pithoei, & ſeqq. *Non errabilibus.* quomodo Francius correxerat, vel *Non narrabilibus.* certe Cl. Oudendorpio alterutrum placebat, ut *non errabiles ſoni* ſint, qui non aberrant nec die nec nocte; ne verba illa *nocte dieque* hic *ἀνάρθρα* vel ſuperflua ſint. vel ſi altero verſum hunc ponamus ordine poſt *diſcriminat horas*, ſenſus erit, ſingulas horas monet ſono numquam errante. *tunc venerata* alter Succic.

57. *Antiſtes nemorum, &*] *vò &* tollatur jubentibus membranis. Voſſianus,

Antiſtes luci, nemorum veneranda ſacerdos. HEINS. Voſſiano conſentit Succicus codex in Actis Jenenſ. & non agnoſcunt ſecundus Succicus, uterque Vatican Hafnienſ. Maeranus, Bodlej. Lincoln. edd. Rom. Venet. 1509. Junt. & vetuſtiores. in Bartholiniano, *Antiſtes nemorum, Phoebi veneranda ſacerdos.* ſed vide ſupra ad v. 10. copulam habent Medic. Lambec. ed. Ald. Pith. aliaeque, & noviſſima Bunemanni. verſu ſeq. *arcani tui* Francius. male. nam utrumque *conſcia arcanis*, & *arcani*, ex uſu veterum recte dicitur. ut apud Tibull. Lib. I. El. 8. 48.

Et levis arcanis conſcia ciſta ſacris.

ſic loca *deliciis conſcia* Ovidio, aliisque ſaepe. ut multis exemplis docet Heinſ. ad Lib. V. Met. 588.

60. *Ac ſe reddiderint*] Barthius ad Claudianum, pag. 978. *Ac ſic reddiderint.* male. HEINS. *Ipſam & reddiderint* Francius. non opus eſt. *Et ſe* Bartholin.

61. *Ut reparet laſſum ſpatiis urgentibus aevum*] *lapſum aevum* in ſcriptis, & recte. praeterea *ſpatiis vergentibus* Hafnienſis & Bartholinianus cum Maeranio. ſed rectius Voſſianus atque unus meorum, *fatis vergentibus.* ſic *anni vergentes in ſenium* Lucano, & *vergere annis* Tacito, ſimiliaque paſſim apud optimos Latinitatis auctores. mox, *Aſſuetum nemoris*, ſcripti, niſi quod in Oxonio, *Aſſuetum nemus & dulce cubile.* nil mutandum. HEINS. *Ut reperit* Maeranus. *Et reparet* Bodlej. *lapſum* Mediceus, Vaticani duo, Voſſian. alter Succic. Maeranus, Oxon. Lincoln. Hafn. Barthol. Lambec. Suecic. in Act. Jenens. aliique. *laſſum* edd. Romm. Veneta, Junt. Aldina, Pith. & Aldum ſecutae reliquae. ut paſſim haec in MSS. confunduntur. ſic *laſſa*, vel *lapſa*, *membra*, *genua*, *laſſum aevum* de ſenecta, & ſim. vide Pricaeum ad Apulej. pag. 584. & Oudend. ad Lucan. IX. 968. qui *lapſum* hic defendi etiam poſſe putat, ſi *fatis urguentibus* legatur, vel *ſpatiis urgentibus*, cum edd. Romm. Veneta, Juntina, Aldina, Pith. ceterisque. apud Lucan. Lib. X. 30. *fatis urguentibus actus.* & Cic. de Senect. cap. I. *hoc enim onere aut jam urgentis aut certe adventantis ſenectutis, & te & me ipſum levare volo.* ubi male *ſurgentis* in Cod. Voſſiano, & *tumentis* a man. ſec. *fatis vergentibus* tamen hic cum Voſſiano exhibet MS. Succicus in Act. Jenenſ. quod ex Cod. vet. etiam praefert Gallacus. *ſpatiis vergentibus* in utroque Vaticano. Tacit. IV. Ann. cap. 41. *Cuſarem vergente jam ſenecta ſecretoque loci mollitum.* Lucan. Lib. I. 129.

—— *alter vergentibus annis*
In ſenium.

ſic *vergentibus* & *urgentibus bovis* confunduntur in MSS. apud Valer. Fl. IV. 92. *ſpatiis* etiam a librario non profectum puto. *ſpatia aevi, vitae*, & ſim. eleganter dicuntur, locutione deſumta e re Circenſi. Cic. de Senect. cap. ult. *nec velim quaſi decurſo ſpatio ad carceres a calce revocari.* Ovid. XV. Met. 874. *incerti ſpatium mihi finiat aevi.* & alibi

Cumque renaſcendi ſtudio loca ſancta reliquit;
Tunc petit hunc orbem, Mors ubi regna tenet.
65. Dirigit in Syriam celeres longaeva volatus;
Phoenices nomen cui dedit ipſa Venus.

Se-

ſaepe. *Adſuetum* in Medic. utroque Vaticano, Suecico ſecundo, Voſſiano, Maerano, Hafn. Barthol. & Suecico in Act. Jenenſ. mox *loca ſancta reliquit* Voſſ. & Vatic. prim. *loca quaeque reliquit* Medic. & *Tum petit* Voſſ. Maeran. & Barthol.

63. *Mors ubi regna tenet*] mox in ſcriptis. non placet. HEINS. ita legitur in Voſſ. Suecic. duobus Vatic. Bodlej. Lincoln. & Hafn. *Mox petit hunc orbem, mox ubi r. t.* Suecic. in Act. Jenenſ.

66. *Phoenices nomen cui dedit ipſa vetus*] *Phoenicis* Voſſianus cum editione Romana. in ceteris ſcriptis *Phoenicem*. haud dubie caſtigandum, *Phoenices nomen cui dedit ipſa Venus*. confirmant conjecturam Vaticanus unus cum Bartholiniano. mendoſe in Voſſiano, *ipſa vetuſtas*. Syrophoenicum regionem deſignat, quae Phoenice vel Phoenicia dicebatur. hujus numen tutelare Venus, inde Deae Syriae adepta cognomen. Hoc ergo vult: Phoenicas non a Phoenice Agenoris ſive filio ſive patre, ſed ab ave Phoenice nominatas, contra receptam opinionem. Venus Phoeniciae praeſes, ut diximus. hinc Phoeniciam Veneris terram Aeſchylus in Supplicibus dixit: Τᾶς Ἀφροδίτας πολύτυρον ἄκαν. ubi Scholiaſtes, Φοίνικα γὰρ ἐτὸν Ἀφροδίτης φησὶ διὰ Βύβλου καὶ Λιβάνου. Heliopoli autem in Syria Phoenicem ſenium ſibi exſtitiſſe crediderunt veteres. in qua civitate & Veneris celebratiſſimum templum, quod a Conſtantino Magno fuiſſe everſum Sozomenus teſtatur. Auctor vitae Conſtantini, & Zoſimus, & Socrates, Veneris quoque Aphacitidis templum memorarunt medio inter Heliopolim & Byblum itineris ſpatio. Aliud a Luciano laudatur libello de Dea Syria, quod Cinyras Veneri in monte Libano dedicarat. hinc Ἀφροδίτη Λιβανῖτις Nonno in Dionyſiacis frequenter appellata. HEINS. *Phoenicem* Medic. Maeran. Hafn. Suecic. ſec. & Vaticani duo. *Phoenicis* Suecic. in Act. Jenenſ. edd. Romm. Ven. Junt. Ald. & Gallaei. *Phoenices* Pith. Rapheleng. Demſt. Barth. Cl. Oudendorpius per adpoſitionem legebat *Phoenicem nomen cui dedit*. quomodo ſaepe in primo caſu occurrit. ut recte Heinſius & Patruus Virgilio reſtituerunt Lib. III. Aen. 614. *nomen Achemenides*. non *Nomine*. veteres enim promiſcue nunc tertium nunc primum caſum adhibent. ut multis docuerunt Cerda ad Virg. IX. Aen. 593. Gronov. ad Liv. I. cap. 1. Graev. ad Juſtin. XXIX. 1. Cort. ad Salluſt. Jug. 5. & Oudend. ad Frontin. II. 3. §. 4. dein *ipſa vetus* corrupte legebatur hactenus in omnibus editis ante ſalutarem Heinſii manum, qui egregie ex conjectura, a duobus codicibus probata, *ipſa Venus* reſtituit, & Phoenicem ſeu Phoeniciam Veneris terram, ejusque numen tutelare Venerem intelligendam monuit, quae Syria Venus vel Anaitis, Atergatis, vel Derceto dicebatur, de qua erudite egerunt Salmaſ. ad Solin. Tom. I. pag. 574. ed. Par. H. Grotius ad Germanic. Imag. pag. 52. Jac. Nic. Loënſis Lib. VI. Miſc. Epiphyll. cap. 22. Iſ. Voſſ. ad Catull. pag. 88. & Micyllus ac N. Heinſ. ad Ovid. IV. Met. 45. hujus *Atergatis* vel *Atargatis* corruptum nomen ex *Aſtarte* cenſent, & ridiculam Antipatri Stoici Grammatici veteris etymologiam merito exploſit Caſaub. ad Athen. Lib. VIII. cap. 8. Cum vero Heliopoli in Syria ſenium exſtitiſſe Phoenicem crediderint veteres, ut notat Heinſius, mihi veroſimile ſit, non Atergatin, Anaitin, aut Dercetin intelligendam hic Venerem, ſed eam, quae Aphacitidis nomine, ab Aphaca loco inter Heliopolim & Biblum, Veneri itidem & Adonidi ſacram (vid. ad Lib. I. Antholog. Lat. Epigr. vet. carm. LXXII. 36.) a Syris colebatur, cujusque templum erat in monte Libano, ut indicant Zoſimi verba Lib. I. cap. 58. Ἄφακα χωρίον ἐστὶ μέσον Ἡλιουπόλεώς τε καὶ Βύβλου, καθ' ὃ τοῦς Ἀφροδίτης Ἀφακίτιδος ἵδρυται. quo loco vir maximus Joh. Seldenus eruditiſſimo de Diis Syris opere Syntagm. II. cap. 3. circa finem, ſtabilivit emendationem ſuam apud Macrob. Lib. I. Saturn. cap. 21. *inſpecta religione Aſſyriorum, apud quos Veneris Aphacitidis & Adonis maxima olim veneratio viguit. quam nunc Phoenices tenent.* pro *Architidis*, ut circumfertur in vulgatis. quod tuetur Bochartus Lib. II. Canaan. cap. 14. *Dercitidis* vero Scalig. ad Varr. de L. L. p. 25. ſed quia mentionem ſimulacri hujus Deae in monte Libano paullo poſt ſubjungit Macrobius, veram arbitror Seldeni conjecturam, qui recte etiam in Scholiaſte Germanici pro *Phocetis filia Veneris in piſcem fit tranſfigurata, quam Syriae Deam nominarunt*, ſubſtituendum putat *Aphacitis*. pro quo *Dercetis* Grotius. Ea verba leguntur in ed. Morell. pag. 134. pro quibus longe alia, ſed corrupta valde, occurrunt in Scholiaſte MS. Germanici, quem editis duplo fere auctiorem ex codice Puteaneo manu Heinſii deſcriptum ſervo: ita enim ille de Piſce Notio: *Hic eſt qui major vocatur, quem dicunt aquarii fuſionem urnae ebibere. Hic prima memoria* KATACANICI *in fuiſſe fertur, quod faceus eſt tranſfigurata, quem Syri deum nominaverunt.* ubi *faceus* veſtigia ſervat *Phocetis* vel potius *Aphacitis*. ſed & praecedentia

Secretosque petit deserta per avia lucos,
Hic ubi per saltus silva remota latet.
Tum legit aërio sublimem vertice palmam;
70. Quae Grajum Phoenix ex ave nomen habet.

In

tia non tantum mendosissima verum etiam mutila sunt. Itaque adcuratius verba haec perpendenti, & literarum ductus in KATACANBICI rimanti, incidit suspicio, latere in monstroso illo vocabulo veram lectionem, KATA BAMBYKHN. ut ultima syllaba καη eliciatur ex ει *in*, unde *in fuisse* promanavit ex κη, quia librarii Βαμβυκη scribebant. Castiganda igitur & supplenda arbitror hunc in modum, *Hic prima memoria κατὰ Βαμβύκην in stagno fuisse fertur, in quod decidens Phacetis* (vel *Aphacitis*) *in piscem est transfigurata.* Firmat emendationem, nisi mihi blandior, certam Eratosthenes in Catasterismis cap. XXXVIII. cujus locum forte describens Scholiastes Graeca verba κατὰ Βαμβύκην pro Latinis adposuit. ita enim ille: *Ἱστορίας δὲ φέρει τοῦτο, ὡς φησι Κτησίας, οὗτος πρότερον ἐν λίμνῃ τινὶ κατὰ τὴν Βαμβύκην ἰχθυόεσσαν ἦ τῆς Δερκετοῦς τυγὴς, εἶτα ἀνὰ τὸν, ὃν οἱ περὶ τὴν τότε ἐκθέντες Συρίας Θεὸν ἀνόμασαν.* ubi πρότερον ἐν λίμνῃ, ut *prima memoria in stagno* apud Scholiastem, cujus porro verbis inserui, *in stagno fuisse fertur, in quod decidens Phacetis* (vel *Aphacetis*) *in piscem est transfigurata.* &c. ita enim jubet Scholiastes Morellianus: *Pisces magnus, cujus nepotes dicuntur pisces, qui in circulo Zodiaco constituti sunt, dicitur in astra collocatus ex quod decidens in Baetb stagno Placetis filia Veneris in piscem sit transfigurata.* ubi similiter in *Bambyces stagno* corrigendum cum Munckero ad Hygin. Poët. Astron. cap. 41. intelligenda autem Βαμβύκη, urbs Coelesyriae, seu Hierapolis, ubi culta fuit Aphacitis, aliis Atergatis, vel Derceto, quam in piscem versam ex Theone notat Grotius ad Germanic. pag. 52. ubi *pisces Bambycios* pro *Bambycitis* bene etiam restituit Avieno in Phaenom. v. 541.

—— *proles tibi Dercia pisces*
Surgunt Bambycii.

licet illic malim cum Heinsio legere, *proles tua, Derceti, pisces.* In reliquis vero Scholiastae verbis scribendum cum Grotio, *quam Syriae deam nominaverunt.* nam sic apud Eratosthenem, ἣν Συρίας Θεὸν ἀνόμασαν. nisi malis *Syriam deam.* sic enim idem Scholiastes MS. alio loco ad Pisces: *Nigidius dicit hos pisces in Eufrate flumine ingentis magnitudinis ovum inveniſſe volvertes ejeciſſe in terram, atque ita columbam insedisse, & post aliquot dies exclusisse deam Syriam benignissimam, maximeque* (scrib. *quae*) *misericors ad homines pertinebat* &c. quae longe aliter leguntur in ed. Morell. pag. 121. ubi *exclusisse dam Syriae, quae vocatur Venus,* excusum est, ut in Astronomorum editione Aldina, in qua corrupte etiam *cobam insedisse*, pro *columbam.* sed manifestum est corrigi debere *Deam Syriae*, vel *Deam Syriam*, ut in codice illo Puteaneo, ex quo innumera suppleri & castigari possent in hoc Germanici Scholiaste, a Grotio perperam in sua editione omisso. Sed in orbitam revertamur.

68. *Hic ubi per saltus silva remota latet*] *Sic ubi* Medic. duo Vaticani, Vollian. Maeranus, Succicus secundus, & Bartholin. ut in v. cod. etiam legi testatur Gallaeus. forte pro *Sicubi*, ut in Hafnienſ. de qua voce junctim scribenda vide ad Lotich. Lib. III. El. 4. 41. dein *silva* licet in scriptis editisque constanter habeatur, ac defendi possit ex iis, quae supra notavi ad v. 10. placet tamen conjectura Heinsii, quam codicis sui margini adscripserat,

Hic ubi per saltus illa remota latet,

ut de Phoenice intelligatur. magis tamen arridet Cl. Oudendorpii conjectura, *per saltus ſola*, quae propius ad vulgatam *silva* accedit.

69. *Tum legit aërio sublimem*] in Codice Maerano,

Tunc legit aëreas sublimes vertice palmas.

surgentem pro *sublimem* Francius.

70. *Quae gratum Phoenix ex ave nomen habet*] *Grajum* opinor *nomen* reliquerat nobis hoc loco Lactantius. nam φοῖνιξ Graecis arbor ea, quae Latinis palma. solennis librariorum error, *Grajum* & *gratum* promiscue confundentium, de quo ad Fastos Nasonis egi Lib. v. vs. 8. Plinius arborem hanc avi dedisse nomen, non avem arbori, contendit. HEINS. *gratum* in tribus primis edd. Romm. Veneta, Junt. Aldina, Pithoei, ceterisque. sed ex verissima Heinsii conjectura edidi *Grajum*, quia φοῖνιξ Graecis palma dicitur, de qua ad hunc locum legi meretur Betulejus, & copiosius Salmasius in Plinianis Exercitationibus saepe, Bodaeus a Stapel ad Theophrast. Hist. Plant. Lib. II. cap. 8. pag. 96. alterum friget valde, & nihil frequentius est permutatione harum vocum in Codd. MSS. idem Heinsius Ovidio Lib. IV. Met. 537. ex codicibus melioribus restituit, de Veneris ἀφροδίτης nomine,

Spuma fui, Grajumque manet mihi nomen ab illa.

ubi pari errore *gratum* antea legebatur. I. Artis Am. 686.

Grajaque in Iliacis moenibus uxor erat.

pro *Grataque.* sic apud Valer. Max. Lib. v. cap. 1. 8. *& Graeco sermone ad jocum exhortatus est.* ut re-

&c

In quam nulla nocens animans perrumpere poſſit,
Lubricus aut ſerpens, aut avis ulla rapax.
Tum ventos claudit pendentibus Aeolus antris,
Ne violent ſlabris aëra purpureum;

75. Neu

ete Pighius, & alii, pro *grato*. non diſſimili confuſione in Epigrammate Senecae Lib III. Antholog. Lat. Ep. 12.

Corſica, quae Graſo nomine Cyrnus eras.

ubi in MSS. *patrio*. &, ut hoc in loco, Ep. 178. de pantomimo,

Nam cum Graja chorus diffundit cantica dulcis.

ut in Cod. Salmas. legi pro *grata* notavi. ſic *Grata* & *Graja* confunduntur in Palatino & Mediceo codice apud Claudian. de Bello Gildon. 268. & Paneg. Prob. & Olybr. v. 198.

Nec Latiae cecinere tubae, nec Graja vetuſtas.

ubi *grata* in Moretano, Vatic. & Farnes. vide etiam Drakenb. ad Silium Lib. VI. 329. minime igitur hic audiendus Francius, qui in libri ſui margine conjecerat, *Felici felix ex ave nomen habet*. quod magis profecto poëtam agere eſt, quam Criticum.

71. *Quam nec dente nocens animal perrumpere poſſit*] *prorumpere* Oxonius. *In quam nulla nocens animans perrumpere poſſit* Voſſianus liber. *Et quam nulla nocens animans* ſeptem alii. quorum unus *erumpere*, alter *prorumpere*, ut de Oxonio teſtabamur. nos Voſſiano codici ſubſcribimus. ſic *perrumpere in arces* Silius, *perrumpere in veſtibulum templi* Livius dixerunt. mox, *pendentibus antris* interpretare concavis, fornicatis. HEINS. *prorumpere* etiam in Mediceo. Voſſiani codicis ſcripturam ab Heinſio probatam firmat MS. Suecicus in Actis Jenens. nam *perrumpere in*, vel *per aliquid*, aut ſine praepoſitione uſitatum eſt, ut & *prorumpere*, quae plerumque, ut hic loci, conmutantur. vid. Oudend. ad Frontin. II. 8. 20. & Duker. ac Drakenb. ad Liv. VII. 24. §. 7. *Et quam nulla nocens animam* ex vet. cod. adfert Gallaeus. *Et quam nulla nocens animans* Mediceus, duo Vaticani, Maeran. Bartholin. & Haſnienſis, in quo *erumpere*. omnes certe codices *animans* unanimi ſuffragio probant. adeo ut primarum editionum Romm. Venetae, Iuntinae, & Aldinae lectio, quam Pithoeus, Demſt. Rapheleng. & alii ſecuti ſunt, *Quam nec dente nocens animal*, licet Heumanno eam placuiſſe notet Bunemannus, qui bene *animans* edidit, ab interpolatoris manu eſſe videatur, in animo habentis illud Ovidii Epiſt. IV. 104. *nec obliquo dente timendus aper. animantia* pro *animalia* ſaepe apud veteres, licet nonnumquam a librariis turbatum ſit. Ovid. I. Met. 71. *Ne regio foret ulla ſuis animantibus orba.* ut in MSS. legi teſtatur Heins. pro *animalibus*. apud Claudianum in Phoenice ſeu Idyll. I. v. 9.

Peſſidet intactas aegris animantibus oras.

ubi in aliis Codd. & edd. etiam *animalibus*. Lib. II. de R. P. 297.

Cuncta tuis pariter cedunt animalia regnis.

ubi *animantia* in cod. Juniano. Cicero Lib. I. de Leg. cap. 9. *Nam cum ceteras animantes abjeciſſet ad paſtum, ſolum hominem erexit & ad coeli conſpectum excitavit*. ex quo loco forte etiam apud Ovid. I. Met. 84. *Pronaque cum ſpectent animantia cetera terram, Os homini ſublime dedit*. idem Cic. I. de Off. 28. *nobis perſonam inpoſuit ipſa natura magna cum excellentia praeſtantiaque animantium reliquarum*. ubi *reliquorum* in aliis MSS. & in Cod. Duisburg. ſed alterum praeferunt viri docti, ut *ceteras animantes* praecedenti loco; & recte communia huic voci omnia genera eſſe obſervat Heuſing. in Antibarb. p. 436. ſic apud Martian. Capell. Lib. I. pag. 18. *cunctarumque ſpecies animantium* in MSS. Leidenſibus haberi notaverat Cel. Oudendorpius. & apud Plin. VII. cap. I. *tot animantium picturas* pro *animalium*. apud Livium Lib. XXVIII. 27. §. 16. *infuetas foetus animalia edere*. ubi *animales* in MSS. unde J. Fr. Gronovius *animantes*. quem etiam vide in Diatrib. Stat. cap. XXVII. ubi quod *animantia* pro terreſtribus tantum animalibus poni notet, non ſemper obtinere, ſed & de hominibus dici probavit Marklandus ad Statii Silvas pag. 146. ſequente verſu *avis ulla vorax* in ſecundo Vaticano.

73. *Tum ventos claudit pendentibus Aeolus antris*] *clauſit* in Voſſiano. ſed *claudit* Haſn. Barthol. & ceteri. Maeranus, *Tunc ventos claudit pendentes*. videtur hic auctor imitari Ovid. I. Met. 262. *Protinus Aeolus Aquilonem claudit in antris*. Heinſius pro *pendentibus antris* prius conjecerat *condentibus*. ſed recte in hac nota *pendentibus antris*, ut in omnibus Codd. & editt. antiqq. legitur, exponit concavis, fornicatis. Ovid. Epiſt. XV. 141.

Antra vident, oculi ſcabro pendentia tofo.

ſpelunca pumice pendens eidem III. Amor. El. I. 3. Albinovanus Eleg. ad Liviam v. 252.

Struſtoque pendenti pumice tecta ſubis.

eleganter enim Aeoli antra eroſa & pumice laqueata dicuntur *pendentia*, ut de Cyclope Lib.

XIII.

75. Neu concreta Noto nubes per inania coeli
Submoveat radios Solis, & obſit avi.
Conſtruit inde ſibi ſeu nidum, ſive ſepulcrum.
Nam perit, ut vivat; ſe tamen ipſa creat.
Colligit hinc ſuccos & odores, divite ſilva
80. Quos legit Aſſyrius, quos opulentus Arabs:
Quos aut Pygmaeae gentes, aut India carpit,
Aut molli generat terra Sabaea ſinu.

Cin-

XIII. Met. 810. *vivo pendentia ſaxo Antra.* ita *pendere* de quocumque opere fornicato. ut in locis Statii & Rutilii in variantibus Heinſianis ad Claudian. IV. Conſ. Hon. 479. quem etiam vide p. 1021. & paſſim ſpeluncae, ſcopuli, ſaxa, & ejusmodi deorum ac nympharum antra dicuntur *pendere*, ut inſigni exemplorum copia docet Broukh. ad Propert. Lib. III. El. 2. 28. quo tamen in loco, *Pendebantque cavis tympana pumicibus*, perperam *pendere* referretur ad pumices cavos, aut antrum ipſum, ſed ad *tympana*, quae illic *pendere* dicuntur, ut Virgilio Ecl. VII. 24. *ſacra pendebis fiſtula pinu.* *antra Aeoli* apud poëtas ſaepe. notum illud Claudiani, *cui mittit ab antris Aeolus armatas hiemes.* conjectura igitur P. Francii *penetralibus Aeolus imis* ſuperſedere poſſumus, licet ita apud Ovid. VIII. Met. 458.

Ille diu fuerat penetralibus additus imis.

ſequenti verſu etiam tentaverat *flabris aëra perpetuis.* in ſecundo Suecico, *Ne violent flatus aëra purpureum. Neu violent* Hafnienſ. *Ne flatu violent* Bartholin.

75. *Neu concreta Noto*] *Notus* in Voſſiano, pro *Notis*, ni fallor. HEINS. *Notus* etiam Cod. Suecic. in Actis Jenens. ſed recte *Notis* Heinſ. quia paſſim in plurali *Noti* apud poëtas. *Summoveant* Medic. vetus codex Gallaei & Voſſian. in quo *radius Solis & uſſit.* ut vet. cod. Gallaei, & Suecic. in Act. Jenens. & mox, *ſed tamen ipſa creat* idem, quomodo in Macrano, Mediceo, & Lincoln. Francius conjecerat *ſeque iterum ipſa creat.* qui etiam hunc & praecedentem verſum tranſponendos putabat poſt v. 88. idque forſan recte. ſed non adſentior ei locum hunc ita caſtiganti, *Conſtruit inde ſibi nidum, ſtruit inde ſepulcrum.* quia *conſtruit & ſtruit* inconcinna ſunt. *ſeu nidum ſeu inde ſepulcrum* in Vaticano ſecundo. iſtos vero duos verſus ſuſpectos & ab hoc loco alienos cenſebat Cl. Oudendorpius.

81. *Quos aut Pygmaeae gentes*] Pygmaeos alii in Aethiopia, alii in India, aut Caria aut Thracia collocarunt. ſed eorum regionem plantis odoratis abundaſſe qui dicat, auctorem etiamnum quaero. Perſuaſum ea propter habeo *Panchaeas gentes* huc eſſe revocandas. Panchaia enim, quaecumque tandem ſit haec terra, cinnami, myrrhae, coſti feraciſſima paſſim a poëtis commemoratur. Quid quod Plinius in Naturali Hiſtoria avem Phoenicem prope Panchaiam in Solis urbe ſolere nidum deponere aſſeverat. Lucretius Lib. II.

Araque Panchaeis exhalat propter odores.

Claudianus Epithalamio Honorii Aug.

Hic caſiae natura ſeges, Panchaeaque ſurgunt Cinnama.

Certe codex Bartholinius *Panchaeas gentes* pro diverſa lectione exhibebat *Pygmaeae gentes* vel *Panchaeae.* in uno Vaticano, *Pygineae gentes.* Virgil. II. Georg. *turiferis Panchaïs dives arenis.* Claudian. II. Rapt. Proſerp. 81.

Quidquid turiferis ſpirat Panchaïa ſilvis.

II. Conſ. Honor. 209.

Vobis rubra dabunt pretioſas aequora conchas,
Indus ebur, ramos Panchaïa, vellera Seres.

Ovid. X. Met. 307.

——— *ſit dives amomo,*
Cinnamaque coſtumque ſuum, ſudataque ligna
Tura ferat, floreſque alios Panchaïa tellus,
Dum ferat & myrrham.

pro *India* quinque codices *Indica.* ut ad terram, quod mox ſubſequitur, referatur. HEINS. firmat optimam Heinſii emendationem Tibullus Lib. III. El. 2. 23. ubi buſto ſuo eosdem infundi odores optat:

Illuc quas mittit pinguis Panchaïa merces,
Eoique Arabes, dives & Aſſyria.
Et noſtri memores lacrimae fundantur eodem.
Sic ego componi verſus in oſſa velim.

ita enim Broukhuſius reſtituit pro *dives Panchaïa*, ut antea edebatur, inutili prorſus repetitione. cui *dives Aſſyria* oportunius videtur. certe alterutro verſu *pinguis* reponendum, vel *dives Panchaïa*, vel *pinguis Aſſyria.* quod quia in codd. MSS. eſt, praetulit Heynius in Obſerv. ad Tibull. p. 303 & 304. *pinguis* autem *Aſſyria* propter odores, quo-

Digitized by Google

Cinnamon hinc, auramque procul ſpirantis amomi
Congerit, & mixto balſama cum folio.
85. Non caſiae mitis, nec olentis vimen acanthi,
Nec turis lacrimae guttaque pinguis abeſt.

His

rum illa ferax. ut Propertio *Orontea myrrha* Lib. 1. El. 2. 3. *dives* igitur *Panchaïa* etiam recte dicatur, ſive haec in Arabia felici, ſive in Aethiopia ſit, de quo vid. Salmaſ. ad Solin. T. I. p. 549. & 1f. Voſſium ad Melam Lib. III. cap. 8. §. 49. qui de Pygmaeis ſequenti etiam nota diſputat. ſic diſtticho praecedenti,

Colligit hinc ſuccos, & odores, divite ſilva
Quos legit Aſſyrius, quos opulentus Arabs.

ſive, ut in primis edd. Romm. Veneta, Aldina, aliiſque, diſtinguendum poſt *divite ſilva*. vitioſe in Bodlejano *devia ſilvae*. imitatus haec eſt Baſilius Zanchius in Phoenice,

Aut lauri ramo, aut frondentis vertice palmae
Ad ſua buſta legit,
Quodque Cilix, quod dives Arabs, quod divke ſilva
India mollis alit.

eidem quoque *Panchaeae* hoc in loco placuiſſe colligi poſſet ex iis quae ſubjungit,

Ille volens Arabaſque legit, Panchaeaque rura,
Turis & arva petit.

Indi odores de Aſſyriis odoribus ſaepe. vide eumdem Broukhuſ. ad Tibull. Lib. I. El. 3. 7. & Lib. III. El. 6. 63. hinc inter recentiores Lotichius Lib. IV. El. 5. 105.

Unicus Aſſyriis qui vivit odoribus ales,
Exuviis iterum naſcitur uſque ſuis.

ubi vide notas. *Panchaeos odores* etiam habes apud Apulej. de Mundo pag. 263. *Videas illam civitatem pariter ſpirantem Panchaeis odoribus, & gravolentibus caeni*. ubi vide Vulcanii notas. Elmenh. ad Arnob. p. 187. & N. Heinſ. ad Claud. de Nupt. Honor. v. 94. ſic *Indi odores* & ſim. pro aromatibus. ut in Epigrammate veteri de Pſittaco,

Indica purpureo genuit me littore tellus,
Candidus accenſo qua redit orbe dies.
Hic ego divinos inter generatus odores
Mutavi Latio barbara verba ſono.

ſic enim recte Scriverius, non *honores*. ut a Pithoeo aliiſque male editum notabimus in Volumine ſecundo Anthologiae Latinae. adpoſite de hac ipſa Phoenice Statius Epicedio Pſittaci Lib. II. Sylv. 4. in fine:

—— Aſſyrio cineres adolentur amomo,
Et tenues Arabum reſpirant gramina plumas,
Sicanioſque crocos: ſenio nec feſſus inerti
Scandit odoratos Phoenix felicior ignes.

& Ovid. XV. Met. 400.

Ilicet in ramis tremulaeve cacumine palmae
Unguibus & pando nidum ſibi conſtruit ore:
Quo ſimul ac caſias, & nardi lenis ariſtas,
Quaſſaque cum fulva jubſtravit cinnama myrrha,
Se ſuper inponit, finitque in odoribus aevum.

quem totum locum non dubito poëtam hunc ante oculos habuiſſe. *Indica* in Mediceo, Suecico altero, binis Vaticanis, & Maerano. Francius diſtinguebat, & legebat,

Quos aut Panchaeae gentes, aut India, carpunt,
Quos molli genera &c.

Sabaea ſimo vitioſe in Hafnienſi.

83. *Cinnama debinc auramque procul ſpirantis amomi*] Voſſianus *Cinnamoum bic*. ceteri plerique *cinnamum binc*, vel *Cinnamonum binc*. legendum, *Cinnamon binc* cum Bartholinio. proxime verum etiam unus Vaticanus *Cinnamon bic*. pro *aura amomi* quod Salmaſius ad Solinum (p. 753.) *ievum amomi* hic debere reponi contendit, neutiquam perſuadet. *aura amomi* nihil aliud, quam odor amomi. Lucanus Lib. X.

—— multumque madenti
Infudere comas, cui nondum evanuit aura,
Cinnamon, exterroe nec perdidit arra terrae.

ſic caſtigandum videtur, nam nunc minus elegante circumfertur, *quod nondum evanuit aura Cinnamon*. Priſcianus Periegeſi:

Cinnama praeterea jucundae naribus aurae.

apud Maronem Georgicon quarto:

—— at olli
Dulcis compoſitis ſpiravit crinibus aura.

de quo vocabulo hujus ſignificationis ad Naſonem jam nonnihil diximus Metam. XV. 394. perperam membranae Voſſianae, *frumantis amomi*. HEINS. *Cinnamum binc* Maeran. *Cinnamomum binc* Lincoln. *Cinnamon bic* vel *Cinnamonum huic* ex vett. Codd. adfert Gallaeus. *Cinnamum auramque* Hafn. *Cinnomomum bic* Medic. & Suecic. ſecund. *Cinnama debinc* primae tres edd. Romm. non male. ſed Heinſium ſecutus ſum, qui partim ex Bartholiniano, partim ex Vaticano emendat *Cinnamon binc*. Confer cum his Marcellum de Medicina v. 46.

Adde & aromaticas ſpecies, quas mittit Eous,
Vel quae Indaicis fragrant bene condita capſis,
Tus, coſtum, folium, myrram, ſtyracem, crocomagma, &c.
Et nardum, & caſias, & amoma, & cinnama rara,
Baſſama &c.

Cin-

His addit teneras nardi pubentis ariſtas,
Et ſociat myrrhae vim, panacea, tuam.

Pro-

Cinnama enim paſſim inter aromata a Phoenice in nidum congeſta poëtae recenſent. Ovid. xv. Met. 399.

Quaſſaque cum fulva ſubſtravit cinnama myrrha.

Auſonius in Grypho v. 14.

Ales cinnameo radiatus tempora nido.

ubi *nimbo* legit Scaliger. ſed diſtinguebat Salmaſ. ad Solin. Tom. I. pag. 547. ed. Paris.

Ales cinnameo, radiatus tempora, nido.

ut *ales cinnameo nido* jungantur, id eſt quae ex cinnamis nidum facit. ſed ad ejus marginem adſcripſerat Is. Voſſius in v. c. legi *dino*. unde *cyaneo clivo* eliciebat, & remittebat ad Euſtathii Hexahemeron de Phoenice. quae lucem capient ex ejus Obſervationibus ad Melam Lib. III. cap. 8. §. 64. ubi corruptos veteris Tragici poëtae verſus apud Euſtathium exſtantes emendat. Tollius vero in Addend. ad Auſon. pag. 799. legit *Cyaneo nimbo*. quem vide. Statius Lib. II. Sylv. 6. 88.

Et Cilicum meſſes, Phariaeque exempta volucri
Cinnama.

vide Bodaeum ad Theophraſt. Hiſt. Plantar. Lib. IX. cap. 5. pag. 984. ubi de cinnamo. dein Salmaſii emendationem ad Solin. T. II. p. 1070. *utumque amomi* recte tam hac in nota rejecit Heinſius, quam ad Ovid. xv. Met. 394. inprobante etiam Is. Voſſio, qui *auram amomi* interpretantur amomum ipſum, vel ejus odorem. *ſpumantis amomi* in v. c. Gallaei, ut in Voſſiano invenit Heinſius. ſequenti verſu Francius non male conjecerat,

——— *& multo balſama miſta croco.*

licet *folium* inter cetera Indiae aromata etiam enumeret Marcellus loco proxto. ſed verius balſama una cum ejus arboris foliis mixta intelligebat Cl. Oudendorpius. *Non caſiae nucis* vitioſe, in Medicco. idem Salmaſ. ad Solin. Tom. I. pag. 534. reprehendit hunc poëtam, quod *vimen acanthi* dixerit, quia acanthus Aegypti arbor, non vimen aut virgultum odoratum ſit. ita tamen Virg. IV. Georg. 123.

Narciſſum, aut flexi texuiſſem vimen acanthi,
Pallentesque hederas, & amantes litora myrtos.

cujus locum imitatus eſt Baſilius Zanchius,

Nec virides caſiae & florentis vimen acanthi &c.

vid. Heinſ. ad Claudian. Epithal. Honor. & Mar. v. 94. ubi ſimili plane loco odoratas has meſſes conjungit,

——— *hic mixtis amomi,*
Hic caſiae matura ſeges, Panchaeaque turgent
Cinnama, nec ſicco frondeſcunt vimina acantho,
Tardaque fudanti prorepunt balſama ligno.

quomodo ex MSS. praefert pro vulgata lectione, *nec ſicca frondeſcunt vimina coſto. Congregat* pro *Congeris* Bodlej. quod ſi quis non repudiandum exiſtimet, mallem paullo ante reponi, *Congerit huc fucos & odores* &c. quia *Colligit*, & *Quos legit*, parum venuſte eodem loco cumulantur. *mixta* Maeran. *Non thuris lacrimae* Francius.

87. *nardi pubentis ariſtas*] *nardi ariſtas* pro foliis ipſis in nardo exponit Salmas. ad Solin. Tom. II. pag. 1064. & Bodaeus ad Theophraſt. Hiſt. Plant. Lib. IX. pag. 1019. ubi verſum hunc ſub Ovidii nomine perperam adfert, confundens forte cum illo ex Lib. xv. Met. 398.

Quo ſimul ac caſias, & nardi lenis ariſtas.

quem hic auctor imitatus eſt. *pubentem nardum* dixit pro vireſcente ac fere adulta, ut *pubentes herbae* Virgilio Lib. IV. Aen. 514. Ovid. III. Triſt. El. 12. 7.

Prataque pubeſcunt variorum flore colorum.

ubi *vireſcunt* cod. Leid. *floreſcunt* Lovan. quae gloſſemata ſunt.

88. *Et ſociat myrrhae paſcua grata nimis*] Ineptiſſimus profecto verſus, ſed nulla Laſtantii noſtri culpa. Voſſianus:

Et ſocias myrrhae vini panachea ture,

Oxonius:

Et ſociam mirre vim panacea thuris.

Maeranius:

Et ſociat mirrae vim bachanis tuae.

Mediceus:

Et ſociam mirre cum baccharis thure.

tres alii:

Et ſocis mire vim (vel *cum*) *bachanas ture.*

Bartholinius:

Et ſociam mirre vim bachanea tuam.

Quis dubitet recte a nobis caſtigatum eſſe:

Et ſociam myrrhae vim, panacea, tuam.

vel *ſociat*. Notum illud Maronis, *Ambroſiae ſuccis & odoriferam panaceam*. Ceterum vel ex hoc unico loco eruditionem ſcriptoris noſtri exquiſitam aeſtimes ac venereris licet. *πάναξ, πάνακες, πάνακος, πάνακι, πάνακα* hic frutex a Graecis nuncupatur, tanta medendi facultate, quod & nomen ſatis evincit *ἀπὸ τῦ πᾶν ἀκέσασθαι* deductum, ut uni ex filiabus ſuis Aeſculapius *Πανάκειαν* nomen indiderit, quae quaternae numero fuere, ut Plinius adfirmat Lib. xxxv. cap. xi. ex iis Hippocrates in Juramento ſolas recenſet duas, hanc videlicet noſtram & Hygiam: *Ὄμνυμι Ἀπόλλωνα ἰητρὸν, καὶ Ἀσκληπιὸν, καὶ*

Protinus inſtrato corpus mutabile nido

90. Vi-

καὶ Ὑγείαν, καὶ Πανάκειαν, καὶ Θεοὺς πάντας, καὶ πάσας ἥρωας ποιήσειος. binae reliquae Jaſus & Aegles nomen prae ſe ferebant. Pauſanias in Atticis Aeglen omittit, ubi aram hiſce Deabus ab Athenienſibus dedicatam deſcribit. τετάρτη δέ ἐστι τῶ βωμῶ μέτρα Ἀφροδίτης καὶ Πανακείας. ἐστι δὲ Ἰάσιος καὶ Ὑγείας καὶ Ἀθηνᾶς Παιωνίας. Meminit Panaceae etiam Deae Ariſtophanes in Pluto. Porro hujuſce plantae ſpecies complures. nam Πάνακες Ἡρακλειον, & πανακες Ἀσκληπιὸν, & Πάνακες χειρόνειον a Dioſcoride ubertim deſcribuntur. Addit Plinius Lib. xxv. cap. iv. Pharnaceum Pharnacis regis Inventum, & Heracleon ſiderion, & Chironium Centaureum, ut falſus fuiſſe Lucanus videatur, dum panaceam a centaureis diſtinguit, *Et panacea potens & Theſſala centaurea.* nam Virgilius, cum *grave olentia centaurea* dixit, panaceam innuiſſe exiſtimandus eſt, ſed Liguſticam, quam in Apennino plurimam provenire Plinius teſtatur. Certe Scholiaſtes Nicandri χειρώνειον καὶ κενταυρίαν καὶ πανάκειον eaſdem plantas manifeſte facit. ſed cum panaceae nomen diverſi generis plantis, nec vi ac poteſtate medendi, nec forma ſibi invicem ſatis reſpondentibus ſit inditum, quarum etiam in numero, ut jam vidimus, centaureum, excuſari Lucanus poteſt, defendi vix poteſt, qui ſpeciem a genere diſtinguat. nam & Plinius cum Nicandro *centaureum* panaceae ſpeciebus accenſet. Ut autem Botanicis haec diſcutienda relinquamus, quod maxime ad propoſitum & rem praeſentem facit, Theophraſtus Hiſtoriae Plantarum Lib. ix. cap. xii. quatuor panaceae ſpecies recenſens, primam omnium enumerat panaceam Syriacam, de qua Lactantius quoque noſter nunc agit, ut & Plinius Lib. xii. cap. xxvi. ubi is inmerito reprehenditur a Dalecampio, quod unguentis panacen annumerarit, ingrati odoris, ſi quid illi credimus, plantam. atqui Theophraſtus Hiſt. Plant. Lib. ix. cap. x. de panace. χρήσιμοι δὲ καὶ πρὸς τὸ ἰρινὸν μύρον, διὰ τὴν εὐωδίαν. ἰσχυρότερον δὲ τὸ σκίμμα τῆς ῥίζης γίνεται δὲ περὶ Συρίαν. Vides Theophraſtum cum Plinio ſentire, agere autem Plinium de Syriaca Panacea, vel inde liquidum fit, quod plantas Syriae odoratas eo ipſo ac proxime praecedenti capite deſcribat. Nec dubitandum quin & Maronis locus jam a me in medium prolatus, de Syriaca panacea intelligendus ſit, quod *odoriferam* eam illic appellet. Syriacum aut nihil aut minimum differre ab Heraclea facile agnoſcet, qui utriuſque deſcriptionem in Dioſcoride Plinioque accuratius paullo perpendet. certe opoponax ſive lacrima ſuaviſſimi odoris ex hac & illa colligebatur. de oleo panacite agit idem Plinius Libro xiii. cap. vii. Scite igitur Lactantius Phoenicl in Syria nidificanti panaceae plantae Syriacae, & quidem, ut jam vidimus, odoratiſſimae copiam inter ceteras herbas ſuaveolentes jam recenſitas facit. Videor alicubi legiſſe panaceae cum myrrha vim nonnihil fuiſſe communem. ſed locus nunc quidem non ſuccurrit aut in promptu eſt. Gaudeat interim Lactantius foediſſimo naevo liberatus. nunc ad reliqua pergamus. HEINS. palmaria haec & digniſſima Heinſii ingenio atque eruditione reſtitutio eſt, quaeque doceat, corruptas veterum Codicum ſcripturas ſaepe optimas ſagacibus Criticis ſubpeditare emendationes locorum ceteroquin conclamatorum: nam in primis edd. Romm. Veneta, Juntina, Aldina, Pithoei, & reliquis hactenus inepte edebatur, *myrrhae paſcua grata nimis*, quod miror in ſua editione retinuiſſe Buneman-num. *ſociam* praeferebat Cl. Oudendorpius, nempe, *vim myrrhae ſociam addit.* & quia *ture* in MSS. legitur, conjecerat,

Et ſociam myrrhae vim, panacea, tenes.

vel *tuam* cum MS. Bartholinio. *tuae* Francio placebat. *panaceam* vero egregie vindicavit Heinſius, quam inter haec aromata etiam recenſet Marcellus de Medic. v. 52.

Irim, caſtoreum, ſcillamque, opium, panaceam.

& de qua legi meretur Bodaeus ad Theophraſt. Lib. ix. cap. 12. pag. 1071. & cum obſervatione hac Heinſiana conferenda ſunt, quae habet Salmaſ. ad Solin. T. ii. p. 901 & 902. & de Homonym. Hyles Iatr. cap. xl. optime igitur Baſilius Zanchius in ſua Phoenice,

Indigenae Phoenica vocant, quae ture Sabaeo,
Ambroſiaeque comis
Veſcitur, & panace, & ſucco benelentis amomi:
Nec fera fata timet.

89. *Protinus in ſtrato corpus mutabile nido*] *inſtractis corpus mobile* Voſſianus. Quid ſi Voſſianas membranas ſecuti legimus, *Protinus inſtructo bis corpus mutabile nido.* vel *corpus non mobile. corpus indotabile* Hafnienſis. Lincolnienſis, *corpus mortabile*, ut & Mediceus. unus Vaticanus, *ſtratis corpus mirabile.* forſan pro *reparabile.* Viderint ſagaciores, an vulgata ſcriptura loco ſit movenda. HEINS. *inſtratus corpus mutabile mole* in Maerano. *inſtrato* tres edd. Romm. *in ſtratis* Medic. Suecic. ſec. *in ſtrato* Ven. Junt. Ald. & ceterae edd. *inſtructo* conjecerat Francius. ut v. 77. *Conſtruit inde ſibi ſeu nidum &c.* Ovid. xv. Met. 401. *pendo nidum ſibi conſtruit ore.* egit etiam de hoc loco N. Heinſ. in Epiſt. cccclxxii. ad Graev. Tom. iv. Syllog. pag. 536. ubi refellit nuperi caſtigatoris, ſed quem non nominat, in libello Geographicarum Obſervationum conjecturam *in ſtatice nido*, quam

90. Vitalique toro membra quieta locat.

Ore

quam non inmerito ineptam vocat, ſive ille voluerit nidum ipſum Phoenicis e ſtacte conſtructum fuiſſe, quod praecedere debuiſſet ſupra, ubi auctor nidum deſcribit; ſive id referatur ad aromata nido inſtrata, tunc enim bis idem diceret poëta, quia *ſtacte* nihil aliud, quam lacrima myrrhae, cujus cum panacea jam ſupra mentionem fecit. Haec tangunt Jac. Gronovium, qui in Diſſertatione Epiſtolari II. ad Livium, in Tom. IV. ed. Drakenb. pag. 124. recuſa, legebat,

Protinus in ſtactes corpus dotabile nido.

& *in ſtactis nido* pro odoribus omne genus referto exponit. *ſtacte* autem eſt myrrha, quae ex arbore fluit, vel unguentum ex myrrha. ut docuerunt Brodaeus Lib. V. Miſcell. cap. 7. Caſp. Hofmann. Lib. III. Var. Lect. 5. & Bodaeus ad Theophr. Hiſt. Plant. Lib. IX. p. 982. & ſic per *Orontean myrrham* ſtacten intelligit Broukhuſ. apud Propert. II. El. I. 3. ejuſmodi certe conjecturae intempeſtivam potius oſtentant eruditionem, quam ingenium poëticum, aut judicium Critici emendandis poëtarum locis idonei. nam longe ſimplicioris & nativae magis elegantiae eſt *ſtratus* vel *inſtratus nidus*, quodque adhaeret Ovidio in Phoenicis deſcriptione Lib. XV. 399.

Quaſſaque cum fulva ſubſtravit cinnama myrrha,
Se ſuper imposit, finitque in odoribus aevum.

niſi forte eum offenderit, *inſtratum nidum* ſic ſimpliciter dici, pro inſtratum cinnamo, amomo, myrrha, & ex ceteris aromatibus exſtructum. ſed ita *inſtratus torus*, veſtimentis nempe, tapetibus, & ſimilibus, apud Suet. Aug. 73. ad quem vide Patrui mei notas in Claud. cap. 18. deinde corrigendum cenſet Gronovius *corpus dotabile*, vel quia cinnama, amoma, ceteraque aromata Phoenici quaſi pro dote erant, quum credatur per hunc veluti ignem ire ad nuptias, quia v. 165. *Mors illi Venus eſt.* vel quod ſint quaſi ultima munera, quae in rogum ſuum confert. quae omnia quam contorta ſint & aliena, nemo non videt. & recte ibidem Heinſius vix Latine eo ſenſu dici *corpus dotabile* notat, atque ex codicis Voſſiani veſtigiis potius tentat *male mobile*, vel *jam debile*. cui favere poſſent illa Claudiani in Phoenicis Idyllio v. 46.

Hic ſedet, & blando Solem clangore ſalutat
Debilior, miſcetque preces.

vel etiam *reparabile*, quod defendere liceret ex Ovid. XV. Met. 392.

Una eſt quae reparet, ſeque ipſa reſeminet, ales.

& eodem Claudiano II. de Laud. Stil. 414. de Phoenice,

Sic ubi foecunda reparavit morte juventam.

ſupra v. 61.

Ut reparet lapſum fatis vergentibus aevum.

idem *vegetabile* legebat Lib. III. Advers. cap. 8. pag. 457. ſed retinendum puto *mutabile*, quod major codicum numerus & vetuſtae editiones ſervant, quibus accedit Bodlejanus, in quo *motabile*. ſic apud Claudian. Idyll. de Phoenice v. 54.

Accipe principium rurſus, corpuſque coactum
Deſere, mutata melior procede figura.

& hoc ſuadent ſequentia, in quibus mutatio Phoenicis deſcribitur a v. 95. uſque ad 105. ubi inter alia,

Inde reformatur, quali fuit ante figura,
Et Phoenix ruptis pullulat exuviis.

Iterum Claudian. Idyll. de Phoenice v. 25.

Sed pater eſt proleſque ſui, nulloque creante
Emerſos artus foecunda morte reformat.

90 *Vitalique toro membra quieta locat*] *Nidalique toro* Voſſianus. unde olim conjeceram, *Natalique toro*. ſic apud Statium Theb. IV. de Semele,

Uſque adeone parum cineri data mater iniquo,
Nataleſque rogi?

nam *Natalis torus* vix Latine dicitur. ſed nihil potius mutandum. *Vitalem torum* pro mortuali dixit. Barthius ad Claudianum p. 937. corrigebat, *Vitalique rogo*, quaſi mortui non imponerentur toris. Fragmentum Petronii Traguriano: *tamen bene elatus eſt vitali lecto, ſtragulis bonis.* Ibidem: *Interim, Stiche, profer vitalia, in quibus vole me efferri.* ſic apparatum mortualem vocat. tum legendum *membra victa*. de quibus plura in Adverſariis. habes & *victa membra* apud Horatium. HEINS. *In talique* Medic. Suecic. ſec. & Maeran. unde *Feralique* etiam conjecerat Heinſ. vel *Cunalique toro*. adſtipulatur nonnihil Ovid. XV. Met. 405.

Fertque pius cunaſque ſuas, patriumque ſepulcrum.

quod eleganter imitatus eſt Baſilius Zanchius in Phoenice:

Atque ara nidumque ſimul, cunaſque recentes,
Et nova buſta locat.

& ſic in Claudianeo de Phoenice Idyllio v. 63. olim tentaverat Barthius,

Parturiente rogo cunis natura laborat,
Aeternam ne perdat avem.

ſed quod curis tamen ſecundis repudiavit. *In locoque tali* primus Vaticanus. *Inque tali loco* ſecundus. *Nidalique* Cod. Suecic. in Act. Jenenſ. ſed *vitali toro* recte ab Heinſio adſertum, quod & in tribus primis Ro-

Digitized by Google

Ore dehinc ſuccos membris circumque ſupraque
Injicit, exſequiis inmoritura ſuis.

Tunc

manis, Ven. Junt. aliiſque edd. vetuſtis, neque opus eſt *rogo* ſubſtituere cum Barthio. *vitalis* enim Phoenicis *torus* eſt, quia ab exuviis ſuis renaſcitur, unde mox v. 95. vocat *corpus genitali morte perenatum*. hinc de Sole Phoenicem incendente Claudianus in Idyllio ſuo v. 57. *miſſoque volentem Vitali fulgore ferit*. optime igitur vitalis torus Phoenicis opponitur mortuali. *torus* ſaepe pro lecto, in quem cadavera conponebantur. Statius Lib. VI. Theb. 55.

Damnatus flammae torus, & puerile pharetrum Texitur.

& v. 70.

Ceu grande exſequiis onus, atque immenſa ferantur Membra toro.

ut recte ex MSS. illic praetulit Barthius, pro *rogo. lectum* vocat Suet. Caeſ. cap. 84. & Albinov. Epiced. Druſ. 207. ut bene pro *luctu* reſtituit Heinſ. quem vide ad Ovid. II. Amor. El. 14. 39. ubi plura exempla congeſſit. & Cl. Oudend. ad Lucan. VI. 532. deinde praeclara & omnium Criticorum calculis adprobanda eſt Viri eximii emendatio *membra vieta* pro *quieta*, deleta tantum priore vocis litera, nam *quieta membra* hic nauci non ſunt. & ſic corrigendum monuit in notis ad Petron. cap. 43. & in Epiſt. ad Graev. pag. 536. *cremanda* conjecerat Francius, a vulgatae lectionis veſtigiis nimium pro more recedens. *quiete* in ed. Rom. 1474. *vieta membra* ſunt effoeta, ſenio & annis defecta. ſic enim ſupra v. 64.

Ac ſe reddiderint tempora longa grovum.

Ut reparet lapſum fatis vergentibus aevum &c.

eadem corruptela, qua hoc loco *quieta* & *vieta membra* confuſa ſunt, etiam in Tibulli Priapejo, quod legitur inter Luſus Ithyphallicos Carm. LXXXIII. v. 4.

Tepente cum jaceret abditus ſimo,
Vemus fuit quieta.

quod perperam Scioppius Lib. III. Veriſ. cap. ult. pag. 131. tuetur, & *Venerem quietam* exponit, ut apud Propert. III. 4. 34.

Noctibus illorum dormiet ipſa Venus.

ubi nollem Broukhuſius vulgatam in hoc verſu Tibulliano etiam probaſſet, veriſſime Heinſius Lib. III. Adverſ. cap. 8. emendavit,

Venus fuit victa.

ubi vocabulum hoc plurimis auctorum veterum locis reſtituit, & in notis ad Prudent. Pſychomach. praef. v. 47. pag. 98. *vietus*, ut exponit Feſtus, eſt *languidus & naturalibus privatus viribus*. Gloſſae Gr. Lat. pag. 633. ed. Vulc. ἀτονῶς, *vietus*, *marcidus*, *marcens*. Serv. ad Virg. III. Aen. 31. *vietos* interpretatur *curvos per ſenectutem*. ſed voci huic quaſi perpetuum bellum indixerunt librarii, quam ſaepe tamen viri docti vindicarunt. ſic in Enni verſibus apud Cic. de Senect. cap. 6. corrigit Scaliger de vers. a Gaza verſis pag. 92.

Quo vobis montes, veſtes quae flare ſolebant
Antehac, dementes ſeſe flexere vietae.

pro quo ſcripſiſſe Ennium *ſeſe flexere viae*, ut *vasus*, *ſecedes* in monumentis priſcis, cenſet Jac. Gronov. in Exerc. de Juda pag. 130. cujus inventi elegantiam ac venerem nemo perdite deperibit, ut nec amplectar ſententiam Barthii, Scaligeri emendationem rejicientis ad Gall. Confeſſ. pag. 88. ac legentis *caecas flexere ruinas*. in Lucretii loco ſub finem Lib. II. ubi *vetulae vitis ſator atque vietae* emendat Heinſius, praeferrem id ſane conjecturae Iſ. Voſſii caſtigantis *fatiſcae*, quia *fatigat* in MSS. apud Nonium in Fragmento Licinii Macri, voce *contendere* pag. 259. *quorum in corpore ita crebra ſunt vulnera vieta, novae cicatrici ut locus non ſit*. ut recte illic idem Voſſius ad libri ſui marginem pro *vulnera vitae*. qui ſimiliter apud Valer. Max. Lib. VI. cap. 28. praeferebat *obducta jam vietis cicatricibus bellorum civilium vaſtiſſima vulnera*. ac ex cod. Cauchiano etiam reſtituit Pighius. nam in vulgatis ſcribitur *vetuſtis cicatricibus*. quae alterius vocis gloſſa eſt. ſed Pighio acutior Barthius ſe opponit Lib. XXII. Adverſ. cap. 13. & *vitiis cicatricibus* mavult, ut nec in Petronio cap. 100. admittit *vietus & ſenex non erit gravis*. licet apud Terentium, *vetus*, *vietus*, ac *veternoſus ſenex* dicatur. & Ammian. Marcell. Lib. XVIII. cap. 5. *Sabinianus vietus quidam ſenex*, Martian. Capell. Lib. VIII. pag. 270. *Euan conſectatus pone vietus atque ecclinis adſtabat*, *ſeu marcore confectus aetatis &c.* apud Senecam de brev. vit. cap. XII. *qui victorum ſuorum greges in aetatum & colorum paria diduxit*. ita Lipſius pro *vinctorum*, & *victos* recte explicat exoletos. ut eidem Senecae Epiſt. 95. *agmina exoletorum per colores & nationes diſtincta* dicuntur, *aetatem victam* habes apud Gell. Lib. III. cap. 15. ut corrigit Cuperus Lib. II. Obſerv. cap. 20. licet viri illuſtris, ſed indicti, emendationem rejiciat Jac Gronovius. ubi vulgo *aetate jam edita*. pro quo Lipſius *exita* vel *exacta*. Cic. de Senect. cap. 2. *ſed tamen neceſſe fuit eſſe aliquid extremum, & tamquam in arborum baccis terraeque frugibus maturitate tempeſtivos, quaſi vietum & caducum*. Sed, ne plura adcumulem, aliis etiam auctorum veterum locis vocabulum hoc adſeruerunt praeter Zinzerling. in Promuls. Crit. cap. 5. Pincierus Lib. I. Parerg. cap. 28. Gronov. ad Gell. Lib. XIII. cap. 2. & Cl. Oudend. ad Suet. Dom. cap. 4. p. 906.

91. *Ore dehinc* &c.] *Oreque dehinc* tres edd. Romin.

Digitized by Google

Tunc inter varios animam commendat odores.
Depoſiti tanti nec timet illa fidem.
95. Interea corpus genitali morte peremtum
Aeſtuat, & flammam parturit ipſe calor;
Aetherioque procul de lumine concipit ignem.
Flagrat, & ambuſtum ſolvitur in cinerem.

Quos

Romm. ut ſupra v. 83. *Cinnama debinc*, nam *debinc* biſyllabum prima brevi, licet apud Claudianum alioſque occurrat. melius tamen in unam contrahitur ſyllabam, ut *dein*, & *deinde*. vid. Heinſ. ad Ovid. VII. Met. 639. non dubito auctorem hic ante oculos habuiſſe illud Naſonis de Phoenice Lib. XV. Met. 400.

Unguibus & pando nidum ſibi conſtruit ore,
circumquaque ſupra Voſſian. *ſupraque circumque* ed. Rom. 1468. & verſ. ſeq. *obſequiis* Bodlej.

93. *Tunc inter varios*] idem Barthius ad Claudian. pag. 989.

Tunc Mithras in varios animam commendat odores.

vix auſim adſenſum praebere. HEINS. Vulgatam quoque loco non movendam contendit Bunemannus. utinam tamen numquam infelicius Criticae litaſſet Barthius. nam *commendare animam* ſic ſimpliciter poſitum ſine exemplo arbitror. & confirmari egregie poteſt haec conjectura ex Claudiani Idyllio de Phoenice v. 45.

Hic ſedet, & blando Solem clangore ſalutat
Debitor, miſcetque preces, ac ſupplice cantu
Praeſtatura novas vires incendia poſcit.

& praecipue v. 94.

Illic, ut perhibent, patriam de more reponit
Congeriem, vulcumque Dei veneratus berillem,
Jam flammas commendat ovo.

forte & *Pharios odores* praeſtiterit, quam *varios*. licet indicare poſſit odores diverſos in praecedentibus enumeratos. Statius Lib. II. Sylv. I. 161.

Quid Cilicum flores, quid munera graminis Indi,
Quodque Arabes, Phariique, Palaeſtinique liquores
Arſuram lavere comam.

ut pro inſulſa aliarum editionum lectione, *Phariique*, (*palam eſt vidique*) *liquores*, feliciſſima & indubitata emendatione primus reſtituit Seldenus de Dis Syris pag. 7. merito probata ab Heinſio Lib. IV. Advers. cap. 3. pag. 580. qui apud eumdem poëtam recte etiam corrigebat Lib. V. Sylv. I. 213.

Ver Arabum Cilicumque fluit, floreſque Sabaei,
Indorumque arſura leges, praereptaque templis
Tura, Palaeſtinique ſimul, Phariique liquores.

ubi nunc perperam circumfertur,

— *Palaeſtini ſimul, Hebraeique liquores.*

quia ſic bis idem diceretur, neque *Hebraei* nomen ſcriptoribus illius ſeculi Latinis uſitatum ſit. idem Statius Lib. II. Sylv. 6. 87.

— *oderiferos exhauſit flamma Sabaeos,*
Et Cilicum meſſes, Phariaeque exemta volucri
Cinnama, & Aſſyrio manantes gramine ſucos.

ubi *Phariam volucrem* hanc ipſam Phoenicem vocat. paſſim vero & ubique *Pharios* & *varios* confudiſſe librarios nemo neſcit. apud Virg. VIII. Aen. 685.

Hinc ope barbarica, Phariiſque Antonius armis.

ut pro *variis* conjecerat Heinſ. & firmare conatus ſum ad Lib. II. Apthol. Lac. Ep. 157.

Per ſcelus admiſit Phariis Antonius armis.

ſic differunt codices apud Sueton. Dom. cap. 1. & Prudent. Lib. II. contra Symmach. 920.

Audio per Pharios Nilum diſcurrere compos.

ubi *varios* in Rottendorph. & Oxon. vide notas ad Claudian. IV. Conſ. Hon. 573. & Heinſ. ad Propert. pag. 669. mox *Depoſitum* Voſſian. *Depoſitum* Suecic. in Act. Jenenſ. *finem* vitioſe in ed. Venet.

96. *Flammas parturit ipſe calor*] *flammam* ſcripti, & *Aetherioque* pro *Aerioque*. recte. HEINS. *flammam* in Voſſ. Medic. Vatic. Maeran. Lincoln. Bodlej. Barthol. & Suecic. in Act. Jenenſ. *flammas* in ed. Ven. Junt. Ald. ceteriſque. *pertulit* in Maerano & Lincoln. *protulit* cod. Lambec. & edd. Romm. in quibus etiam *corpus genitale. Aetbereoque* Voſſ. Maeran. Bodlej. Suec. ſec. Vatic. pr. & Barthol. *Aetherioque* cod. Suec. in Act. Jenenſ. ut ſemper ſcribendum monet Broukh. ad Tibull. III. 4. 17. *Aëreoque* in edd. Romm. Ven. Ald. Pith. alioſque *Aerique* vitioſe Junt. *ignes* Maeran. *volvitur* Suecic. ſec. *in cineres* primus Vatic. & Bodlej. ſed *in cinerem* magis quidem poëticum. Propert. II. El. 10. 31. *Deinde ubi ſuppoſitus cinerem me fecerit ardor.* Claudian. Idyll. vs. 103. *praebetur origo Per cinerem.* vide ad Lotich. Lib. I. El. 4. 81. *anguſtum cinerem*, ut Barthius volebat, non admittit Bunemannus, qui *ambuſtum* bene refert ad *corpus*, quod ſolvitur in cinerem. hinc, ut vitetur ambiguitas, praeferrem hoc loco *in cineres*, praeſertim quia ſequitur *Hoc velut in*

moſ-

Quos velut in maſſam cineres in morte coactos
Conflat; & effectum ſeminis inſtar habent.

Hinc

maſſam cineres. vel *Quos.* ut in Voſſ. Medic. Vatic. pr. duobus Succicis, Maeran. Bodlej. Lincoln. Haſn. & Barthol. *Hos* ed. Ven. Ald. Pith. & ceterae.

99. *Hos velut in maſſam cineres in morte coactos*] Codices noſtri *Quos velut.* praeterea Voſſianus, *cineres in morte coactus.* unus Vaticanus, *cineres de more.* alter, *caeleſti rore coactos. in monte* Oxonius. Forte, *in maſſam cineres ſine more coactos.* hoc eſt, in maſſam inconditam atque indigeſtam, ſic *ſine more furere, currere,* ſimiliaque. Poſſis etiam, *in maſſam cineres orbemque,* vel *cumulumque coactos.* ſed *ſine more* propius reſpondet Voſſianae ſcripturae: ſic apud Maronem, *Tempeſtas ſine more furit.* Barthius ad Claudianum pag. 989. minus bene, *ſine morte coactos.* mox corrigendum, *& effectum ſeminis inſtar habent.* cineres nempe. quod codex Haſnienſis & Bartholinius confirmant. *habet* in vulgatis perperam circumfertur, niſi mavis, *id effectum ſeminis inſtar habet.* HEINS. Voſſiani libri ſcripturam *in more coactus* exhibet etiam Cod. Succ. in Act. Jenenſ. unde *ſine more* elicere tentat Heinſius, pro in maſſam inconditam indigeſtamque, cujus tamen locutionis exempla merito quis deſideret. nam Virgilianum, *Tempeſtas ſine more furit*; alio dicitur ſenſu, pro extra ordinem ſaeva, & raro viſa, praeter morem, ſine exemplo. vide Patrui notas ad Ovid. I. A. A. 119. & quae dedi ad Medeam in Lib. I. Anthol. Lat. v. 318. Itaque praeferret Cl. Oudendorpius *non more.* ut apud Silium Lib. XII. 449. *vellis non more carinis.* ubi *ſine more* etiam Heins. Francius vero Vaticani codicis ſcripturam *de more* probabat, id eſt, ut ſolet Phoenix. ſic in Idyllio Claudiani v. 92. *patriam de more reponit Congeries.* lectionem ſecundi codicis Vaticani *caeleſti rore coactos* ex librarii cerebro prognatam non opinor. ſed forte in ea latet *coeleſti ardore*, id eſt cineres in maſſam coactos conflat ſeu incendit *aetherio* Solis *lumine*, ut paullo ante dixit, unde ignem concepit. cui conjecturae favet Claudianus in Idyllio ſuo v. 56. ubi de Sole Phoenicem adflante:

——— *miſſoque volentem*
Vitali fulgore ferit. jam ſponte crematur,
Ut videat, gauletque mori feſtinus in ortum.
Fervet odoratus telis coeleſtibus agger,
Conjumitque ſenem.

Cl. Oudendorpius hinc eliciendum divinabat,

——— *ſolvitur in cineres.*
Hos velut in maſſam Cinyreo rore coactos &c.

ut ros Cinyreus ſit myrrha liquida, ut ſupra *gutta pinguis & vis myrrhae* v. 86 & 88. quae Cinyra *nomen herile tenet*, ut Ovid. X. Met. 502. ita certe ingrata vocis *cineris* repetitio amovebitur. non obnitor tamen, ſi quis nihil potius innovandum cenſeat, nam *in morte*, eſt in ipſa morte, jam moriens, ſive dum moritur. ut *oculi in morte natantes* ſaepe apud poëtas. *oculi in morte minaces* Lucano Lib. II. 26. Valer. Fl. I. 821.

In media jam morte ſenes, ſuffectaque leto
Lumina.

ſic in Carmine de Aeneide Virgilii v. 21. quod edidi Lib. II. Epigr. vet. 184.

——— *ſi forte furenti*
Erravit in morte dolor.

mox *Conſtat* cod. Barthol. *Conſtat refectum* Maeran. *effectum* etiam in Lambec. *at effectum* edidit Bunemannus. *habet.* Haſn. Barthol. & edd. Romm. Ven. Junt. Ald. Pith. aliaeque. Heinſianas conjecturas hic equidem non ſequor. ſed multo minus Francii hariolationem *& inflatum.* Neſcio autem an intellexerit Heinſius *cineres habent effectum, inſtar ſeminis*, ut ſecunda emendatione voluiſſe videtur, quo ſenſu an *effectum habere* recte hic dicatur dubito, tunc enim diſtinguendum eſſet, *id effectum, ſeminis inſtar, habet.* vel potius conjunxerit *inſtar ſeminis effectum*, ut *inſtar effectum* dicatur pro elaborato, artificioſe ex cineribus illis quaſi conpoſito. quo modo *effecta* dicuntur, quae manu artificis veluti elaborata ſunt. ut apud Ovid. VII. Met. 129.

Sic ubi viſceribus gravidae telluris imago
Effecta eſt hominis, foeto conſurgit in arvo.

ubi vide Patrui mei notas. ſed quia id aliquanto durius videtur, unice probo laudoque primi codicis Vaticani ſcripturam, *& ad foetum ſeminis inſtar habet.* ut innuat cineres hos in maſſam coactos, & a Sole accenſos, habere inſtar ad foetum, ſeu ad prolem recidivam propagandam. *fetum* enim abiit in *fectum* vel *effectum*, ex more librariorum paſſim literam *e* ante *t* ponentium, ut & in aliis vocibus errori anſam dederunt. vide Cl. Oudend. ad Sueton. pag. 155. & 729. adjuvat hanc lectionem Claudianus Phoenicis Idyllio v. 23.

Hic neque concepto foetu, nec ſemine ſurgit,
Sed pater eſt proleſque ſui.

Tacitus VI. Ann. 28. de Phoenice: *confecto quippe annorum* (adde cum Heinſ. *annorum M.* id eſt *mille*) *numero, ubi mors propinquet, ſuis in terris ſtruere nidum, eique vim genitalem adfovere, ex*

qua

Digitized by Google

Hinc animal primum ſine membris fertur oriri,
Sed fertur vermi lacteus eſſe color.
Creverit inmenſum ſubito cum tempore certo,
Seſe ovi teretis colligit in ſpeciem.
Inde reformatur, qualis fuit ante figura;
Et Phoenix ruptis pullulat exuviis.

qua foetum *oriri*, *& primum adulto curam ſepeliendi patris, neque id temere, ſed ſublato murrhae pondere, tentatoque per longum itinere*, ubi pro *ſuis in terris* Heinſius in notis ineditis legebat *furculis turis* vel *tureis*, ex Plinio Lib. x. cap. 2. *feneſcentem caſia turiſque furculis conſtruere nidum*. & *ſublato faburras pondere* pro *murrhae pondere*, quod tamen vindicant Melae verba, *oſſa priſtini corporis incluſa myrrha Aegyptum exportat*. *ad foetum* autem pro ad ſobolem novam, ut *foetu melior Trachin* pro foecundior Senecae in Troad. 817. & contra *foetibus inutiles* vaccae apud Columellam Lib. VI. de R. R. cap. 21.

102. *Sed fertur vermi*] *vermi* in priſcis exemplaribus. concinne. HEINS. ſic Medic. uterque Vatic. & Suecic. alter a m. pr. Maeran. Lincoln. & Barthol. Francius adſcripſerat, *Dicitur & vermi lividus eſſe color*. vel *Cui ſimilis lacti dicitur eſſe color*. audaci nimis licentia.

103. *Crevit in immenſum*] *Creverit immenſum* Voſſianus cum editione Romana, & aliis quatuor codicibus. quo alludit & Oxonienſis libri illud, *Creverit in maſſam*. *Creſcere immenſum*, & *in immenſum* dicitur. Naſo Lib. v. Faſtor.

Creverat immenſum; comitem ſibi Delia ſumpſit.

Idem *in immenſum creſcere* Metam. IV. dixerat. *ardere immenſum* & *immenſum vivere* in Tacito occurrit, cum idem Naſo Metam. II. alterum ſit ſecutus:

Ardet in immenſum geminatis ignibus Aetne.

recte igitur *Creverit immenſum* libri veteres, ſed tunc verſu proximo reponendum, *Seſe ovi teretis colligit in ſpeciem*. quamquam ſcripti cum vulgatis *ſeque* agnoſcant. HEINS. *Creſcit & immenſum ſubito cum corpore* Macranus. *Creſcit in immenſum* pr. Vatic. ut in notis praefert Bunemannus, ſed in contextu *Creverit*. in ed. Ven. Junt. Ald. Pith. ceteriſque *Crevit in immenſum*. Sed recte Heinſius *Creverit immenſum*. quia id praeter Voſſianum ex auctoritate reliquorum codicum eſt, Mediceі nempe, Succici ſecundi, Hafn. Barthol. Lambec. & Suecici in Act. Jenenſ. probaturque a tribus primis editionibus Romanis. & hoc magis placebat Cl. Oudendorpio, qui ad firmandam locutionis hujus frequentem variationem adſcripſerat ex Apulejo Lib. IV. pag. 63. *immenſum procedit in dies opinio*. ubi alii *in immenſum*. Lib. X. pag. 220. *Nam video in immenſum damni procedentem querelam*. & de Doctr. Platon. pag. 627. *in immenſum augeri*. Livium Lib. XXI. 33. §. 7. *in immenſum altitudinis dejecit*. ubi *immenſum altitudinis* ex MSS. adfert Drakenb. vide hic Bunemanni notas. Ovid. III. Am. 12. 41.

Exit in immenſum fecunda licentia votum.

ubi etiam ſubſtituere liceret,

Creſcit in immenſum.

ut Lib. IV. Met. 660.

—— *tum partes auctus in omnes*
Crevit in immenſum.

ſed alterum conſtanter ſervant codices: *immenſum gliſcere* eſt apud Tacit. IV. Ann. cap. 27. *ſubito cum corpore certo* etiam in Hafnienſ. *Seque ut ovi* Medic. Suec ſec. & uterque Vatic. metro invito. *Seque ovi* edd. Romm. Ven. Junt. Ald. Pith. & ſequentes. Francius vero totum locum ſic conſtituebat,

Creverit immenſum ſubito mox tempore &c.

vel,

Crevit in immenſum ſubito cum tempore, teretem
Seſe ovi teretis colligit in ſpeciem.

105. *Qualis fuit ante figura*] *quali figura* ſcribendum, vel *qualis figuram*. HEINS. ſic etiam Francius. ſed parum refert, & ſervata lectione vulgari diſtingui poteſt,

Inde reformatur, qualis fuit ante, figura.

nam *velut fuit ante* eſt in ſecundo Vaticano. Claudianus Idyll de Phoenice v. 54. *mutata melior procede figura*. ſequenti verſu *poſitis exuviis*, pro *ruptis*, idem Francius. ut apud Virg. II. Aen. 473.

Qualis ubi in lucem coluber malo gramina paſtus &c.
Nunc poſitis novus exuviis nitidiſque juventa
Lubrica convolvit ſublato pectore terga.

ſed illic agitur de ſerpente pellem exſuente, cui *poſitae exuviae* optime conveniunt, hic vero, quia modo praeceſſit,

Seque ovi teretis colligit in ſpeciem,

nihil aptius dici poteſt quam *ruptis*: ut ova per matris incubantis teporem excluduntur, & ex rupto putamine prodit pullus. Columella Lib. VIII.

Ac velut agreſtes, cum filo ad ſaxa tenentur,
Mutari tineae papilione ſolent.
Non illi cibus eſt noſtro conceſſus in orbe,
Nec cuiquam inplumem paſcere cura ſubeſt.
Ambroſios libat coeleſti nectare rores,
Stellifero teneri qui cecidere polo.
Hos legit, his alitur mediis in odoribus ales,
Donec maturam proferat effigiem.

Aſt

cap. 5. §. 14. *animadvertat, an pulli teſtellis ova percuderint, & auſcultetur, ſi pipiant. nam ſaepe propter craſſitudinem putaminum erumpere non queunt.* ubi *rumpere* in cod. vetuſtiſſ. Sangermanenſi, ex quo etiam *ova pertuderint* praeferendum. Claudianus Praefat. III. Conſ. Honor. v. 4.

Nam pater, excuſſo ſaluit quum tegmine proles,
Ovaque maternus rupit hiulca tepor.

ubi *excluſo* vel *excuſo tegmine*, aut *germine*, conjiciebat Heinſius. ſed *excuſſo* bene vindicavit Patruus. neque etiam cum eodem Heinſio illic *maturus* pro *maternus* tentandum eſt. de erucae mutatione in papilionem Plinius Lib. XI. cap. 32. *Haec eruca, quam chryſalidem appellant, rupto deinde cortice evolat papilio.* Talia igitur hic mutare velle contra omnium codicum fidem, & mentem poëtae, nimia ſane corrigendi intemperies eſt.

107. *Ac velut agreſtes cum filo ad ſaxa tenentur*] *cum ſolo* Voſſianus mendoſe, ſi quid video. nec bene homines eruditi *ad taxa tenentur. taxus* enim non *taxum* dicitur. mox ildem *tineas* pro *pennis* repoſuere, quod ſcripti editique codices perperam amplectuntur. Eſt enim Naſonem hic imitatus Lactantius, ut alii jam monuere, qui Metam. XV. (372.)

Quaeque ſolent canis frondes intexere filis,
Agreſtes tineae, res obſervata colani,
Ferali mutant cum papilione figuram.

Fuit cum legendum arbitrarer,

Mutari aureliae papilione ſolent.

HEINS. *agreſti* Maeran. *agreſtis* Bodlej. & *tenetur. cum ſolo ad taxa* cod. Suecic. in Act. Jenenſ. *taxa* legendum monuit Thomaſius, ut in margine ed. Pith. qui in textu edidit *ſaxa*, & *pennae*. ſed *tineas* in marg. ut ex loco Ovidii jam emendaſſe Covarruviam idem Thomaſius notat. Francius vero,

Haud ſecus agreſtes, cum filo in fronde tenentur,
Mutari tineae papiliane ſolent.

quia apud Naſonem,

Quaeque ſolent canis frondes intexere filis.

Mutari pro *Mutari* in Bodlej. *Motare* & *papilionis* Voſſian. *pennae* Maeran. Bodlej. edd. Romm. Ven. Junt. Ald. Gall. & Bunem. ſed *tineas* praeferendum ex Ovidio, apud quem de bombycibus male intelexiſſe Regium notavit Micyllus. non tamen Codicibus MSS. debetur haec lectio, ſed Thomaſio, unde in Raphelengiana, Demſteri, Barthii, & Heinſii editionibus expreſſa fuit. eam firmat Theophraſtus Lib. II. Hiſt. Plant. cap. VI. *τὸν μέλιτα ζώσας διὰ πλείονα χρόνον ἔσιν, ὅτι ἀκμαῖος γίνεται χρονιώτερος. ἔτι ἐν τούτοις ψύχει. & mutantur per animalia plura: ut cum ex tinea eruca, dein ex ea papilio gignitur.* ubi confer quae habet Bodaeus pag. 84. quem locum vel ideo adſcripſi, ut adjuvarem nonnihil Heinſianam conjecturam,

Mutari aureliae papilione ſolent.

quia tinea prius in erucam ſive chryſalidem, id eſt aureliam, mutatur, antequam rupto cortice evolet papilio, ut dicit Plinius.

109. *Non illi cibus eſt*] *eſt* deeſt Voſſ. & Vat. ſec. dein *cuique* Vat. pr. *cuiquo in pulmen* corrupte in Suecico ſecundo.

111. *Ambroſios*] *Ambroſiae* Maeran.

112. *Stellifero teneri*] *tenues* Voſſianus & Oxonius. bene. mox ex ſcriptis, *bis alitur mediis in odoribus ales.* HEINS. *tenues* etiam ex v. c. adfert Gallaeus, & ex Suecico Acta Jenenſia. quod recte probat Heinſius. nam ſic *tenuis aqua, tenuis nebula, pluvia*, &c. Virgilio, Ovidio, aliiſque paſſim. *tenues quum cecidere* Francius. *qua cecidere* Hafn. in quo etiam *alitur mediis*, & in Barthol. Medic. Voſſ. Suecic. ſec. & in Act. Jen. Maeran. Bodlej. biniſque Vaticanis. neque aliter in edd. Romm. quod concinnius, quam *bis mediis* jungi, ultimamque in *alitur* ſequente vocali produci. ut male in ed. Ven. Junt. Ald. Pith. Demſt. Rapheleng. Barth. & Gallaei. mox *perferat* Voſſ. Suec. ſec. Maeran. Hafn. Barthol. uterque Vatic. & v. c. Gallaei. ſed perperam. *proferre partus, ſobolem*, & ſim. paſſim apud poëtas. Ovid. VIII. Met. 460. *Protulit hunc genetrix.* Claudian. Paneg. Prob. & Olybr.

115. Aſt ubi primaeva coepit florere juventa,
Evolat ad patrias jam reditura domos.
Ante tamen, proprio quidquid de corpore reſtat,
Oſſaque, vel cineres, exuviaſque ſuas,
Unguine balſameo, myrrhaque & ture ſoluto
120. Condit, & in formam conglobat ore pio.
Quam pedibus geſtans contendit Solis ad urbem,
Inque ara reſidens, ponit in aede ſacra.

Mi-

Olybr. 146. *& magnos proferrent fidera partus.* ut in optimis codd. nam male *praeberent*, & *praeferrent* in aliis, vel *proderent cum fidera partus.*

115. *Aſt ubi primaeva*] *Has* Voſſ. Suecic. in Act. Jen. & v. c. Gallaei. *Atque ubi* mallet Bunem. ſed vide ſupra ad v. 43. *Aſt ubi Sol pepulit.* ſic v. 142. *Aſt ungues reſeto* &c. *exporit* Voſſ. *juventus* idem & Suecic.

116. *Evolat ad primas jam reditura domos*] *ad patrias domos* cum ſcriptis potioribus & prima editione. mox *ture ſoluta*, non *ſoluto*, Oxonius. HEINS. *ad patrias* omnino legendum, ut in Voſſ. Suecico utroque, binis Vatic. Maeran. Hafn. Barthol. & Lambec. *Et volat ad patrias* Bodlej. *nam reditura* Vat. ſec. *Evolat: ad patrias* tres edd. Romm. *ad primas* male in ed. Ven. Junt. Ald. Pith. ceteriſque. ſimili variatione apud Ovid. XV. Met. 402.

Corpore de patrio parvum Phoenica renaſci.

ubi in codice Bibl. Caeſarene *Corpore de primo* legi teſtatur Lambecius. ſed perperam. Tacitus VI. Annal. 28. de Phoenice agens, *tentato per longum itinere, ubi par oneri, par meatui ſit, ſubire patrium corpus, inque Solis aram perferre atque adolere.* Lactant. Epit. Ovid. Met. Lib. XV. Fab. 37. *ibique in templo ejus* (Solis) *monumentum patris reponit.* vid. Heinſ. ad Claudian. Idyll. v. 52. dein *Oſſa vel & cineres* Suecic. ſec. *Oſſa ſua & cineres* &c. & ſeq. vers. *ſoluta* Francius, qui etiam conjecerat *in maſſam conglobat.* ut ſupra v. 99.

Quas velut in maſſam cineres in morte coactos
Conflat.

aere pio Maeran.

121. *Quam pedibus geſtans contendit Solis ad urbem*] Hafnienſis *intendit.* venuſte, ut τὸ *iter* ſubintelligatur. *ſolis ad urbem* Barthius, probabili conjectura. Heliopoli enim id fieri inter ſcriptores convenit. ita etiam If. Voſſius ad Melam Lib. III. cap. 8. pro *ponit in aede ſacra* codices ſcripti promit. HEINS. *Quae pedibus geſtans* Bodlej. *Hanc* Francius. *conſecutit* Maeran. Heinſianam *intendit*, ſubintellecto *iter*, placebat Cel. Oudendorpio, ut apud Ter. Andr. II. 2. 6. *quo nunc primum intendam.* Cic. I. Catil. 12. *ſi iſte, quo intendit, in Manliana caſtra perveneris.* Salluſt. Jug. 102. *pervenit in oppidum Cirtam, quo initio profectus intenderat. iter intendere* plene dixit Livius Lib. XXXVI. 21. idem legendum exiſtimabat *dum tendit*, minore diſtinctione poſt *ſacra* poſita. Claudian. Idyll. v. 74.

Auctoremque globum Phoeniae telluris ad oras
Ferre juvat, velox alienum tendit in orbem.

ut praefert Heinſ. pro *pergit.* deinde certiſſimam If. Voſſii & Barthii ad Claudian. pag. 995. emendationem *Solis ad urbem*, obnitentibus licet codicibus ſcriptis, & editionibus ſingulis, in quibus *Solis ad ortus* hactenus vulgatum fuit, non dubitavi in contextum tandem recipere, quam miror neque ab Heinſio, aut noviſſimo editore Bunemanno reſtitutam eſſe. quod ne temere feciſſe videar, cavebunt loca auctorum veterum id jubentia. Herodotus Lib. II. cap 73. ἐξ Ἀραβίης ἐμμώμους, ἐς τὸ ἱρὸν τοῦ Ἡλίου κομίζειν τὸν φοίνικα, ὡς σμύρνῃ ἐμπλάσσοντα, καὶ θάπτοντὸ τοῦ Ἡλίου τῷ ἱρῷ. Achilles Tatius ſub finem Lib. III. in deſcriptione Phoenicis: καὶ τοῦτον πόλαι μὲν πλανᾶσθαι τὸν Ἥλιον, ἔρημος ἄνευ μητρώας πατρίδος, ἔστασι δὲ ἐπὶ μετώπου σκοπῷ, καὶ ἐπιβλέπει τὰς πρακτέας τῷ θεῷ. &c. Pomponii Melae verba ſunt: *Cum adolevit, oſſa priſtini corporis incluſa myrrha Aegyptum exportat, atque in urbem, quam Solis appellant, fragrantibus arcbio buſtis inferens ſeſe memorando funere conſecrat.* Tacitus Lib. VI. Ann. cap. 28. in deſcriptione Phoenicis: *in civitatem, cui Heliopolis nomen, advoleviſſe, multo ceterarum volucrum comitatu, novam faciem mirantium.* Lactantius Epitomator Ovidii XV. Met. Fab. 37. *Phoenix in Aſſyriae finibus nido ex odoribus facto, cum eſt ſenectute preſſa, ſupra ſe cumbit: ex cujus ſanie alia renaſcitur, & viribus roborata, nidum in urbem effert Solis.* ubi male *orbem* in aliis. atque ita Claudianus in Phoenicis Idyllio v. 89.

Clara per Aegyptum placidis notiſſima ſacris
Urbs Titana colit, centumque accline columnis
Invehitur templum Thebaeo monte revulſis.
Illic, ut perhibent, patriam de nare reponit

Mirandam ſeſe praeſtat, praebetque videnti:
Tantus avi decor eſt, tantus abundat honor.

125. Prin-

Congeriem, vultumque Dei veneratus herilem
Jam flammae commendat onus: jam deſtinat aris
Semina reliquiaſque ſui.

His plura poſſent addi veterum teſtimonia, quae membranis antiquis & editionibus omnibus, in mendoſam ſcripturam pertinaciter licet conſentientibus, praeponere aequum eſt. Neque dubito Baſilium Zanchium, in ſua Phoenicis deſcriptione Elegiam hanc ante oculos habentem, ſic quoque legiſſe, quantum ex imitatione colligere licet. Ita enim ille verſibus elegantiſſimis haec expreſſit:

Ille volans, Arabaſque legit, Panchaeaque rura,
Turis & arva petit:
Quaque Paraetonii ſeptemfluus cornua Nili
Fertilis unda rigat:
Donec adorati praeceſſum Solis ad urbem,
Templaque ſancta venit;
Atque ara nidumque ſimul, cunaſque recentes,
Et nova buſta locat.

plura de hac *Solis urbe* vide apud Salmaſ. in Exerc. Plinian. Tom. I. pag. 549. ed. Paris. ubi in Solini loco hanc ejus emendationem prae ceteris admittendam arbitror, *rogos ſuos ſtruit cinnamis, quas prope Panchaiam convectat in Solis urbem, ſtrus altaribus ſuperpoſita.* ſequentem verſum vitioſe exhibet codex Maeranus, *Inque materna reſidens * promit.* in Voſſ. Medic. & Suec. ſec. *arma promit.* ut Suecic. in Act. Jen. *promit* etiam in Vat. ſec. Lambec v. c. Gallaei edd. Romm. & Ven. *coma* Vatic. pr. *Inque avis reſidens* Vat. ſec. id eſt, *aris. Inque alma reſidens promit* Hafnienſ. & Bartholin. *aram* conjecit Francius, & majori licentia graſſatus, tamquam ipſe carmen conderet, ſequentia ſic conſtituenda adſcripſerat,

—— *rutili ponit in aede Dei.*

vel,

Inque ſacra urbe ſui ponit, & aede, Dei.

quae invenuſta vocis *urbis* repetitio eſſet poſt *Solis ad urbem.* Sed vera lectio eſt, quam Heinſius & alii exhibuerunt,

Inque ara reſidens, ponit in aede ſacra.

quamque probavit Patruus meus ad illud Ovidii XV. Met. 407. ubi ex hoc loco legit,

Perque leves auras Hyperionis urbe petitus,
Ante ſacras aras Hyperionis aede reponit.

diſtinctionem tamen in medio verſu tollendam opinor, ne dicatur *reſediſſe in ara*, ſed verborum conſtructio ſit, *& reſidens in aede ſacra ponit*, oſſa nempe & exuvias, *in ara.* ſic enim jubet Claudianus,

—— *jam deſtinat aris*
Semina reliquiaſque ſui, myrrhata relucent
Limina, divino ſpirant altaria fumo.

& hinc Mela dicit priſtini corporis oſſa in urbem Solis exportare Phoenicem, atque in adyto templi Heliopolitani aris fragrantibus inferre.

123. *Mirandam ſeſe praeſtat praebetque videnti.*] pro *videnti* Voſſianus *vehementis* cum Mediceo, *vehementem* Hafnienſis. *vehentis* Oxonius. editio Romana *vehenti.* unus Vaticanus *volucris.* locus mendoſus, nam aut *praebet* aut *praeſtat* erat dicendum, alterutro omiſſo. aut hoc aut illud ex ſcriptura codicum variante videtur obrepſiſſe huic loco, aut aliud neſcio quid vocabuli excidiſſe. puto *cuicumque tuenti* pro *praebetque videnti* legendum. praeterea *Mirandum ſeſe praeſtat* Voſſianus & alii nonnulli. nil muto. Verſu proxime ſubſequenti corrigendum, *Tantus avi decor eſt. abi* ſcriptum fuerat antiquitus, hinc *ibi* factum. Faciunt tamen cum vulgatis ſcripti codices, niſi quod unus Vaticanus *ei.* quomodo conjiciebat Barthius ad Claudian. pag. 978. ſed noſtram reſtitutionem veriorem duco. poſſis etiam, *Tantus ubique decor*, idque arridet, ut verbum ſubſtantivum *eſt* hic amoveatur, quod hexametro proxime ſubſequenti rurſus occurrit. HEINS. *Mirandum* Maeranus, Lambec. Suecicus Heinſii, & in Act. Jenenſ. *videndum* Maeran. *praebet vehementes* Suec. in Act. Jen. *vehenti* etiam in cod. Lambec. edd. Romm. Ven. & Junt. Cl. Oudendorpio videbantur jungenda eſſe,

—— *vehenti*
Tantus avi decor eſt,

maſſam nempe paternarum reliquiarum. *vehenti* certe etiam in codd. & edd. vett. apud Buneman. & MS. Gallaei, qui ex alio v. c. adfert, *praebet vehementi.* Sed quem non offendat inepta illa tautologia *praeſtat, praebetque*, quorum alterutrum merito pro varia lectione habuit Heinſius, cujus tamen conjectura *cuicumque videnti* non ſatisfacit. idem enim hic diceret quod rurſus infra v. 150.

Talis in adſpectu ſe tenet uſque hominum.

Quia igitur in primo Vaticano pro *vehenti* legitur *volucris*, cogitabam an non commode ex veſtigiis vocis *praebetque* elici poſſet *Phoebes*, ac proinde caſtigandum ſit,

Mirandam ſeſe praeſtat Phoebes volucris.

ita enim paſſim Phoenix *volucris Phoebes*, vel *Phoebo*

Digitized by Google

125. Principio color eſt, qualis ſub ſidere coeli,
Mitia quem croceo Punica grana legunt.

Qua-

Phoebo ſacra avis dicitur. ſupra v. 33.

Paret & obſequitur Phoebo memoranda ſatellet.

ſic Plinio & Tacito *ſacrum Soli id animal* eſſe dicitur. hinc apud Achillem Tatium Lib. III. p. 215. ἀνεχιλ. δὲ τὸν Ἥλιον διεπότην, καὶ ὑ κεφαλὴ μαντρεῖ. διεφάνεσε γὰρ αὐτὸς πόλος ὑφρυος. Ἥλιον δὲ ἴσιν ὁ τῦ πόλε τέφανος ἐικὼν. *Titonius ales* Claudiano in Phoenicis Idyllio v. 7. & Lib. II. de Laud. Stil. 419.

Conveniunt aquilae, cunctaeque ex orbe volucres,
Ut Solis mirentur avem, procul ignea lucet
Ales, odorati redolens cui cinnama buſti.

quem locum imitatus videtur Corippus Lib. I. pag. 17. ed. Demſt.

Ales ut expoſitos cum Phoenix innovat artus,
A buſto recidiva ſuo, concentus in unum
Stans avium ſpectat Solem, Soliſque volucrem.

ubi pro *expoſitos artus* vide an praeſtet *exutos* vel *effoetos*, niſi *emeritas artus* mavis cum Claudiano in Idyllio v. 25.

Emeritas artus foecunda morte reformat.

dein praeferendum *avi*. pro *ibi*, quod in edd. Romm. aliiſque. ut ſupra v. 76. & *obſit avi*. & ex Vatic. ſec. *bonos*. ne *decor*, *bonor*, & *color* auribus ingratiora ſint. apud Tacit. VI. Ann. 28. *Sacrum Soli id animal, & ore ac diſtinctu pinnarum a ceteris avibus diverſum.* ubi pro *& ore* Pichena *colore*. ſed recte Heinſius *decore*.

125. *Principio color eſt, qualis ſub ſidere coeli Mitia quem croceo Punica grana legunt*] Haec quoque ſunt inquinatiſſima. Proponam primo diverſas veterum exemplarium lectiones, ſi harum fortaſſis adjumento ad priſtinum nitorem hic locus revocari poſſit. pro *Mitia quem* Voſſianus & tres alii, *qui*. Bartholinius *legit*. Hafnienſis, *ſub foedere coeli Mitia cum*. unus Vaticanus, *Mitia ſub*. Scribendum utique, ni conjectura me fallit:

Principio color eſt, qualis ſub cortice laevi
Mitia quem croceum Punica grana legunt.

poſſis & *ſub cortice lento*. quomodo apud Naſonem ſub finem Lib. X. Metam.

Qualem quae lento celant ſe cortice grana
Punica ferre ſolent.

qui locus etiam mendoſus circumferebatur. ubi plura ad rem curis ſecundis proferemus. propius tamen ad ſcripturam veterem acceſſerit, ſi legas *ſub vellere laevi*. & hoc quidem argute, cum vellera ſint hirſuta. In Catalectis Pithoei carmen exſtat de malis Punicis, ubi inter alia:

Sed forſan, quae ſint, quae poſcam mala, requiras:
Illa precor mittas, ſpiſſo quibus arta cohaeret
Granorum foetura ſinu, caſtriſque ſedentes,
Ut quaedam turmae, ſocio latus agmine quadrant,
Multiplicemque trahunt per mutua vellera pallam.

minus recte illic circumfertur, *Granorum foetura ſitu*. per *mitia grana Punica*, matura intellige. Gaſpar Barthius pag. 980. ad Claudianum tentabat:

Principio color eſt, qualis ſub ſidere coeli,
Mitia quem in croceo Punica grana legunt.

Color eſt qualis coeli ſub ſole. hoc eſt rubicundi aut purpurantis contra ſulgorem aureum, qualem in croceo legunt Punica grana, cum mitia ſint poma. ſed nimis haec coacta ſunt. *vellere laevi* opinor Lactantii genuinum eſſe. HEINS. Locus ſane corruptus, ita ut vulgo circumfertur. cujus ſenſus eſſet, qualis color eſt, quem legunt, id eſt accipiunt, grana Punica mitia, ſeu matura, ſub croceo coeli ſidere, id eſt Oriente. quam verborum ſtructuram valde duram & contortam eſſe, nemo non videt, ut omittam *legere colorem* eo ſignificatu vix Latinum eſſe. Itaque ex veſtigiis MSS. in quibus *Mitia qui*, (ut eſt etiam in Mediceo & Suecico Actor. Jenenſ. *quem* in Hafnienſ.) legebat Cl. Oudendorpius, *qualis ſub ſidere coeli Mitia quum croceo*. qualis eſt color granis Punicis, quum homines ea legunt. *& ſub ſidere croceo coeli*, pro ſub plaga Orientali, quae colore croci paſſim deſcribitur. ita certe *ſideris* vox apud poëtas non raro occurrit. ut apud Lucan. II. 294.

Diductiſque fretis alio ſub ſidere veges.

& Lib. VII. 189.

Sub quocumque die, quocumque eſt ſidere mundi,

confer Barth. ad Claudian. p. 543. vel etiam *Ilmine*, de quo vide Heinſ. ad Virg. VI. Aen. 255. Patruum ad Ovid. II. Am. 6. & plura notavimus ſupra ad v. 43. frequens autem locutio eſt *legere poma*. Ovid. XIV. Met. 658. *lecturum poma puellas*. Propert. II. El. 23. 95. *Ideo legiſti poma ſub antra*. vide notas Heinſ. ad Ovid. III. A. A. 703. & Interpr. ad Phaedr. Lib. II. fab. 2. mihi tamen videtur admittenda prima Heinſii conjectura *cortice laevi & tegunt*. licet a vulgata liberius recedat. eſt enim imitatio Ovidii Lib. Met. 736.

—— *cum flos e ſanguine concolor ortus,*
Qualem, quae lento celant ſub cortice granum,
Punica ferre ſolent.

Qualis ineſt foliis, quae fert agreſte papaver,
Cum pandit veſtes Flora rubente ſolo.

Hoc

ubi tamen *legunt* hoc loco praetuliſſe videtur. corticem illum laevem ac tenuem malorum Punicorum *ciccum* dici veteribus docet Gronov. Obſerv. ad Script. Eccleſ. cap. XX. p. 216. & vide notas ad Lib. III. Anthol. Lat. Ep. 58. 14. ubi mala Punica deſcribuntur. inepta ſunt, quae ex Barthio adfert Bunemannus, & merito repudiata ab Heinſio. Ceterum initio hujus loci illud *principio* valde friget, non enim ſequitur *deinde*, *praeterea*, vel ſim. ut ſupra v. 101. *Hinc animal primum* &c. & 150. *Inde reformatur* &c. neque etiam *principium* intelligi poteſt de recidiva e bulbo parentis alite. ut apud Claudian. Idyll. Phoen. 53.

Accipe principium rurſus, corpuſque coactum
Defer.

ubi *caduceum* Heinſ. Itaque *Puniceus* tentaverat Heinſius. ſed quia *Puniceus color* & mox *Punica mala* aures offendunt, malim *Purpureus color eſt*. ita enim Plinius Lib. X. cap. 2. de Phoenice: *Aquilae narratur magnitudine, auri fulgore circa colla, cetera purpureus, coeruleam roſeis caudam pennis diſtinguentibus, criſtis faciem capitaque pluneo apice coronantibus.* poſſet tamen *principio* de pectore vel anteriore Phoenicis parte, quae purpurea erat, exponi, cum collum ejus croceum, vel quod auri colore fulget, cauda vero coerulea roſeis diſtincta pennis. vid. Salmas. ad Solin. Tom. I. p. 548. ſequentia octo diſticha deſiderantur in codice Maerano.

127. *quae fert agreſte papaver*] *fecit* Medic.

128. *Cum pandens veſtit Sole rubente polus.*] Ne haec quidem praecedentibus ſunt ſaniora. Voſſianus:

Cum pandit veſtes flore rubente coelo.

Oxonius:

Cum pandit veſtes flore rubente polo.

quomodo & Hafnienſis cum Bartholinio, duobus Vaticanis & uno meo. Nimirum ſcripſerat Lactantius,

Cum pandit veſtes Flora rubente ſolo.

quam conjecturam cum ex meo codice tranſcripſiſſet in ſuum vir eximius Iſiacus Voſſius, ac cum nupero hujus Elegiae editore communicaſſet, is conjecturam hanc noſtram ſibi vindicavit, parum ingenue, niſi quod pro *polo* ſcribendum eſſe *ſolo* monere neglexit. per *veſtes Florae* intelligit flores, quibus ſolum vernum veſtitur. Credibile autem eſt tunicam Florae ex floribus fuiſſe contextam, cum in ſcaenis illa aut in picturis exhibebatur. Floris certe Florae ſatellitibus florea veſtis dabatur, qua de re copioſe egimus ad Faſtos Naſonis Lib. V. vs. 217. hinc Orpheo dicuntur,

Πίκλους ἱπάρνας ἀγερώχους ἀνθεμοστέφανους.

Flore etiam veſtiti Sileni in theatra inducebantur dramate ſatyrico. *veſtiti floribus agri* apud poëtas frequenter occurrunt, & *veſtiti meſſibus*, ſimiliaque. Hinc corrigendus auctor Pervigilii Veneris loco penitus conclamato. quem poſt Pithoeum ex membranis longe veterrimis Petrus Scriverius ſic edendum curavit:

Hybla totos funde flores, quotquot annus attulit,
*Hybla florum * ſupereſtem, quantus Ennae campus eſt.*

priori verſu maluerim, *totus funde flores quotquot annus parturit*, quotquot flores totus annus parturit. certe in optimis membranis *totus*, ſed omiſſo τῷ *flores*. ſic *parturire arbor* & *ager* Maroni dicuntur. poſteriori verſu quantillae erat mutationis, *Hybla florum fume veſtem*, vel etiam *prome veſtem*. nam in Pithoeano codice, *florum rumperesse*. male Scriverius *fubde meſſem*, vel *funde meſſem*. *veſtis araneae* apud Lucretium Lib. III. *veſtis anguis* libro eodem. pro barba Lib. V. *impubem molli pubeſcere veſte*. unde *inveſtis*, & *veſticeps*, & *veſtire*. hinc Virgilio:

Tunc mihi prima genas veſtibat flore iuventus.

pilo veſtiri apud Plinium. ſic & *amiciri*, de quo ad Naſonem. ſic retia vocat *veſtes nodoſas* animantium Nerinorum ſive piſcium Auſonius. *plumarum temeram veſtem* dat avibus Prudentius Pſychomachia. In hoc Lactantii loco inſeliciter cedebat Barthio conjectura, corrigenti pag. 780. ad Claudianum,

Cum fegetem veſtit Sole rubente polus.

mox, *velamine fulget* Voſſianus & alii complures. Oxonius, *humerus velamine fulget*. HEINS. in tribus edd. Romm. Veneta, Juntina, Aldi, Pithoei, & reliquis vulgatum fuit, *Cum pendens veſtis ſole rubente polus*, quas miror ſecutum eſſe Bunemannum. nullo ſenſu idoneo. egregia enim & ingenioſa eſt Heinſii emendatio, *Cum pandit veſtes Flora rubente ſolo*. & ſic corrigendum monuit ad Ovid. Lib. V. Faſt. 217. hinc & Dea Flora veſtem ſinuatam pandens in vetuſtis monumentis conſpicitur. adſtipulatur codex Mediceus, in quo, *Cum pandit veſtis flore rubente polo*. Francius conjecerat,

Cum terram veſtit flore rubente polus.

quod autem Heinſius queratur Gallaeum conjecturam ſuam perperam ſibi vindicaſſe, eamque ex codice

Hoc humeri pectuſque decens velamine fulgent.
Hoc caput, hoc cervix, ſummaque terga nitent.
Caudaque porrigitur fulvo diſtenta metallo,
In cujus maculis purpura mixta rubet.
Clarum inter pennas inſigne eſt deſuper, Iris

Pin-

dice Iſaci Voſſii depromſiſſe, verum deprehendi, quum exemplar illud, in Bibliotheca Leidenſi hodie adſervatum, cui eam adleverat, & codicis ſui MS. variantes lectiones adſcripſerat, aliquando evolvi. *polo* tamen pro *ſolo* ex MSS. praeferebat Cl. Oudendorpius, ejusque gloſſam eſſe *coelo* in cod. Voſſ. ut Flora dicatur pandere veſtes *rubente polo*, id eſt, cum Aurora ſurgit. ſane apud poëtas paſſim *rubere* dicitur coelum, adventante Aurora. Claudian. Idyll. de Phoen. 5. *Unde rubet ventura dies.* hinc in Epigrammate antiquo in pſittacum (ita enim inſcribendum eſt) apud Pith. Lib. IV. pag. 153. legendum arbitror,

Indica purpureo genuit me littore (vel *limine*) *tellus,*
Candidus accenſo quas rubet orbe dies.

ubi nunc *redit* editum eſt. in Epigrammate Vomani de ortu Solis apud eundem Lib. IV. pag. 163.

Roſcida puniceo Pallantias exit amictu,
Aſtriferum inficiens luce rubente polum.

ut in Petaviano ac Thuaneo codice pro *luce orienſ* legitur. in alio Epigrammate Baſilii pag. 167.

Surgit ab Oceano Tithoni fulgida conjunx,
Et veſte ab roſea ſubrubet ipſe polus.

qui locus *veſtes rubente polo* hic oportune adſerit. hinc eleganter Auctor Idyllii de Roſa v. 15.

Ambigeres, raperetne roſis Aurora ruborem,
An daret, & flores tingueret ora dies.

conjecturam Heinſii in Pervigilio Veneris *Hybla florum ſuus veſtem* adjuvat codex Salmaſianus, in quo *ſupereſtem*. Lipſio etiam *prome* in mentem venerat. ſed quia in aliis codd. MSS. *rumpereſt* vel *rumpereſſe*, propius accedit Pithoei & aliorum emendatio, *rumpe veſtem*, ut de ingenti florum copia intelligatur; certe id melius quam *ſubde meſſem*. aut *rumpe reſtem*. quam vero *veſtem* hic dicit, *finum* vocant alii: ut in Epigrammate veteri apud Pith. Lib. IV. pag. 170.

Vera ſinum Tellus aperit, floreſque miniſtrat.

129. *Hoc humeri pectuſque decens velamine fulgent.*] *Huic humeri* Hafnienſ. ex cod. Oxon. *humerus* Cl. Oudendorpius conjiciebat *humeros*, ut Phoenix *decens humeros & pectus* dicatur. notum illud Virgilii, *Os humeroſque Deo ſimilis. fulget* Medic. Suecicus Heinſii, Vatic. ſec. Hafniens. v. c. Gallael, & Suecic. in Act. Jenenſ. recte. propter *nitent* itidem in fine ſequentis verſus. neque enim plurali opus eſſe patebit ex notis Cl. Oudend. ad Lucan. Lib. 1. 422. *haec cervix* Hafn.

131. *Fulvo diſtincta metallo*] bene *diſtenta* Voſſianus. ne bis eadem locutione uſum eſſe Lactantium culpemus. ſubjunguntur enim mox, *crura flavo diſtincta metallo*. Barthius commentario ad Claudianum pag. 981. totum diſtichon ſic conſtituebat:

Cauda retro erigitur, fulvo diſtincta metallo,
In cujus maculas purpura miſta rubet.

ſed non perſuadet. HEINS. *flavo* Suecicus Heinſii, Bodlej. *diſtenta* etiam Suecic. in Act. Jenenſ. quod bene praefert Heinſ. quia mox v. 141. ſequitur *flavo diſtincta metallo*. confer ejus notas ad Ovid. 11. A. A. 209. & vide ad Lib. 1. Anthol. Lat. Ep. 147. 28. fruſtra igitur Bunemannus propugnat *diſtincta*, licet mox addat, hic minus ſanam videri vocem. deſcribi Phoenicis caudam χρυσοπορφυρὸν, vel χρυσοπορφυρᾶν, ex Herodoto aliiſque illuſtrat Salmaſ. ad Solin. Tom. I. pag. 548. ed. Par.

133. *Clarum inter pennas inſigne eſt deſuper, Iris.*] *deſuper* alienum eſt hoc loco, cum proximo pentametro rurſus repetatur. videamus ſcriptos codices. Voſſianus mutilato verſu, *Harum pennas inſigne ſuperaris*. tres alii etiam codices *Harum* pro *clarum*. totidem *inſigneque deſuper*. Hafnienſis, *Has inter pennas inſignes deſuper*. deinde pro *alta ſolet* Voſſianus & Oxonius, *aura ſolet*. Mediceus, *axa*. Hafnienſis *arcba*. tres alii, *ara*. in uno Vaticano, *aira*. Totus locus ſic videtur conſtituendus,

At varium pennas inſigne intervenit, Iris
Pingere cau nubem deſuper alta ſolet.

Poſſis etiam:

Aëriam pennas inſigne intervirat.
aëriam nubem. Claudian. 11. Rapt. Proſerp.

Ac velut immenſos arcu variante colores
Semita deſcretis intervirat humida nimbis.

ſed *viridante ſmaragdo* poſt ſequitur, ubi & τὸ *inſignis* iteratum occurrit. Iridis nomen Statio reddendum opinor IV. Silv. III. 97.

Hujus ſavus proſperantque limen
Arcus belligeri Ducis tropaeis
Et totis Ligurum nitet metallis.

Quam-

Pingere ceu nubem desuper alta solet.

135. Al-

Quantus nubila quo coronat Iris.
Illic flectitur exitus viarum.
Illic Appia se dolet relinqui.

nam nunc circumfertur,

Quantus nubila qui coronat arcus.
Illic flectitur excitus viator.

parum concinne. arcus enim imbre non coronat nubila, sed Iris arcu *aris* pro *iris* in Statio exaratum primo fuerat, ut in hoc Lactantii loco codex Voſſianus, inde *arcus* prognatus. HEINS. *Harum* in Medic. & Barthol. *Clarum inter pennas insigne: desuper* &c. in tribus edd. Romm. Locus hic non uno naevo foedatus est. nam *insigne*, & mox *insignis*, dein *alta solet*, & paullo post v. 144. *alta decus*, tum *desuper* eodem hoc districho bis repetitum, librariorum oscitantium turbatas manus nimis produnt. fluctuavit hic Heinsius, nam antea corrigendum notaverat, *At varium pennas insigne interviret*, sed in curis secundis *intervenit*. ut legendum etiam monuit ad Virg. VI. Aen. 132. vel *Aërium pennas insigne supernitet*. pro quo dein substituit, *Aërium pennas insigne interviret*. nubem nempe. sed *aërium* nimis recedere videtur a vulgato *Clarum*. Cum vero in voce *alta* minori in versu varient admodum codices, quorum hi *aura* vel *ara*, illi *arcba* aut *atra* exhibent, non displiceret quidem ejus conjectura *Iris desuper alta*, si reliqua per hanc medicinam sanata essent. Itaque aliud quid latere suspicor, nam *alta* hic ferri nequit, & si *desuper* primo versu retineatur, mutata distinctione totus locus sic forte castigari posset,

Rarum inter pennas insigne est, desuper Iris
Pingere ceu nubem de supera arce solet.

vel,

Et varium in pennis insigne est.

ut per *varum* aut *varium* Phoenicis *insigne* Iridi comparatum intelligamus cristam in capite, seu circulum versicolorem pennas & plumas ejus ambientem. quomodo apud Claudianum in Phoenicis Idyllio v. 21.

Antevolant Zephyros pennae, quas circulus ambit
Fucicolor.

ut verosimili conjectura Barthius, pro *coerulus amplit Flore color. tiarom* tamquam insigne reginae avium, ut infra v. 149. *regali plena decore*, vocat Epiphanius, cujus locum bene emendat idem Barthius ad Claudian. pag. 982. τιάραν δὲ φέρει περὶ τὴν κεφαλὴν, καὶ πτερύγων κατέχει ἐπὶ ταῖς πλευραῖς ἀνῶν. & sic *cristarum insigne* de pavonibus dixit Palladius Lib. I. de R. R. Tit. 23. § 2. ita *insigne* de crista galeae apud Silium Ital. Lib. X. 564. *Et clipeus terror Nomadum, atque insigne superbum.* quod ad fasces & secures retulit Heinsius, adprobante Drakenborchio. sed cum Barthio, licet ei *supernum* legenti non adsentiar, de galea cristata intelligendum notavit Patruus ad Virg. II. Aen. 590. ubi plura exempla vide. hoc vero *insigne* Phoenicis *varium* recte dicitur propter pennas versicolores, unde Iridi eleganter comparat hic posta. nam Herodotus Lib. II. cap. 73. pennas Phoenicis coloris partim aurei cocco mixti, partim rubri esse tradit, si cum Salmasio legamus, τὰ μὲν ἀνθῶ χρυσοειδὰ τῶν πτερῶν, τὰ δὲ ἐρυθρὰ, pro χρυσόμορα. licet Jac. Gronovius vulgatum retineat. sed de collo Phoenicis croceo & pectore ejus purpureo id intellexit Salmasius, non de cauda, ad quam praecedens distichon retulit. Achilles Tatius Lib. III. pag. 215. κιναβάρεως μὲν τὰ πλησίον χρυσοῦ τῷ πορφύρᾳ. deinde recte me puto distinxisse & conjunxisse *desuper Iris* &c. nam sic *devolare pictus arcu* dicitur in Epigrammate veteri apud Pithoeum Lib. IV. pag. 161.

Multicolor picto per nubila devolat arcu.

hinc de Iride Statius Lib. X. Theb. 83.

—— *polumque*
Linquit, & in terras longo suspenditur arcu.

& v. 112.

Huc se coerulea libravit ab aethere virgo
Dejecta.

& seqq. *inque oculos penitus descendit inertes.*

malim etiam *Pingere ceu nubes*, ut in codice Hafniensi. vel *Pingere ceu coelum*. quia *coeli* in primo Vaticano. ut in Epigrammate Basilii de Iride ibidem apud Pithoeum:

Et picturato coelum velamine cingit.

pingere autem verbum est Iridi proprium, unde *picto spectabilis arcu* dicitur in Epigrammate Vomani. & Pompejani pag. 162.

Picta veste decens, & multicoloribus alis.

hinc de eadem Iride *pictam ferruginem* recte vindicavit Broukhusius apud Tibull. Lib. I. El. 4. 37.

Quamvis praetexens picta ferrugine coelum
Venturam admittat imbrifer arcus aquam.

licet Vulpius & noviſſime Heynius *picea ferrugine* praeferant. sed vide notas ad Lotich. Lib. I. El. 9. denique *de supera arce* conjeci ex *desuper alta*, quia *desuper* male repetitum fuit e versu antecedente, & codicum nonnullorum *arcba* id suggerebat, ut *arcbe* fuerit scriptum pro *arce*. Ovid. II. Met. 306.

Digitized by Google

135. Albicat inſignis mixto viridante zmaragdo;
Et puro cornu gemmea cuſpis hiat.
Ingentes oculi; credas geminos hyacinthos,
Quorum de medio lucida flamma micat.
Aequatur toto capiti radiata corona,
140. Phoebei referens verticis alta decus.

Crura

——— *ſummam petit arduus arcem,*
Unde ſolet latis nubes inducere terris.

Ita paſſim *ſupera arx*, *aetheria arx*, & ſim. de coelo. vide Patruum ad Ovid. III. Am. 10. 21. & ad Albinov. Epiced. Druſi v. 61. Sed pergamus ad ſequentia non minus corrupta.

135. *Albicat inſignis*] Barthius ibidem loci, *Albicat hinc jaſpis*, perperam. HEINS. *inſignis* ſine dubio tollendum propter praecedens *inſigne*, ut pariter mendoſum eſt *miſto*, nam *purpura miſta* paullo ante v. 132. & infra v. 143. *pavonis miſta figuram*. non enim tot eaedem voces tam parvo intervallo hic invenuſte recurrentes incuriae auctoris adſcribendae ſunt. pro *miſto* Medicus *mixto*. Voſſian. & Suecic. in Act. Jenenſ. *miſtis*. Quid ſubſtituam haereo. Cogitabam tamen,

——— *Albicat in primis criſtas viridante zmaragdo.* ———

Albet & Vatic. ſec. ſed recte *Albicat*, id eſt pulchritudine ſplendeſcit, vel candore oculos ferit. ut exponit Barthius Lib. LVI. Adverſ. cap. 7. de *criſtis* Phoenicis Plinius Lib. X. cap. 2. *aut fulgore circa colla, cetera purpureus, coeruleam roſeis caudam pennis diſtinguentibus, criſtis faciem caputque plumeo apice cohoneſtante*. ubi *apicem* vocat, quam mox *cuſpidem* noſter. *conum* Solinus. quia de media Phoenicis pluma in capite eminebat alia plumarum ſeries in apicem ſurgens. vide Salmaſ. Exerc. Plinian. Tom. I. pag. 546. hinc eleganter Claudianus in Idyllio, ubi Phoenicem innumero volucrum comitatu ſtipatam conparat cum Parthorum duce v. 84.

Talis barbaricas flavo de Tigride turmas
Ductor Parthus agit: gemmis & divite cultu
Luxurians ſertis apicem regalibus ornat.

bene etiam criſtas Phoenicis zmaragdus *viridare* dicitur. ut de pſittaco Ovid. II. Amor. El. 6. 21.

Tu poteras virides pennis debetare zmaragdos,
Tinctus gerens rubro punica roſtra croco.

ubi Heinſium *fragiles* emendantem, pro *virides*, recte refutavit Patruus ad Laberii epigramma apud Petron cap 55. p. 273. nam ſic *virides zmaragdo loricae* Claudiano II. de Laud. Stil. 89. & alibi, ſimiliter de pavone apud Phaedr. Lib. III. fab. 18. 7.

Nitor zmaragdi colla praefulget tua.

ſequenti verſu pro *Et puro cornu* Heinſius etiam conjecerat, *Purpureo cornu*.

136. *Et puro cornu*] *Et patulo cornu gemmea cuſpis hiat* opinor ab auctoris manu fuiſſe. HEINS.

137. *Ingentes oculos credas geminoſque hyacinthos*] Recte omnino Voſſianus:

Ingentes oculi: credas geminos hyacinthos.

HEINS. optime ita reſtituit Heinſius ex cod. Voſſ. quod confirmatur a v. c. Gallaei & Suecico in Act. Jenenſ. male in vulgatis *Ingentes oculos credas, geminoſque hyacinthos*. nam poſt *oculi* diſtinctio ponenda, & *credas geminos hyacinthos* jungenda ſunt. elegans uſus *τῦ credas* in comparationibus. Virg. VIII. Aen. 691.

Alta petunt: pelago credas innare revolſas
Cycladas.

Ovid. I. Faſt. 573.

Quas quoties proflat, ſpirare Typhoëa credas.

ſaepe ita Claudianus. ut in Paneg. Prob. & Olybr. 194.

——— *credas ex aethere lapſum*
Stare Pudicitiam.

II. in Rufin. 359.

Horribilis viſu, credas ſimulacra moveri.

Lib. I. R. P. 255. & Lib. III. 274. & in Apono. v. 49. *Fuſta manu credas*. atque ita apud alios ſaepe.

139. *Aequatur toto capiti radiata corona*] *Aequataque notho* Voſſianus & quatuor alii. Oxonius *aequataque nota*. unus Vaticanus, *Aequataque notho*. alius, *Aequaturque roteo*. etiam *capitis*. Videtur dediſſe Lactantius:

Aequaturque rotae capitis radiata corona.

vel, *Aequatura rotam*. HEINS. *Aequataque note* Medic. Hafn. & Bartholin. *Aequataque nothe* v. c. Gallaei, & Suecic. in Act. Jenenſ. ſed vitioſas codicum ſcripturas hic parum curandas opinor, ſi ad Phoenicis deſcriptionem apud auctores veteres adtendamus. invitus etiam ab Heinſio diſcedo, qui *rotae* aequari Phoenicis coronam radiatam conjecit; non enim rotae forma ſatis exprimit plumas in capite Phoenicis ſectas quaſi ac diviſas in criſtas & pinnas inſtar radiati Solis capitis. eodem modo ut in Epigrammate veteri de ave Phaſiana, non de gallo gallinaceo, ut male inſcripſit Pithoeus Lib. IV. Ep. vet. pag. 153.

Candida Phoebes praefulgent ora rubore,
Criſta riget radiis, ignea barba micat.

Quia igitur ſequitur *Phoebei referens verticis* &c. pro vulgata lectione, *Aequatur toto capiti*, in qua deſidero indicari, cui radiatam capitis coronam aequet

Crura tegunt ſquamae fulvo diſtincta metallo;
Aſt ungues roſeo pingit honore color.
Effigies inter pavonis mixta figuram
Cernitur, & pictam Phaſidis inter avem.

145. Mag-

Phoenix, ne dicam *toti* ſcribendum fuiſſe, mihi reponendum videtur,

Aequatur Soli capitis radiata corona.

nam *capitis* in aliis codd. exſtat, & primo Vaticano. vel *Solis capiti*. ideo enim refert Phoenix decus Phoebei verticis, quia Solis radiis aequatur capitis ejus corona. favet conjecturae prae ceteris genuinus Claudiani locus in Phoenicis Idyllio v. 17.

Arcanum radiant oculi jubar, igneus ora
Cingit honor, rutilo cognatum vertice ſidus
Adoritu criſpatus apex.

& Achillis Tatii Lib. III. pag. 215. ἰσηφὲς γὰρ ἄντον κύκλῳ ἐλάμπε. Ἡλίου δὲ ἴσην ὁ τῆ κεφαλῆ περιφερὴς ἐποίει. de corona hac Phoenicis radiata vide Salmaſ. ad Solin. pag. 547. & Bartholin. Lib. II. de Luce Anim. cap. 14. pag. 221. qui in ſuis membranis haberi teſtatur *Aequataque noto capiti radiata corona*: ipſe vero emendat, *Aequatur toto capiti* &c. quod in ed. Rom. 1470. & 1474. legitur. *Equata toto capiti* in prima Rom. 1468. tunc certe melius eſſet cum Cl. Oudendorpio, *Aptatur toto capiti*. qui tamen in corruptis veterum codicum lectionibus *aequataque notho*, vel *aequataque nota*, aliquid magis reconditum latere ſuſpicabatur, & de *Latoa* Apollinis *corona* cogitabat, vel, quod mihi magis arridet,

Aequat apex nimbum capitis radiata corona.

ut *apex* per adpoſitionem dicatur *radiata corona*. apex capitis, quae eſt radiatae inſtar coronae, aequat nimbum, divinum nempe Phoebei verticis. per *nimbum* enim Phoenicis criſtae intelligendae. ut apud Auſonium in Gripho v. 14. de Phoenice, legebat Scaliger,

Ales cinnameo radiatus tempora nimbo.

pro *nido*. probante Cupero Lib. II. Obſerv. cap. 16. qui non de fulgore colli rutilante, ſed de apice & criſtis Phoenicis recte interpretatur, ac de *nimbo*, divinitatis circa capita indicio, agit. de quo plura Grotius ad Germanici Imag. p. 39. Heinſ. ad Claudian. Conſ. Mallii v. 118. & Hemſterh. ad Luciani Timon. pag. 165. talis conſpicitur Phoenix radiato circa caput nimbo, nidi ſui rogo vel orbi inſiſtens, cum inſcriptione FEL. TEMP. REPARATIO, in elegantiſſimis Conſtantis nummis apud Patinum pag. 472. Reger. Tom. II. Theſ. Brand. pag. 813. & Bandur. Tom. II. p. 229 Tab. XI. N. 7.

141. *Crura tegunt ſquamae flavo diſtincta metallo*] *fulvo* Voſſianus & tres alii, quomodo & ſupra. Barthius ad Claudianum, *bis tincta*. deinde illuc redit, ut opinetur graviore mendo locum eſſe adfectum. nec codices priſci, *roſeo pingit honore color*, non *roſeus*. HEINS. *fulvo* recte ex Voſſiano cod. praefert Heinſius, ut in utroque Vaticano, & Suecico in Act. Jenenſ. nam *flavo diſtenta metallo* ſupra v. 131. pro *ſquamae* Heinſius codici ſuo adſcripſerat *plumae*. ſed *ſquamae* recte crura pedeſque Phoenicis, ut & pavonum, tegere dicuntur. *diſtincta* cum Barthio non eſt mutandum. Plinius Lib. X. cap. 2. de Phoenice, *caeruleum roſeis caudam pennis diſtinguentibus*. auctor Epigrammatis de ave Phaſiana,

Flammea ſic rutilum diſtinguit pinna colorem,
Ut vibrare putes ignea membra faces.

ubi *plumea membra* legendum ex cod. Salmaſ. nam praeceſſerat *ignea barba*. Seneca Hippol. 321. *Crura diſtincta refulgent auro*. eodem ſenſu *diſtinguere* apud Horat. Lib. II. od. 5.

——— *jam tibi lividos*
Diſtinguet Autumnus racemos
Purpureo varius colore.

Ovid. Eleg. de Nuce v. 31.

Quaeque ſibi vario diſtinguit poma colore,
Audiat haec cerafus, ſtipes inanis erit.

ſeq. verſu *roſeo* in Voſſ. Suec. utroque Vatic. Hafn. Bartholin. vid. ſupra ad v. 10. *roſeo tingit* Bodlej. & Suecic. in Act. Jenenſ.

144. *Et miſtam Phaſidis inter avem*] ſcribendum *pictam avem* ex Voſſiano. nec Oxonius abludit, in quo *picta*. certat nimirum cum pavone ipſo phaſianus pennarum verſicolorium mira pulchritudine, & jam τὸ *miſta* proxime praeceſſerat. HEINS. optime *pictam* e duobus codd. pro *miſtam* revocavit Heinſius. quod confirmat v. c. Galiaei & Suecicus in Act. Jenenſ. nam verſu praeced. *inter pavonis mixta*, vel *miſta*, *figuram*. & v. 135. *miſto viridante ſmaragdo*. ut in vulgatis. *picta* enim avis Phaſiana eſt verſicolor, ut *picta pavonis cauda* ſaepe apud poëtas. Phaedrus Lib. III. Fab. 18. 8. de pavone;

Pictiſque plumis gemmeam caudam explicas.

ſic ſupra v. 132. Iris *pingere nubes* dicitur. ubi vide. *picta floribus tellus* ſimili locutione. ut in Epigrammate apud Pith. Lib. IV. p. 170.

Ver pingit vario gemmantia prata colore.

& *picta roſaria gemmis* p. 175. Vomanus de laudibus Hortuli Lib. III. Antholog. Lat. Epigr. vet. Ep. 51. 12.

Pinguntque terram gemmeis honoribus.

ubi vide notas. Venantius de Paſchate v. 11.

Mollia purpureum pinguns violaria campum.

ubi vide Buchnerum. & Rivin. ad Pervig. Ven. p. 64. & 65. ita *picti* dicuntur homines, qui colore va-

Digitized by Google

145. Magna etiam, terris Arabum quae gignitur ales,
Vix aequare poteſt, ſeu fera, ſeu ſit avis.

Non

variegatum habent corpus. ut docuerunt Salmaſ. ad Solin. Tom. I. pag. 189. Cerda ad Virg. II. G. 115. & Barth. ad Claudian. I. in Rufin. 313. Id reſtituendum Avieno exiſtimabat Cel. Oudorpius in Deſcript. Orb. v. 274.

——— *ſic ſciſſa virum gens ultima terrae*
Incolit.

ubi *ſciſſa gens* notare quidem poſſet *diviſa*, quia pars Aethiopum altera ad Orientem, altera ad Occidentem habitat, praeferebat tamen *picta virum gens*, id eſt κυανέαις κατάστικτα φολίδεσσι, καὶ ἄτυ ποικίλη. ut ait Scholiaſtes Dionyſ. Perieg. v. 183. qui dicit Aethiopes pelli pantherinae ſimiles eſſe. & hinc paullo poſt apud Avienum cum Heinſio ſcribendum *torrentur Soliis habenis*, ut in codice Ortelii etiam legitur, non *terrentur*, ut edidit Pithoeus. Ceterum quod Phoenici figuram pavoni fere ſimilem tribuat poëta, confirmat Achilles Tatius pag. 215. φοῖνιξ γάρ ὁ ὄρνις ὄνομα. τὸ δὲ γένος Ἀιθιοψ μέγεθος κατὰ ταῦτα, τὴν χροιὰν παῖς ἐν πάσῃ ἥντινα. ut recte legit Salmaſius in notis pag. 606. & exponit, magnitudine pavoni ſimilem, ſed coloris varietate ac pulchritudine pavonem ſuperare. nam male haec ceperat interpres. Auſonius Epiſt. XX. 10.

Nec quia mille annos vivit Gangeticus alex,
Vincit centum oculos, regie pave, tuos.

aquilae tamen magnitudine aequari Phoenicem tradunt Herodotus, Plinius, & Solinus. vide Barth. ad Claudian. pag. 979. qui Achillis Tatii verba etiam perperam exponit.

145. *Magnitiem terris Arabum quae gignitur ales*] *Magnitiem* (ita enim ſcripti codices fere, niſi quod in Bartholiniano *Magniem*) nomen avis Arabicae eſſe contendunt interpretes, nec tamen de qua ave locus hic intelligendus ſit, nobis palam faciunt; imo ſi ſe prorſus ignorare non diſſitentur. *Magnitiem* a Lactantio poni pro magnitudine opinari forſan poſſimus. vocabulum inſolens, fateor, nec uſitatum, quomodo & *magnitatem* pro magnitudine Nonius Marcellus ex vetuſto ſcriptore. Fuit, cum arbitrarer exaratum primo hic loci fuiſſe *Mole etiam*. cui vocabulo cum ſemibarbarus literator interpretamentum adjeciſſet interlineare *magnitie*, id Lactantiano carmini poſtea temere inculcatum eſt. potuit etiam *magnitie* contracte pro *magnitudine* adſcriptum fuiſſe τῷ *Moli*. Ceterum per avem hanc Arabicam nihil aliud intelligebat Lactantius, quam ſtruthocamelum, ſive paſſerem marinum. *ſtruthocamelum* enim, non *ſtrutbiocamelum* membranae Plinii, ac aliorum vetuſtiores vocant. Qui licet in Africae deſertis frequentiſſimus occurrat ut propterea etiam *Libyca avis* poëtis Latinis, & Graecis ὄρνις Λιβυκὸν paſſim dicatur, quomodo apud Julium Capitolinum *ſtruthiones Mauros* habes, tamen horum venatus haud rarus & in Arabia, praeſertim in Arabia deſerta, occurrebat. Certe apud Xenophontem libro primo de Expeditione Cyri in deſcriptione Arabiae, πλεῖστοι μὲν οἱ ἄγριοι ὄνοι, ἀπὸ ὀλίγου δὲ στρουθοὶ οἱ μεγάλοι. Hinc Herodoto στρουθὸς ὁ Ἀραβιος. Athenaeus Lib. IV. ubi agit de Perſarum conviviis & luxu, ποικίλοι δὲ καὶ ὄρνιθες ἀναλίσκονται, οἵ τε στρουθοὶ οἱ Ἀραβιοι καὶ χλωῖς. Pollux in Onomaſtico: Ἀραβες δὲ καὶ στρουθῶν δοκεῖς αὐτὶ θωπάκων καὶ ἀσπίδων ἐφάττοντο. Struthiocameli igitur tam Arabiae quam Libyae communes. ut fruſtra omnino ſit Barthius, qui Commentario in Claudianum (p. 981.) hic loci pro *terris Arabum* ſubſtitui volebat, *terris Afrum*. In India quoque Struthios inveniri Aelianus Lib. IV. cap. 37. Hiſtoriae Animalium teſtatur, & Philoſtratus de vita Apollonii. In Aethiopia eſſe complures Strabo & Diodorus Siculus adnirunant, unde Struthiophagi, gens in illo terrarum tractu haud ignota, nomen ſint mutuati. de Aethiopicis Struthionibus aeque ac Africanis agit in Naturali Hiſtoria Plinius. Garamantibus dat ſtruthiones Lucianus, Herodotus Macis. Illud autem egregie ſententiam noſtram confirmat de Struthio, quod a Lactantio ſubjungitur, *ſeu fera, ſeu ſit avis*. Rerum quippe naturalium ſcriptores ad unum omnes, qui de Struthiocamelo egerunt, dubitant vehementer, nec ſatis in comperto habent, ferineſne terreſtribus an avibus id animal ſit accenſendum, uti & de veſpertilione ab iiſdem ambigitur. Haec cum ita ſeſe habeant, nec de alio animali quam de paſſere marino locus, de quo nunc agimus, Lactantii poſſit intelligi, perſuadeor omnino pro vocabulo nihili, pro τῷ, inquam, *magnitiem*, ſcribi oportere:

Magna etiam terris Arabum quae gignitur ales.

nam & apud Graecos ὄρνις μεγάλη, vel etiam στρουθὸς ὁ μεγάλη. ut ex loco Xenophontis jam quodammodo vidimus. neque aliter Ariſtophanes in Avibus, Aelianus Hiſtoriae Animalium locis compluribus, Philes in Jambis, alii. nimirum ut a ſtrutho minore, ſive paſſere, diſtinguant. Atque hinc Nemeſiano in Cynegeticis (v. 313.) *Libye magnarum avium fecunda creatrix*. quod ad ſtruthiocamelos potiſſimum referri oportet, ut & illud Plinii Lib. XXXVII. capio de gemma Aſpilate, *invenitur in nido Arabicarum alitum, magnas aves* pro vulturibus poſuit Plautus in Rudente, *Teque objiciam magnis avibus pabulum, vaſtam alitem* Claudianus Lib. II. in Eutrop. (310.) dixit, quomodo *magnam alitem* noſter:

Vaſta velut Libyes venantum vocibus ales
Cum premitur,

Non tamen eſt tarda, ut volucres, quae corpore magno
Inceſſus pigros per grave pondus habent.
Sed levis & velox, regali plena decore,
Talis in adſpectu ſe tenet uſque hominum.
Convenit Aegyptus tanti ad miracula viſus;
Et raram volucrem turba ſalutat ovans.

Pro-

nam ut Elephas inter quadrupedes maximae molis, ſic inter alites Struthiocamelus. Plinius huic Phoenicem mole corporis ſecundam facit inter volucres, noſter aequare viſus hoc loco. Et haec hactenus. HEINS. inter palmarias Heinſii emendationes, quibus praeclarum in modum Elegiam hanc caſtigationem reddidit, haec ſane non ultimo loco praedicanda eſt, & cui obloqui, temerarium, aut aliud quid tentare velle, inutile eſſet. Illam igitur contextui auctoris reſtituere non haeſitavi. Fruatur enim rancore ſuo Barthius, qui ad Claud. pag. 981. & Lib. VIII. Adverſ. cap. 4. *Magnitiem*, vocem barbaram & inauditam, pro magnitudine, ut *minuties*, & ſim. amplectitur. qua certe ampliatam linguam Latinam fruſtra blanditur, niſi librariorum ſequioris aevi ſordibus pomoeria Latii foedare magis quam extendere glorioſum ducerit. nam in Lincolnienſi *Magnitie*. in aliis etiam codicibus, & vetuſtis edd. Romm. Veneta, Juntina, Aldina, Pithoei, ac ſequentibus pertinax hic error eſt. Francius tentaverat *Magna illam*, vel *Hanc etiam*, aut *Quin illam*. ſed nihil obſtat, quo minus *hanc* vel *illam*, Phoenicem nempe, ſubintelligamus. Infeliciter quoque res ceſſit Bunemanno, qui invenuſtum ſane & illepidum reddidit poëtam, emendando *Magnam alitem*, *terris Arabum quae gignitur ales*. nam quis *alitem* in initio, & *ales* in fine ejusdem verſus, tum *avis* in ſequenti pentametro ferat? cautius certe egiſſet, ſi ſingularum literarum ductus in *Magnitiem* adcurate ſecutus exſculpſiſſet *Magna itidem*. quod propius adhaeret corruptae vocis veſtigiis, quam *etiam*. Sed adquieſcamus Heinſio, qui egregie & erudite docuit Struthiocamelum (intelligi, quem Arabiae aeque ac Africae contra Barthium, ex Aeliano, Xenophonte, & Herodoto, recte vindicavit, additque in Epiſt. ad Gronov. Tom. III. Syllog. pag. 507. quod in notis monere neglexit, tabulas Arabiae chorographicas Struthiocamelos huic regioni frequentes exhibere: quamquam eos jure ſuo ſibi etiam vindicet Africa. unde in nummis antiquis ſtruthiocamelus inter aves ſymbolum Africae eſt, quemadmodum Ibis Aegypti. ut notat Morellius in Theſaur. Numiſm. Famil. Rom. Tom. I. pag. 172. de ſtruthiocamelo vide etiam Delrii & Claverii notas ad Claudian. Lib. II. in Eutrop. 310. *paſſerem marinum* vocari docuit Scaliger Lib. II. Lect. Auſon. Lib. II. cap. 7. cujus notam ad verbum deſcripſit Dacierius ad Feſtum in *paſſer marinus*. negavit tamen id Rittersh. ad Oppian. III. Cyneg. 497. ſed quem bene refutat Voſſ. Lib. III. de Idololatr. cap. 52. *ſeu fera* Suecic. uterque Vatic. & ceteri codd. nam male in ed. Pith. Rapheleng. & aliis, *ceu fera*. in duabus edd. Romm. corrupte *ſeu vera*. *jenſit avis* Vatic. pr.

147. *Non tamen eſt tarda*] male Voſſianus & alii complures, *parva*. HEINS. *parva* etiam Medic. Maeran. Suecicus Heinſii & in Act. Jenenſ. v. c. Gallaei, & pro varia lect. primus Vatic. *pigra* in ſecundo. *Nec tamen eſt pigra* Barthoſin. Francius legebat,

Tarda tamen non eſt, ut aves &c.

mox, *per grave corpus* in Suecico Heinſii.

150. *Talis in adſpectu ſe exhibet uſque hominum*] Verſus paullo durior. nonnulli codices *in adſpectum*. *in adjectu ſe tenet* Voſſianus cum Oxonio, quod praeſtat. *ſe praebet* editio Romana cum tribus ſcriptis, quod eſt *ſe probat*, quomodo Hafnienſis & Bartholinius. ex Vaticanis unus, *ſe dedit*. Barthius ad Claudianum (pag. 982.) parum feliciter conjectabat:

Talis ubi aſpectu ſe exhibet uſu hominum.

nec neceſſe verſu proximo cum eodem Barthio caſtigari, *tanti ad miracula viſi*. HEINS. *ſe docet* Maeran. *praebet* etiam in Medic. & ed. Rom. 1470. *prebet* Suecic. & duae edd. Romm. hoc eſt *probat*, ut Heinſ. Francius adſcripſerat,

Talis in adſpectum, talis in ora venit.

bene, ſi proprium caſtigaret carmen. In Venet. Juntina, Aldina, Pith. Rapheleng. Demſt. aliiſque *ſe exhibet*, verſu aſperiore: licet ita ediderint Gallaeus & Bunemannus. neque id temere rejiciendum notaverat Cel. Oudendorpius, ut apud Ovid. Epiſt. XVII. 116.

Tres tibi ſe nudas exhibuere deae.

ubi vide Patrui mei notas. & praecipue ad Lib. VI. Met. 43. *ſe tenet* tamen repoſuit Heinſ. ex Voſſ. & Oxon. quod in v. c. Gallaei etiam legitur, ideoque trium codicum auctoritatem editionibus vulgatis praetuli.

151. *Convenit Aegyptus*] *Hic venit* Voſſianus, & Mediceus. ſex alii, *Huc venit*. pro *ſalutat* Voſſianus, *reſultat*. HEINS. *Huc venit* Maeran. Suecic. uterque Vatic. Haſn. & Barthol. *Hinc venit Ae. t. ad m. niſus* ex MS. adſcripſerat If. Voſſius. ut ex v. c. notavit Gallaeus. dein *reſultat* etiam Sue-

ed by Google

Protinus exſculpunt ſacrato in marmore formam;
Et ſignant titulo remque diemque novo.
Contrahit in coetum ſeſe genus omne volantum;
Nec praedae memor eſt ulla, nec ulla metûs.
Alituum ſtipata choro volat illa per altum,
Turbaque proſequitur munere laeta pio.

Sed

Suecic. in Act. Jenenſ. *Et clara* Hafn. *tuba ſalutat* ed. Pith. vitio operarum. Francius conjecit,

Et rarum volucris turba ſalutat avem.

ut *volucris turba* intelligatur de comitatu ceterarum avium, quibus ſtipata eſt Phoenix. male omnino. has enim mox memorabit. hic intelliguntur Aegypti incolae, & praeſertim ſacerdotes, quos ſolleminiter convenire, ut ſacri volucris cadaver ad ſepulturam deferant, narrat Achilles Tatius Lib. III. in fine: *ἐπὰν δὲ παίδες, Ἥλιε τὸν ἔτιν τὸν παρὰ πατρὸς παραλαβόντες δώσομεν.* idque ſequens diſtichon aperte indicat.

153. *Protinus inſcalpunt*] *exſculpunt* Voſſianus, Oxonius, ceterique magna ex parte. niſi quod in quibusdam *inſculpunt*. diximus ad Epiſt. XIV. Heroidum Naſonis vs. 128. HEINS. *exſculpunt* etiam Maeran. Suecic. Heinſii, uterque Vatican. Bartholin. v. cod. Gallael, & Suecic. in Act. Jenenſ. quod praetulit Heinſius, tum Patruus meus & Cl. Oudendorp. ad illud Suetonii Claud. cap. 1. *nec contentus elogium tumulo ejus verſibus a ſe compoſitis exſculpſiſſe.* ubi in aliis *inſculpſiſſe*. ut hoc etiam loco *inſculpunt* in cod. Medic. Lincoln. Hafn. Lambec. & edd. Romm. Venet. ac Junt. ut correxerat etiam Francius. qui *titulo ſuo* pro *novo* ſeq. verſ. malebat. *inſcalpunt* ed. Ald. Pith. Rapheleng. Demſt. Gall. & Bunem. nihil vero frequentius, quam *inſculpere*, *inſcalpere*, *inſcribere*, & ſim. in codicibus MSS. ubique fere permutari. vid. Torrent. ad Horat. III. od. XI. v. ult. Heinſ. ad Claud. II. in Rufin. 342. alioſque. hic autem *exſculpere* praeferendum, quia per *formam* intelligit imaginem Phoenicis in marmore effictam, ut proprie ſtatuae, ſigna, vel imagines e lapide & marmore *exſculpi*, ſeu formari & fabricari dicuntur. Quinctilian. Lib. II. cap. 19. *Et ſi Praxiteles ſignum aliquod ex molari lapide conatus eſſet exſculpere, Parium marmor molliem rude.* ubi *exſcalpere* ed. Ald. Ovid. X. Met. 248.

Interea niveum mira feliciter arte
Sculpſit ebur, formamque dedit, qua femina naſci
Nulla poteſt.

ubi *ſcalpſit* etiam in MSS. & ſic gemmarum *ſcalptura* & *ſculptura* ſaepe confunditur. vid. notas ad Juſtin. XV. cap. 4. ubi quae ſub Salmaſii nomine in notis habentur, defuncta ſunt ex ejus Plin. Exerc. ad Solin. T. II. pag. 1046. ubi egregie docuit, quomodo haec diſtinguenda ſint. adde Caſaub. ac Patruum ad Suet. Galb. cap. 10. *inſculpere* autem literas, carmina, vel ſim. ſaxis aut marmori. ſic *foedus columna aenea inſculptum* Livio Lib. II 33. §. 9. vel etiam *inſcribere*. de quo vid. Joh. Arntzen. ad Aurel. Vict. de Viris Illuſtr. cap. 42. in fin. & notas ad Lotich. Lib. I. El. 6. 84. *ſacrato marmore* cod. Maeran. vers. ſeq. *Et titulo ſignant* Voſſian. Bodlej. & Suecic. in Act. Jenenſ. ſed in cod. Hafnienſi vitioſa erat ſcriptura *coeli diemque*. quae neſcio an indicium praebeat in aliis fuiſſe *caelum*, pro *ſignant*. quod ſi volucrit, erravit librarius. nam *ſignare* proprium hac in re verbum eſt. ut apud Ovid. II. Met. 326 *ſignantque hoc carmine ſaxum*. ubi vid. Heinſ. qui hunc quoque locum illic adfert, & Patrui notas ad Lib. VIII. 539. ubi obſervat rectius ſaxa dici *ſignari* carmine aut titulo, quam ſaxis *ſignari* nomina aut titulos.

156. *Nec praedae memor eſt ulla, nec ulla metûs*] *nec memor ulla metus* Bartholinius & Vaticanus unus. Paulo ante ex Voſſ. *Contrahit in coetus*. HEINS. *Nec praedae minor eſt* Lincoln. *coetus* etiam Suecic. in Act. Lipſ. *in coelum* Bodlej. deinde omnino praeferenda eſt Bartholiniani & Vaticani codicum ſcriptura,

Nec praedas memor eſt, nec memor ulla metus.

& confirmatur a codice Lipſienſi apud Bunemannum, qui recte etiam probavit. primo membro innuit accipitres, aquilas, aut ſimiles rapaces volucres, altero columbas, aut quamcumque minorum avium turbam timidiſſimam. unde Ovid. I. A. A. 117.

Ut fugiunt aquilas, timidiſſima turba, columbae,
Utque fugit viſos agna novella lupos.

& Lib. II. 363.

Accipitri timidas credis, furioſe, columbas.

ſimilia huic loco ſunt iſta Claudiani in Phoenicis Idyllio v. 76. & ſeqq.

